R-7944

# SYLVESTRINAE

## Summæ, quæ Summa Summarum meritò nuncupatur, Pars Prima,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum INDICE bipartito, qui, vti Summa, bipartitus eſt.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

*En tibi renaſcitur, ſed tuo ſummo bono, Lector Chriſtiane, Summa hæc* SYLVESTRINA. *Nam præter innumeros locos mutilatos & confuſos, qui à nobis ſumma diligentia reſtituti ſunt, Argumenta quoq; ſingulis titulis præfixa, tibi ſummoperè profutura exhibemus.*




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
Æ. 5. C. 108 N. 15.

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium,
M. D. LIIII.

R-7944

# SYLVESTRINAE
## Summæ, quæ Summa Summarum meritò nuncupatur,
## Pars Prima,

Del Collegio cath.co de lerma

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum INDICE bipartito, qui, vti Summa, bipartitus eſt.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

*En tibi renaſcitur, ſed tuo ſummo bono, Lector Chriſtiane, Summa hæc* SYLVESTRINA. *Nam præter innumeros locos mutilatos & confuſos, qui à nobis ſumma diligentia reſtituti ſunt, Argumenta quoq; ſingulis titulis præfixa, tibi ſummoperè profutura exhibemus.*




DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y Santa Catalina.
E. 5 C. 108 N. 15.

LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium,
M. D. LIIII.

# SANCTISSIMO D. LEONI PONT. MAXIM. FRATER SYLVESTER DE PRIERIO EX *Prædicatorum ordine vitæ regularis, congregationis. Lombardiæ, perpetuam felicitatem.*

BEATISSIME Pater æternum viue & felix. Titus ille vrbis, atq; adeò terrarum orbis deliciæ, vt primum genitorem ad Romani vſque principatus reſciuit proſiliſſe faſtigium, euſq; memoratur lætitiæ proceſsiſſe: vt ea ceu immodica, pluſquam ſatis erat fibris præcordijſque diſtentis: contractis verò è diuerſo neruis, quin totus planè dilanguerit, parum abſuiſſe credatur. Atqui multò mihi ſanè iucundius optatus multò nuper euenit, vt ne languidior modò, verùm & examinis effici poſſem: (quando & præ gaudio emoriuntur nonnulli) cùm te, quem patris loco ſemper habuerint, non tam morales, quàm genuina virtus, quam etiam Deus optimus maximúſque ad id dignitatis euexit, quæ humanas omnes longè latéque anteſtet. Et licet mentem noſtrā immenſum penè gaudium titillarit: nil tamen detrimenti ea ratione attulit, quòd fuerit longè antè præuiſum. Ea quippe de te conceperam: vt ſi is honos, cuipiam egregiæ virtutis viro tibi vnicò pro meritis potiſsimum obueniret: cæterùm aliorū nulli aut non adeò multis. Tale nanq; de te iandudū ſpecimen dabas, vt tantæ indipiſcēdæ dignitatis iam tum faceres fidem. Non enim putabam, vel cæcam fortunam (deos iuſtos taceo) alium potuiſſe quàm te, aut tui ſimilem ex multis deſortiri, qui cunctis morum ornamentis, cunctis virtutum fulgoribus perclareſceres: atq; eo ſanè maximè, quòd cùm in proſpectum atque ſub omnium oculòs inſignem ob meritorum claritatem aſſurgeres: tibi tamen (quæ tua eſt humilitas) deliteſcebas, ſubſidebáſque. Inde mihi vſu euenire ſolet: vt quoties in tui memoriam incidiſſe contigerit. (Incidimus autē crebrò & honorificè,) Archelai regis, haud hercle indignum opus toties in mentem veniat. Is tradēte Plutarcho, cùm quidam ex familiaribus paulò importunior, atque improbulus aureum quoddam poculum ab ſe audentius poſtulaſſet: puerum iuſsit, alteri, hoc eſt Euripidi tradere. Quod ſanè dùm audaculus illē præmodum miraretur: tu quidem (inquit rex) qui petas dignus es: Euripides autem, qui accipiat vel non petens. Pleriſque enim Pontifici hoc decus optantibus, imò fortè (abſit iniuria verbo) expectantibus: Chriſtianæ rei feliciter proſpiciens, ad hoc ipſum Chriſtus tuam ſanctitatem euocandam cenſuit: quæ honores ipſos hoc minus ambiebat, quò maximo cuique magis magiſque par erat. En iam ſibi prorſus placeat, gratuletúrque Chriſtiana religio: quòd cùm ſit nacta Pontificem, qui cum quouis veterum laudatiſsimo conferendus, id ſibi munus nullatenus deſumpſerit, ſed à Deo atque alter Aaron ſit electus: quiq; is ſit in quo ſeruorum Dei ſpès ſit repoſita: quem vani homines ob morum portēta non ſubſannent. ad te enim quiſque ſuſpiciat non magis eccleſiæ antiſtitem, quàm etiam ſpecimen totius benè beatéque viuendi normæ, totius pudicitiæ ſplendorem. tanta quippe ex ſupremo illo tuæ ſanctitatis throno claritas dirutilat, vt ſpectantiū oculos facilè perſtringat. Non indulgeo amori meo: non omnium iudicio blandior Pontifex: nota cunctis, & teſtata loquor: nihil damus auribus tuis: adulationes Græculas odimus ſemper: vera & ſolida eſt gloria tua: quod animus de te ſentit, lingua depromit: neq; aliter laudauerim: quàm probem: atq; vtinā eſſet is meæ mentis captus, vt pro meritis tuis de te ſentirē: vtinam ea dicēdi vis, vt exprimere aliquādo poſſem, quod ſemper ſentio. Scio, quæ de te cōcepi, infinitum ſubſidere infra faſtigia celſitudinis tuæ: ſcias & tu quæcunq; loquimur, longè eſſe minora ijs, quæ concepimus: tam deeſſe ſcias animo verba, quàm rebus animus deeſt. Et cùm tam multis vnus abundes, vt in quorū egregijs innumeriſque laudibus habeant eloquentiſsimi vt liberrimè poſsint velut in patentibus campis expatiari: vbi vel totos facundiæ neruos contendant: quid ex omni virtutum cōſummatiſsimi hominis aceruo potiſsimum deligam, non occurrit: nam ſi quid tibi ſpeciatim tribuam, videbor non habuiſſe rationem reliquæ multitudinis. Itaque explorata diligenter trutina, nihil magis placet quàm felicem appellare te, in quem natura & Deus ſuorum munerum ſinum prorſus effuderunt. Verùm & hoc proſequēdum fortioribus concedimus: quando id ſilentio potius quàm infirmo ſermone obeundū eſt. Habeat igitur iam Chriſtianus populus nō Chriſto tantùm, ſed & dominis Cardinalibus immortales gratias: qui iam nunc proculdubio tam bene ſenſere, quàm qui vnquam optimè: qui ſuum tandem ſplendorem Romanæ eccleſiæ reddidere te vno electo in pontificem: cui non amplius ex pontificatu, quàm pontificatui ex ipſo accedat honeſtamēti: qui ampliſsimè auguſtam purpuram impleat: in quo quicquid ex multa ætate de viris vnquam clariſs. fuit prædicatum, non iam amplius deſideretur: in quo poſtremo omnia veluti ſingula ſumma reperiantur, quæ ab optimo præſtantiſsimóq; Pont. expectanda forent: gratuletur & ſibi purpureus ſenatus: cui ratio iam conſtet collati ſuffragij: quem nūquam iudicij pœniteat. Nec vereatur, ne ſub ſtēmatis pōdere anheles, fulgore caliges nimio. Cæterum, B. P. cùm homo ſis omnibus numeris abſolutiſsimus, tuarum virtutum cumulo non deſunt eruditio ſingularis, miráq; morum facilitas, quarum auſpicijs freti bonarum artium vel tyrones, nō dubium quin & emeriti, iam conari quicquam valeant: rudémq; inſcitiam, ac tetram barbariem tuo nomine implorato, è medio tollere: vt ſtudioſus quiſque ab omni prorſus iniuria, atque indignitate vindicetur: de quorum grege cùm licet extremus, non tamen nullus fortè ſim ſtimulis actus tuæ benignitatis qualecunq; & ipſe procudi opuſculum: cúmq; non vltra poſſet igniculus mei erga te amoris ſupprimi in lucem libellus prodijt cùm animi noſtri ſtudiorúmq; erga te meorum teſtis, tum etiā lætitiæ conceptæ profeſſor ac propalator te ipſum adijt, B. P. nō tam certè vt tu ipſo, quàm vt te ipſe donetur. Is Summa quędā eſt Syluestrina, ſi lubet nūcupata. Poſtea enim quam Summæ, quæ Piſanella inſcribitur. Antonina primùm, mox Supplementum: ac tandem Angelica & Roſella ſuccedere, in difficultates tum primùm graues, inextricabiléſq; ambages Chriſti ſacerdotes proruerunt: percurrēdi videlicet cōpluſcula volumina, intérq; repugnantes ſententias dijudicandi. Quamobrem confratrū meorum ſuaſio, & orationū fidētia eò nos perpulere, quo id opus aggrederemur: in quo omnia quæ hoc doctrinæ genere priſci docuere, complecteremur, ad eruditionem, nō ad liuorem citatis nominibus compugnantium: vt ſelecta veritate, falſitatéq; reiecta, animarum ſalus & vberius & ſalubrius curaretur. Vnde etiam aliquo modo vel tuo ſacratiſsimo nomini celebritas, vel noſtris temporibus claritas, vel ſtudioſi etiam hominibus vtilitas pariatur: & anxijs, obnubilatiſque mentibus nonnihil fortè luminis oboriatur: ac niſi me dulciſsimus amor ſuſcepti laboris fallit, is eſt libellus hic noſter, qui nec ab eruditis forſitan reſpuatur: ex quo velut è theſauro diuitiæ proferentur: vt magna ex parte ſtudioſæ iuuentutis quædam velut inopia releuetur: ac tum deniq; puto quiuis intelliget, quàm multis iſta mihi lucubrationibus conſtiterint. Nec autem vendito iſta tibi dum ſic indico: nec mihi referri ob ea gratiā quęro: ſed abundè relatā putabo, ſi placuerit ex me tibi non dicam res ipſa, ſed animus. Oratam verò B. T. velim rara illa ſua benignitate, qua nihil antiquius quàm & hoſtes ipſos amplecti ducis, non aſpernetur obſequētem: verùm rem perexiguam comiter excipiat; cui vel ipſa experiētia cōpertiſsimū eſt, æquè regium & magnificum eſſe & præſtare magna, & parua ſerena fronte ſuſcipere. Quale ſibi diu ſeruari ipſe Chriſtianúſq; populus comprecamur.

Bene valeat

S. P. T.

a 2

## BIBLIOPOLA LECTORI, S.

QVO quæuis,ut aliquò perueniatur,ratio compendioſior fuerit,eò iucundior acceptiorq́; mortalibus prolixiora exoſis conuincitur. Qua in re ij dubio procul non modicam ab optimis quibuſq; ablaturi laudem putandi ſunt,qui ſuis non parcentes ſudoribus in communem utilitatem quidpiam,quanquam tenue, adferre moliuntur, quo reliqui labore, ac tædio leuatos ſe ſentiant. Quod tametſi in humanis compertius eſt,quàm ut probari oporteat : id maximè uerum exiſtimem in ijs,quæ hominem ad ſuum ipſius finem,immortalem uidelicet uitam,breui quopiam itinere dirigũt.Atq; id eò magis, quò ſpiritus corpore præſtantior creditur,quoq; ipſa illa immortalis æternitas, ac æterna immortalitas longiſsima poſt ſe intercapedine,hæc inferiora,quæ generi mortalium bona falsò dicuntur, relinquit. Quocirca non in poſtremis locandus erit noſter iſte Sylueſter Prieras, qui ſua induſtria reliquos penè omnes, quod ad hoc ſcribendi genus attinet,facilè ſuperauit. Illi nanque Summis editis,è libris Theologorum,dictis ſanctorũ, capitibus Decretorum & Decretalium,ac etiam(quod deterius fuit) ſacrorum Bibliorum textibus non ſanè intellectis, anſam non paucis præbuere, qua in difficultatum quendam labyrinthum conciderent, tot ambagibus implexum,ut inde uix extricati ſeſe poſſent eruere.Noſter autem hic Prieras conſcientijs inuectas tanta luce diſcuſsit nebulas,laqueosq́; animarum ueluti pedibus præiectos ſic diſſoluit, ut nunc à falſis , quæ uera ſunt diſcernere,atq; etiam leui nixu de cunctis dijudicare ualeant,nedum eruditiſsimi quiq;,uerùm & mediocriter docti.Quod facinus quantò egregium magis atq; laudabilius fuit,tantò deploranda magis eorum incuria,dicámne,an uecordia,qui formulis Scriptorũ monimenta mandant.Iſti ſiquidem,cùm & pro artis liberalitate literas,ac literatos amare debuiſſent,præpoſtero ducti genio, eruditos cane peius & angue (dolens heu refero)emendatores oderunt,quòd,uti reor,moribus ſint diſsimilibus: ijſdemq́; infenſi,atq; adeò infeſti tandiu eſſe pergunt, quandiu ſuæ ueſaniæ obſequentes non uident.Quò efficitur, ut doctiſsimus quiſq;,cùm huc uentum eſt,animo reputans integrum minimè,ac tutum bono uiro talibus conuiuere lauernionibus:aut conniuere ad tempus cogitur,aut quàm primùm pedem referre meditatur,atq; tandem fugam inire compellitur. Idq́; in cauſa eſt,ut libri plerunq; ab officinis non uſquequaq; compti,nitidi,aut emendati,ſed putidi potius,mutili, & (ut breui id,quod res eſt,complectar)corrupti,inemendatiq́; prodeant : & quod ſtudioſis ſolatio eſſe debuit,id ad cruciatum magis facit. Quod diſcrimen noſter hic Prieras, quemadmodum nec cæteri diſciplinarum authores,euadere nequiuit:qui cùm ob crebras emiſsiones caſtigatior ſubinde fieri debuiſſet, diuerſum quiddam paſſus,deturpatior(flagitium) obſcuriorq́; effectus eſt,uſqueadeò ut,ſi reuiuiſcere cõtingat,uix ſeſe agniturum putem : atque ni manus medica ei maturè admota fuiſſet, comploratum breui conclamatumq́; iri autumem.Quid uerò ipſi noſtro labore acceſſerit,lectoris iudicium eſto.Quanti equidem mihi cõſtiterit, probè noui,atque mihi conſcius ſum,quem hoc laboris deuorare oportuit. Ego enim Augiæ bubile, & ſi non omne,pro mea certè uirili conatus ſum ſubmouere. Equidem ſi res ipſa in diſceptationem uenerit, & ſi non uicero prorſus,non arbitror tamen penitus me cauſa caſurum, modò nõ fuerint iudices cauſæ meæ iniquiores. Quos interim monitos uolo,eandem penè agri colendi,librorumq́; cudendorum eſſe rationem. Quemadmodum enim illic ſi paululùm runcãdi,ſarriendiq́; laborẽ intermittas,illicò uniuerſa rubis,ſentibus,lolioq́; obducuntur : ita ſi hic uel minimum caſtigationis lima ceſſauerit,cuncta ſtatim mendarum,portentorumq́; millibus multi uideas ſcaturire. Habes igitur,Chriſtiane Lector,hac poſtrema editione Prieratem tuum tum caſtigatius differentem,tum formulis non paulò elegantioribus, quàm hactenus,tum etiam Argumentis illuſtratiorem factum. Idq́; Bibliopolarum,de ſtudioſis bene mereri cupientium diligentiæ acceptum feras æquum puta. Ii nempe,quum literarum non uulgari polleant peritia, artemq́; Typographicam exactè calleant, non laboribus,non etiam rei familiari parcendum duxerunt,quò ſcriptorum monimenta ab ſitu carieq́; eruant, & à tineis ac blatis uindicent: operæ pretium,idq́; præclarum rati,hiſce conatibus rem literariam pro ſua uirili promouere : longè ijs diſsimiles,qui ſolum quæſtum inhiantes,probos quoſque authores indignè tractant, imò conſpurcant,quantus literis debeatur honos ignari, quòd ſcilicet harum penitus ſint expertes. Grato proinde animo,quod larga ac liberali manu tibi offertur, ſi ſuſceperis, currentibus, grauioraq́; molientibus Bibliopolis noſtris calcar addes. Boni conſule,fruere,ac Vale.



# SYLVESTRINA SVMMA INCIPIT, ID EST, quarumlibet Summarum moralium Summa, Per reuerendũ Sacræ paginæ profeſſorem, fratrẽ SYLVESTRVM de Prierio, ordinis Prædicatorum, congregationis Lombardiæ.

## ARGVMENTVM.

Sylueſtrinam ſummam ceu paruulam omnium frugiferarum arborum ſyluam : quippe quæ omnium moralium Summarum opiniones , atque ſententias complectatur: præcipuè verò Piſanæ in primis , ac Antoninæ , & Supplementi:demùm verò etiam Angelicæ atque Roſellæ : compugnantium nominibus citatis , & veritate propalata : pro confeſſorum,cum otio , tum ſolatio nuper editam in lucem dedi.Qua ex re à Deo gloriam,à bonis gratiam, ab æmulis ſolita præmia præſtolabor.

### De Abbate.

1 *In Abbatem,niſi expreſsè profeſſus,eligitur nemo:ſed nec nouitius,quamlibet in Epiſcopum eligi queat. Adhæc & Sacerdos & annor.xxv.eſſe debet. Et num in diſpoſitione cap.cum in cunctis.de elect.contineatur?*

2 *Abbas abs quo,& vnde eligatur? Cui item monaſterio aut eccleſiæ,& an diuerſis præfici queat?*

3 *Abbas electus abs quo & qua ratione confirmari, & benedici debeat?*

4 *Abbas quibus diebus benedictionem accipiat? & ea accepta, quid conſecutus dicatur? Pro benedictione autem Epiſcopus aliquid exigere canonicè nequit?*

5 *Abbas populo benedicere , certos ordines conferre,monachos à peccatis & cenſuris abſoluere,cum monachis de irregularitate & votis diſpenſare,facultatem ſeorſim in cella vna ſolis diuertendi concedere,monachos citra capituli conſilium corrigere,& ob propriam iniuriam manifeſtariam in eoſdem animaduertere poteſt. Et hæc qualiter accipienda ſint?*

6 *Abbas monachum de peccatis Epiſcopo , eiúſve pœnitentiarijs confiteri non prohibet:monachos non expellit: Collationi cuiuſpiam prioratus onus nouum non imponit: Clericos in eccleſijs, in quas patronatus Ius habet , ſine capituli ſui conſenſu non præſentat:non liberatur & exceptions citra Papæ permiſſum non renuntiat:non temerè conuenit,aut conuenitur:ſed nec monacho alicuius rei plenam,& abſolutam diſpoſitionem priuatæ vtilitatis cauſa concedit:quanquam peculij vſum aliqua ratione concedere poſsit.*

7 *Abbas vltra monachos quatenus obligari , vel id minimè queat? Et idem populum habens,aut capellas populum habentes,ſynodum adire obſtringitur. At ſtatuto ſuo,ſicuti nec ex contractu cum monacho ſuo,non obligatur.*

8 *Epiſcopo monachum alicui eccleſiæ præficere volente, reluctatur Abbas,vtri monachus neceſsitatem parendi habeat?*

9 *Abbas calices,corporalia, & veſtes benedicat? Et an tranſitum in aliam religionem concedat? Et num eiectos ac fugitiuos reducere teneatur? Bona item eiecti num ad ipſum pertineant? Et an ſibi confeſſorem eligere:aut ipſe in Epiſcopum eligi: item num aduerſus Epiſcopum inſtituendi ad animarum curam Ius præſcribere , & poſtremò in quibus diſpenſare poſsit? remiſsiuè.*

ABBAS† debet primò eſſe profeſſus 1
expreſsè:nouitius aũt eligi non põt in Abbatẽ, etſi in epiſcopũ.extrà de elec. c.nullus. lib.vj. ¶ Et ſecũdò debet eſſe ſacerdos.extra de ætat. & qualit.cap.j. ¶Et tertiò xxv . annorum incœptorũ. extrà de elect.cùm in cunctis . vbi hoc tempus cuilibet dignitati acquirendæ ſtatuitur:licet ſpecialiter mẽtio de Abbate nõ fiat:ſed ꝙ ſub illo c.cõprehendatur Abbas,tenet gl.in c.indẽnitatibus.poſt princip.de elect.lib.vj.†Et quartò electus à monaſterio cui 2
præficiẽdus eſt,& nõ ab epiſcopo.xxviij.q.ij.Abbatẽ. monaſteriũ tñ,& monachorũ diſciplina ꝑtinẽt ad epiſcopũ diœceſanũ.xviij.q.ij.hoc tantùm.in gl. qa ad epm ꝑtinet cura oĩs diœceſis.ix.q.iij.c.ij.& hoc niſi ſint exẽpti vel priuilegiati:vt in c.cùm ꝑſonæ.de priui.li.vj.Et de his infrà ti.Exẽptus.¶Et quintò de eodẽ monaſterio aſſumptus:niſi q̃n idoneã ꝑſonã non haberet:quo caſu eligi poſsit de alio.xviij.q.ij. quàm ſit. ¶Et ſextò pręfectũ tãtùm vni monaſterio,vel eccleſię habẽtibus curã animarũ:nec põt pręfici in diuerſis,niſi vnũ monaſteriũ,vel eccleſia depẽdeat ex alia,vel inuicẽ ſint annexa.extrà de relig.domi.c.fi.de prebẽ.cũ ſingula.li.vj.¶Primò†ve- 3
rò querit̃ Abbas qualiter,& à quo electus debeat cõfirmari, & bñdici?Et dico ꝙ ſi eſt exẽptus, confirmari debet ꝑ Papã, vel Legatũ de latere,ſi quis eſt ſuper illa ꝓuincia:vt in cap.ſi Abbatem.de elect.lib.vj.in fine.etiam ſi ꝓuinciã, & nõ legationẽ exiuiſſet,ſecundũ gl.ibi: ſed ſi nõ eſt exẽptus , per epiſcopũ diœceſanũ confirmãdus eſt:vt not. Pan.in c. cùm monaſteriũ.extrà de elec.imò etiã ſi Abbas,vel alius pręlatus ſit exẽptus,ſecundũ eũ in c.j.de ſupplẽ.neglig.pręla.vt referunt aliqui:quod tñ falſum eſt ſimpliciter, vel ſaltẽ quo ad prælatos exẽptos habẽtes alios p̃latos immediatos poſt Papam: vt ſunt Priores,& miniſtri ꝓuinciales mẽdicãtiũ:ſed de hoc infrà Confirmatio.§.iij.Bñdici verò debet per epiſcopum diœceſanum,ſecundũ Anto.de But.ſi ſit nõ exẽptus: licet referat Hoſt.ꝙ plerunq; bñdicantur à patribus abbatibus:qđ quo iure fiat,nõ videt̃.Et†bñdici debet ſolùm diebus,qbus ordines 4
minores cõferri poſſunt ſcđm cõmunẽ opin.doctorũ:vt not. Pan.in c.cũ ſis.de cõſe.eccl.vel alta. Et ꝑ bñdictionẽ intelligit̃ ei dari cura monaſterij:vt Sũ. Ang.adſcribit Innocẽtio: ſed Innocẽtius ſecundũ Bald.in c.j.de ſup.neglig.præl.loquitur de bñdictione,quæ habet vim cõfirmationis:quã ſcilicet cõfirmatio nulla p̃ceſsit:ſed vbi hæc diſtinguunt̃, ꝑ cõfirmationem cõferunt̃ ei ea,quæ ſunt iuriſdictionis: vt not.Pan.in c.v.de offi.ordi.poſt Hoſt.nõ aũt ea,quæ ſunt ordinis cuiuſmodi ſunt bñdicere,cõferre ordines,& hmõi.ꝑ bñdictionem verò plenitudo officij:vt exercere poſsit ea,quę ordinis ſunt: quod ſecundũ gl.ibi ante bñdictionẽ facere nõ debet:ſed tñ hoc limitat Land.in Clemẽ.attendẽtes.de ſta.mo. q̃n habet cõſuetudo ꝙ bñdicatur.ꝙ ſi epiſcopus tertiò cũ humili deuotione requiſitus eũ bñdicere recuſauerit:tũc & ſuos bñdicere monachos,& alia quæ ad eius officiũ ꝑtinẽt,poterit exercere.vt in d.c.j.imò ſcđm Ant.de But.ſi ſemel requiſitus hoc negauerit.Si verò ꝓ tali bñdictiõe aliqd exigat epiſcopus,ſimonia eſt:vt in c.ſicut.de ſimo.el iij.¶Secũdò†verò quærit̃, 5
qd poſsit abbas?& dico ꝙ põt primò ſolẽniter populo bñdicere in eccleſijs ad eũ pleno iure ꝑtinẽtibus poſt miſſarũ,veſperorũ & matutinorũ officia:nõ aũt alibi publicè, & ꝑ vias: niſi ex priuilegio ſpeciali:vt in c.abbates.de priuile.lib.vj.vbi gl.in verbo,pleno iure habet,id eſt,ſpiritualibus & tẽporalibus.¶Et ſecũdò põt aliquos ordines conferre eo modo,quo infrà Ordo iij.§.ij. ¶Et tertiò põt ſuos monachos abſoluere ab omnibus peccatis & cenſuris:niſi alteri ſpecialiter reſer-

acentur à iure:vt patebit infrà Abſolutio j.§.iij.non obſtante
quòd Pan.in c.monachi.extrà de ſen.exc.teneat eũ non poſ-
ſe abſoluere ab omni.excõicatione,ſed ſolùm ab ea,quæ eſt
pro iniectione manuũ in clericũ:ſicut etiam põt excoicatio-
nis ſententiã in alios ferre:etiã ſi non ſit bñdictus,modò ſit
cõfirmatus.extrà de ſimo.ſicut tuis.&.c.cum eccleſiarum.de
offic.ordin.iuncta gl.¶Et quartò poteſt diſpenſare cum mo-
nachis ſuper irregularitate cõtracta per acceptionẽ ordinum
in excõicatione:ſi facti memoriam vel iuris peritiã non habe
bant:& factum nõ fuit graue & notabile,& hoc ſiue irregula
ritatẽ contraxerint ante,ſiue poſt religionis ingreſſum,ſecũ-
dũ cõmunẽ opi.Doc.in c.cum illorũ.de ſen.exc.& idem de ſu
ſpenſione,& interdicto:vt infrà Irregularitas.§.ij.in fi.in alijs
autẽ irregularitatibus de cõmuni iure nõ poteſt : vt in d.c.cũ
illorũ.notant Hoſt.& Pan.Et quintò põt diſpenſare cum mo
nachis in votis factis ante religionis ingreſſum,ſcd̃m gl.in c.
noluit.xxxiij.q.iij.in factis autẽ in religione irritare,& annul
lare põt:vt infrà Votũ.iij.§.iij . ¶Et ſextò põt dare licentiam
monacho ſtandi ſeparatim in cella vna,ex iuſta cauſa:& in-
tra ſepta monaſterij,nõ extra.xx.q.iiij.c.vlt.¶Et ſeptimò po-
teſt corrigere ſuos monachos capituli ſui conſilio nõ requiſi
to,ſecundum Panorm.in cap.Ioannes.de regularibus . ¶Et
octauò poteſt punire iniuriam notoriam in ſe factã,ſicut &
quilibet prælatus ordinarius.de quo diffusè per Pan.in cap.
6 cùm veniſſent.de iud.¶Tertiò†quæritur, quid non poſsit in
ſpectantibus ad illum.& dico quòd non poteſt . ¶Primò,ſe-
cundum Albe.& vt in Sum.confeſ.lib.iij.tit.xxxiij. prohibere
monacho cõfeſsionem cum epiſcopo,vel pœnitẽtiarijs eius:
niſi ex priuilegio exemptionis,vel conſtitutionibus approba
tis à Papa contrariũ appareat:vt infrà Confeſſor.ij.§.vj. ¶Et
ſecundò,nõ poteſt expellere monachos ſuos,vt no.Panor.in
cap.cùm ad monaſterium.de ſtat.mon.& per cap.fin.de reg.
quod mandat abbatem,& omnem prælatum regularẽ requi
rere fugitiuos,vt infrà Apoſtaſia.Sed intellige quòd expelle-
re non põt ipſe abbas vel prælatus:quòd tamen poteſt facere
regula,vel conſtitutio priuata,probata per Papam , vel etiã
ius commune:aut ipſe prælatus his iuribus regulatus:vnde in
d.cap.cùm ad monaſterium.monachus deprehenſus in vitio
proprietatis mãdatur expelli.dicit tamen ſanct.Thom.in xij.
quolibet.quòd expelli non debet quandiu vult corrigi:ſed ſo
lùm propter contumaciam.quod intelligo , niſi incorrigibi-
litas præſumatur de facto propter conditiones viri:vel de iu
re,propter regulam ita mandantem:ſed eſt ſequeſtrandus in
carcere,vel alio modo. ¶Et tertiò , non poteſt in collatione
alicuius prioratus imponere nouum onus:vt in clem.quia re-
gulares.de ſup.neg.prælat . ¶Et quartò,non poteſt clericos
præſentare in eccleſijs,in quibus habet ius patronatus ſine ca
pituli ſui conſenſu:vt in cap.cognoſcitur . de his quæ fiunt à
prælat.niſi ex approbata cõſuetudine,vel priuilegio aliud ha
beatur:vt ibi.¶Et quintò,non poteſt liberari,& exemptioni
renunciare ſine licẽtia Papæ.extrà de arbitris.cum tempore.
iuncta glo.¶Et ſextò,nõ poteſt ſecundũ Monal.ſine cõſenſu
capituli,ſicut nec capitulum ſine conſenſu eius,aliquem con-
uenire,aut ab aliquo conueniri in iudicio:quia vnus ſine alio
res aut perſonas ſibi ſubiectas alienare nõ poteſt.xij.q.ij.ſine
exceptione.& extrà de donat. paſtoralis.quod verum eſt ſal-
tem in arduis,& vbi bona ſunt diſtincta : in alijs autem vide
Panormi.in cap.edoceri.de reſcript.¶Et ſeptimò,non poteſt
cõcedere monacho aliquid,vt de eo ad libitum diſponat: vel
quòd ei ad ſuperioris beneplacitum non auferatur : etiam ſi
interueniat licentia Papæ:vt not.Panor. in cap.cùm ad mo-
naſterium.de ſtat.monac.nec poteſt religioſus ſtrictè, id eſt,
profeſſus tria vota probatæ religionis habere peculium,id
eſt,proprietatem:vt notat idem eod. tit.in.cap.monachi.po-
teſt tamẽ abbas monacho, & generaliter prælatus religioſo
concedere vſum peculij vel cuiuſcunque rei: vel adminiſtra-
tionem pro vtilitate monaſterij,vel ſua neceſsitate: vt in ca.
inſinuante.qui clerici vel vo.& ſecundum Inn.ibi poteſt con-
cedere monacho certos reditus, vnde viuat. & ſecundum Io.
Andr.in regula,non eſt obligatorium.de reg.iur.lib.vj.valet
ſtatutum monaſterij , vt pro indumentis , & alijs neceſſarijs 7
certum quid recipiat quiſq; monachorum.¶Quartò†quæ-
ritur,ad quid obligatur vltra monachos, vel non obligatur?
& dico primò illum obligari ad curam ſubiectarum ſibi ani-
marum:vt in cap.fin.de regula. & monaſterij ac rerum eius.
quia reſpectu horum datur ſibi in ſua confirmatione iuriſdi-
ctio:vt notant Doct.in ca.j.de ſupplen.negl.præl. & Panor.
in cap.quanto.de offic.ord.& magna circa hoc,& circa illud,
negligẽtia eſt peccatũ graue:vt infrà Negligentia, per totũ.
¶Et ſecũdò,tenetur ſynodũ adire ſi habet populũ,vel capel
las populum habentes,etiã ſi ipſe ſit exemptus, dũmodo exẽ
ptio ad populũ,vel capellas nõ extendatur,non autẽ aliàs,de
maior.& obed.ſuper his.¶Et tertiò, non ligatur ſuo ſtatuto
etiam facto cum cõtractu:ſecundum Pan.in d.c.cùm ad mo
naſteriũ.& ſi iuraſſet ſeruare:tamen ſecundum Io.And.in re
gula prędicta,nõ eſt obligatoriũ.tenet reuocatio: licet ſit ꝑ-
iurus.vnde patet ꝙ ſi ipſe cum conuentu priorẽ aut officialẽ
aliũ cõſtituerit,tamen poteſt reuocare:quia abbas monacho
ſuo obligari in aliquo nõ poteſt:ſicut nec dominus ſeruo. C.
de trãſac.l.interpoſitas.in fin.¶Circa†prædicta remanẽt du- 8
bia multa.¶Primum vtrũ ſi epiſcopus velit monachũ inſtitui
prælatũ in aliqua eccleſia,& abbas nolit,obedire debeat mo
nachus epiſcopo vel abbati?& dico quòd abbati.xvj.q.j.cùm
pro vtilitate.& diſt.lviij.ca.j.ſed ſi eccleſia exigit,cogi debet
abbas per ſuperiorem,vt velit:vt colligitur ex d. cap. iuncta
gl.¶†Secũdum eſt,vtrũ abbas benedicere poſsit calices,cor 9
poralia & veſtes.vide j.Benedictio.¶Tertiũ eſt,vtrũ licẽtia-
re poſsit ad aliã religionẽ.j.Religio.iiij.§. iij. ¶Quartũ eſt,
vtrũ teneatur reducere eiectos,& fugitiuos.j.Apoſtaſia.§.vj.
¶Quintũ eſt vtrũ ad illũ ꝑtineat bona monachi eiecti, infrà
Religio.iiij.§.x.¶Sextũ ẽ,vtrũ poſsit ſibi eligere cõfeſſorẽ,
infrà Cõfeſſor primò.§.ix.¶Septimũ eſt , vtrũ eligi poſsit in
epiſcopũ.j.Electio.j.§.xiij.¶Octauũ eſt,vtrũ præſcribat cõ-
tra epiſcopũ ius inſtituẽdi ad curã animarũ ĩ aliqua eccleſia,
infrà Bñdictio.§.j.¶Nonũ,in qbus poſsit diſpẽſare, infrà Di-
ſpẽſatio.§.xiiij.¶Multa quoq; ad iſtũ titulũ ꝑtinẽtia habes j.
tit.Prælatus.& tit.Monachus.& tit.Religioſus.q ſcilicet ve-
nit ſub appellatiõe monachi:qa vt not.Pan.in c.ex ꝑte.de po
ſtulãdo qñ emãt cõſtitutio reſpectu religionis: licet de mo-
nachis loquatur,extenditur tñ ad omnes religioſos : niſi di-
uerſitatis ratio inter eos & monachos poſsit aſsignari.

## De Abbatiſſa.

1 *Abbatiſſa iuriſdictionis incapax ſpiritualis, nec ordinis cla-
uem,nec iuriſdictionis habet, quanquàm clauis vſus nonnul-
lus in ſubditas ipſi concedatur:vnde ordinariam iuriſdictio-
nem habere non dicitur, ſed quaſi ex commiſsione quadam
ad ſubditarum integritatem & caſtimoniam tutandam.*
2 *Delbora, quæ Iſrael iudicauit, in quibus illi præfuiſſe dicta
eſt?*
3 *Abbatiſſa collationis beneficiorum actiuè capax num ius con
ferendi & inſtituendi habeat? Et an quæ ex clauium pote-
ſtate dependent, ipſi competere poſsint?*
4 *Abbatiſſa quanam ratione eligatur:& electa abs quo,ac qua
liter confirmari & benedici debeat? Et quid confirmatio
conferat? Prioriſſa autem non benedicitur.*





5 *Abbatiſſa iam cõfirmata, beneficia cõferre & clericos in ec-
cleſijs ad monaſt. pertinentibus inſtituere, & id quatenus
accipiendum.*
6 *Abbatiſſa monachas & clericos ſuæ ditioni obnoxios à bene-
ficio,non autẽ officio ſuſpendere, aut interdicere, poteſt: &
quanquã excõicare,aut ab excõmunicatione abſoluere mini
mè poſsit,presbyteris tamen ſuis,vt moniales excommunicent
delinquentes,& eas contrà abſoluant,præcipere poteſt.*
7 *Abbatiſſa clericos ſeculares ſub ſe habere poteſt.*
8 *Abbatiſſa,nec quæuis mulier alia, quæ ab ordinis vel clauiũ
poteſtate dependent,minimè exercere poteſt.Et quæ ſint illa?*
9 *Abbatiſſa prædicandi muneris, aut publicè docẽdi Euãgeliũ
in miſſa dominicoq; ſacrificio legẽdi,in ſpiritualibus iudican
di ordinẽ ſuſcipiẽdi,& cæterorũ quæ ſexui fœmineo negata
ſunt nequaquã particeps eſt.Quæ aũt poſsit,ibidẽ ꝑſtringitur.*
10 *Abbatiſſa moniales non velat, nemini,niſi comitata ſaltem
vetula monacha loqui debet;nec monialem ad collocutorium,
niſi ipſa,aut alia cum eo abeat,proficiſci permittere vetatur.
Pro homagio ac fidelitate ſuſcipienda quomodo & quando
clauſtrum egredi poſsit.Et an ſibi confeſſorem eligere?*

1 ABBATISSA†vt plenius in ſpectãtibus ad illã innote
ſcat ,ſciẽdũ eſt quòd Sanct. Thom.iiij.diſt.xix.q.j.art.j.
q.iij.ad quartũ ſic dicit loquens de abbatiſſa,Mulier ſecundũ
Apoſtolũ eſt in ſtatu ſubiectionis,& ideo ſpiritualem iuriſdi
ctionẽ habere nõ poteſt:quia etiã ſecundũ Philoſophum in
viij.Ethic.Corruptio inurbanitatis eſt quãdo ad mulierẽ do
miniũ ꝑuenit.vnde nec ordinis nec iuriſdictiõis clauẽ habet,
cõmittitur autẽ ei aliqs clauiũ vſus, ſicut habere correctio-
nẽ in ſubditas mulieres,ꝓpter periculũ qđ poſſet imminere
ex cohabitatione virorũ.Et rurſus diſt.xxv.q.ij.art.j.q.j.ad ſe-
cundũ,dicit:Abbatiſſæ nõ habẽt prælationẽ ordinariam,ſed
quaſi ex cõmiſsiõe,ꝓpter periculũ cohabitatiõis virorũ.Del-
2 bora†autẽ quæ iudicauit Iſraël Iud.iiij.prẹfuit in tẽporalib⁹,
nõ in ſacerdotalibus:ſicut & nũc mulieres poſſent dñari. hęc
3 ex Sanct.Tho.¶Sciẽdũ†eſt etiã ꝙ Pan.in c.dilecta.de maio.
& obed.ex gl.duo elicit.primũ quòd abbatiſſa eſt capax acti
uę collationis beneficiorũ & cõſequenter habere põt ius cõ-
ferendi & inſtituẽdi:cùm iſta ſint,inquit,iuriſdictiõis ſpiritua
lis, & nõ ordinis.qđ tamẽ dictũ intellige ex cõmiſsione,non
ex ordinaria prælatione,iuxta dictũ ſancti Doctoris.Secũdũ
ꝙ depẽdentia ex clauiũ poteſtate in mulierẽ nõ cadunt:etiã
aliàs habentẽ ſpiritualẽ iuriſdictionẽ.hæc Pan.qui de claue
ordinis loquitur,cuius ſcilicet ordinis mulier non eſt capax.
4 ¶Primò†igitur quærit de abbatiſſa qualiter eligi & electa
à quo & qualiter cõfirmari debeat & benedici?Dico ꝙ eligi
debet eo modo quo dicitur infrà,Electio iij.§.vj.& vij. Cõfir
mari aũt debet ab eo à quo abbas exẽptus,ſi eſt exẽpta:& nõ
exẽptus ſi nõ exẽpta,quia quantũ ad hoc nõ eſt ratio diſpar
aliquo iure cauta:itẽ quia cõfirmatio dat iuriſdictionẽ,vt di-
ctum eſt ſuprà.tit.priore.§.j.quã exemptis dare nõ poteſt or
dinarius,ſicut nec auferre.Et debet benedici:quod ſi fieri nõ
ꝓcuret intra annũ à ſua cõfirmatione cõputandum,ceſſante
cauſa rationabili cecidit à ſuo iure , vbi eſt cõſuetudo ꝙ be-
nedicatur:vt in clem.attendẽtes.de ſtatu monachorũ.poteſt
tamẽ ſecũdũ gl.ibi quolibet die benedici:& in hoc diſtingui-
tur eius benedictio ab ea quæ eſt abbatis,& in multis alijs q̃
ibi notãtur,& in c.j.de ſupplen.ne . præl.Prioriſſa verò non
benedicitur ſecundũ gl.de elec.c.indẽnitatibus.lib.vj. ¶Secũ
5 dò†quæritur,quid poſsit?& dico ꝙ poteſt primò ſtatim poſt
ſuã confirmationẽ de cõſenſu capituli ſui eccleſias & bñficia
cõferre,& inſtituere clericos in eccleſijs ad ſuũ monaſteriũ
pertinẽtibus,ſicut alij cõfirmati, vt in c.noſcitur.de his quæ
fiunt à præla.& cõcordãt Hoſt.& Pan.in c.dilecta.de maio.
& obed.qđ tñ limitat de inſtitutione dãte poſſeſsionẽ & titu
lum:nõ aũt de authorizabili,dãte ſcilicet poteſtatẽ exercẽ-
di curã animarũ, ligãdi atq; ſoluẽdi:qa nemo dat qđ nõ ha-
bet ¶† Et ſecũdò põt ſuſpẽdere monachas & clericos ſuę iu 6
riſdictioni ſubiectos à beneficio:vt in d.c.dilecta. iuncta gl.
qđ etiã ſentit gl.Ray.nõ aũt põt ſuſpẽdere ab officio,vel in-
terdicere ſecundũ Hoſt.qa hoc quaſi clauiũ eſt:& ſub nomi-
ne cẽſuræ continetur.quod gl.in d.c.dilecta.dicit poſſe dici.
Inno.tñ ſenſit ꝙ hæc poſsit,ſi cõſuetudo extat.& idẽ ſenſit
gl.in d.c.dilecta.quod etiã ꝓbatur:quia papa mãdauit obſer
uari ſuſpẽſionẽ à beneficio & officio quã fecerat illa abbatiſ
ſa,de qua in d.c.ſed Pan.ſic facere videt̃ concordiã:quia hæc
poteſt largè,ſcilicet ſubtrahẽdo præbẽdas,& præcipiẽdo ne
celebrẽt donec ſatisfecerint:nõ autẽ ſtrictè & propriè,id eſt,
ea ſuſpẽſione & interdictione quę irregularitatẽ indicat cõ
trariũ faciẽtibus:qa excõicatio,ſuſpenſio & interdictum cõ-
tinẽtur ſub appellatione cẽſuræ:vt in c. quęrẽti. de verb.ſig.
vnde cui interdicitur vnũ ratione incapacitatis,reliquũ vide-
tur interdici:cùm omnia dependeãt ab ordine.hæc Pan.¶Et
tertiò licet excõicare aut ab excõmunicatione abſoluere nõ
poſsit:vt in d.c.dilecta.tamẽ ſecundũ Rod.vt recitat Aſtẽ.lib.
vj.tit.xxvj.poteſt ſuis presbyteris pręcipere vt excõmunicẽt,
& abſoluãt moniales delinquẽtes:& illi obedire tenẽtur:ſi ta
mẽ hoc habeãt presbyteri ex cõceſsione ſpeciali aut genera
li epiſcopi,vel papæ ſi ſunt exẽptæ:vel ex antiqua & approba
ta cõſuetudine:¶Et†quartò poteſt ſub ſe habere clericos ſe- 7
culares.quod intellige de iure ſpeciali:vt puta ſi habet capel
las ad ſe pleno iure pertinẽtes ex priuilegio vel pręſcriptio-
ne:quia tũc earum clerici ſubijciũtur illi.¶Tertiò†quęritur 8
quid nõ poſsit in ſpectãtibus ad illa? & dico quòd non poteſt
primò ipſa vel alia mulier quicquid depẽdens ab ordinis vel
clauiũ poteſtate:vnde nõ poteſt aquã vel ſubditas benedice-
re,nec audire cõfeſsiões,nec pœnitẽtias imponere ſalutares,
aut aliquẽ actũ ſacramentalẽ exercere:vt in c.noua.de pœn.
& re.Sed intelligo ꝙ nõ poſsit ſubditas benedicere ſolẽniter
ex officio publicè:ſecus priuatè vt priuata perſona,quemo-
do mater filiã benedicit. ¶Et†ſecũdò nõ poteſt prædicare, 9
aut publicè docere,aut Euãgeliũ legere,ſcilicet in miſſa,ſe-
cundũ gloſſam in d.c.noua. aut ſuper ſpiritualibus iudicare,
vel ordinẽ ſuſcipere,& huiuſmodi,quæ ſexu fœmineo ꝓhibẽ
tur:vt dicetur in tit.Fœmina.Poteſt tñ in matutinis Euãge-
liũ legere,ſecundũ gl.ibi.vnde & diaconiſſa appellat̃.xxvij.q.
j.diaconiſſam.& ſubditas ſuas monere & hortari.¶ † Et iij. 10
nõ põt velare moniales.xx.q.ij.ſtatuimus.¶Et quartò nõ de-
bet loqui cũ aliquo niſi aſſociata ſaltẽ per vetulã monachã.
xiij.q.ij.diffinimus.&.c.v.in decima.ſimiliter nec mittere de-
bet monialẽ ad locutoriũ,niſi cũ ea vadat,aut aliã mittat,ſe
cũdũ Arch.quia par & maior eſt ratio in ſubditis,quibus de-
bet eſſe præſtãtior quomodo autẽ & quãdo ꝓ homagio poſ
ſit egredi clauſurã,vide infrà,Religio.vij.§.xvj.& quomodo
non poſsit ſibi eligere confeſſorem,infrà Confeſſor.j.§.viij.

## De Aborſu.

1 *Aborſum procurans & homicida eſt,& mortaliter peccat.Et
qua pœna plectẽdus ſit.ſiue animatus fœtus fuerit.ſiue nequa
quã?Et num ſpectandũ ſit,nobilis ſit ne,an ignobilis qui pro-
curauit?Et de irregularitate,quæ hmõi homicidiũ cõſequitur.*
2 *Aborſus num quãdo procurari poſsit?& tum ſi de fœtus ani
matione addubitetur,num procurãs homicida cenſendus ſit.*

ABORSVM†& ſterilitatis venena procurãs homicida
eſt , & mortaliter peccat .xxxij.quæſt.ij . aliquando. & 1
cap. ſequen. Et ſi fœtus erat animatus,debet capite puniri:
quia verus homicida.Si verò erat inanimatus: ſi nobilis eſt

ſceleris author, parte bonorum amiſſa relegatur: ſi ignobi-
lis, damnatur in metallum.ff.de pœn.l.ſi aliquid.§.qui abor
tiōis.Et quo ad irregularitatē quę homicidiū cōſequitur, in-
tellige ſi erat animatus anima rationali ſecūdū Sanct. Tho.
in iiij.diſt.xxxj.in lit.quãtum verò ad peccatum hoc eſt mor
tale:etiãſi erat animatus ſola anima ſenſibili autvegetatiua,
imò etiam ſi ante cōceptionem fiant,& omne aliud genera-
tionis impeditiuū ſi hac intentione fiat:quia eſt contra bonū
2 prolis generandæ. Quando † verò procurari poſsit aborſus
ad ſeruandam prægnātem,vide infra,Medicus.§.iiij.particu
la ij.Vtrum verò cēſeri debeat homicida ſi dubitatur de fœ-
tus animatione:dico quòd in foro contentioſo vbi agitur ad
pœnam,interpretatio fieri debet in partē mitiorem.l. inter-
pretatione.ff.de pœn.ſed in foro animæ vbi agitur ad placā-
dum Deum & emendationē,debet ſe quis reputare homici-
dam: quia maximè in talibus eſtvia tutior eligēda, vt in cap.
iuuenis.de ſpon.& bonarum mētium eſt ibi culpam timere
vbi culpa non eſt.cap.ad eius.in fin.v.diſtinct.vide infra.Ho-
micidium,primò in principio.

## De Abrogatione legum.

1 *Legum abrogationem triplici de cauſa licitè fieri. Et ſubinde, legem humanam eatenus immutari poſſe, quatenus ex eius immutatione communi vtilitati prouideri poteſt, quanquam ne id quidem temerè, aut de facili fieri debeat.*

1 2 *Leges quænam hodie, & item Canones, non ligent? remiſſiuè.*

ABROGATIO † legum tribus modis vel cauſis licitè
perficitur. Primò, ꝓpter cōſuetudinem contrariā. xxxj.
diſt.ante triennium.Inſtit.de teſtam.§.ij.Secūdò,propter diſ
parem temporum ſucceſsionem.xxxiiij.diſt.fraternitatis.vbi
dicit text.quòd defectus noſtri tēporis quibus nō ſolùm ma-
teria,ſed corpora ipſa defecerunt,diſtrictionis illius non pa-
titur manere cēſuram.Tertiò,propter emergentia mala:vt
in §.verum.lxiij.diſt.in fin.vbi eſt exemplum de æneo ſer-
pente:quę Moyſes bona intētione fecit.Ezechias bona intē
tione deſtruxit.Sanct.Thom.autē xij. queſt.xxvij. artic.j . &
ij.dicit.quòd lex humana intātum rectè mutatur:quantū per
eius mutationem cōmuni vtilitati prouidetur. Quod tamen
de facili fieri non debet:vt ĵ.Lex.§.xv.Quæ † autē leges vel
canones hodie non ligent,vide infrà,Lex.§.x.xj.& xiij.

## De abſente.

1 *Abſens abſentia procurata etiam reipublicæ cauſa, num priuilegijs gaudeat? Et ibidem de clericis venantibus ampliores dignitates cardinales aſſectantibus. Et de Ambaſſatoribus diutius quàm expediat in legatione perſiſtentibus.*

1 ABSENS † ſi data opera & affectatè ſit abſens,etiā cauſa
reipu.nunquid gaudeat priuilegijs quæ habēt abſentes
cauſa reipu? Dico quòd nō:vt in l.& qui data.ff.ex quib.cauſ.
ma.Vtrū verò qui in officio modici valoris eſt abſens cauſa
reipubl. præſumatur abſens affectatè & data opa? & dico ꝙ
ſic,arg.tex.ſingularis in l.ſpadonem.§.fin.ff.de excuſ.tuto.Et
facit cōtra clericos abſentes,qui vt ampliores obtineant di-
gnitates cū cardinalibus morantur . & contra ambaſiatores
qui ſtant pluſquàm expediat doloſè vel ſua volūtate: qui etiā
tenentur expēſas reſtituere mittenti:vt in dicta l.& qui data.

## De abſolutione primò ab excommunicatione iuris.

1 *Abſolutio ab excommunicatione quotuplex ſit? Et an diacono & clericis inferioribus: item excōmunicato, & laico num committi. Et quid ſi quis ab huiuſmodi abſolutus fuerit.*

2 *Superior quilibet licet nō ſacerdos, poteſtatē excōicandi habēs, abſoluēdi quoq; poteſtatē habet. Et id qualiter intelligēdū.*

3 *Abſolutio ab excōmunicatione minori, per quot fieri poſsit? Et quis proprius ſacerdos cenſendus ſit? Ab excōmunicatione autem maiore regulariter abſoluere poteſt, qui & ligare, & huius limitationes ac fallentiæ nouem.*

4 *Abſolutione ab excommunicatione maiori à iure lata communi, vel ſpeciali cuinam competat?*

5 *Simplex ſacerdos cur ab excōmunicatione abſoluere non poſſit, ex ſententia Thomæ.*

6 *Fratres minores & prædicatores præſentati in forma clemen. dudum. de ſepult. ſi quempiam abſoluant ab aliqua excommunicatione Iuris Epiſcopo de iure non reſeruata, ſed ex ipſius duntaxat voluntate, an ſint excommunicati?*

7 *Abſolutio ab excommunicatione ſtatutorū prouincialiū, conciliorū, aut ſynodalium, aut etiā ab Legatis, dum ſunt in legatione inducta ad quem pertineat: & abs quo fieri poſſit?*

8 *Abſoluere ab excōicatione in mortis articulo, quinam & in quibus poſſint? Et quid mortis articulus dicatur? Itē qui tū abſolutus etiā à ſimplici ſacerdote, (qui tunc à quouis peccato quēlibet enormi abſoluere pōt) ſi tandē euadat, nū eū ad quē hmōi abſolutio ptinebat adire debeat? Et ſi intereat, nū hæres eius adire teneatur: & qualiter hmōi abſolutio vocetur?*

9 *Laicus, qui in mortis articulo ab excōicatione quandoq; abſoluere pōt, an etiā ſacroſanctā Euchariſtiā miniſtrare poſſit? Et num id vel diacono ſaltē Et quid de extrema vnctione?*

10 *Simplex ſacerdos num quemuis transfretaturum ab excōmunicatione abſoluere poſſit? Et quid in obſeſſo, & prægnante? Et ibidem, quid in his caſibus ſimplex ſacerdos obſeruare debeat, conſultiſſima cautio.*

11 *Contrahens iuris excommunicationem in vna diœceſi, vbi domicilium habet, num ſi in aliam diœceſin commigret, illic ab Epiſcopo, aut Curato abſolui queat? Et quid ſi proprius Epiſcopus in aliena agat diœceſi, num illic ſubditos abſoluere poſſit? Et quid in Legato, vel quouis alio ordinario?*

12 *Epiſcopus ſi cui abſolutionē ab omni excōmunicatione committat, num commiſſarius poſſit eum excommunicatum abſoluere ab eo, cuius abſolutionem committens non demandaſſet in ſpecie, ſi reſciuiſſet?*

13 *Abſoluens de facto ab excommunicatione, ad quam abſoluentis poteſtas non ſe porrigit, num eo cognito, quòd non potuerit, debeat ſic abſolutum certiorem reddere, & vt rurſus abſolutionem aliunde impetret cōſulere & monere. Et ſi abſolutio ex falſa cauſa facta ſit, num teneat?*

14 *In mortis articulo num cuiuſuis voti à ſimplici ſacerdote diſpenſatio fieri poſſit? remiſſiuè.*

ABSOLVTIO † primò communiter ab excommunica 1
tione iuris vt plenius innoteſcat,ſciendum eſt ſecūdum
Veruec.& Monal.in tit.Excōmunicatio . ꝙ ipſa eſt duplex:
prima ſcilicet pertinēs ad forum pœnitentiale: quæ à ſacer-
dotibus ſolùm poteſt impēdi:vt in c.canonica.de ſenten.ex-
com.quæ etiā licet taceant prædicti,diſtinguitur in ſolennē
& non ſolennē,vt infrà Abſolutio iij.§.j.& ſeq.& ſecūda per-
tinens merè ad forum cōtentioſum,quæ diacono & clericis
inferioribus committi poteſt:& de qua intelligitur gl.in cap.
paſtoralis.de offic.ordin.quæ vult vt etiam laico poſsit com
mitti.quod Hug.dicit verum ex delegatione Papæ dūtaxat:
qui,vt dicit,eam cōmittere poteſt etiā excōmunicato : quia
eſt potius iuriſdictionis quàm ordinis:ſed tamen abſolutus à
talibus neceſſariò denuò abſoluitur à ſacerdote abſolutiōe
prima ratione peccati mortalis propter quod fuit excommu
nicatus.Vnde † vt recitat Archie.Vicē.c.lxxxj. Pet.de Percu. 2
& Io.dicūt quòd quilibet ſuperior etiā nō ſacerdos habēs po
teſtatem excōmunicandi,habet etiā & abſoluendi quantum
ad



ad reſtituendum hominum communioni,& habilitādum, ad
legitimos actus:ſed quantum ad tollēdam culpam criminis
aut cōtumaciæ,requiritur abſolutio ſacerdotis.Et rationem
aſsignat Inn.in c.quanto. de conſuetudine. &.c.fin. de exceſ.
prælat.quia hoc pertinet ad poteſtatē clauiū,quæ ſolis ſacer-
dotibus datæ ſunt.xx.diſt.§.j.xc.di.illud autem.& de pœn. &
3 remiſ.noua.¶Abſolutio † autem ab excommunicatione mi-
nori ſciendum eſt quòd à tribus duntaxat fieri poteſt : ſcili-
cet à papa, vt manifeſtum eſt: & à proprio epiſcopo vel à
proprio ſacerdote,aut licentiam ab eis habēte:vt in cap. nu-
per.de ſentētia excommunicationis. Et dico propriū ſacer-
dotem eum qui abſoluere poteſt à peccatis ſecūdum Archi.
Ab archiepiſcopo autem extra ſuam diœceſim in Dir. libro
iij.titulo iiij.fieri nō poteſt:vt patet in d.cap.nuper.ſed intel-
lige niſi dum viſitat.vt in c.perpetuo.de cenſibus.lib.vj.Non
poteſt etiam ſecundum S.Tho.& Hoſtien.& alios,fieri à ſa-
cerdote nō proprio:tum quia ſi negatur archiepiſcopo,ergo
à fortiori ſacerdoti:tum etiam quia capit.nuper . concedens
eam ſacerdoti proprio, videtur de nonproprio negare.Nec
obſtat ſi conditor canonis iſtam abſolutionem ſibi nō reſer-
uauit:quia per hoc eam non conceſsit alijs omnibus,ſed qui-
buſdam.Non obſtat etiam ſi excommunicatio minor ſepa-
rat à ſacramētorum perceptione,& conſequēter ab ipſa ab-
ſolutione: quia ſeparat à ſacramentis alijs à pœnitentia, & à
pœnitētia in ordine ad peccata,à quibus ea ſtāte quis abſolui
non poteſt,vt dicetur:non autem à pœnitentia in ordine ad
excommunicationē : quanuis etiā dici poſsit quod nō opor-
tet abſolutionem ab excōmunicatione eſſe ſacerdotalē, ſed
iuridicam.vnde San.Tho. dicit in iiij.quòd excommunicatio
pertinet ad forū contentioſum:vnde propria authoritate ex-
cōmunicare poſſunt ſolùm epiſcopi & ſuperiores prȩlati ha-
bentes iuriſdictionem. ¶Abſolutio verò ab excōmunicatio-
ne maiori à quo fieri poſsit:ſciendū eſt quòd regulariter ab-
ſoluere poteſt qui & ligare?& ſecūdum aliquos econtrario.
xxiiij.q.j.ſi Petrus.& xxj.di.inferior.ff.de re iud.l.qui conde-
mnare.& ff.de reg.iu.l.nemo.la prima.de pœ.di.j.verbū Fal
lit hęc regula in ix.caſibus. ¶Primus eſt in delegato papę,
qui ſentētię ſuæ inobedientē excōmunicare poteſt : ſed poſt
annum à ſua definitiua ſententia abſoluere nō poteſt:vt in c.
quęrenti.de offi.deleg.iuncta gl.& dicto Inn. ¶Secundus eſt
in eo qui poſtquam excommunicauit,incidit ipſe in excōmu
nicationem maiorē:quia tunc nec excōmunicare poſſet nec
abſoluere.xxiiij.q.j.audiuimus.ſecus ſi incidit in minorē:quia
poſſet:vt in cap.duobus.de ſentent.excommunic. & de cleri.
excomm.ſi celebrat.¶Tertius eſt in incendiario,quem ordi-
narius excommunicare poteſt:ſed poſt denuntiationē abſol-
uere nō poteſt,ſed papa ſolus,vt in c.tua.de ſentē. excomm.
¶Quartus eſt in ſententia lata ab inferiore, ſed per papā ex
certa ſciētia cōfirmata:quod de ſententia ab homine intelli-
gitur ſecundū Ioan.And.in c.ex frequentibus de inſt.Ratio,
quia omnia,quibus authoritatē impertimus, noſtra facimus.
c.ſi apoſtolicæ.de præb.lib.vj.C.de vete.iu.enu.l.j.§. omnia.
ſecus autē ſi confirmat ſine certa ſciētia aut cauſæ cognitio-
ne:vel ſi ſententia eſſet ꝑ ſtatutū quantumcunq; confirma-
tum:quia tūc abſoluere poterit inferior, niſi papa ſibi vel al-
teri reſeruaſſet,ſicut de his quæ ſunt à cōmuni iure dicetur.
¶Quintus eſt in illo qui excōmunicauit , nec tamen eſt ſa-
cerdos: quia licet abſoluere poſsit abſolutione iudiciali ſiue
fori cōtentioſi,non tamen abſolutione ſacramentali ſiue fo-
ri pœnitentialis: ſed indicere debet abſoluto vt ſe præſentet
ſacerdoti,qui ratione clauis illū abſoluat quantum ad ſolen
nem reconciliationem eccleſię:quia ſi abſolutio ab excōmu
nicatione minori ſacerdotem requirit,vt in c.nuper.de ſent.
excōm. multò magis hoc requirit abſolutio à maiori: ſed de
hoc plenius §.ſeq.¶ Sextus eſt in eo cui papa mandat vt ali-
quem excōmunicet ſine aliqua cognitione cauſæ: quia cùm
talis ſit merus executor, abſoluere non poterit, argu.in cap.
ſuper queſtionum.& cap.fin.de offic.deleg. ſecus autē ſi co-
gnitionem cauſæ mandaſſet, tunc poſſet abſoluere,argu. in
cap.verbum.de pœn.diſt.j. & cap.inferior.xxj. diſt. Hoc not.
Ioan.And.&Arch.in c.cùm inferior.& Hoſt.& Ber.in c.cùm
inferior.de maiori.& obe.Et hi ſex caſus ſunt in executione.
¶Septimus eſt in clericis exhibētibus hæreticis eccleſiaſtica
ſacramenta & eos ſepelientibus:quos ordinarius officio pri-
uare poteſt: ſed abſq; ſedis apoſtolicę indulto ſpeciali reſti-
tuere nō poteſt:vt in c.excommunicamus.de hęr.¶Octauus
eſt in ſuſpēſis per conciliū à beneficijs cōferēdis ꝓ eo quòd
ea ſcienter cōtulerūt indignis poſt ſecundam monitionem:
quia hanc ſententiā nullus relaxare poteſt excepto papa,vel
vno ex quatuor patriarchis principalibus:vt in cap.graue. de
præb.¶Nonus eſt in degradato,quem ordinarius degradare
poteſt,ſed reſtituere non poteſt:ſed ſolus papa.de cler.no re.
ex tuæ.in gl.Circa hoc tamen eſt diſtinguendum,vt ĵ.Degra
datio.Quantū autem ecōuerſo fallit in diœceſano, qui ab-
ſoluit exemptum,vt infrà Abſolutio.v.§.iij.quem tamē non
ligat:quia exemptio non nocet exēpto,niſi fortè in fauorem
eximētis,cùm fiat gratia vtriuſque.¶Abſolutio † ab excom 4
municatione maiori lata à iure communi vel ſpeciali,vt pa-
teat cui conuenit iure ordinario:ſciendū quòd papæ conue-
nit in omni caſu,vt manifeſtum eſt:& in aliquibus cōuenit ei
ſoli:vt dicetur infra tit.Excommunicatio.vij.per totum.Epi-
ſcopo autem quo ad excommunicationes nō quidem homi-
nis,ſed iuris communis,tam maiores quàm minores compe-
tit in omni caſu,in quo ſibi vel alteri cōditor canonis nō re-
ſeruauit:vt in c.nuper.de ſenten.excom.& in aliquibus caſi-
bus competit ei & nulli inferiori:vt dicetur ĵ.tit.Excōmuni-
catio.viij.in principio.Et ſimiliter competit capitulo, ſeu illi
ad quē pertinet epiſcopalis iuriſdictio ſede vacāte de maio.
& obed.c.vnico.lib.vj.& ſimiliter prælatis exemptis quo ad
ſubditos eorum conuenit in eo caſu,in quo ſibi conditor ca-
nonis non reſeruauit:& ſimiliter nō exemptis prȩſidentibus
eccleſiæ collegiatæ:vt eſt abbas,archipresbyter,& huiuſmo
di in caſibus nō reſeruatis ſuperioribus,id eſt, papæ, vel epi-
ſcopo.& ꝓbātur hæc omnia per c.nuper. Itē quia huiuſmo-
di poſſet excōmunicare:vt patet in c.cū eccleſiarū. de offic.
ordinarij.& cōſequēter abſoluere.Et ſimiliter conuenit infe-
rioribus prælatis,quibus hoc confert conſuetudo,vt in Sum.
cōf.lib.iij.tit.xxxiij.Sacerdoti autē curato ſimplici etiā com-
petit ſecundum Inn.in d.c.nuper.dicentē quòd tam à maiori
quàm à minori abſoluere poteſt proprius epiſcopus vel pro-
prius ſacerdos:licet diſſentiat gl.in c.ſi epiſcopus.de pœnitē.
& remiſ.in vj.Et hoc inquit Inno.in caſibus, in quibus condi-
tor canonis ſibi vel alteri reſeruauit.Sed tamen adde quo ad
ſacerdotē,niſi epiſcopus ſibi reſeruauerit.Cōſentit ibi Hoſt.
& eſt quaſi textus expreſſus.Conſentiunt & Theologi:vt in
Dir.lib.iij.tit.iiij.inter quos eſt S.Bon.iiij.di.xviij.q.vlt.& Sā.
Tho.eadē diſt.ij.ar.v.q.j.Cōſentiūt etiā aliqui Summiſtæ,vt
Monal.tit.Excōmunicatio. & Summa cōfeſ.lib.iij.tit. xxxiij.
& Io.de Saxonia tit.Abſolutio.& Sum.Ang.tit. Abſolutio.j.
Conſentit & ratio, ſic tamen intelligendo quòd nō abſoluit
propria authoritate vt epiſcopus,ſed ex commiſsione: vt pa-
tet per S.Tho.iiij.diſt.xviij.q.ij.arti.ij.q.j. quam commiſsio-
nem intelligo factam per ſummum pōtificem eo ipſo quòd
abſolutionem ſibi vel alteri nō reſeruat. Arguitur autē ſic.
Nam quicquid religioſis de iure competit,etiam ſimplici ſa-
cerdori curato cōpetit: quia religioſi quibus de iure cōmu-

ni nullus eſt maioris authoritatis,ſcilicet poteſtatis ſecũdum
formam cle.dudum.de ſepul.non habent authoritatem ma-
iorem ea quæ curatis cõueniunt de iure:vt patet in eadẽ cle.
Sed abſoluere ab excommunicatione vbi papæ vel epiſcopo
abſolutio non eſt reſeruata de iure, ſiue in caſu aliquo cõue-
nit religioſis de iure:vt patet per exceptionẽ factam in cle.
j.de priuil.vbi religioſis mandatur, vt nullum abſoluant ab
excõmunicatione niſi in caſibus iure expreſsis.Primũ, quic-
quid nulla lege prohibetur cõceſſum eſt.ff. ex quib.cau. ma.
l.necnon.vide ibi gl.Sed abſolutio ab excõmunicatione ſa-
cerdoti ſimplici vbi nulla eſt reſeruatio ſuperioribus nullo
iure ꝓhibetur.Propterea hoc videt̃ haberi ex dicto cap.nup.
in quo ſimul quęritur,an ſacerdos poſsit excommunicatum
abſoluere,vel requiratur authoritas epiſcopi:& reſponſio in-
ter ipſos nõ diſtinguit, ſed potius inter eos coniungit: in hoc
quod dicit papam,dum ſibi nõ retinuit,relaxaſſe alijs in plu-
rali,id eſt,epiſcopo ſacerdoti:& ſimiliter dum in fi.c. dicitur
quòd abſo luere poterit hic vel ille.Nec valet dicere quòd lo
quitur de minori:licet illud ſit verum:quia dictam relaxatio-
5 nem omnes doctores exponunt etiam de maiori.¶Ab † iſta
tamen ſentẽtia diſſentit Summa Roſel.& Supplementũ Pi-
ſanellæ malè intellectæ:quæ ſcilicet dicit quòd ſimplex ſa-
cerdos ab excõmunicatione abſoluere non poteſt:quod tan-
quam vir doctus S.Tho.ideò dixit:quia hoc nõ poteſt niſi ex
commiſsione:quæ tamẽ eſt facta ipſo iure.Nec obſtat quod
dicit huiuſmodi abſolutionẽ eſſe vnum ex quatuor caſibus
epiſcopo de iure reſeruatis:quia hoc nõ intelligitur de omni
excõmunicatione:ſed de ea cuius abſolutio epiſcopo à iure
eſt commiſſa:cuiuſmodi ſunt tres, de quibus infrà:quod pa-
tet:quia epiſcopo de iure non reſeruatur,niſi quod ius ei tan-
quam proprium tribuit: quod non facit de abſolutione ab
omni excommunicatione, ſed à quibuſdam tantùm.Ab iſta
etiam ſententia diſſentit Panor.fundãs ſe in gl.in c.ij.de pœ.
& remiſsio.lib.vj.quæ hoc nõ concludit ſufficienter ratione
vel authoritate.Poſſet etiam contra iſtam ſentẽtiam argui:
quia curatus excommunicare non poteſt,& cõſequenter nec
ſoluere:ſed dico ad hoc dupliciter.Primò quòd ei eſt iure ꝑ-
miſſum in aliquibus caſibus excõmunicare:vt dicit S.Tho.
in iiij.diſt.xviij.q.ij.arti.ij.q.j.Et ſecundò quòd ſicut non po-
teſt excommunicare propria authoritate,ſed ex cõmiſsione:
quia,vt ibi dicitur,non habet iuriſdictionẽ in foro cõtentio-
ſo,ad quod pertinet excommunicatio:ita etiam nõ abſoluit
ex propria authoritate,ſed ex cõmiſsione alterius ei facta eo
ipſo quòd nõ eſt ei abſolutio interdicta,vt elicit̃ ex c.nuper.
6 ¶Ex † quibus etiam ſuppoſito quòd diœceſanus fratribus
prædicatoribus & minoribus præſentatis in forma cle.dudũ.
de ſepul.nõ poſsit reſeruare caſus ad libitũ: vt probabo.j̃.tit.
Confeſſor.ij.§.v.elicio quòd ſi dicti fratres ſic præſentati vel
ex gratia habẽtes quòd ſic intelligantur pręſentati:abſoluãt
ab aliqua excõmunicatione iuris non reſeruata epiſcopo de
iure,ſed ſolùm reſeruata epiſcopo ex volũtate ipſius epiſco-
pi,nõ eſſent excõmunicati:quia ab ea de iure poterãt abſol-
uere:& epiſcopus eam ſibi non potuit reſeruare:vnde iuridi-
7 ca fuit talis abſolutio, infrà Cõfeſſor.ij.§.v.¶Abſolutio † ab
excommunicatione ſtatutorum prouincialium,cõciliorum,
aut ſynodalium:aut quã faciũt legati in ſuis legationibus, vt
pateat ad quem pertineat ſciendũ eſt quod ſiue talis ſenten-
tia ſit lata ex perſona concilij, ſiue metropolitani in cõcilio
prouinciali,ſecundum Arch.di.xvij.c.j.non ſolùm archiepi-
ſcopus,ſed etiam quilibet epiſcopus abſoluere poterit ſubdi-
tum ſuum:cùm talis ſententia ſit canonis ſiue iuris.de ſentẽ.
excom.nuper.& generaliter de tali ſentẽtia ſecundum Gul.
vt recitat Dir.eſt idem quod de excõmunicatione lata à iu-
re.& verum eſt,ſicut etiam vult Pan.in c.graue.de præbend.
loquens de epiſcopo. & Io.de Ligna.arguit à fortiori quòd
ſi epiſcopus abſoluere poteſt à ſentẽtia canonis generaliter
lata nõ reſeruata totius, abſoluere poterit à ſentẽtia lata ꝑ
cõſtitutionẽ ſynodalem ſpecialẽ.Et Panor.vbi ſuprà ad epi-
ſcopum tenet iſtam abſolutionem pertinere,etiã ſi ſuus ſub-
ditus contraxerit ſententiã in diœceſi aliena: puta ſi Floren-
tinus cotrahat eam Senis ex ſtatuto ſynodi Senenſis : & hoc
etiam ſi ſtatutum eſſet cõfirmatum per papam,ſecundũ Io.
And.in c.ex frequẽtibus.de inſtit.& ibi Pan.per rationẽ: quia
ex quo conditores ſtatuti nec ſibi nec alijs reſeruauerunt,vi-
dentur alijs conceſsiſſe.Gul.autẽ vult non ſolùm epiſcopum
hoc poſſe,ſed etiã ſimplicem ſacerdotem,à quo tamen exci-
pit religioſos,quibus eſt prohibitum à talibus ſentẽtijs pro-
uincialibus,aut ſynodalibus abſoluere:vt in cle.religioſi.de
priuileg.Et ſic tene,vt in priore §.dictũ eſt.ſed tamẽ de hoc
vide etiam tit.ſeq .§.j.dubio iiij.¶Abſolutio † ab excõmuni- 8
catione in mortis articulo vt ſciatur cui competit, ſciendum
eſt quòd quidam ſunt qui abſolui poſſunt citra papã ſolùm
in mortis articulo.& hi ſecundũ Archiepiſc.ſunt falſarij lite-
rarũ papæ,inſequẽtes hoſtiliter Cardinales, iniurioſè vel te-
merè epiſcopũ bannientes, religioſi vel clerici ſeculares in-
ducentes ad votum eligendi ſepulturã:& alij,de quibus agi-
tur j̃.Excõmunicatio.viij.§.ij.in fi.& in curiæ proceſſu.Mor-
tis autẽ articulus dicitur non ſolùm periculũ mortis ex infir-
mitate,ſed etiam quodlibet periculũ vicinũ morti:ſecũdum
Inn.puta ſi quis timet hoſtẽ vel prædonẽ,vel crudelitatẽ po-
tẽtis,vel ſi nauigaturus ſit ꝑ loca periculoſa,aut per inſidio-
ſa trãſiturus:& idẽ Hoſt.addens etiã idẽ eſſe ſi quis obſideat̃
in loco vbi tela iaciũtur.ſed intelligo iſta de periculo proba-
bili,quod iudicio boni viri determinabitur.In hoc ergo arti-
culo abſoluere poteſt excõmunicatum à qualibet excõmuni
catione tã iuris quàm hominis quilibet ſimplex ſacerdos, ſe-
cũdum S.Tho.in iiij.di.xviij.& diſt.xx.& Inn.Ar.de pœn.di.j.
quem pœnitet.& de ſent.excõ.nõ dubiũ.&.c.eod.tit. lib.vj.&
de ſepul.parochiano.ſed hoc caſu iniũget ei ꝙ impedimẽto
ceſſante ſe præſentet ei à quo fuerat abſoluendus:mãdatum
eius ſuper hoc humiliter accepturus.de ſent.exc.ea noſcitur.
Et ſi nõ fuerit quis in tali articulo abſolutus,ſed tamen in eo
contritionis ſigna apparuerint:abſolui poterit poſt mortem
ab eo qui abſoluere poterat viuum & ſanũ,& ab eo huiuſmo
di abſolutio eſt requirẽda,extra de ſen.exc.à nobis.el ij. Nec
obſt.quòd talis aliquando haberi non poteſt: quia requiſitus
abſolutionẽ alteri mãdabit.Et valet talis abſolutio ſecũdum
Veruec.vt ſepeliatur in loco ſacro:vel ſepultus non exhuma
tur,& pro eo oretur ac celebretur.Eodẽ modo & à fortiori
in tali articulo poteſt ſimplex ſacerdos à quocũque peccato
quantũcunque enormi abſoluere ſecundum S.Tho. quarto.
vbi ſuprà.& Inn.in c.nuper.de ſent.excõ.Et ſi talis abſolutus
euadat,nõ eſt neceſſe quòd ſe præſentet ei qui aliàs poterat
abſoluere:niſi habeat annexam cẽſuram,pro qua ſola inue-
nitur cautum vt quis ſe præſentet:vt in c.eos.de ſent.exc.lib.
vj.Et intellige quòd in tali caſu abſoluere poteſt ſimplex ſa-
cerdos etiã non proprius:modò non ſit impeditus in ordinis
executione:de quo infrà Cõfeſſor.iij.§.vj.¶Imò in dicto caſu
non ſolùm ſimplex ſacerdos,ſed etiã laicus abſoluet ab ex-
communicatione ſecundum Pan.in d.c.à nobis. de hoc ſunt
duæ gl.notabiles in d.c.à nobis.& in ca.paſtoralis.de officio
ord.quas ipſe non approbat quantum ad abſolutionẽ à pec-
catis,ſed ſolùm ab excommunicatione dicẽs, iura quæ vidẽ-
tur eſſe contraria intelligi de abſolutione à peccatis, non ab
excommunicatione.Et hoc dictum gl.dicit eſſe magni effe-
ctus:qui hæres non cõpellitur amplius pro abſolutione adi-





re Papam:vel eum à quo defunctus viuus erat abſoluẽdus.
Et hãc abſolutionem ipſe cum gl.vocãt remiſsionem potius
quàm abſolutionem.Et idem tenet Archi.hanc abſolutionẽ
9 vocans recõciliationem.Sunt † autem hæc vera,vbi deeſt co-
pia ſacerdotis.Nec tamẽ propter hoc poteſt laicus in mortis
articu.euchariſtiam exhibere:licet quidam hoc aſſerãt: vt re
fert Inn.quia Collecta.poſt Hoſt. firmare videtur ꝙ nedum
laico,ſed nec Diacono licet iſtud ſacramentũ attẽtare:de dia
cono tamẽ infrà Diaconus.¶Similiter nec tenetur quòd poſ
ſit laicus eo caſu exhibere extremam vnctionẽ:licet quidam
hoc dicant:quia iſta ſacramenta nõ ſint neceſsitatis:nulla eſt
neceſsitas qua excuſentur iſta tractãtes,niſi ſint ſacris initia
10 ti.Nec † tamen credas ab omni excõmunicatione & peccato
poſſe abſolui omnem transfretare volentẽ à ſimplici ſacerdo
te ſecũdũ Tanc.& Ber.ſed ſolũ ſi periculũ mortis immineat,
ſcilicet probabile:quo ſcilicet quis probabiliter credit vel du
bitat naufragari,vel aliàs periclitari. Similiter nec quẽlibet
obſeſſum ſecũdũ Hoſt.ſed ſolũ impugnatũ telis:& intellige
iuſtè ſe defendentẽ:quia ſecundum Dir.li.vj.ti.xv. abſolui nõ
poſſet ſe defendens iniuſtè tanquã rebellis:qui tamẽ ſi iuſtè
pœniteret,& ſecurè exire nõ poſſet,abſolui poſſet:modò ni
hil faciat ſibi imputabile.Similiter nec quãlibet prægnantẽ:
ſed eam quæ eſt in periculo,ſecũdũ arbitriũ boni viri:quãuis
probabiliter dici poſsit ſecũdũ Summiſtas aliquos quòd quę-
libet poſsit abſolui,quando ſuperior haberi non poteſt: quia
quantũcunq; ſit aſſueta faciliter parere,poteſt tamẽ in vtero
habere gemellos, aut maiorẽ ſolito & ꝑiclitari, qđ maximè
videtur vtrũ ſi iniũgeretur quòd ſuperato periculo ſe præ-
ſentaret ei qui aliàs poterat abſoluere.Sit tamen in omnibus
prædictis cautus ſimplex ſacerdos:quia ſecundũ Inn.non de-
bet ſe de reſeruatis intromittere,quando haberi poteſt copia
ſuperioris.ſimiliter nec poteſt abſoluere ab excõmunicatiõe
per curiæ proceſſum & Sixtinam,quã habes in fine huius ope
ris latam,niſi cum modificatione ibi poſita:aliter ipſe abſol-
uens eſſet excõmunicatus excõmunicatione Papali,& mul-
11 tis pœnis addictus. ¶Circa † prædicta reſtant dubia multa.
¶Primò eñ quæritur,vtrum is,qui excõmunicationem iuris
cõtraxit in vna diœceſi habens ibi domicilium abſolui poſsit
ab epiſcopo vel curato diœceſi alterius,ſi ſe trãſferat ad illã?
Et dico quòd ſic ſecundum Veruec.& Ric.in iiij.diſtin.xviij.
ſi excõmunicatio eſt lata à iure vel quocunq; ſtatuto,& non
ſit per conditorem abſolutio reſeruata.ſecus autem ſi lata eſ
ſet ab homine vel à conditore abſolutio reſeruata.& idẽ ſen
tit Ioan.And.& Panor.in d.c.ex frequentibus.quo ad Epiſco
pos.¶Secundò an Epiſcopus exiſtens in aliena diœceſi abſol
uere poſsit ſubditos ſuos.& dico quòd non in his quæ requi-
runt cauſæ cognitionem:quia neque ſedere poteſt pro tribu-
nali.ix.quæſtio.ij.Epiſcopum.ſecus ſi cauſæ notitiam non re-
quirunt : quia iſta pertinent ad iuriſdictionem voluntariam.
Et idem dico de legato ex latere extra terminos ſuæ legatio
nis,poſtquam egreſſus eſt vrbem donec reingrediatur eam
reſpectu hominum ſuæ legationis.arg.ff.de officio.proconſ.
& leg.l.ij.vbi dicitur quòd proconſules quibus ſcilicet legati
à latere ſimilantur,ſecundum gl.de offic.lega.c.excommuni
catis.ſtatim poſtquã vrbem egreſsi fuerint habẽt iuriſdictio-
nem voluntariam,ſed non contentioſam , id eſt iudicialem.
Epiſcopi tamen expulſi iuriſdictionem,intellige contentio-
ſam ſecundum glo.exercere poſſent in aliena diœceſi,licen-
tia tamen petita etſi non obtenta à diœceſano : & ita etiam
quòd ſubditi non expulſores nec eorum fautores ſeu cõſilia-
rij vltra duas dietas à fine ſuæ diœceſis non trahantur : vt in
cle.quãuis.de foro compe.& ſic poſſet abſoluere etiã quantũ
ad ea quæ cauſæ congnitionem exquirunt. ¶Sed pro notitia
prædictorum ampliori not.quòd gloſ.in c.nouit.de offi.leg.
quærit vtrum legatus vel alius ordinarius exiſtens extra ſuũ
territorium poſsit excõmunicare & abſoluere,& cauſas dele
gare,vel ſimilia:vbi Pan.dicit mentem gl.eſſe quòd excõmu
nicare aut abſoluere non poteſt , aut exequi alia,quæ requi-
runt cauſæ cognitionem,ſed poteſt cõferre beneficia, & cau
ſas delegare,& facere alia quæ ſunt iuriſdictionis volũtarię:
ſed Inn.limitat quòd poterit abſoluere ſi ſe nouit in excom-
municãdo erraſſe:quia iſta abſolutio fit ſine cauſæ cognitio-
ne.Limitari etiam poteſt quòd poterit abſoluere in foro ani
mæ quantum ad omnia in quibus nõ fit præiudicium tertiò:
quia talia proceſſum iudiciarium non requirunt.Hoſt.etiam
limitat,quòd excõmunicare poterit ſubditũ in notorijs:quia
iſtam cognitionem cauſæ non requirunt:vt in c.euidentia.de
accu.quòd tamen nõ intelligo quantũ ad excõmunicationẽ
ſolennem:quia talis fieri non poteſt niſi vſurpãdo iuriſdictio
nem in eccleſia alterius diœceſani: quod in dicta cle.quãuis.
prohibetur.Si autem vellet contentioſè procedere, nõ valet
proceſſus:quem tamen Summa conf. lib.iij.titu. xxxiij.q.liij.
dicit valere ſi fiat de conſenſu diœceſani:ſed intellige accedẽ
te etiam partium cõſenſu,& non aliter:quia partes extra ter
ritorium trahi non poterunt inuitæ:vt l.fi.ff.de iuriſdi.om.iu
di.l.iij.ff.de off.præſi.no.glo.in c.litigantes.de offi.ordi.libr.
vj.niſi in caſu dictæ clemen.quanuis.¶Tertiò † vtrum ſi Epi- 12
ſcopus alicui cõmittat abſolutionem ab omni excõmunica-
tione poſsit excommunicatum abſoluere ab eo,cuius abſolu
tionem non commiſiſſet in ſpeciali ſi ſciuiſſet : vt fortè quia
erat excõmunicatus propter damnũ illatum ipſi Epiſcopo,
vel aliquid huiuſmodi?& dico quòd non.extra de regu.iur.in
generali.li.vj.de pœ.& remiſ.ſi Epiſcopus.in vj.vide titu.ſeq.
§.j.& infrà,Clauſula.¶Quartò † quæritur, vtrum ſi de facto 13
aliquem abſoluo ab excõmunicatione, à qua non poſſum,&
poſtea aduerto: debeam eũ de meo errore certificare ſi poſ-
ſum:& conſulere quòd denuò impetret abſolutionem?& di-
co quòd ſic ſecũdum Veruec.& interim debeo me habere ad
illum quaſi non abſoluiſſem:vt in Sum.confeſ.lib.iij.ti.xxiij.
quæſtio.iij.¶Quintò quæritur vtrum poſsit quis abſolui ex
cauſa falſa,ſiue vtrum teneat abſolutio facta ex cauſa falſa?
& dico quòd nõ,ſecundum Innoc.& Hoſt. quia ſic iudex ab-
ſoluere non intendit:puta ſi abſoluendus mentiatur ſe ſatiſ-
feciſſe,aut ſibi remiſſam iniuriam,vel huiuſmodi:aliàs autẽ
abſolutio ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet quo ad eccleſiam mili-
tantem.arg.extra de re.iur.c.omnis res. Item quia iura prõ-
ptiora ſunt ad abſoluendum quàm ad condemnandum. 50.
diſtinctio.ponderet.&.c.cùm ſunt.de regu.iur.libro ſexto.&
prædictis concordat Albe.Pro quo nota ꝙ Pan .in c.ex ꝑte
de offi.ordi.dicit ꝙ excõmunicatio & abſolutio vires ab ex-
cõmunicatoris & abſolutoris intẽtiõe recipiũt.ad qđ facit gl.
in c.j.de teſt.cog.Et ideo vbi excõmunicator intẽdebat om-
nino excõmunicare,tenet excõmunicatio licet iniuſta : & ſi-
militer ſi intẽdebat omnino abſoluere,tenet abſolutio: etiã
ſi expreſſa ſint nõ ſolũ iniuſta,ſed etiã falſa:vt in c.venerabi-
lis.§.vbi de ſen.exc.li.vj. Et exẽplum qñ ſunt iuſta eſt vt ſi
abſoluat̃ qs nolẽs ſatisfacere de dãno ꝓ quo iuſtè fuit excõ- 14
municatus.¶ † Vtrũ autẽ in mortis articulo fieri poſsit diſpẽ
ſatio omnis voti per ſimplicẽ ſacerdotẽ,infrà Votũ iiij.§.iij.
parti.x.A quo etiam abſoluatur exẽptus : infrà Abſolutio v.

### Rurſus de Abſolutione ſecundò , ſcilicet quò ad excommunicationem ab homine vel à iudice.

1 *Abſolutio ſecundo modo conſiderata , quæ excommunica-
tionis ab homine illatæ eſt diſſolutio: abs quo impendi poſsit.*

*Et an ſi epiſcopus eum abſoluat, quẽ parochialis ſacerdos aut Archidiaconus vi conſuetudinis, aut quouis alio iure, quòd in parochianũ habet, excõicauit, abſolutio teneat? Et ibidẽ, quòd Epiſcopus totius Diœceſis tum Laicorum tum Clericorum ordinarius eſt. Et quid de Prouinciali, ſi eum abſoluat, quem conuentualis Prior excommunicauit?*

2 *Epiſcopus ſi ad abſoluẽdum vices ſuas deleget, num is, cui demandatæ ſunt excõicatos à ſubditis ipſius Epiſcopi abſoluere poßit? Et quid ſi addatur delegationi clauſula: demandamus vices noſtras, etiam in his, quæ ſpeciale requirunt mandatum?*

3 *Epiſcopus extra territorium à ſe vel inferioribus ſuis excõicatos, num abſoluere poßit? Et an criminis particeps cum excõicato, debeat ab eodẽ abſolutionẽ cum ipſo criminoſo accipere?*

4 *Sententia excommunicationis ab inferiore lata, ſi à Papa confirmata ſit, num proximus ſuperior ab ea abſoluere poßit?*

5 *Confirmationem duplicem eſſe: nempe, aut ex certa ſcientia: aut in communi forma. Et quid vnaquæque?*

6 *Excommunicatore mortuo, aut mentis non ſanæ, quis abſolutionem impendere queat? Et ſubinde, abſolutus ab Epiſcopi excommunicati officiali, num verè abſolutus ſit?*

7 *Cauſa appellationis aut querelæ ab excommunicationis ſententia ab inferiore Diœceſano lata, ad Metropolitanum delata, qualiter agendum procedendumq́; ſit? Et quid ſi excommunicatus non appellarit, de ſuffraganeo tamen apud Metropolit. conqueratur, vt ipſi ob iniuſtam excommunicationem pœnam irroget: an adire debeat? Et ibidem, quid ſi extra iudicium ſuffraganeus ad tutanda iura ſua, vel etiam in iudicio ex officio procedens, quempiam excommunicet?*

8 *Iudex ad actum abſolutionis interponendum, num aduerſarium citare debeat? Et quid ſi cõtra fiat, num teneat abſolutio?*

9 *Archiepiſcopus num eos abſoluere, qui alligati ſunt ex ſententia Canonis concilij prouincialis, poßit? Et quid ſi religioſus ab hominis ſententia, à qua non poteſt, quem abſoluat, num in aliquam cenſuram incidat? Et ibidem, quòd in mortis articulo ſimplex ſacerdos ab ea abſoluit.*

1 ABSOLVTIO † ſecundò, ſcilicet ab excõmunicatione
hominis, vt innoteſcat à quo poſsit impendi, ſciendũ eſt
quòd impendi poteſt primò ab eo qui tulit eam: quia potens
ligare, poteſt etiam ſoluere: niſi in caſu vt dictum eſt. Secũdò
ab eius ſucceſſore, vbi lator eſſet mortuus vel amotus. xj. q.
iij. ſi epiſcopus. Tertiò quãdo excõicator eſt ſuffraganeus,
impẽdi poteſt ab archiepiſcopo nõ indifferẽter: ſed ſi ad eum
fuerit appellatũ, & hoc vocatis partibus & cognito de appellatione:
vt in c. Romana. de appel. lib. vj. & extrà eo. venerabilibus.
vel ſi hoc habet conſuetudo, aut excõicator negligẽter
vel malitiosè differat abſolutionem: vel in alijs caſibus
in quibus iudicare poteſt de ſubditis ſuffraganeorũ, quos habes
j. ti. Archiepiſcopus. §. j. Et ſi abſoluit in caſu nõ cõceſſo,
abſolutio nõ valet: quia eſt à iudice nõ ſuo: vt in c. paſtoralis.
de offi. ord. Quartò generaliter à ſupiore excõmunicatoris,
ſi tamen habet omnẽ iuriſdictionem & plenam poteſtatẽ ſuper
excõmunicatũ æquè vt ipſe excõmunicator: ſicut ſi ſacerdos
parochialis vel archidiaconus aut alius ſubditus epiſcopo
ex conſuetudine vel ab alio iure ſuũ ſubditum excõmunicauit:
quanuis nõ deceat epiſcopum irrequiſito ſacerdote illum
abſoluere: hoc tamen poteſt: & ſi abſoluit, abſolutus eſt ſecũdum
Inno. vt in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ordi. etiam ſatiſfactione
nõ præmiſſa: quia epiſcopus eſt ordinarius totius
diœceſis, tam laicorum quàm clericorũ: vt in c. j. de offi. ordi.
etiã quia tales officiales dicuntur epiſcoporũ vicarij. de offi.
archid. c. j. lxxx. diſt. non debere. Quod verũ intellige, niſi habeat
ex conſuetudine quòd ab epiſcopo abſolui non poſsint:
quia tunc õn poſſet: vt in c. dilecto. de off. archid. Malè tamẽ
faceret epiſcopus abſoluendo etiam qñ poteſt: quia ſubditis
ſuis iuriſdictionẽ ſuã nõ ſeruat. de excel. præla. c. ij. & de offi.
ord. quanto. Et hæc opin. Inn. eſt cõis opin. Doct. quanuis aliqui
cõtradicant: vt not. Pan. in d. c. cũ eccleſiarũ. Si etiã Prouincialis
ordinis mendicantiũ abſoluit, quẽ Prior cõuẽtualis
excõicauit. & idem eſt de quolibet vicario habente plenitudinem
poteſtatis ſuper ſubditis Priorũ conuentualiũ vndecũq;
habeat, ſcilicet à cõſtitutionibus vel indulto apoſtolico. Archiepiſcopus
autem hoc nõ põt reſpectu ſubditorũ ſuffraganei,
niſi in caſu dicto: quia nõ habet plenitudinẽ poteſtatis ſuper
eis, cùm ab eo non habeat ſuffraganeus ſuã authoritatẽ.
¶ † Primò verò querit, vtrũ is cui Epiſcop⁹ cõmittit vices ſuas 2
valeat abſoluere ſupradictos excõicatos à ſubditis epiſcopi?
Et dico quòd non, ſecundum Dir. li. iij. & c. v. niſi hoc expreſsè
concedat. ar. de pœn. & remiſ. ſi epiſcopus. li. vj. vbi dicitur
quòd quis non intelligitur in generali commiſsione committere
ea quæ veriſimiliter in ſpecie non fuiſſet cõmiſſurus, nec
eſt veriſimile quòd in ſpecie commiſiſſet aliquid cũ iniuria
alterius: & conſequenter non intelligitur in gñe commiſiſſe
quòd poſſet abſoluere excõmunicatos ab alijs, quod eſſet in
eorum iniuriam. Item de regu. iur. in generali. lib. vj. Item de
procu. qui ad agendum. lib. vj. Et hoc etiam ſi epiſcopus diceret,
cõmittimus vobis vices noſtras etiam in his quæ mandatum
ſpeciale requirunt: quia in tali mãdato non veniunt maiora
& grauiora quàm ſint in commiſsione expreſſa: vt in d.
c. qui ad agendum. & in cle. non poteſt. de procu. Iſtud autem
minus eſt quàm abſoluere ſimpliciter, quia fit cum inferioris
iniuria. ¶ Secundò † vtrum Epiſcopus extra territoriũ ſuum 3
abſoluere poſsit excõmunicatos à ſe vel inferioribus ſuis? Et
dico vt in ti. priori. §. vj. dubio ij. & ſimiliter de legato: quia in
hoc eſt idem iudicium de ſententia iuris & hominis ſecundũ
doct. ibidem. Tertiò vtrum participans in crimine criminoſo
cum excõmunicato abſoluendus ſit ab eodem cũ illo? Et
dico quòd ſic, ſiue ille abſoluẽs ſit excommunicator: ſiue ſucceſſor,
ſiue ſuperior eius: vt in c. nuper. de ſent. excõ. ¶ Quartò
† quæritur, vtrum ſi ſententia excõmunicationis, quam tu- 4
lit inferior, ſit cõfirmata per Papam, ſuperior poſsit abſoluere?
Et diſtinguo ſecundum Panor. in c. ex frequentibus. de inſtit.
quòd aut eſt ſententia hominis, aut ſtatuti. Et ſi hominis,
aut eſt cõfirmata, ex certa ſcientia: & ſic nullus inferior Papa
abſoluere poteſt ſine eius mãdato: niſi certum eſſet cõfirmationem
per falſam ſuggeſtionẽ impetratam. extra de confir.
vtili. c. ij. Aut eſt confirmata ſimpliciter & ſine cauſæ cognitione:
& tunc abſoluere poteſt inferior: vt in c. ex frequentibus.
Si verò eſt ſententia ſtatuti, tunc confirmatio non aufert
inferioribus abſoluendi poteſtatem: quia ſtatutum inferioris
per Papam confirmatum eſſe non debet maioris roboris vel
momenti, quàm ipſius Papæ ſtatutum: à cuius tamen ſententia
abſoluere poſſunt Epiſcopi: vt in c. nuper. de ſenten. excõ.
¶ Sed pro his nota ſecundum doct. in d. c. ex frequentibus. &
in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. & de confir. vti. per
totum. Quòd † cõfirmatio eſt duplex. prima ſcilicet ex certa 5
ſcientia, & ſecunda in forma cõmuni. Prima eſt quando in ea
inſeritur totus tenor rei confirmatæ: vel quando Papa vtitur
iſtis vel ſimilibus verbis, ſcilicet ex certa ſcientia, vel quando
confirmat aliquid quod vidit: vt de confir. vti. venerabilis. vt
tenet Inn. in c. j. de tranſact. Secũda verò eſt quãdo Papa cõfirmat
ſimpliciter aliter nõ inſtructus de negotio: & tũc verba
debent conditionaliter intelligi: quia Papa ignorare pręſumitur
quæ in facto conſiſtunt: vt in c. j. de conſti. li. vj. Nota,
etiã quòd confirmatio prima, id eſt ex certa ſcientia ſecũdum
glo. in d. c. quia. tria operatur. Primò quòd talis res ſit
maioris



maioris authoritatis: ſecũdo ꝙ res minus valida ſit valida,
ita ꝙ validet malũ vel inualidũ: & habet vim innouationis:
vt in c. j. de trãſ. et in c. quoties. de pact. Tertiò
ꝙ pręter authoritatẽ cõfirmãtis nullus inferior de re illa
cognoſcere poſsit. Cõfirmatio autẽ ſecunda, id eſt, in
forma cõi parũ aut nihil operatur, nec tollit cognitionẽ
inferioris: nec erat aliquod nouũ ius, vt in iuribus pręallegatis:
ĩpetratur autẽ, quia ſolẽt magis timeri ſpecialiter
quàm gñaliter ſolũ ꝓhibita. j. Cõfirmatio humana.
6 ¶ Quintò † quæritur, vtrũ excõicatore mortuo vel amẽte
capitulũ vel ſucceſſor, aut is, ad quem eius ꝑtinet iuriſdictio,
abſoluere poſsit eos quos excõicator abſoluere
potuiſſet? Et dico ꝙ ſic: & etiã à ſentẽtijs latis à iure:
vt in c. vnico. de maio. & obe. in vj. & xj. q. iij. ſi eps. Circa
hoc tñ quintũ dubiũ inſurgunt dubia multa, de quibus
j. in tit. Capitulũ. per totũ. In excõicatione etiã hoĩs
vel eius abſolutiõe locũ habẽt dicta in tit. priore: niſi de
excõicatione iuris ſpecialiter dicta ſunt. ¶ Sextò quæritur,
vtrũ abſolut⁹ ab officiali epiſcopi excõicati ſit verè
abſolutus? Et diſtinguo: quia aut iſtũ officialẽ epiſcopus
inſtituit poſtquam iam erat excõicatus, aut antè. Si primum,
iſte non eſt verè abſolutus: quia eps excõmunicatus
maiori excõicatione ab omni actu legitimo & ſuſpenſus,
& cõſequenter officialẽ inſtituere non potuit. Si
verò ſecundũ, adhuc diſtinguo: quia aut cœperat vti officio
antequam eps excõicaretur, aut nõ. Si primum, planum
eſt quòd ſit verè abſolutus, niſi aliud obſiſtat, ſecũdum
Rich. in iiij. diſt. xviij. Si verò ſecundũ, ſic ſecundũ
aliquos ſecus eſt: quia ex quo vti non cœperat officio
ſuperueniẽte excõicatione epiſcopi expirat iuriſdictio.
quod per hoc declarant: quia ſi epus corporaliter moreretur,
aut deponeretur antequã officialis officio ſuo vti
poſſet, iuriſdictio ſibi ab epo cõmiſſa expiraret. extra de
offic. deleg. licet. in gl. Sed iſta opinio Rich. non placet:
dicitq́; nõ eſſe ſimile quod adducũt quia mors poteſtatem
aufert, & depoſitio executionẽ poteſtatis in perpetuũ:
non autẽ excõicatio, ſed eã ſuſpẽdit vſque ad tẽpus.
Vnde videtur dicendũ quod ꝓcedere poſsit: & alijs abſolutus
ab eo verè abſolutus eſt. Et probari poſſunt hæc
7 extra de offi. vic. Rom. lib. vj. in tex. & in glo. ¶ † Septimò
quæritur, quomodo faciẽdum ſit quando cauſa per
appellationẽ vel querelã venit ad metropolitanũ ſubdito
diœceſam appellante vel querulante? Et dico ꝙ ſi defertur
per appellationẽ, ſic diſtinguitur in c. venerabilibus.
de ſentẽ. exc. lib. vj. §. ſanè. & duobus ſequẽtibus.
Si certum eſt iuſtã eſſe ſententiã excõicationis, ſuperior
iudex excõicatum ad excõicatorem remittere debet, &
non abſoluere, niſi periculũ ſit in mora: vel niſi excõicator
requiſitus eum malitiosè nollet abſoluere. ſi tamen
abſoluit, tenet abſolutio, ſecundum gl. ibi, ver. debet. Si
verò conſtet ſententiã eſſe iuſtã, ſine aliqua difficultate
mox debet abſolui, & nõ remitti ad excõicatorẽ. Si autem
dubitetur vtrũ iuſta ſit vel iniuſta, ſuperior eã poteſt
iuxta formã ecclĩæ relaxare niſi deferat excõicatori:
quanquã honeſtius aget ſi deferat ei in hoc caſu. Hęc
ibi. Si autẽ talis nõ appellauit, ſed ſuperiorẽ per ſimplicẽ
querelã adiuit, dicendũ eſt ſecundũ gl. in c. per tuas. de
ſentẽ. excõ. ꝙ ad inferiorẽ pro abſolutiõe remittendus
eſt: quẽ ſi nolit abſoluere, illũ abſoluet archieps. de offi.
or. ad reprimendã. tamẽ ſi periculũ eſſet in mora, ꝓpter
huiuſmodi remiſsionẽ, ipſum ſtatim archieps abſoluet.
de ſen. excõ. ſacro. Si tamẽ ſententiã euidẽter iniuſtã cognoſceret,
declarare poteſt archieps ſubditũ epi ab epo
irrationabiliter fuiſſe ligatũ: licet ad ipſum non appellauerit.
de app. ſolicitudinẽ. Hæc ex glo. Nota tamẽ ꝙ in
caſu quo non eſt appellatũ, ſi excõicatus deponat querelam
apud ſuperiorẽ de ſuffraganeo: vt imponatur ei pœna
pro iniuſta excõicatione & ſuo intereſſe, debet eum
audire: nõ autẽ ſi queratur de illo vt relaxetur ſentẽtia,
quã ille cõtra ſe pro alio promulgauit: quia tueri hanc
cauſam nõ pertinet ad ſuffraganeũ, ſed ad Deũ pro quo
eſt ſententia. Attamen ſi ſuffraganeus extra iudiciũ pro
defenſione iuriũ ſuorũ, vel etiã in iudicio ex ſuo procedens
officio, ſcilicet inquirẽdo vel ſimile qd agẽdo aliquẽ
excõicet, in hoc caſu cõueniendus eſt ſuffraganeus
corã archiepo vel eius officiali: quia ipſius intereſt defendere
cauſam ſuã. Hæc in d. c. venerabilibus. ¶ Octauò
† queritur, vtrũ iudex ad actũ abſolutionis citare te- 8
neatur partẽ aduerſam? Et dicit Panor. in qua fronte. de
app. ꝙ ſic, ſecundũ doct. cõiter, cùm pars aduerſa pretendere
poſsit intereſſe: fortè enim fecit expẽſas, quas cõſequi
debet ante abſolutionẽ, vel huiuſmodi: tenet tamẽ
abſolutio ſi de facto fiat parte nõ vocata. ſed gl. in cap.
excõicato. xj. q. iij. videtur limitare prædicta qñ iudex
excõicauit ad inſtantiã partis: ſecus ſi ex officio ſuo. &
hoc placet Pan. Io. autẽ And. arguit quòd abſolutio nõ
teneat, per tex. in c. Rom. §. ſententias. de app. lib. vj. vbi
dicitur ꝙ ſentẽtia excõicationis vel interdicti nullatenus
eſt reuocanda parte nõ citata. Sed Pan. cõcordãs dicit
abſolutionẽ tenere ꝑte nõ vocata, ſi fiat ab excõicatore,
ſiue à ſuperiore cõcurrẽte cũ eo ad actũ iuriſdictionis
circa excõicatũ. tex. eſt cùm gl. in c. cũ ab eccleſiarũ.
de offi. or. & in d. c. venerabilibus. §. vbi. vbi hr̃ regula
gñalis ꝙ abſolutio facta à iudice ſuo quãtumcũq; iniuſta
tenet. Quãdo aũt abſolutio fit à iudice, ad quẽ deuoluitur
iuriſdictio ſolũ via appellationis: vt in archiepo,
ſi ad eũ non eſt appellatũ, nõ valet abſolutio: ſecus ſi recipiat
appellationẽ ex ꝓbabili cauſa emiſſam: quia tũc
tenet abſolutio ab eo facta ꝑte vocata, licet ſit iniuſta:
quia hoc caſu eſt iudex. quod etiã patet ꝑ d. §. vbi q proprię
loquitur de iudice ad quẽ, vbi dicitur ꝙ vbi ſuperiori
cõpetit de excõicatione cognoſcere, abſolutio quã
facit tenet, licet forſitã ſit iniuſta: quoniã etſi cõtra ius litigatoris,
non tñ cõtra ius cõſtitutionis abſoluit. Si autẽ
vult ſententiã excõicationis reuocare tãquã iniuſtã, vel
denũtiare nullã: nõ poteſt, niſi partibus vocatis. & ſi aliter
facit, reuocatio vel annullatio non tenet. & hoc caſu
intellige d. §. ſentẽtias: & Io. An. ibi. Et ratio eſt qa hoc
eſt quaſi diffinitiue ꝓnũtiare, & eſt actus iudicialis: nec
ſibi cõpetit poteſtas, niſi pri⁹ examinauerit cauſã. Hæc
Pan. & eſt verũ quod dicit do. Abb. quia etiã ſi archieps
ſit iudex, nõ tamẽ poteſt ſentẽtiã, à qua eſt appellatũ, reuocare
ſine citatiõe partis. l. de vnoquoq;. & ibi ꝑ doct.
ff. de reg. iu. Poteſt ergò ſolũ abſoluere, qa abſolutio eſt
actus pœnitẽtialis: ſed reuocare ſñiam excõicatiõis parte
nõ citata hic nõ poteſt. c. inter quatuor. & ibi Inn. de
maio. & obe. ¶ Nonò † queritur, vtrũ archieps abſoluere 9
poſsit ligatos ſñia canonis concilij ꝓuincialis? Et dicit
Aſtẽ. lib. vij. ti. xiij. de mẽte Hoſt. ꝙ nõ ſine cõſenſu ſuffraganeorũ,
ſi canõ ſit factus in ꝑſona cõcilij: vt ſi dicat,
Nos cõciliũ, vel nos archieps de conſenſu ſuffraganeorum.
& hoc niſi epi ſibi conceſſerint: vel hoc ex priuilegio
vel cõſuetudinẽ habeat. arg. de tẽp. ord. ſi archieps.
& capi. ſequenti. Poteſt verò per ſe abſoluere, ſi ſtatutũ
ſit factum ex perſona archiepi: vt ſi dicatur, Nos archiepiſcopus
de conſilio fratrum noſtrorũ, &c. quia conſi-
lium

lium nō importat neceſsitatē. vt in c.cū olim.de arb.iū-
cta gloſ.Arc. autē xvij.diſt.in ſumma.in vtroq; caſu te-
net ꝙ abſoluere poteſt nō ſolùm archieps ſuū ſubditū,
ſed etiā quilibet ſuffraganeus:qa talis ſententia eſt ca-
nonis:ar.ex c.nuper.de ſen.exc.& hoc tene. An autē re-
ligioſus abſoluēs à ſentētia hoīs à qua non poteſt, inci-
dat in aliquā cēſurā, vide j.Excōicatio.vij.excōicatiōe.
xiiij.§.viij. Ab hac etiā abſoluere pōt ſimplex ſacerdos
in mortis articulo modo quo ſuprà Abſolutio.j.§.v.

## Rurſus de Abſolutione tertiò ſcilicet quo ad modum eius.

1 *Abſolutio ſiue à maiori, ſiue à minori excommunicatione, num ſub conditione, quæ verè conditio eſt fieri poſsit.*

2 *Abſolutionis ab excommunicatione maiori, duplex modus. Et abſolutionem nudo & ſimplici verbo fieri poſſe: & eam ſacramentalem non eſſe, an verum ſit?*

3 *Abſolutio ab excommunicatione maiori, quantum ad ſolennitatem & modum de bene eſſe pertinet, quot requirat? Et ibidem vnū quodq; ſigillatim. Et primùm qd abſoluendus agere debeat? & ad quæ ante quàm abſoluatur, teneatur?*

4 *Abſoluēd⁹ ab exc. abs quo, & qua rōne ac forma abſoluēd. ſit? Et qd ꝑcipere ac facere debeat abſoluēs? & an ſi irrationabilia mādet, ab eo appel. poſsit? Et ſubinde abſol. formula practica.*

5 *Abſolutio ab excommunicatione minori, quo ad modū, qui obſeruari debet, duo habere debet, nempe vnum reſpectu abſoluendi, alterum reſpectu abſoluentis. Et ibidem quæ ſint?*

6 *Abſoluens iuxta formulas hic traditas, num illicitè excommunicato participare cenſeatur?*

7 *Papa ab hoc, quòd excommunicatum ſalutat, aut eum alioqui deoſculatur, num eum abſoluere intelligatur? Et quid in epiſcopo vel alio inferiore à Papa? Et ſub hæc, quòd in abſolutione ab excōmunicatiōe certa forma requiratur. in abſolutione à ſuſpenſione non æquè. Et ibidem diuerſitatis ratio.*

8 *Excōicatus per papæ cōſtitutionē nū abſolutus ex eo intelligēdus ſit, quòd cōſtitutio reuocata ſit: ac proinde abſolutione nō egeat? Et quid de excōicato per inferioris papa conſtitutionē?*

9 *Abſens num abſolui ab excommunicatione queat? & ibi quòd per procuratorem per literas, & ſine vtriſque.*

10 *Inuito num abſolutionis beneficiū impendi poſsit? Et ibidem, excōicationem pœnā eſſe, cuius natura nō eſt, vt volūtaria ſit.*

11 *Alligatus pluribus ſententijs, aut vna ex diuerſis cauſis illati, abſoluendus, omnes huiuſmodi ſententias, aut cauſas num exprimere debeat? & quid de peccatis, ob quæ irrogatæ & contractæ ſunt ſententiæ.*

12 *Illigatus à iudicibus pluribus, num ab his omnibus abſolui debeat? Et quid ſi petat ab vno, omnium tamen ſupremo?*

13 *Excōmunicatus ſe ad iuſtitiam offerens, num aduerſario appellante, & intercedente ne abſoluatur abſolui queat? & ibi, quòd tribus modis, cum limitatione tamen ad tertium modū.*

14 *Dubius de excōmunicatione num abſolutionē petere debeat?*

15 *Excō. demortuus, q pœnitudinis & attritionis indicia exhibuit, qualiter ſit abſoluēdus? & qd ſi cœmeterio inſepultus eſt?*

16 *Abſoluendo ab excōicatione, num pœnitentia iniungēda: & qualis? Et qd ſi abſoluēdus ob legitimū impedimentū, ad eū ſe cōferre nequit, abs quo abſolutionē accipere debeat? Et qd ſit legitimū impedimētū, et tūc abs quo abſolui debeat? remiſsiuè.*

1 ABSOLVTIO † iij. ab excōicatione quo ad modū
ſeruādū, vt plenius innoteſcat: ſciendū eſt primò ꝙ
à nulla excōicatiōe maiori vel minori poteſt qs ſub cō-
ditiōe abſolui: puta ſi ſatisfecerit, vel huiuſmodi: qa nec
talis abſolutio tenet: nec taliter abſolut⁹ eſt ſimpliciter
abſolutus ſecundū Veruec.de reg.iur.actus.li.vj. Et ſe-
cundū Pan.in c.de qbus.de bap. intelligitur de cōditio-
ne ſuſpēdēte actū, id eſt, q̄ eſt de futuro: ſiue quæ pendet
in futurū. ſecus autē ſi eſſet de præterito, quæ propriè nō
eſt cōditio: cùm actu nō ſuſpēdat: vt baptizo te ſi nō es
baptizatus. ¶ Sciendum † eſt ſecūdò, pro abſolutione ab 2
excōicatione maiori ꝙ modus eius eſt duplex: vnus ſci-
licet pertinēs ad bene eſſe eius & ſolēnitatē, de quo.§.
ſeq. alius ꝑtinēs ad eius neceſsitatē vel eſſentiā, ſine quo
ſcilicet nihil fit, & quo ſeruato tenet. Et de hoc dico ꝙ
nō ſeruato modo ſolenni etiā ſine cauſa rationabili, ab-
ſolutio ipſa nudo & ſimplici verbo fieri pōt: vt dicēdo,
abſoluo te ab excōicatione: aut relaxo eā, vel te bene-
dico: aut aliquid æquiualēs cū intētiōe abſoluēdi. extra
de reg.iur.oīs res.50.diſ.ponderet.& hoc ſecundū Ray.
Gul.Io.& Arch.& oēs ferè doct. vnde dicit Rich. in iiij,
ſufficere quęcunq; verba ſignificāt remotionē excōica-
tionis: & ibidē in ſentētia dicunt Ant. de But.& Pet.de
Peruſio, & S.Th.q in iiij.di.xvij. vult abſolutionē excōi
catione nō eſſe ſacramētalē, ſed magis cōſequi iuriſdi-
ctionē: ideóq; verba ipſa habere efficaciā ab intentione
dicētis: vbi nō refert qbus qs verbis ſuā intentionē ex-
primat. Cōtrariū tamē videtur, ſcilicet ꝙ abſolutio iſta
nō teneat modo ſolēni nō ſeruato, q à iure collect⁹ eſt:
quia forma reſcripti exacta diligentia ſeruāda eſt, ita vt
nec ordo prępoſteret.c.cū dilecta.de reſcri.& alijs in gl.
ibi allegatis. ſed diſtinguēs dico iſta ꝓcedere qn̄ abſo-
lutio alicui ab hoīe cōmiſſa eſt, & ſub certa forma: quia
tūc abſolutio nō valet forma nō ſeruata: argu.ca.fin.de
præb.&.c prudētiā.de off.dele. Et ratio eſt, omiſſa for-
ma data ab hoīe nulla cōpetit iuriſdictio: vt notat̄ in iu
ribus præallegatis: & cōſequēter nō valet actus deficiē-
te poteſtate. Si verò abſolutio ſit cōmiſſa alicui de iure
vel ab hoīe, ſed ſimpliciter, & nō ſub aliqua forma, ſuf-
ficit vti verbo abſolutionis, vel relaxatiōis, aut re bn̄di-
ctionis, & huiuſmodi: qa ſicut in excōicatione, ita & in
abſolutione nulla eſt ſubſtantialis & eſſentialis forma
tradita à iure, ſcilicet certa & determinata: vt notat̄ in
c.j.de ſen.exc.li.vj.& in c.j.de iud. ad qd᷑ facit ij.q.iij.c.
j. ſed ſufficit ꝑ quæcunq; verba ꝓferre id qd᷑ ſignificat
verbū excōicationis & abſolutionis. Et ita tenet Goſ. vt
not.Pan.in c.fi.de reſt.ſpo.& Inn.in d.c.cū dilecta.& ſic
etiā intellige dictū Io.And.& Arc.in.c.cōperim⁹.xxiiij.
q.iij.& Inn.in c.cū deſideres.de ſen.excō. dicētiū ꝙ abſo
lutio ab excōicatiōe ſolo verbo facta tenet: ſed dicat nō
ſeruās modū ſolenne, niſi omittat ex cauſa rationabili.
¶ Sciēdū † eſt tertiò ꝙ abſolutio ab excōicatione maiori 3
quātū ad ſuā ſolēnitatē & modū obſeruādū de bene eſſe
ab ipſo abſoluēte ſecundū Hoſtien.in Sum. quatuor re-
quirit. ¶ Primū eſt, ꝙ abſoluēdus antè iuret parere mā-
datis eccl̄iæ: vt in c.ex tenore.de ſent.excō.& idē eſſet ſi
iuraret parere mādatis abſoluētis, ſecūdū Arc. qd᷑ quidē
Hug. limitat ſeruādū in criminib⁹ horrēdis, vt incēdia-
rij, falſarij, & huiuſmodi, nō autē in leuibus. & hoc pla-
cet Arc. Et ſcd̄m Hoſt. hoc eſt de ſubſtātia abſolutionis:
ſed tamē cōtrariū eſt verū, & cōmuniter tenetur, de ſen.
excō.cū deſideres. vnde ſi omittat̄, qd᷑ tamē fieri nō de-
bet, teneat abſolutio, ſcd̄m Goſ. Ber.& Gul.& ꝑdictos.
Et mulieres qdē indubitāter iurare debēt. an aūt & pue
ri, relinquitur arbitrio epi, vt multis placet. ¶ Secūdum
eſt ꝙ antequā abſoluatur ſi excōicatus eſt pro notoria
offenſa, præſtat emendā ſufficientē iuxta proprias fa-
cultates, vt in ca.porrò. de ſent.excom.& in capite, pa-
rochianos.eod.titu. Pro contumacia verò & offenſa du-
bia ſufficit cautio iuratoria. de verborū ſignificatione,
ex



ex parte. ſcilicet vbi nullę petunt̄ expēſæ. Sed vbi petū-
tur expēſę vel ſatisfactio dāni, abſolui nō debet, niſi pri⁹
ſatisfaciat ſi pōt: & ſi non poteſt, abſolui debet ſub cau-
tione idonea, id eſt, pignoratitia vel fideiuſſoria de ſa-
tisfaciēdo ſi venerit ad pinguiorē fortunā: vt in c.Odo-
ardus.de ſolu.& in c.ex parte.de verb.ſig.el.j. Quam ſi
præſtare nō poteſt, ſaltē præſtabit iuratoriā: abſolutio
autē non negabitur. xxvj.q.vj.ſi presbyter. Et ſecundū
Gul. talis ad petitionē aduerſarij tenetur cedere bonis.
quod intelligo verū in foro cōtentioſo: ſed in foro pœ-
nitentiæ ſufficit ſi reſtituat eo modo quo tenet̄. de quo
infrà Reſtitutio. Tenet autē ſecundū eundē Gul. abſo-
lutio, ſi hoc ſecūdū nō ſeruet: ſed peccat abſoluēs. ad qd᷑
4 facit d.c.Odoardus. ¶ Tertiū † eſt vt abſoluatur ꝑ eū qui
poteſt, cū pſalmo, oratione dn̄ica, & alia cōſueta & ver-
beribus, & poſtea ſubiungatur, abſoluo te, &c. vt in c.à
nobis.de ſen.excō.el.ij. vbi tn̄ de verberibus quæ Arch.
& Sūma Piſa. cōmemorāt mentio non fit, niſi quatenus
ſunt cōſueta, & conſequenter eadē ratione ſeruāda qua
& conſueta oratio. ¶ Quartū eſt vt abſoluēs poſtmodū
faciat abſoluto iuſta & rationabilia mādata: aliàs poſſet
appellare. extrà de pac.c.fi.& de appel. vt debitus. Erūt
autē rationabilia ſi excōicatio à iure iniungat̄: vt nun-
quā veniat contra canonē illū, puta percuſſori clerici vt
nunquā percutiat clericū, incendiario ꝙ non incēdat, &
ſimilia: vt in d.c.ex tenore.& xxiiij.q.ij.peſsimā. Et in-
tellige nunquā niſi in caſu licito & à iure conceſſo: qa
beneficiū iuris nemini auferēdū eſt. in auth.de nupti.§.
ſed hoc quod.& ff.de re iud.l.iiij. Et ita percuſſori cle-
rici iniungendū eſt nunquā percutere niſi ad defenſio-
nem vel de mādato prælati, cui etiā iniuria fieret ſi non
poſſet mādare ſubdito captionē aut verbera in caſu le-
gitimo. Aliquādo etiā requiritur cautio ꝙ talia de cæ-
tero nō præſumat: vt in ca.graue.de ſent.excō. Si tamen
ſentētia apparet iniuſta, nullū mandatū fiendum eſt: qa
prædicta iura loquuntur ſolùm in caſibus in quibus qs
verè cōmiſit delictū, propter quod fuit excōicatus. Cō-
ſueuit autem iſta abſolutio ſic practicari: vt poſt ſatisfa-
ctionē & iuramētū incipiat abſoluēs Pſalmū Miſerere,
& ſimul virgis & flagello percutiēs ſcapulas nudas ab-
ſoluēdi, niſi aliter ſuadeat pudor honeſtatis: finito Pſal-
mo ſubiungat kyrie elei.& Pater noſter.& verſ. ſaluū
fac.& orationē Deus cui propriū: excepto ꝙ non dicit̄,
quos delictorū. ſed loco huius dicitur, & hunc famulum
tuum quē excōicationis catena cōſtringit &c.& deinde
dicat, abſoluo te à vinculo excōicationis quā incurriſti
propter tale factū, & reſtituo te ſacramētis eccl̄iæ & cō-
munioni ac vnitati fideliū, in nomine patris &c. vel di-
cat formā abſolutiōis quā habes infrà Abſolutio.vj.§.j.
& vltimò faciat mādata. ¶ Sciendū † eſt quartò ꝙ abſo-
5 lutio ab excōicatione minori quantū ad modū quē ſer-
uare debet abſoluēs duo debet habere: primò vnum ex
parte abſoluēdi: vt ſcilicet ſacerdoti ꝓprio, id eſt, ei qui
poteſt illū abſoluere à peccatis ſecundū Archi. exponat
cauſam petēs abſolutionē: vt in c.nuper.de ſen.exc. hoc
tamē nō eſt neceſſariū. ſecūdò aliud ex parte abſoluētis
vt abſolutè abſoluat: aliter abſolutio non valeret, vt de
maiori dictū eſt. Nō requirit̄ autē iuratoria cautio: vt in
d.c.nuper.& intellige de parēdo mādatis, aut dāno re-
ſarciēdo; nec requirūtur verbera aut oratio vel quæcūq;
ſolēnitas præter ſimplicē cōfeſsionē: alioquin dictū ca.
nup. nō reſpōderet tertio ibi quęſito: quæ tamē cōfeſsio
nō eſt abſolutè neceſſaria, ſed ſufficit rē innotuiſſe ſacer
doti: cùm etiā abſoluere poſsit inuitū vt dicetur. Nō re-
quiritur etiā ipſum ſacerdotē nō eſſe ligatū excōicatiōe
minori. ſed ſic ligatus pōt abſoluere: vt in c.duobus.eo.
titu. ¶ Circa † præmiſſa tamē conſurgunt dubia multa. 6
¶ Primū eſt vtrū abſoluēs ſecundū prædictū modum in-
telligatur excōicato participare illicitè in prædictis. &
dico ꝙ non: ſed potius licitè: qa in ſpectantibus ad aīæ
ſalutē: vel vt vulgò dicitur in cōuertēdo: & conſequēter
nullā ſentētiā excōicatiōis incurrit: vt in c.cū volūtate.
eo.tit.& xj.q.iij.c.cū excōicato. Idē tenet Hoſt.in c.à no
bis.el.ij.de ſent.excōica.& etiā ſi is, q abſoluitur, reſpō-
deat abſoluenti, vel dicat Pſal. Miſerere. cū eo. ¶ Secun-
dum, † vtrū papa excōicatū intelligatur abſoluere ꝑ hoc 7
quòd eū ſalutat vel oſculatur, aut quocūq; modo parti-
cipat ei ſciēter? Et dico ꝙ nō, vt in c.ſi ſummus.de ſent.
excom.in cle.& hoc intellige in dubio. ꝙ ſi conſtaret ꝙ
papa ex hoc eū haberet ꝓ abſoluto, eſſet abſolutus: qa
papa iuri poſitiuo nō ſubditur: cùm ſit ſupra illud. de cō-
ceſ.præb.propoſuit.& cōſequēter nō ſubijcitur formæ
iuris cōmunis volētis ꝙ excōicatio & abſolutio verbis
exprimatur. ſed tamē niſi papa id expreſſerit, reputari
nō debet abſolutus, ſecūdū Inn.in c.cùm olim.de priui.
¶ Tertiū, vtrū eps vel alius inferior papa excōicatū poſ-
ſit abſoluere dicto modo, id eſt, ei participando nullo
ſpeciali ſigno abſolutionis expreſſo cū intētione tamē
abſoluēdi? Et dico ꝙ nō, ſecundū Inn. in d.c.cū olim. ſed
oportet vti verbo aliquo denotāte abſolutionē.& con-
cordat gloſ.in d.c.cum deſideres.& eſt cōmunis opinio
Doc.in eo.c.& in eadē cle.ſi ſūmus.& ratio eſt: qa ſubij-
citur formæ iuris cōmunis: vt not.Pan.in d.c.cū deſide-
res. vnde cū in abſolutiōe ab excōicatione aliqua forma
requirat̄, nō obſtāte etiā ſatisfactione, requirit̄ abſolu-
tio: etiā vt dicit in excōicatione ad tēpus, puta quouſq;
quis ſatisfecerit: ſed tamē in abſolutione à ſuſpēſiōe vel
interdicto ſec⁹ eſt, ſcd̄m Io.And. vt ſingulariter no.Pan.
in c.fin.de matrimo.cōtra. cōtra inter eccl. qa ſi iſta fe-
ratur ad tēpus, poſt illud nō requirit̄ abſolutio: ſed ſuf-
ficit ſi de mēte iudicis cōſtet. Et ratio, inquit, diuerſita-
tis eſt: qa in iſtis nō requirit̄ certa forma, ſicut in abſolu
tione ab excōicatione. hæc Pan. q per formā certā non
accipit determinatā: qa nulla eſt ſubſtātialis & neceſſa-
ria, cū diuerſis verbis fieri poſsit abſolutio, vt dictū eſt.
ſed certa ibi eſt idē quod aliqua. Si tn̄ papa eſſet is, qui
excōicauit ad tēpus, poſt illud nō requirit̄ abſolutio, ſi
de Pōtificis volūtate cōſtiterit: qa nō ſubijcit̄ dictę for-
mæ: ſed volūtate poteſt abſoluere, vt dictū eſt: ſed in du-
bio credit dn̄s Anto. ꝙ abſolutio requiratur: qa alio nō
apparente nō videtur papa velle vti poteſtate abſoluta,
ſed ordinaria.& ita ſecundū iuris ordinē impēdi debet
abſolutio. ¶ Quartū, † vtrum excōicatus ꝑ cōſtitutionē
ſit abſolutus ex hoc ipſo ꝙ papa illā reuocauit nō indi- 8
gens illa abſolutione? Et dico ꝙ ſic, ſi reuocādo dixit ꝙ
eā vult haberi pro non facta: qa ſecundum gl. in c.non
debet.de conſang.& affinit.& glo.in clemen. vnica.de
immun.eccleſ.ſuper verbo, infectis: tāta eſt authoritas
papæ ꝙ tollere poteſt conſtitutionem etiā ratione pre-
teriti effectus: ita ꝙ in tali caſu talis abſolutione nō in-
digebit.& gl.in d.verb.infectis. dicit ꝙ papa in his quę
ſunt iuris poſitiui habet poteſtatem reuocādi ex tūc, id
eſt, ſic ꝙ retro trahātur. quæ glo. ſecundū Zabar. nō in-
uenitur alibi, & ei concordat Pan. dicens ex hoc ꝙ ille-
gitimus per papā legitimari poteſt, ſic ꝙ habeatur pro
legitimo ex tunc, id eſt, retro trahatur etiā quo ad ho-
nor

nores ſeculares. Si autē papa talē conſtitutionē reuocat
ſimpliciter, nō reuocat effectus iā cauſatus: nec videtur
approbatus actus exercitus cōtra illā: vnde excommuni
catus abſolutione indigebit. Nō eſt autē ſimile de præ-
latis inferioribus: qa illud quod dictū eſt, poteſt papa de
plenitudine poteſtatis: vt innuit glo. prædicta dicēs: vi-
de quāta eſt authoritas papæ: plenitudo autē illa nō eſt
in alijs prælatis q aſſumpti ſunt in partē ſolicitudinis.
vnde ſi eps dicat excōicationem epiſcopalē ſe velle ha-
bere pro nō facta, excōicatus per illā non eſſet abſolu-
9 tus. ¶ † Quintū an abſens ab excōicatione poſsit abſol-
ui? Et dico ꝙ ſic per procuratorē: ſecundum Ioan. Andr.
in c. qui ad agendū. de procur. lib. vj. & Arch. in c. eos q.
de ſenten. excom. lib. vj. & Spec. titu. de procur. quod ſe-
cundū Innoc. in c. cùm deſideres. de ſen. excom. eſt verū,
quādo ſubeſt iuſta cauſa: qđ non ſic intelligo quaſi de-
ficiēte iuſta cauſa, quod non teneat abſolutio: ſed qa ex
aliqua parte vel ex vtraq; incidit peccatum. Et ſimiliter
pōt abſolui ꝑ literas, ſecundū Rich. in iiij. diſ. xviij. & eſt
text. in c. quāto. ij. q. v. Erit autē abſolutus qñ literas re-
ceperit: niſi aliter cōſtet de mēte abſoluētis. Et ſimiliter
tenet abſolutio abſentis ſine procuratore, & literis quā-
tum pertinet ad forū aīæ: ſicut conſueuerūt cōfirmato-
res electos abſoluere ante confirmationē: qa totū depē-
det ex intentione abſoluētis, vt dictū eſt: & ſi non reqri-
tur præſentia animi ſeu volūtatis, vt ſtatim dicet: mul-
tò minus requirit præſentia corporis: & ſi abſolui poteſt
mortuus, cuius aīa eſt in purgatorio, multò magis vi-
uus. Vnde abſolutio generaliter facta in c. religioſorū,
extendit ad abſētes, ſi id prelatus intēdat, vt debet, etiā
ſi non faciāt qđ ille iniungit: qa etiā inuitus & cōtradi
cēs pōt abſolui: & multò magis volēs quāuis negligens.
10 ¶ † Sextū, vtrū abſolui poſsit inuit⁹? Et dico de hoc fuiſ-
ſe Theologorū opiniones varias in iiij. diſt. xviij. & Ca-
noniſtarū in c. ab excōicato. de reſcr. & c. ſignificaſti. de
eo q dux. in vxo. & in c. j. de ſent. exc. lib. vj. Vnde Sanct.
Thom. ibi dicit hoc eſſe poſsibile, qđ Rich. verū dicit,
quantū ad ſentētiā hoīs, nō autē iuris: qa illa eſt aliquo
modo volūtaria, dum qs volūtariè incidit in canonem.
Sed ratio Sācti Thomæ cōcludit de vtraq;, ſi loquamur
de poſſe abſoluto: qa, inquit, excōicatio eſt pœna: de cu-
ius ratione non eſt ꝙ ſit volūtaria: vnde nō pēdet à vo-
lūtate puniri: ſed puniētis, q ſcilicet ſicut eā ſua volūtate
infert homini, aut ꝑ ſtatutum annectit alicui facto: ita
etiā & remouet. Si verò loquamur de poſſe circūſtantio
nato, id eſt, irreprehēſibili, qđ ſcilicet idē eſt qđ debe-
re, ſic nō eſt hoc poſsibile niſi ex cauſa rationabili: puta
quia expedit ſaluti excōicati q ex hoc ſit peior: vel cōi-
cāti cui participādi excōicato neceſsitas incūbit. Quod
notauit Panor. in c. apoſtolicæ. de except. dicēs ꝙ vbi ex
abſolutiōe imminet vtilitas eccl'iæ, vel ſi non abſolui-
tur reus, eccl'ię ordinatio impedit: tunc abſoluendus eſt
etiā inuitus: vt dicit ipſe, c. veniēs. el. ij. de teſta. Et Sācti
Thom. ſubiungit ꝙ etiā manente contumacia pōt quis
excōicationē iuſtè latā diſcretè relaxare, ſi videat ſaluti
11 illius expedire. & cōſentit Alberi. ¶ Septimū, † vtrū liga
tus pluribus ſentētijs vel vna ex diuerſis cauſis teneatur
oēs cauſas exprimere? Et dico ſecūdū Pan. in c. cùm pro
cauſa. de ſent. excō. ꝙ ſi eſt ligatus pluribus ſentētijs, nō
tenet abſolutio, cauſis oībus nō expreſsis, qa eſt ſubre-
ptitia: & ſuperior abſoluere nō intendebat, niſi ꝓ cauſa
expreſſa. arg. optimū in c. officij. de ſent. excō. & in c. ex
parte. de offi. ordin. & hoc niſi petiuiſſet ac obtinuiſſet
abſolutionē generalē ab oībus: qa licet fieri nō debeat
niſi facta expreſsione ſpeciali: tamē facta tenet. qđ ego
verū intelligo, niſi doloſè ſubijceret vnā, loquēdo in fo-
ro aīæ: qa tunc ſecūdū Rich. in iiij. diſ. xvij. abſolutio eſt
inanis. de ſent. exc. cùm ꝓ cauſa. & c. officij. Hoc idē eſt
in foro iudiciariò ſecundū Pan. in d. c. cùm ꝓ cauſa. col.
ij. ibi nota bene glo. xxvij. in illis verbis, dūmodo expri
mat ſeriē facti. ſed Felin. referendo Sanct. Thom. in iiij.
Sent. diſt. xviij. q. ij. artic. v. dicit hoc habere locū, quādo
quis erat excōicatus pluribus excōicationibus ab eodē
iudice: qa abſolutus ab vna, intelligit, inquit Sāct. Tho.
abſolutus ab oībus, niſi contrariū exprimatur: ſecus ſi à
diuerſis. & de hoc eſt gloſ. in cā. ſunt plures. in verbo, de
omnibus. de pœni. diſt. iij. Si verò excōicatio fuit vna, &
cauſæ plures: aut vna cauſa ſola ꝑ ſe ſufficit: & tūc tenet
abſolutio ſi illa cauſa exprimat. arg. c. ſuꝑ literis. de re-
ſcri. ſi verò plures cauſæ ꝑ ſe ſufficiūt: vt qa plures cleri-
cos percuſsit: vel pluries eundē tēporibus interpollatis:
oēs cauſas debet exprimere ſecundū Piſanū: & vna ab-
ſolutio ſufficit ꝓ oībus: aliter eſt ſubreptitia abſolutio.
Et ſi exprimit vnā cauſam tantū: & deinde obtinet ab-
ſolutionē generalē; valet: modò fraus non interueniat,
maximè ſi cauſas tacitas exprimit in generali, dicens ſe
pluries talia feciſſe. Si verò nulla cauſa ꝑ ſe ſufficit, ſed
oēs ſimul: tūc ſecūdū Pan. vbi ſuprà, nō tenet abſolutio,
niſi oībus expreſsis. Cuius ratio eſſe pōt, ſi tamē dabilis
eſt iſte caſus: qa vna expreſſa, vel oībus præter vnā, non
eſt expreſſa cauſa ſufficiēs ſentētiæ: & cōſequēter iudex
non iudicat iſtū ligatū, & cōſequēter nec abſoluere in-
tēdit. Si tamē eo caſu intēderet abſoluere ad cautelā, eſt
abſolut⁹: cū abſolutio ab abſoluētis volūtate depēdeat.
Cum oībus tamē prædictis intellige, ꝙ ſi de abſoluētis
voluntate conſtaret, tenet abſolutio etiā nulla expreſſa
cauſa: ſi de ipſis excōicationibus loquamur: ſecus de pec
catis qbus cōtrahūtur: quæ oīa oportet ſpecialiter eſſe
expreſſa. ¶ † Octauū, vtrū ligatus à pluribus iudicibus 12
debeat à pluribus abſolui? Et dico ꝙ ſic: & ſemꝑ vitari
debet quouſq; ſit ab oībus abſolutus: vel ab vno, cui oēs
abſolutionē mādarint: ſecundū notata ꝑ doctores in c.
officij. de ſent. exc. aut ſecundū Rich. niſi abſoluat vnus
omniū ſuperior. Et intellige ꝙ petēs abſolutionē ab v-
no iudice ꝓ vna cauſa, debet tamē alias exprimere: vt
patet in d. c. officij. ¶ † Nonū, vtrū abſolui debeat excōi- 13
cat⁹ offerēs ſe ad iuſtitiā appellāte aduerſario ne abſol-
uatur? Et dico ꝙ abſolui pōt in triplici caſu. Primò ſi ex
cōmunicator recognoſcit errorē ſuæ excōicationis: qa
illū debet reuocare appellatione nō obſtāte. de ſent. ex-
com. ex ſacramēto. Secundò ſi de errore dubitat, & reus
præſtat cautionē de parēdo iuri, vt ibi: ſed caueat iudex
ne fingat errorē in præiudiciū partis. Tertiò ſi nec agno
ſcit errorē, nec dubitat de eo, & tamē reus petit abſolui:
& de parēdo iuri cautio idonea præſtat. ca. qua frōte. de
app. Fallit hoc quādo excōicatus abſolutionem petit ad
cautelā, dicens ſentētiā fuiſſe dubiā, aut falſam, aut nul
lam: qa ſi aduerſarius dicat eum pro manifeſta offenſa
excōicatū, & intra terminū octo dierū probet: abſolui
non poteſt reus, niſi prius ſufficientē præſtet emēdā. de
ſent. exc. ſolet. lib. vj. & facit c. Odoardus. de ſol. & quod
ibi notat. Si verò nō probet, abſoluetur cū iuratoria cau
tione: vt in d. c. ſolet. Si verò excōicatus impetret abſo-
lutionē aduerſario ſciēte, ſed nō contradicēte, neq; ali-
quid petēte: poſtea cōqueri nō valebit, qa remiſiſſe vi-
detur. de ſent. & re iud. quāuis. ¶ † Decimum, vtrū dubi- 14
tans





tans de excommunicatione petere debeat abſolutionem? Et
dico quòd ſic, ſi habet abſoluens commoditatem, & nullum
ſibi inde præiudicium generatur: quia in dubijs tutior pars
eſt eligenda. de ſpon. iuuenis. Si verò non habet illam cōmo-
ditatem, aut ſibi inde præiudicium generatur ab aduerſario,
aut à propria paſsione: quia ſcilicet aſſentiendo ſcrupulis fit
ſcrupuloſior & inquietior: tunc ſi dubitatio eſt leuis aut ſcru
puloſa, deponat eam ad conſilium boni viri: quia abſolutio-
nem petere non tenetur. arg. de ſenten. excommunicatio. ca.
inquiſitioni. Item quia dubius conſulēs peritos laborat igno-
rantia inuincibili, quæ peccatum excuſat, ſecundum Sanct.
Thom. ij. diſtinct. xxij. & iiij. diſtinct. ix. & xij. quæſt. vij. Sextò
quod maximè verum eſt in ſcrupuloſis: quia in re propria
ſunt ſine iudicio de particulari eligibili propter vehementiā
paſsionis timoris. Si verò eam deponere aut non vult aut nō
poteſt: vel etiam ſi dubitatio ſit probabilis habenti iudicium
ſanum, debet abſolutionem petere ratione iam dicta, & ar-
gumento in eodem capite, inquiſitioni. Idem per omnia di-
5 co in eo qui dubitat de peccato. ¶ † Vndecimum, vtrum &
qualiter mortuus abſoluendus ſit, qui ſigna contritionis oſtē
dens euidētia excommunicatus deceſsit? Et dico quòd abſol-
uendus eſt iuxta dicta ſuprà Abſolutio primò. §. v. & hoc mo
do: quia ſcilicet ſi eſt ſepultus in cœmeterio, non exhuma-
bitur: ſi verò alibi, exhumabitur, & corpus, vel ſepulcrum
verberabitur cùm Pſal. & oratione Dominica, & alia conſue
ta: ſicut circa viuos fieri conſueuit. de ſenten. excommunica.
à nobis. el ſecundo. ſed intellige quòd ſi extra cœmeterium
ſepultus eſt, non verberabitur ſepulcrum ſecundum, id eſt,
ſacrum: ſed primum, id eſt, prophanum: quia prius debet ab-
ſolui quàm ſepeliri: cùm excommunicati careāt eccleſiaſti-
ca ſepultura: vt Excōmunicatio iij. §. ij. ad quid autem circa
hoc teneatur hæres, infrà Hæres. iij. §. ix. ¶ † Duodecimum,
6 vtrum in abſolutione ab excommunicatione aliqua & qua-
lis pœnitentia iniūgenda ſit? Et dico quòd in triplici caſu in-
iungitur. Primò quando abſoluendus erat excommunicatus
ratione damni: quia peccat abſoluens niſi prius ſatisfecerit, ſi
poteſt, iuxta dicta ſuprà in hoc titu. §. ij. ſi tamen abſoluitur,
abſolutus eſt, ſecundum Veruec. Secundò quando iniecerat
manum violentam in clericum: pro qua re ſatisfactio pecu-
niaria ſolet imponi: quæ quidem applicabitur monaſterio, ſi
percuſſus fuerit monachus aut conuerſus: arg. xij. quæſt. j. nō
dicatis. & de ſtatu monach. cùm ad monaſterium. primo re-
ſponſo. vel ipſi ꝑcuſſo ſi fuerit clericus ſecularis, niſi in eccle
ſiæ contumeliam fuerit propulſatus: quia tunc etiam eccle-
ſia agere poterit pro iniuria. Inſtit. de iniu. §. ſi communi ſer
uo. & ſic etiam eccleſiæ ſatisfiet. Conſentit Gofr. & Hoſtien.
Tertiò, quando abſoluendus à ſententia Canonis vel homi-
nis habet periculum mortis, vel aliud legitimum impedimē
tum recurrendi ad illum, à quo fuerat de iure abſoluendus:
quia iniungendum eſt ei vt ceſſante periculo vel impedimē-
to ſe præſentet illi, recepturus eius mandatum, & ſatisfactu-
rus vt oportet: ſed intellige niſi impedimentum ſit perpe-
tuum, ſecundum Innocen. in cap. quanuis. de ſentent. excom-
municatio. & niſi excommunicatus ſit puer, id eſt infrà xiiij.
annum: vt patet in eodem c. Quòd ſi ſe non præſentet quàm
citò commodè poteſt, reincidit in eādem, ſicut & abſoluti à
ſede Apoſtolica vel eius legatis: quibus iniungitur vt ordina
rio vel alij ſe præſentent pro pœnitentia, & ſatisfaciant iniu-
riatis: niſi hoc faciant quàm citius cōmodè poterunt, de ſen-
tent. excommunicatio. c. eos. lib. vj. Et ibi hoc extenditur ad
quemcunque abſolutum cum onere ſe præſentandi vel ſatiſ-
faciendi alicui: ſiue ſententia fuerit iuris, ſiue hominis. de quo
dicvt infrà Excommunicatio. viij. Quid autem ſit legitimum
impedimentum, exemplificat Ioan. Andr. in cap. religioſo. de
ſenten. excommunicatio. lib. vj. vt ſi quis eſt in mortis articu-
lo, vel æger aut debilis, vel habens inimicitias capitales, vel
huiuſmodi. vide tit. ſequen. §. j. dubio xv. A quo etiam abſol-
uatur habens tale impedimentum, habes quantum ad peri-
culum mortis ſuprà Abſolutio primò. §. v. quantum verò ad
alia impedimenta, epiſcopus eſt requirendus: vt not. Inno. &
ſequitur Pan. in c. de cætero. de ſent. excom. & ſi ad eum mit
tere non poteſt, ſecundum Inno. in cap. j. de ſenten. excomm.
ſacerdos proprius abſoluet. Et hæc locum habent in excom-
municatione tam iuris quàm hominis, vt in dict. cap. eos.

## Rurſus de Abſolutione ab excommunicatione quartò ſpecialius, ſcilicet percuſſorum clerici.

1 *Iniuriarum, vt tres ſunt formæ ac ſpecies, ita tribus modis contingit quempiam ex clericorum percuſsione excommunicationem contrahere. Et quis in vnaquaq; ſpecie abſoluat? Et ibidem quid vnaquæque iniuriarum ſpecies, pulcherrimè exemplis plana ſit.*

2 *Exceſſus notorius qua ratione enormis dicatur? Vbi in hoc regula traditur ex Panorm. vna alia ab Aſtenſ.*

3 *Incidentes in excōmunicationē ob manuum violentā in clericū iniectionē à ſolo Papa abſolutionē conſequuntur. Fallit modis xvij. de quibus hic ex ordine: vt pſonarū ſpecies xvij. ſunt, quæ ab hoc priuilegij beneficio, aut iuſta ratiōe aliqua eximūtur.*

4 *Clauſula, ceſſante impedimento, qualiter accipienda ſit, & qualiter reſoluēda? Et impedimēti appellatiōe quid cōtineatur?*

5 *Excommunicatos ob iniuriarū clericis illationem, inferior epiſcopo, habens velut authoritatem epiſcopalem, pro leui ac mediocri iniuria, num ſicut epiſcopus, abſoluere poſsit?*

6 *Abſoluere qui poſſunt, num abſolutionē alij demandare poſsint?*

7 *Abſolutus cum mandato ſe Apoſtolico præſentandi, ſi interim ſedes vacet, num poſsint differre, dum ſedi Apoſtol. prouiſum fuerit? Et quid in alio excommunicationis genere, num qui Papam adire nequit, ab epiſcopo abſolui poſsit?*

8 *Officialis clericum feriens, an excōmunicationē incurrat? Abs quo, abſoluatur? Et quis officialis nomine intelligendus ſit?*

9 *Delicioſi, num ex eorum ſint numero, qui perpetuo dicantur excuſari impedimento: vt huius gratia præſentandi ſe Apoſt. curiæ, mandatum iniungi nequeat? Et quid de his, qui ſui iuris non ſunt? Et ſub hac. quid de marito vxorem in fraudem ferēte? Et an dicatur non ſui iuris.*

10 *Edictum de ſe curiæ præſentando, prohibitorium eſſe, & ad omnes porrigi, niſi ſpecialiter exempti ſint. Et an in ſimili de coniuge vir excipiatur: & libertus in ſimili de ſeruo. Item an ius priuilegiatum ad ſimile porrigatur.*

ABSOLVTIO † quartò ſpecialius, ſcilicet ab excōmu 1
nicatione in quam quis incidit ex clerici ꝑcuſsione: cu
ius abſolutio Papæ reſeruatur: vt in ca. ſi quis ſuadente. xvij.
q. iiij. nunc conſideranda eſt. Vt autem ſciatur quādo à Papa
& quando ab epiſcopo vel alio petenda ſit hæc abſolutio, cō
ſiderandum eſt primò quòd cùm ſecundum Io. And. & Pan.
in c. peruenit. de ſenten. excom. tres ſint ſpecies iniuriæ: leuis
ſcilicet, mediocris & enormis: epiſcopus ab huiuſmodi excō-
municatione pro leui iniuria poteſt abſoluere omnes iure
ſuo authoritate di. ca. peruenit: pro mediocri autem abſolue
re nō poteſt niſi priuilegiatos, de quibus infrà. pro enormi ve
rò regulariter non abſoluit, niſi in neceſsitate, vel vbi ſibi ſpe
cificè cōmittitur. hæc ex illis. Sed intellige de priuilegiatis
propter conditionem perſonæ vel circunſtantiā facti alle-
uiatiuam, nō autem de priuilegiatis propter exceſſus exilita
tem ſeu modicitatem: vt j. de leuiter ꝑcutiente dicetur, §. iij.

Leuis iniuria ſecundum Aſten.exempli gratia eſt ſi quis ma-
lo animo ſuper clerico manum ponat,aut accipiat eũ per ve
ſtes vel habenas.quod intelligi debet,ſi is qui talia infert, eſt
ſuperior,aut par,aut quaſi par in mundana reputatione: ſed
quia in his generalis regula dari non poteſt:ideo dicit Pano.
vbi ſuprà,& in c.cum illorum.eod titu.quòd leuis iniuria eſt
iudicis,id eſt,abſoluentis arbitrio iudicanda ex varijs circun-
ſtantijs perſonarum,locorum & temporũ:quia ſi clerico pu-
blicè miniſtrãti quis leuiter manus iniecerit,non erit iniuria
leuis,quæ aliàs fuiſſet leuis:& quædam eſt leuis illata puero
vel in dorſo,aut manu vel baculo, aut in occulto,quæ nõ eſ-
ſet leuis illata ſeni,vel in facie, vel pugno aut enſe, vel in pu-
blico.Enormis autẽ exempli gratia:vt patet ex c.cum illorũ.
de ſent.excõ.eſt,cùm venitur ad mutilationem membri:qua
ſcilicet membrum impeditur ab officio ſuo, & à fortiori ad
trũcationem quę eſt abciſsio totalis,vel ad ſanguinis effuſio
nem:quod ſcilicet abundantiam ſonat. & hoc per notabile
vulnus, & aliũde quàm ex membro vnde leuiter fluit : vel ſi
in epiſcopum,aut in propriũ abbatẽ manus iniecta ſit,adde
vel in eius locum tenentem ſecundum Io.And.& Pet.de Pe-
ru.Sed quia etiam in huiuſmodi eſt variatio,& ſine ſanguine
poteſt eſſe enormis iniuria:vt in c.vnico.de conſe.eccle.li.vj.
imò & mortalis:ideò ſecundum eundem Panor. hæc iniuria
iudicis arbitrio penſanda eſt:quia, inquit, ex quo epiſcopo &
abbati cõceditur certis caſibus abſolutio, cognoſcere poſſũt
an eorum ſit iuriſdictio . arg . c.ſuper literis . de reſcriptis. &
in l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi.ſed caueant, inquit, ſibi, ne le-
uem dicant,vbi eſt enormis.Idem etiam ſentit Piſan. ſcilicet
quòd iudicis vel boni viri ſit hæc iniuria arbitrio iudicanda,
ex circunſtantijs locorum, temporum & perſonarum:vt In-
ſtitu.de iniurijs.§.atrox.Et idem ſentit Hoſt.in qualibet iniu
ria,allegans extrauagantem,perlectis. Et adde ſecũdum Io-
annem Andr.in cap.cum illorum.eodem titu.quòd enormis
iniuria eſt ſi percuſsio fit in theatro , vel foro,vel in conſpe-
ctu iudicis: multo fortius ſi quis in cœmeterio,vel dormito-
rio vulneretur,ſeu aliàs verberetur.Et hæc omnia eliciũtur
ex d.§.atrox.vbi dicitur:Atrox iniuria æſtimatur vel ex fa-
cto:veluti ſi quis ab aliquo vulneratus fuerit,vel fuſtibus cæ-
ſus.vel ex loco:veluti ſi cui in theatro vel foro,vel in conſpe-
ctu prætoris iniuria facta ſit.vel ex pſona:veluti ſi magiſtra-
tus iniuriam paſſus ſit:vel ſenatori ab humili perſona iniuria
facta ſit:aut ſi parenti patronoq; fiat à liberis vel libertis.
nonnunquam etiam locus vulneris atrocem iniuriam facit:
veluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Hæc ibi.vbi gloſſa in
verbo oculo,addit vel in ore.Mediocris autem dicitur , quæ
inter leuem & enormem eſt media:de qua neceſſariò cogno
ſcit is qui & de extremis: vnde ſecundum eundem iudicis ar-
bitrio penſatur. Cui conſentit Hoſtien. dicens quòd iudi-
cium de leui & enormi iniuria totum arbitrio committitur
epiſcopi:& intellige etiam ſimplicis confeſſoris:quando ha-
bet abſoluendi authoritatem à Papa vel epiſcopo:quia tunc
habet iuriſdictionem ex commiſsione. vnde Piſanus totum
tribuit arbitrio boniviri,qui etiam non poteſt eſſe niſi iudex:
quod verum eſt in foro animæ vel etiam iudice dubitãte in
foro cauſarum.Aduertendum eſt tamen quòd cùm medium
naturam ſapiat extremorum, & vtriuſque nomen ſubinduat
reſpectu alterius:vt patet v.Phy. ideò iniuria mediocris ali-
quando appellatur grauis,quia ſcilicet maior eſt leui: vnde
ſecundum Monal.inter enormem & leuem eſt media, quæ
grauis dicitur:aliquando verò dicitur leuis, ſcilicet reſpectu
ipſius enormis,quæ dicitur grauis: ſicut & percutiens enor-
miter dicitur percutere grauiter:vt in dict. cap. ſi verò.vnde
etiam ſecundum Hoſt.Rodo.& Mon.grauis iniuria dicitur,

quando vulnus illatum requirit medicamen chirurgiæ,vel
emplaſtri,& huiuſmodi, vbi grauis ſumitur pro enormi.†Ex 2
his Pan.in d.c.cum illorum.elicit regulam ſingularem,ſcili-
cet quòd exceſſus notorius dicitur enormis ratione notorie-
tatis:quia percuſſus in platea vel theatro, vel eccleſia dicitur
atrociter iniuriatus:ideò inquit , epiſcopus , qui ſcilicet infe-
rentem clerico iniuriam leuem ſuo iure poteſt abſoluere: vt
idem dicit in d.c. peruenit . non poteſt abſoluere à notoria:
quia leuis dici non poteſt.hæc Panor.Imò etiã videtur quòd
pro tali iniuria abſoluere nõ poſsit etiam priuilegiatos,quos
poteſt abſoluere pro mediocri:quia iſta eſt enormis. Aſten.
etiam regulam facit,quòd vbi ex tali iniectione manuũ ſcan
dalum generatur , efficitur iniuria grauis , id eſt , enormis
idem ſecundum Hoſt.dicendum eſt quoties inferior & ſubdi
tus in ſuperiorem manus iniecerit:ſed tamen in omnibus di
ctis & dicendis exemplis ſemper tene quod in omnibus opor
tet interuenire boni viri arbitramentum; propter varias cir-
cunſtantias.¶†Sciendum eſt ſecundò circa abſolutionem ab 3
huiuſmodi excommunicatione quòd perſonæ quædam di-
cuntur priuilegiatæ:& ſunt numero xvij.de quibus Panorm.
in d.c.cum illorum.ſic dicit:Nota ex textu regulã quòd in-
cidentes in excõmunicationẽ pro violenta manuum iniectio
ne in clericum à ſolo Papa abſolutionem conſequi poſſunt.
quæ regula originaliter habetur in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.
iiij.Fallit autem in multis caſibus,quæ iſtis verſiculis cõtinẽ-
tur:Regula,mors,ſexus,hoſtis,puer,officialis,Delicioſus,in-
ops,æger,ſenexq; ſodalis,Ianitor,adſtrictus,dubius,cauſæ le
uis ictus.Debiles abſolui ſine ſummo merent. Sũt ergo xvij.
caſus in quibus citra ſedem Apoſtolicam huiuſmodi abſolui
poſſunt. ¶Primus eſt ſi regularis verberet regularẽ:dũmo-
do exceſſus nõ fuerit enormis:quia abſoluitur à ſuo abbate:
vt in c.monachi.de ſent.excom. & in c. cum illorum.eo.titu.
Et ſecundum Pan.in d.c.cum illorum.& idem eſt de priore
vel præpoſito,vel quomodocũq; nominetur,qui eſt loco ab-
batis:quia ſcilicet monaſteriũ non habet abbatem, ſed prio-
rem vel præpoſitum:vnde textus vtitur verbo generali dicens
eorum prælatus:& ſecũdum Sum.Cõfeſ.idẽ eſt de priore cõ
uentuali ordinis prædicatorũ, & guardiano ordinis minorũ,
& omni priore conuentuali nõ habente ſuper ſe maiorem in
eodem cõuentu.ſed intelligo de canonicè electo,qui ſolus in
religione dicitur prælatus:vt innuit Arch.& de hoc infrà tit.
Prælatus. Extenditur etiam hoc ad magiſtrũ & fratres hoſpi
talis ſancti Io. Ieroſolymitani:vt in c.canonica.de ſent. excõ.
qui ſubditos ſuos ab hac ſentẽtia poteſt abſoluere ſi ſit ſacer
dos.Non autem extenditur ſecundũ Hoſt.ad priorẽ templa-
riorum,de quibus ſcilicet ſimile videbatur: quia,inquit licet
ius cõmune debeat extendi per identitatem rationis, ſecus ta
men eſt in iure priuilegiato.licet glo. teneat cõtrariũ in d.c.
cum illorum.Non extẽditur etiam ſecundum Pano.ad prio-
rem trium vel quatuor,qui inſtituitur & remouetur ad arbi-
trium ſuperiorũ.Idem autẽ eſſet ſi regularis pcuteret ſecula-
rem:vt in ca.religioſo.eo.tit.li.vj.Et intellige ſecundum Pan.
ſiue inciderint ante,ſiue poſt ingreſſum religionis. ¶Secun-
dus caſus eſt in mortis articulo.xiiij.q.iiij.ſi qs. & de ſen.exc.
non dubium.& de hoc dictũ eſt ſuprà Abſol.j.§.v . ¶Tertius
eſt in mulieribus:vt in c.mulieres.de ſent.excom. non diſtin-
guendo ſecũdum doct.quales ſint, fortes ſcilicet an debiles.
viduæ aut maritatæ diuites aut pauperes, & huiuſmodi,neq;
qualiter pcuſſerint,leniter,mediocriter,vel atrociter;ſed ta-
men dicit Veruec.ꝙ licet epiſcopus mulieres poſſet abſolue-
re,etiã ſi atrociter percuſſerint:expedit tamẽ vt mittãtur ad
curiã,ſi ſunt fortes,& atrocitas magna.& nulli fiat pĩudiciũ.
Ex his autẽ ſequitur ꝙ ſunt priuilegiatæ nõ ſolùm quia ali-
quando



quãdo nõ ſunt ſui iuris,ſed etiã quia ſunt mulieres,quibus va
gari non expedit.Et quod de mulieribus dicitur, maximè in
monialibus locũ habet:vt in c.de monialibus.eo.ti.quæ etiã
dici poſſunt cõtineri primo caſu,cùm ſint regulares ſiue reli
gioſæ: quas etiã Panor.in dicto cap.de monialibus:nota ab
epiſcopo poſſe abſolui etiam pro enormi iniuria,ex quo Pa
pa enormitatem ſibi nõ reſeruauit,ſicut reſeruauit in mona-
chis.Ratio eſt ,ne moniales habeant cauſam ſe inuerecundè
miſcẽdi cœtibus virorum.Sed tamen notãdum eſt circa mu
lieres,ſcilicet laicas,quòd ſecũdum Veruec.ſi mulier eſſet in
cendiaria ſacri loci ,vel falſatrix literarũ papæ mittẽda eſſet
ad curiam:quia non inueniuntur iura parcere mulieribus in
hac parte.& huius cauſa eſt,inquit, fortè,quia huiuſmodi cri
mina non committuntur ex ſubito impetu: vt aliquãdo inie-
ctio manuũ:ſed per excogitatã malitiam :ſed tamen intelli-
go quòd ſi impotens ſit ad eundem , vel habeat aliud legiti-
mum impedimentum: abſoluetur iuxta notata j̃.§.iij.dubio
iiij.Notandũ eſt etiã circa moniales quòd eas abſoluere po-
teſt epiſcopus,etiã ſi ſint exemptæ ſecundũ gl.in d.ca. de mo
nialibus . vbi Panor. dicit quòd hanc gl.ſequũtur cõmuniter
Doctores quod verum dico,niſi in priuilegio exẽptionis ali
ter caueatur.Dicit etiã quòd imminet dubium de ſororibus
mendicantiũ:an eorum generalis,qui ſuper eas habet autho
ritatem quaſi epiſcopalem,eas in hoc poſsit abſoluere:& vi-
detur ei quòd non:quia cùm hoc ſit indultũ epiſcopo ratiõe
dignitatis:nõ licet inferioribus hoc attẽtare.ſed hoc etiã di-
co verum,niſi aliter per priuilegia caueatur. ¶Quartus eſt,
in habẽte hoſtem,id eſt,capitales inimicitias:vt in cap.de cæ
tero.& in cap.ea noſcitur.de ſentẽ.excom.etiam ſi eas habe-
ret ex culpa ſua.l. nec timore.ff.quod met.cauſa.& extra de
ſpon.veniens.ſed de iſta excuſatione,an ſcilicet iſte ſine peri
culo poſsit Romã adire nécne:ſtabitur arbitrio boni viri.ff.
de verb.obl.l.cõtinuus.§.cùm ita.& de voto. quod ſuper his.
¶Quintus eſt,in puero impubere de ſenten. excom.cap.j. &
cap.quãuis,ſcilicet ſi ſit doli capax,id eſt,circa ſeptenniũ : qa
aliter non incideret,etiam ſi poſt pubertatem poſtulat ſe ab
ſolui.eod.tit.cap.fin.Hoc autem Summa Angelica extendit
ad iuuenes vniuerſaliter:ſiue ſint ſui iuris,ſiue non,ſiue diui-
tes ſiue non:quia eorum itineratio periculoſa eſt.Sed de hoc
dic iuxta notanda in caſu xv.Et adde ſecundum Petr.de Pal.
in iiij.Sententiarũ,quòd pueri & mulieres probabiliter igno
rantes iura poſitiua ſcientes hunc eſſe clericum,ſed non ſciẽ
tes nec ſcire debentes pœnã canonis,ſi quis ſuadente. nõ pec
cant quidem quia neſciant canonem: nihilo minus, quia fa-
ciunt contra legem naturę:ſimul pœnã eius & pœnã poſiti
uæ legis incurrunt.¶Sextus eſt in officiali , qui arcendo tur-
bam caſu,ſed non ſupple ſine aliquali culpa clericum percuſ
ſit:vt in cap.ſi verò.el.j.de ſenten.excommunic. ſi tamẽ gra-
uiter læſerit,nõ abſoluitur niſi per Papã, vt ibi. ¶Septimus
eſt in multùm potenti,& delicato,qui ad curiam accedere nõ
poſſet:vt in capitulo,mulieres.eodem titul.de quo textus di-
cit quòd ſi Papam.adire non poteſt,prius indicetur Papę ne-
gotium:& ſecundum cõſilium eius puniatur.& gl.dicit quòd
an ire poſsit,epiſcopus arbitrabitur:& ſi periculũ eſt in mo-
ra,abſoluet eum accepta cautione quòd parebit Papæ cõſi
lio vel reſponſo.¶Octauus eſt,in paupere:vt in cap.quod de
his.eod.tit.& cap.quanuis.ſed in d.cap.ea noſcitur .Panor.de
mente Ioan.And.hic notat habere locum in paupere nõ mẽ
dicante,ſed viuente ex ſuo artificio : & etiam in ſolito men
dicare,ſi eundo prouidere ex mẽdicitate nõ poteſt ſibi & vxo
ri:non autem in eo,qui poteſt ire,& mendicando ſibi proui-
dere,ſicut in loco ſuæ manſionis:ſed puto quòd in his bonus
vir arbitretur.¶Nonus eſt,in ægrotante:vt in dicto capitu-

lo,quod de his.quod Dir.intelligit ſi ſit infirmus incurabili-
ter,vel periculoſè vel morbo longo, licet temporali: & ex
itinere timetur acceleratio mortis:imò ſecundum Innocent.
etiam ſi non immineat periculum mortis:vt in podagra,vel
febre quartana.¶Decimus eſt,in ſene & valetudinario: vt in
dicto capitulo,ea noſcitur.& in dicto cap.quanuis.& Ioan.de
Saxo.quo ad generationem legalem & poteſtatem aptãdi di
citur ſenex maior lx.annorũ.ff.de adop.l.ſi paterfam.ſed quo
ad excuſationem munerũ perſonalium maior lxx. anno.C.
qui ætate.l.ſi.lib.x.iuncta l.ij.§.ſi.ff. de decur.& conſequen-
ter ſecundum aliquos maior lxx.anno.excuſabitur ab itinere
etiam ſi ſit fortis:maximè quia ab inde ſuprà homo iam non
eſt in ſenectute,ſed in ſenio, ſecũdum gloſ. in procemio vj.
vel dicitur ſenex in propoſito:quia ratione ætatis iudicio bo
ni viri,maximè epiſcopi periculoſè tale iter aggrederetur.Et
licet fortis videretur:tamen ſecundum Inno. abſolueretur:
quia periculoſum eſt ſenem proficiſci. Valetudinarius autem
dictus eſt à valetudine,quæ ſecũdum gloſ.j.d.l.ſi paterfamil.
in hoc diſtat à morbo: quia valetudo perpetua eſt, morbus
temporalis.Et intellige quòd cùm dupliciter dicatur ægritu
do perpetua,id eſt,durans vſq; ad mortẽ,ſcilicet vel quia eſt
mortalis,etiam ſi repẽtè occidat:vel quia incurabilis tãtum,
& non mortalis:ſecundo modo veletudo eſt perpetua.¶Vn-
decimus eſt,in ſodalibus,id eſt,clericis viuẽtibus in cõmuni,
& ſub vno tecto dormientibus,& in eadẽ domo veſcentibus:
vt in cap.quoniam.de vita & honeſt.clerico.quod exponitur
quando ſimul viuunt in aliquo collegio:ſed tamen hic ſecun
dum Pan.excipitur atrox iniuria ſicut & in monachis.¶Duo
decimus eſt, in ianitore vel oſtiario qui prætextu ſui officij
clericum non grauiter percuſsit:vt in dicto capitulo,ſi verò.
ſed iſte caſus,qui à Sũmiſtis & Panormitano in dictis verſi-
bus diſtinguitur à caſu ſexto de officiali,in hoc ab illo diſtin
guitur:quia ibi percuſsio eſt caſualis,hic verò intenta & ani
mo iniuriandi:vt dicit gloſſ. quod ex hoc notatur : quia tex-
tus dicit, malignatus.Ex quo etiam elicitur quòd neceſſariò
danda eſt iniuria media inter leuem & grauem,ſiue atrocem
quia ſi iſte percuſsiſſet grauiter, per epiſcopum abſolui non
poſſet:vt patet in textu.ſi autem leuiter:iam non eſſet priui-
legiatus in quantum oſtiarius:cùm abſolutio ex leui iniuria
ſit priuilegium omnibus commune:niſi officiali,cui iniuria
de ſe leuis eſt grauis.¶Tertiuſdecimus eſt,in adſtricto,ſcili-
cet alterius poteſtati,qui non eſt ſui iuris:vt ſeruus,non qui-
dem famulus, ſed qui eſt ſeruilis conditionis,& Chriſtianus:
cùm infidelis non ſit excommunicationis capax:& ſimiliter
filiusfamiliàs,vt in capitulo,mulieres.& in capitulo,relatum.
de ſententia excommunicationis.Quartuſdecimus eſt,in du-
bio,ſcilicet in eo,de quo eſt publica fama, quòd clericum
percuſſerit : qui,vt dicitur in capit.cùm deſideres.de ſenten.
excom.vitandus eſt ,niſi ad arbitrium epiſcopi ſe purgaue-
rit:vel niſi ad cautelam abſolutionis beneficium conſequa-
tur , ſcilicet ab epiſcopo.¶Quintuſdecimus eſt in eo cuius
cauſæ ad non eundum ſunt iuſtæ ſcilicet qui habet impedi-
mentum canonicum , id eſt,legitimum:vt in capitulo,quod
de his.eod. titu. Quando verò impedimentum ſit canoni-
cum,vel legitimum, dico quòd dupliciter hoc intelligitur.
Primò,vt dicitur legitimum,id eſt,à lege expreſſum: ſecun-
dum quem intellectum caſus iſte cum alijs in numerum
non ponitur,ſed omnes complectitur.ſecundò,vt dicatur le-
gitimum,id eſt,legi conſonum,vel à lege tolerandum.quòd
tũc eſſe dico,quãdo arbitrio boni viri,eſt æquale, vel maius
aliquo expreſſo in lege:& ſic iſte caſus cõplectitur multos,&
rationabiliter:quia eadẽ cauſa habet eũdẽ effectũ:ex ij.Phy.
& vbi eſt eadem ratio , ibi idem ius :vt l.illud.ff.ad l.Aquil.

& l.à Titio.ff.de verbo.oblig.l.his ſolis.C.de reuoc.dona.Et
ſic quidam dicunt iſtos magnę potentię & delicatos eſſe pri
uilegiatos non ſolùm ratione teneritudinis & delicioſitatis:
ſed etiam quia ſuas terras plerunque deſerere non poſſunt:
in quo tamen Papa eſſet conſulendus,niſi periculum eſſet in
mora.Si etiam Dir.dicit quòd tertiana vel quartana deten-
tus aut etiam podagra,vel huiuſmodi,ita quòd ire nõ poſsit,
abſolui poterit ab epiſcopo: & ſic etiam aliquando de iuue-
nibus dici poteſt:ſed in omnibus huiuſmodi ſtabitur arbitrio
boni viri:arg.de offic.deleg.de cauſis. ¶ Sextuſdecimus eſt,
in eo qui leuiter percuſsit,id eſt leuem intulit iniuriam,vt in
capitulo,peruenit.eodem titulo,quē epiſcopus abſoluit iure
ſuo,vt dictum eſt:ſicut etiam & mulieres,ſenes ac valetudi-
narios,vt dicit Panormit.in c.peruenit.eodē titul.& tamen
ſunt perſonę priuilegiatę.Nec continet iſta decratalis diſpē
ſationem,vt dixerunt quidam,ſed ius commune.¶ Decimuſ-
ſeptimus eſt in debili,id eſt,membris deſtituto,ita quòd apo
ſtolicam ſedē adire nõ poteſt vt in capitulo,ea noſcitur.eod.
tit.vbi dicit Panor.quòd membris deſtituti dicuntur hîc cę
ci,claudi,& alij multiphariè impediti membris. ¶ Sciendum
eſt tertiò,quòd prædictorum quidem habent impedimētum
ſe curię præſentandi perpetuũ:vt mulieres inquantũ mulie-
res,& ſenes & valetudinarij,& deſtituti membris , & aliquo
modo delicioſi:quidam verò habent impedimentum tempo
rale:vt exiſtentes in periculo mortis,& habentes inimicitias
capitales,& ægri & inopes,& pueri:vt patet in dicto cap.quã
uis.quidam verò nullum habent impedimentum quantũ eſt
ex defectu vel conditione perſonali:vt oſtiarius, & officialis
turbam coërcens,& regulares ac fratres Ioãnis Ieroſolymi-
tani, & clerici communiter viuentes,& ſerui ac filijſamiliâs,
& leuiter percutientes, & aliquando is,cuius cauſæ iuſtæ ſunt.
Omnes igitur iſti dicuntur perſonæ priuilegiatæ,id eſt,exce-
ptæ ab illa regula, qua Papę reſeruatur abſolutio percuſſo-
ris clerici:ſed quidam ſunt priuilegiati ex cauſa ſe tenēte ex
parte priuilegiati:vt omnes præter leuiter percutiētem, qui
eſt priuilegiatus ratione modicitatis exceſſus.Omnes igitur
homines Chriſtiani ſunt priuilegiati,vt abſolui poſsint citra
ſedem apoſtolicam ab hac ſentētia pro iniuria leui,ſecundũ
Doctores communiter:& patet in capitulo,peruenit.eodem
titulo.Quidam verò etiã pro mediocri:vt omnes prædicti,
ſecundum Ioannem And.& Panormitanum, ſed excipiēdus
videtur leuiter percutiens:qui ſi fortiter percuſſerit inferens
iniuriam mediocrem,non abſoluetur ab epiſcopo: quia ceſ-
ſat ratio ſui priuilegij : alioquin omnis Chriſtianus abſolui
poſſet ab eo pro iniuria mediocri:cùm nullus ſit inferens in-
iuriam leuem,qui non poſsit inferre mediocrem. Niſi fortè
dicatur quòd leuiter percutiens abſoluitur ab epiſcopo pro
iniuria mediocri:modò percuſsio ſit leuis. Sed iſte intelle-
ctus non procedit quia quod in verſu dicitur leuis ictus , in
textu dicitur leuis iniuria:& conſequenter eſſe nõ poteſt in-
iuria mediocris & percuſsio priuilegiata leuis . Quidam ve-
rò priuilegiati ſunt etiam pro enormi ſiue graui & atroci:vt
omnes habentes perpetuum impedimentum . quod proba-
tur extrà de ſententia excõmunicationis.per capitulum mu-
lieres.& per capitulũ,ea noſcit.& per capitulũ, quod de his,
quæ loquuntur indiſtinctè:licet circa aliquos horum ſint du
bia,quæ patebunt.quod etiam patet ratione:quia cùm tales
nunquam poſsint adire pontificem:ſemper carerent poſsibi
litate redeũdi ad ouile.Et ſimiliter omnes habentes impedi
mentum temporale:vt patet in dicto capitulo, quod de his.
& capitulo ,quanuis.ſed iniungendum eſt eis,vt ceſſante im
pedimēto ſedi apoſtolicę ſe præſentēt:vt patet ibidem. Qui
verò nullũ habent impedimentum,abſolui non poſſunt, niſi
pro iniuria mediocri:quia in iſtis iura excipiunt iniuriã enor-
mem,præterquam in monialibus, quæ tamen habent perpe
tuum impedimentũ dupliciter:& inquãtum mulieres & in-
quãtum moniales præterquam etiam in ſeruis,de quibus eſt
dubiũ,quod patebit.Quidam etiam ſunt priuilegiati quantũ
ad hoc,ꝙ eis non imponatur ſub iuramēto ,vt ſedi apoſtoli-
cæ ſe pręſentēt ceſſante legitimo impedimēto:vt patet pri-
mò in abſolutis pro iniuria leui:quia tales epiſcopus abſoluit
iure ſuo,id eſt,nõ vt tenēs perſonã alterius habētis dare man
data ſine iure ſuo,id eſt abſolutiõe perfecta&cõpleta ſine re
latione ad aliũ:& ſecũdò in habētibus perpetuũ impedimen
tum:quia in talibus iſta iniũctio eſſet vana & ridiculoſa:dicit
tamē gl.in cap.ea noſcitur.quòd valetudinarij apoſtolicã ſe
dē viſitabũt ſi cõualeſcãt:ſed hoc intelligo in dubio,an vale
tudo ſit valetudo,vel morbus:quia ſi certum eſt quòd ſit va-
letudo:puta quia eſt diruptus enormiter & incurabiliter:ab-
ſoluetur abſolutè:nec ei imponitur præſentatio.vñ ſi miracu
losè liberetur,poſt abſolutionē nõ tenebitur. Quidam verò
quantũ ad hoc carēt priuilegio,vt oēs habētes impedimētũ
tēporale:vt in d.c.quãuis,quod tamē capitulũ excipit pũeros,
id eſt,impuberes:nõ qn eis ſit imponēdũ,quòd ſe præſentēt
ceſſante impedimēto:ſed excipiũtur à iuramēto ſe præſentã
di:vt in d.cap.quanuis.quod intellige quando nõ ſunt in æta
te iurãdi,de quo infrà Iuramētum ij.§.iij.Vnde quãdo abſol-
ui petunt:ſi ſunt puberes,vel talis diſcretionis quòd ſecundũ
arbitriũ epiſcopi competat eis iurare,iurabũt ſe præſentare
ſublato impedimento:ſecundũ Sum. Cõfeſ.& Arch.& Piſa.
Et per hoc tollit repugnãtia.quæ in Sum.Piſ. videtur in hoc
titul.inter §.j.&vlt.quia quãdo ibi dicitur in §.j.quòd omni-
bus impeditis iniungendũ eſt vt ſe præſentēt,excepto puero:
loquitur de iniũctione per iuramētũ,quoniã adhuc eſt puer:
quod patet ex iuribus ibi allegatis,ſcilicet c.de cætero.& .c.
ea noſcitur.quę de iuramēto faciũt mentionē.Pan. tamē vi-
detur ſentire ꝙ talis nunquã tenetur curiã adire habēs in ca.
pueris.eod.tit.in ſummario,& in notabili regula quòd bene
ficiũ ſemel indultũ minori,ex quo cœpit habere locũ,nõ ex-
tinguitur per ſuperuenientiam maioris ętatis.quod quidē di
ctũ procedit de beneficio abſolutionis: quia ſcilicet talis ab-
ſolui poteſt ab epiſcopo etiã in ętate maiori qualibet,vel ali-
qua:nõ autē de beneficio iuramēti vel itineris.Qui verò nul-
lũ habēt impedimentũ ex defectu,vel cõditione perſonali,ſe
cundũ Sum.Roſ.nõ ſunt mittendi:quia hoc nullo iure caue-
tur:ſecundũ aliquos verò ſunt mittēdi.Mihi autē videtur di-
cendum quòd ſi ratio,quare abſoluũtur ab epiſcopo ſit per-
petua,non ſunt mittendi:ſi verò eſt temporalis,ſunt mitten-
di ea ceſſante:quia ſemper ſtante cauſa ſtat effectus:& ea re-
mota remouetur:vnde regulares & dicti fratres ſancti Ioan-
nis,& clerici communiter viuentes,nunquam mittendi ſunt:
quia nunquam debet eis dari occaſio vagandi,quę eſt ratio
abſolutionis:ſimiliter nec oſtiarius,aut officialis:quia abſol-
uuntur ratione alicuius circũſtantię factum alienantis, quæ
ſunt,fuiſſe officialem in porta,vel caſualiter,licet cum ali-
quali culpa deliquiſſe:quæ ſemper & perpetuò alleuiant.Fi-
lij verò familiâs mittuntur : quia vt communiter ceſſat ius
patriæ poteſtatis,niſi per accidens moriantur ante parentes.
Et eadem eſt ratio de iuuenibus.Nec tamen eadem eſt ratio
de impubere ſecundnm aliquos:quia ideò abſoluitur ab epi-
ſcopo quod peccatum fuerit in tenella ætate commiſſum,
quod perpetuum quoddam eſt. Seruus autem mittendus eſt
ſi redimere ſe poteſt,aut aliter licitè ſubtrahere à ſeruitute:
aut ſi veriſimile eſt,quòd aliquando manumittetur:quia tũc
ratio ſuæ abſolutionis temporalitatem ſubinduit :aliter ve-
rò non,quia habet perpetuum impedimentum : & ſi non ex
ſua



4 ſua perſona , tamen à ſui domini voluntate. † Quando ergo
dicit Hoſt.vel Sum.Piſ.quòd omnes prædicti excepto puero
impubere mittendi ſunt ad curiam ceſſante impedimento:
quia ille ablatiuus conſequentiæ reſolui nõ poteſt in cauſa-
lem,reſoluitur in conditionalem vel temporalem:vt ſit ſen
ſus:quando illud ceſſat:vel ſi illud ceſſat: quod locum nõ ha-
bet in perpetuo.Et per impedimentum intelligitur omne il-
lud quod eſt ratio abſolutionis ab epiſcopo:quia illud acceſ-
ſum ad curiam impedit , & ſi non ex impotentia virium , ta-
5 men ex iuſto fine,vel impotentia iuris.¶ Circa † prędicta du-
bia multa conſurgunt.¶ Primò enim quæritur , vtrum infe-
rior epiſcopo habens quaſi epiſcopalē authoritatem poſsit
abſoluere prædictos ſicut epiſcopus ꝓ iniuria leui & medio
cri? Et dico quòd nõ ,ſecundum communiorem opinionem
niſi in caſu:quia capitulum,peruenit. hoc epiſcopo commit-
tit,& nõ Archidiacono vel archipresbytero,aut alicui qui ſit
epiſcopo inferior:cùm dicit fraternitati tuæ : quia inferiores
epiſcopo non fratres ſed filios ſummus pontifex appellat: vt
in c.quàm graui.de crimine falſi . vnde & Panor. in c.mona-
chi.de ſenten.excommu.dicit regulam eſſe quòd ab excom-
municatione canonis non abſoluit inferior epiſcopo , niſi in
caſibus à iure conceſsis. quod probatur in clemen.j.de priui-
legijs.& facit c.religioſo.eod.titu.lib.vj . fallit tamē hoc pri-
mò in excommunicationibus nulli reſeruatis à cõditore ca-
nonis:vt dictum eſt ſuprà Abſolutio primò. & ſecundò in ha
bentibus authoritatem epiſcopalem à Papa,qui in foro pœ-
nitētiæ abſoluere poſſunt omnes ſicut epiſcopus:niſi ſenten
tiæ eſſent ab homine:& tertiò in prælatis quorũcunque reli-
gioſorum quo ad eis ſubditos . ſicut dictum eſt §.ij.caſu pri-
mo.In caſu tamen ſimplex ſacerdos abſoluere poteſt haben
tes impedimentũ perpetuum aut temporale vel nullum ſe-
cundum gloſ.in c.de cætero.de ſenten. excommuni . ſcilicet
in ſumma neceſsitate,id eſt in caſu mortis:de quo ſuprà Ab-
ſolutio j.§.v.ſed in impedimento extra articulũ mortis epi-
ſcopus eſt requirendus:vt notat Innocen.& ſequitur Rayne.
& Panorm.in d.c.monachi. qui ſi ad eum mittere nõ poteſt,
abſoluet proprius ſacerdos:quod Rayn.arguit ex c.nuper.in
fin.eo.tit.Et hoc locum habet in omni legitimo impedimen
to,ſiue ſecundũ Ray.in omnibus ſuprà enumeratis caſibus,
& etiam in excommunicatiõe tam iuris quàm hominis:vt in
c.eos.eod.titu.lib.vj. Similiter eos poteſt abſoluere ſacerdos
6 ſimplex mandante epiſcopo. ¶ Secundò † vtrum illi qui poſ-
ſunt ab huiuſmodi ſententia abſoluere , abſolutionem poſ-
ſint alteri cõmittere?Et dico quòd hãc cõmittere poſſunt hi
quibus conuenit ex officio ordinariæ poteſtatis , ſecundum
gloſſ.in c.eis quibus.de officio ordi.quæ ſubiungit,quòd hu-
iuſmodi ſunt legati ex officio legationis,extrà de offic.lega.
quod tranſlationem.& hi quibus committitur ex priuilegio
perpetuo ratione dignitatis : ſicut archidiacono Bononienſi
quo ad excommunicatos in ſtudio Bononienſi commoran-
tes,& ibi delinquentes:& epiſcopi in certis caſibus,vt dictum
eſt:& abbates,extra de ſenten.excõmuni. cum illorũ.& epi-
ſcopi ac ſacerdotes in mortis articulo,xvij. quęſ.iiij.ſi quis.Et
ideo omnes iſti vices ſuas committere poſſunt cùm viderint
expedire.Et idem eſt de alijs excommunicationibus, ſcilicet
quòd hi qui abſoluere poſſunt iure ordinario vel delegato à
principe poſſunt alijs vices ſuas committere cùm viderint ex
pedire,dummodo delegatus habeat iuriſdictionem. Si verò
ſit alicui commiſſum ex priuilegio ſpeciali quòd poſsit tales
abſoluere,committere nõ poteſt , quia certum miniſterium
ſibi committitur in hac parte,nõ autem iuriſdictio. extrà de
offic.deleg.quoniam.hæc gloſſ.Vnde cap.fin.de offic.deleg.
loquitur quando commiſsio ſit ratione perſonæ,& nõ digni-
tatis.Eſt autem idem de quolibet religioſo prælato,quod de
abbate iudiciũ : tum quia quod de illo dicitur , extenditur ad
iſtũ,vt ſuprà dictum eſt §.ij.caſu primo. tum quia hoc priui-
legium conceditur ei ratione dignitatis,& non perſonæ.Vi-
de infrà Delegatus.§.viij. ¶ Tertiò , † vtrum abſolutus cum
mandato ſe præſentandi poſsit, ſi vacat apoſtolica ſedes,dif- 7
ferre , donec prouiſum fuerit de paſtore? Et dico ſecundum
Panorm.in c.quod de his.de ſenten.excommuni . quòd non:
quia ſede vacante ſemper eſt pœnitentiarius vices gerēs ſum
mi pontificis:cui ſe præſentare tenetur :aliter incidit in ean-
dem.¶ Quartò , vtrum ſit idem iudicium de quacunque alia
ſententia lata non propter dictam manuum iniectionem: vt
ſcilicet nõ potēs adire Papam abſolui poſsit ab epiſcopo? Et
dico ſecundum Panorm.in c.de cætero.eod.titu . vbi allegat
Innocen.quòd ſic.& addit quòd hodie clarè probatur hoc in
c.eos.eod.titu.lib.vj.& idem tenet gloſſ.ibi.& Ioan.Andr.&
communis opinio.licet idem Panorm.in cap.quanuis. eo.ti-
tu.videatur tenere contrarium : ſed non procedit quod dicit
niſi de inferioribus epiſcopo,qui hoc non poſſunt niſi ex ſpe-
ciali priuilegio:vt etiam de Abbate dicit in c.monachi.eod.
titu.Licet etiam teſte Arch.Ioan.And.in nouel.in cap.quan-
uis.referat Innocen.tenere quòd non:ſicut Panorm.malè re-
fert eũ tenere quòd ſic:tamen tene vt ſuprà : licet in veritate
Innocen.in cap.quanuis.eod.titu.dicat contrarium : quaſi nõ
ſit vera hæc opinio,ſequitur quòd habens perpetuum impe-
dimentum ſi viueret centum vel cc.annis , nunquam poſſet
abſolui niſi in morte.quod pietati derogat pontiſiciali. & fa-
cit etiam identitas rationis hic & ibi . & non ſolùm dicto c.
eos.quod clarè & indubitatè hoc probat : ſed etiam c.ea no-
ſcitur.&.c.quod de his.eod.titu.quæ loquũtur indiſtinctè. Et
cum hac opinione tranſit Feli.in dicto cap.quanuis. Hoc ta-
men fallit in caſibus , in quibus nullus abſoluere poteſt niſi
in mortis articulo,de quibus ſuprà Abſolutio primò.§.v.quia
in talibus non ſolùm inferior : ſed nec epiſcopus abſoluere
poteſt.¶ † Quintò quæritur circa dictum caſum de officiali: 8
vtrum ille ſit excommunicatus vel non ? Et pro hoc ſcien-
dum eſt quod officialis ibi dicitur iudex vel apparitor ali
cuius poteſtatis aut principis : id eſt is qui reos ad iudicium
cogit:& ſecundum gloſſ.in cap.ſi verò.de ſenten.excommu-
nicatio.excuſatur ideo, quia caſu percuſsit . caſus autem for-
tuiti præuideri non poſſunt extra de homicid.c. Ioannes.&
capite vltimo . nec vlla temeritas aut violentia in eo poteſt
notari:quia excuſatur ratiõe officij:aliàs nõ excuſaretur,quia
debuit præuidere an ex facto ſuo irrogari poſſet iniuria. Si
tamen officialis laicus aliter quàm arcendo turbam non à
caſu,ſed à propoſito percuſſerit , & irrogauerit iniuriam de
ſe leuem , per epiſcopum abſolui non poteſt:quia , vt notat
Panormitanus in dicto capite,ſi verò. el primo. de ſententia
excommunicatio. & habetur quaſi clarè ex eo text . tunc in-
iuria grauis eſt & non leuis : quia non ſolùm percutit , ſed
vſurpat ſibi iuriſdictionem in clericum. Sed tunc inſurgit
dubium : quia iſte officialis non eſſet perſona priuilegiata
in primo caſu , quia non incidit:nec in ſecundo , quia abſol-
ui non poteſt etiam pro iniuria leui.quod omnes poſſunt: &
tamen omnes Summiſtæ & Canoniſtæ hunc priuilegiatis an
numerãt.Dicit autem Summa Roſel.quòd iſta vrgent:& di-
ſtinguendo dicit quòd officialis , id eſt , iudex vel appari-
tor non eſt priuilegiatus:ſed officialis , id eſt , deputatus ad
arcendum turbam , eſt priuilegiatus, ideo abſolui poteſt æ-
què vel magis oſtiario. Et hunc intellectum ſentit gloſſa in
cap.ſi quis.xvij.quæſt.iiij. Sed iſta ſolutio non procedit : quia
adhuc ſtat argumentum:& tanto magis quãto iſte officialis
eſt vilior iudice vel apparitore , & minus iuriſdictionis ha-

bens.Et ideo melius dicitur ſecundum Piſ.quòd textus loquitur quando officialis caſu percutit, ſed cum aliquali culpa: puta quia non omnem adhibuit diligentiam: quia tunc ei non imputatur,ſcilicet tantum vt aliàs,ſed excuſat officium: & quantum ad hoc eſt priuilegiatus.& iſta eſt mens Sã.Tho. iiij.diſtin.xviij.q.ij.ar.v. Si autem percuſsit clericum ſeorſum à turba ex propoſito nullum habet priuilegiũ: ſed omnis iniuria leuis eſt illi grauis.quod intelligo quãdo hoc facit prætextu officij,& quaſi iuriſdictionem vſurpans in clericum:ſecus autem ſi vt perſona priuata,& quaſi arcendo clericum à
9 re ſibi commiſſa,vt ianitor.¶† Sextò in caſu delicioſi vtrum cenſendus ſit in numero habentium perpetuum impedimẽtum,& conſequenter nõ ſit ei præſentatio iniungenda? Et dico quòd ſic:quia delicioſitas eum non reddit impotentem,niſi ſit innata vel effecta connaturalis ex longa conſuetudine, quæ ſine periculo mutari non poſsit:& conſequenter habent perpetuitatem.Nec obſtat gloſſ.in cap.mulieres.de ſentent. excommunicatio.dicens quòd epiſcopus illum abſoluat recepta cautione quòd parebit Papæ conſilio vel reſponſo: quia hoc non dicit quaſi Papæ reſeruetur iudicium,an ſit mittendus nécne:cùm hoc multo melius poſsit iudicare epiſcopus cui eſt notior:ſed quia magnis perſonis magnus prælatus cõuenienter facit mandata:cùm illæ interdum modico labore poſsint eccleſiæ prodeſſe multum.¶Septimò,vtrum in caſu eorum qui non ſunt ſui iuris concordent omnes Canoniſtæ quòd omnes abſolui poſsint ab epiſcopo? Et dico quòd non quo ad filiumfamilias,qui ſcilicet eſt priuilegiatus inquantum impubes vel etiam iuuenis:& inquantum non eſt ſui iuris:quia Inno.& gloſ.in c.mulieres:de ſenten.excommunica. dicunt hoc eſſe verũ ſolùm de impubere:quia pubes licet ſit in patris poteſtate:tamen in hoc eſt ſui iuris quòd poteſt ire quò vult. Quod dictum nõ procedit:quia iſte non eſſet priuilegiatus inquantũ non eſt ſui iuris:contra d.c.mulieres.ratio etiam dicti non eſt vniuerſaliter vera:quia licet pubes ſit ſui iuris quantum ad ſpectantia perſonam ſuam, cuiuſmodi eſt religio & matrimonium,ſecundum Sanc.Tho.ij.ij.quæſt. lxxxviij.art.viij.ſecus quantum ad concernentia gubernationem domeſticam,vt ibi.vnde perigrinari non poteſt ſine patris aſſenſu, quia cùm omne lucrum eius cedat patri ſaltem quo ad vſumfructum, præterquã in caſtrenſi vel quaſi,de quo plenè in l.cùm oportet.& in authen. excipitur.& authẽ. idem.C.de bon.quæ lib.& Inſtit.per quas perſon. nob.acqui. per totum.nihil facere poteſt,in quo exponat quicquam,vel in quo ſubtrahat perſonam ſuam à lucrando patri ſecundum conditionem ſuam.Contrarium igitur ſenſit Hoſtien. Ioan. autem And.dicit primum dictum procedere quãdo filiusfa. exiſtẽs in patris poteſtate tenet familiam de per ſe: puta vxorem ac liberos:ſecundum verò quãdo eſt in familia paterna. Panormitanus autem in d.c.mulieres.dicit non ſibi placere dictum Ioan.Andr.indiſtinctè:quia quando talis extra familiam patris eſt,cùm nõ ſit ſui iuris ei tenetur obedire,& exhibere commoda patriæ poteſtatis.vnde putat idem iudicium eſſe de eo & ſeruo ex benigna iuris interpretatione.hæc Panorm.& ſic tenendum eſt,niſi iniuria ſit enormis. Vel dicendum,& eſt quaſi idem,quòd abſolui poteſt ab epiſcopo,quãdo mitti non poteſt ad curiam ſine præiudicio,vel diſplicentia patris:quia ratio huius priuilegij eſt ius alienum,vt patet in dicto cap.mulieres.id eſt,ius paternum, cui ſubiacet. De ſeruo autem vt patet ex ca.relatum.eodem titulo.iuncto dicto cap.mulieres, ſecundum Summam Angel.dicendum eſt quod abſolui poteſt pro leui & mediocri iniuria: non autem pro atroci,niſi in duobus caſibus. Primò ſi percuſsit in fraudem ſui domini,id eſt,vt ſe ab eius obſequio ſubtraheret iturus Romam. Secundò ſi dominus nõ fuit in culpa,& multùm læditur ex abſentia ſerui: quia tunc pro enormi poteſt abſolui,dummodo,vt dicit textus,non ſit tam grauis & enormis exceſſus:vt propter euitandum ſcãdalum, & exemplum tollendum huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum Dei ire debeant abſoluendi. Summa autem Roſella,& Supple.& Panormitanus in dicto cap. relatum. tenent quòd pro enormi ſemper ſunt ad curiam mittendi.Sed prima opinio eſt verior, & arguo quòd ſecunda ſtare non poſsit.Nam capitulum,relatum.mãdat ſeruos excommunicatos propter iniectionem manuum mitti Romam,& deinde excipit duos caſus prædictos,ſcilicet fraudis & iacturæ dominorum. Cùm igitur in illo mandato ſit ſermo de iniuria enormi: quia pro leui aut mediocri non debent mitti Romam per cap.mulieres.ſequitur quòd exceptio ſequens intelligitur de iniuria enormi de qua loquitur mãdatum.quod etiam textus apertè innuit, tum quia dicit,tam grauis.vt ly tam, ponderetur: tum quia rationem miſsionis non aſsignat enormitatem, ſed ſcandalum. ¶Octauò,dubium eſt conſurgens ex priori, vtrum ſcilicet ſit idem iudicium de marito ſi in fraudem percutiat vxoris? Et dico quòd maritus videtur priuilegiatus non inquantum vir,ſed inquantum coniunx,cùm non ſit ſui iuris omnino:ſicut & vxor eſt priuilegiata inquantum vxor,& inquantum mulier,alioquin poſt mortẽ mariti iniungeretur ei præſentatio:& ſimiliter libertus inquantum operas præſtare tenetur.Eſt ergo ſecundum eandem Sũ.Ang.quæ opinioni innititur Hoſt.idẽ iudiciũ in dicto caſu fraudis & iacturæ de filiofamilias & viro coniuge,& liberto:ſed contrarium tenet gl.in c.relatũ.& ibi Pan.addẽs quòd hoc tenetur cõiter:quia ex contraria opin.nimis detraheretur c.ſi quis ſuadente.Nec mulier eo caſu priuatur viro ſine cauſa,ſed ſine culpa:vt lite
non conteſt.c.quoniã.Et† hoc tenendũ eſt:quia hoc edictum 11
vt omnes huiuſmodi ad curiã mittantur,eſt prohibitoriũ ſcilicet ne quis citra Papam abſoluatur:argumẽ. extra eo.c.cũ illorũ.vbi hoc tenet gloſſa.Tale autẽ edictũ extenditur ad omnes,niſi expreſsè excipiantur:quia lex indiſtinctè loquens indiſtinctè debet intelligi.l.de pretio.ff.de public.& lex gñaliter loquẽs,gñaliter debet intelligi.l.j.§.quod ait.ff.de aleatoribus.& qui omne dicit,nihil excludit.c. ſi Romanorũ.xix. diſtinctiõe.Et ſi dicatur ꝙ excipitur vir in ſimile de cõiuge, & libertus in ſimili de ſeruo: dico ꝙ in iſtis non eſt ratio tãta,vt per ſe cõfeſſum eſt:& præterea ius priuilegiatũ nõ extẽditur ad ſimile:vt dictum eſt ſuprà Abſolutio iiij.§.j.in fine.

## Rurſus de Abſolutione quintò adhuc ſpecialis,id eſt,percuſſorum clerici quando ſunt regulares.

1 *Regularis clericum percutiens,ob idq; in excommunicationem incidens,abs quo abſolui poſsit? Et quid vbi prælatus huiuſmodi regul.ſacerdos non eſt, aut ſi ſit, aut excõicatus eſt,aut mortuus, aut alioqui impeditus, eſt, ad quem tum recurrendum?*

2 *Exemptio num in fauorem exempti indulta eſſe dicatur: & an ipſi exemptus renuntiare ſiue reſpectu fori pœnitudinis,ſiue contentioſi poſsit?*

3 *Epiſcopus num regularem clerici ſecularis percuſſorem etiam exemptum,in defectum prælati,abſoluere poſsit?*

4 *Epiſcopus diœceſanus num moniales exemptas abſoluere poſsit? Et an abbatem in hunc canonem incidentem?*

5 *Regularis vnius clauſtri,ſi alterius clauſtri regularem pcutiat,abs cuius clauſtri prælato abſolui debeat. Et quid ſi regularis regularẽ,aut regulares ipſi ſe extra clauſtrũ pcutiant?*

6 *Religioſus clericum ſecularem percutiens ſuæ vel alterius diœceſis,num à prælato ſuo abſolutionem conſequi poſsit?*

Nouitius



7 *Nouitius,qui ante nouitiatũ in hunc Canonẽ incidit,an poſsit à Prælato ſuo abſolutionẽ accipere? Et ſub hæc,quòd ſolus Papa pro enormi iniuria abſoluit:niſi in caſibus exceptis.*

1 ABSOLVTIO † quintò adhuc ſpecialius,quo ad percuſſores clericorũ quãdo ſunt irregulares, continet dubia multa.¶ Primũ eſt,vtrum regularis clerici percuſſor abſolui poſsit ab alio,quàm à Papa,vel Legato, vel Epiſcopo? Et dico quòd ſi percuſſerit regularẽ eiuſdẽ clauſtri, abſolui poteſt à ſuo abbate:vt in capitulo,monachi.de ſententia excommunicationis.quod quidem extenditur ad omnem religioſum,& ſuum prælatũ eo modo quo titulo priore.§.ij.caſu primo,dictum eſt:niſi iniuria fuerit enormis:quo caſu abſoluitur ſolùm à Papa,vt titulo priore.§.primo. niſi ex ſpeciali priuilegio.¶Secundũ,ſi dictus prælatus nõ ſit ſacerdos, vel ſi ſit excommunicatus aut mortuus,vel aliter impeditus, vtrum recurrendũ ſit ſemper ad epiſcopum,& ille poſsit abſoluere regularem non habentem impedimentum adeundi curiam,neque leuiter percutientem, ſed mediocriter? Et dico quòd ſic,ſecundum Hoſtienſem:vt in dicto capitulo,monachi.& in capitulo,cum illorum.& in capitulo,canonicã.de ſententia excommunicationis.quod quidem quo ad non exemptos indubitatè verum eſt.

2 ¶†Quantum ad exemptos verò etiam quidam hoc verum putant:vt Feder.in conſilio ſuo xiiij.& Ioan.de Lig.in Clem. ne in agro.de ſtatu reg. Et ratio vtriuſq; eſt:quia exemptio indulta eſt in fauorem exempti:ideoq; illi renũtiare poteſt, nedum reſpectu abſolutionis,ſed etiam in foro contentioſo prorogando iuriſdictionem epiſcopi.Idem tenuit Veruec.& Dir.quam etiam opinionem ſecuta eſt Summa Piſ.& Archi. iij.parte.titulo xxv.capit. vltimo.qui tamen fuit doctus & timoratus.Contrarium quo ad exemptos tenuit Ioãnes Andr. in regula,ſcienti.& Panormitanus in dicto capitulo, monachi.& plenius in capitulo,ſignificaſti.de foro competẽti.quia ſcilicet per exemptionẽ,inquit,exemptus efficitur nõ ſubditus epiſcopo,id eſt non ſubiectus eius poteſtati,ſed Papæ immediatè:vt in capitulo,ſi Papa.de priuileg.libro ſexto. vnde epiſcopus in illum non habet poteſtatem,niſi in caſibus ſibi expreſsè conceſsis:vt in capitulo,frater noſter.xvj. quęſtione prima. vnde exẽptus abſolui non poteſt ab eo, nec eius iuriſdictionem prorogare quantum ad forum contentioſum: vt in dicto capitulo, ſignificaſti. nec quantum ad pœnitentialem:vt in capitulo,omnis.de pœnitent. & remiſſ.Et ad rationem Feder.& Ioannis de Ligna.dicit Ioannes Andr.in dicta regula,quòd exemptio non concernit ſimpliciter fauorem exempti,imò fauorem ſuperioris,qui eum exemit: vt in cap. ad apoſtolicam.de reg.& in l. ſi quis in conſcribendo.C. de epiſcop.& cleric.& de hoc infrà Exẽptus.Mihi videtur quòd de rigore iuris ſecunda opinio procedat & efficacius probetur per Panor.in dicto cap ſignificaſti.multis rationibus: ſed de æquitate,de qua dicetur in §.ſequen.procedit prima: quia regulares principaliter eximũtur in ſuum fauorem, vt quietius Deo ſeruiant:nec eſt ęquum quòd per exemptionẽ fiant deterioris conditionis quàm non exempti in ſpectantibus quietem animi in Deo,ad quam ordinatur omnis religio.

3 ¶†Tertium eſt,vtrum poſsit epiſcopus in defectu prælati abſoluere regularem exemptum,qui ſecularẽ clericum percuſsit leuiter,vel habet impedimentum adeũdi curiam: quo ſcilicet caſu poſſet abſoluere clericc ſecularem:vt in capitulo,religioſo.de ſentẽtia excõmunicationis.lib.vj.iuncta glo. & dico quòd illud cap.religioſo.dicit quòd ſic loquens de religioſo vel regulari in communi,qui percuſsit clericum ſecularem,ne habeat materiam vagandi:vbi Ioan.Andr.propter dictam rationem dicit hoc eſſe verũ etiam in exemptis: licet ipſe ſibi videatur contrarius Clem.pen. de ſententia excommunicationis.Panor.autem in dicto capitulo,ſignificaſti.putat quòd rigor iuris facit epiſcopum hoc non poſſe, cùm ibi non dicatur quòd hoc faciat circa exemptos authoritate apoſtolica:ſicut:ſemper fieri ſolet quando datur poteſtas circa exemptos:vt in dicta Clem.penulti.& in Clem.attendentes de iſta regula.putat tamẽ eſſe æquũ, quòd circa religioſos exemptos hoc poſsit: quia capitulum loquitur generaliter.& ratio conceſsionis pariter in exemptis & nõ exemptis procedit:non autem circa exemptos non religioſos, vel etiã religioſos extra caſum illius capituli.Et ſic, inquit, procedit opinio contraria:ſcilicet Feder.& Ioãnis de lignano,& Ioannes Andre,non erit ſibi contrarius.hæc Panor. Ex his Summa Roſ.Abſolutio.in §.quinto.& Summa Angel.Exemptus. §.ſexto.concludunt quòd epiſcopus hoc non poteſt, & vterque ideò, quia capitulum,religioſo. de authoritate apoſtolica non faciat mentionem: vnde illud loquitur ſecundum iſtos de non exemptis,quos antea no poterat abſoluere propter capitul.cum illorum. de ſententia excommunicationis. Ego autem ſic diſtinguerem: quia in religioſis exemptis, & priuilegiatis ſic quòd ſua priuilegia vetant eos petere abſolutionem ab aliquo non eiuſdem ordinis,epiſcopus hoc non poteſt:in exemptis autem,ſed non priuilegiatis, dicit dominus Antonius locum habere opinionem Federici.quod videtur verum,ſaltem in caſu huius capituli, religioſo.vnde Panormit.videtur tenere quòd epiſcopus hoc poſsit de æquitate, ſed non de rigore iuris:quod eſt ſatis probabile: alioquin exempti eſſent deterioris conditionis, quo ad hoc omnibus hominibus, qui ab epiſcopo abſolui poſſunt pro iniuria leui, vel etiam pro mediocri extante impedimento legitimo: quod eſt contra intentionem eximentis. Vnde Panormitanus doctè & eleganter dixit hoc eſſe æquum:quia, vt patet per ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ,quæſtione cxx.articulo primo & ſecundo.ad æquitatem,quę Epicheia dicitur, pertinet agere in caſu ſecundum legis intentionem, verbis omiſsis:quanquam etiam dici poſsit,quòd in hoc caſu verba legis bene intellecta non ſunt contraria: quia quod dicitur mentionem fieri de authoritate apoſtolica, vbi poteſtas conceditur circa exemptos. verum eſt de poteſtate odioſa, puta ad coercendum,de qua loquuntur iura ad hoc ſuprà allegata,vt patet intuenti:de benigna autem,puta quæ eſt ad fouendum, nunquam aut non ſemper eſt verum. quod patet per dicenda §.ſequenti.Confirmatur iſta deciſio:quia ex iure videtur poſſe colligi regula, quòd quãtum ad iſtam abſolutionem non differunt monachi & moniales, niſi penes iniuriam enormem & non enormem:pro qua ſcilicet moniales ſolæ & non monachi abſoluuntur: vt patet in capitulo, monachi.& in capitulo,de monialibus.de ſententia excom. Cùm igitur diœceſanus poſsit abſoluere moniales exẽptas, vt dicetur,ne vagentur:etiã pro iniuria enormi:pro mediocri quoque abſoluere poterit monachos exemptos.Specialiter tamen Summa Roſel.nõ videtur ſufficiẽter determinare:quia in §.iij.qui pertinet ad primam eius editionẽ, determinat quòd epiſcopus poſsit abſoluere exẽptos percuſſores religioſos ſimpliciter, id eſt,nõ limitãdo ad aliquem caſum, allegans Veruec.& Dir.& in §.v.pertinente ad nouas editiones,dicit quòd hoc non poteſt in caſu de quo maximè videtur,quòd epiſcopus hoc poſsit,ſcilicet ſi pcuſſus ſit ſubditus eius,& percuſsio leuis,vel percutiẽs impeditus. Sed nota ꝙ Pano.videtur intelligere hoc eſſe æquum,etiam ſi percuſſus nõ ſit clericus ſecularis,ſed regularis.quod eſt ꝓbabile propter eandem rationem: licet hoc ab eo clarè non habeatur.
¶† Quartum eſt,vtrum epiſcopus diœceſanus poſsit abſol- *

uere moniales exemptas?Et dic quòd ſic,ſecundũ gloſ.& Pa
nor.& communiter omnes Doctores in cap.de monialibus.
de ſen.excom.& idem ſenſit Veruec.& Dir.quia illud capitu
lum loquitur de monialibus indiſtinctè:ideoq; extẽditur etiã
ad exemptas.& hoc verum erit etiã pro iniuria enormi:cùm
ſecundũ omnes Doctores eius abſolutio in illo capitulo con
cedatur.Et nota quòd illud capitulum de authoritate apoſto
lica non facit mentionem:quia loquitur benignè.Diſtinguen
dum eſt autem,vt prius quia verum eſt de exemptis non pri-
uilegiatis,ſed nõ de priuilegiatis:ſicvt de eis ſe intromittere
non debeat aut poſsit epiſcopus in abſoluendo. ¶Quintum
eſt,vtrum Abbas incides in hunc canonẽ abſolui poſsit per
epiſcopum?Et dico de hoc fuiſſe opiniones, vt notat Panor.
in cap. vniuerſitatis.de ſenten.excommu.vbi ipſe tenet quòd
ſic:niſi iniuria ſit enormis.Sed intelligo in non exempto. de
exempto verò dico idem eſſe iudiciũ quod de monacho vel
regulari quantum ad poſſe abſolui:quia caput nõ debet eſſe
minus fauorabile membris:& appellatiõe monachorum ve-
nit Abbas in materia fauorabili de verbor.ſignifica.cap. fin.
Et vltra hoc dico quòd poteſt ſibi eligere confeſſorem, qui
eum poſsit abſoluere iuxta dicenda,infrà titulo,confeſſor.j.
5 §.viij.¶†Sextum eſt,vtrum regularis percutiens regularem
alterius clauſtri abſolui poſsit à proprio,vel à percuſsi præla
to? Et dico quòd per vtrunque debet abſolui : vt in cap.cum
illorum.de ſenten.excommũnic.Et licet ſecũdum dominum
Antonium vterq; Abbas vocetur ad abſoluendum:tamen ve
rius eſt quod dicit Panor.ibi cum Hoſtien.& Ber. ꝙ Abbas
vel prelatus percutientis abſoluit.Abbas verò percuſsi aduo-
catur ad remittendum iniuriam, non ad abſoluendum:quia
non eſt ratio quare vocetur ad abſolutionem nõ ſubditi ſibi.
Et Abbas quidem percuſſoris ſecũdum Hoſtien.recipit iura-
mẽtum:Abbas verò percuſsi verbera infert,quæ loco erunt
ſatisfactionis : cùm nõ habeat monachus vnde ſatisfaciat.&
demùm Abbas percuſſoris abſoluit.Congruentius tamẽ ſit,
ſi vnus alteri totum cõmittat.extrà de officio ordinarij.cap.
fin.hæc Hoſtien.¶ Septimum eſt,vtrum regularis percutiẽs
regularẽ,vel regulares ſe mutuò percutiẽtes extra clauſtrũ
abſolui poſsint per ſuum prælatum?Et dico ſecũdum Hoſt.
quòd non,ſed per epiſcopum:& ſi ſub diuerſis ſint epiſcopis,
illi debent conuenire,ſicut de Abbatibus dictum eſt.Et mo-
uetur per cap.monachi.& per cap.cum illorum.de ſententia
excommunic.vbi ſit mentio de clauſtro:quia violatur iuriſ-
dictio epiſcopi.Sed verius eſt,quod dicit panormit.in d.cap.
cum illorum.ſcilicet,quòd eorũ prælatus poterit eos abſol-
uere : quia cap.cum illorum.& cap.canonica.eodem tit. lo-
quuntur indiſtinctè,& de clauſtro non repetunt, de quo ſit
mẽtio in capitulo,monachi.cùm dicit, ſi ſe in clauſtro per-
cuſſerint,&c. quod dico ideò dixi, non quia abſoluere non
poſsit Abbas,ſi percuſsio fiat extrà,ſed quia in clauſtro cre-
brius ſit,vel quia dicuntur eſſe in clauſtro,etiam ſi ſint in fo-
ro,eo modo,quo ſemp dæmones in inferno,& beati Angeli
6 in cœlo ſunt.¶†Octauum eſt, vtrum religioſus percutiens
clericum ſecularem diœceſis ſuæ,vel alterius,abſolui poſsit
per ſuum prælatum? Et dico ꝙ non:ſed abſoluetur à ſuo epi
ſcopo diœceſano eo caſu,quo abſoluere poſſet clericũ ſuum
ſcilicet ſi percuſsio ſit leuis:vel percutiens impeditus ne cu-
riam adeat.Nec oportet duos epiſcopos conuenire.etiam ſi
diœceſes ſint diuerſæ:vt in capitulo, religioſo.de ſententia
excõmunicat. libro ſexto.Sed intellige niſi religioſus ſit ſic
exemptus,quòd etiam ratione delicti conueniri non poſsit
niſi ſub ſuo prælato:quia tunc abſoluetur à ſuo prælato epi-
ſcopo remittente iniuriam.ſemper tamẽ exceptam intellige
enormitatem exceſſus,& religioſum eſſe impeditũ eo ipſo
quòd eſt clauſtralis.¶Nonum†eſt, vtrum nouitius qui ante 7
nouitiatum incidit in canonẽ iſtum,abſolui poſsit per ſuum
prælatum?& dico ſecundum Ray.quòd licet talis,& quilibet
aliàs excommunicatus recipi non debeat ad religionem niſi
prius abſoluatur:ſi tamen ingreditur,tenet ingreſſus,& pro-
feſsio,ſecundum Panormitanũ in cap.cum illorum.de ſentẽ
tia excommunic.ſicut nec matrimonium per excommunica
tionẽ impeditur:vt in cap.ſignificaſti.de eo,qui duxit in vxo-
rem.& receptus poterit abſolui iuxta modum prædictum ſe
cundum Hoſtiẽ.ſed ipſo iure intelligitur ibi incluſa eſſe con
ditio,ſi perſeuerauerit:alioquin reducendus eſt in eandẽ ſen-
tentiam ab eo,qui abſoluit:vt dicitur in Summa Piſ.vel quia
abſolutio conditionatè non ſit,eſt abſolutus,ſed religionem
exiens reincidit in eãdem,niſi ſe præſentet ei,qui aliàs potuiſ
ſet abſoluere:vt in cap.eos.de ſententia excommunic.lib.vj.
Et hanc opinionem,ſcilicet quòd poſsit abſolui,ſequitur In-
noc.in cap.monachi.eodem titulo.& Archi.in cap.religioſo.
eodem titulo.libro ſexto.Contrarium tenuit Ioannes Andr.
in cap.cum illorum.eodem titulo.& Gem.in dicto cap.reli-
gioſo.ſcilicet ꝙ abſolui non poſsit à prælato niſi ſit expreſsè
vel tacitè profeſſus.quam opinionem ſequitur Summa An-
gelica ſubdẽs,quòd ſi abſoluatur & egrediatur,reincidit ipſo
facto,niſi ſe præſentet.Sed prima opinio eſt rationabilior :
quia iſta eſt perſona eccleſiaſtica,ſecũdum gloſſam in dicto
cap.religioſo.& gaudet priuilegio cap.ſi quis ſuadẽte.ſecun-
dum textum ibi.& conſequẽter,vt videtur, etiam priuilegio
contento in capitulo,monachi.eodem titulo.quia ratio illius
eſt,ne monachi vagentur:quod in nouitio eſt tantò pericu-
loſius,quantò eſt infirmior & minus expertus.Nec eſt ratio-
nabile;vt reincidere poſsit,qui abſolui non potuit.In omni-
bus tamen prædictis ſemper intellige exceptionem enormis
iniuriæ niſi in monialibus,& vbi per priuilegia prouidetur:
quia pro ea ſolus Papa abſoluit,aut eius legatus: vt in capi-
tul.ad eminentiam.iuncto cap.cum illorum.de ſententia ex-
communicationis.

### Rurſus de Abſolutione ſextò, quantum ad formam verborum.

1 *Abſolutio à cenſuris & peccato in quotuplici foro ac iudicio impendatur?*

2 *In abſolutione verbali, ſex conſiderari & exquiri dubia ſolent, de quibus hic pulcherrimè & ordine ſit diſſertatio.*

ABſolutio†ſextò & à peccato & cẽſuris ſit in triplici iu- 1
dicio,ſecundum Ray.ſcilicet in iudicio Dei per contri
tionem,in iudicio cœli id eſt,curiæ cœleſtis,per approbatio-
nem.de pœnitentia,diſtinctione prima.nunquid Cain.& iu-
dicio Petri, id eſt,cõfeſsionis per abſolutionẽ ſcilicet verba-
lem:ſi tamẽ peccator ſit prius abſolutus à Deo ſaltem ordi
ne naturæ,vnde manet Petri priuilegium, quando ex æqui-
tate fertur iudiciũ.xxiiij.q.j.manet quod ſecundum gloſ. in-
tellige de ſententia ligãte quo ad Deũ:quia quo ad eccleſiã
ligat aliquãdo etiam iniuſta:vt infrà Excõmunicatio. ij.§.ij.
¶†Sed tamen verbalis hæc abſolutio continet dubia multa. 2
¶Primum,quæ ſit forma abſolutionis ab excommunicatio-
ne?Et dico quòd ſi loquamur de forma verbali neceſſariò ob
ſeruãda:nulla eſt certa & determinata:vt dictũ eſt ſuprà Ab-
ſolutio.iij.in principio.Si verò loquamur de ea quæ commu
niter eſt in vſu,ſic vtimur iſto verbo abſoluo. quod duplici-
ter facimus.Primò conditionaliter, quando abſolutio in du-
bio vel in caſu incerto ſit ad cautelã,vt dicẽdo:ſi teneris ali-
quo vinculo excommunicationis,à quo poſsim te abſoluere,
ego abſoluo te,& reſtituo ſanctis ſacramẽtis eccleſiæ cõmu
nioni & vnitati fidelium in nomine Patris &c.Secundò verò
abſol.



abſolutè in caſu certo:vt dicendo, ego te abſoluo à vinculo
excõmunicationis, quam incurriſti propter tale factũ, & re-
ſtituo te ſanctis &c.vt ſuprà. ¶Secundum eſt,quæ ſit forma
abſolutionis à ſuſpenſione officij vel diuinorũ?Et dico quòd
ſi loquimur de verbali neceſſariò obſeruanda, nulla eſt:quia
ſuſpẽſio,ſicut & excõmunicatio,pertinet ad forum cõtentio-
ſum:& conſequenter quicquid dicat: aut quibuſcunq; verbis
vtatur is,qui poteſt abſoluere,verè abſoluit:ſicut de excom-
municatione dictũ eſt:ſed loquẽdo de ea quæ cõmuniter eſt
in vſu,vtimur iſto verbo abſoluo, primò cõditionaliter:vt,ſi
teneris aliquo vinculo ſuſpẽſiõis,à quo poſsim te abſoluere,
abſoluo te,& reſtituo executioni ordinum & officiorũ tuo-
rum.ſecundò abſolutè:vt,abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis,
quam incurriſti propter talẽ cauſam,& reſtituo &c.Et idem
dico per omnia de interdicto.¶Tertium eſt de forma abſol
uendi ab irregularitate.& dico quòd nulla eſt certa & deter-
minata: ſed tamen in vſu eſt vt fiat per hoc verbum diſpẽſo,
& non abſoluo:vt,diſpẽſo tecum in irregularitate, quam in-
curriſti propter talem cauſam:& reſtituo te ad actus legiti-
mos.vel quãdo dubitatur,dicẽdo nõ quam, ſed ſi quam con-
traxiſti. ¶Quartũ eſt,quę ſit forma abſolutionis à peccato?
Et Supple.quidẽ poſt Pet.de Pal.dicit quòd eſt hæc: ego ab-
ſoluo te.expreſsis illis à quibus ſit abſolutio:alioquin ſup ni-
hilo abſolutio fundaretur.& intẽdit quòd eſt hęc forma: ab-
ſoluo te à peccatis tuis.Sed contrarium tenet S.Tho.& Inn.
& Hoſt.imò etiam Scotus in quarto, dicit quòd eſt hęc:ego
abſoluo te.Nec tamẽ abſolutio fundatur in nihilo, ſed in re
confeſſa,id eſt, peccato.In alijs autem quæ confeſsionẽ non
requirunt,ſed abſolui poſsint etiam inuiti,exprimit ligamen
quod ſoluit,puta excõmunicatiõis,ſuſpẽſionis,vel interdicti.
¶Quintum eſt, quare dictę formę alia cõiungũtur? Et dico
ſecũdum S.Tho.& communiter Doctor.Theol. quòd præ-
mittitur Miſereatur.non quia ſit de eſſentia vel integritate
formæ:ſed ne fortè effectus ſacramẽti impediatur ex parte
pœnitentis:poſt ponitur verò conueniẽter, in nomine Patris
&c.non quia ſit neceſſarium,ſed vt oſtẽdatur quòd ſacerdos
non authoritate propria,ſed quaſi miniſter abſoluit. Impo-
ſitio autem manus nõ requiritur, nec ſit:quia hoc ſacramen-
tum nõ ordinatur ad conſequendam excellẽtiam gratiæ,ſed
ad remiſsionem peccatorum: vnde magis competit ſignatio
crucis, quia per ſignum crucis Chriſti peccata remittuntur:
quod tamen etiã non eſt de neceſsitate ſacramenti. vide etiã
infrà Pœnitentia.ij.¶Sextum eſt, vtrum abſolutio à peccato
fieri debeat ante iniunctionem ſatisfactionis? Et dico quòd
non:vt patet in clem.dudum.de ſepult.& ibi Ioan. Andr.ſed
hoc intelligo,vbi timeri poſſet quòd abſolutus ſatisfactionẽ
recuſaret,non autem aliàs:vt in religioſis vſitatur.

### De Acceptione perſonarum.

1 *Acceptionis, quæ hic lucidiſsima deſcriptione depingitur, vt vitium contrahamus, quot potiſsimum requirãtur? Et an mortalis delicti nomen ſortiatur?*

2 *Beneficiorum eccleſiaſticorum diſtributor ac collator, ad peccatum defugiendum, num meliori tribuere ſemper debeat? Et ibidem quot modis quis melior dicatur?*

3 *Potentia, aut nobilitas ſecularis in beneficiorum diſtributione, vt alij alius præferatur, num ſpectanda ſit?*

4 *Collatio beneficij in cõſanguineũ, num perſonæ acceptionem inducere dicatur? Et quid ſi electores bonum, meliori prætermiſſo, eligant?*

5 *Diſpenſatio in gradibus prohibitis quo ad matrimonium contrahendum: occaſione diuitiarum obtenta, num perſonarum acceptionem inducat?*

6 *Acceptio perſonæ num dicatur facta, ſi is præpoſitus ſit, qui alium conditione ac qualitate minus digna præcellit?*

7 *Acceptio perſonarum num facta eſſe dicatur, ſi in honoribus conferendis vitioſus prælatus ſtudioſo laico ac virtuoſo, aut dominus ſeruo, ſenex iuueni, aut diues pauperi præferatur? Et quid ſi in iudicio diuiti pauper præferatur?*

ACCEPTIO † perſonarum ex doctrina Sancti Tho.ij. 1
ij.quęſt.lxiij.& Alexand.de ales.xxij.tractatu de eodem
ſic diffiniri poteſt: Acceptio perſonarum eſt vitium, quo id
quod ex debito iuſtitię eſt vni perſonę conferendum, exhi-
betur alteri, non propter meritum eius ad ipſam rem, quæ
confertur:ſed propter conditionem ipſius non congruẽtem
ad ipſam rem: puta ſi quis conferat epiſcopatum alicui: quia
eſt Petrus,aut Ioannes,vel affinis:quę nihil faciũt ad eſſe di-
gnum epiſcopatu:ſi autem hoc fiat quia eſt aptus, nõ eſt ac-
ceptio perſonarum:quia iſta cõditio facit vt debeatur ei epi-
ſcopatus ex iuſtitia diſtributiua.Tamen ad incurrẽdum hoc
peccatum duo requiruntur:primò quòd collatum conferen-
dum ſit ex debito,ſecus ſi ex gratia: iuxta illud Matthæi xx.
An non licet mihi quod volo facere,ſcilicet ex eo quod gra-
tis & miſericorditer datur.ſecundò quòd ratio & cauſa dan-
di non faciat ad hoc quòd recipiẽs reddatur dignus accepto.
¶Primò verò quęritur,an ſit peccatum mortale? Et dico
quòd in re parua nunquam eſt mortale,niſi per accidens in-
quantum ipſa virtute aut exiſtimatione eſt magna: ſed in re
notabili omne quòd eſt contra iuſtitiam,eſt peccatum mor-
tale,ſecundum Sanct.Thom.ij.ij.quæſt.lix.artic.iiij. Et ratio
eſt,quia eſt contra charitatem proximi:vnde acceptio perſo-
narum cùm ſit cõtra iuſtitiam in re notabili,ſemper eſt pec-
catum mortale:vt ſi beneficium ſcienter conferatur indigno
vel minus digno, quia eſt amicus, poſthabito digno vel di-
gniori ſaltem notabiliter. ¶Secundò, † an ſpiritualium di- 2
gnitatum ſeu beneficiorũ eccleſiaſticorum diſtributor ſem-
per debeat tribuere meliori ad euitandum hoc peccatum.Et
dico ſecundum Sanct.Thom.ij.ij.vbi ſuprà.arti.ij.& in quo-
dam quolibeto,quòd melior dicitur quis dupliciter. Primò
ſcilicet,ſecundũ ſe & ſimpliciter:vt qui magis abundat in ſpi
ritualibus gratiæ donis: & ſecũdò in ordine ad bonum com-
mune:ad quod interdum magis conferre poteſt minus ſan-
ctus aut ſciens propter potẽtiam vel induſtriam ſecularem,
& huiuſmodi. Epiſcopus igitur vel alius diſtributor prædi-
ctorum nõ tenetur dare meliori ſecundum ſe & ſimpliciter,
ſed meliori quantum ad hoc,ſiue in ordine ad commune bo
num, ad quod principalius ordinantur ſpiritualium diſpen-
ſationes: ſicut etiam gratias gratis datas, quæ ordinãtur ad
communẽ vtilitatem Eccleſię Deus dat minus bonis. Igitur
ſi preferat vnum alteri propter cauſam pertinentem ad ho
norem Dei & commune bonum, pręfert meliorem: & non
eſt acceptio perſonarum: ſed ſi cauſa pręferendi non perti-
neat ad hoc,erit acceptio perſonarum : & tanto grauior,
quantò in rebus diuinis cõmittitur. Et † his collige etiam 3
potentiam ſecularem vel nobilitatem aliquid conferre ad
hoc,vt quis ſit eccleſiaſtico beneficio dignus : quia iſta con-
ferunt ad honorem Dei,ſcilicet quòd in ſuo miniſterio no-
biles occupentur:& ad vtilitatem eccleſiæ interdũ:quia ma-
gis cõprimunt aduerſarios, vel huiuſmodi: ſed non eſt intel-
ligendum quòd ipſa ſola faciat: vt quando coniũgitur vitæ
crimínoſæ : ſed preſuppoſita virtute aliquid confert. ¶Ter-
tiò † an ſit acceptio perſonarum dare beneficiũ conſangui- 4
neo?Et dico ſecundum Sanct. Thom.in quolibet.q.xxij. vbi
ſuprà.& Sum.conf.libro iij.tit.xxiiij.quòd diſtinguẽdum eſt.
Nã ſi cõſanguineus ſit ęquè idoneus vt alius:epiſcopus po-
teſt in hoc ſatisfacere naturali amori, qui non eſt charitati

contrarius:quia ſaltem in hoc pereminet quòd magis poteſt de ipſo confidere quòd ſecum vnanimiter eccleſiæ negotia pertractabit: & hoc niſi inde ſcãdalum oriatur:vel fortè inde alij ſumant exemplum dandi conſanguineis etiam minus dignis. Si verò conſanguineus ſit minus idoneus ſimpliciter & reſpectu boni communis:eum præferre nõ debet poſtpoſito meliori duplici ratione: primò quia infideliter agit diſpenſator iſte,non dominus ſpiritualium, qui negotium domini gerens nõ meliorat illud cùm poſsit: ſecundò quia hoc ad perſonarum acceptionem pertinere videtur: quia conditio conſanguinitatis non eſt pertinens ad curã eccleſiæ, quæ non obtinetur iure ſanguinis, ſed munere diuino: eſt autem conditio faciens ad diſpenſationem patrimonialium bonorum:vnde ſi ex his epiſcopus prouideat ſuo cõſanguineo minus idoneo,non eſt acceptio perſonarum. ¶Quartò an ſit acceptio perſonarũ ſi electores ad ſpirituales dignitates eligant bonum prætermiſſo meliori? Et dicit Sanct. Tho.vbi ſuprà quòd ad hoc vt electio in foro iudiciali non poſsit impugnari,ſufficit eligere bonum:nec oportet eligere meliorem:quia ſic omnis electio poſſet habere calumniam: quantum ad cõſcientiam tamen eligentis neceſſe eſt eligere meliorem ſimpliciter vel reſpectu boni cõmunis: quia ſi ex aliqua cauſa præferatur alius:aut illa pertinebit ad negotium: & ſic quantum ad hoc magis idoneus erit qui eligitur:aut
5 non faciet:& ſic erit acceptio perſonarum. ¶Quintò † an ſit acceptio perſonarum ratione diuitiarum diſpẽſare ſuper contrahendo matrimonio in gradibus prohibitis? Et dicit Sanct.Thom. ij.ij.vbi ſuprà, quòd hęc diſpenſatio fieri conſueuit propter fœdera pacis conſeruãda:quod quidem vtilitati communi magis eſt neceſſarium circa perſonas excellentes.vnde cum eis facilius diſpenſatur abſq; acceptiõe per-
6 ſonarum.¶Sextò † an ſit acceptio perſonarum ſi præponatur quę excedit conditione minus digna: quando in præficiendis conditiones ſunt inæquales excedentes & exceſſę,vt ſi vnus ſcit literas,ſed eſt ignobilis:alius eſt nobilis,ſed illiteratus,& pręferatur nobilis.& dicit Alexand.vbi ſuprà, quòd licet literatura nobilitati ſimpliciter pręferẽda ſit,vt in cap. venerabilis.de præben.quia eſt neceſſaria in regimine eccleſię:tamen in caſu poteſt pręferri nobilitas: vt arceantur lupi per potentiam:& in caſu vt ſint in corpore eccleſię membra diuerſa:quibus pax eius conſeruetur:& ſic nobiles promoueri poſſunt,dummodo eis morum honeſtas ſuffragetur.

7 ¶Septimò † an ſit perſonarum acceptio in honoribus ſi pręferatur vitioſus prelatus virtuoſo laico, aut dominus ſeruo, aut ſenex iuueni,aut diues pauperi? Et dico ſecundum Sanct. Tho.ij.ij.vbi ſuprà,& in Quolibeto,quòd cùm honor ſit teſtimonium virtutis eius qui honoratur:ſola virtus eſt debita cauſa honoris:ſed tamen aliquis honorari poteſt propter virtutem non ſolùm propriam, ſed etiam alterius.ſicut prelati & principes etiam ſi ſint mali:inquantum gerunt perſonam Dei & cõmunitatis cui prẽficiũtur:& eadem ratione parẽtes & domini ꝑpter participationẽ dignitatis Dei,qui eſt omniũ Pater & Dominus: & ſenex propter ſignum virtutis, ſcilicet ſenectutem:licet illud ſit quãdoq; fallax: & diuites propter hoc quòd locum obtinent maiorem in cõmunitate: & in eis communitas honoratur,ſecundũ Sanct. Thom.x.quolibeto, artic.xij.nõ autem intuitu diuitiarũ:quia eſſet acceptio perſonarum: exhibere honorem debitum virtuti. ¶Octauò, an ſit acceptio perſonarũ ſi pauper in iudicio diuiti prẽferatur? Et dico quòd ſic,ſecundum prẽmiſſam diffinitionem: quia iudicium, vt dicit ſanctus Thom.ij.ij.vbi ſuprà, artic.iiij. eſt actus iuſtitię prout iudex ad ęqualitatem ducit inęqualia. ad qđ facit ꝙ iſte habeat plus quàm debeat,ille verò minus:nõ autem quòd hic ſit pauper, ille diues: ſicut ſi Socrates in re aliqua debet habere x.& habet xv. & Plato debet habere x. & habet v.ad ęqualitatem conſtituendam confert quòd Socrates habeat v.quæ deſunt Platoni:non autem quòd ſit pauper:quia quantumcunq; augeatur vel minuatur eius paupertas, nunquam erit ęqualitas niſi auferantur ei v. danda Platoni:vnde & Deus dicit Exod.xxiij. Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio:ſcilicet prętermittendo ęqualitatem iuſtitię.Illud autem Eccleſiaſtici iiij. In iudicãdo eſto miſericors pupillis. & ſimilia, intelliguntur, vt perſonę miſerabiles ab oppreſſoribus iniuſtis defenſentur: & ſi eis deficiunt inſtructores cauſarum ſuarum, ſuppleat iudex.

## De Acedia.

1 *Acedia, quæ ſpiritualis quædam frigiditas vel tepiditas dicta eſt,quaſi acida,vel acetoſa, eo quòd huiuſmodi frigida ſunt:ex ſuo genere mortale peccatum eſt,quãquam & veniale quandoq; ſit. Et ibidem cùm mortale peccatum eſt,cuinam præcepto diuino contraria eſſe dicatur?*

2 *Acedia extra filias ac ſpecies ſuas,quot modis mortale peccatũ eſſe dicatur? Et quando veniale?*

3 *Acedia quot filias habeat, & quando mortalia, aut venialia peccata efficiantur? Et ibidem negligentia eiuſdem filia quotuplex ſit, & quàm variè ſpectetur?*

Acedia † ſecundum Richar.de ſanct. Vic.eſt torpor, 1
id eſt,negligentia mẽtis bona inchoare negligentis.vel ſecundũ Damaſ.eſt triſtitia aggrauans,quę ſcilicet ita deprimit animum,vt nihil agere libeat.vnde ſecundũ Sanc. Tho. ij.ij.quęſt. xxv. importat quoddam tædium operandi: & eſt quędam ſpiritualis frigiditas vel tepiditas ſpiritualis, dicta quaſi acida vel acetoſa:eò quòd huiuſmodi frigida ſunt.

¶Primò verò dubitatur, an ſit peccatum ſpeciale mortale? Et dico ex doctrina Sanct.Tho.vbi ſuprà, quòd triſtitia prohibens ab operando ſemper eſt mala,quãdoq; quidem ſecũdum ſe:quãdo ſcilicet eſt de vero bono quod apparet malũ: ſicut quãdo eſt de bono ſpirituali:quãdo pro vero ſecundum effectũ:quando ſcilicet eſt de verè malo: ſed ſic hominẽ grauat vt retrahat ab opere bono.Igitur acedia ſemper eſt peccatum ſecundũ ſeipſam,qa eſt triſtitia de ſpirituali bono. Et eſt peccatũ ſpirituale,nõ quidẽ inquantũ eſt triſtitia de ſpirituali bono cõmuniter: quia hoc ꝑtinet ad omñe vitiũ, cùm fugiat ſpeciale bonũ oppoſitę ſibi virtutis: ſimiliter nec inquantũ fugit bonũ ſpirituale: vt eſt laborioſum vel moleſtũ corpori,aut delectationis eius impeditiuũ:quia hoc acediam nõ ſepararet à vitijs carnalibus,quibus aliquis corporis quietem & delectationẽ quærit:ſed inquantũ eſt de ſpirituali bono,de quo ſpiritualis virtus lætat̃,id eſt,de diuino de quo lætatur charitas.Et eſt ex ſuo gñe peccatũ mortale,ſi trãſcendat ſenſualitatis terminos attingẽs vſq; ad cõſenſum ratiõis: quia ſecundũ ſuã rationẽ contrariatur charitati:cùm ꝓprius effectus charitatis ſit gaudiũ de Deo: acedia verò ſit triſtitia de bono ſpirituali inquantũ eſt diuinũ: eſſet tñ veniale ſicut & omne peccatũ ſi eſſet ſolùm in motu ſenſuali: & ſimiliter ſi ſit de ſpirituali bono,ad quod quis nõ tenet̃ de neceſsitate: vt patet ibi ad ſecundum.Et inquantum eſt mortale,contrariatur ſecũdum eum præcepto de ſanctificatione ſabbati: in quo ſecundum quod eſt mortale præcipitur quies mentis in Deo:cui contrariatur triſtitia mentis de bono diuino.

¶Secũdò† dubitatur, quot modis ſit peccatum mortale ex- 2
tra ſuas filias? Et dico quòd in genere duobus modis. Primò quãdo inducit ad mortalẽ omiſsionẽ:quod tripliciter eſt.Primò ſcilicet cùm qs horret & omittit ſpiritualia bona ad quę tenetur:& ſecũdo,cùm dolet ſe benefeciſſe, ſiue nõ omiſiſſe huiuſmodi bona quæ fecit.aut tertiò cùm proponit in futurum omittere.Secundò verò cùm inducit ad mortalẽ cõmiſſionem;puta deſperationem ſalutis,aut contemptum beneficiorũ Dei:qa ſcilicet nollet eſſe natus, aut vellet eſſe beſtia, aut mori,non curans qualiter,modò euaderet aduerſa & triſtia. Eſt etiam mortale per accidens in ſuo effectu, quando homo ex hoc inducitur ad corporis grauẽ infirmitatẽ: cùm tamen ſe poſſet iuuare ſi conari vellet.Eſt autẽ veniale quãdo homo quidem in oꝑando attædiatur:ſed tamẽ ea,ad quæ tenetur,non omittit:nec contra præceptum aliquod cõmittit. Videtur autem hæc tenere Sũ.Roſel.quòd acedia ſit mortale quando inducit negligentiam contemnentem quæ Dei ſunt:& dicitur procedere negligentia ex contemptu quando eſt in conſuetudine:vt ſi quis conſueuit nõ dicere horas ſuas deuotè:ſed de hoc infrà Contemptus: & infrà Negligentia.

3 ¶Tertiò† dubitatur,quæ & quot ſunt filiæ eius, id eſt vitia quæ naſcũtur ex illa. & quomodo ſunt peccata mortalia aut venialia? Et dico ſecundum doctrinam & mentem S. Tho.in diuerſis locis,quòd ſunt ſex.prima ſcilicet malitia,quæ bona diuina contemnit,& eſt mortale:& ſecunda rancor,id eſt,diſplicentia hominũ inducentium ad ſpiritualia:& eſt veniale, niſi ſuperueniat odium.& tertia puſillanimitas,quæ conſiſtit in ſubtrahendo ſe à bonis quæ fieri potuiſſent timore deficiendi:puta à ieiunijs,religione,& huiuſmodi:& eſt veniale,niſi illa bona eſſent in præcepto:& quarta eſt deſperatio quæ eſt mortale:vt patebit.& quinta neglig ẽtia agendorũ. Quæ eſt multiplex,ſcilicet negligentia circa oꝑa miſericordiæ & eſt mortale,aliqñ vt dicet̃ in tit.Eleemoſyna.Et negligẽtia addiſcendi neceſſaria ad ſalutẽ, q̃ aliqñ eſt mortale:licet hoc iudicare ſit difficile.Et negligentia ꝓcurandi ſacramẽta ſuę familiæ:quæ eſt peccatũ morale,ſi quẽ ꝑmittit ex negligentia notabili mori ſine baptiſmo vel cõfeſsione, maximè vbi decedens indigebat hmõi.Et negligẽtia faciendi correctionem fraternã,de qua infrà.& cõfitendi; & cõicandi ſemel in anno,& huiuſmodi:de qbus in ſuis locis.Et ſexta filia eſt euagatio mentis in oratione: quæ eſt veniale peccatũ,niſi in eo qui tenet̃ ad officiũ,in quo põt eſſę mortale: vt infrà Horæ.



## De Actione, Actore, & Actu.

1. *Actio num ab Imperatore idoneè ac ſufficienter definita ſit?*
2. *Actio in genere duplex eſt. Cui ex Panorm. tertia adducitur ſpecies.*
3. *Actio dupliciter ſumitur: & præter id quandoque tertio modo conſideratur.*
4. *Actiones reales,vt pro diuerſis rebus competunt,ita & variam appellationem ſortiuntur.*
5. *Actor quiſnam dicatur?*
6. *Actionum perſonalium aliæ bonæ fidei, aliæ ſtricti iuris. Et quænam ſint vtraque? Et an actio cedi poſsit? remiſsiuè.*
7. *Actum ſeruitutem realem eſſe: & in quo conſiſtat.*

1 Actio† eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur.Inſtit.de action.in princip. vbi ſecundum Azon.in Summa,hoc verbũ debetur,ſumitur largè:vt dicatur res debita tibi quam pętis vt tuam:ſiue res vendicatione,actiõe cõmodati,ſiue depoſiti. Sed quia iſta diffinitio comprehendit ſolùm actionem perſonalem ſeu in perſona, vt patebit:quia quod tuum eſt,tibi non debetur,ſed petis vt tuum,ideò ſecũdum Azo.& Gofred.actio eſt ius ciuile vel prætoriũ,quo debitum à te exigere poſſum,vel petere rẽ mihi reſtitui. ¶Eſt
2 †autem in genere actio duplex:prima realis, vel in rem,ſcilicet quæ eſt contra quem dirigitur non ſupponit obligatum: ſed ideò cõpetit,quia contendit non reſtituere is contra quẽ dirigitur:ſicut tu intraſti violenter domum meam:& ego peto poſſeſsionem meam,quam occupas:& tu nullo iure es mihi obligatus,cùm nec mihi promiſeris: nec contraxerim tecum,ſed tantum te cõueniam,quia res mea apud te eſt.Secũda eſt pſonalis vel in perſonam,illa ſcilicet quæ illum, cõtra quem dirigitur,præſupponit debitorem obligatum ex contractu vel maleficio,ſeu ex varijs cauſarum figuris.Et iſta datur etiam ad rem,ſed præſupponit obligationem perſonę:vt ſi vendidiſti mihi domum vel locaſti librum, obligaris mihi ex contractu,licet agam ad rem,id eſt,domũ vel librum. Additur ſecundum Panor.in cap.Eccleſia.el ij.vt lit.pend. actio
tertia miſta.de qua vide ĩ.lis.§.v. ¶Igitur† actio ſumitur du- 3
pliciter,ſcilicet ſtrictè:& ſignificat ius proſequẽdi ortum ex obligatiõe:& ſic conuenit ſolùm perſonali:& latè ſignificat iuriſdictionem iudicis:& ita non ſolùm perſonales,ſed etiam reales actiões ſignificat.adde tertiò & latiſsimè, & ſignificat iudicis officium: quo modò querela inofficioſi teſtamenti dicitur actio.ff.de leg.j.l.cùm filius.facit l.actionis verbo. de
verborum ſig. ¶Actionum† autem realium quædam com- 4
petunt pro rebus corporalibus:& ſic habet locum rei vendicatio:aliæ pro iuribus incorporalibus, & ſeruitutibus acquirendis:& ſunt duæ,ſcilicet confeſſoria,quæ competit dicenti habere ſe ius vel ſeruitutem tranſeũdi per fundum alienum: eundi vel agendi,vel ad altius ædes ſuas leuandi,& huiuſmodi:& negatoria quæ competit neganti vel aſſerenti oppoſitum,vendicãdo ſibi libertatem. Inſtit. ad actionib. §.æquè ſi.
¶Actor† autem eſt qui agit & pulſat alium rem aliquam ab 5
ipſo petens in iudicio.ff. de iudic.l.in tribus. ff.ſi.reg.l.iudi-
cium. ¶Actionum† etiam perſonalium, quædam ſunt bonæ 6
fidei:vt emptionis & venditionis & aliorum contractuum numero xvj.qui enumerantur Inſtit.de act.§.actionum.& ponũtur in gl.de excep.cum venerabilis.quæ dicuntur bonæ fidei: quia in eis maximè debet exuberare bona fides: & in eis veniunt omnia acceſſoria:& ea de quibus non eſt cogitatum vt in emptione & vẽditione,quod & id expreſsè nõ eſt actũ, ſcilicet damna & intereſſe poſt moram quæ debent reſtitui. Aliæ verò dicuntur ſtricti iuris,vt actio ex mutuo,ex ſtipulatu,quæ ſcilicet naſcitur ex ſtipulatione de re certa in genere incerta ſpecie,ex arbitrio,& conſimiles. & in his non venit acceſſoriũ:nec ea de quibus non eſt cogitatum; vt notat Bernar.in gl.præallegata.nec dãna & intereſſe à tẽpore moræ.Vtrũ autẽ poſsit quis actionem cedere, infrà Lex.§.viij.
¶Actus† verò eſt quædam ſeruitus realis in fundũ, qua quis 7
poteſt per illum,nõ ſolùm ambulare per ſe:ſed etiam iumẽtum & vehiculũ vel quadrigã ſecum ducere. ff. de ſerui.reſt. prædio.l.prima.verſ.actus.& l.in actu.& Inſtit. eod.§.actus.

## De Accuſatione & Accuſato.

1 *Accuſatio quid ſit? & an S. Thomæ definitio bona ſit?*

2 *Accuſatio quomodo fieri debeat? Et qui publicè infamatum accuſat,an ſi in probatione deficiat, num talionis,aut calumniæ pœna puniendus ſit.*

3 *Accuſare num quis teneatur? Et cùm id licet,num oporteat monitionem præcedere? Et quid ſi peccatum ſecretum ſit, aut ſub ſecreto ſumptum? remiſsiuè.*

4 *Accuſationem proponere quis poſsit? Et an clericus ad vindictam publicam, & ſi non ſubſecutura ſit ſanguinis pœna accuſare potis ſit?*

5 *Accuſare volens,qua ratione id facere debeat, vt peccato non ſit obnoxius? Et ſub hæc,num pactum vel iuramentum de non accuſando efficax ſit?*

6 *Accuſatione ſemel cœpta,num quis deſiſtere queat? Et ſubinde quot modis accuſatio iniuſta reddi poſsit?*

Qui

7 *Qui pœnitentiam de peccato egit, num accuſari valeat? Et quid ſi ſemel accuſatus, an denuò accuſari queat?*
8 *Accuſatus, num accuſatori, vt ab accuſatione deſiſtat, aliquid dare poßit? Et quia materia hæc ſubdifficilis eſt, in tria cauſarum genera diducitur. Et inter hæc, nũ in crimine publico trãſigere liceat? Et quid ſi tranſigatur, an teneat tranſactio?*
9 *Accuſatus temere ac falsò, num accuſanti iniuriam remittere poßit? Et quid in principe, an id remittere debeat?*
10 *Accuſatus in iudicio, num ſi veritatem neget, mortaliter peccet? Et tandem, quando iudex veritatem inquirere ſecundum iuris ordinem dicatur?*
11 *Accuſato, num ſe vel per calumniam defendere ac tueri liceat? Et an ſaltẽ appellãdo, iudiciũ deuitare ac ſubterfugere poßit?*
12 *Accuſatus & morti addictus, num ſe defendere, aut alioqui confugere queat? Et num tunc ad carcerem redire, præſertim ſi id iurarit, teneatur?*

1 ACCVSATIO † ſecundum mentẽ Azo. in Sum. eſt delatio rei de crimine ĩ libello ad vindictã. ſcdm mẽtẽ aũt S. Th. ij. ij. q. lviij. eſt delatio rei de crimine in libello ad vindictã ꝓpter bonũ cõmune. & hæc diffinitio eſt melior: qa ad vindictam etiã tẽdit denũtiatio: licet ſine libello: ſed ipſam vindictã denũtiator ordinat ad fratris emẽdationẽ: accuſator verò ad bonũ cõe. Secundũ aliquos autẽ iſta opi. S. Tho. quæ addit ꝓpter bonũ cõmune, eſt falſa: quia etiã accuſatio quandoq; fit ꝓpter bonũ priuatũ: vt habetur in tit. de accuſa. ff. & C. & denuntiatio etiã fit ad remotionẽ à bñficio & propter bonũ cõmune: vt habetur in multis locis, vt poteſt etiã videri per Abbatem & Felin. in cap. inquiſitionis. de accuſ. & in cap. nouit. de iudi. ſed S. Tho. loquitur de accuſatione non ordinata ad reſtaurandum intereſſe accuſantis: ſed ſolùm ad puniendum delictum. vnde ſecundum eum non debet fieri niſi in peccatis vergẽtibus in damnum cõmune vel diuinum
2 virtu. q. iij. arti. ij. & vij. ¶ Primò † verò quærit, quomodo fieri debet accuſatio: & dico quòd primò fieri debet in ſcriptis. ij. quæſ. vlt. qui crimen. quod tamen ſemper non eſt neceſſariũ: puta in crimine leui. ff. de accuſ. l. leuia. & in notorijs: cùm in huiuſmodi nec accuſator requiratur. de accuſ. euidẽtia. ſecus in non notorijs licet manifeſta ſint. xj. q. iij. eorũ. Secundò fieri debet cum inſcriptione, ſcilicet quòd accuſator ſe obliget ad pœnam talionis. ij. q. vlt. quiſquis. & q. iij. calumniator. & c. qui non probauerit. exceptis tamen quibuſdam caſibus: vt in crimine leui etiã in crimine apoſtaſiæ: & cùm maritus accuſat vxorem de adulterio: ſcilicet quo ad ſeparationem thori, & ſimilibus: & tamen etiam ſi accuſator non inſcribat, ex natura accuſationis huiuſmodi pœna calumniæ venit. C. de accuſ. l. fin. Sed tamen Bar. in l. ij. C. ſi ſer. vel lib. dicit quòd accuſans publicè infamatum, & in probatione deficiens puniri nõ debet pœna talionis vel calumniæ: accuſante infamia præcedente. quod menti commendandum eſt ſecundum Pan. in c. cùm contingat. de reſcrip. vbi etiam dicit quòd fama inducit iuſtam credulitatẽ. vnde habẽs notitiam ex fama, habere dicitur ex cauſa probabili. & idem ſentit gl. in ca. inquiſitionis. de ſent. excomm. Tertiò accuſatio debet exprimi viua voce & præſente accuſato. ij. q. vlt. præſcripta. Cõcordat prædictis. Albe. & idem notatur in Sum. conf. lib. ij. tit. v. Quomodo autem differant notoriũ, famoſum & manifeſtum, infrà Noto-
3 rium. ¶ Secundò † quæritur, an aliquis teneatur accuſare. Et Sum. Ang. adducens multa iura dicit quòd nemo accuſare tenetur, niſi ſecundum Bart. in homicidio: imò, inquit, accuſare videtur eſſe contra illud diuinũ præceptũ, Dimitte nobis debita noſtra. Contrariũ ſentit Supp. & Sũ Ro. & fortè omnes doct. ordinis eius. & hoc rationabiliter: quia ſine accuſatione aliquando ſaluari non poteſt integritas boni communis, vt quando iniquitates emendari aliter nõ poſſunt: Vñ & S. Tho. vbi ſ. dicit quòd homo tenetur accuſare, ſi crimen vergat in detrimentum ſpirituale vel corporale reipub. dummodo ſufficienter probare poſsit: non autem tenetur, ſi non redundat in multitudinem: aut ſi habere non poteſt probatio ſufficiẽs: quia nullus tenetur ad id quod debito modo perficere nõ poteſt. Hæc ex S. Thoma, qui talem concluſionẽ habet tanquã certiſsimam: vnde probationem non adducit niſi authoritate ſcripturæ, Leui. v. quam adducit arguẽdo in oppoſitũ. Deceptus eſt autẽ author illius Summæ: quia illa quæ adducit, loquuntur ſecundũ iura ciuilia, aut forum contentioſum: ſed aliter eſt ſecũdum conſcientiam: verbum autem Domini intelligitur de peccatis, inquãtum ſunt in perſonam propriam. ¶ Tertiò vtrum accuſationem debeat præcedere monitio. Et dicit S. Thom. in iiij. diſt. xix. q. ij. art. iij. q. j. ad quartum. quòd ſecundum aliquos ad accuſationem procedi non debet ſecũdum forum conſcientiæ non præmiſſa monitione & emẽdatione expectata: niſi fortè maiori periculo obuiandum videatur: aut peccatum ſit publicum: quanuis ſecundũ forum cauſarum nõ requiratur quòd accuſationem præcedat monitio, ſed ſolùm inquiſitio: quæ nõ eſt facienda niſi de notorio: quia oportet quòd inquiſitionem præcedat clamoſa inſinuatio: ideoq; ſecreta monitio nõ requiritur de neceſsitate. Vel dicẽdum ſecundũ alios, quòd in accuſatione non agitur ad emẽdationem peccãtis, ſed ad bonũ commune, ſcilicet iuſtitiam conſeruandam per punitionem delinquentis: ideò accuſatio in iudicio bona conſcientia fieri poteſt, etiã ſi admonitio nõ præcedat, nec eſt contra præceptum Domini de correctione fraterna, quod intelligitur quando agitur ad emendationem peccantis. hæc ille. Qui iudicio meo tenet primã opinionem tanquam conformem mandato Domini, ſecundũ quod oportet prius procedere ad emendationem peccantis, quàm ad iuſtitiam conſeruandam, ſi ſperetur emendatio, & periculum non ſit in mora. & hãc etiam ſequitur Supp. Sũ. autem Ang. tenuit opinionem ſecundam: ſed omnia iura quæ allegat, loquũtur in foro cauſarum ſiue contentioſo. Veritas autem eſt quòd etiam ſecunda opinio eſt vera, quando accuſatio expedit bono communi, quod præponderat particulari: vnde ſi poſt pœnitentiam & correctionem licet accuſare, vt j. §. ix. multo fortius antè ea non expectata. Quomodo autem peccatum ſecretum etiam ſumptũ ſub ſecreto aliquando ſtatim
ſine monitione publicari poſsit. j. Teſtis. iij. ¶ Quartò † quis 4
poſsit accuſare? & dico quòd ſi crimen eſt priuatum, regulariter ſolus ille cuius intereſt: vt videt velle gl. in l. fi. ff. de priuat. deli. quod limita niſi pro illo imponi debeat pœna pecuniaria fiſco applicanda: quia tunc ad accuſandum admittitur quilibet de populo ſecundũ gl. Dyn. & Bar. in rubr. licet Bal. contrarium teneat in l. aduerſus. C. de furt. ſi verò crimen eſt publicum, admittitur quilibet nõ prohibitus ſpecialiter lege vel ſtatuto aut cõſuetudine: tñ in duobus caſibus admittitur: primò quando ſuam vel ſuorum iniuriã proſequitur: vt not. in l. fin. ff. de priua. delic. & in l. fin. de iniur. ſecundò, quando delictum nõ eſt commiſſum contra perſonã: vt puta ſi ſtatuto cauetur vt blaſphemus vel noctuvadens puniatur in decẽ: tunc quilibet ad accuſandum admittitur: vt not. Bar. & Ioan. de Imol. in l. j. ff. de pub. iud. & Bar. in l. lex Cornelia. §. ſi quis. ff. de iniur. Circa quod multa dici poſſent, quæ omitto: quia ad forum animæ nõ pertinent. Clericus tamen ad vindictam publicam accuſare non debet, etiam ſi pœna ſanguinis non venit imponenda. facit capitulum, ſicut ſacerdotes. ij. q. vij. quia huiuſmodi odioſis ſe immiſcere non debet, ſecundum Pan. in c. cum P. de accuſ. ſed ſi proſequitur iniuriam ſuam,



poteſt, etiam ſi venit imponenda pœna ſanguinis ſecundum Pan. vbi ſuprà: dummodo dicat quòd non intẽdit accuſare vt pœna imponat. & text. eſt clarus in cap. prælatus. de homic.
5 lib. vj. ¶ Quintò † qua intẽtione debeat quis accuſare vt ſine peccato accuſet? Et dico quòd propter commune bonum, vt cæteri quietè viuant. xxiij. q. v. non fruſtra. vel propter ſuum intereſſe: aliàs tale erit peccatũ, qualis & inordinatio intẽtiõis, ſcilicet mortale, ſi ex odio principaliter vel alio iniquo fine. veniale autẽ ſi aliqua paſsio fragilitatis adiũgatur principali intentioni. ar. c. accuſati. de acc. & ij. q. vij. ſi q̃ ſunt. non tamen propter hoc ad aliquã reſtitutionem tenetur, ſed ſolùm ad pœnitentiam de peccato. ¶ Sextò vtrum pactum vel iuramentum de nõ accuſando teneat? Et dico ſecundum tex. iuncta gloſſ. in cap. quẽadmodum. de iureiur. quòd reſpectu criminis iam cõmiſsi paciſci poteſt ne de eo agatur. & Pan. dicit caſum eſſe clarum ff. de pact. l. ſi vnus. §. pacta. & conſequenter hoc licitè iuratur: ſed tamen ſi per hoc quis pecuniã acciperet, turpiter acciperet, & reſtituere tenetur de conſilio: quia moueri debet ad non accuſandum ex charitate ſperans emendationem non ex cupiditate. De hoc infrà Cõcuſſio. Reſpectu verò criminis committẽdi Sum. Ang. indiſtinctè dicit pactum de non accuſando non valere: & conſequenter ſi hoc iuretur, eſt peccatũ mortale. Pan. autem in d. capit. quemadmodũ. melius loquitur diſtinguendo: quia quantum ad crimen committendum reſpectu accuſationis criminalis non valet pactũ nec iuramentũ, quia præſtat materiam peccandi: vt in dicto §. pacta. & §. illud. ſed reſpectu accuſationis ciuilis, vt ad diuortium celebrandum ad commodum mariti in adulterio vxoris, eſt caſus dubius: & credit quòd ſimpliciter pactum nõ valeret: ſed ſi interuenit iuramentum, eſt dubiũ. hæc ille, cum multis alijs. Veritas eſt quòd non licet paciſci vel iurare de non accuſando in futuris, ſic quòd hoc poſsit eſſe impeditiuum boni, aut promotiuum mali. Sed aduerte quòd ratio diuerſitatis ſecũdum eum in præterito & futuro delicto eſt, quia in vno præſtatur materia peccandi, & non in alio: vel eſt, quia in præterito ſcimus an debeamus ſperare correctionem, non in futuro: cùm de præſenti diſpoſitione peccantis iudicemus, non de futura: vnde quando non accuſare reſpectu præteriti eſt cauſa delinquendi, quando ſcilicet non adeſt ſpes correctionis, non licet paciſci aut iurare de nõ accuſando. Aduerte etiam quòd multò fortius reſtituere deberet, qui pecuniam acciperet de nõ accuſando reſpectu criminis perpetrandi, vel pro accuſando calumnioſè. j. queſt. j.
6 iubemus. ¶ Septimò, † vtrum quis deſiſtere poſsit ab accuſatione incœpta? Et dico quòd deſiſtere debet omni modo poſſibili, qui videt accuſatum innocentem. ij. queſtio. iij. ſi quem. Si verò eũ nõ cognoſcit innocentem, poteſt deſiſtere ſi vult in foro conſcientię ex charitate: licet non ex præmio: vt not. gloſſ. in cap. j. de collu. ſed quo ad impunitatem fori contentioſi, hoc non poteſt, niſi certis caſibus: de quibus vide Barto. in l. quæſitum. ff. ad Turpil. & Panor. in cap. licet. de accuſ. ſecundum Sanct. Tho. aut. ij. quæſt. lxxxviij. art. iij. ad tertium. poteſt quis iuſtè deſiſtere, ſi in ꝓceſſu falſum cognouerit id, de quo accuſauit, aut ſi princeps, ad quẽ pertinet cura boni communis, accuſationem aboleuerit. ¶ Octauò quot modis accuſatio reddatur iniuſta? Et dico quòd tribus, ſecundum Sanct. Thom. ij. ij. vbi ſuprà. & Gratianum ij. q. iij. & in l. j. ff. de aboli. ¶ Primò calumniando, quando ſcilicet falſum crimen imponitur: & talis de omni damno illato proximo tenetur: vt in cap. vltimo. de cal. peccat mortaliter. xxij. queſ. ij. c. j. ¶ Secundò tergiuerſando, quãdo ſcilicet accuſator in totum à lite recedit ſine licentia iudicis: quod in foro conſcientię intellige, ſi aliquo ſine malo fecit: ſecus ſi intelligit innocẽtẽ, vel ex compaſsione, quod aliquãdo licet: in foro autem contentioſo punitur v. libris auri. ff. de priuaric. l. iij. Tertiò præuaricando, quando ſcilicet cum reo colludit adiuuans partẽ aduerſam falſas probationes adducẽdo, veras diſsimulando, & huiuſmodi: & talis iudicis arbitrio punitur: vt in l. j. & ij. ff. de præuar. licet in cõſcientia talis non peccet eo caſu quo poſſet ab accuſando deſiſtere: niſi vtatur falſitate, vel huiuſmodi prohibitis. De his autẽ habes in l. j. ff. de aboli. & in l. j.
ff. ad. Turpil. & infrà Colluſio. ¶ Nonò, † vtrum poſsit quis 7
aliquem reum accuſare, poſtquàm de ſuo peccato egit pœnitentiam? Et dicit Innocen. in cap. de his. de accuſ. quòd ſic. Et idem tenet ibi gloſſ. Et ratio eſt: quia per pœnitentiã ſatisfit Deo: ſed per punitionem impoſitã in iudicio ſatisfit reipub. vt cæteri timeant, viuantq; quietius. & facit C. de apoſta. l. hi qui. ¶ Decimò, vtrũ ſemel accuſatus de eodem poſsit denuò accuſari? Et dico quòd non: vt in cap. de his. de accuſ. quia delictũ vnius hominis ſępius quęri non debet. ff. nau. caup. ſtab. l. licet. §. vltimo. l v. quæſt. ix. veniam. fallit in duobus caſibus. ¶ Primò ſi ſecũdus accuſator doceat primum præuaricaſſe. ff. de pręuaric. l. iij. ¶ Secundò ſi ſuum dolorem proſequens ignorat accuſationem inſtitutam ab alio. l. cui. ff. de accuſ. vi-
de in gloſſ. dicti cap. de his. ¶ Vndecimò, † vtrum accuſatus 8
poſsit ſine peccato dare aliquid accuſatori vt ab accuſatione deſiſtat? Et dico hanc materiam eſſe difficilem: ſed viſo Inn. de collu. in cap. crimina. & gloſſ. & Panor. in eodem tit. capit. j. vbi multa valde loquitur de hac materia, ſic dici poteſt: A lite vel accuſatione multipliciter quis diſcedere poteſt. primò authoritate vel motu proprio: quia ſcilicet ſic ſibi placet. ſecundò per gratiam ad preces, ſc. licet rei. tertiò per tranſactionem, aliquo ſcilicet ſibi dato vel retento: quod eſt proprię tranſigere: vt in cap. ſuper eo. de tranſact. quartò per abſolutionem, impetrando ſcilicet à iudice facultatem recedendi, & abolitionem ſiue deletionem, vel caſſationem accuſationis ex aliqua cauſa, puta quia ex ira vel per errorem accuſauit: vel ex aliqua legitima cauſa: vt in l. ij. C. de aboli. Ad quęſitum autem dico quòd ſecundum Innocen. & gloſſ. in cap. j. de collu. dete. in verbo, gratia. & cauſarum tria ſunt genera, ciuilis ſcilicet, criminalis & ſpiritualis. Panorm. tamen in j. cap. de collu. cauſas diuidit per ciuilem, criminalẽ & ſub ciuili ponit ſpiritualem & popularem: quam etiam tangit Innocen. à cauſa vel accuſatione ciuili pecuniaria recedere licet. ſecundũ Innocen. per gratiam & per tranſactionem iudicis authoritate: & ſine ea ante litis conteſtationẽ & poſt. Panorm. tamen dicit quòd poſt oblatum libellum: & à fortiori poſt litis conteſtat. non licet recedere propria authoritate, niſi vellet renũtiare liti & cauſę in totum: vt in l. poſtquàm liti. C. de pact. ſed ſolùm licet per tranſactionẽ aut gratiam, excepta tamen famoſa actione: ſecundum Innocen. & Panorm. vt actio furti, in qua ſine iudicis authoritate tranſigere non licet. ff. de his qui not. infam. l. furti. §. pactus. vel vt addit Panorm. niſi ſit talis cauſa, quæ nõ dependeat à libera voluntate litigantium, & ſub hoc membro comprehendi poteſt cauſa matrimonialis. In cauſa verò ſpirituali ſiue inquiſitionis, ſiue denuntiationis de rebus ſpiritualibus, ex cauſa licet per gratiam diſcedere, ſecundum Innocen. ſed ſine cauſa diſcedens punitur. ij. queſto. vij. quapropter. arg. de calumn. cap. ſi. per tranſactionem autem nunquam licet vt extrà de decimis. intelleximus. & not. de trãſac. cap. ij. In cauſa autem populari, id eſt, quæ populum tuetur. l. j. de popu. acti. tranſigere non licet, niſi deferendo iuramẽtum: vt in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. In criminali verò quando de crimine agitur criminaliter, & non ciuiliter ante inchoatam accuſationem: puta ante inſcriptionem ad pœnam talionis,
licet

licet inſcriptio alia præceſſerit:poteſt quis deſiſtere per gratiam:vt in eo.§.pactus.& ff.ad Turpil.l. mulier.& l. quęſitũ. non autem proprio motu ſi preceſsit inſcriptio alia ſecundũ Panor.poſt inchoatam verò accuſationem nõ licet diſcedere ſine iudicis authoritate,& ſine conſenſu rei, niſi intra xxx. dies.ſed nec inter illos ſi fuit tormẽtis mãcipatus.C.de aboli. l.ij.vel per accuſationem infamatus.v.quæſt.j. quidam. & ſi aliàs deſtiterit,incidit in Turpil anum, id eſt, punitur quinq; libris auri,& infamia,ſi intendit publicum crimen.C.ad Turpil.l.j.Si verò crimen eſt priuatum, punitur extraordinariè iudicis arbitrio.ff. ad Turpil.l.ſi quis.nec eſt infamis ſecundum gloſſ.in cap.j.de collu. ſed aliud ſentit gloſſ.in capit.ſi quem pœnitet.ij.q.iij.& facit text.in l.ij.C.ad Turpil.qui loquitur indiſtinctè.Quæ autem dicantur publica,& quæ priuata delicta, infrà Crimen.Trãſigere autẽ in crimine publico non licet,& ſi fiat tranſactio,nulla eſt: & accuſatus haberetur pro confeſſo.C.de tranſactio.l.tranſigere.ff.de pręuaricat.l.in omnibus.niſi tale ſit crimen quod irroget pœnam ſanguinis:quia licet tũc tranſigere,& ſanguinem ſuum redimere qualitercunque, niſi in adulterio. ff.de bon. eorum.l.j. vel niſi irroget pœnam perpetuæ detruſionis:quia etiam tũc licet ſecundum Panorm.vbi ſuprà.In alijs autem vbi pœnæ huiuſmodi non irrogantur, tranſigere non licet.ij.quæſt.iij. ſi quem.§.pręuaricator.ibi:in omnibus. & hoc niſi in crimine falſi,vt in dicta l.trãſigere.quia cõuictus de falſo eſt quaſi mortuus: cùm nulla ei fides adhibeatur. Et hoc eſt verum, quæcunque pœna veniat imponenda,ſecundum Bart.& multos alios in d.l.tranſigere.Et per hoc tenet Panor.idem licere vbi imponẽda eſt pœna quaſi ſimilis pœna ſanguinis quæ iure canonico non infertur:vt quando poteſt quis tradi curię ſeculari.Et hoc videt̃ tenere Gofr.in ſum.de tranſact.& idem putat in pœna perpetuę detruſionis:ſicut tenet,inquit,Dominus Card.in capi.fin.de tranſact.vnde Innocen.dicit in tit.de accuſ. quòd iſta pœna ęquiparatur morti: cõtrarium tamen tenuit dominus Anto.in cap.j.de collu.In criminibus autem priuatis videtur ſentire gloſſ.in d.c.j.quòd tranſactio admittitur indiſtinctè:& idem videtur ſentire Innocen. qui allegat aliquos ſic ſentire,nec reprobat. Vbi autem in criminali vel ſpirituali aliter quàm debet accuſator deſiſtit, iudex nihilominus ſecũdum Innoc.ex officio inquiret:vt de collu.per totum.C.de abolit.l.indulgere.& l.ij. vbi autem vult iudex iuſta cauſa diſcedere,indulgebit. C.de abolit.l.j.ij.& iij. Quid autem operetur tranſactio,vide Panor.vbi ſuprà.¶Duodeci
9 mò † vtrum falsò accuſatus poſsit accuſanti remittere iniuriam? Et dicit Sanct. Tho.ij.q.lxviij.quòd ſic maximè ſi accuſauit nõ calumnioſè,ſed ex animi leuitate:quia accuſato ſpecialiter iniuria facta eſt: ſi verò accuſator ab accuſatione propter colluſionem deſiſtat,iniuriã facit reipub.& hoc accuſatus ei remittere non poteſt,ſed ad principem pertinet habentem curam reipub.Et idem notatur in Sum.cõfeſ.lib.ij.tit.v. Princeps quoq; ſine iuſta cauſa remittere nõ debet: quia intereſt reipub.ne crimina remaneãt impunita.ff.ad l. Aquil.l. ita vulneratus.& de ſent.excom.vt famę. & quia facilitas venię incentiuũ tribuit delinquendi.xxiiij.quęſt.iiij.eſt in iuſta.
10 ¶Tertiodecimò,† vtrũ peccet mortaliter accuſatus negando veritatem in iudicio? Et dicit Sanct. Tho.ij.ij.quæſt.lxix. art.j.quòd tenetur iudici exponere veritatẽ, quam exigit ab eo ſecundum formam iuris,de quo infrà.Confeſsio criminis. & ideo mortaliter peccat nolendo confiteri,aut mendaciter negando.Si verò iudex exquirat quod non poteſt ſecundum ordinem iuris:non tenetur ei accuſatus reſpõdere: ſed poteſt per appellationem vel aliter licitè ſubterfugere: mẽdacium tamẽ dicere nõ licet.hęc ex illo.Sed intellige quòd in primo caſu quãdo iudex iuridicè procedit,tale mendacium nõ ideò eſt mortale,quia mendaciũ in iudicio:alioquin ipſum tacere vel non cõfiteri nõ eſſet mortale:ſed ideò quia cõtra debitũ iuſtitię:ſed in ſecundo caſu quãdo ſcilicet iuridicè nõ procedit:vel quia accuſatus non eſt ei ſubiectus ſimpliciter,vel in hoc caſu aut quacũq; alia cauſa:tũc licet mẽdaciũ ſit illicitũ, non eſt tamen mortale:quia nec cõtra debitũ iuſtitię nec eſt in iudicio vero,ſed in vſurpato:imò nõ erit etiã veniale ſi reſpondendo cautelosè:&,vt aiunt,ſophiſticè,dicat aliquid falſum apud ſenſum iudicis:& apud ſuum, verum: quia eo caſu cùm non ſit eius ſubditus,nõ tenetur dicere veritatẽ ad eius intentionẽ.Rationem dictorũ aſsignat Henr.de Ganda.quia ſi quis tenet̃ celare crimen fratris occultũ:multo magis ſuũ. Addit autem dictis S.Thom.Sum.conf. vbi ſuprà,quòd tunc iudex veritatem requirit ſecundũ ordinẽ iuris, cùm pręcedit infamia ſup crimine: vel apparent indicia: vel pręceſsit probatio ſemiplena: ſed intellige ſuppoſita iudicis authoritate iuridica.Si tñ agatur ad pœnã ſpiritualẽ, vide infrà Confeſſio.§.j.¶Quartodecimò,† vtrũ liceat accuſato ſe calumnioſè defendere? Et dicit Sanct.Thom.vbi ſuprà,quòd nõ: nam in cauſa criminali iuramentum de calumnia pręſtãdum eſt: vt in c.inherẽtes.de iur.calum. Accuſato igitur licet ſe defendere vijs licitis occultãdo veritatem, quam confiteri non tenetur per aliquem licitum modum:puta non reſpondendo: quia hoc nõ eſt calumnioſè ſe defendere,ſed euadere prudẽter:non autẽ licet ei dicere falſum, nec tacere veritatẽ quam tenetur confiteri:nec adhibere fraudem aliquã vel dolũ:quę habent vim mẽdacij.& hoc eſt calũnioſè ſe defendere. Adde quòd etiã eſt calumnia appellare,vt ex mora declinetur iuſta ſentẽtia:quia eſt nolle fateri.Cõcor.Richar.in iiij.diſ. xv. ¶Quintodecimò an liceat accuſato appellãdo iudiciũ declinare? Et dicit S.Tho.vbi ſuprà,quòd ſic:quãdo fit ex cõfidentia iuſtæ cauſæ:quia ſcilicet accuſatus iniuſtè grauat̃ à iudice.ſecus ſi quis appellat cauſa afferendæ morę: vt dictũ eſt. ij.q.vj.quicũq;.¶Sextodecimò an liceat accuſato & cõdẽnato ad mortẽ ſe defendere aut fugere? Et dicit S. Tho. vbi ſuprà,ar.iij.quòd ſi fuit iuſtè dãnatus ei ſe defendere non licet: quia cùm ſit licitũ iudici reſiſtentẽ impugnare, illicitum eſt bellũ ex parte reſiſtẽtis:ſi verò fuit cõdẽnatus iniuſtè,reſiſtere licet:quia tale iudiciũ ſimile eſt violẽtię latronũ: niſi propter ſcandalũ vitandũ:cùm ex hoc aliqua grauis turbatio timeret̃.Et ſi cõtra arguat̃ de fuga quę eſt licita:dico non eſſe ſimile.Vnde ibi ad primũ ſic ad hoc dicit S. Tho. Nullus ita cõdemnatur quòd ipſe ſibi mortẽ inferat, ſed quòd mortem patiatur:vnde nõ tenetur facere illud vnde mors ſequat̃: qđ eſt manere in loco vnde ducatur ad mortem: tenetur tamen nõ reſiſtere agẽti quin patiatur qđ iuſtũ eſt eũ pati:ſicut etiã ſi quis ſit cõdẽnatus,vt fame moriatur:nõ peccat ſumẽs cibũ occultè oblatũ:quia nõ ſumere eſſet ſeipſum occidere.Dicit tamen Henr.de Gand.quolibe.ix.quòd non licet ei carceres effringere,aut inferre iniuriã rei,ſuper quã iudex habeat ius. vide etiã ĩ.Fugere.¶Decimoſeptimò an teneatur accuſatus, & fortè cõdemnatus ad mortẽ redire ad carcerem,ſi hoc iurauit? Et dicit Panor.in c.ſi verò.de iureiur.quòd qui hoc iurauit,tenetur obſeruare iuramentũ, etiam ſi ſubſit periculũ mortis;dummodo carcer non ſit iniurioſus,id eſt,cõtra iura: & idem videtur tenere gloſ.in cle.poſtoralis.de ſen.& re iud. in verbo,per violẽtiam.niſi mors eſſet iniurioſa.De materia autẽ accuſationis tãgitur infrà Inquiſitio.§.ij. De accuſatione autẽ contra matrimoniũ.ĩ.Matrimo.vij. & viij.per totũ.

## De Adiuratione.

1 *Adiuratio quid ſit, ibi luculenter deſcribitur: quotuplex autem ibidem apertè traditur.*

Adiur



2 *Adiurare quipiam num homini liceat? Et an Deum & Angelos adiurare poſsit? Et quid de dæmonibus.*

3 *Exorcizanti dæmoniacum,num dæmonem, vt nomen edat,ſocietatem & vexandi cauſam deſignet,& huiuſmodi, num adiurare liceat? Et quid ſi illi curioſa,& ad expulſionem nihil facientia,imperet.*

4 *Adiurare creaturas num liceat irrationales?*

5 *Adiuratio illicita,num omnis mortale peccatum ſit?*

1 ADIVRATIO † ex mente S.Th.ij.ij.q.xc. & Ric.in iij. di.xxxvij.ar.iij.q.ij.ſic diffiniri poteſt. Adiurare eſt aliquam perſonã vel rem imperãdo vel obſecrãdo inducere ad aliquid faciendum vel nõ faciendũ ex inuocatione alicuius ſacræ rei:ſicut Apoſtolus Ro.xij.adiurat Romanos,dicẽs:Obſecro vos per miſericordiã Dei &c.& Eccleſia adiurat Chriſtum dicens: Per crucẽ tuã &c. Adiuratio licita eſt adiuratio deprecatiua ad omnes ſubiectos & non ſubiectos, vel imperatiua ad ſubiectos. Adiuratio illicita eſt adiuratio imperatiua ad nõ ſubiectos,ſicut adiurauit Chriſtum Caiphas, dicẽs,
2 Adiuro te per Deum viuũ &c. ¶Primò † verò quæritur vtrũ homini licet aliquid adiurare? Et dico ex doctrina S.Tho.ibi quòd ſic,quia ſicut homo iuramento ꝓmiſſorio ſeipſum obligat ad aliquid faciendum ob nominis diuini reuerentiam, quod eſt ſe immobiliter ordinare ad aliquid agendum:ita poteſt ad aliquid agendũ ordinare alios ſuperiores, ſcilicet deprecando:inferiores autem imperando & vtranq; ordinationem per aliquid diuinum confirmare, quod eſt adiurare:ſed tamen adiuratio erit illicita,ſi quis intendat aliũ ſibi nõ ſubditum ordinare ad aliquid,imponendo ei neceſsitatem,ſicut ſi ſibi imperatiuè imponere poſſet:quia in alium vſurpat ſibi poteſtatem quam non habet.¶Secũdò,vtrum liceat homini adiurare Deum? Et dico ex doctrina eiuſdẽ quòd Deum ſicut & omnem hominem ſuperiorem licet adiurare deprecatiuè:vt patet ex dictis:ſed tamen aliter ad Deum,& aliter ad hominem vtimur adiuratione:quia homines adiurando immutare intendimus ad aliquid agendum ob reuerentiam ſacræ rei:nõ autem Deum,cuius voluntas eſt immutabilis:ſed intendimus à Deo aliquid obtinere per æternam eius volũtatem,non ex noſtris meritis,ſed ex eius voluntate.¶Tertiò, vtrum liceat homini adiurare Angelos bonos: puta dicẽdo, adiuro te Michaël archãgele per diuinã bonitatem vt mihi præſtes auxilium,& dico quòd ſic,deprecatiuè, ſicut & homines ſuperiores:quia cùm ſint cõciues noſtri, licet nobis eorũ ſuffragia expetere,& aliquid diuinũ interponere ad mouendum,ſicut & circa Deum dictũ eſt:licet aliter hoc fiat hic & ibi:quia Deũ inuocãdo interponimus aliquod diuinũ non ad mouendũ ſeu inducendũ Deũ immobilẽ,ſed ad mouendum nos:vt vehementius petamus,& petendo expleamus qđ Deus ordinauit inuocãdo aũt angelũ interponimus ſacra: vt & nos excitemus,& illum moueamus cõmemorando ea ꝓpter quorum amorẽ & cõtemplationẽ libẽter tẽperatur. ¶Quartò, vtrũ liceat homini adiurare dæmones.Et dico ex doctrina S. Tho.vbi ſ.ꝙ ſi eos quis adiuret deprecatiuè, eſt illicitũ:quia hoc ad bñuolentiã & amicitiã ꝑtinet, qua nos vti ad dæmones nõ licet.ſimiliter ſi quis eos adiuret imperatiuè quidẽ ſiue cõpulſiuè,ſed tñ ad aliquid ab eis ſciendũ,aut ad aliqđ obſequium per eos conſequendũ, eſt illicitũ:primo qa hoc ꝑtinet ad quandam ſocietatẽ vel familiaritatẽ cum ipſis:ſecundo.quia in curſu huius vitæ eorum actus noſtræ diſpoſitioni non ſubduntur:vt,ſcilicet eis veluti ſubditis ad noſtrum obſequium vtamur:niſi fortè ex ſpeciali inſtinctu vel reuelatione diuina aliqui ſancti ad aliquos effectus dæmonum,operatione vtãtur:ſicut Iacob. per eos Hermogenẽ ad ſe fecit adduci.Adiurare autem eos imperatiuè vel compulſiuè non ad aliquid per eos obtinendum,ſed ad eorum nocumentum repellendũ,puta adiurando ne nobis aut ſocio tanquam noſtri aduerſarij in curſu huius vitæ ſpiritualiter aut corporaliter noceant:eſt licitũ ſecũdum poteſtatẽ nobis traditam à Chriſto,ſecundũ illud Luc.x.Dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones,& ſupra omnẽ virtutem inimici, &c.
¶Quintò,† vtrum liceat exorcizãti dæmoniacum adiurare 3
dæmonem,vt dicat nomen & ſocietatem ſuam,& cauſam vexandi hominem,& huiuſmodi? Et dico iuxta prædicta,quòd ſi licet eum adiurare vt nõ noceat,licet etiam eum adiurare vt exeat,quia non exeũdo nocet: licitè etiã adiuramus eũ imperatiuè in omnibus quæ imperamus,vt de corpore expellatur,vt puta quòd ſuum nomen fateatur:quod valet ad hoc vt præcepta quibus vtimur contra eũ nominatim dirigamus:ſimiliter vt dicat cauſam vexandi hominẽ, vt eã ad cautelam amoueamus:licet eñ nõ credamus: puta ſi dicit hoc accidiſſe ꝓpter aliqđ peccatum,vt ad pœnitẽtiam moueamus obſeſſum,ſi fortè id verũ eſſet:ſimiliter vt dicãt ſocietatẽ ſuam, vt imperemus exeunti vt ſecũ quantum poteſt ſocios trahat. & omnia huiuſmodi quæ ſancti leguntur imperaſſe:quæ oĩa talia finaliter ordinãtur non ad cõſequendum bñficium per eos,ſed ad nocumẽtũ repellendum.Et hac etiam ratione nõ ſolùm licet adiurare dæmones nõ obſidẽtes ne adiuuẽt obſidentes:ſed etiam ſuperiores vt expellant inferiores.Si autem exorcizator imperet dæmoni vt dicat curioſa,& nihil ad expulſionem facientia,nõ quia illi credat,ſed quadã leuitate & curioſitate ductus:eſt peccatum graue, licet illud nõ videã mortale:quia non videtur mortale,niſi cùm quis adiurat obſecratiuè,aut ad aliquod conſequendũ,puta obſequiũ vel notitiã:quod iſte non facit qui ei nõ credit: quod ſi ei crederet, vt necromantici,credo eſſe mortale,quia pertinet ad amici-
tiã.¶Sextò,† vtrũ liceat adiurare creaturas irrationales? Et 4
dico ex doctrina eiuſdem,& Rich.vbi ſ.quòd ſi adiurẽtur ſecundum ſe abſolutè eſt vanum:quia nec imperium nec obſecrationem intelligunt: & illicitũ,quia vanè aſſumitur nomẽ Domini.Si verò adiurẽtur relatiuè ad alium à quo mouẽtur, eſt licitũ reſpectu Dei deprecatiuè,quo modo ſancti miracula faciunt.& reſpectu dæmonis imperatiuè:ne eis tanquã inſtrumentis vtatur ad nocendũ,quomodo adiurãtur ab exor-
ciſtis eccleſiæ.¶Septimò † vtrum omnis adiuratio illicita ſit 5
peccatum mortale? Et Sum. Ang. nititur adſcribere Rich.ꝙ ſic,quia eſt cõtra illud præceptum,Non aſſumes. Sed illud à Ric.nõ habetur:nec illa ratio probat: alioquin omnis illicita iuratio eſſet mortale:etiã ſi quis iuret verum, ſed leuiter:qđ non eſt bñ dictum.vnde dico ꝙ adiuratio ſeptem modis eſt illicita.primò ſi fiat imperatiuè ad nõ ſubditũ.ſecundò ſi fiat imperatiuè ad ſubditũ,ſed quantum ad aliquid in quo nõ eſt ſubditus.tertiò ſi fiat ad dæmones deprecatiuè.quartò ſi fiat ad dæmones imperatiuè ad aliquid addiſcendũ,vel ꝑ eos cõſequendum.quintò ſi fiat ad eoſdem imperatiuè ex leuitate aut curioſitate.ſextò ſi fiat ad irrationalia ſecundum ſe ſeptimò ſi fiat ad Deum vel homines,vel Angelos,vel dæmones, aut irrationabilia leuiter,id eſt,ſine reuerentia diuini nominis,aut neceſsitate.Et primo ac ſecundo modo eſt peccatum mortale,ſecundum Archid.quia eſt contra iuſtitiam:& læditur ius cõmune:dum quis vſurpat ſibi in alium poteſtatẽ,iniuſtè:ſed intellige in re notabili.tertio autem & quarto modo ſimiliter:quia repugnat diuinæ amicitiæ habere amicitiam cum ſuo aduerſario incorrigibili.quinto autẽ modo videtur veniale,non obſtante quòd ibi eſſe videatur vſurpatio poteſtatis in dæmones nobis ſubiectos: quia non eſt ibi peccatum ratione iniuſtæ vſurpationis: cùm habeamus poteſta-

tem

tem ſuper omnem virtutem inimici,ſed ratione malæ inten
tionis in vſu iuſtæ poteſtatis : ſicut iudex ſuſpendens latro-
nem ex odio,non facit contra iuſtitiam,ſed contra charitatē:
quæ intētio in propoſito nō videtur mortale: & ſimiliter ſe-
xto modo,& ſeptimo videtur veniale,ſicut & iuratio leuis.

## De Adminiſtratione.

1 *Adminiſtratio libera & legitima quanam ſit? Et an admini-
ſtrator de mala adminiſtratione ſatisfacere teneatur? & tum
de doló ne, an etiam de lata & leui culpa? & quid de caſu ſiue
fortuna?*
2 *Adminiſtratus malè aduerſus quem actionem habeat?*
3 *Adminiſtrationem indigno ſcienter committens, num de mala
teneatur adminiſtratione? Et ſub hac quis in eccleſia admini-
ſtrationem habere dicatur? Et num ante adminiſtrationem in
mora conſtitui poſſit, qui ad aliquid dandum faciendúmve ſi-
ne temporis definitione obligatus eſt? remiſſiuè.*

1 ADMINISTRATIO† legitima & libera ſcdm mē-
tem Inn.eſt qñ quis poteſt agere & cōuenire in iudicio
& etiam extra iudicium de re aliqua diſponere.facit ca.ex li-
teris.de prob.& ibi Inn.allegat l.ij.C.de iur.cal. ¶Primò ve-
rò quæritur vtrum adminiſtrator teneatur de mala admini-
ſtratione ſatisfacere? Et dico quòd ſic,ſecundum Inno.in c.ex
præſentium.de pig.& ille cuius eſt adminiſtrator habet con-
tra eum actionem negotiorū geſtorum. ff.de neg.geſt.l.iiij.
§.vlt.xij.q.ij.ſi qua de rebus.&.c.ſi quis qualibet conditione.
¶Secundò vtrum adminiſtrator teneatur ſolùm de dolo, an
etiam de lata & leui culpa? Et dico ſecundū gl.in l.cùm oſtē-
dimus.ff. de fideiuſ.tut.quòd tenetur de dolo,vt ibi:& de la-
ta culpa:vt l.curatores.C.de nego.geſtis.& de culpa leui:vt l.
quicquid.C.arbi.tu.Et de ſolo quidem dolo tenetur, quando
in ea affectiōe ductus ſolùm miniſtrauit ſecūdum gl. in l.iij.
ff.de neg.geſt.& ſimiliter de lata culpa,quæ æquiparatur do
lo:vt in l.quod Nerua.ff.depo.de leui autē tenetur,vt cōmu-
niter in d.l.quicquid.imò etiam aliquando tenetur de leuiſſi-
ma:vt quando diligentiſſimus erat geſturus. l.ſi pupilli.§.vi-
deamus.ff.de neg.geſt.¶Tertiò,vtrum teneatur vnquam de
caſu ſiue fortuna? Et dico quòd ſic,in quinque caſibus poſitis
in l.ſi negotia.ff.de neg.geſt.quorū primus eſt ſi acceſſit ani
mo deprædādi : ſecūdus ſi noua & inſolita negotia fecit:ter-
tius ſi culpa præceſſit:quartus ſi fuit in mora:qntus ſi caſum
2 in ſe recepit.¶Quartò† quæritur,contra quem habeat actio
nem adminiſtratus? Et dico quòd contra adminiſtratorem:
& etiam cōtra hæredes,quod ſcilicet hæredes teneri Inn. vbi
ſ.intelligit,quando dolo vel lata culpa aliquid geſſit. ex leui
aūt culpa nō tenetur niſi in caſibus quatuor, quorum tres po
nuntur in l.j.C.de hæred.tut.quartus verò eſt in gl. d.l.cùm
oſtendimus. Primus eſt ſi lis fuerat inchoata contra tutorē.
Secūdus ſi aliquid ad eos peruenit de rebus adminiſtrati.Ter
tius ſi de rebus adminiſtrati alijs ex gratia conceſſit: quia di-
cit in l. ſi pignore.ff.de furt. quòd ſpecies lucri eſt ex alieno
largiri,& beneficio ſibi debitorem acquirere. Quartus ſi nō
explicet inchoata per defunctū : quia tenetur de leui etiam.
3 l.quicquid.C.arbi.tut.¶Quintò† vtrum ſcienter committens
adminiſtrationem indigno teneatur ipſe de mala adminiſtra
tione? Et dico ſic,ſecundum Innoc.in c.ex ratione. de æta.&
qual.& alleg.ff.ad muni.l.Lucius.§.Imperator.ff.de ma.con-
ue.l.j.in prin.per totum.& peccat mortaliter. Quis dicatur
habere adminiſtrationem in eccleſijs, vide j.Beneficiū.j.§.ij.

¶ADMONITIO,vide j. Denuntiatio. Vtrū autē ante
adminiſtrationē cōſtituat in mora qui eſt obligatus ad aliqd
dandū vel faciendū ſine determinatiōe tpis,vide j.Mora.§.j.

## De Adoptione,ſiue Arrogatione.

1 *Adoptio quid ſit:& quot ſpecies habeat? & inter has quænam
perſona intelligenda ſit extranea.*
2 *Adoptio ab arrogatione in quot differt?*
3 *Abſens, aut reluctans ac non conſentiens, num arrogari poſſit?
Et contra, num quis abſens arrogare, aut adoptare queat? Et
an vel per procuratorem?*
4 *Filius arrogatus, num quid ſibi retinere poſſit? Et qui in filium
filij ſui arrogatur, num ſicut ſimpliciter arrogatus bonorum
partem quartam ſibi acquirat?*
5 *Adoptare quis poſſit, & quis minimè? Et contrà, quis adopta-
ri poſſit, vel id nequaquam?*
6 *Adoptare in fratrem, aut ſororem, num quis poſſit?*
7 *Adoptare num dicatur, qui coram multis, vel etiam per ſe in do
mo ſua aliquem in filium, aut filiam accepit, dicens, accipio te
in filium meum.*

ADOPTIO† eſt perſonę extraneæ in filium vel nepotē
vel deinceps legitima aſſumptio,ſecundū Ray.S.Tho.
Pet.& Ala.& Richa.in iiij.diſt.xlij.Vel adoptio eſt legitimus
actus,per quem qui filius non eſt pro filio habetur penè na-
turam imitans.Inſt.de adop.in gl.Et perſona extranea intel-
ligitur omnis qui non eſt in poteſtate adoptantis : ſiue ſit de
eius carnali cognatione,ſiue non: & per maſculinum intelli-
gitur etiam fœmininum:vt per filium filia, & per nepotē ne
ptis.Adoptare autem ſecūdum S.Tho.iij.q.xxiij.& iij. diſt.x.
eſt admittere ex gratia ad participandum hæreditatem. Ha-
bet autē adoptionis genus ſpecies duas , in quas diuiditur.ff.
de adop.l.j.& ij.Prima dicitur arrogatio quæ ſecundū S. Th.
eſt adoptatio perfecta:& eſt quādo is qui non habet patrem,
ſicut etiā qui emācipatus eſt,vel generaliter qui eſt ſui iuris,
tranſit cùm filijs,iuribus & rebus ſuis in poteſtatem arrogā-
tis principis authoritate.Secunda verò communi nomine nū
cupatur adoptio,quando adoptatur is qui eſt in poteſtate pa
tris ſiue alieni iuris authoritate magiſtratus non tranſeundo
in poteſtatē adoptantis.ff.eo.l.j.& ij.C.eo.l.pen. Et ſicut di-
cit S.Tho.in iiij. diſt.xlij.adoptatus primo modo ſuccedit pa
tri ab inteſtato,nec pōt eum pater ſine culpa priuare quarta
parte hæreditatis.Adoptatus autem ſecūdo modo non ſucce
dit,nec tenetur ei adoptans aliquid in teſtamento dimittere.
¶Primò† verò quæritur, vtrum arrogatio & adoptio in o-
mnibus cōueniat? Et dico quòd ſic,niſi in quinque. ¶Primò,
quia adoptio fit cuiuſlibet magiſtratus competentis authori
tate:dum tamē apud eum plena ſit actio,ſcilicet merū & mi
ſtum imperium.C.de adop.l.j.Arrogatio verò ſolùm autho-
ritate principis.Inſti.eod.in principio. ¶Secundò,quia in ar-
rogatione requiritur vtriuſq; verbū expreſſū,nō autē in ado
ptione.Vnde infans adoptari poteſt,nō arrogari.ff.de adopt.
l.ij.& l.in adoptionibus.¶Tertiò , quia arrogatur qui eſt ſui
iuris:adoptatur autem qui in aliena eſt poteſtate.Nam arrò-
gatio ſtatim arrogatum & res ſuas & liberos ac nepotes,qui
erāt in ſua poteſtate ſubijcit poteſtati arrogatoris. ff.de ado.
l.ij.§.vlt.adoptio verò non niſi in caſu, quando ſcilicet datur
auo materno,vel ſi poſt emancipationē genuit filium & auo
paterno dederit.Inſt.de adop.§.ſi verò.¶Quartò,qa arroga
tor tenet ſatiſdare de reſtituēdis illis bonis pſonis,ad quas eſ
ſent ventura , ſi arrogatus in ſuo ſtatu māſiſſet. ff. de adop.l.
nec ei.§.fi.¶Quintò,qa arrogatus habet de neceſſitate legi-
timā in bonis arrogatoris.vn̄ ſi arrogator emācipauerit eū,
vel exhęredauerit ſine cā,tenet ei relinquere legitimā,id eſt,
quartā ptē ſuorū bonorum, quę ſcilicet habiturus fuerat ab-
inteſtato ſecūdū gl.in l.ſi arrogator.ff.eo.quę q̄rta nō eſt au
gmētata p authē.de triē.& ſe.ſecūdū Bar.ibi.Inſt.de adop.§.
cū aūt ipubes.adoptiuo aūt nihil tenet de neceſſitate relinq-
re



re.C.eo.l.j.& ij.Si tamen moriatur adoptator ſine teſtamē-
to ſuccedit in bonis eius.l.pe.C.de adop.poſt mediū. niſi ſit
3 emācipatus legitimè. ¶†Secundò, vtrum abſens,vel diſſen-
tiens poſſit arrogari? Et dico quòd non.tex.eſt ff.eo.l.neque.
ſed neque etiam adoptare vel arrogare quis abſens poteſt:
nec etiam per procuratorem poteſt quis adoptare vel arro-
gare.ff.eo.l.poſt mortem.§.neq;.cuius cauſam not. Bar.in l.
Gallus.§.forſitan.ff.de lib.& poſth.vbi dicit quòd ea,in qbus
ſolus cōſenſus requiritur per procuratorē fieri poſſunt: vt in
legitimatione,vbi ſufficit quòd filius oſtendat voluntatē pa-
tris:nec eſt neceſſe patrē eſſe pręſentē.Item ex parte filij nō
requiritur ꝙ ſit præſens,ſed ſufficit quod habeat ratum:vt in
authen.quib.mo.na.effi.ſui.§.naturales.& §.generaliter.col.
vij.quia in legitimatione pater nihil diſponit:ſed principi vel
habenti authoritatem à principe conſentit.non enim ipſe le-
gitimat,ſed authoritas principis.Secus autē eſt quando pater
ipſe diſponit:vt quia pater emācipat vel abſoluit filiū:& iu-
dex authorizat.Item pater adoptat. Itē dominus manumit-
tit.Et ex hoc colligi poteſt illius quæſtiōis determinatio: an
filiatio ſpiritualis ſiue cōpaternitas per procuratorē cōtrahi
poſſit? Et videtur ꝙ non:quia ipſe pater ſpiritualis aliquid di
ſponit & agit,nec ſimpliciter cōſentit: & cōſequenter requi-
ritur præſentia eius:vt in l.poſt mortē.de adop. & ita dicunt
4 canoniſtæ.hæc Bar.¶†Tertiò,quærit gl.in l.ſi paterfa.ff.eo.
vtrum filius arrogatus poſſit ſibi aliquid retinere pro ſe? Et
videtur ꝙ ſic:quia in traditione pactū quod apponitur,debet
ſeruari.in contrarium facit auth.ingreſſi.de ſac.ſan.ecc.idem
Bar.ibi.¶Quartò,vtrum arrogatus in filiū filij ſui acquirat
quartā parte bonorū,ſicut arrogatus ſimpliciter? Reſpondet
Azo in Sum.ꝙ ſi pater adoptat aliquē loco nepotis : ſi filius
conſentit,mortuo ſuo patre,hic arrogatus tranſit in poteſta-
tem filij cui fuit arrogatus:nec agnoſcitur auo ſuus hæres.Si
autē filius nō cōſenſerit, mortuo patre nō reincidit in pote-
ſtatem:ſed agnoſcetur auo ſuus hæres:vel tāquam nepos,li-
cet in filium non adoptauerit:vel tanquam is, quem videtur
ſuus animus voluiſſe eſſe ſibi hæredē. Idem dic de adoptato
in nepotē,vel deinceps.quod fieri poteſt:vt Inſtit. de adop.§.
licet.excepto quòd non tranſit in poteſtatem patris adoptā-
5 tis.Et quod dictum eſt de maſculo,dic de fœminis.¶†Quin-
tò quæritur,quis poſſit aut nō poſſit adoptare? Et dico quòd
poteſt paterfam.qui ſui iuris eſt & generare poteſt:vel ſi non
pōt,eſt ex defectu accidētali:vt eſt ſpado,ſiue gladio caſtra-
tus.ff.eo.l.ij.& ſimiliter presbyter.ſecundum Pan.in c.vnico.
de cog.leg.Non poteſt autem adoptare qui generare nō po
teſt propter defectum naturalem:qui etiā dicitur caſtratus:
nec fœminæ,niſi ex reſcripto principis in ſolatium liberorū
amiſſorū:nec ille qui per xviij.annos non præcedit eum, quē
vult adoptare vel arrogare.vnde dicit San.Tho. quòd debet
ita eſſe ſenex vt naturaliter poſſit eſſe pater adoptati:vt pa-
tet iiij.diſt.xlij.& habetur ff.eo.l.adoptio.hæc habentur Inſti.
de adop.Nec poteſt adoptare ſecundum S. Tho. qui non eſt
ſui iuris:nec minor xxv.annis:vt idē dicit:nec poteſt arroga-
re qui nō habet lx.annos:licet poſſit adoptare,niſi iuſta cauſa
interueniēte.l.ſi pater.§.vlt.ff.de adop.& iuſta cauſa eſt mor
bus,aut cōiūctio perſonæ adoptādæ:aliàs debet intēdere ge-
neratiōi,vt in d.§.vlt.¶Sextò quæritur,quis poſſit vel nō poſ-
ſit adoptari? Et dico ꝙ adoptari poteſt qlibet tā maſculus q̄;
fœmina.ff.de adop.l.adoptio.dūmodo ſit præſens: aliter nō.
l.neque abſens.ff.eo.etiam ſi ageret per procuratorem,vt di
ctum eſt:dūmodo etiam ſit minor adoptāte:ſic vt poſſit eſſe
filius eius naturalis.nō competit autem conſanguineis ado-
ptari,ſecundum S.Tho.in iiij. quia naturaliter ſunt hæredes.
6 ¶†Septimò,vtrum quis poſſit adoptare in fratrem vel ſoro-
rem? Et dico quòd nō:vt l.nec apud.C.de hære.inſtitu.& ibi
Ang.nec etiā in patrē,quia cōtra naturā. ¶†Octauò,vtrū ſit 7
adoptio,ſi quis corā multis vel etiā p ſe in domo ſua aliquē
accepit in filiū aut filiā dicēs:accipio te in filiū meū? Et dicit
Pan.in c.vnico.de cognatione legali.ꝙ non.l.nō nudis.C.de
proba. niſi ſeruet forma de qua ſuprà:ſcilicet ꝙ fiat princi-
pis,vel magiſtratus authoritate: quod eſt de ſubſtantia ado-
ptionis:& verbum in arrogatione:vt dictum eſt.

¶ADORATIO,vide infrà Latria.

## De Adulatione.

1 *Adulatio quid ſit? & in quo conſiſtat?*
2 *Laudare aliquem, vel illi placere velle, nunquid ſemper pecca-
tum cenſendum ſit?*
3 *Quempiā in laudādo excedere & adulari, quot modis dicatur?*
4 *Adulationem triplici modo peccatum mortale dici.*
5 *Beneficium per adulationem impetrans, num idipſum reſigna-
re teneatur? Et ibidē, turpe officiū dici, cui peccatū annexū eſt.*
6 *Adulatoribus dare, num mortale peccatum ſit.*

ADVLATIO† ſecūdum S.Tho. ij.ij.q.cxv.eſt exceſſus 1
delectandi alios verbis laudis aut factis. Nam qui vult
in omnibus alteri loqui delectabiliter,excedit modum virtu
tutis,& peccat:qa virtutis affabilitatis,& ſi principaliter intē
dat delectare eos qbus cōuiuit,tn̄ vbi neceſſe eſt nō veretur
contriſtare propter aliquod bonum. Si autē aliquis ſic exce-
dat ſola intentione delectandi, vocatur placidus , ſecundum
Philoſophum.ſi verò hoc facit gratia lucri, vocat blanditor
ſiue adulator:cōmuniter tamen nomen adulatoris ſolet at-
tribui omnibus qui ſupra debitum modum volunt alios ver-
bis vel factis delectare in communi cōuerſatiōe.hæc ex illo.
Igitur laudare aliquem de eo quo nō eſt laudandus, puta de
malo,vel plus quàm eſt laudandus,vel vbi,& quando & quo-
modo,& quo fine non eſt laudandus:eſt adulatio.de qua xxv.
diſtin.§.aliàs.xlvj.diſtin.ſunt nonnulli. vj.q.j. ſunt plurimi.&
xj.quæſt.iij.nemo peritorum.Et ad idem reducitur,ſi quis vl-
tra debitum velit alteri placere veſtibus,ludis,& huiuſmodi.
¶†Primò verò quæritur , vtrum laudare aliquem vel velle 2
placere ſemper ſit peccatum? Et dicit idem ibi quòd non:ſed
laudare aliquem cum debitis circunſtantijs, puta ne deficiat
in aduerſis,vel vt magis proficiat in bono,pertinet ad virtu-
tem affabilitatis ſiue cuiuſdam amicitiæ,quæ conſiſtit in ex-
teriori conuerſatione:pertinet verò ad adulationem laudare
in his quæ non ſunt laudanda:vel quia ſunt mala, vt peccata:
vel quia ſunt bona incerta.vel etiam ſi timetur , ne inaniter
eleuetur.Et ſimiliter velle placere hominibus,propter chari
tatem nutriendam. Et vt in eis homo ſpiritualiter proficere
poſſit,eſt laudabile,ſecundū illud j.Cor.x.Per omnia omni-
bus placeo.Eſſet verò peccatum,ſi quis hoc faceret in malis,
vel propter inanem gloriam,aut lucrum,ſecundū illud Pſal.
Deus diſſipat oſſa eorum,qui hominibus placent.¶†Secun- 3
dò verò quæritur,quot modis quis excedit in laudādo,& adu
latur? Et dico ſcdm Alex.de ales,quòd quatuor . Primò lau-
dando in aliquo bonū quod nō habet . Secūdò augendo bo-
num quod habet plus quàm habet. Tertiò laudādo malum,
& dicendo bonum.Quartò minuendo malum:vt dicēdo nō
eſſe peccatum ita graue,ſicut eſt.¶†Tertiò,vtrum adulatio 4
ſit peccatum mortale? Et San.Tho. dicit vbi ſuprà quòd ſic,
tripliciter.Primò ratione materiæ ſicut cùm quis laudat pec
catum alicuius,quia contrariatur dilectioni Dei,contra cu-
ius iuſtitiam loquitur homo,& dilectioni proximi , quem in
peccato fouet.ſed intellige ſi id qd laudat ſit peccatū morta
le:aliàs iſta adulatio nō eſſet mortale. Secūdò ratione intē-
tionis , puta cùm quis alicui adulatur vt noceat fraudulen-

ter corporaliter vel ſpiritualiter. Tertiò propter occaſionē: ſicut cùm laus adulatoris ſit alteri occaſio peccandi etiā prȩter adulatoris intentionem:& tunc conſiderandū eſt vtrū occaſio ſit data vel accepta: vel qualis ex hoc ruina ſequatur, venialis ſcilicet aut mortalis:& ſcdm hoc iudicandum eſt. Si autem aliquis ex ſola auiditate delectandi, vel ad vitādum malum, aut aliquid cōſequendū in neceſsitate aliquid fuerit adulatus, non eſt contra charitatem: nec mortale, ſed veniale.

5 ¶†Quartò, vtrum adulator impetrans beneficium per adulationē teneat̃ reſignare? Et dicit Alex. hoc reduci debere ad munus ab obſequio. vñ recipiens ſolùm ex hoc ꝙ adulat̃ nō ex alio ſeruitio indignè reciperet: & reſignare teneret̃, ſicut ille qui ſeruiuit in officio turpi. Turpe autem officiū dicitur, cui peccatum annexū eſt. hæc ex illo: quem ſequitur Sū. Ang. contra Arch. ij. parte. tit. j. c. v. §. iiij. dicentem quòd licet hoc reducatur ad munus ab obſequio:& talis reputādus ſit ſimoniacus. j. q. j. ordinationes. non tamen tenetur illud beneficiū reſignare. arg. extra. eo. c. fi. & alleg. Dir. lib. iij. & Inno. & Hoſti. qui hoc not. in c. tuam. de æta. & quali. Et ratio eſt: quia ex quo eſt ſimonia mentalis tantummodo, purgatur ſola pœnitentia: nec aliter reſignatio neceſſaria eſt, ꝑ tex. in d. c. fi. ſcilicet de ſimo. ad fi.

6 ¶Quintò † vtrū dare adulatoribus ſit peccatum mortale? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. clxviij. quòd non: niſi nimius appetitus gloriȩ vanæ hoc recuſaret: ſicut delectabatur Herodes, quando ei Dei & nō hominis laudes dabantur: vel niſi intendat quis & cupiat laudationem de peccatis: quia tales largitores cōmunicant cum adulatore in crimine. Et hoc eſt quod dicit Alex. de Ales, quòd tale peccatū eſt iſta datio, quale adulatio propter quam dat, id eſt, ſi veniale, veniale: ſi mortale, mortale: vt patet lxxxvj. diſt. in c. donare. & duobus ſequentibus. vbi etiā dicitur ꝙ dare adulatori nō ꝓpter adulationē, ſed propter pietatē ad ſuſtentationē naturæ non eſt peccatū. Vtrū autem liceat dare hiſtrionibus, infrà Ars. §. vj.

## De Adulterio.

1 *Adulterium, quod eſt thori alieni violatio, quandoque ſimplex, quandoque duplex dicitur. Et idem modis quatuor admittitur.*

2 *Mulieri adulteræ, quæ ex adulterio ſobolem ſuſcepit, vt de expenſis & hæreditate mariti tuta ſit, quid agendum ſit?*

3 *Præceptum poſitiuum non obligare quenquàm cum ſcandalo, & præſertim vbi animarum, aut corporum periculum ſubeſſet.*

4 *Filius, qui in filiationis poſſeſsione eſt, num matri eum ſpuriū aſſerenti, vel eundē ſuppoſitū credere teneatur? Et quid ſi vterque parēs idem dicat? Et ibidem limitatæ leguleiorū ſentētiæ, quæ eū fatuū coarguūt, qui regno ob matris dictū renūtiauit.*

5 *Filius putatiuus poſt præſcriptum filiationis ius, num cognito, quòd legitimus non ſiet, de ſucceſsione in bonis conſcientiam facere poſsit?*

6 *Mulier de adulterio ſuſceptos filios, num ſibi hæredes inſtituere queat?*

7 *Adulter, num de expenſis & damnis acceptis ob de adulterio ſuſceptos filios, marito teneatur?*

8 *Viri atque vxoris adulterantium, quænam pœna ſit?*

9 *Adulterium notorium quomodo & quando dicatur. Et num adulterium ſine dolo committi poſsit?*

10 *Metus conditionalis num mulierem ab adulterij pœna excuſet? Et ibidem quòd reſpectu leg. adulterium ſine dolo committi nō poteſt. Et an voluntas coacta in maleficijs excuſet?*

1 ADVLTERIVM, † eſt alieni thori violatio. xxxij. q. vj. non mœchaberis. vñ dicitur adulteriū quaſi ad alienū thorū acceſsio. xxxvj. q. j. §. cū ergo. & quandoq; eſt ſimplex, quando ſcilicet ſolùm alter eſt ſolutus: aliquando duplex, qñ ſcilicet ambo ſunt coniugati. vnde ſit quatuor modis. Primò, quando vir coniugatus accedit ad mulierem coniugatam. Secundò, quando ſolutus accedit ad coniugatam. Tertiò, qñ coniugatus accedit ad ſolutā. Quartò, ſcdm quādam iuris interpretationē, qñ non ſiſtitur intra limites matrimonij, ſed libidinis feruore tendit̃ in ſuā, etiā ſi eſſet aliena, vel econuerſo, mulier reſpectu viri. Vñ ſcdm S. Tho. ij. ij. q. cliiij. ardentior in ſuā eſt aliqualiter magis adulter q̃ cū aliena. & ſic intellige c. origo. xxxij. q. iiij.

2 ¶† Primò verò dubitat̃, quid faciet mulier adultera quæ ſobolē ex adulterio ſuſcepit, vt tuta ſit de expēſis & hæreditate. Et dico ſcdm Ray. ꝙ mulier in præſentia factū reuelet ſacerdoti perito, vel epiſcopo aut vtriſq;: qui cautè inquirēdo ſi inuenerint ſpuriū timere Deū, & viderint expedire, reuelēt ei factū corā adultera matre: recepto prius iuramento ab ea quòd nō calūniosè procedat, & ab illo quòd teneat ſecretū: conſulentes ꝙ religionem ingrediat̃: vel ſe abſentet, ita vt nihil ꝑcipiat de bonis putatiui patris. Addit aūt Veruec. quòd ipſa mulier poterit reuelare marito ſi ꝑiculū nō timet: ſicut ſunt aliq̃ ſuſtinētes ſciēter adulteria vxorū, vel etiā cōſentiētes: quia ꝓprios filios habere nō poſſunt, & huiuſmodi:& ſi ille acceptet, mulier abſoluta eſt: ſed intellige niſi reſpectu eorū q̃ hoc nō obſtāte manerēt in dāno: vt veri filij mariti quātū ad legitimā: vel etiā fortè q cū que alij quātū ad totā hæreditatē, qñ talis filius eſt ex adulterio vel inceſtu: cū penitus excludatur à ſucceſsione, ſcdm iura. Si aūt dicto ſpurio reuelari nō poteſt, aut ipſe cōſilio non acquieſcit, iniūgatur mulieri vt viro iuxta poſſe ſi quid habet vel habitura eſt ſatisfaciat per aliū ſecretè, & cautè nō reuelādo viro perſonā vxoris, & tuta erit. xxij. q. v. hoc videtur. & extrà de pœ. & remiſ. officij. & cōſentit Hoſt. Tenetur aūt viro de cōſumptis à ſpurio: de hereditate aūt hæredibus viri ab inteſtato, vel hæredibus ſcriptis: vel quibus veriſimiliter credit ꝙ reliquiſſet: quod ſi neſcitur, pauperibus largiatur. Si autē mulier nō habet quod reſtituat: habet autem probationes ꝑ quas dicti ſucceſſores releuarentur à dāno, dicit Inno. ꝙ eas debet adducere, niſi graue malū eſſet ꝓuenturū: quia minus malū eſt dānū rerū quàm corporū aut animarū. Si verò non habet ꝓbationes, ſileat. ij. q. vij. pleriq;. hæc ſcdm Ray. Hoſt. & Inn. Pan. aūt in d. c. officij. optimè prædictorū mētē & veritatē colligit, dicēs. Si nullū ꝑiculū eſt in reuelādo veritatē:& veriſimiliter crederetur mulieri, tenet̃ reuelare. Si aūt ei non crederetur, nec habet probationes prōptas: ſufficit ei pœnitere:& taceat, ne potius ſcādalū q̃ vtilitatē inducat. Si aūt probationes habet, & veriſimiliter crederetur ei, ſed ſubeſt ꝑiculū mortis in reuelādo, taceat: q̃a in nō reuelādo eſt periculū rerū: ſed in reuelādo eſt ꝑiculū animarū & corporū. Nec obſta reg. iur. qui ſcādalizauerit. vbi habetur ꝙ facilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquat̃: quia ſcdm Inno. illud procedit in iudice vel in teſte. Igitur mulier pœniteat & ſatisfaciat de ſuo veniētibus ab inteſtato. vel ſcdm Sū. Roſel. his quos veriſimiliter maritus inſtituiſſet ſi crediđiſſet iſtū nō eſſe filiū ſuū. ſed malè: q̃a iſtis nullū ius erat quæſitū: & ſi dubitat, diſpēſet in pauperes:& ſi ſatisfacere nō pōt, pœniteat:& confeſsio ei nō negabit̃: vt in d. c. officij. † Quod eſt valde ſingulare. Et colligit̃ hæc theorica ſingularis valēs ad multa, ſcilicet ꝙ præceptū poſitiuū nō obliget aliquē cū ſcādalo:& cōſequēter vbi veriſimiliter ſcādalū animarū vel corporū futurū eſſet, iuſta cauſa eſſet nō exequendi ꝑceptū etiā Papæ: vt in d. c. officij. & in c. ſi qñ. de reſcrip. imò etiā habet̃ ex d. c. officij. ꝙ ius poſitiuū interpretat̃ diuinum. Reſtitutio enĩ videtur de iure diuino, & tñ Papa interpretatur reſtitutionē huiuſmodi nō fiendā ratiōe ſcādali vel ꝑiculi corporū, aut animarū. vide Pan. in c. cū teneamur. de præb. & ĩ. Inobedientia. §. v.

¶† Secundò vtrum filius qui eſt in poſſeſsione filiationis teneatur credere matri dicenti eum ſpurium vel ſuppoſitum? Et dicit Veruec. quòd nō, quia poſſet eſſe fallacia muliebris. Idē tenet Pan. in c. ꝑ tuas. de prob. & idē tenent Doc. in l. filiū. ff. de his q̃ ſunt ſui vel alie. iur. & in l. ſi vicinis. C. de nup. & ibi dicūt fatuū extitiſſe eum qui ꝓpter dictū matris renūtiauit regno. Et dicit ibi Pan. hoc ꝓcedere, etiam ſi ambo parētes negarēt eum filiū: vt ꝓbatur in c. trāſmiſſæ. in fine. iuncta gl. in verbo, iudicis. qui filij ſint legit. & eſt text. cum gl. in l. j. §. ij. ff. de Carbo. edi. & l. ſi poſtulamus. ff. de lib. & poſth. q̃d verū eſt, niſi probēt tēpore cōceptiōis ſe nō cōcubuiſſe ſimul ꝓpter abſentiā vel infirmitatē: imò etiā ſi probaretur ꝙ tēpore cōceptionis adulterabatur cum alio quodā, dūmodo vir eius habitaret cum ea, cēſebitur nihilo minus talis filius legitimis: vt in l. miles. §. defuncto. ff. de adul. Ratio, quia in dubio debemus in fauorē filiorum ſic interpretari: vt not. Pan. in c. intelleximus. de adult. & facit d. l. ſi vicinis. & l. quia ſemper. ff. de in ius vocā. Et ſecundū Veruec. ſi ſana conſciētia nō credit, excuſatus eſt tā de perceptis, quàm de percipiendis: ſed ſi honeſtas fœminæ & aliæ circūſtantiæ faciūt ei de hoc probabilē conſcientiā:& vult etiā viam eligere tutiorē, imò tutā, ſecundū alios nihil vlterius percipiat: ſed intellige, niſi aliter viuere nō poſſet, quia ſic poſſet capere vitȩ neceſsitatē maximè alijs quibus deberetur non exiſtentibus in tanta neceſsitate. De perceptis autē & cōſumptis in bona fide, Ray. conſulit vt reſtituat vel componat: licet, inquit, nō ſit cogēdus, q̃a poſſeſſor erat bonæ fidei. C. de rei ven. certū. Ho. quoq; Veruec. & Vl. dicūt quòd nō tenetur de cōſumptis in bona fide: de quibus tamen ſecūdū Ho. mulier tenetur. Et ita limitanda ſunt dicta Legiſtarū, qui prædictū de fatuitate notarunt.

5 ¶ Tertiò, † vtrum autē dictus filius poſt cōpletam prȩſcriptionē debeat ſibi facere cōſcientiā de ſucceſsione in bonis, ſi probetur vel ſibi cōſtet ſe nō fuiſſe legitimè conceptum? Et dico quòd nō: vt patebit ex notādis in ti. de prȩſcriptione: ſecus ante cōpletam præſcriptionē. Incœpit aūt præſcribere quando cœpit nominari ſeu reputari pro filio legitimo: vt no. in d. c. per tuas.

6 ¶ Quartò † vtrum mulier poſsit ſibi filios de adultero ſuſceptos hæredes inſtituere? Et dico quòd ſic: quia quilibet poteſt ſibi hæredem inſtituere eum qui non prohibetur, reſeruata legitima parte liberis ſuis: de quo vide infrà Legitima, per totū. Sed intellige hoc, niſi repugnet conſuetudo regionis ſecūdum Alberi. & Sum. conf. lib. ij. titulo v. pater autem non poteſt hos filios inſtituere: vt infrà Filius. §. iiij.

7 ¶ Quintò † vtrum adulter teneatur ad reſtitutionem damnorum & expenſarū quæ maritus incurrit ex filio nato in adulterio? Et dico quòd ſic, ſecundum poſſe, ſecundum Arch. ſi hoc ſcit, aut veriſimiliter credit:& mater ſatisfacere nō poteſt. adde tu, aut etiam non vult: quia cauſam damni efficacē dedit:& ſi adultera addmitteret filium ad hoſpitale: vel quia finxit ſe mortuum peperiſſe, vel quia ſine ſuo periculo notificauit marito, tenebitur hoſpitali de expenſis: niſi notabilis paupertas illū excuſet, cùm ad hoc naturali iure teneatur:& hoſpitalia propter pauperes facta ſint. Sed de hæreditate vel dote ſi dotaretur à patre putatiuo teneri videtur ad arbitriū boni viri attēta ſui facultate. Si autem dubitat adulter ex eo quòd mulier ſit leuis, & cum alijs adulteratur: vel etiā quia ipſamet dubitat vtrum ſit eius vel mariti: relinquatur iudicio Dei: nec de reſtitutione grauetur: quia iudicis eſt vt in re dubia certa ſententia nōn proferatur. hæc ex illo.

8 ¶ Sextò † quæ eſt pœna tam viri quàm vxoris adulterantis? Et dico ſecundum glo. in c. tuæ. de procura. quòd mulieri olim erat pœna capitis: vt C. de adul. l. caſtitati. hodie verò prius verberata retrudetur in monaſteriū. C. de adul. auth. ſed hodie. Eſt & alia pœna: quia ſecundum Panor. in c. plerunq;. de dote poſt di. re. mulier perdit dotem, & vir donationem propter nuptias, ſi matrimonium ſeparatur per ſentētiam iudicis eccleſiaſtici, aliàs non, ſecundum Io. an. Pan. tamē ibi tenet quòd ſi adulterium notorium eſt tunc cùm poſsit vir propria authoritate expellere vxorē, & ecōtrario, lucratur: quia ſi peteret, obſtabit ei exceptio adulterij: ꝑdet etiā mulier donationē ꝓpter nuptias, quā ex pacto aut ſtatuto debebat lucrari ſoluto matrimonio: bona verò parafernalia non perdit, ſecūdum doct. quia in pœnis verba debent reſtringi. regula, odia. de re. iur. lib. vj. quanuis gloſ. in d. c. plerūq;. teneat quòd perdat. Eſt etiā tertia pœna, quia perdit ius petēdi debitū. de quo ĩ. Debitum. ſi tamen reconcilietur, omnia recuperat: vt in d. c. plerunque.

¶ Septimò † quomodo adulteriū dicatur notorium? Et dicit Panor. in c. intelleximus. de adul. quòd publicè dicitur adultera, quando ita ſtat in domo cū publico cōcubinario, & conuincitur notoriè de adulterio: quādo habet eam in menſa, in domo, & in lecto: vt in c. fi. & c. tua. de coha. cle. & mu. Vnde in l. furē. ff. de furt. & in l. capite quinto. ff. de adul. nota ꝙ adulteriū dicitur notoriū quādo vir & mulier deprehenduntur in latebris ſe oſculātes, & huiuſmodi actibus ꝓpinquis adulterio. facit l. ſi quis non dicā rapere. C. de epi. & cle. itē quādo paſsim admittit viros cauſa adulterij: vt in l. palam. in princ. ff. de ri. nup. & quod no. in c. cum in diœceſi. de vſur. 9

¶ Octauò vtrum adulterium committi poſsit ſine dolo, qui ſcilicet eſt calliditas & machinatio ad circunueniendū, fallendumq;. l. j. ff. de dolo? Et dico quòd loquēdo de adulterio quo ad culpā ſine dolo committi poteſt: quia peccat mortaliter quicūque illud cōmittit ex metu, ſiue ignorantia, vel errore iuris: niſi ignorantia eſſet facti: puta quia credit virum eum, qui erat adulter: niſi etiā adſit coactio abſoluta non conſentiēte mēte, quia tunc eſt ſine culpa: ſed quo ad pœnam legis cōmitti non pōt ſine dolo: vt patet in l. ſi ex lege. ff. de adul. vbi errātes in iure excuſant̃ à pœna inceſtus & adulterij. Facit c. Lucretiam. aliàs eſt ſub c. propoſito. xxij. q. v. quod nō intelligitur ſecundum glo. in d. c. quo ad culpam. Sed tamen Pan. in c. & ſi neceſſe ſit. de do. poſt di. re. diſtinguit, quia aut loquimur de pœna perditionis lucri:& ſic error non excuſat, niſi ſit iuſtus: vt in l. ne paſsim. C. de iur. & fac. igno. Aut loq̃mur de pœna corporali, aut perditionis propriæ ſubſtantiæ, vt dotis ſeu donationis propter nuptias:& ſic excuſat error etiā iuris: vt in l. ſi adulterium. ff. de adulte. & argu. in authen. inceſtas nuptias. C. de inceſtis & inutili. nuptijs. Et licet Ioann. And. & communiter Doct. in d. c. & ſi neceſſe. teneant contrarium, ſcilicet quòd error iuris non excuſet à pœna: tamen Barto. in l. qui cōtra. C. de inceſt. eſt cum Panor. quia non eſt in dolo qui errat. vide infrà Culpa. §. antepe. Excuſat ſimiliter à dolo metus etiàm conditionalis: vt in d. cap. propoſito.

¶ Nonò † vtrū metus conditionalis excuſet mulierem à pœna adulterij? Et dicit Pan. in conſi. iiij. quod incipit, facti contingentia. quòd ſi mulier eſt paſſa violentiam vi præciſa, indubiè pœnam pati non debet: quinimo nec vllā peccati maculam contraxit: ſed ſi vis aut metus fuit conditionalis, licet cōtraxerit aliquod peccatum, & digna ſit aliqua pœnitētia: quia ad minus affuit aliquis conſenſus: pœnā tamen adulterij pati non debet, & ſic dote priuari non debet, & conſortio mariti. quod probatur expreſſe in l. vim paſſam. & in l. ſi vxor. §. ſi quis. ff. de adul. Et eſt ratio: q̃a adulteriū reſpectu legis nō cōmittitur ſine dolo: licet interuenerit aliqualis culpa: vt notabiliter ꝓbatur in l. pe. ff. de adul. Itē eſt tex. iūcta gl. fi. xxxiiij. q. ij. in lectū. & xv. q. j. inebriauerūt. & iura procedūt etiā in metu cōditionali: vt apertiſsimè ſentit gl. xxxij. q. v. propoſito. aliàs incipit, Lucretiā. Addit autē Panor. quòd nō ſolùm metus illatus excuſat à pœna adulterij, ſed etiam pudor & 10

verecundia quædam in clamando maximè noctis tempore à viro præſertim potenti oppreſſa:quia ibi ceſſat dolus qui requiritur ad pœnã adulterij incurrendam.Et hoc notabiliter probatur in d.c.Lucretiã.iuncta glo.& veri facti contingentia:quia illa Lucretia nobilis & pudica propter iſtam ignominiam & confuſionem vitandã expoſuit ſe libidini filij Tarquinij regis:nec fuit iudicata adultera ab Aug. viro ſanctiſsimo & doctiſsimo,ſed de caſtitate mentis commendata vt ibi intelligit gl.& bene,quod licet quo ad Deum nõ fuerit immaculata:quia coacta voluntas nõ excuſat in maleficijs:ſed debet quis prius omnia mala pati quàm cõſentire peccato: tñ excuſata fuit ab adulterio quo ad pœnã legis:cùm nõ cõmittatur ſine dolo.Ad hæc, quia vbi ad incurrendã pœnã requiritur dolus,nõ ſufficit culpa.l.j.ff.de ſica.notatur in l.in actionibus. ff.de in litẽ iur.& l.quod Nerua.ff.depo.Ad incurrendam autem pœnam adulterij requiritur dolus,qui per metũ excluditur:vt ita videtur firmare Bar.in d.l.quod Nerua.Et etiam quo ad pœnam pecuniariã lata culpa nõ æquiparatur dolo,vbi lex expreſſa dolum requirit.& idem ſentit glo.in l. magna negligentia.ff.de verb.ſi.Et ſic licet hic nõ agatur criminaliter ad pœnã adulterij:ex quo tamẽ agitur ad pœnam, nõ ſufficit illa culpa ſine dolo,præſertim cùm agatur ad grauem pœnã,vt ſcilicet perdat patrimoniũ ſuum.l.iij.ff. de mi. & vt ſeparetur à viro:& conſequenter priuetur iure petendi debitum coniugale:& petendi vires alimentales paſsiuè.

## De Aduocato.

1 *Aduocare ſeu poſtulare quid ſit? Et item quis aduocatus dicatur,& qualis eſſe debeat?*

2 *Aduocatus eſſe quis non poſſit? vſque ad numerum 3. varij enumerantur,cum limitationibus tamen nonnullis,& ibidẽ ad finem,quod præcepta negatiua ſemper & ad ſemper obligent.*

3 *Aduocare à Iudice vnius ciuitatis prohibitus, num in alia aduocare poſſit?*

4 *Aduocandi modus quiſnam debitus ſit?*

5 *Aduocato iniuſtã cauſam num defendere liceat? Et quid ſi ſcienter iniuſtã defendat? Et an,& quõ iniuſtæ cauſæ eũ excuſet?*

6 *Aduocatus iuſtã cauſã habẽs,nũ cauillatiõibus licitè vti poſſit?*

7 *Aduocatus num pro vtraque parte licitè aduocare poſſit?*

8 *Aduocatus num aduerſus eum,abs quo beneficium accepit, ſine ingratitudine aduocare queat? Et quid de clerico,qui beneficium ab eccleſia habet?*

9 *Aduocatus nũ aduerſus rẽpublicã aduocationẽ exercere poſſit?*

10 *Aduocatũ Iudex nũ quãdo dare teneatur? Et aduocatus qui operam ſuã impẽdit nũ ſalariũ petere poſſit? Et quãtũ,ac quãdo?*

11 *Aduocatus num gratis operã impotenti impẽdere teneatur? Et quid ſi Iudex huiuſmodi impotẽti de aduocato nõ prouideat?*

12 *Aduocatus de certa litis quota paciſci num poſſit? Et quid nomine quotæ contineatur? Et ibidem quid Palmarium,& vnde deflectatur?*

13 *Aduocatus num litigatore cum aduerſario tranſigente integrũ ſalarium habere debeat? Et quid ſi aduocatus caſu aliquo diſtentus,aduocare non valuit, per eum tamen quo minus operam præſtaret non ſtetit?*

14 *Aduocatus cauſam tanquam deſperatam deſerens, num ſalarium integrum ſit habiturus?*

15 *Aduocatus de publico ſalarium accipiens, num poſſit priuatum quippiam ab aliquo accipere?*

16 *Aduocatus de quibus,& quando ad reſtitutionem teneatur?*

1 ADVOCATVS † quis ſit,vt innoteſcat,ſciendum eſt ꝙ ſecundum Panor. ſuper rubr. de poſtulando. poſtulare ſeu aduocare eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in iure apud eum, qui iuriſdictioni præeſt,exponere,vel alterius deſiderio contradicere.Aduocatus igitur dicitur is,qui in iudicio apud eum,qui iuriſdictioni præeſt,deſiderium ſuũ vel amici exponit,vel alterius deſiderio cõtradicit.l.ſciendum.§.j. & ibi per doc.& l.Paulus.la j.& ibi Bar.ff.de le.& ideo ex hoc quod dicitur in iure,concluditur quòd conſulens in camera propriè non dicitur aduocatus,nec prohibitus aduocare cẽſetur prohibitus in camera cõſulere vel facere allegatiões in ſcriptis, ſecundũ eundẽ ibi:& conſentit Bar.in l.j.ff. de va.& extraor. co.¶Primò verò queritur,qualis debeat eſſe aduocatus,ſciẽs videlicet vel ignorans? Et dicit gl.in l.j.ff.de poſtu.quòd non debet ſcilicet neceſſariò habere literas:ſed ibi tenet Bart. ꝙ doc.ſunt contra illam glo.& bene:quia aduocati debent ſtuduiſſe ſaltẽ quinquẽnio,& examinari debent à doctoribus,& eorum iuramento probari.l.nemini.C.de aduo.di.iud.& no. Bar.in d.l.j.Nec obſtat quod dicit glo.de iudice:quia ille peritiam habere poteſt per ſuos aſſeſſores. quod in aduocato nõ cadit.¶Secundò † verò quæritur,quis nõ poſsit eſſe aduocatus? 2

Et dico quòd non poteſt primò hæreticus vel paganus,& excommunicatus.j.q.j.c.j.extra de hẽre.excõicatus.el j.& de pœni.di.j.nemo vel in foro.itẽ l.nemo.C.de poſtu.& l.nemo. la ij.C.de epiſc.au.& omnes ſuprà dictos & quemlibet eorũ iudex admittens peccaret grauiter,& puniendus venit: vt in d.c.nemo vel in foro.& ij.q.iij.excommunicatos. ¶Secundò ſi ſit monachus aut religioſus:quia tales peccant aduocando, niſi pro monaſterio de mãdato prælati.xvj.q.j.monachi. extra de poſtu.ex parte.¶Tertiò ſi ſit clericus in ſacris cõſtitutus vel etiam in minoribus,dum tamẽ ſit beneficiatus: talibus enĩ prohibita eſt aduocatio coram iudice ſeculari,niſi in propria vel pro eccleſia ſua vel cõiunctis, aut miſerabilibus perſonis.extra de poſtu.clerici.&.c.cũ ſacerdotis.An verò corã eccleſiaſtico iudice poſsint:ſatis videt ꝙ ſic:arg.in d.c.clerici.exceptis epiſcopis & ſacerdotibus,quibus videtur ſimpliciter interdictum coram vtroq;:niſi,vt dictum eſt,in quatuor caſibus:vt in c.fin.de poſtu.extra ne cle.vel mo.ſacerdotibus. xv.q.ij.c.vnico.in gl. xiiij.q.v.deniq;.Primò, vt dictũ eſt pro ſe.ſecũdò pro ſua eccleſia.tertiò ſi neceſsitas imminet ꝓ perſonis ſibi coniunctis:qui in iſto caſu ſunt vſq; ad quartum gradum.C de epiſc.& cle.auth.licentia.& C.de aduo.di.iu.l. petitionem.Et neceſsitas imminere,ſecũdum Panor.intelligitur quando alium habere nõ poſſunt,vel non æque bonum. quartò pro miſerabilibus perſonis,quę ſcilicet ſunt, quæ per ſe proprias cauſas adminiſtrare non poſſunt,vel eccleſiaſtico auxilio indigẽtes.lxxxvj.di.c.fin.& lxxxvij.di.defenſionis. C. quãdo Imper.inter pu.& vidu.per totum.In cauſa criminali tamen coram ſeculari iudice nullo modo poſſunt,vt infrà.§. v.Et intellige dummodo in prædictis caſibus diuinũ officiũ non omittatur:argu.di.lxxxj.clericus.Et no.quòd quicunque beneficiatus in aliqua eccleſia præſtat contra eam pro extraneis beneficium aduocationis aut procurationis, debet illo beneficio ſpoliari: vt in d.c.ſacerdotis. quod licet de clerico loquatur:tamen etiam idem dicit Inno.de ſeculari ibi beneficiato.¶Quartò iudex & aſſeſſor non debet quis eſſe iudex vel aſſeſſor in cauſa in qua vult eſſe aduocatus:quia duo officia in eadem cauſa prohibentur exercere. iiij. q.iiij.c.j. & ij. ¶Quintò quædam aliæ perſonæ prohibẽtur aduocare per canones:vt iij.q.vij.infames.§.tria.vt ſurdus,qui ſcilicet penitus nihil audit.ff.de poſtu.l.pe.itẽ mutus.itẽ cęcus,id eſt,oculo vtroque priuatus:vt in d.l.j.item perpetuò furioſus.itẽ impubes vſque ad xviij.annum.item ſeruus, fœmina: & vir voluntariè paſſus muliebria,ſcilicet contra naturam:vt in d.l.j. item damnatus capitali crimine, vel calumnia publici iudicij.item qui operas ſuas locauit vt pugnaret in harena cum beſtia.dicta l. j. vbi gloſſa in verbo,locauerit.dicit quòd hic



eſt infamis ipſo iure.& bene dicit locauerit,ſcilicet cauſa mercedis.ſecus vbi hoc faceret ſine mercede cauſa virtutis oñdendæ,vt ibi in tex.& ratio poteſt eſſe:quia ſi ſe vendidit,multo fortius venderet aliũ.Prædictis addit Sum.Piſ.eum qui amotus eſt à ſenatu.ſed Supple.dicit de iſto nõ fieri mẽtionem in d.l.j.nec in d.§.tria.vñ Sum.Roſ.eius authoritatẽ ſecuta de hoc nihil dicit:ſed mirũ eſt quòd hunc non viderit expreſſum per tex.in d.§.tria.Adde prædictis generaliter quòd perſona infamis non poteſt eſſe procurator:vt in d.c.infames.id eſt, aduocatus ſecundũ glo.¶Tertiò,ſpecialiter quæritur,vtrum ſacerdotes & epiſcopi,& ſuperiores poſsint aduocare pro alijs.Et Sum.Ang.tenet quòd nõ in quocunq; caſu quo ad epiſcopos corã eccleſiaſtico iudice aut ciuili.xj.q.j.te quidẽ.diſt. lxxxviij.prælatum.& c.epiſcopus.xiiij.q.v.deniq;.xxj.q.iij.per totũ.Sum.autẽ Piſa.videtur tenere quòd poſsint corã iudice eccleſiaſtico in quatuor caſibus,de quibus dictũ eſt in §.priore.& idem videtur eſſe de mẽte Pan.qui extra de poſt.per totum,diſtinguit:quia epiſcopus in foro ſeculari non debet eſſe aduocatus:quia nõ eſt decens vt exhibeat reuerentiam iudici, quã exhibere debent aduocati:qui debent proponere ſtando, & non ſedendo.l.quiſquis.C.de poſt.ſed corã iudice eccleſiaſtico ſi habeat cauſam,eſt in optione ſua vtrum per ſe vel per alium velit ꝓmouere.hæc ille.Nec obſtat ſi dicatur quòd loquitur de cauſa epiſcopi:quia cauſa eccleſiæ eſt eius,cũ ſit ſpõſus,& cauſa cõiunctorũ ſimiliter,& cauſa miſerabilium perſonarum,cũ ſit pater reſpectu earũ. Quo ad ſacerdotes autẽ planũ eſt quòd pñt corã iudice eccleſiaſtico in quatuor caſibus: vt dictũ eſt.Et à fortiori qui ſunt ordinis inferioris hoc poſſunt,vt §.ſeq.¶Quartò,vtrũ cõſtituti in ſacris nõ ſacerdotes,id eſt,diaconi & ſubdiaconi poſsint eſſe aduocati,ſiue beneficiati,ſiue non? Et dico quòd ſic corã iudice eccleſiaſtico, ſecundũ Inn.in.c.j.de poſtu.etiã quo ad negotia ſecularia:vt patet ſecundũ Pan.in d.c.j.à cõtrario ſenſu.& cõmuniter tenent Doct.& etiam iudicio ſeculari pro negotijs eccleſiaſticis:vt ibidem patet in illo verbo,in negotijs ſecularibus.vbi Inn.arguit dicens:ergo ſecus in eccleſiaſticis.Et dicitur ſecundum Pan.negotiũ eccleſiaſticũ ratione perſonæ:vt quia perſona eccleſiaſtica ſequẽdo forũ rei litigat corã ſeculari.Itẽ ratione delicti:vt ſacrilegiũ,& huiuſmodi.Itẽ ratiõe rei:vt quia res eſt eccleſiæ.Nõ licet autẽ eis aduocare corã iudice ſeculari ꝓ negotijs ſecularib⁹.c.j.& c.fi.de poſtu.niſi in quatuor dictis caſibus,ſcilicet ꝓ cauſa ſua,vel ſuæ eccleſiæ,vel perſonarum cõiunctarũ,aut miſerabiliũ,ſecundũ Pan.vbi ſ.& ſcd̃m Spe.ti.de Adu.Pan.tñ dicit hæc ꝓcedere,ſi cõſtitut⁹ in ſacris habet beneficia,quibus ſuſtentari poteſt. ſi verò non habet, licet gl.in d.c.j.dicat quòd non poteſt aduocare,ſed debet agere cõtra epiſcopũ vt ſibi prouideat:melius tamẽ videtur ſecundũ Hoſt.quòd ſi de facto egeret,licet ei ex tali aduocatione quærere victũ:& hoc verũ eſt.nec dicta gl: obſtat quia xv.q.ij.c.vnico.cõcedit clerico aduocãti,vt recipere poſsit oblata ſponte:tamen nihil pro ſalario quærere debet,& glo.dicit quòd hoc nõ ſeruatur:quia nemo militat ſtipendijs ſuis.c. cũ ex officij.de præſcr.quæ gl.ſi loquitur de nõ beneficiatis, habetur intentũ quòd poſſunt ſalariũ petere.ſi verò loquitur de beneficiatis, à fortiori licet petere non beneficiatis qui ſunt in neceſsitate maiori.& conſequenter eis licet aduocare. ¶Quintò,vtrũ aduocare poſsint clerici in minoribus ordinibus conſtituti.Et dico quòd ſi ſunt beneficiati,non poſſunt, niſi corã eccleſiaſtico iudice.c.j.de poſtu.quod ſecũdũ Pan.& Hoſt.limitatur quãdo habẽt beneficiũ ad ſuſtentationẽ:quia alioquin poſſunt ſibi per aduocationẽ acquirere.Si verò non ſunt beneficiati,aduocare poſſunt corã iudice eccleſiaſtico & ſeculari in cauſa ciuili,nõ aũt in criminali corã ſeculari:vt in c.ſententiam.ne cle.vel mo.xxiij.q.viij.his à quibus.diſt.lj.aliquãtos.Et licet quidã dicãt eos poſſe poſtulare ſeu aduocare ꝓ reis,& proſequi appellationẽ,arg.xxiij.q.v.c.j.& c.eos.tamẽ tutius eſt abſtinere totaliter.d.c.ſententiã.& no.glo.in d. c.aliquãtos.¶Sexto,vtrũ monachus poſtulare poſsit? Et dico quòd non,niſi ex poſcente neceſsitate monaſterij,& abbate imperãte.c.ex parte.de poſtu.&,vt patet ibi, hoc extenditur etiã ad canonicos regulares.& Pan.dicit idẽ intelligendũ de omnibus religioſis,qui largo modo dicũtur monachi:& ſecũdum eundẽ oportet prædicta duo ſimul concurrere, ſcilicet neceſsitatem & imperiũ:quæ ſi concurrãt,aduocare poſſunt, etiam corã iudice ſeculari,ſecũdũ Pan.ar.c.j.& c.fi.de poſtu. ſcilicet in cauſa ciuili tantũ:ſi verò nõ cõcurrãt,non licet eis, etiã corã eccleſiaſtico.¶Septimò,quomodo intelligatur prædicta neceſsitas monaſterij? Et dico quòd ſecũdũ doc.ſi cauſa eſt monaſterij,indubitatũ eſt qđ eſt neceſsitas.ſi verò cauſa nõ ſit monaſterij,ſed monachus aduocat vt lucretur ad releuãdũ monaſteriũ ab aliqua neceſsitate,vel debito:vtrũ ſit licitum in vtroq; foro.Io.an.in regula,in argumentũ.in mercu. cõcludit quòd nõ.dicit tamẽ quod abbas Lap.ſeruauit cõtrarium.& facit pro hoc notabile dictum Inn.in c.cum l.& A.de re iud.vbi dicit quòd monachus poteſt eſſe ꝓcurator vel aduocatus,etiã ꝓ amico monaſterij imperãte abbate:quia per conſequentiã tractatur de vtilitate monaſterij,quæ per amicos monaſterij promouetur.Pan.autẽ dicit quòd primũ videtur honeſtius & ſecurius,licet adhæreat opinioni Inn.ſed prima magis placet,ar.c.nõ magno.ne cler.vel mon.xvj.q.j.alia eſt.Sed tñ aduerte quòd clerici vel monachi ſolũ ꝓhibẽtur, vt dictũ eſt,poſtulare quãdo indifferẽter exercere volũt officiũ tale,ſecundũ Inn.in c.vnico.de ob.ad ratioci.ſecus ſi volunt ſolùm aſſumere in vna cauſa,& hoc ſequitur Archi.in c. peruenit.lxxxvj.di.ſed Colle.in c.dilecti.extra de arbit.tenet quòd nec etiã in vna cauſa.& hoc eſt verius:quia præcepta negatiua obligant ſemper & ad ſemper.& eadẽ ratio ꝓhibitionis in omnibus eſt.¶Octauò,† vtrũ ꝓhibitus aduocare à iudice vnius ciuitatis aduocare poſsit in alia, 3

Et dicit glo.in l.j.C. eo.quòd aut fuit prohibitus ex cauſa quæ infamiã non irrogat,& ſic prohibitio ſe nõ extẽdit vltra locũ iuriſdictionis iudicis prohibẽtis.aut ex cauſa irrogãte infamiã:& tũc videtur prohibitus in omni loco:vt in l.ex ea.ff.de poſtu.not.tamen Bar.in l.Paulus.la.j.aliàs incipit,eũ.ff.de legatio.quòd ꝓhibitus aduocare,ſi mittat ſchedulã iudici vel ei loquatur,nõ propter hoc videtur aduocare. ¶Nonò, † quis ſit debitus modus 4

aduocãdi.Et dico ſcd̃m Ray.vt nõ producat falſa inſtrumẽta,aut teſtes falſos vel corruptos:nec mentiatur,nec inducat falſas leges,aut ꝓbatiões:nec querat in grauamẽ alterius partis dilationes nõ neceſſarias:& quòd fideliter,quantũ iuſtitia permittit,cauſam foueat,nihil de cõtingẽtibus omittẽs.iij.q. vij.§.ſi quis autẽ.& ar.extra de teſtibus.intimauit.C.de iud.l. ꝓperandũ.§.illo proculdubio.iiij.q.iiij.c.j.& ij.Itẽ nõ procaciter aut vociferãdo:quia ꝓpter hoc impeditur ꝓceſſus.v.q. iiij.in loco.iij.q.vij.ſi quis adeo.Itẽ dicit San.Tho.ij.ij.q.lxxj. quòd aduocato defendẽti cauſam iuſtã licitũ eſt prudẽter occultare ea quæ poſſent impedire ꝓceſſum:nõ autẽ vti aliqua falſitate.¶† Decimò,vtrũ liceat aduocato defendere cauſam 5

iniuſtã? Et dicit S. Tho.ij.ij.q.lxxj.quòd ſi hoc ſcienter facit, abſq; dubio grauiter peccat:et tenetur parti de damno illato per eius auxiliũ cõtra iuſtitiã.Si verò hoc facit ignorãter,excuſatur ſcd̃m modũ,quo excuſari põt ignorantia. Si autẽ in principio credidit cauſam iuſtã,& in proceſſu apparet nõ iuſta cauſa,prodere nõ debet,vt ſcilicet alteram partem iuuet, aut ei cauſæ ſecreta reuelet:debet autẽ cauſam deſerere,vel eum,cuius cauſam agit,ad cedendum inducere,ſiue ad com-

ponendum ſine damno aduerſarij. hæc ex illo. quandiu au-
tem cauſa eſt dubia ſecundũ veruec.bene poteſt patrocinari.
Nota etiã quòd ſi ſcienter hoc facit,tenetur etiam clientulo
ſi eũ decepit ſuadens cauſam eſſe iuſtã,quia aliter nõ litigaſ-
ſet.ar.C.de admi.tu.l.non eſt ignotum.¶Vndecimò,quomo
do eum excuſet ignorantia cauſæ iniuſtæ?Et dico quòd ſi ꝓ-
uenit ex culpa ſua puta quia nõ eſt peritus in iure, aut nõ in-
quiſiuit à cliẽtulo,vt debuit,merita cauſæ,nõ excuſat: ſed te-
netur parti læſæ & cliẽtulo,ſi aliter nõ litigaſſet, ſecundùm
modũ culpæ & regulas,de quibus infrà Culpa. Si verò igno
rãtia illa prouenit ex qualitate negotij,vel falſa aut mala in-
formatione clientuli,excuſatur:ſed tamen cognita iniuſtitia
cauſæ,eam dimittere tenetur.l.rem nõ nouã.§.patroni.C.de
iudi.& ſecundũ Monal. reſtituere tenetur ſalarium receptũ.
quod verũ eſt,ſi fuit in culpa:nõ aliter, ſecundũ Hoſti. & eſt
mẽs S.Tho.¶†Duodcimò,vtrũ aduocatus habens iuſtã cau-
6 ſam,licitè poſsit vti cauillationibus?Et dicit gloſ.in c.cupien
tes.in verbo , malignantiũ.de elec.lib.vj.dicit conſueuiſſe ꝙ
habẽs ius in principali,cauillatiões & malitias aduerſarij per
alias repellere poteſt.& ſic poteſt intelligi c.nullus.iiij.q.iiij.
& de hoc.xxiiij.q.ij.dominus noſter.Et ibi glo.idem tenet,di-
cens quòd per inſidias & dolum licite vincere poſſumus ho-
ſtes:vt xxij.q.ij.c.vtile.dum tamen hoſti fidẽ non rumpamus.
Idem dicas de aduocatis,quòd ſi habẽt iuſtã cauſã,licitè poſ-
ſunt decipere aduerſarios ſuos.hæc glo.ſed intellige dũmodo
nõ opponant falſas allegationes,aut faciãt aliquid de ſe ma-
lum.ſicut dominus Mat. xxj . volens excludere principũ ca-
uillationes interrogãtibus de vna quæſtione non reſpondit:
ſed aliã oppoſuit volens clauum clauo retundere,& oſtende-
re licitũ eſſe cautelis vti contra malignorum cautelas.¶De-
7 cimotertio†vtrũ aduocatus aduocare poſsit pro vtraque par
te bona fide?Et Sum.Roſel.tenet quòd non (quia inquit) nõ
video quomodo vtrique partiũ contrariarũ pure ſeruire poſ-
ſit.Sed Sum.Ang.& Spe.in tit.de Aduo.tenet quòd ſic in ca-
ſu.& facit ꝙ notatur xlv.diſt.diſciplina.in.tex. & in gl. quod
Arch.limitat quando ex aduocatione nõ ſit præiudicium par
ti.Sed veritas eſt quòd vbi ſcit iuſtitiã , vel iniuſtitiã cauſæ,
hoc nõ poteſt: quia ſemper ex vna parte tueretur iniuſtã cau
ſam ſciẽter,ꝙ non licet.vbi verò hoc neſcit,ſed eſt in dubio,
ſicut licitè põt tueri ſingulas,ita & vtraſq; partes: quia in ca-
ſu dubio patrocinari põt,ſecundum San.Tho.& Rod.Quod
indubitanter verũ eſt primò vbi poſtquã patrocinatus eſt vni
parti,& deinde cognoſcens ſe male allegaſſe reuocat ſuũ cõ-
ſiliũ , vt tenetur , cautè tamen propter ſcandalum puſillorũ:
ar.Bar.in l.fi. C. de fur. & Ang.in l.Labeo.ff.de aqua plu.ar.
Io.And.in c.fi.de teſti. Secũdò in diuerſis articulis & diuerſa
inſtantia:puta,aduocando ꝓ vna parte in cauſa principali, &
ꝓ alia in cauſa appellationis: cauendo tamen à ſcandalo pu-
ſillorũ.gl.in l.fi.ff.de poſtulã.Spe.ti.de aduo.Io.And.&Domi
nicus,&Præpoſi.in c.diſciplina.diſtin.xlvj.Sed in eadẽ inſtan
tia etiam in dubiis hoc fieri nõ poteſt : tum quia non eſt ſine
ſcandalo & detrimẽto famæ,niſi rariſsimè:tum quia videtur
impoſsibile vt viſa materia diligẽter habeat bonã fidẽ reſpe-
ctu vtriuſque cauſæ:tũ etiã quia videtur cõtra iura: quia alle
gans cõtraria nõ eſt audiẽdus.l.j.C.de fur.l. cũ precum.C.de
li.cauſa. de appel.ſolicitudininẽ.ad finẽ.vnde eo caſu debet
ex toto deſiſtere:vel in dubio eligere partẽ rei cõtra actorẽ,
iuxta regulã,cũ ſunt.in ſexto.vel cõſulere pro matrimonio,
pro teſtamento,pro dote,pro libertate,vel pia cauſa:vt in du
bijs tex.dicit eligendũ.de re iudi.c.fi.de proba.ex literis.de fi.
inſtru.inter dilectos.ad fi. Aliter eſt præuaricator & punien-
dus.l.j.C.de aduo.diuer.iudi.ij.q.iij.c.fi.& glo.in d.c.diſcipli-
8 na.& ibi Domini. & Præpo. ¶†Decimoquartò , vtrum poſ-
ſit quis aduocare cõtra eũ,à quo recepit beneficium ſine in-
gratitudine? Et dico quòd nõ: vt patet in c.fi.de poſtu.vnde
poteſt donatio libera vel gratuita reuocari.ff.de inoffi.teſt.l.
Papinianus.& arg.d.c.fi.iuncto c.fi.de dona. donatio tamen
vel beneficium factum ratione laborum ac ſeruitiorum re-
uocari non poteſt ratione ingratitudinis : quia non gratui-
tum.Facit l.Aquilius Regulus.ff.de do.vbi donatio facta ma
giſtro ratione diſciplinæ , non eſt mera donatio . Fallit ta-
men quod dictum eſt de aduocato,quãdo aduocat pro ſe vel
pro patre aut matre impotẽte,vel alia perſona miſerabili:vt
colligitur ex Spe. in ti.de aduo.quia tũc põt ſine ingratitu-
dine.Et ex his colligitur primò quòd clericus, qui cõtra ec-
cleſiã à qua beneficiũ obtinet,ꝓ extraneis aduocat vel pro-
curator eſſe præſumit,poſſet tanquam ingratus hmõi be-
neficio ſpoliari,ſecũdũ Pan.de poſtu.& probatur ꝑ c.fi.ibi,
ſecundo ꝙ vaſallus aduocans contra dominũ , poſſet feudo
priuari.¶†Decimoquintò,vtrũ aduocatus aduocare poſsit
cõtra rẽpu.à qua ſalariũ recipit.Et dicit Bart.in l.ij.C.de ad
uo.diuer.iud.quòd nõ.ſed cõtrariũ ſentit Pan.& Spe.in ti.de
aduo.dicens iſtum textũ intelligendũ in beneficio gratuito:
cuiuſmodi non eſt ſalarium.& de hoc §.priore. ¶ Decimo-
ſextò:†vtrũ iudex teneatur dare aliquãdo aduocatũ?Et dico
quòd ſic:vt eis qui aduocatũ habere nõ poſſunt ꝓpter pau-
ꝑtatẽ,aut partis aduerſæ potẽtiã.ff.de off.procõ.l.nec quic-
quã.§.fin.Et ſi hoc iudex alicui aduocato præcipiat:&ille de
neget ſine cauſa:poteſt per iudicẽ ꝑpetuò remoueri ab offi
cio aduocatiõis.C.eo prouidendũ.vnde obedire debet: ſi ta-
mẽ ſibi ſalariũ cõpetens ſtatuatur: de quo ĩ.§.ſeq.& iterũ in
alio ſequẽti.ita tamen ſecundũ Hoſt.quòd ſi indigẽs aduoca
to ſit pauꝑ,aduocet gratis,à Deo remuneratione expectãs.
quòd ſi nõ facit,videtur peccare:intellige niſi ipe ſit pauper.
¶Decimoſeptimò: vtrum aduocatus poſsit ſalarium pete-
re?Et dico ſecũdum Ray.quòd poteſt petere moderatum à
principio vel in fine cauſę.quod quidẽ, dicitur moderatum
conſiderata cauſa,quantitate & labore & cõſuetudine regio
nis,& ſcientia,ac honeſtate aduocantis.iij.q.vij.§.apud vrbẽ.
& ar.xij.queſ.ij.Vulteranæ.&.c.cõceſſo.extra de præben.de
multa.verſi.circa ſublimes.& diſ.lxj.miramur.& cõcor.San.
Tho.ij.ij.queſt.lxxj.Imò in principio cauſæ ea nondum in-
cœpta petere poteſt vt libet:niſi vbi alius bonus non inue-
niretur:quia tunc nõ poteſt petere niſi moderatum:arg. eo-
rum quæ notantur in l.j.C. de epiſcopa.aud.Non tamẽ po-
teſt in vna cauſa ſalarium petere vltra centum aureos,ſecun
dum leges ff.de va.& extraord.co.l.j.vel xx.libras, ſecũdum
Greg.decimum.licet hoc ſit reuocatum per prooemium vj.
Nec ſimiliter poteſt illud petere cum graui dãno litigato-
ris.iij.queſt.vij.§.arcentur . Nec cauſa incœpta & non finita
poteſt cũ litigatore paciſci:quia poſſet eſſe occaſio magni
mali.ibidem.§. pręterea.& vidẽdo cauſam in periculo poſ-
ſet clientulum cogere vt ſalarium daret ad libitum : nec fi-
nita cauſa petere poteſt niſi moderatum : vt colligitur iij.
queſt.vij.§.arcentur iuncta gloſſa.

¶†Decimooctauò,vtrum teneatur aduocare gratis pro im-
potente?Et dico quòd Hoſtien.ſic diſtinguit:quia ſi eſt po-
tens ad ſoluendum,vera eſt opinio Gofre. dicẽtis quòd non
tenetur : ſed iudex ſtatuet ſalarium moderatum.ſi verò eſt
impotens , tenetur gratis aduocare lege diuina hoc præci-
piente,Matth.xxij. Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Et ſecundũ aliquos peccat mortaliter,ſi inde ſequatur impo
tenti notabilie damnum.& hoc rationabiliter:quia dicit Sã.
Tho.ij.ij.q.lxxj.quòd eſt idem iudiciũ de hoc,ſicut de elee-
moſyna. vnde aduocatus tenetur præſtare patrocinium,pau
peri,non ſemꝑ:ſed ſolùm quãdo eſt in neceſsitate magna,&
non

nõ apparet quomodo aliter ei ſubueniri poſsit.Et cũ his in-
tellige ꝙ licet poſsit pauperi per aliũ ſubueniri:tamẽ ſi ei nõ
ſubuenitur,nullus ſubuenire potẽs excuſatur.lxxxvj. diſt.pa
ſce.vnde nullatenus debet aduocatus permittere quòd ꝑeat
iuſtitia pauperũ,ſi poteſt,ſecundũ Ray.dicentẽ , ꝙ tenetur
aduocare,&de ſua ſciẽtia eleemoſynam facere ꝓ miſerabi-
libus perſonis:quæ cauſas perdũt propter defectũ aduocati
quẽ cõducere nõ poſſunt.xj.q.iij.pauper. Cõcordat Veruec.
ſed limita niſi dato caſu,quo oporteret aduocatũ ratiõe pau
pertatis pro ſe lucrari,& cũ hoc nõ poſſet inſeruire pauperi.
Eadẽ autẽ ratione peccat mortaliter iudex,qui talẽ impotẽ-
tiam ſciẽs nõ prouidet de aduocato:præcipiẽdo alicui eorũ
12 vt gratis aduocet,ſicut de iure poteſt.¶Decimonono†an li-
ceat aduocato paciſci de certa quota litis,puta decima , vel
centeſima?Et dico ꝙ nõ,ſecũdũ Bar.C. de poſt.l.ſi quis ad-
uocatorũ.nec ſimiliter licet paciſci de certa quãtitate,ſecun
dũ eundẽ,& cõiter Doct.Veruec.tamẽ tenet cõtrarium quo
ad ſecundũ.vnde & Spec.dicit,quòd hodie poteſt paciſci de
quãta,nõ de quota litis.Sed ad horũ notitiã oportet termi-
nos declarare.Sciẽdũ igitur,ꝙ hoc adiectiuũ,quotus impor
tat numerũ & ordinẽ,ſicut interrogãti quotus ſis in bancho?
reſpõdes,tertius aut quartus.inde venit aliquotus:vel dicatur
pars aliquota,quæ aliquoties ſumpta reddit ſuũ totũ pręciſe
ſecundũ Philoſophũ in Prædi. & gl.in proœ.ſexti.ſicut vnũ
& duo & tria reſpectu ſenarii:quia ſexies vnũ ſunt ſex. ſimi-
liter duo & bis tria:quatuor aũt nõ ſunt pars aliquota : quia
ſi bis ſumatᷣ,facit plus id eſt,octo.Legiſtę tamẽ nõ ſic ſumũt
partẽ aliquotã alioquin ſi totalis eſſet centũ,paciſci poſſent
de lx.quia nõ eſt pars aliquota:ſed quotã dicũt omnẽ partẽ
litis indeterminatè:puta dimidiã aut tertiã aut quartã , aut
aliquid tale .Sciẽdũ eſt etiã ꝙ palmariũ ſcd̃m gl.in l.j.ff. de
var.cog.dicitᷣ à palma,quæ victoriã ſignificat:& accipitᷣ à Le-
giſtis pro eo quod datur aduocato ſecũdariò prius cõſtituta
mercede,vel ſalario pro labore. Igitur aduocato de quota li
tis paciſci nõ licet:vt in l.ſi qui.C.de poſtul.& in l. litẽ. C.de
ꝓcur.Et ratio prohibitiõis eſt,ne per fas & nefas ad victoriã
conetur:ex quo nihil habet niſi vincat,etiã ſi nulla fuit facta
mentio de victoria: quæ in hoc caſu ſemper intelligitur . Et
nõ licet etiã ei paciſci de certa quãtitate:vt tenet gl.cõmuni-
ter per Doct.approbata in l.ſumptus.ff.de pact.& ſequuntur
Doct.in d.l. ſi qui . reprobata gl. Sed hoc intellige de certa
quãtitate ꝓmiſſa nõ quidẽ abſolutè ſed ſub cõditione ſi vin-
cat,ſeu pro victoria:quia eo caſu eadẽ eſt ratio prohibitio-
nis,ſicut & de quota litis.ſecus autẽ ſi promittatur abſolutè,
ſeu pro mercede.:quia valet ꝓmiſsio:vt lege j.in fin.ff.man.
Ex his ſequitur,quod vna & eadẽ cauſa,puta quę eſt centum
aureorum,nõ licet paciſci de vno aureo,ſub ratione, ſcilicet
quotæ,id eſt,cẽteſimæ partis:quia hic ſtat ratio dicta prohi-
bendi:& licet paciſci 50.vel lx.& amplius,ſcilicet abſolutè,
ſub ratione mercedis iuſtę,ſi ita circũſtãtiæ requirãt :quia iã
hic nõ habet locũ dicta ratio prohibẽdi:quia ſiue vincat,ſiue
nõ vincat,habebit ſuã mercedẽ.Et ex his patet veritas & cõ
cordia Doctorũ variè loquẽtiũ. Quantũ verò ad palmariũ,
dicit dom.Alex.de Imol.in d.l.litem.quòd ꝓmiſſa mercede
ſiue vincat,ſiue nõ,ſi vltra promittatur aliquid nomine pal-
marii,promiſsio valet.& ita intelligitur d.l.j.in verbo , & ſi
nomine palmarii.quia iſto caſu,dato quòd ꝓcurator perdet
cauſam,nõ perdit laborẽ:cùm mercedẽ habere debeat pro-
miſſam.& ſic ceſſat ratio prædicta. Et ita dicit Salic.in d.l.ſi
qui.& Spec.in tit..de ſalariis.§.ſequitur.vbi quęrit quid ſi liti
gator ꝓmiſit dare cẽtũ,ſi vinceret:ſi autẽ nõ vinceret 50.&
dicit ꝙ pacta ſeruẽtur.qđ dom.Alex.intelligit quãdo iſta cẽ
tũ ꝓmittũtur nomine palmarii.Sed Ang.in d.l.ſumptus.facit
differentiã,an in caſu victoriæ promittatur certa quantitas,
puta x.de illa ꝓpria,quæ litigatur:& nõ valet pactũ:quod va
let,ſi ꝓmittatur de alia.& idẽ innuit gl.in d.l. ſumptus. Sed
iſta opi.nõ placet do.Alex.quia vtroq; caſu locũ habet dicta
ratio.vnde tutior eſt opinio præcedẽs:quæ tamẽ videtur limi
tãda ex verbis Sal.in d.l.ſumptus.quãdo ſcilicet nomine pal-
marii,vltra mercedem promittitur aliquid modicũ. ſecus ſi
aliquid magnũ: quia tũc videretur habere locũ ratio prędi-
cta. qđ tene mẽti,quia aliter fieri poſſet fraus. ¶Vigeſimo, 13
†vtrũ litigatore trãſigẽte cũ aduerſario aduocatus habeat
ſalariũ integrũ?Et Spec.in tit.de ſala.dicit ꝙ ſecũdũ Hoſt.&
multos alios habebit totũ ipſe,vel eius hæres eo mortuo.C.
de aduo.diuer.iud.l.poſt duos.alii verò dicũt ꝙ de iure habe
bit totũ:de ęquitate verò pro rata.& ſi ipſe ad cõpoſitionem
oꝑatus eſt nõ ꝑdet quicquã.Sed Spe . cõcordãdo dicit ꝙ ha-
bebit totũ,ſi cliẽtulus in fraudẽ eius trãſegerit:quaſi per eũ
nõ ſteterit,quo minus vinceret.ſi autẽ bona fide , vt quia lis
erat dubia:habebit ꝓ rata ſeruitii,cõſiderata ſua facũdia:niſi
aliud actum ſit inter eos.¶Vigeſimoprimò, quid ſi aduoca-
tus aliquo caſu impeditus aduocare nõ potuit:nõ tamẽ ſtat
per eũ?Et dicit Spe.ꝙ nõ videtur ſibi imputãdũ , quo minus
habeat ſuũ ſalariũ.& idẽ ſentit gl. in d.l .poſt duos.& de hoc
videtur caſus in l.j.§.diuus.de va.cog.vbi habetur ꝙ licet ad
uocatus nõ poſsit adimplere aduocationẽ per caſum fortui-
tũ in eius ꝑſonã cõtingentem:tñ totũ ſalariũ habere debet.
ſed tñ ſingulariter limitat Bar.in l. diem functo.ff. de offic.
aſſe.dicens ꝙ aduocato nõ debetur ſalariũ , niſi ꝓ rata tꝑis,
loquendo de ſalario ꝓmiſſo à ꝑte,nõ à publico:de quo in d.
l.poſt duos.Et ſic cõcludit ꝙ ſalariũ ꝓ rata temporis debe-
tur:cũ labor recipiat diuiſionem . Et iſta limitatio eſt ſcd̃m
verã iuſtitiã cõmutatiuã, qua ꝓ mercede exhibetur meritũ
& ecõtra.¶Vigeſimoſecũdò.†vtrũ ſi aduocatus cauſam tã- 14
quã deſperatã deſeruerit,ſit habiturus totũ ſalariũ? Et dicit
Spec.quòd aut deſeruit ex cauſa quã prius potuit pręuidere:
& tũc ſibi imputatur quòd imperitè vidit.aut ex cauſa noua
& repẽtina:vt quia cliẽtulus aliquid cõtra ſe cõfeſſus eſt : &
tũc nihilominus ſalariũ habebit:vt ff.de vaca.mu.l.pen.§.fi.
¶Vigeſimotertiò,†vtrũ ſalariatus de publico poſsit aliquid 15
ab aliquo particulariter petere?Et dicit Pan.in cap.j.de po-
ſtul.ſcd̃m Inno.ꝙ nõ ab aliquo litigãte:ſicut nec ſalariatus
medicus ab aliquo cõſtituto in infirmitate:ſed à nõ litigãti-
bus vel ſanis licitè recipiũt:quia ſalaria ſunt cõſtituta talibus
ſolùm pro litigãtibus & infirmis.& idẽ dicit Bart.& ꝓbatur
in l.antepenul.C.de profeſ.& medic.lib.x.¶Vigeſimoquar- 16
tò,†quæritur de quibus,& quãdo aduocatus teneatur ad re-
ſtitutionẽ?Et dico ſecũdũ Ray.quòd tenetur omniũ quæ il-
li cõtra quos aduocabat propter ipſius patrocinium iniuſtè
amiſerunt,ſeu damnificati ſunt.vnde tenetur aduerſario ad
intereſſe,ſi per cauillationem abſtulit ei bonam cauſam,vel
eum grauauit petendo dilationem ſuperfluam,vel allegan-
do falſum,aut faciendo cauilloſam poſitionem vel inſtruen
do falſum teſtem,vel inſtruẽdo clientulum de neganda ve-
ritate,& ſimilibus.Item tenetur illis,quibus auxiliũ pręſtitit,
ſi propter ſuam infidelitatem vel negligẽtiam vel imprudẽ
tiam amiſerunt.Et hoc quando iactabat ſe ſcientem,& non
erat,ſecundum Veruec.quòd intelligo ſi clientulus ignora-
bat eius ignorantiam.ſecus ſi cognoſcebat:quia in hoc caſu
nõ tenetur,niſi de dolo vel lata culpa,maximè in foro ani-
mę.qđ patet:quia Inn.in c.ſicut dignũ.de hoc dicit quòd in
foro animę nõ punitur quis ad ſatisfactionẽ damni,ſi intulit
illud præter propoſitũ:ſed punitur negligẽtia.quaſi velit ꝙ
in foro animæ habeatur reſpectus ad voluntatẽ,delinquẽtis.
Quod dictũ ſequens Pan.in cap.quia pleriq;.de immu.eccl.

& in multis alijs locis dicit quòd in foro animæ non tenetur
quis ad emendã dãni,niſi fuerit in dolo vel lata culpa dunta-
xat.& idẽ tenet Dir.lib.j.vbi quærit,quid ſi quis culpa ſua,vel
negligẽtia dedit damnũ:vt ſi bene nõ cohibuit ignẽ,ne ad do
mos aliorũ vagaretur? Et ſentit quòd ſecundũ leges ciuiles,
quæ intendũt cõſeruationes patrimoniorũ,tenetur ad reſtitu
tionẽ dãni.ff.ad legẽ Aquil.l.lege Aquil.per totũ.in foro autẽ
pœnitentiæ,pœnitẽtia imponẽda eſt de negligẽtia,nõ de dã-
no,arg.v.q.j.inebriauerũt.niſi intẽderet damnũ:vel eſſet in la
ta culpa:vt ſi ignẽ proijceret in domũ plenã ſtipula.Idẽ tenet
Hoſt.in d.cap.ſicut dignũ.& do.Ant.de But.Et licet Pan.in c.
ſi egreſſus.& in cap.fin.de iniur.teneat quòd etiã in foro con
ſcientiæ teneatur quis de leui & leuiſsima culpa:tamen prima
opinio eſt cõmunior:quam etiã ipſe Pan.in multis locis appro
bauit,maximè vbi datur opera licitæ rei.Et hanc theoricã no.
quia facit ad multa:vt puta ad artifices,aurifices,locatores o-
perarũ,& huiuſmodi:vt in foro cõſciẽtiæ nõ teneãtur,niſi de
dolo & lata culpa.j.Culpa.§.iiij.& Reſtitutio.ij.§.xvj.& xvij.
Item ſecundum eundem Ray. ſimiliter tenetur ſi extorſit ſa-
larium vnde non debuit,vel vltra quàm debuit.

### De Aequitate.

1 *Aequitatis finitio:& quid inferendis Legibus legũlatores maximè ſpectent.*

2 *Legẽ ſequi quãdoq; malũ:at quod æquitas ac cõmunis vtilitas efflagitat,legis verbis omiſsis,bonum.*

1 AEQVITAS † ſcd̃m mẽtẽ ſancti Tho.ij.ij.q. cxx.art.
j.eſt virtus,qua quiuis ſeruata legis intentiõe,legis ver-
ba nõ ſeruat.Ibi eñ ſic dicit: Legis latores attendũt ad
id qđ in pluribus accidit, ſcd̃m hoc legẽ fertes:quã tñ in ali-
quibus caſibus ſeruare eſt cõtra ęqualitatẽ iuſtitię & bonum
cõe ,qđ lex intẽdit:ſicut aliquãdo nociuũ eſt depoſitũ redde
2 re:puta,gladiũ furioſo.¶ Et † in his malũ eſt ſequi legẽ:bonũ
verò eſt prætermiſsis verbis eius,ſequi id qđ poſcit iuſtitia,
ratio, & communis vtilitas:ad quod ordinatur Epiicia, quæ
apud nos dicitur æquitas.hæc ex illo. Sed vide infrà Ius.§.j.

### De Aetate.

1 *Aetas ab æuo dicta, quid importet?*

2 *Aetas determinata,in quibus à Iure requiratur,ſeptem axiomatis demonſtratur.*

3 *Aetas pubertatis,quàm variè in iure aſſumatur?*

4 *Annus cõpletuſne ſit,an inchoatus,vbi de ſtatuẽtis mẽte addubitatus,quõ dignoſcatur? Et an in anno biſſextili duo anni ꝓ vno ſupputẽtur,vbi anni abſolutio et cõplemẽtũ deſiderat.nu. ſequẽti. Et quid de menſe,in quo biſſextilis occurrit dies? nu.6.*

1 AETAS † quaſi æuitas, ab æuo dicta eſt,quod duratio-
nẽ importat finitã à parte poſt. Vnde ætas primò vide
tur importare durationẽ valdè longã, & deinde quãli-
bet partem durationis hominis:vt dicatur ætatis trium anno
2 norum,vel decem,& huiſumodi.¶ Primò † verò quæritur , in
quibus ætas determinata requiratur à iure? Et dico multa.
¶ Primum.In ſponſalibus requiritur ætas ſeptem annorum
completorum .de deſpon.impu.cap.vnico.lib.vj.in matrimo
nio verò.xij.annorum in fœmina,& xiiij.in maſculo,niſi for
tè malitia ſuppleret ætatem.quod tunc eſt,quando ſunt ad ſi
mul coeundum potentes:vt not.in dicto cap.vnico. ¶ Secun
dum.In voto autem religionis,ſeu profeſsione fienda,xij.an-
norum in muliere,& in maſculo xiiij.completorũ:vt de mu-
liere habetur in cap.cùm virum.de regular. & in cap.puella.
xx.quæſ.j.& in cap.puella.xx.q.ij.de maſculo verò in cap.ſi-
gnificatũ.de regu.lib.vj.quod tamẽ fallit in caſu de quo infrà
Religio.v.§.j.¶ Tertium,quantum ad ordines ſuſcipiendos
in prima tonſura requiritur ætas ſeptẽ annorũ completorũ
diſt.lxxvij. in ſingulis.& ſimiliter in tribus minoribus , vt in
d.cap.in ſingulis.& ante dictã ætatem cõferens alicui,niſi re
ligionem intret,ſuſpenſus eſt ipſo facto per annũ à collatiõe
eiuſdẽ ordinis.de temp.ord. nullus.lib.vj.in acoluthatu poſt
xij.anno.vt in d.cap.in ſingulis.in ſubdiaconatu,xviij. inchoa
torum,in diaconatu verò xx.& in presbyteratu xxv.vt in cle.
generalẽ.de ætat.& quali.ord.Si tamen quis ante dictã ætatẽ
ordinetur,ordinis quidẽ characterẽ ſuſcipit, ſed nõ executio
nem vſque ad tẽpus cõpletũ,vt no.in d.Cle.generalẽ.nec po
teſt epiſcopus diſpẽſare:vt ibi no.¶ Quartũ,quo ad beneficia
regularia in abbatiſſa requirit̃ ætas xxx.annorũ cõpletorũ:&
ſimiliter & in prioriſſa,ſeu matre, vel miniſtra,quæ habet re
gere monaſteriũ:vt in cap.indẽnitatibus.de elec.lib.vj.In Ab
bate autẽ xxv.anno.inccœptorũ.ꝑ cap.cùm in cũctis.in §.infe
riora.de elec.vbi regulariter ad quãlibet dignitatẽ acquiren-
dã tẽpus illud exigitur:licet de Abbate nõ ſit aliquid ſpeciali
ter expreſſum.In prioratu verò collegiato,id eſt,habẽte ſub
ſe collegiũ,xxv.ann.inccœptorũ,ar.Cle.ne in agro.§.cæterũ.
de ſta.reg.in prioratu verò nõ cõuẽtuali ſeu no collegiato ſi
curã habet quã per ſe habet exercere,ſimiliter requiritur æ-
tas xxv.ann.inccœptorũ:quia oportet ꝙ ſit ſacerdos:ſi aũt nõ
habet per ſe exercere,ſufficit ætas xx.anno.cõpletorũ.d.§.cæ
terũ.in prioratu verò nõ habẽte curã requiritur ætas xiiij.an.
completorũ:quia oportet quòd ſit profeſſus.c.nullus.de elec.
lib.vj.& ita tenet Pan.in cap.ſuper inordinata.de prebẽ.licet
Fed.dicat ſufficere ætatẽ ſeptẽ an.qui nõ creditur:quia opor
tet ꝙ ſit profeſſus in religione,vt dictũ eſt.¶ Quintũ,quo ad
beneficia ſecularia habẽtia dignitatẽ,in epiſcopo requiritur
ætas xxx.an.cõpletorũ.de elec . cùm in cũctis.in inferioribus
verò epiſcopatu requiritur ꝙ quis attigerit xxv.ann.d.c.cùm
in cũctis.§.inferiora.& ſi ante alicui cõferatur eccleſia cura-
ta,ipſo iure vacat:nec põt epiſcopus diſpẽſare.c.licet canõ.de
elec.lib.vj.licet diſpẽſare poſsit in dignitatibus,vel perſonati
bus curã animarũ nõ habẽtibus,vt xx.anno cõpleto habean-
tur.c.permittimus.de æta.& qual.lib.vj.¶ Sextũ,in beneficijs
verò ſimplicibus ſunt opiniões:ſed approbo dictũ Cald.quod
ſequitur Pan.in cap.ſuper ordinata.de præb. quòd ſi bñficiũ
ſonat in nomen rectoriæ:puta,quia eſt eccleſia,vel capella ꝑ
ſe ſtans habens ad regimẽ clericũ,tunc requiratur ætas xiiij.
annorũ completorũ:vt in cap.indecorũ.de æta.& qualit.ord.
quia qui neſcit ſe regere:nec eccleſiã.Si verò nõ ſonat recto-
riam,ſed eſt beneficiũ in eccleſia:tunc ſi requirit maturitatẽ
conſilij,vt in canonicatu eccleſiæ cathedralis,Hoſt.& Archi.
tenent requiri ætatẽ xiiij.anno.quia antè nõ poteſt ſapientũ
iura tractare:ſicut dicimus in milite volente teſtari ante illã
ætatem,in l.licet.C.de teſtamẽt.milit.Si veró maturitatẽ cõ
ſilij non requiritur:tunc ſeptem annorũ eſt ætas. Et iſta ſunt
beneficia in multis eccleſijs pro clericis pueris.¶ Septimũ,in
electionibus monialiũ requiritur ætas annorũ xij.cõpletorũ:
& antè nulla admittitur ad eligendũ:vt in. c.indemnitatibus.
de elect.lib.vj.In iuramẽto autẽ & teſtimonio requiritur pu-
bertas,vt not.in cap.paruuli.xxij.quæſt.v.& in capitul.teſtes.
xiiij.quæſt.iij.& ſimiliter in teſtamento,& in electione ſepul
turæ.arg.cap.licet. de ſepult.lib.vj. ¶ Aetas † autem puber-
tatis diuerſimodè accipitur: quia in nuptijs contrahendis in
maſculo eſt xiiij.anni,in fœmina xij. Inſtit.de nup.in princ.
cum ibi not.non autem idem eſt tempus ſi alimenta requirũ
tur vſque ad pubertatẽ:quia debentur maſculo vſque ad xv-
iij.annũ,fœminę ad xiiij.ff.de alimẽ.& ciba.legat.l.Mela ait.
in princip.de ætate inquiſitiõis hæreticæ prauitatis.j.Hære-
ſis.ij.§.j.¶ Secũdo † quæritur,quomodo cognoſcetur ſi annus
debeat eſſe cõpletus,vel inchoatus,quãdo dubitatur de men-
te ſtatuentis,vel diſponentis? Et dicendũ eſt ſecundũ gloſſ.in
clem.



Clem.generalẽ . quòd ſi annus ſignificatur in ablatiuo cum
præpoſitione in:vt ibi dicitur,in anno .xviij.quo ad ſubdiaco-
natum.xx.quo ad diaconatum.xxv.quo ad ſacerdotiũ:ſufficit
inchoatio.Si verò in genitiuo:vt xxx.annorũ,requiritur com
plementũ.Et idem dicit licet latius Io.de Li.in d.cle.ſed com
pletiſsimè Bart.in l.ſi cui.ff.de leg.j.dicens quòd quãdo ætas
profertur in genitiuo,requiritur quòd ſit completa:in ablati
uo autẽ cũ præpoſitione in,ſufficit quòd ſit inchoata:ſine prę
poſitione verò requiritur quòd ſit cõpleta.cle.j.de ſeq.poſſ.
in accuſatiuo autem cum verbo ſignificante rem perfectã vt
præpoſitio per,vel cum futuro coniunctiui,requiritur cõple-
ta .l.non putabam.&.l.ſi annos.ff.de condit.& demonſtr.ſine
tali autem verbo, ſi de fauore agitur , ſufficit inchoaſſe:ſi de
odio,requiritur complementum.l.ad rem publicã .ff.de mu-
ner.& hon.in accuſatiuo autem cum præpoſitione ad,ſufficit
5 inchoatio.l.qui filiũ.ff.ad Trebel.¶ † Tertio quæritur,an in
anno biſſextili duo dies computentur pro vno,vbi requiritur
annus completus? Et dico quòd Pan.in.c.quærẽti.de offi. de
leg.dat regulã ꝙ vbi à iure datur annus,intelligitur. ccclxv.
diebus cõtinuis:nec curandum eſt quòd illo anno currat biſ-
ſextus.& eſt bonus text.in.l.cùm hæres.§.Stichus.ff.de ſta.li.
Sed idẽ Pan.in.c.quæſiuit.de verb.ſign.videtur hoc limitare
in odioſis,dicens , quod ſi terminus ſtatuitur per numerum
annorum aut menſium, ſecundũ opinionẽ gl. diſtinguemus
inter fauorabilia & odioſa:quia in odioſis annus intelligitur
de ccclxv.diebus:licet illo anno cõtingat biſſextus.ſecus in fa
uorabilibus:quia tunc duo dies cõputantur pro vno.Si verò
terminus ſtatuitur per numerũ dierũ , puta quòd ſeruiat vel
ſtet ſuſpẽſus per xl .dies:tũc tam in fauorabilibus quàm in
odioſis non cõputantur pro vna die:quia in veritate ſunt plu
res dies. Conſentire videtur Dir.lib.iij.tit.vij.ꝑ l.cum hęres.
ſuprà allegatam.dicens quòd ſi libertas relicta eſt tibi vt ſer-
uias vno anno:dies ille in anno biſſextili non cõputatur , ſed
6 ccclxv.dies.¶ Quartò † quæritur,quid dicendũ ſit de mẽſe,in
quo dies biſſextilis occurrit? Et dicit gl.in c.quàm ſit. de ele.
lib.vj.quòd fiet cõputatio ſecundũ quòd menſes occurrunt.
ſed poteſt dari ſolutio præcedens quãdo eo mẽſe accidit biſ-
ſextus : vt in Februario : quia in fauorabilibus cedent ꝓ vna
die:in odioſis ſecus. Vnde ſi dicatur, ſtet ſuſpenſus per men-
ſem , die vltima poterit celebrare.

¶ AFFINITAS, Vide infrà Matrimonium viij.§.v.

### De Alchimia.

1 *Alchimia inter quas ſcientias deputetur? Et quid ſit? Et ſpecies vna in aliam per artem tranſmutari queat?*

2 *Beatus Thomas quid de Alchimiſtarũ opificio ſenſerit,& an dæmones verum effectum corporalẽ efficere poſsint? Et quid de auro Alchimico? num verũ aurũ efficere Alchimiſtæ queant?*

3 *Alchimiam exercere num liceat?*

4 *Alchimia quædã ſtultitia ridicula. Et quibus illicita, & ob quid dicatur?*

5 *Aurum vel argentum alchimicum vendere pro vero num liceat? Et quid ſi pro non vero vendatur?*

1 ALCHIMIA † computatur à beato Tho.ſuper Boe.de
Tri.inter ſcientias ſubalternatas Philoſophiæ naturali
habẽtes opus corporale,quæ dicũtur artes mechanicæ,
cuiuſmodi eſt etiã medicina,& videtur reduci ad artem fabri-
lem quantum ad materiam:& eſt ars tranſmutandi metalla,
ſecundum formam ſubſtantialem & naturales qualitates ve-
rè vel apparenter.¶ Primò verò dubitatur,vtrum vna ſpecies
ab arte mutari poſsit in aliam? Et diſtinguo ex parte artis,
quia dupliciter operatur.primò,ſcilicet operatione artis prę,
ciſè,nulla interueniente operatiõe naturæ:ſicut ſutor veſtẽ,
& faber cathedrã ſine omni naturali actiuo perficit.& ſecun-
dò operatur interueniente aliqua operatione naturæ:ſicut pi
ſtor formam panis,& figulus formam lateris inducit per ope
rationẽ ignis. Diſtinguo etiam ex parte ſpecierũ:quia trip li-
citer vna intelligitur in aliã mutari. Primò ſic quòd vna mu-
tetur in aliam ſecundum partẽ:quia ſcilicet ſtat eadem mate
ria,ſed variatur forma:vt cùm ex vino fit acetũ : & ex fumo
flamma. Secũdò ſic quòd mutetur ſecundum totum,ita quòd
forma in formã,& materiã in materiã mutetur:vt in cõſecra
tione Euchariſtię. Tertiò ſic quòd vna nõ mutetur in aliã,ſed
fit alia : puta ſi dicatur quòd homo ſic mutet̃ in auẽ aut catã:
quòd verè dicatur,homo eſt cata. Igitur ars inquantũ ars præ
ciſa operatione naturæ nullã formã ſubſtantialẽ poteſt indu-
cere:nec vnã ſpeciẽ naturalem mutare in aliã:& hoc docet S.
Tho.ij.ij.q.lxxvij.art.ij.ad primũ.& iij.parte.q.lxvj. art.iiij.&
in alijs locis innumeris. Inquantũ verò ars vtitur inſtrumẽto
naturæ,inducere poteſt formã naturalem ſubſtantialẽ,& vnã
ſpeciẽ ſecundum partẽ mutare in aliã:vt in dictis locis appa-
ret:& probatur etiã,quia panis ſubſtantialiter differt à maſſa
& farina:cum ex eo conſecretur Euchariſtia,nõ ex prædictis.
Non autẽ poteſt ars creata,quocũq; modo operetur,vnã ſpe-
ciem in aliã mutare ſecũdũ totũ : quia operatio artis ſemper
præſupponit operationem naturæ:quæ hoc nõ poteſt.& præ
terea ars nõ ſe extendit ad ſubſtantiã materiæ,quam ſemper
præſupponit:vnde hoc eſt ſolius Dei propriũ . Mutare autem
ſpeciẽ in ſpeciem tertio modo,ſic quòd vna ſit alia,etiã diuina
omnipotentia nõ poteſt:quia cõtradictio eſt. ¶ Secundò † du- 2
bitatur quid ſenſerit S.Tho.de operatione Alchimiſtarũ ? Et
dico quòd in ſecundo Sentẽtiarum,diſt.vij. q . iij.art.j.tenuit,
quòd dæmones facere poſſunt verum effectũ corporalẽ,ſicut
magi Pharaonis virtute dæmonũ virgas in ſerpẽtes verterũt.
Exod.vij .& deinde contra ſuã determinationẽ arguit quinto
loco quod dæmones hoc nõ poſsint,ſic:Dæmones nõ operan
tur,niſi per modum artis.Sed ars non poteſt dare formã ſub-
ſtantialem:vnde dicitur in c.denuis.Sciant authores alchimię
ſpecies trãſformari nõ poſſe.Ergo nec dæmones formas ſub-
ſtãtiales inducere poſſunt.Ecce argumentũ:ſequitur ſolutio.
Ad quintũ,inquit,dicendũ quòd ars virtute ſua nõ poteſt for-
mam ſubſtantialẽ cõferre:quòd [illegible] poteſt virtute natura-
lis agentis:ſicut patet in hoc quòd per [illegible] inducitur forma
ignis in lignis.Sed quædam formæ ſubſtantiales ſunt quas ars
nullo modo inducere poteſt : quia propria actiua & paſsiua
inuenire nõ poſſet.Sed etiã in his poteſt aliquid ſimile facere:
ſicut alchimiſtæ faciũt aliquid ſimile auro,quantũ ad acciden
tia exteriora:ſed tamen nõ faciũt verum aurum : quia forma
ſubſtantialis auri nõ eſt per calorẽ ignis,quo vtuntur alchimi
ſtæ,ſed per calorẽ Solis in loco determinato,vbi viget virtus
mineralis.Et ideò tale aurũ nõ habet operationẽ cõſequentẽ
ſpeciẽ:& ſimiliter in alijs,quæ eorum operatiõe fiũt.hæc ille.
Sed & xxij.q.lxxvij.art.ij.ad primũ,arguit ꝙ venditio non ſit
illicita propter defectũ rei,eo quòd aurum & argentũ alchi-
micum vendi poſsit,cùm ſit aptũ ad omnes humanos vſus,ad
quos eſt neceſſarium aurũ vel argentũ:puta ad vaſa,& huiuſ-
modi.& ſoluit dicens:Aurum & argentũ non ſolùm cara ſunt
propter vtilitatẽ vaſorum,quę ex eis fabricantur,aut aliorum
huiuſmodi,ſed etiam propter dignitatem & puritatẽ ſubſtan
tiæ ipſorum. Et ideò ſi aurũ vel argentũ ab Alchimiſtis fa-
ctum veram ſpeciem non habeat auri & argenti,eſt fraudu-
lenta & iniuſta venditio:præſertim cùm ſint aliquę vtilitates
auri & argenti ſecundum naturalem operationem ipſorum,
quæ non conueniunt per alchimiam ſophiſticato : ſicut quod
habet proprietatem lætificandi , & contra quaſdam infirmi-
tates medicinaliter iuuat:frequẽtius etiam poni poteſt in ope
ratione,& diutius in ſua puritate manet aurum verum quàm

ſophiſticatum. Si autē per alchimiā fieret aurū verum, nō eſſet illicitū ipſum pro vero vendere: quia nihil prohibet artē vti aliquibus naturalibus cauſis ad producendū veros & naturales effectus, ſicut Aug. dicit in iij. de Tri. de his quę arte dæmonū ſunt. ¶ Tertiò quæritur quid in prædictis S. Tho. ſenſerit circa veritatē auri alchimici? Et dico quòd ſecundū venerabilē Thomiſtā magiſtrum Pet. de Bergo. S Tho. in ij. Sentētiarū intendit ꝙ alchimia, id eſt, alchimiſtæ nō faciūt, id eſt nō poſſunt facere verū aurū. in ij. ij. verò dicit cōtrariū: & ſoluit idē Tomiſta tripliciter. Primò quia vbi dicit ꝙ non faciunt verum aurum, ſcilicet in ſecūdo loquitur de veritate auri quantū ad omnes ꝓprietates, nō quantū ad eſſentiam: vbi verò dicit quòd faciūt, ſcilicet in ij. ij. loquitur de veritate eius quantū ad eſſentiā, nō ꝓprietates. Cōtra, primò quia in ſecūdò loquitur de auro quantū ad formā ſubſtantialē: ergo quantū ad veritatē eſſentię: ſecūdò quia vbi eſt eſſentia, eſt impoſsibile deeſſe ꝓprietates, quæ ab ea ſūt etiā diuinitus inſeparabiles. ſecundo ſoluit quia in ij. ij. loquitur de arte agēte in virtute naturę: ſed in ſecūdo, de arte in virtute propria cōtra, quia in ſecūdo dicit ideò artē nō poſſe inducere formā auri: quia nō pōt inuenire propria actiua & paſsiua: vnde negat artē id poſſe etiā per actiua naturalia: quia ea nō poteſt inuenire. Soluit tertiò, quia in ij. ij. loquitur de alchimiſtis habentibus perfectā artē: in ſecūdo verò de agētibus ſophiſticè ex ignorātia artis. Et iſta ſolutio eſt bona. quod patet: quia in ſecundo nō ſolueret argumētū, niſi intēderet dicere ꝙ ideò alchimiſtę nō faciūt verū aurū: quia actiuè naturalia nō poſſunt inuenire: dæmones autē hoc ideo poſſunt, quia illa poſſunt inuenire & applicare in loco mineræ. Quādo ergo in ſecundo dicit quòd iſta ars aurū verū facere nō poteſt: loquitur de ea, vt eſt in hominibus ſecūdū cōmunē vſum, in quibus eſt ſophiſtica & non vera: quando verò in ij. ij. videtur dicere quòd hoc poſsit, loquitur de iſta arte ſecūdū ſe, vel inquantū eſt in aliquo artifice ꝑfecto, ſiue ſit dæmō, ſiue homo doctus à Deo vel dæmone: vnde ibi adducit exēplū de dæmonibus.

3 ¶Quartò† quæritur, vtrū licitū ſit exercere artē alchimiæ? Et dico ꝙ Sum. Ang. multis rationibus nititur probare ꝙ nō ſed omnino alchimiſtę ſemper ſunt cōdēnādi. ſed in hoc paſſu notatur hęc Sum. ſiue reprehēditur à Hiero. Zaneti. in ſua rep. ſuper c. j. de accuſ. vnde Sum. Roſ. tenuit cōtrariū allegās Pan. in c. ex tuarū. de ſor. qui Pan. ſentit cū Old. eā eſſe licitā. ꝙ ipſe Oldr. in ſuis cōſiliis probat: quia inquit, tales metallarii ſunt, qui labore ꝓprio ſibi & reipub. cōmoda cōparāt C. de meta. l. j. & iura fauēt eis ꝓpter publicā vtilitatē ex eorū officio reſultatē: quia poſſunt inuito dn̄o ingredi ad inquirēda metalla. C. de meta. l. iij. & l. quoſdā. qđ aliter nō licet. C. de theſau. l. vnica. & ff. de acquir. re. do. l. iij. Concludit ergo ꝙ eſt licita, niſi fiat per artē magicā, vel aliā legibus odioſam: vt dicitur in d. l. vnica. Et ratio eſt, quia operatur per virtutes
4 quæ ſunt in elemētis aut herbis. hæc ex illa. Dico† ergo ꝙ iſta ars poſſet eſſe illicita huic vel illi: quia propter ſuā impitiā exponit ſe periculo cōſumēdi patrimoniū ſuū ſtultè, vel ꝓpter aliā cauſam: imò dico ꝙ cōmuniter, & vt in pluribus, eſt quædā ſtultitia ridiculoſa: ſecundū ſe tn̄ nihil cōtinet illicitū: quia vti naturalibus cauſis ad naturalē effectū, non eſt illicitū de ſe: quia poteſt fieri ad experiendū vel ad exercendū iā experta: puta ad faciendū aliquod metallū qđ licet non ſit verum aurum vel argentum, eſt tamen aliquid ei propinquū, & nobilius eo ex quo fit. & hoc frequenter expertū eſt. Ad rationes Sum. Ang. reſpōdeo. Nam dicit primò hoc eſſe illicitū: quia nullus inuenit͛ habēs verā artē. Ad hoc dico primò quòd multi habēt verā artē vt aliquid veraciter faciant, & ſi nō verū aurū. Dico ſecūdò quòd nō habere verā artem eſt pœna vel ignorātia, & nō culpa: nec ex hoc ſequitur quòd vera ars ſit illicita. Dico tertio hoc probare hanc artem eſſe poſsibiliter illicitam iſti vel illi, nō in ſe. Dicit ſecundò eſſe illicitam, quia communiter tales multa cōſumunt. Ad quod dico quòd verum eſt, & ſtulti ſunt, ſicut etiam ſunt ſtulti qui volunt mihi cauſationem facere quam ignorant, & depauperantur: cum quo ſtat quòd ars in ſe ſit licita. Et tertiò, inquit quia non faciunt verum aurū, ſed apparens: & dico quod hoc poſito, id tamē quod faciūt aliquid eſt participans aliqualiter naturam auri: ſicut & lateres facti à figulo non ſunt veri lapides: ſed aliquid de lapidum natura participant. Et quartò, inquit, quia nemo hanc vult exercere in publico. ad quod dico non ideò eſſe, quia ſecundū ſe ars iſta ſit mala: ſed quia tales timēt irrideri: ſicut & quilibet licitè multa facit ſecrete, quæ in publico non faceret. Et quintò, quia tale exercitium eſt contra publicam vtilitatem: ſed dico quod aliquando faciūt aliqua vtilia reipublicæ: vt ex inductis legibus patet. Et præterea dum ipſi depauperantur, qui vt plurimum habent ſuperflua, ditantur alij, à quibus emunt, qui pecuniis indigebant. Et pręterea hoc probat iſtam artem illicitam eſſe iſti
vel illi ratiōe imperitię, nō in ſe. ¶ Quintò† quærit, vtrum li- 5
ceat vendere aurum vel argentum alchimicum pro vero, cū non ſit verum? Et dico ex Sanct. Thom. ij. ij. vbi ſupra quòd non: quia eſt fraudulentia: vt patet ex allegatis. ſi tamē eſſet verum aurum vel argentū, nō eſſet illicitum vendere pro vero, vt ibi dicitur. Itē ſi nō eſſet verum, licitum eſſet vendere illud pro non vero: quia nulla eſt iniuſtitia vendere rem pro eo quod eſt aut valet: ſicut quotidie vendūtur coralia ſophiſticata & margaritæ & torques. quod nullus illicitum dicit, niſi pro veris venderentur. & hoc etiam videtur S. Tho. aſſerere, dum dicit quòd nō poteſt vēdi pro vero quaſi relinquat indubitatum quòd vendi poſsit pro eo quod eſt.

¶ALEA. vide infrà Ludus.

## De Alienatione immobilium, maxime Eccleſiaſticorum.

1 *Alienatio propriè ſumpta, quid nam ſit? Et qualiter in negotio fauorabili, & item in odioſo accipiatur.*

2 *Alienatio rei eccleſiaſticæ & immobilis num in omni caſu licita ſit? Et huius alienandæ quot legitimæ cauſæ ſint?*

3 *Alienatio rei eccleſiaſticæ num ſub omni forma effici poſsit? Et quæ ſolennitas in ea obſeruanda ſit, luculenter ex Panor. Et ſub hæc num requiritur decretum?*

4 *Subſcriptio notarij in alienatiōe rei eccleſiaſticæ, an neceſſariò deſyderetur? Et quibus caſibus neceſſaria ſit? Et an omni hmōi aliēatiōe capituli, ſeu ſupiorū ſit neceſſarius, et requirat*

5 *Abbas res monaſterij ſine conuentus aſſenſu, & etiā epiſcopi, nū alienare poſsit? Et quid de p̄sbytero parochiali? Et an ſatis ſit cōſenſum poſt cōtractum celebratum accedere? Et an validus ſit canonicorum cōſenſus non in communi præſtitus?*

6 *Alienatio rei eccleſiæ, nū corruat. ſi ſine p̄dicta ſolēnitate aut aliqua de p̄dictis cauſis, facta ſit: & an ſit ꝓhibita? & nu. 10*

7 *Quænam ſint ea, quæ ſeruari ſeruādo nequeāt? Et nū in his pecunia deputāda ſit? Et quid ſi ſtatuto cautū ſit, vt mulier viro ſuperſtes dimidium bonorū immobiliū mariti partē lucretur: nū pecunia ad immobilia emēda deſtinata immobilis cēſebitur.*

8 *Iura, actiōes & nomina nū immobilia cēſenda ſint vt in iſtorū alienatiōe vel ceſsiōe neceſſaria ſit prædicta ſolēnitas? Et nomina debitorū in teſtamētis, quorū appellatōie cōtineātur?*

9 *Mobilia eccleſiæ ꝓtioſa, nū immobiliū appellatiōe cōtineātur?*

10 *In alienatione rei eccleſiaſticæ quot tractatus neceſſarij ſint. Et num prædicta forma in omni alienatione rerum eccleſiaſticarum immobilium, requiratur?*





11 *Statutū vbicunq; aut conſtitutio in materia iuris loquitur, aliquas excipiens cauſas, non ob id regulam firmat, in non enumeratis contra ius antiquum commune, quinimo in non exceptis caſibus à iure communi ſuppletur. Et qualiter intelligatur, quòd exceptio regulam firmet in non exceptis.*

12 *Solennitas in rerum eccleſiaſticarum alienatione requiſita, num tolli poſsit?*

13 *Electio ſi de iure naturali tenuit, nimirum ratione conſenſus eorum qui elegerunt, quanquam propter iuris poſitiui ſolennitates omiſſas nulla ſit, non tamen ipſi electus renuntiare in foro conſcientiæ tenetur.*

14 *Rem eccleſiaſticam ſine requiſita ſolennitate recipiens, num eam cum fructibus reſtituere teneatur?*

15 *Alienare prohibitus num ſaltem ad magnum tempus locare poſsit? Et quodnam tempus modicum dicatur?*

16 *Prælatus iuratus papa inconſulto non alienare, an nihilo ſecius alienare queat? Et ibidem quòd iuramentum ſtricti iuris eſt? Et num legatus de latere aduerſus huiuſmodi iuramentum alienandi facultatem concedere poſsit? ibidem ad finem.*

17 *Prælatus num exceptioni eccleſiæ competenti renuntiare, aut in eius damnum euidenter tranſigere, aut liti cedere poſsit?*

18 *Prælatus ſolus num ſine ſolennitate legatum rei immobi. repudiare queat? Et prælatum eccleſiæ præiudicare poſſe modis multis intelligi poſſe. Et quibus modis poſsit? Et inter hæc, quòd donatio eccleſiæ ſub modo facta, ſtatim tenet.*

19 *Donatio ſub modo eccleſiæ facta. ſi prælatus modum ipſe ſolus non ſeruarit, an ſeruari queat? Et quid ſi ſub conditione relicta, nec eam ſolus prælatus implerit?*

20 *Pactū de re eccleſiæ donata nō alienāda, an licitū ſit? Et quid tū ſi neceſsitas immineat? Et quid ſi legatū ſit ſub huiuſmodi pacto, monaſterio quòd poſſeſsiones tenere aut habere nequeat?*

21 *Oeconomus Eccleſiæ, cui certo caſu commiſſa eſt alienatio, nū illam in conſanguineos facere poſsit? Et quid in alijs eccleſiæ adminiſtris?*

22 *Sede vacante, num eccleſiarum bona alienari poſsint? & quæ? Et ſubinde, quid ſi prælatus bona, à capituli bonis diſtincta habeat, illa poſsit ad vitam ſuam alicui ſine capituli conſenſu & alia ſolennitate, concedere?*

23 *Alienatio bonorum minoris, num aliquam ſolennitatem deſideret. Et quibus in bonis interuenire debeat? Et quid in alienatione bonorum mulieris? remiſsiuè.*

34 *Vtilitas, quæ bona eccleſiæ alienare permittit, quatenus & accipienda ſit? Et quid oporteat emptorem facere, vt reſpectu ipſius emptio efficax ſit?*

25 *Alienationes bonorum eccl. à ſchiſmaticis factæ, vel intruſis, num efficaces habeantur? Et quid de eo, qui ſcelus capitale admiſit? Et quid de alienatione in creditorum, aut patronorum fraudem facta? Et ibidem de compluribus alijs, remiſsiuè.*

1 ALIENATIO† ꝓpriè & ſtricte eſt omnis actus, per quē dominiū transfertur. C. de fun. do. l. & ſecundū gl. in c. cùm nulli liceat. de re. eccle. non alie. quā doct. ibidē ſequūtur: largiſsimè aūt alienatio dicitur datio in emphyteuſim, & locatio ad longū tēpus: vt voluit Iac. de Bellaper. in auth. de non alie. §. quia verò. etiā qn̄ ſola poſſeſsio in alium trāsfertur: vt not. Inn. de reb. ec. nō alie. c. epiſcopi. & Alber. in auth. hoc ius porrectū. C. de ſac. ſan. ec. vnde Panor. in d. c. nulli. dicit quòd in materia odioſa alienatio capitur ſtrictè, & cōſequenter ſolùm ꝓ contractu, per quem dominium transfertur: in materia tn̄ larga & fauorabili, vt hic capitur largiſsimè. & ſic, vt dicit text. in d. c. nulli. alienatiōis verbum cōtinet conductionem, ſcilicet ad longum tempus, donationem, vēditionem, permutationem, & emphytheuticum perpetuum contractum: alij tamen tex. habent nō conductionē, ſed conditionē, id eſt, venditionem ſub aliqua conditione: ſed exponit Archid. contractum ſub conditione factum: vt ſi ſoluatur tributum, aut nauis veniat ex Aſia, do ti-
bi talē rem. ¶ Primò† verò dubitatur, vtrū alienatio rei ec- 2
cleſiaſticæ immobilis liceat in omni caſu? Et dico quòd nō: ſed Pan. in d. c. nulli liceat. dicit quatuor eſſe ligitimas cauſas alienādi p̄dicta: quas etiā ponit gl. ſummaria xij. q. ij. in prin. Prima eſt neceſsitas: vt ſi debita vrgeāt eccleſiā, & de fructibus ſatisfieri non poteſt. Secūda, vtilitas, vt res melior habeatur: & iſti duo caſus probātur in auth. hoc ius. C. de ſacroſanctis eccl. Tertia eſt pietas ꝓ redimendis captiuis. xij. q. ij. aurum. & c. ſine exceptiōe. Quarta eſt incōmoditas: vt quia res alienāda eſt magis damnoſa quàm vtilis. facit xij. q. ij. terrulas. Ad has tamen reducuntur aliæ. quia ad vtilitatem reducitur fabricatio eccleſiæ vel applicatio cœmeterij, ꝓ qua vēditio p̄dicta licet, ſecundū Sum. Piſa. Arch. adducentē c. aurū. xij. q. ij. Ad pietatē verò reducit͛ cibatio pauperū tp̄e famis, ꝓ qua etiā licet, ſecundū pręđictos: vt in d. c. aurū. & ea. q. in c. ſine exeptione. reducitur etiā alia cauſa: quia epiſcopus cū aſſenſu clericorū poteſt donare quinquageſimā partē rerum eccleſiæ ſuæ ꝓ cōſtructiōe monaſterij in illa diœceſi: vt xij. q. ij. bonę rei. ¶ Secūdò,† vtrum alienatio prædicta fieri poſ-
ſit ſub omni forma? Et dico quòd ſicut fieri nō poteſt in om- 3
ni caſu, ita nec ſub omni forma, ſed ſub determinata: quia dicit tex. in c. nulli. de reb. eccl. nō alie. quòd nō valet, niſi in certis caſibus, & debita forma ſeruata. Sed quia de hac forma fit mentio in auth. hoc ius. de ſac. ſanc. ec. quæ auth. infert͛ ſacris canōibus x. q. ij. in prin. fit etiā mētio in c. ſine exceptiōe. xij. q. ij. ideò gl. in d. c. nulli. dicit in alienatiōe rei eccleſiæ ſeruādam eſſe ſolēnitatē d. auth. hoc ius. Goſ. verò dicit quòd difficile eſt eam ſeruare: ſed ſufficit ſeruare ſolennitatē ſcđm conſuetudinem loci introductā: & ſecundū aliquos ſatis eſt ſeruare conſuetudinē illius eccleſiæ, de cuius rei alienatiōe agitur. quòd tamē non placet Hoſt. ſed dicit illud eſſe cōtra c. j. de reb. ecc. nō alie. Io. autē And. dicit ſe credere quòd conſuetudo adimere nō poſsit ſolēnitatem d. c. ſine. licet adimere poſsit introductā per d. auth. hoc ius. & augere introductā per d. c. ſine. Et cū hac opin. Io. And. communiter tranſeunt doct. vt recitat. Pan. in d. c. nulli. qui infert. quòd conſuetudo nō valet cōtra ſolēnitatē d. c. ſine. & cōſequēter quia indiſtinctè loquitur, poteſt inferri quòd ſubſcriptio eorū qui ſunt de collegio, tolli nō poteſt per diſſuetudinē: quia ponitur in d. c. ſine. Item quo ad ſolēnitatē d. auth. hoc ius. dicit non eſſe neceſſariam conſuetudinem ad illā tollendā: quia ius ciuile introducere non potuit ſolennitatem in alienatione rei eccleſiaſticæ: quia prouiſum eſt ꝑ ius canonicū. & ita vult Inn. & Io. And. Et ideò cōcludit Pan. quòd ſi conſuetudo quæ cōtrariatur d. c. ſine. ſit eccleſiæ grauoſa, nō tenet: vt in cap. j. de conſue. & conſequenter ſufficit obſeruare cōſuetudinem d. cap. ſine. & idem tenet gl. in c. j. eod. titu. lib. vj. non obſtante quòd d. auth. ſit incorporata canonibus: quia fuit poſi vt ſciretur affectus principum ad eccleſiam. Debet ergo obſeruari, ſicut dicit Panor. in c. j. de his quæ fiant à præla. & in cap. tua. & in cap. cum apoſtolica. & in cap. nulli. de reb. eccle. non alienād. primò quòd præcedat tractatus ſcilicet an expediat necne. ſecundò quòd interueniat capituli conſenſus. tertiò quòd interueniat authoritas ſuperioris: intellige ſuperioris, ſcilicet qui eſt proprius epiſcopus in non exēptis: in exmptis autē eſt prælatus, cui immediatè ſubeſt eccleſia pleno iure: vt abbas in eccleſiis ſibi ſubiectis: & ꝓuinciales Prędicatorū vel miniſtri Minorū quo ad eorū monaſteria, ꝑ Card. in c. ſtatuimus. de trāſact. quartò quòd fiat ꝓ vtilitate Eccleſiæ

quintò quòd interueniat ſubſcriptio clericorum .De quo ta-
men vide §.ſequent.& adde quòd non oportet ſubſcriptio-
nem eſſe manu clericorum factum,ſed notarij:vt interpreta
tur conſuetudo.Sed nota differentiã inter cõſenſum ſeu col
lationem,decretum & autoritatem:quia ſecundum glo.in d.
c.j.eo.ti.lib.vj.decretum eſt ſententia qua iudex contractum
futurum iuſtum fore decernit , authoritatem ſuam interpo-
nendo,vel aliquem in poſſeſsionem mittẽdo,vel mittendum
declarando.ff.de dam.infect.l.ſi finita.& non interponitur ſi
ne cauſæ cognitione.vñ in ſcriptis dandum eſt.C.de ſent. ex
breu.re.l.ij.ff.de re.eo.qui ſunt ſub tu.l.j.& l.magis puto.ſępe
tamen decretũ vocatur in iure authoritas:quæ authoritas eſt
authorizabilis cõſenſus,qui ſibi cõpetit ex officio publico vel
adminiſtratione legitima:ſicut cõſenſus tutoris & curatoris.
conſenſus autem ſiue collatio eſt multorũ voluntas, ad quos
res pertinet,ſimul iuncta.Et dicunt quidam, quòd in aliena-
tione rei eccleſiæ nõ requiritur decretum,ſed cauſę cognitio,
authoritas epiſcopalis,& conſenſus cleri. hæc gloſſ. ¶ Ter-
4 tiò† vtrum dicta ſubſcriptio requiratur neceſsario? Et dico
quòd Panor.in cap.j.de his quæ fi.à præl.dicit Inn.dare regu
lam,quòd nunquam requiratur ſubſcriptio , niſi in caſibus
à iure expreſsis.Ratio eſt:quia regulariter in qualibet diſpoſi
tione ſufficit cõſenſus,nec ſcriptura requiritur.l.pactum .C.
de pact.pro quo videtur glo.in.ca.j.de cẽſi.lib.vj.Et ideò ven
ditionem,permutationem,& donationẽ prælatus facere non
poteſt,niſi de cõſenſu capitali,& ſubſcriptione canonicorum
vnde & Alberic.in d.auth.hoc ius .tenet.quòd in alienatione
rei eccleſiaſticæ ſubſcriptio nõ eſt neceſſaria regulariter niſi
in tribus caſibus prędictis ſcilicet vẽditione permutatione,et
donatione: vt in d.c.tua. & in caſibus no.per Arc.in cap.ſine
exceptione.xij.q.ij. ¶ Quartó, vtrum eodem modo in omni
alienatione rei eccleſiaſticę requiratur cõſenſus?Et dico quòd
non:ſed variatur iuxta varietatẽ eccleſiarum.Et vt colligitur
ex d.cap.hoc ius.& c.ſi quis epiſcoporum.& xij.quæſt.ij.pla-
cuit.& c.alienationes.& cap.abbatibus.& cap.ſine exceptio-
ne.& vt ſpecificat Veruec.epiſcopus res ad ſuam menſam per
tinentes,vel res cathedralis Eccleſiæ alienare non poteſt ſine
conſenſu capituli,licet dictus cõſenſus nõ ſit neceſſarius ſi res
parua eſt,& neceſsitas magna.xij.q.ij.terrulas.Etſi nõ habet
capitulũ, quia ſcilicet eccleſia eſt deſtructa per guerras & hu
iuſmodi, ſecundum doct.vt dicit Panar.in cap.j.de his quæ fi.
à præl. loco canonicorũ aduocet aliquos celericos honeſtos.
Et hoc etiã vtile eſt ſeruare in alienatiõe,quam facit eccleſia
5 inferior. Similiter† nec abbas res monaſterii ſine cõſenſu ſui
conuentus & etiam epiſcopi.quod tamen intelligitur in non
exemptis:quia in exemptis,ſecundum Zab. poſt Inn.in clem.
monaſteriorũ.eod.tit. requiritur conſenſus papæ vel præla-
ti immediati,cui ſubſit eccleſia pleno iure:etiam ſecundũ gl.
ſi prælatus alienare volens habeat cõuentũ,ſicut multi prio-
res habent ſuos abbates.quanuis d. cle.videatur loqui de non
habente conuentũ. de quo dic ſecundum gloſſ.quòd ſi alie-
nans alienat conſenſu conuentus,ſine conſenſu tamen ſupe-
rioris prælati, euadit quidem pœnam illius clem.j.ſuſpenſio-
nem:ſed tamen contractus nõ valet. Similiter nec presbyter
parochialis ſine conſenſu epiſcopi ſui:vt dicunt iura ſuperius
alleg.Et hoc de rebus immobilibus. In alienatione autẽ mo
bilium ſolennitas prædicta nõ requirũtur:ita tamẽ quod nul
lus prælatus religioſus poteſt reditus vẽdere aut concedere
alicui ad vitam vel ad certum tempus,niſi neceſsitas vel vtili
tas loci expoſcat: & de conſenſu conuentus,ſi illũ habet : vel.
prælati ſui,ſi conuentum nõ habet:vt clem. monaſteriorum
de re.eccl.non alien.vbi tamen declarando ſubditur,præmiſ-
ſa non extendi ad locationes,aut fructuum vel redituũ ven-
ditiones ad tempus modicum faciendas.Poteſt tamen, vt ibi
dicit Fran . conſenſus interuenire poſt contractum celebra-
tum:vt not.eod.titu.c.j.lib.vj.Et dicitur tempus modicum in
fra decẽnium ſecundum gl. ¶ Quintò,vtrum valeant cõſen-
ſus canonicorum non habiti in communi? Et dico quòd nõ.
ſecundũ Lau.& Hoſt.& Inn.& Comp.ſed contrarium tenuit
Gof.quia licet inueniatur quód in electione requiritur com-
munis conſenſus.de elec.in genere.ſecus in alienatione.gloſ.
autem vbi s̃.dicit primam opinionem veram,vbi non pręceſ-
ſit tractatus:vt in c.j.de re.eccle.non alie.lib.vj.vbi verò præ
ceſsit,& deliberatũ eſt alienare,licet ſingulariter cõſentiant,
valet conſenſus,& locũ habet opinio ſecunda. ¶ Sextò,† vtrũ 6
omnis alienatio eccleſiaſticæ rei ſit prohibita ſine prædicta
ſolennitate facta,vel ſine aliqua de prædictis cauſis? Et dico
quòd non,ſecundum doct.in d.cap.nulli.ſed rerum immobi-
lium tantum,quarum nomine comprehenduntur ea,quæ ſer
uando ſeruari poſſunt.facit l.tutores.la ij.C.de admin.tut.&
cap.tua.de his quæ fi. à præla.ſed Albe.in d.auth.hoc ius.te-
net quòd mobilia,quę etiã ſeruari poſſent,alienari poſſunt ſi
ne dicta ſolẽnitate,vt oues,&c.niſi ſint ad diuinũ cultũ depu
tata:quia tũc ſeruabitur auth.pręterea.C.de ſac.ſanct.eccleſ.
ſcilicet vt non vendãtur niſi pro neceſsitate & vtilitate. ¶ Se-
ptimò,† quæ ſunt illa,quæ ſeruãdo ſeruari poſsũt?Et dico ſe 7
cundum Ang .in.§.quia parum.in authen.de nup. quòd tale
dicitur omne quod non corrumpitur triennio . & eſt gloſſa
ſingularis in l.vnica.C.ſi adu.vſuc.ſed limita quando nõ cor-
rumpitur triennio, & cum hoc ſeruatũ fructificat,vt ouis.ar.
l.j.§.fuit quęſitũ.ad Treb. & ita intellige gl.in d.§. fuit quę-
ſitũ.& facit tex.in.l. Ariſto.§.fi.cum l.ſeq.ff.de iur.deli.& ſic
quæ vſu cõſumuntur,vt frumentum,vinum,oleum, & huiuſ-
modi,nõ ſunt de his,quæ ſeruando ſeruari poſſunt: licet hoc
aliquando fallat in pecunia,vt dicetur. ¶ Octauò , vtrum pe-
cunia ſit de his quæ ſeruando ſeruari poſſunt?Et dicit Pano.
in d.cap.nulli.quòd non:quia retẽta nihil operatur. lxxxviij.
diſt.emens.& not.in l.cũ plures.ff.de admin.tut. Hoc tamen
fallit in duobus caſibus. ¶ Primò, quando pecunia eccleſiæ
eſſet deputata ad emenda bona immobilia:quia tunc iudica-
tur bonum immobile,nec mutari poſſet.& tex.eſt ſingularis
& ibi Bart.& Ludouic.de Ro.in l.iij.§.quid ergo.ff.de cõtr.
iudi.tu.& vti.act.Et propter hoc tenuit Albe.vt aliqui referũt
quod quando ſtatuto cauetur quòd mulier lucretur dimidiã
partem bonorũ immobilium mariti decedentis ſine liberis:
quòd lucrabitur partem pecuniæ deputatæ ad emẽda immo
bilia bona:quia illa pecunia iudicabitur immobilis . Bald.ta-
men ſentit contrarium in l.cætera.§.fi.ff.de leg.j.allegãs mi
rabilẽ tex.in l.cùm in fundo.§.ſi fundus.ff.de iure do.& hoc
eſt verum quo ad dictum ſtatutum quod eſt contra commu
nẽ diſpoſitionẽ iuris:quia iura quæ adducit Alb.loquũtur in
actu fauorabili vltimæ voluntatis , vel in fauorem eccleſiæ:
& ideò ad illud propoſitũ inconuenienter allegantur. Dico
autem pecuniam deputatam eſſe ad emenda bona immobi-
lia,quãdo prælatus vel capitulum eam inueſtire tenetur:non
autem quando ſimpliciter ſine voto aut iuramento inueſtire
deliberauit:quia cum ex tali deliberatione ſimplici nulla in-
naſcatur obligatio ſicut ante deliberationẽ,ita & pòſt pecu-
nia exponi poteſt . ita innuitur ex illa l.iij .§.quid ergo.ff.de
contra.iu.tu. ¶ Secundò fallit ſecundum aliquos quãdo pecu
nia eſſet in magna quãtitate.facit cap.licet Heli.de ſimo.vbi
accuſatur prælatus quando malè expendit non modicã pecu
niam:& conſequenter ea vti non poteſt ſicut fructibus:ſecus
ſi eſſet in modica quãtitate. Sed iſta non videntur benedici:
quia licet male exponens magnam pecuniam eccleſiæ ſit re
prehenſibilis quaſi dilapidator: non tamen venit contra iu-



ra de alienatione immobilium: alioquin Eccleſiæ conueni-
8 ret repetitio.quod non videtur. ¶ Nonò,† vtrum iura, actio-
nes & nomina debitorum cenſeantur immobilia,vt in borũ
alienatione ſiue ceſsione ſeruanda ſit dicta ſolẽnitas,vel ſint
mobilia,vt dicit Pan.in d.c.nulli.quòd ꝓpriè nõ ſunt mobi-
lia vel immobilia:quia mobilium & immobilium appellatio
locum habet in his,quæ certo loco vel tertio cõprehendun-
tur: cùm immobile dicatur quòd loco moueri nõ põt: mo-
bile verò quod poteſt localiter moueri:vt in l.mouentium.
ff.de verb.ſign.actiones autẽ,cùm ſint quid incorporeũ,loco
non comprehenduntur.vnde Iuriſconſultus actiones in no-
mine debitorum ponit, vt tertiã ſpeciem: vt in l.à diuo Pio.
§.in venditione.ff.de re iud.Et ideò in teſtamẽtis appellatio-
ne bonorum mobilium vel immobilium non veniunt nomi-
na debitorum:quia debemus capere verba propriè.l.qui hæ-
redi.ff.de condit.& demõſt.vnde cõſuluit Oldr. quòd ſi prin
ceps reliquit bona ſua mobilia diſtribuenda in pios vſus,non
veniunt pœnæ adhuc non exactæ. Aliquando tamen neceſſe
eſt quòd actiones trahantur ad bona mobilia vel immobilia:
vt puta,quia diſpoſitio volens comprehendere totum patri-
monium vnius hominis, facit mẽtionem duntaxat de mobi-
libus & immobilibus: qa hoc caſu iſta tertia ſpecies aſſumit
naturam alterius extremorum:& ſeruanda eſt tunc opin.gl.
in auth.eod.tit.§.j. quæ dicit quòd ſi actiones dantur ad res
mobiles, computantur inter mobilia: ſi ad res immobiles,
computãtur inter immobilia.Et idẽ in ſeruitutibus dicẽdum
eſt,& alijs iuribus incorporalibus,ſicut in actione:vnde & in
cle.exiui.de verb.ſign.annui reditus cẽſentur inter immobi-
lia bona.Ex omnibus his collige quòd actiones propriè non
cadunt ſub altero illorũ:ex intẽtione tamen alicuius cadunt
ſub altero.& tunc ſub eo membro cadunt, ſub quo ſunt ea,
ad quæ ipſæ ordinãtur.Et ſic iura ad immobilia nõ requirũt
9 dictam ſolennitatem. ¶ Decimò, † vtrum mobilia eccleſiæ
pretioſa cenſeantur immobilia?Et dico quòd ſic, ſecundum
Pan.in d.c.tua.de his quæ fiunt à pręla.quia res immobilis &
mobilis pretioſa æquiparantur quo ad difficultatem aliena-
tionis.& hoc colligitur ex l. lex quę tutores.C.de admin.tut.
& ex gl.in c.epiſcopus qui mancipium.xij.q.ij.ſimul iunctis.
10 ¶ Vndecimò,† vtrum in alienatione rei eccleſiaſticæ requi-
rantur tres tractatus?Et dicit Panor.in c.tua.de his quæ fiũt
à præla.de mente doctorũ,quòd ſufficit vnicus ſolẽnis & di-
ligens.vbi etiam dicit gloſſ.quòd tractatus nõ requirit deli-
beratum conſenſum,ſed quandam diſcuſsionẽ & indaginem
circa rem diſponendam in futurum.vnde text.in d.c.tua.po-
nit tractatum & cõſenſum vt diuerſa.Nam primò ſit diſcuſ-
ſio vtrum magis expediat alienare vnã rem quàm aliam:vel
vtrum ſubueniri poſsit eccleſiæ ſine alienatione:& poſt tra-
ctatum peruenitur ad ipſam alienationem: in qua præſtatur
conſenſus. Quod nota pro ſtatutis puniẽtibus eos, qui ſuper
aliqua re tractatum faciunt:quia dicuntur tractaſſe,licet de-
lictum nõ perfecerint. ¶ Duodecimò, vtrum præfata forma
requiratur in omni alienatione rerum eccleſiarum immobi-
lium?Et dicit Paul.vt refert Gemin.in c.j.de re.eccl.nõ alie.
lib.vj.quaſi in fin.quòd tractatus nõ requiritur niſi in eccle-
ſijs cathedralibus,non autem in inferioribus:ſed ſufficit con
ſenſus ſuperioris quod verum intelligo,quando eccleſiæ in-
feriores capitulum nõ habent:aliàs non.ar.cle.j. de reb. eccl.
non alie.Cauſa autẽ legitima ſemper requiritur,ſcilicet ne-
ceſsitas vel vtilitas:vt in d.clem.j.vbi licet mẽtio non fiat niſi
de neceſsitate & vtilitate: tamen etiã fieri poteſt proprieta-
11 te.Et ratio:quia† vbicunq; ſtatutum vel conſtitutio loquitur
in materia iuris,& aliquas cauſas excipit:non propter hoc fir
mat regulam in non enumeratis contra ius commune anti-
quum:quinimo in caſibus nõ exceptis ſuppletur à iure com-
muni.Facit cap.ad audiẽtiam.cum ibi notatis.de cle.nõ reſi.
& gloſſ.Bartol.in l.ſerui.ff.de vſuca.vbi notata volunt,quòd
ſi vnum ius ponit regulam, & excipit aliquos caſus cum di-
ctione taxatiua:quod nihilo minus excipiuntur alij caſus,qui
reperiuntur à iure excepti in alia parte iuris.Facit etiam cap.
quoniam frequenter.iuncta gloſſ.j.reſpõſo.vt lit.nõ conteſt.
& gloſſ.in l.j.C.de condict.indeb.quæ videtur velle quòd ex-
cepto vno caſu à regula,videntur excipi omnes ſimiles: ſatis
eſt tantum vnum poſitum exempli gratia.ar.l.non poſſunt.
ff.de legi.&.c.tranſlato.de conſtit. Et quod dicitur, exceptio
firmat regulam in non exceptis:vt in c. dominus. xxiij.q.vij.
& in c.quoniã.de cõ.lepro.debet intelligi quòd regulam fir-
mat in caſibus diſsimilibus,& nõ exceptis ſpecificè. Facit lex
j.ff.quod vi aut clam.&.c.cũ dilecta.de cõfir.vti.Diſtinguen-
dum eſt tamen:quia ſi caſus cõſimiles nõ excipiunt̃ ſpecificè
alibi tũc in materia fauorabili & pia extendit̃ ꝑ identitatem
rationis: vt ſentit gl.in l.illud.C.de ſac.ſanc.ecc.ſecus in ma-
teria reſtringibili:vt notat̃ in l.ij.C.de pa.qui fil.di. Vide qđ
not.in c.inter alia.de immu.eccl.& d.c.cũ dilecta.& d.c.quo-
niam.& not.illud,quia facit ad multa. ¶ Decimotertiò,† vtrũ 12
prædicta ſolẽnitas reqſita tolli poſsit?Et dico ſecundũ Pan.
in d.c.nulli.ꝙ niſi alienatio fiat ſeruata illa forma,& in caſu
à iure conceſſo,eſt nulla.Et dè formæ defectu eſt clarũ,quia
ſemper inducit actus nullitatẽ:quia forma dat eſſe rei.& hoc
probatur in c.tua.de his quæ fiũt à præla.& in d.c. ſine.xij. q.
ij.De defectu aũt caſus legitimi,probat̃ in d.c.nulli.quia pro
hibetur alienatio rei eccleſiaſticæ à iure : ergo alienatio eſt
nulla,niſi ſit in caſu cõcéſſo.l.nõ dubiũ.C.de legi. & in regu-
la,ea quæ.de reg.iur.lib.vj.licet aliud tenuerit gl.xij.q. ij.in
ſum.& d.c.ſine. vbi voluit tenere alienationẽ ſeruata forma
etiã nõ facta in caſu licito.& hoc videt̃ ſequi Arch.allegãs c.
cũ nos.de his quæ fi.à præla. dicẽs tñ quòd ſi alienatio fuerit
dãnoſa eccleſiæ,reſtituitur.extra de in integ.reſtit.c.j.ſed pri
mum eſt verius.Vide tñ quæ notat do. Ant.de Butr.in c.quia
pleriq;.de immu.eccl.vbi dicit quòd ſi alienatio facta fuit in
caſu licito,licet defuerit ſolẽnitas iuris,ſi nulla fraus cõmiſſa
fuit,& interuenit cõſenſus eorũ qui habebãt cõſentire,in fo-
ro animæ eſt tutus iſte habens ſine ſolẽnitate:quia quantum
ad metas iuris naturalis ibi eſt verus titulus,quanuis deficiãt
ſolẽnitates poſitiuæ:quia, inquit,in foro animæ ſufficit con-
tractum tenere ſecundũ limites iuris naturalis ſeu gentium,
ad quod ſufficit conſenſus.Et hæc opin.placet Pan.in c.quia
pleriq;.de immun.eccl.& in c.requiſiuit.de in integ.reſtit.Et
† pro hoc adducit ſingulare dictum Innoc.in c.quia propter. 13
de elect.dicẽtis quòd ſi electio tenuit de iure naturali, ſcili-
cet ratione cõſenſus eligentium:licet ſit nulla propter ſolen
nitates iuris poſitiui nõ ſeruatas,nõ tamen tenetur electus in
foro conſciẽtiæ renũtiare:quia ius poſitiuum adinuenit iſtas
ſolennitates propter ſcandala, & deceptiones euitãdas. vnde
ex quo omnia iſta ceſſant,& interuenit verus conſenſus,ſatis
eſt tutus quo ad deum.Et nota hoc dictũ:quia valet in omni
actu,in quo eſt prætermiſſa ſolennitas iuris poſitiui,ſeruato
iure naturali. ¶ Decimoquartò,† vtrum recipiẽs eccleſiaſti- 14
cam rem ſine dicta ſolennitate teneatur eam reſtituere cum
fructibus.Et dicit Monal. quòd ſic: nec poteſt repetere pre-
tium ab eccleſia.xij.q.ij.non liceat. quod limitatur verũ, niſi
in duobus caſibus.primò ſi pretium eſt conuerſum in vtilita-
tem eccleſiæ.ar.cap.j.de depoſi. ſecũdò quãdo cauſa aliena-
tionis fuit legitima, ſed non fuit ſeruata forma: quia in con-
ſciẽtia nõ tenetur reſtituere,iuxta dicta in §.priore.Hæ duæ
limitationes ſunt in Summa Ang.ſed in prima aliter eſſet di
ſtinguendũ:quia ſi talis emit mala fide, & detinet,perdit in-

diſt

diſtinctè in foro iudiciali pretium, nullum habens ad illud
regreſſum:ſecus ſi ignoráter & bona fide emit,ſecundũ Inn.
Cal.Imol.& Abb.in c.ſi quis prebyterorum.de reb.eccl.non
alie.cum ſuis concor.quibus plures addit Felin.in c.cum cau-
ſa.de re iud. Quod tamen in foro cõſciẽtiæ nõ procedit:quia
ſi effectu alienatio vtilis eſſet eccleſiæ,omnia ſtarẽt,& cõtra
hentes eſſent tuti etiam à cẽſuris latis ad euitandas fraudes
eccleſiæ præiudiciales,ſi interuenerit cõſenſus eorum,qui de
iure gẽtium habent cõſentire:vt rector eccleſiæ ſi ſit ſolus,
vel caput cũ mẽbris ſi ſit cũ collegio.Ita tenet Butr.& Abb.
in c.quia pleriq;.de immu.eccl.Felin.de cõſtit.c.j.& ſic intel-
15 lige dicta in §.priore. ¶ Decimoquintò, † vtrũ ꝓhibitus alie-
nare,locare poſsit ad magnũ tẽpus? Et dicit Pan.in d.c.nulli.
quòd nõ:vt eſt tex.in cle.j.de reb.eccl.nõ alie.&gl.ibi in ver-
bo,ad tẽpus modicũ.dicit quòd hoc determinat tam verbũ,
locationes,quàm verbũ, vẽditiones:vt ſit ſenſus quòd loca-
tio ad modicum tempus,& vẽditio fructuũ ad modicũ tem-
pus nõ includitur ſub prohibitione.Dicitur autem modicum
tempus,ſecundum gl.ff.de ſuperfi.l.j.§.quod autẽ ait. iudicis
arbitrio cui relinquitur.tamen ſi.gl.videtur dicere quòd mo
dicum tẽpus dicatur infrà decẽnium. C.de præſcrip.lon. tẽp.
l.fin.Sed circa hæc aduerte ad extrauagantẽ Pauli,quam ha-
bes in calce operis huius.de qua dic vt infrà Lex.§.vj.de lege
16 moribus vtentium nõ recepta. ¶ Decimoſextò,† vtrum præ-
latus qui iurauit non alienare incõſulto papa,alienare poſsit
non obſtãte iuramẽto? Et dicit Pan.in c.vt ſuper.de reb.eccl.
non alie.quòd aut res eſt modica vel modicæ vtilitatis:& tũc
non includitur ſub iuramento de nõ alienando:quia non eſt
veriſimile quòd ſuperior voluerit iſtũ illaqueare in iſtis mi-
nimis:cùm iſta modica ſint exẽpta ab omni ſolẽnitate iuris:
vt in c.terrulas.xij.q.ij. vnde iuramentũ ſimpliciter præſtitũ
debet intelligi ſecũdum materiam ſubiectam, & ſecundum
iuris diſpoſitionem.Item iuramentũ eſt ſtricti iuris:& conſe-
quẽter debet reſtringi.ar.c.pe.de iureiur.&hoc notabis ſem-
per.Et idem ſenſit Feder.nam hodie prelati communiter iu-
rant nõ alienare incõſulto papa.Et ſic debet intelligi text.in
d.c.vt ſuper. quòd non obſtante iuramento poſsit iſte hanc
alienationem facere.& ſic procedit expoſitio Gofr.qui expo
nit concedimus,id eſt,cõceſſum eſſe oſtẽdimus.& ſimile ha-
betur xiij.diſtin.cap.nerui.Aut res eſt non modica:& tunc di-
ſtingue ſecundum formam iuramenti.Nam aut iurauit non
alienare ſimpliciter:& tunc in caſu vtilitatis eccleſiæ poterit
alienare:quia in caſu neceſsitatis eccleſiæ hoc iuramentum
non aſtringit:vt in cap.ſi.de eccle.ædi.ergo nec in caſu vtili-
tatis:quia neceſsitas & vtilitas æquiparantur in iure, vt not.
xij.quæſt.ij. in Summa.vnde refertur illud iuramentum ad
alienationem illicitam:vt ſic prælatus metu iuramenti faci-
lius abſtineat ab alienatione illicita. Aut iurauit non aliena-
re inconſulto papa:& tunc alienare nõ poterit:quia tunc fie-
ri non poteſt alienatio etiam licita incõſulto papa: cùm hoc
importent illa verba.Item neceſſe eſt vt dicta verba intelli-
gantur de alienatione aliàs licita: quia inconſulto papa non
faceret illicitam.Et ita volunt communiter Doctores. Aut
iurauit non alienare ſine licentia ſuperioris:& tunc idem di-
cendum,vt proximè dictum eſt.Hæc Panor. in dicto cap.vt
ſuper.& idem tenet in cap.fin.vbi facit ſingularẽ theoricam
ex illo textu,quòd iuramentum ſimpliciter prẽſtitum de re-
bus eccleſ.non alien.reſtringitur ad alienationem illicitam:
non autem ad neceſſariam. Et idem putat de ea quæ fit ob
vtilitatem.Quantum verò ad præſtitum ſecundo vel tertio
modo, dicit quòd ſi imminet ſumma neceſsitas,& tãtam re-
quireret celeritatem quòd ſuperioris conſultationẽ non pa-
tiatur,putat alienationem fieri poſſe cõ ſenſu papæ vel alte-
terius ſuperioris,cui fuit tale iuramentum præſtitum, mini-
mè requiſito,arg.optimum in l.tutor qui repertorium.ff. de
adminiſt.tut.vbi in cauſa neceſsitatis poteſt tutor inuẽtario
non confecto adminiſtrare bona pupilli: quod aliàs ceſſante
neceſsitate non poteſt.Facit quod not.Ioan. de Fan.in clem.
de rebus eccleſ.vbi dicit in caſu illius clem.poſſe fieri alie-
nationem impunè, illa ſolennitate non ſeruata, ſi neceſsitas
non capit tantam dilationem.& idem tenet Paul.in diſputa-
tione,condemnatus,&c.Et hæc nota:quia faciunt pro exem-
ptis habẽtibus ſuperiorem in locis remotiſsimis.Ioan.tamen
Andr. dicit ſecundum aliquos hoc iuramentum non ſolùm
extendi ad illicitam alienationem:ſed non potuerũt,inquit,
defendere conſilium ſuum.& contra eos inducit text.in cap.
aduerſus.de immu.eccleſ.vbi etiam neceſſaria vel vtilis con-
tributio non fit inconſulto papa:ne quid agatur indiſcretè.
Sed hoc dictum Ioan.And. intellige verum eſſe regulariter:
cum quo ſtat quod dicit Panormit.ſcilicet de caſu ſummæ
neceſsitatis. ¶ Decimoſeptimò, vtrum legatus de latere poſ-
ſit dare licentiam alienandi contra prędictum iuramentum?
Et reſpondet Specul.in titulo,de diſpenſatione, quòd non.
& idem tenet Panormitan.in dicto cap. finali.
¶ Decimooctauò,† vtrum prælatus eccleſiæ renuntiare poſ-
ſit exceptioni competenti eccleſiæ,aut tranſigere euidenter
in damnum eius? Et dicit Panormit.in cap.j.de depoſ. quòd
non,ſecundum Innocentium ibidem:niſi ex ſpeciali conceſ-
ſione papæ.& facit l.præſes.C.de tranſactio .& l.contra iuris
ciuilis regulas.ff.de pact.Ex quo infertur quòd cedere non
poteſt liti & cauſæ:aut tranſigere,niſi ſit cauſa euidens,& ſo
lennitas debita,ſi actio ſit ad rem immobilem:iuxta not.in
cap.nulli liceat.de rebus eccleſiæ nõ alien.ſi verò ſit ad rem
mobilem,ſic poteſt:vt not.gloſſ.in dicta authen.hoc ius.Et
hoc eſt verius per l.cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſact.& l.non
ſolum.C.de pręd.mi.quamuis aliqui teneant indiſtinctè quòd
tranſigere poteſt:vt not.Alber.in dicta auth.hoc ius.
¶ Decimononò, † vtrum prælatus ſolus poſsit repudiare le-
gatum ſine ſolennitate præfata, maximè de re immobili? Et
videtur quòd nõ:quia incontinenti eccleſiæ etiam ignoranti
fuit acquiſitum dominium rei legatæ.l.cùm pater.§. ſurdo.
ff.de legatis.ij. & conſequenter ſi prælatus repudiaret, alie-
naret rem acquiſitam eccleſiæ:ſicut de hoc eſt caſus in ſimi-
li in l.magis.§.fundum.ff.de re.eorum.vbi dicit textus, quòd
pupillus nõ poteſt repudiare fundum ſibi legatum:cùm non
poſsit alienare rem ſuam.Sed hoc non obſtante videtur con-
trarium. Et arguitur quòd hoc poſsit: quia dominium non 9
eſt verè acquiſitum eccleſiæ ante acceptionem legati:& con
ſequenter repudiando potius non acquirit quàm alienet. In
non acquirendo autem ſolennitas non requiritur. Et facit
cap.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à præla. vbi ſolennitas
requiritur, cùm alienatur res quæ poſsidetur ab eccleſia. &
non eſt par ratio, lucra non capere, & quæſita perdere.l.ſi
ſponſus.§. ſi maritus.ff. de donationib . inter virum & vxo-
rem.Et hanc rationem Feder.cõſilio viij. inducit & ſequitur,
tenens quòd repudiare poteſt vtrunque,Panormitan.in cap.
tua.de his quæ fiunt à præla.dicit quòd caſus iſte eſt dubius,
licet ſuſtẽtari poſsit opinio Feder.& ad §.fundum. quo mul-
tum vrget,dicit poſſe dici quòd loquitur in pupillo, qui ſua-
rum rerum non habet adminiſtrationem: ſecus in prælato.
Vnde quemadmodum tutor tenetur, ſi potuit acquirere pu-
pillo,& non acquirit.l.quicquid. C. arbit. tuto.& prælatus,vt
eſt text.cum gloſſ. xij.quæſt.iiij,cap.ij.& pro hoc gloſſa xvj.
q.vj.§.fin.quæ dicit quòd in acquirendis prælatus poteſt cõdi
tionem eccleſiæ facere deteriorẽ.Paul.autẽ de Caſt.in con-
ſilio xj.tenet quòd non poteſt repudiare legatum, ſed dona-
tionem



tionem ſic.quod dicit probari ex l. magis puto.§.fundum.ff.
de re.eorum qui ſub tute.Ratio diuerſitatis eſt : qa in dona-
tione non acquiritur donatario niſi volenti, & non ignoran-
ti:ſed in legato ſufficit factum teſtatoris ſolius:quia acquiri-
tur ignoranti,licet reuocabiliter.l.cùm pater.§.ſurdo. ff.de-
leg.ij.& d.§.fundum.& conſequenter legatũ eſt quæſitũ ipſo
facto.Et huic ſententiæ hæret Sum. Ang.ſed Sum.Roſ.hoc
reprobat:quia videtur textus in contrariũ in c.verum.de con
di.ap.vbi Pan.ſummando illum tex.dicit quòd res donata ec
cleſiæ ſub modo,ſtatim eſt eccleſiæ:nec reuocatur modo nõ
ſeruato,niſi hoc expreſſum ſit in contractu: & conſequenter
apparet quod donatio facta eccleſiæ ſtatim tenet etiã facta
ſub modo:& cõſequẽter ius eſt acquiſitũ eccleſiæ etiã igno-
ranti,licet reuocabiliter:ſic dicitur de legato.vnde in vtroq;
intelligitur tacitè iſta conditio,ſi eccleſia volet:quæ tñ con-
ditio non facit donationem aut legatum conditionalia.ff.de
condi.& demon.l.conditiones.& ſic ius eſt acquiſitum eccle-
ſiæ:& in acquiſitis ſolus prælatus nõ poteſt eccleſiæ nocere:
vt dicit glo.& doct.xvj.q.vj.§.fin. & ſic tenenda eſt diſtinctio
Bar.in l.iubemus nullã.C.de ſac.ſan.eccle.vbi optimè diſtin-
guit poſt gl.quia prælatum præiudicare poſſe eccleſiæ cùm
multipliciter poſsit intelligi:aut intelligitur contrahendo:&
ſic non poteſt ei præiudicare,niſi licitè contrahendo:vt dicit
l.iubemus.& auth.hoc ius .eo.tit.Aut aliquid faciendo:& hoc
dupliciter:quia aut loquimur in quærendis,& poteſt eccleſiæ
præiudicare.Aut in iã quæſitis:& hoc dupliciter:quia aut ne-
gligendo, & ſic poteſt præiudicare , puta faciendo contra ſe
præſcribi,vt in auth.quas actiones.eo.tit.Aut aliud faciendo,
& hoc dupliciter:quia aut facit cum capituli conſenſu:& po-
teſt ei præiudicare.Ita loquit᷑ dicta lex,iubemus.Aut ſine cõ-
ſenſu capituli:& tunc non põt:vt in regula,delictum. hæc ex
illo.Sed tamen intellige quòd dupliciter eſt aliquid eccleſiæ
quæſitum.primò quia ad eam pertinet de iure & facto: quia
ſcilicet iam eſt in poſſeſsione pacifica:& in talibus,ſi ſunt im
mobilia,prẹlatus etiam cum capitulo præiudicare aut renũ-
tiare non põt,niſi in caſibus,& modo ſupra expreſsis, ſecun-
dò,quia pertinet ad ipſam de iure,ſed non de facto:puta quia
ſuper eo litigatur:& in talibus ſicut poteſt prælatus cùm ca-
pitulo tranſigere,ita videtur quòd poſsit renuntiare,etiam ſi
ſint immobilia.ſed hoc non poteſt in foro animæ,niſi ex ali-
qua rationabili cauſa:quia nec ipſe nec capitulũ ſunt domini,
ſed diſpenſatores rerum eccleſiaſticarum:ideò nihil ſine pec
cato de his diſponere poſſunt , niſi conformiter ad volunta-
tem veri domini,id eſt,Dei.
¶ Vigeſimò,† vtrum reuocari poſsit donatio facta ſub mo-
do,ex quo ſolus prælatus modum non ſeruauit? Et dico ſe-
cundum Panorm.in capite,verum.de cond.appo. quòd licet
tam in contractibus nominatis quàm non nominatis, ſi mo-
dus appoſitus fuerit finalis cauſa contractus,poſsit agi ad re-
uocationem,ſi modus non ſeruatur : vt in l.cum te fundum.
C.de pactis inter emp.& ven.& in l.j.C.de dona.quæ ſub mo
do.ſi tamen modus non fuit finalis cauſa contractus,non agi
tur ad reuocationem,niſi ſit dictum vt poſsit reuocare:ſed ad
obſeruantiam modi.Et ita debet intelligi tex.in l.ea.cõditio-
ne.C.de reſcin.vẽd.ſed reſpectu donatiõis factæ eccleſię.tex.
videtur ſing. in d.c.verũ.quòd ſemper debet præſumi quòd
modus non ſit finalis cauſa contractus: quia ſecundum Pan.
donãs eccleſiæ ſub modo,videtur principaliter donaſſe pro-
pter Deum,& pro remedio ſuorum peccatorũ. Ad quæſtio-
nem igitur motam,Vincen.in d.c. verum. vt recitat Pan.di-
cit quòd non:vt ſi daretur eccleſiæ poſſeſsio ſub modo quòd
alienari non poſsit:& ſi alienetur,dictum eſt quòd poſsit ab
eccleſia reuocari:nõ poteſt fieri reuocatio ſolo prẹlato alie-
nante:quia,inquit,delictũ ſolius prælati non debet eccleſiæ
nocere:vt in regula,delictum.ſecus ſi alienat prælatus cũ ca
pitulo.& idem dicit in alijs modis.Et idem ſentiunt doc.in c.
breui.de iureiur.Sed reſpectu conditionis implẽdæ ad hoc vt
res aquiratur,ibidẽ dicunt aliud eſſe:quia tunc ſatis eſt quòd
prælatus non impleat conditionem ad hoc vt res non acqui-
ratur eccleſiæ.Et ratio diuerſitatis eſt ſecundum Panor.quia
in quærẽdis ſolus prælatus poteſt eccleſiæ nocere:nõ autem
in quæſitis,vt dictum eſt.quomodo autem differat modus &
conditio,vide infrà,Cõditio. ¶ Vigeſimoprimò, † vtrum pa- 20
ctum appoſitum in donatione facta eccleſiæ vt alienari non
poſsit,ſit licitum? Et videtur expreſſum quòd ſic,§.ſanctiſsi-
mas.in authen.de alienat.& emphy.colla.ix.vbi dicitur quòd
res eccleſiæ alienari poſſunt pro redemptione captiuorũ:ni-
ſi ſint donatæ eo pacto vt alienari non poſsint. Sed dubium
eſt,quid faciendum ſit,ſi neceſsitas immineat? Quidam igi-
tur,vt recitat glo.tenẽt indiſtinctè vt alienari nõ poſsit quo-
cunque caſu talis res,etiam pro redemptione captiuorum:vt
videtur in dic.§.Alij dicunt quòd in tali caſu alienari poteſt,
dummodo eccleſia non habet alias poſſeſsiones:non autem
ſi alias haberet propter inhibitionẽ teſtatoris vel donatoris.
quam opinionem tenuit Hug.x.quæſt.xj.ſic quidam.&dom.
Anto.dicit quòd alienari poteſt,etiam pro vtilitate, quæ ne-
ceſsitati æquiparatur in hoc à iure.xij.quæſ.ij. ſine exceptio-
ne.& ſimiliter dicit Direct. quòd alienari poteſt in caſibus à
iure conceſsis,ſi non ſint alia,quæ poſsint alienari.xij.quæſt.
ij.aurum.nam pactio ne liceat mihi rem meam alienare,re-
probatur à iure.ff de pact.l.pen. Et idem ſentit Goſ.& Hoſt.
& multi alij,& placet Panormi. quia ſi alter ſenſiſſet dona-
tor,non videretur fuiſſe mentis cõpos:cùm inſtante tali ne-
ceſsitate pia,ipſe hoc facere debuiſſet:vt in capite,ſicut.xlvij.
diſtin.Idem prius ſentit Rayn.dicens quòd eo caſu prohibi-
tio facta à donatore,tanquam turpis,pro non adiecta haben
da eſt,& concor.Gofr.Innoc.& Hoſtien.Si autem legaretur
monaſterio quod poſſeſsiones tenere non poteſt,addita pœ
na ſi alienetur,ſecundum Archidiac.non erit locus huic pœ-
næ:quia conditio tanquam turpis habenda eſt. Et intellige
non eſſe locum huic pœnæ, ſi vendantur in quocunque ca-
ſu,etiam extra neceſsitatem.Nec obſtat dict.§.ſanctiſsimas.
quia ſecundum Archidiac.illud non eſt verum: nec valet ta-
le pactum:cùm ſit contra legem Dei.capite,aurum.quod li-
cet loquatur de mobilibus, tamen quando ſunt pretioſa,cõ-
parantur immobilibus quo ad difficultatem alienandi,vt di-
ctum eſt. ¶ † Vigeſimoſecundò , vtrum œconomus eccleſiæ 21
cui in caſu alienatio commiſſa eſt,poſsit illam facere ſuis cõ
ſanguineis? Et dicit Panorm.in capite,vt ſuper.de reb.eccleſ.
non alienand.quòd Legiſtæ tenent quòd non, per authenti.
quibuſcunque modis.C.de ſacro ſanct.eccleſijs. poſitam.x.q.
ij.ſimiliter.nec alius adminiſtrator, cuiuſcunque ſit cõditio-
nis.ſed Panormit.dicit hoc non eſſe verum in prælato,ſed in
œconomo & alijs.Sed tamen in conſcientia credo quòd poſ
ſit,ſi hoc facit ex legitima cauſa,bono fine, & ſine damno ec
cleſiæ:arg.cap.j.de coh.cleri.& mu.in text.& in gloſſ. ¶ † Vi- 22
geſimotertiò,vtrum ſede vacante alienari poſsint bona ec-
cleſiarum? Et dicit Pan.in cap.j.ne ſed. vac. quòd ſi ſunt bo-
na,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt:tunc in eccleſia epiſco
pali œconomus ſiue capitulum ſine alia licentia poterit : ſi-
cut dicimus in tutore.l.lex quæ tutores.C.de adminiſtratio -
ne tutorum.& l.tutor qui repertorium.ff.eodem.Si verò bo -
na ſeruari poſſent : tunc in eccleſia epiſcopali alienari non
poterunt ſine licentia papæ : argu . dicti capitis primi , & in
capite primo de rebus eccleſiæ non alienandis . libro ſex-
to. In eccleſia verò inferiori , ſi magna neceſsitas vrget , &
eccl

eccleſia diu eſtvacatura,nec prelati creatio commodè expe-
ctari poteſt,tunc in iſtis duobus caſibus dicit Inno. quòd da-
bitur curator bonis: & per illũ alienatio fiet : nec prius fieri
poterit etiã per archiepiſcopũ quàm ſit datus adminiſtrator
eccleſiæ vacanti:vt in d.c.j.lib.vj.& facit l.ij.ff.de cu. bo. da.
& quod notatur in cle.ij.de reb.eccle.non alien.&concordat
Ant.& Hug.¶Vigeſimoquartò, vtrũ prælatus habens bona
diſtincta à bonis capituli,poſsit illa cõcedere alicui ad vitam
ipſius prælati ſine capituli conſenſu & alia ſolennitate?Et di-
cit Pan.in c.continebatur.de his quæ ſi.à præla . Federicum
conſi.50.tenere quòd ſic.vide doct.in c.veniens. de tranſact.
& maximè cauſa pietatis:per tex.iuncta gl.xvj.q.j.vide Arch.
23 in cap.j.de reb.eccle.non alien.libr.vj. ¶†Vigeſimoquintò,
vtrũ in alienatione rei minoris requiratur aliqua ſolennitas?
Et dicit Inno.in cap.j.de reb.ec.non alien.lib.vj.quòd ſic,ſcili
cet cauſæ coguitio,&decretum,&cauſa legitima.C.de præd.
min.l.minorũ.& lege,minores.ff.de reb.eo.qui ſunt ſub tu.l.
magis puto.§.non paſsim.&.§.ſi ęs.Et hoc verũ,etiam in mo-
bilibus pretioſis,ſecundum eundem ibidem.aliàs habent cõ-
tra poſsidentem rei vendicationem: contra tutorẽ aut cura-
torem perſonalẽ actionem tutelæ vel nego.geſt.d.§.ſi æs.&
§.ſeq.C.de pręmi.l.ſi pręſes.De alienatiõe rei mulieris,vide
24 infrà Conſilium.§.xix.in fi.¶†Vigeſimoſextò,quomodo in-
telligit vtilitas eccleſiæ,pro qua fieri debet alienatio?Et dico
ſecundũ Lan.quòd oportet pretium rei venditæ eſſe verſum
in vtilitatem eccleſiæ:& ſic illam vtilitatem eſſe perpetuã &
euidentem:vt in ædificijs perpetuis, emptiõibus alienarũ re-
rum,vel ſolutione debiti grauis,& emptor debet eſſe curio-
ſus,vt videat quòd ſic conuertatur:ſed tamẽ Zaba.ſuper cle.
monaſteriorũ.eo.titu.dicit non eſſe neceſſe quòd duret ver-
ſum in vtilitatem eccleſiæ.& glo.x.q.ij.c.ea enim.§.hoc ius.
dicit quòd non oportet emptorem ſcire ad quem vſum pecu
nia conuertatur:ſed ſufficit probare quòd tũc eccleſia pecu-
nia indigebat. Vel poteſt dici quòd vtilitas iſta iudicanda eſt
arbitrio boni viri:ſicut quando omnibus cõſideratis iudica-
tur quòd eccleſia bene facit:vel quia inde percipit reditũ ma
iorem:vel ſi parem aut minorem, tamen cõmodiorem, vel
aliquid tale.Ita fuit de mente gl.in cap.ea enim.§.hoc ius. in
ver.probat.x.q.ij.Nec inuenitur aliquo iure cautum ꝙ opor-
teat emptorem aſſecurari de iſta vtilitate: ſed ſufficit ſibi rẽ
emere iuſto pretio:reliquum relinquere conſcientijs venden
25 tium.¶†Vigeſimoſeptimò, vtrum alienationes bonorũ ec-
cleſiaſticorum factæ à ſchiſmaticis vel intruſis valeãt?Et dico
quòd non.extra de ſchiſma.c.j.xij.q.ij.alienationes. & tenen-
tur reſtituere omnes prædicti locata & res & fructus perce-
ptos,& qui percipi potuiſſent:ſicut & quilibet raptor . extra
de reſti.ſpo.grauis.& qui talibus alienationibus innititur, eſt
excommunicatus:vt infrà Excommunicatio.viij.§.viij. ¶Vi-
geſimooctauò,vtrum valeat alienatio facta per eum,qui cri-
men capitale commiſit,etiam ad piam cauſam?Et dicit Inn.
in c.qa propter.de elec. quòd alienatio tenet,dummodo fiat
ante ſententiam.l.poſt contractũ.ff.de dona. & l.ſi quis poſt-
hac.C.de bo.dam.quę pręcipit quòd bona illius,qui commi-
ſit crimen capitale,publicentur. & intelligenda eſt poſt ſen-
tentiam inuenta,vel ex ſuſpiciõe pœnæ alienata:vt ff.de do-
na.cauſa mor.l.ſi aliquis.Fallit tamen in crimine læſæ maie
ſtatis:vt in glo.d.l.poſt contractum.ſimiliter & hæreſis:vt in
cap.cùm ſecundum.de hær.libr.vj.quia ſunt in commiſſum à
die commiſsi criminis:vt j.Hæreticus.&idem dicito in crimi
ne quocunq;,per quod bona perpetrãtis eſſent ipſo facto cõ-
fiſcata.¶Vigeſimononò, vtrũ valeat alienatio facta in frau-
dem creditorũ vel patronorum?Et dicit Inno.vbi ſ.quòd nõ,
quia venit reuocanda : vt ff.de his quæ in frau . cre . per to-
tum.imò quamuis non ſit facta in fraudẽ : ſi tamen fraus eſt
in ipſo facto,reuocatur.l.omnes.§.Lucius.ff.eo.ti.Vtrum au-
tem valeat alienatio rei litigioſæ,vide infrà,Ceſsio. Vtrum
autem valeat alienatio fundi dotalis, vel rerum donatarum
propter nuptias,infrà,Dos. Vtrum aliqui prohibeantur alie-
nare,& qui,infrà,Donatio.§.j.De alienatione bonorum mo
bilium,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt , facta per eccle-
ſiaſticas perſonas,infrà,Clericus,quartò. per totum.

## De Aeſtimatione.

*1 Aeſtimationẽ,rei taxationẽ,aut eius pretij diffinitionẽ eſſe,&*
*reſpectu tpis quãdo ea fieri debeat?& quid reſpectu quãtitatis?*
*2 Aeſtimatio venditionem quot caſibus faciat?* Et *ibidem ſubdi-*
*tur limitatio,vtrum autem periculum tranſire faciat,remittit.*

AESTIMATIO†ſiue extimatio rei,eſt taxatio vel dif-
finitio pretij eius,quæ quantũ ad tẽpus fieri debet tem
pore contractus:de emp.&vẽd.cùm dilecti.& in l.ij.C.de rei
vend.quantum verò ad quantitatem fieri debet ſecundũ re-
ditus,quos affert ſi ſit fructuoſa:ſecundũ glo.in auth.de alie.
& emphy.§.ſanctiſsimas.& facit tex.ibi.& in auth.de ec.ti.§.
ſi aũt annale.& tex.in l.ſi quis.C.de rei vend. quomodo eam
æſtimãdo tantum valere debet,quot fructus producit in an-
nis.xx.vt in auth.dẽ nõ alien.§.quia verò Leonis.vel ſi eſt res
quæ debetur eccleſiæ,in xxxv.annis:vt in d.§.ſi autẽ annale.
Si verò non eſt fructuoſa:æſtimabitur ſecũdum quòd com-
muniter appretiatur.l.pretia.in princ.ff.ad legem fal.Hodie
tñ hoc locum habet in omnibus rebus: & de hoc ſuprà,Em-
ptio.§.iiij. ¶Aeſtimatio,†autem venditionem facit in duo-
bus caſibus.Primò,cùm eo animo fit vt ipſa præſtet:ſecus ſi
fiat vt appareat quãti res ſit facta deterior:vt in l.ſi inter vi-
rum.C.de iure do.quod tunc apparet quando in pacto eſt,vt
trãſacto certo tempore res,quæ æſtimata data eſt,reddatur:
quia tunc venditionẽ nõ facit:vt in d.l.ſi inter.Secũdò qñ res
ſimpliciter dať æſtimata in contractu,de cuius natura eſt, vt
dominiũ transferať:vt in l.quoties.&l.plerunq;.ff.de iure do.
& l.æſtimatio.ff.ſolu.mat.ſicut ſi mulier dedit viro ſuo rem
æſtimatam,cenſebitur vir emiſſe. Fallit hoc qñ natura con-
tractus repugnat vt faciat venditionẽ:vt in l.ſeruos.ff.famil.
ercil.Sicut ſi ego & tu ſumus hæredes,& facimus æſtimatio-
nẽ de hæreditate:tũc nõ facit venditionẽ.Vtrũ aũt ęſtimatio
faciat piculũ trãſire in accipientẽ,vide ſ.Caſus fortuitus.§.v.

## De Alimentis.

*1 In legatis alimentorum appellatione, quid cõtineatur.* Et *quid*
*ſi victus, alimonia, aut cibaria relicta ſunt?*
*2 Parentes num liberos & cõtrà, alimenta exhibere teneantur?*
*& ibidem aliquot limitationes. Mater autem liberos quandiu*
*exhibere atque alere debeat?* Et *ſub hæc quid de viro reſpectu*
*vxoris?Item de nuru ac pronuru & ſocero?*
*3 Frater fratrem num alere teneatur?* Et *an dominus ſeruum?*
*4 Tutor pupilli matrem,aut ſororem , num iure alere obſtrictus*
*ſit?& quatenus extendantur alimentorum præſtiones?*
*5 Qui mulieri alimenta debent,num etiam & dotem? Auum au-*
*tem & patrem filius quatenus conuenire poſsit?*

ALIMENTORVM†nomine in legatis veniunt veſti-
menta & calceamẽta, lectus, habitatio,& huiuſmodi,
ſine quibus homo viuere nõ põt:vt ff.de ali.& ci.le.l.legatis.
& idem eſt ſi legatus eſt victus:vt in ff.de verbo.ſig.l.verbo,
victus.ſecus ſi cibaria ſunt relicta:vt ff.de alim.& cib.le.l.an-
tepe.Et ſimiliter nomine alimentorum veniunt medicinæ,
ſecundum Dy.Ang.& Imol.in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.
ff.ſo.ma.ꝑ l.verbo,victus.cũ ſeq. vbi eſt caſus. ff.de verb.ſig.
& probatur in l.legatis.ff.de ali.& cib.leg.& Bald.in l.in re-
bus.ff.commo.quamuis dixerit cõtrarium in d.§. ſi maritus
per copulam,quæ ponitur inter diuerſa: vt not.gloſſ.in rub.
ff.de iur.& fac.igno.Sed hoc nõ eſt verũ:quia ibi ponitur in-
ter genus & ſpeciem:vt in ſimili notat glo.in l.j.C.de ſer.&
aqua.Appellatione tamẽ cibariorũ nõ veniunt medicinæ ſe
cundũ Ang.in d.§.ſi maritus.Similiter nomine alimoniæ ve
niunt neceſſaria vitæ ſecundũ Pan.in c.cũ ſecundũ.de prębẽ.
& patet ex c.nõ liceat.de pręb.in fi.literæ.quod nomen,ſcili
cet vitæ neceſſaria importat veſtes,cibos,medicinas,& huiuſ
modi ſicut dicimus de alimẽtis legatis in d.l.legatis.vbi etiã
tenet Bar.quòd ille,cui debẽtur alimẽta,debet habere expẽ
ſas ꝑ ſtudio neceſſario,ſine quo viuere nõ poſſet,ſecundum
competẽtiã ꝑſonæ:puta grãmaticæ,& huiuſmodi: ſed ſecus
de expenſis in ſtudiis, in quibus dicitur militare, ſine quibus
honeſtè viuere põt.Et idẽ notatur in l.de bonis.§. nõ ſolùm
2 ff.de Car.edicto¶† Primò verò quæritur,vtrũ parẽtes filiis
& econtra,teneantur pręſtare alimenta? Et dico quòd ſic:&
omnia onera inuicẽ ſuſferre. C. de alen.lib.l.j.ij.& iij.Fallit
hoc quãdo filii poſſent ſibi ſufficere in alimentis ex ſuis bo-
nis vel artificio.quod ſecundũ Bar.limita,niſi ſit nobilis,quẽ
talem arte exercere non deceat.adde etiam,niſi ſit infirmus:
vt ff.de lib.agno.l.ſi quis à liberis.Et idẽ puto in liberis erga
parentes ff.de alen.lib.l.ſi quis.Fallit etiã quia mater non te
netur,niſi pater vel aſcendẽtes ex eius linea deſierint,vel ſint
egentes:vt l.ſi quis.§.vtrũ. & l.nõ quemadmodũ. ff.de alen.
lib.Fallit etiã vt infrà Filius. Nomine etiã patris hic veniũt
omnes aſcẽdẽtes ex linea paterna,& nomine matris ex linea
materna.Nec diſtinguo an filius ſit emãcipatꝰ nécne,vel an
ſit legitimus nécne:quia de iure canonico tã pater quàm ma
ter teneť alere ſpurios:vt no. Inno.in c.ij . de regula.& Pan.
in c. cũ haberet.de eo qui dux.&c. & cõſentit Bar.Idẽ dic de
filio adoptiuo.Nota tamẽ ſecundũ Bar.in d.l.ſi quis.quòd pa
ter nõ tenetur alere filios ex iure patriæ ptãtis:ſed ex cha-
ritate & iure naturali, infrà Filius.§. xx .& xxij. ¶ Secundò,
vtrum mater omni tẽpore teneatur alere filiũ?Et dicit Bart.
vbi ſ.quòd ad eam ſpectat onus alimentorũ intra triẽnium:
vt l.nec filiũ.C.de patr.po.quod intellige,ſi poteſt:vltra triẽ
nium autẽ educatio pertinet ad patrẽ, niſi mater eſſet diues
& pater pauper:qu a tũc ipſa filium alere teneretur. ¶Ter-
tiò vtrũ vir vxorem alere teneatur,& nurum,ac pronurum?
Et dico quòd ſic.ff.de do.inter vir.& vxo.l.ſi quis pro vxore.
& econtra vxor virum,ſi vxor ſit diues,vir autem pauper.C.
vnde vir & vxor.auth.præterea.ff.ſolu. mat.l.ſi cum dotẽ.ff.
ad Sil.l.j.ff.de iure do.l.mutus.Et ſimiliter ſocer tenetur ale
re nurũ.Fallit primò,ſi in cõtrarium pactio fiat. Secundò ſi
vir aut vxor eſſet in culpa,quo minus alter exhiberet obſe-
quia debita:arg.l.Iulianus.§.offerri.ff. de act. emp.cũ ſimili
3 bus.¶† Quartò,vtrũ frater teneatur alere fratrẽ ſi egeat,&
eadem ratione ſororẽ?Et dico ſic, ſecundũ glo.in l.parentũ:
C.de alen.libe.& d.l.ſi quis à liberis.quã approbat Salic.in d.
l.parentum.dicens hoc eſſe rationabile : quia ſi tenetur ale-
re fratrẽ naturalem tantùm:vt in auth.licet. C.de natura.li.
multo magis naturalem & legitimum:arg.ff.de admi.tut.l.
tutor ſecundũ dignitatem.§.in ſoluẽdis. Et idem dicit Bart.
¶Quintò, vtrum dominus teneatur alere ſeruum? Et dico
quod ſic.ff.de admi.tu.l.cũ plures. §. pen.alioquin fiet ꝙ eſt
in l.ij.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iuris & in l.vnica.§.ſed ſci
4 mus.C.de Lati.lib.tol. ¶† Sextò, vtrũ tutor teneatur alere
matrem & ſororẽ pupilli, ſi egent? Et dico quòd ſic:vt in d.
§.in ſoluendis.Et nota quòd parari debẽt alimenta ſecundũ
conſuetudinem regionis arbitrio boni viri: & ſecundum fa-
cultatem debẽtis & dignitatem legatarii ,ſecundum Bart.in
tract.de duobus fratribus.facit l.alimenta . ff.de alimen.&





cib.leg.& l.cum hi§.in perſona.ff.de tranſact. ¶† Septimò, 5
vtrum qui debet mulieri alimenta,debeat & dotem. Et dico
quòd pater tenetur dotare filiam baſtardã,ſicut & alere.Et
caſus eſt in l.vxorem.§.pater naturalis.ff. de leg.iij.quia cau
ſa dotis fauorabilior eſt quàm alimentorum. Frater etiã te-
netur dotare ſororem, ſecundũ Barto. in l.dedit.ff.de colla.
bon.& de hoc eſt gloſ.in l.cũ plures.ff. de adminiſtratio.tut.
Sed tamẽ ex dom.Alexan.de Imo.in l.j.ff.ſolu.matrimo.no.
quòd nõ ſequitur: pater tenetur alere filiam naturalem:er-
go tantum dare in dotem quòd ad alimẽta ſufficiat:quia an
nua & mẽſtrua præſtantur alimenta.l.pecuniæ. ff.de alimẽ.
& cib.lega.dos autem vnica præſtatione tradi debet. Vnde
non parum intereſſet patris potius minutatim præſtare ali-
menta,quàm dotem vnico aceruo exponere. Adde etiam,ſe-
cundum eundem,quòd nec pater nec auus coguntur filiam
dotare,niſi prius deducto ne egeant : vnde tantum eis ſuper
eſſe debet quòd poſsint commodè viuere , & ſecundum di-
gnitatem.quod probatur primò ex l.fin.C.de dot.promiſ.ibi
in verbo,idoneam.iuncta gloſſ.Secundum hoc apparet ma-
nifeſtè,quia ex nulla obligatione pater vel auus poſſunt à fi
lio conueniri vltra quàm facere poſſunt,& deducto ne ege-
ant.l.ſunt qui.& l.inter eos.ff.de re iudi.Quando autem ma
ritus facit vxorem vſufructuariam & dominam, vide infrà,
Vſusfructus.§.xiii.particula vi.

## De Altari.

*1 Altare cuius materiæ eſſe debeat?* Et *ibidẽ quotuplex ſit:* Et *quã*
*tæ magnitudinis,aut paruitatis portatile altare eſſe poſsit?* Et
*quot modis vnumquodque inſtituatur ? & quis poſsit altare*
*inſtituere?n u.2.*
*3 Altare portatile,nũ ex duobus lapidibus inſertis duobus lignis*
*inuicem colligatis inſtar tabulæ altaris quæ occludi ac aperi*
*ri poſsit inſtar libri:vt in altero lapide hoſtia , in altero ca-*
*lix locetur,inſtitui queat?*
*4 In altaris conſecratione,num Chriſti corpus,reliquiarum lo-*
*co,quæ deſunt,apponi poſsit?* Et *an in eccleſia eadem,eodemq;*
*die plura poſsint altaria conſecrari.*
*5 In altari portatili quis celebrare ac Xpi corpus cõficere queat?*
Et *num in quo epiſcopus celebrauit , poſsit eodem die ſacerdos*
*celebrare?*
*6 Altare ſiue ſtabile ſiue portatile qualiter ac quot modis exe-*
*cretur,vt rurſus conſecratione egeat?*
*7 Eccleſia execrata,num execratum quoque ſit altare? vt noua*
*egeat rurſus conſecratione?* Et *quid ſi polluatur eccleſia ?* Et
*abs quo tum vtrumque reconcilietur?*

ALTARE†non debet eſſe ligneum vel terreũ,ſed la 1
pideũ.de cõſe. di.j. altaria.el j.S.Tho. iiii.diſt.xiii.& ii.
pte.q.lxxxiii.Et eſt duplex.vnũ ſcilicet ſtabile,& aliud
viaticum,id eſt,in via portandum,vel portatile: vt in c.quo-
niã.de priui.lib.vi.Qđ quidẽ quaſi deſcribens Pan.in c.j. de
conſe.eccle.vel alta.dicit quòd paruus lapis cõtinẽs in ſe fo-
ramen cũ cõſecratione & ſigno ſuperpoſito.Et per cõſecra-
tionẽ capit res ſacras clauſas ſigno id eſt, ſigillo.Et hoc alta
re tantæ debet eſſe latitudinis & longitudinis, ſcđm Pet.de
Pal.in iiii.ſcilicet lapis in capſula quòd in eo capi poſsit pes
calicis & hoſtia conſecrata:vel quòd in conficiendo cum ſa-
cerdos tenet in manibus nauem aut calicẽ ſupra lapidem te
neat : & ſic ſup lapidẽ cõficiat.arg.cap.cõcedimus.de cõſec.
di.j.ſed intellige quòd iſta ſint ſuper lapidẽ pro maiori pte.
Et ſic habens calicem minimum poteſt cõficere in paruiſsi-
mo lapide. ¶ Primò verò dubitatur , quomodo inſtituatur
altare?Et dico quòd Panor.vbi ſ. innuit quòd altare ſtabile
fiat tribus modis,dicens quòd cũ altare , ſcilicet ſtabile cõſe-
cratur,fit vnum foramen paruum vel in ſuperiori parte in

ipſa mẽſa lapidea altaris,vel ante altare,vel in latere dextro
altaris:& poſt conſecrationem clauditur lapide paruo qua-
drato vel rotundo , qui vocatur ſigillum: & in ipſo foramine
ponuntur reliquiæ & nomen ipſius conſecrantis , & nomen
ſancti,in cuius honorem conſecratur. ſed vt patet per Inn.in
c.j.oportet addere quartum modum : quia aliquando ipſum
foramen fit in ipſo altari ſub menſa,& eadem menſa claudi-
tur. Altare autem portatile etiam ipſum fit tribus modis,
quantum ex eccleſiæ practica colligitur : quia aliquando fit
ex ligno & lapide:ita quòd lapis eſt ſigillũ, & ſepulcrũ eſt in
ligno:aliquando verò ex lapide ſolùm,ita quòd in ipſo lapi-
de eſt ſepulcrũ:aliquando ex ligno & lapide, ita tamẽ quòd
in lapide eſt ſepulcrum & ſigillum,& lignum ponitur ꝓ au-
genda latitudine: aliquãdo autẽ fit in lapide ſolo ſine ſepul-
cro & reliquijs:ſed iſte quartus mod⁹ nõ eſt tutus:quia licet
dicat Hug.de conſe.di.j,nullus.nõ eſſe de ſubſtantia cõſecra
tionis,vt reliquiæ ponantur:& idem Aſten.tenet libr.iij.titu.
xxxix.de altari portatili,allegans c.concedimus de conſe. di.
j.iura autem,quæ loquuntur contrarium:dicat loqui de alta
ri ſtabili:& facit rubrica in miſſalibus antiquis , dicens quòd
ſi reliquiæ nõ fuerint,dimittatur illa particula orationis,ora
mus te Domine ꝑ merita illorum Sanctorum,quorum reli-
quiæ hic ſunt &c.Tamen oppoſitum videtur eſſe in cõmuni
vſu & conſuetudine eccleſiæ, & doctrina Sanctorũ hoc ma-
2 gis ſonat.¶ †Secundò,quis poſsit inſtituere altare? Et dico
quantũ ad cõſecrationẽ ſolus epiſcopus inſtituit , id eſt,cõſe
crat tam ſtabile quàm viaticum.de conſe.diſt.j.cap.nullus.el
ij.& c.cõcedimus.non autem presbyter.xxvj.q.vj.miniſtrare.
ſed quantum ad extructionem ſiue erectionem eius, portati
le quidẽ inſtituere poteſt quilibet lapicida,cùm nullo ſit iu-
re prohibitũ: ſtabile verò licitum eſt presbyteris erigere vel
inſtituere in eccleſia nõ cõſecrata:in conſecrata verò nõ,niſi
de licẽtia epiſcopi.ar. lxviij.diſt.quanuis.& de conſe. diſtin.j.
nullus presbyter.Et eodem modo in eccleſia cõſecrata ſine
conſenſu epiſcopi non ſunt altaria deſtruenda.arg.de conſe.
diſt.j.c.eccleſiæ.& c.placuit.ſecus in nõ conſecrata.arg.à cõ-
3 trario ſecundum glo.in c.quanuis. præallegato.¶ † Tertiò,
vtrũ inſtitui poſsit altare portatile ex duobus lapidibus in-
ſertis duobus lignis inuicem colligatis ad modum tabulæ al
taris,quæ claudi poteſt,& aperiri ad inſtar libri:vt in vno la-
pide hoſtia,in alio calix collocetur?Et dico hoc fieri non poſ
ſe licitè ſine peccato,vt in eo celebretur,niſi fortè de ſpecia-
li licentia Papæ : quia eſt contra vniuerſalem conſuetudinẽ
eccleſiæ:& cõtra myſterium,quo altare Chriſtum ſignificat
in quo nõ eſt niſi vna perſona:quia in iſto caſu, cùm ſint duo
altaria,ſicut & duo lapides, conſequenter in Chriſto ſignifi-
caretur duplex ꝑſona.Et præterea idem eſſet ac ſi in vna ec-
cleſia cõſecraretur corpus,in alia ſanguis:nec eſſet differẽtia
niſi maioris & minoris diſtantiæ:quod non videtur bene ſo-
4 nare. ¶ †Quartò,vtrum in conſecratione altaris poni poſ-
ſit corpus Chriſti loco reliquiarum , quæ deficiunt? Et dico
quòd Ioan.in cap. placuit. de conſecra. diſtin.j.tenuit quòd
ſic. Hug. etiam dixit non eſſe de ſubſtantia conſecrationis
quòd reliquiæ ponantur,vt dictum eſt.Hoſtien.autẽ in Sum
ma refert ſe conſuluiſſe Innocentium Papã ſuper dicto Io-
annis,vtrum ſcilicet liceat ponere corpus Chriſti &c.& illũ
reſpondiſſe de conſilio aſtantium quòd non : ſed rationem
non reddidit:quam tamen reddit Ioann. Andr . dicens ideo
poſſe eſſe quia corpus Chriſti eſt cibus animæ. de conſe.diſt.
ij.panis.nec debet conſeruari niſi cauſa infirmorum, vel alia
de cauſa neceſſaria:vt in cap.vnico.de conſer.euc.& vti debe
mus rebus ad vſum deſtinatum.in cap.iij.de appellationibus.
Et hæc opinio multum placet Panormi. licet, inquit, fera-
tur quòd Leo Papa deficientibus reliquijs dedit partem cor
poralis & Euchariſtiæ in cõſecratione cuiuſdam eccleſiæ.vi
detur mihi quòd hoc ſit ꝑuertere vſum ſacramenti.¶Quin-
tò,vtrum eodem die in eadem eccleſia poſsint altaria plura
conſecrari?Et dico quòd ſic:ſicut & conſecrari poſſunt plu-
res epiſcopi eodem die. cap. cùm ſis.de conſecratio. eccleſiæ
vel alta.¶† Sextò,quis celebrare poſsit ſuper altari portati-
li? Et dico quòd in omni miſſa celebrãda oportet eſſe altare
conſecratum,vel ſaltem parua tabula lapidea,quæ dicitur al
tare viaticum,in quo epiſcopis & eorum ſuperioribus conce
ditur celebrare in itinere, & celebrari facere vbicunque.de
priui.quoniam. lib.vj.Et idem Prædicatoribus & Minoribus
conceditur,vt vbicunque liberè,id eſt, ſine licentia diœceſa-
norum celebrare poſsint ſuper eo ſine præiudicio eccleſiæ
parochialis.extra de priuileg.in his.Ius autem parochiale,vt
habetur in quodã priuilegio Gregorij noni, q̃d incipit , nos
attendentes.circa tria conſiſtit,ſcilicet oblatiões ,decimas,&
primitias.Pro his tamen not.quòd ſecundũ Inn.vt ei adſcri-
bit Sum.Roſ.de iure communi licet celebrare ſuper altare
portatili in loco non conſecrato ſine licentia epiſcopi: ſed ſe
cundum Panor.poſt Archid. requiritur licentia epiſcopi in
eccleſijs non conſecratis. Et hoc eſt verum:alioquin dictum
priuilegium fruſtra concederetur epiſcopis.& facit c.vnicui-
que.& c.ſi quis.de conſecra.diſtin.j.vbi dicitur quòd in priua
tis oratorijs non debet celebrari ſine licentia epiſcopi.& in-
telligitur cum altari portatili:quia aliter licẽtia epiſcopi nõ
ſufficeret.dictum tamen Inno.ſecundum Rich.eſt verum in
caſu magnæ neceſsitatis,vbi licentia haberi non poſsit : quia
ſcilicet tunc locum haberet ratihabitio. ¶Septimò,vtrum in
altari in quo celebrauit epiſcopus,poſsit eadem die celebra-
re ſacerdos?Et dico quòd non,ſecundũ Ioan.de conſe. diſt.ij.
c.ſi.niſi de licentia epiſcopi,aut in neceſsitate cum epiſcopus
ꝑficere non poteſt.vj.q.j.nihil. hæc gloſſa. ¶ †Octauò,qua-
liter execratur altare,vt ſit reconſecrandũ? Et dico quòd ſta
bile violatur vel execratur quantũ colligitur ex doctoribus
in rub.& in c.j.de conſe.eccle.vel alt. quatuor modis.Primò,
ſi menſa penitus vel enormiter frangatur,ſicvt appareat de-
formitas,quod ſecũdũ Hoſt.arbitrio epiſcopi determinabit:
quanuis Io.exponat,id eſt,vltra medietatem: vel etiã ſecun-
dum Rodo.ſi fracta fuerit in cornibus in quib⁹ cõſueuit fie-
ri cõſecratio:ſec⁹ ſi fractura eſſet modica.extra eod.ligneis.
& idem eſt ſecũdum Hoſt.ſi ſit mota. quod Rodo.intelligit
quando erat affixa.& de hoc j.§.vij.Secũdò,ſi mota fuit iun-
ctura qua menſa ſtipiti adhæret.& hoc ſiue ſepulcrũ ſit in la
tere altaris,ſiue etiã multo magis ſit ſub ipſa menſa . Nã in
illa coniũctione præcipuè intelligitur eſſe cõſecratio altaris
ſcd̃m Pan.in c.propoſuiſti.de cõſe.ec. vel alt. Tertiò, ſi quid
de lapidibus ſtipitis tãgens ipſam mẽſam moueatur: vt in c.
ad hoc.& in c.q̃d in dubijs.eo.ti.ſecundũ Ray.quod tamẽ gl.
& Rod.& Arch.intelligunt qñ menſa fundata eſt ſuper qua-
tuor colũnas,quarũ vna mouetur: ſecus de lapidib⁹ parietis,
vel de ipſo pariete,cui cõpaginatũ eſt altare in quibuſdã ec-
cleſijs:quia propter motionẽ taliũ lapidũ vel parietis,altare
manẽs immotũ nõ execrat᷑,aut recõſecrat᷑. & idẽ de lapidi-
bus ſtipitis nõ tãgẽtibus mẽſam,ſcd̃m Sum. Piſ.& idẽ de tã-
gẽtib⁹ mẽſam,ſed nõ principalib⁹:vt in Sũ. cõſ.li.iij.ti.xxiiij.
q.cl.& hoc niſi tot moueãtur ꝙ altare formã amittat.ſecun-
dũ gl.Ray.vt ibi.Quartò ſi moueatur vel frãgat᷑ vel minuat᷑
ſignũ ſepulcri.diſ.cõſ.d.j.ſi motum.extra eo.q̃d in dubijs.Et
hoc vbicũque ſit ſigillũ,etiã in latere.ſcd̃m Arch. Quintò,ſi
tantũ augeat᷑ vel minuatur altare ꝙ formã amittat:quia for
ma eſt eẽ rei. ar.x.q.ij.hoc ius.& hoc tenet gl.in c.j. de cõſe.
eccle.vel alta.Quatuor primi modi ſunt etiã de mente Pan.
in ca.



in cap.ad hæc.& in c.quod in dubijs.eo.tit.de quinto verò in
directè loquitur in c.ligneis.eo.tit.vbi dicit quòd vbicũq; cõ
tingat enormis fractura in altari,execratur,quia videtur per
dere formam:non autem ſi fractura nõ ſit enormis.hæc ille.
qui videtur idem ſentire de enormi vel notabili addito: quia
ratio eſt eadem.Portatile autẽ execratur multis modis. Pri-
mò per remotionem lapidis à ligno , quando ſepulcrũ eſt in
ligno,ſecundũ mentẽ Io.An.in c.ligneis.eo.ti.Secũdò,quãdo
mouetur ſigillũ ſepulcri exiſtentis in lapide,ſiue lapis ſit in
ligno,ſiue non,ſecundũ Inn.& Panor.& oẽs. Tertiò,ſi lapis
ipſe notabiliter frangatur:vt in d.c.ligneis.& hoc ſolo modo
violari poteſt,quãdo nõ habet reliquias.Non autem execra-
tur ꝓpter hoc quòd in eo celebrauerint degradati,& huiuſ-
modi,vt indigeat recõſecratiõe,extra de ſac.nõ iter.à nobis.
Et idẽ videtur de recõciliatiõe,quòd ſcilicet ea nõ indiget,cũ
nullo ſit iure cautũ.ar.c.is qui.de ſen.excom.lib.vj. ¶Nonò,
vtrũ execret᷑ altare portatile,ſi lapis ſit in ligno,& ſepulcrũ
in lapide,& amouetur lapis à ligno ſtante ſigillo ſepulcri?Et
dicit Abbas & Io.An.in d.c.ligneis.ꝙ nõ:quia cõſecratio eſt
in lapide ipſo.Pan.autem ibi dubitat:quia cũ,inquit,altare re
cipiat formam ab ipſo ligno & lapide:puta quia lapis eſt ita
paruus,quòd nõ ſufficit ad formam altaris viatici,ſublato li-
gno verum eſt dicere quòd altare patitur enormem læſionẽ.
hæc ille.cuius opinionẽ approbat Sum.Ang.quãdo lapis eſt
ita paruus quòd cõtinere nõ poteſt calicẽ cum hoſtia,eo mo
do quo debent ſuper ipſum poni ad celebrandum.Aliàs vera
eſt,inquit,opinio Abba.& Ioã. an.Ego dico ꝙ prima opinio
eſt vera indiſtinctè & indubitatè:quia ex quo altare nõ põt
conſtare ex ligno.de cõſe.diſtin.j.altaria.conſecratio vel eſ-
ſentia altaris nec põt eſſe in ligno nec in connexione ad li-
gnum:ſicut cõſtat in connexione menſæ ad ſtipitem lapideũ
in altari ſtabili:quia ille ſtipes eſt pars integralis altaris,cùm
ſit lapideus:& ideo remoto lapide à ligno nulla fit diminu-
tio in ſubſtãtia altaris:vnde aut prius nõ erat cõſecratũ, aut
eſt etiã pòſt.Et per hæc patet ad motiuum Panor.quia aſſu-
mit tria dicta falſa.primũ,quòd altare recipiat formã à li-
gno & lapide.Secundum,quòd lapis exiſtens in ligno, ſuper
quo celebratur,ſit ita paruus quòd non ſufficiat ad formam
altaris viatici:quia quilibet lapis talis quãtumcũque paruus
poteſt dictã formã habere & cõſecrari:alioquin nõ execra-
retur per remotionem à ligno:quia execrari non poteſt non
cõſecratũ:in eo tamẽ nõ licet celebrare,quãdo lapis eſt par
uus,niſi habẽti calicẽ & hoſtiã in tam parua quãtitate, quòd
ſuper eo collocari poſsint.Tertiũ,quòd ſublato ligno lædi-
tur altare:quia ſi hoc eſſet verũ,lignũ eſſet pars altaris. Ad
motiuum Angelicæ iam patet.Si enim aliquãdo reperiatur
quòd lignum poſsit eſſe altare vel pars eius:verũ eſt ad hũc
ſenſum quòd aliquãdo lapis eſt paruus adeo quòd totum ca
licem & totam hoſtiam locare nõ poteſt,ſed partem horum
maiorẽ,& ornamẽto ligni ſuppletur.Et ſic intellige Alb.in
ſuo dictionario,in verbo,altare.& gloſ.in capitul.altaria.de
cõſecra.diſtin.j.¶Decimò,vtrũ execretur altare ſtabile mo
ta tabula de loco ad locũ?Et dico quòd gloſſa in l.j.de con-
ſe.eccle.vel alta.primò dicit quòd nõ:deinde videtur dicere
cõtrariũ,ꝙ ſic.dominus autẽ Anto.videtur ſentire quòd ſe-
cũdũ dictũ ſit verũ,quãdo mẽſa claudit totã conſecrationẽ,
id eſt, quãdo ſepulcrũ eſt ſub ipa mẽſa:quia mota mẽſa vio
latur cõſecratio.Primũ autẽ eſt verum,quãdo cõſecratio,id
eſt, ſepulcrũ eſt ſuper ipſa mẽſa.Inn.verò eo.tit.in rubrica ,
cõtrariũ ſentit:vbi vult ꝙ violetur altare mota mẽſa,etiã ſi
cõſecratio ſit in latere.Et hoc ꝓbat Panor.quantũ ad altare
ſtabile:licet dicat dictũ domini Ant.eſſe verũ quo ad portati
le.& placet,excepto quòd ſi mẽſa altaris ſtabilis in ſe habet
conſecrationem,& nunquàm fuit affixa altari,ſed ſolùm ſu-
prà poſita:ea mota cum ſibi adhærẽtibus nõ execratur alta-
re,ſecũdum Rodo.Et ratio eſt,quia ipſa mẽſa tunc eſt alta-
re portatile.& idem Archid. ¶Vndecimò,†vtrum execrata
eccleſia execretur altare,vt indigeat recõciliatione?Et dicit
Panor.in ca.ꝓpoſuiſti.de cõſecra.eccle.vel al.quòd nõ.ſecus
ſi polluatur:quia tũc etiã polluitur altare,& indiget recõci-
liatione.& hoc intellige de altari ſtabili:nõ autem de porta-
tili.Rationẽ autem diuerſitatis ipſe aſsignat:quia,inquit,eſt
quia cõſecratio eccleſiæ cõſiſtit in parietibus,& ſeparata eſt
à conſecratione altarium:vnde illa violari poteſt combuſtis
vel collapſis parietibus,cõſecratione altaris remanẽte inta-
cta.& ita ecõtra deſtructo altari & parietibus illæſis:ſed pol
lutio cõcernit totũ corpus eccleſiæ:quia ex homicidio com-
miſſo in eccleſia totũ corpus eius,cùm ſit vnum indiuiduum
polluitur.Vnde etiã in altaribus ante reconciliationem ec-
cleſiæ celebrari non poteſt,cùm ſint in corpore eccleſiæ.Ex
quibus elice primò ꝙ quot modis eccleſia polluitur,tot pol-
luitur & altare:quia ea polluta,polluitur.Secundò,quòd nec
altare exiſtẽs in eccleſia ſine eccleſia,nec eccleſia ſine tali al
tari polluitur:quia polluto altari,polluitur eccleſia:cùm ta-
lis pollutio in eccleſia fiat.ſicut econuerſo,polluta eccleſia
polluitur altare,vt dictum eſt,ſecus de eo quod eſt extra ec-
cleſiam:niſi eſſet vnum cum pariete eius.Ab eodem autem
& eodem modo reconciliatur ſicut & eccleſia: de qua infrà,
Conſecratio.ij.§.vij.&.viij.

## De Alternatiua.

1 *Alternatiua pœnali in complexu orationis locata,ſiue ad iudicẽ,
ſiue ad reum,ſiue ad neutrum directa, electio cuinã tum libera
ſit?Et quid in legatis ſolutè,ac alternatiuè factis.*
2 *Obſtrictus alternatiuè ad alterum duorum præſtandum,num
liberè vtrum velit,præſtare ac dare poſſit?*

ALTERNATIVA † ſecundum Iuriſtas,ſecũ- 1
dum Dialecticos dicitur diſiũctiua:& quãdo eſt pœna
lis,ſecundũ Bart.in l.quicũque.C.de ſer.fugiti.ſi verba
dirigũtur iudici,tũc optio eſt iudicis:puta cùm dicit, puniat᷑
vel cõdemnetur.Si verò dirigũtur reo,puta,ſoluat mille:tũc
optio datur reo.Si verò nec iudici nec reo diriguntur : puta
dicit ſtatutum,ſit pœna pedis aut manus:tunc in pœnis cor-
poralibus electio eſt iudicis.l.j.§.expilatores.ff. de effra. in
pecuniarijs erit rei.argum.legis plerunque.de pœn.vide infrà
Pœna.§.iij.¶Primò verò dubitatur,cuius ſit optio in lega-
tis alternatiuè factis?Et dico quòd ſecundum Dynum de re-
gulis iuris.lib.vj.& docto.in l.Lucio. ff.de lega.ij. ſimilis ſit
diſtinctio.Vnde ſi verba ad legatarium referantur:vt, lego
tibi Titio fundũ vel vſumfructum:eius erit optio,& ven-
dicabit Titius quod voluerit.Si verò ad hæredem, erit hæ-
redis.Si verò ſimpliciter ſit legatum , non magis referendo
verba ad hæredem,quàm ad legatarium, vel ecõtra, electio
eſt legatarij. ¶Secundò , † vtrum quando quis tenetur ad 2
alterum duorum ſub alternatione, poſsit dare quodcunque
voluerit?Et dicit gloſſa in capit. inter cæteras.de reſcriptis.
quòd ſic.Inſtitution.de hæredibus inſtituend.§.penult.C.de
condict.inde.l.penult.& d.l.plerunque.ff.de leg.ij.l.ſi ita.ex-
tra de præbend.referente.Contrarium habetur Inſti.de leg.
§.ſi generaliter.Soluit autem glo.prædicta quòd prima iu-
ra vera ſunt, niſi eligens fuerit in mora.ff.de opt.le.l.manci-
piorum.ff.de leg. l.ſtatuliberum.§.j.ff.de ſoluti.l. Stichum.
primo reſponſo.ff.de petitio.hæredita.Litem.§.idem rectè
ait.Vnde talis ſi loco & tempore debito offerat alterum,
cui tenebatur, & noluit recipere,debitor liberatur . Vnde
ſi pereat,aut alio modo alienaret, non propter hoc tenetur

ad alterum:ex quo ſolus creditor eſt in culpa,p er iura primo loco allegata.Si verò nullus ſit in culpa,debēs duo alternatiuè,puta Stichum aut Pamphilū: ſi periit,periculū primi ad venditorem,periculum ſecundi ad emptorem pertinet.l.datio.§.ſi emptor.ff.de ac.empti & vendi.

¶AMBASIATOR.ſupra Abſens.infrà Legatus.

¶AMBIGVITAS.infrà Dubium.

¶AMBITIO.infrà Superbia.

¶ANGARIA & perangaria.infrà Gabella.

## De Apellatione.

1 *Appellatio,quæ eſt à minore ad maiorem ſuperiorèmue prouocatio,bipartita eſt. Aut enim iudiciaria eſt aut extraiudicialis. Et ibidem quotuplicem pariat effectum?*

2 *Appellatio quo iure & quorſum inducta ſit? Et nū Princeps ſolennē formam appellationis ſummouere, ac tollere queat? Et quid de ſubſtantiam reſpectantibus.*

3 *A ſententia Principis,num appellari queat? & an ſupplicem libellum admittere Princeps teneatur?*

4 *Appellatio extraiudicialis,nū ſic interpoſita aut facta pòſt annullet,vt & iudicialis? Et ex qua cauſa extraiudicialis appellatiò interponi debeat? Et quid de ſententia excommunicationis appellatione interpoſita?*

5 *Appellare quandiu,ac intra quantum tempus liceat? Et num iudex tempus appellationi proponendæ.aut proſequēdæ deſtinatum,contrahere poſſit.*

6 *Appellatio qualiter fieri,ac proponi debeat? Et à qua ſententia quis appellare de iure ciuili poſſit?*

7 *Appellatio Canonum iure facilius admittitur.Nam & ab interlocutoria nō modò appellatur,ſed à quauis hominis ſententia,vel grauamine inflicto, quiquis appellare poteſt.Et ibidē varij ſubnectuntur caſus ac modi,quibus id liceat.*

8 *Appellatio quando,& qualiter inefficax atque inualida ſit? Et quandiu de nullitate aduerſus ſententiam obijci queat?*

9 *Appellare quiſnam poſſit,vel id minimè? Item abs quo vbi,& ad quem appellandum? Et ſub hæc Raph.Fulg. cautella pro epiſcopo,vt cauſa non poſſit ipſius iuriſdictionem exire.*

10 *Iudex appellationis,ſi deſit ad quem appellandū? Et iudicem huiuſmodi deeſſe,quot modis contingat.*

11 *Ab Rectore collegij ad quem appellandum ſit?*

12 *Appellās ſimpliciter,iudice ad quē non declarato,ad quem appellaſſe intelligēdus ſit? Et quid ſi nō dixerit,appello:ſed dixerit,ſubijcio me Apoſtolicæ ſedis protectiōi,vel alterius iud.appell.*

13 *Iudicis à cuius ſentētia appellatū fuerit,quænā ptes ſint? & qualiter gerere ſe debeat,ſiue in dādis reuerētialibus apoſtoli,ſiue refutatorijs? Et quid ſi iudicis abſētia ob ipſius metū,appellatū ſit.*

14 *Iudicis appellationis in inhibitionibus decernendis iudici ad quem ne procedat,quodnam ſit munus ac partes?*

15 *Statutum,aut municipij cōſtitutio,qua cauetur,ne ad alium.quàm loci iudicē,appelletur:num efficax ſit? Et nū ſaltem municipes legem condendo appellationi renuntiare poſſint?*

16 *Quid ſi quis à iudice inſtātiæ primæ,iniuriā ſibi illatū iri veritus ac timēs,nō appellet ſed eidē ex Principis nomine pcipiat?ne iniuriā inferat,moxq;ad Principē iter arripiat? nū hmōi cōminata præceptio itinerisq; arreptio vim appellationis, & cuiuſnam habeat? Et an iudex contra faciens puniendus ſit?*

17 *Terminus appellatiōi proſequēdæ definitus,nū prorogari poſſit?*

18 *Leſus iudicij iniquitate.nū aduerſus iudicē ipſum ad id quod intereſt.prætextu iniquæ ſententiæ,agere poſſit?*

1 APPELLATIO.† eſt à maiore ad minorēvel ſupiorē pṝuocatio.ij.q.vj.ca.omnis oppreſſus.& cap.ſi quis.& cap.placuit.Et eſt duplex.ſcilicet iudicialis, quæ vt ibi refert gloſſa ſummaria,eſt pṝuocatio inique ſentētię querelā cōtinens.ff.de mino.l.præfecti ſiue,vt diffinit Panor. in rubr.de appella.eſt à minore iudice ad maiorē prouocatio. Et extraiudicialis,quæ eſt à præſenti aut veriſimiliter futuro grauamine ad ſuperiorē prouocatio.Appellatur eīm & extra iudicium,vt in electione:vt extra de appel. cōſtitutus.Prima ſi eſt legitima,ſuſpēdit pronuntiatum,ac etiam iudicis iuriſdictionem quo ad illam cauſam,& ipſius ad ſuperiorē transfert cognitionē.ſecūda verò, ſi eſt probabilis,ipſam cauſam ad ſuperiorem transfert:vt ea pendēte nihil in ipſius præiudicium attentetur. Vnde appellatio operatur duplicem effectum,ſcilicet deuolutiuum & ſuſpenſiuū.qui ſuſpenſiuus eſt triplex,id eſt,in iudiciali:quia ſuſpendit pronuntiatum & iuriſdictionem iudicis quātum ad illā cauſam.extra eo. ſuper.& præſumptionē,quę erat pro ſentētia:ſed tamē nō ſemper omnes iſtos effectus operatur.Et exemplū eſt in appellatiōe ſentētiæ cenſuræ eccleſiaſticæ:quia propter ſequentē appellationē talis ſententia nō ſuſpenditur:ſed appellatio tūc operatur effectum deuolutiuū deuoluendo cauſam ad ſuperiorē.& de hoc infra Excōmunicatio.vlt. §.j.Et idē eſt quando appellatur à ſentētia nulla: quia talis appellatio nō ſuſpēdit pronuntiatū:cum iuribus nō ſubſiſtat:ſed operatur effectum deuolutiuum dūtaxat:& hoc reſpectu appellari poteſt à ſententia nulla:vt in c. dilecto.extra eo. Concordat Panor.vbi ſuprà.Et quia appellantes debēt apoſtolos petere intra xxx.dies.vt extra eod.cordi.& cap.ab eo.lib.vj.Hoc declaro & dico ſecundum glo.in d.cap.cordi.hoc non intelligi de Petro & Paulo,ſed de literis dimiſſoriis.ff. de li.dimiſ.l.vna.quæ literæ dicūtur apoſtoli.ab apo qđ eſt de,& ſtolō miſsio , quaſi 2
dimiſsio quā facit vnus iudex ad aliū.hæc ibi. ¶Primò† verò quæritur,quo iure adinuenta ſit appellatio? Et dicendū videtur quòd ſubſtantia appellationis eſt de iure naturali:cum ſit defenſio quædam ſeu præſidiū innocētiæ:vt in c.ſpeciali.eo.titu.quod etiam excōmunicato cōceditur,de excep.cū inter.formalitas autē eius eſt de iure poſitiuo:vt probatur in l.vna.C.de ſen.prefe.prætorio.Nam olim reddebatur ius manu regia:nec erāt inuentæ actiones & ſolēnitates iudiciorū & appellationū:vt in l.ij.col.iij.ff.de origine iuris.Et principaliter inducta eſt ad iniquitatē vel imperitiam iudicis corrigendā, vel ad ſupplendū quod incautè in priori iudicio fuerat omiſſum.Ex quibus inferri poteſt prima frōte,quòd licet princeps tollere poſſit appellationis formalitatē:non tamen ſubſtantiam,vt ſcilicet iuſtitia nō reddatur aduerſus iudicis iniquitatem vel imperitiā:cū tollere non poſſit ea quæ ſunt iuris naturalis,vel gentium:vt i cle.paſtoralis.de re iudi.Eſt autē de ſubſtātialibus eius inter cætera,quòd appelletur ad maiorē. de accidētalibus verò quod appelletur gradatim.vnde valet conſuetudo quòd appelletur omiſſo medio:vt in c.referēte.iuncta gl.de præben.& in c.Romana.e.ti.lib.vj.Imò valet appellatio omiſſo medio etiam ceſſante conſuetudine , ſi non fuit obiectū:vt no.gl.in c.dilecti.eo.tit.Sed† tamē finaliter te 3
neo ꝙ à ſentētia principis appellari nō poſſit:nec tenetur admittere ſupplicationem,ſi non vult:quia licet non poſſit directè tollere defenſionē:pro eo tamē præſumitur cū proceſſit cauſa cognita,ideo nō eſt dicendū quod defenſionē tollat.& ad hoc faciunt multa.hæc omnia Panor.vbi ſuprà. ¶Secūdò, †vtrū appellatio extraiudicialis ſic annullet pòſt facta ſicut 4
iudicialis? Et dico ſecundū Inn.in cap.ex parte:el.j. de verb.ſig.quod ſic.& facit cap.ad audientiam.de appella. in hoc tamen ſecundum eūdem,eſt differentia in capit. j.de his quæ fiunt à ma.par.capit.quia iudex,qui procedit in forma iudicii,debet audire legitimas exceptiones:& niſi audiat,iuſtè appellatur ab eo, Sed ſecus eſt in eo . qui non vt iudex , ſed vt priuata



priuata perſona perficit factum ſuum:quia iſte in forma iudicij non procedit,nec procedere poteſt : & ideo non dimittet quin perficiat,factum,ſuper quo appellatur:nec reuocabitur veritas cauſæ:nec imputabitur ei,ſi non audit contradictionem vel appellationem aduerſarij,niſi probet veritatem cauſæ appellationis:vt de elec.c.cum dilectus. & melius c.cum inter canonicos.iuncto quod notatur in c.interpoſita.in glo. in verſi.ſed etiam.de appel.Et ſic collige. Primò,quòd appellatio extra iudicialis debet fieri ex cauſa probata iure ciuili, vel canonico,vel conſuetudinario:Secundò,quòd tenent geſta etiā poſt appellationē ipſam,niſi approbata veritate cauſæ.Tertiò,quòd eo ipſo approbatur veritas cauſæ,quo nō pṝbatur contrariū. Quartò, quòd ſententia excōmunicationis nō tenet poſt appellationem ex cauſis legitimis interpoſitā, etiam ſi non probať veritas:quod quartū eſt ſpeciale in excōmunicatione, & cōtra ſupradicta.Et ratio eſt:quia nunquā debet quis excōmunicari,niſi cauſa probetur.ij.q.j.de quouide Inn.in cap.dilectis filijs.de appel. qui in hoc concordat.
5 ¶Tertiò, † quādo appellandū eſt? Et dico ꝙ intra decē dies: aliàs appellatio reijcitur.C.de appell.l.vl.qui dies hodie currunt à die ſententiæ:vt ibi notatur. & in gl.ij.q.vj.anteriorū. quia quantum ad ſui initium hoc tempus eſt vtile.currit etiā hoc tempus à tempore quo poteſt agere,vt ibi patet:ſed quātum ad progreſſum eſt continuum,vt ibi patet. Vnde ſpontanea appellationis omiſsio purgat ſententię turpitudinem: vt notatur extra de offi.deleg. cap.paſtoralis. ita quod lapſu decē dierū ſentētia,etiā ſi iniuſta ſit,executiōi mādatur:quia lapſus termini renuntiationem inducit.ff.de acquirē. hæred. l.quandiu. in fi. Et hoc niſi iuſta cauſa ætatis vel alia reſtitutionem ad appellādum indulgeat.ff.de minori.per totū.Nec poteſt iudex hoc tempus decem dierum ad appellandum ſtatutum,aut tempus anni vel biennij ad ipſam proſequendum, & tempus reſtitutionis in integrū cōceſſum minuere: vt not. extra de appel.cum ſit. & idem eſt,ſecundū Dy.in omni dilatione,quæ datur ſine miniſterio iudicātis:vt not.extra de regu.iur.lib.vj.quia indultum à iure beneficium nemini eſt auferendem.Hinc eſt quòd ſi iudex mādat alicui vt aliquid ſoluat aut faciat.in tra x.dies ei licebit appellare.vnde licet ſententia ſit data ſub cōditione vel etiam ad terminū maiorem quàm decē dierū,tamen intra x.dies debet appellari, licet cōditio in ſententia adiecta nondū exiſtat,& terminus nondum aduenerit.ff.quando apel.ſit.l.j.nec poſt decem dies licebit appellare:vt not.Inn.de appel.in c.præterea. Sed ſi datur ita breuis terminus,in quo deliberare non poteſt ad plenū,& ſic incipere poteſt in promptu periculum vt puta trium dierum vel alius minor x.diebus,qui terminus modicus appellatur:licebit à breuitate termini appellare. extra de dila. c.j. & hoc niſi ex cauſa minor daretur,quæ tamen cauſa eſt in dilatiōe
6 exprimenda: vt not.in d.c.j. ¶† Quartò, qualiter appellatio eſt facienda? Et dico quòd ſufficit facere viua voce ſine ſcriptis,ſi fit incontinenti eadem die iudice in eadem figura iudicij exiſtēte : & hoc iure ciuili.ff.eo.l.j.C.eo.l.litigatoribus. Si aūt nō fit incōtinenti:debet porrigere libellū appellatoriū intra decem dies.C.eo.auth.hodie autē.qui libellus debet cōtinere nomen appellantis,& eius aduerſarij , & iudicis à quo & ad quem appellatur:vt no.in l.j.§.fin.ff.eo . Exemplū,Ego Titius dico ſententiam nullam,quam tuliſti domine iudex cōtra me condemnando me Sempronio in decē libris perſoluendis:& ſi aliqua eſt,ego ſentiens me grauatum ad talē iudicem appello in ſcriptis petens apoſtolos &c.Iure autē Canonico ante ſententiam appellando non valet etiam eadem die niſi fiat in ſcriptis.Vnde quādo dicitur licitum appellare viua voce,intelligitur à diffinitiua, in qua non oportet inſeri cauſam:ſi tamen appellans viua voce ab interlocutoria exprimat cauſam legitimam,nō videtur ratio quare non valet. vbi not.Panor.in c.ſacro.de ſenten.excommunica. ꝙ appellans ab interlocutoria,tenetur exprimere cauſam ſeu grauamen.& ſimiliter appellans ab excommunicatione : vt ſentit Inno.in c.per tuas.de ſenten.excom.& Ioan.And.in c.venerabilibus.eo.ti.lib.vj. ¶Quintò,à qua ſententia poſſit quis appellare,aut non poſſit? Et dico primò quòd à pœna,vel ſententia legis appellari non poteſt.l.ſi qua pœna.ff.de ver.ſig.& in c.quia nos.de appel.& ibi glo.Et ſecundò non poteſt appellari à ſententia interlocutoria,vel aliquo grauamine ante ſentētiā de iure ciuili regulariter:vt in l.iij.C. quo.appel. non re.& in l.ij.C.de epiſcop.aud.Et ratio eſt quiā grauamē quod per illam infertur,reparari poteſt per appellationem à diffinitiua.Fallit tamen quando iudex in criminali vel ciuili negotio quæſtionem per tormenta interlocutus eſt,cōtra l.ante ſententiam.ff.de appell.reci.quia tunc poteſt appellari.& facit glo.in l.ante ſententiæ tempus. C.quorum appel.nō re.Et ſimiliter licet quando grauamen illatum reparari non poteſt per appellationem à diffinitiua . Imò quidem tenent quòd ſemp ab ea licet appellare:vt in l.ait prætor.§.quid tibi.ff.de mino.ſed primum verius.Et tertiò non appellatur in iudicio momentaneæ poſſeſsionis, quāuis hoc liceat de iure Canonico:vt in c.ſignificauit.de teſtamen.Et quartò non appellatur à mero executore,extra de appella.c.nouit.niſi modum excedat,vel arctius exequatur,vt notatur ibi.Et quintò non appellatur à terminatione vel nominatione muneris, quod eſt vtilitate tantùm priuatum,vt tutela & cura.ff.quādo appel.ſit.l.j.§.ſi quis.ſed à reprobatione excuſationis poteſt appellari,& ibi:in alijs autem muneribus publicis authoritate & vtilitate , ſecus eſt . Et ſextò nō appellatur ab arbitro:quia nulla eſt eius ſententia.C.de arbi.l.ij. licet hoc fieri poſſit iure Canonico.ſcđm Sum.Ange.quæ allegat c.à iudicibus.ij.q.vj.ſed,vt ibi patet in text.quicquid ſit de gl.licet appellare à iudice ordinario.tantū, & ordinario ſimul ac arbitrario,nō autē ab arbitrario tantū.Et horum omnium rationem pulchrè reddit Sanct.Tho.ij.ij.quæſt.lxix.art.iij.ad ſecūdum.Sunt autē innumerabiles aliæ ſententiæ & cauſæ & crimina,à quibus de iure ciuili non licet appellare.de quo vide ſi vis Archidi.iij.parte,titu.ix.c.xiiij. ¶† Poteſt verò appellari 7
primò ab interlocutoria de iure Canonico,ſi appellatio contineat cauſam probabilem,& non aliter:vt extra eo:c.vt debitus.Et ſecundò à declaratione vel denuntiatiòne excōmunicationis,ſeu alterius cenſuræ,ſecundum Panormit. in cap. peruenit.de appella.quia hæc non eſt ſentētia iuris,à qua nō licet appellare:ſed iudicis declarantis, quæ eſt ſententia hominis.& facit glo.in c.cupientes.de elect.lib.vj.& hoc verum, niſi ſit notorius exceſſus : quia notorius criminoſus nō auditur appellans.Facit quod no.Innocē.in c.ex parte: el primo. de verbor.ſignifica.qui dicit quòd in notorijs non requiritur propriè ſententia:ſed fit quædam iuris executio . & text.in c. quoniam.de fil.presbyte.ſed intellige in notorio , quòd non poteſt aliqua tergiuerſatione celari. Et tertiò appellari poteſt eadē ratione à declaratione pœnæ legis. & gloſſa eſt ſingularis in d.cap.cupientes.§. quòd ſi p viginti dies . de elect. lib.vj. Et quartò,generaliter appellari poteſt à qualibet ſententia hominis vel grauamine: loquendo de iure Canonico: quod tamen fallit in delegato,quando Papa prohibet appellationem:vt ſi dicat,appellatiōe remota.extra de offi.deleg. cap.ſuper quæſtionum.quo tamen caſu ſola friuola appellatio interdicitur:vt de appellatio.cap. quod ſuper eo.in gloſſ. vnde nihilominus à grauamine appellabit:quia tunc non cōtra reſcriptum,ſed contra iudicis malitiam appellat :vt not.

ij.quæſt.vj.dubium.Non appellatur etiam à correctione. de
appel.cap.reprehenſibilis. Et hoc niſi modũ excedat. Nec à
citatione,extra eo. cùm parati.& hoc niſi appelletur à breui
tate termini:aut niſi citatio fiat contra formam canonis. de
8 reſcript.c.ij.lib.vj.¶†Sextò,quando vel qualiter non valeat
appellatio?Et dico quòd non valet,ſi appelletur tertiò ſuper
eodẽ artic.de appel.directæ. Et San. Tho.ij.ij.quæſt.lxix.ar.
iij.ad tertium.Sed hoc ſecundum Ioan.And.vt refert Panor.
in d.c. directæ. intelligitur in eadem perſona. Archi.autem
dicit quòd ſecundum canones toties licet appellare, quoties
iudex ſuperior inuenitur:ſecundum leges autem bis tantum
in caſu autẽ ſemel tantùm appellatur:vt in authen.de ſacro
ſanct.eccle.§.ſi quis.Non valet etiã ſi non fiat in ſcriptis, vt
dictum eſt.Nec ſi iudex reuocat grauamen à quo appellatur
extra eod.cum ceſſante.dicit tamen Inno.quòd iudex reuo-
care non poteſt ſententiam interlocutoriam poſt decẽ dies
ſine licentia illius , pro quo data eſt:poteſt autẽ ante decem
dies,niſi appellans aliquas feciſſet expenſas:quia tunc nõ po
teſt,niſi prius refectis expenſis,quibus non reſtitutis, non vi-
detur grauamen plenè reuocatũ. Nec ſi appellans pœniteat
nec proſequens intra tempus ſtatutũ ab homine vel à iure .de
ſenten.excom licet.lib.vj.Nec ſecundum aliquos:ſi non ſunt
petiti apoſtoli.extra eo.cordi.lib.vj. ſed hæc petitio apoſto-
lorum non eſt de ſubſtãtia appellatiõis:quia peti poſſunt in-
tra xxx.dies à die latæ ſententiæ. extra eo.ab eo.lib. vj.ſed ſi
intra illos non petantur.deſerta videtur appellatio.C.de ap-
pel.l.nonnulli.Nec ſi deficit in forma,vt quia non continet à
quo,aduerſus quem,& à qua ſententia:vt in l.j.§.ſi.ff.eo.Nec
ſi non interponitur coram illo à quo appellatur.ff.de appe.l.
cum quidã.niſi quãdo eius copia haberi non poteſt: quia in-
terim etiam tempora appellationis non currunt:& niſi eius
violentia iuſtè timeatur:vt in d.l.cum quidam.Quia tũc pro
appellante reputatur,dũmodo publicè proteſtetur:vt in d.l.
cum quidam.& C.de his qui propter metum iudicis non ap-
pellant.l.ij.Sed de hoc vide quod plenè notatur extra de app.
c.appellatio.Non valet etiam ſi interpellatur ad iudicem in-
feriorem vel æqualem iuriſdictionem habentem:quia debet
ad maius tribunal appellari.di.xxj.inferior.etiam licet ſit ma
ioris,ad quem appellatur,nõ tamen eſt iudex cõpetens inter
ipſos litigantes:ſicut appellatur ad Metropolitanum prouin
ciæ,cui non ſubſunt litigantes,nec iudex à quo prouocatur.
xj.q.ij.c.j.& de offi.ord.c.paſtoralis.Nec etiã ſi nõ fiat ex or-
dine gradatim.extra eo.dilecti. omiſsis tamẽ medijs appella
tur ad principem.Nec,ſecundum aliquos,quando ſententia,
à qua appellatur,eſt nulla:quia ex hoc non videtur iudicium
deuolutum ad iudicem appellationis, ſed primus iudex pro-
nuntiat,ſi cognoſcit.C.quomodo & quãdo iudex.l.ſi præſes.
ſed verius eſt quòd valeat appellatio,& quòd iudex appella-
tionis poteſt de nullitate cognoſcere:quia & ſi non principa
liter,tamen incidenter quæritur de nullitate:quod tamen ve
rum eſt ſi in appellatione de nullitate fit mentio.extra de ap
pel.c.cordi.lib.vj.De qua quidem nullitate & poſt dies decẽ.
& quandocũque poteſt obijci & cognoſci.habes extra de of-
fic.iudi.deleg.in c.paſtoralis. §.quia verò.Et ſecundũ Oddo-
nem,tanto tempore poteſt obijci de nullitate, quanto tẽpo-
re durat actio,cuius nomine iudicatum eſt. Poteſt etiã obij-
ci contra perſonam iudicis,ad quem appellatur,quòd eſt ex-
cõmunicatus,interdictus,vel ſuſpenſus,vel infamis,vel quòd
eius iuriſdictio eſt finita:& alia,quæ obijci poſſent contra iu
dicem cauſæ principalis,de quibus dicit Specu.in titu.de iudi
cijs. Non valet etiam ſi appelletur ab electione, vt non fiat.
extra de elect.cõſiderauimus.ſed vt nõ fiat niſi canonicè,be
ne valet,vt ibi.Sunt & alij caſus, quos not.Spec.in titu de ap-
pellationibus.§.item.¶† Septimò,quis poteſt vel nõ poteſt
appellare?Et dico quòd non appellatus, cuius nõ intereſt:ſed
ille,cuius intereſt:aliàs per alium facta non valet.l.j.ff.de ap
pel.non reci.& .c.ex ore.de his quæ fi.à ma.par.ca.niſi quãdo
prouocaret ſeu appellaret pro eo,qui ducitur ad ſupplicium:
vt in l.j.nõ tantum.ff.de app.Et poteſt appellare vtraq; pars.
quãdo ſententia præbet diuerſa capitula:vt in c. Raynaldus
extra de teſta.ſicut aliquando vna pars appellat à principali
ſententia,per quam condemnatur:alia verò appellat à ſentẽ
tia,quia expenſæ factæ ſibi non reſarciuntur:puta quia pars
cõdemnata habuit iuſtã cauſam litigandi, quia materia erat
dubia valde.Non appellat etiã religioſus à correctione ſuo-
rum prælatorum,ſi fiat ſecundũ ſtatuta regulæ vel ordinis:
aut ad effugiendam eccleſiaſticam diſciplinam.c.ad noſtrã.
c.reprehenſibilis.&.c.cum ſpeciali.extra de app.niſi prælatus
excedat modum in corrigendo:vt in c.de priore.eo.titu.& de
offic.deleg.ſuper quæſtionum.§.nos autem. vide gl.fin.in d.
c.ad noſtram.Sed & ſi modus excedatur,fieri nõ debet in or
dine appellantis,id eſt,ad aliquem ſuperiorem ordinis præla
tum,quando conſtitutiones approbatæ per Papam hoc proħi
bent:ſed extra ordinem. Non appellat etiam ſecũdum ali-
quos,confeſſus in iure Canonico : quia ipſa confeſsio in iure
facit notorium:& à notorio non appellatur. extra eodem.c.
cum ſit Romana.& hæc opinio videtur innui extra de appel.
c.Romana.lib.vj. Sed contrarium poteſt ex illo c.potius ha-
beri.vnde iure canonico & ciuili confitens appellat, iuſtam
cauſam inferendo:puta quia errore,vel propter terrorẽ tor-
mentorum,vel quia confeſsionem expoſitam declarare in-
tendit:vel aliquid aliud rationabile:vt l.creditor.ff.de appel.
Si autem appellat abſolutè ſine expreſsione cauſæ,nõ audi-
tur:vt dicit Archi.in cap.Romana.eod.titu.lib.vj.¶ Octauò.
à quo,vbi,& ad quem eſt appellandum.Et dico quòd fieri de
bet primò à iudice qui pronuntiauit.Et ſecundò,vbi ius red-
di conſueuit:cùm regulariter quæ pertinent ad cauſas agen
das in eo loco fieri & agitari debent.ff.de inter.act.l. voluit.
§.quod ait.& coram iudice qui ſententiam tulit ſi eius ſit co
pia:nõ per vicos vel hortos.ff.quãdo ſit appel.l.j.§.dies.Et ſi
non vult ille appellationem recipere,punitur.l.iudicibus.& l.
quoniam.C.eo.Si aũt timetur iuſtè appellare corã eo.apella
tur corã aliqua honeſta pſona,vt dictũ eſt.Et tertiò fieri de-
bet ad ſuperiorẽ eius, qui iudicauit.& in ordinarijs hoc ſit
gradatim.ff.eod.l.Imperatores.& C.eo.l.addictos. & ij.q.vj.
anteriorum.excepto Papa , ad quem omnibus prætermiſsis
appellatur,vt ij.quæſt.vj.c.ij.& alijs ſequẽtibus.Si verò à de-
legato,appellatur ad delegantem. C. eodẽ.l.præcipimus.§.
eorum.Si autem à delegato delegati, ſeruetur forma poſita
C.qui pro ſua iuriſdict.l.vnica.in fin.& in glo.ibidem. In de-
legatis verò diſtingue,quia ſi ipſi alij cauſam commiſerũt,
& tota iuriſdictio eſt delegata,appellatur ad primum dele-
gantem.ff.de offi.deleg.ſuper quæſtionum. Si verò non to-
ta,appellatur ad delegantem ſecundum.ff.quis & à quo app.
ſit l.ſi.Et propterea dat cautelam Raphæ.Fulg.in l.eo caſu.C.
de appella.quòd Epiſcopus vel alius ordinarius deleget cau-
ſam: quia ſi appellatur à ſententia deuoluitur ad ipſum, qui
iterum deleget cauſam appellationis, quæ delegari poteſt:
vt l.cum poſt ſententiã.C.de appe.not.gloſſ.& Ang.in l.eos.
in princip.C.eod.tit.& ſi iterum appellet,ad eum reuertitur:
& conſequenter cùm non liceat appellare tertio loco,non
exibit de eius officio.¶ † Nonò, ad quem debeat appellari,
cum deeſt iudex appellationis?Et dico quòd dupliciter deeſt
talis iudex.Primò propter defectum ſuperioris,vt quia prin-
ceps ille non recognoſcit ſuperiorẽ in temporalibus:& puto
quòd à tali non poſsit appellari,cùm ſit loco principis,à quo
non appel
nõ appellatur.vnde videt velle gl.di.x.quoniã.quod à tali prin-
cipe nõ appellatur etiã ad papã:ſi tamen iniuſtitia eſſet no-
toria,poſſet dici quòd papa tunc adiri poteſt.arg.ex his quæ
notauit Inn.in c.cum te.de ſen.& re iud.& in c.licet ex ſuſce-
pto.de foro compe.Secũdò poteſt intelligi quãdo non deeſt
ſuperior,ſed deficit ſpecialis iudex ſuper appellatione. puta
ciuitas eligit ſibi Poteſtatem,vel aliquis princeps in ſua ciui-
tate,ſed non prouidit ſibi de iudice appellationis:& tunc dic
quòd appellabitur ad ſuperiorẽ,qui Poteſtatem elegit.& fa-
cit c.venientes.de iureiur.hæc Panor.ſuper rubrica de appel.
11 ¶Decimò,† ad quem ſit appellandũ à rectore alicuius col-
legij?Et dico quòd Panor.vbi ſuprà, recitato Bar.& Inn.la-
tius ſic dicit:Aut ipſum corpus eſt ſeculare, nõ eccleſiaſticũ.
& ipſe rector ſecularis:exemplũ in lanificibus,ſutoribus,& ſi-
milibus:& tunc indubiè appellatur ad maiorem officialem
loci,puta Poteſtate:quia regula eſt vt ſemper appellaretur
ad ſuperiorẽ eius qui iudicauit:vt in l.j.C.vbi & apud quem.
Aut ipſum corpus eſt eccleſiaſticũ,puta quia pro maiori par-
te ſunt clerici,iuxta notata in l.ſi.ff.de colle.& rector eccle-
ſiaſtica perſona:& tũc appellari debet immediatus ſuperior,
puta epiſcopus:vt in capit.Romana.eod.tit.libr.vj.Si autem
vniuerſitas eſt ſecularis,puta quia plures in eis ſunt laici,ſed
rector eſt clericus,ſicut tenetur eſſe in forma ſtatuti propter
ſcholares clericos:diſtingui poſſet ita æquè quòd quatenus
iudicat de ſcholari clerico,cùm iudicet vt iudex eccleſiaſti-
cus,aliter in eum non caderet iuriſdictio:vt no. Inn.in capit.
cùm ab eccleſiarũ.de offic.ordin.appellari debet ad epiſco-
pum:quia regula eſt vt ad ſuperiorem ſententiãtis appellan-
dum ſit.Sed quatenus iudicat inter laicos,ad Poteſtatem ap-
pellandum eſt:quia tunc licet ipſe ſit clericus non tamen in-
dicat vt iudex eccleſiaſticus:ſeu laicus tanquam rector colle
gij ſecularis.ideo nõ eſt appellandum ab eo tanquam à cle-
12 rico.Hæc ille,qui ad hoc multa adducit ibi. ¶ † Vndecimò,
quæritur quòd ſi quis appellet ſimpliciter dicens,ego appel-
lo à tali veſtro præcepto:nec dicat ad quem?Et dicit Specul.
quòd valet:& intelligitur appellare ad proximum ſuperio-
rem.ff.eodem.l.j.quia in dubijs non eſt recedendum à iure,
quod ſcilicet hoc diſponit vt gradatim appelletur. Et idem
ſi non dicat,appello: ſed, ſubijcio me ſub protectione ſedis
apoſtolicæ vel alterius iudicis appellationis : quia habetur
13 pro appellante. ¶Duodecimò, † quæ ſunt partes iudicis à
quo appellatur:ſiue quid agere debeat, ſi appellatio videtur
ſibi fruſtratoria?Et dico quòd aut ſibi apparet euidenter le-
gitima, aut euidenter fruſtratoria & illegitima, aut de hoc
dubitat.Si primum deferendum eſt:aliàs non deferens puni-
tur pecuniariter ſecundum leges xxx.pondo auri. C. eodẽ.l.
quoniam.ſecundum canones verò deponitur ab officio.ij.q.
vj.decreto.& cap.de priore.extra de appel.& omnia attẽtata
reuocat iudex appellationis in ſtatum priſtinum.extra de iu-
reiur.cap.venientes.quia nihil eſt innouandum appellatione
pendente.Si ſecundum,iudex nõ debet ei deferre.extra eod.
cùm appellationibus.lib.vj.vnde ea non obſtãte exequetur:
quia ſi deferret,nõ eſſet reuerẽtia, ſed malitia & imprudẽ-
tia:& ſic teneretur.ff.de euic.l.ſi per imprudentiã. & faceret
litem ſuam.Inſt.de obl.ex quaſi delic.§.impij.quanuis iudex
appellationis poſsit tractare quod actum eſt:vt notatur ij.q.
vj.ad Romanam:Si tertium:debet deferre.extra eo.cũ ſpe-
ciali.poteſt tamẽ vti cautela verborũ,quæ legitur & notatur
eo.tit.cũ ceſſante.ſcilicet dicendo,admitto ſi & inquantũ de
iure debeo.Et cũ petuntur apoſtoli,poteſt iudex ſumere dila
tionem ad cogitandũ quos apoſtolos velit dare:& ſi defert
appellationi ſecũdũ Arch.dicat,appellationi defero & apoſto
los reuerẽtiales cõcedo.ſi verò nõ defert dicat, appellationi



non defero,& apoſtolos refutatorios concedo.Quãdo verò
appellatur in abſentia iudicis ex metu:appellatur coram ali-
qua honeſta perſona:& ab ea dantur apoſtoli teſtimoniales,
¶† Decimotertiò,quæritur quæ ſint partes iudicis appella- 14
tionis in faciẽdis inhibitionibus iudici à quo appellatũ eſt,ne
procedat?Et dico quòd circa hoc dicit Spe.valde plenè in tit.
de app.§.de officio.& breuius Archid.iij.parte. tit.ix.ca.xiiij.
circa fin.de quibus breuiſsimè dicitur ſic:Cõparente corã eo
appellatore nec eũ debet audire,nec ad citationem vel inhi-
bitionem procedere,niſi facta fide de ſua appellatione: quia
nõ poteſt dici deuolutum ad eũ cauſæ negotiũ:vt in c.Ro-
mana.de app.lib.vj.Illa verò exhibita corã eo,ſi apparet in-
terpoſita ante ſententiam,& non eſt ibi cauſa inſerta, faciat
idem:imò illam omnino reijciat:vt in d.c.Romana.Et idem
eſt,ſi ſit interpoſita à ſententia diffinitiua,in caſibus à iure
expreſſe prohibitis:qui ſunt ff.de appe.reci.l.ſi.quia reijciẽ-
da eſt.ff.vbi ſupra per totũ.Si verò de prædictis nõ apparet,&
eſt dubiũ:debet partes citare:quia de vnoquoq; negotio pre-
ſentibus &c.ff.de reg.iu.l.de vnoquoq;.& appellato nõ cõpa
rẽte pót inhibere:imò & pronũtiare in cauſa, ſecundũ Azo.
altera parte abſente.Sed partibus præſentialiter cõſtitutis,
ſi ſic opponatur quod cauſæ negotium nõ ſit ad eũ deuolutum,
quia ſcilicet appellatio nõ valuit:nõ debet inhibere,niſi prius
cõſtiterit cauſam ad ſe delatam.de reſcri.dilectus.& in d.ca.
Romana.Quando autem appellatum eſt ante ſententiã,&
obijcietur quòd nõ eſt emiſſa ex cauſa probabili,tũc ſi appa-
reat patenter probabilis,puta in iure expreſſa,poteſt inhibe-
re antequam cognoſcat vtrũ ſit vera:vt extra de app.c.nõ ſo
lum.lib.vj.& inhibitione facta nil eſt innouandũ:extra vt lit.
pen.nihil inno.& ideo reuocandũ eſt,ſi innouetur.Si verò du
bitat an cauſa ſit probabilis:nõ debet inhibere,donec incipiat
cognoſcere:vt in d.c.Romana.quæ cognitio in hoc videtur
conſiſtere, vt ſufficiat ſuper hoc litem conteſtari:& extunc
inhibeat:quia tũc iudiciũ cognitionis initiũ ſumit:quæ quidẽ
litis cõteſtatio in cauſa appellationis fit etiam vna parte ab-
ſente,hæc Arch.qui etiã ibi multa alia ponit circa reuocatio
nem innouati ¶†Decimoquartò,vtrum valeat ſtatutum vel 15
ordinatio alicuius municipij quòd appellari non poſsit niſi
ad iudicem illius loci?Et videtur quòd ſic:quia ſtatutum eſt
quidam conſenſus & pactum ciuium illius loci vbi fit. cõſtat
autẽ quod poteſt quis remittere per pactũ ius appellãdi. C.de tẽ-
po.ap.l.fin.ergo & per ſtatutum:maximè cùm per ſtatutum
tollitur ius cõmune in illo municipio.ff.cõmunia prædi.l. vẽ
ditor.Sed tamẽ in cõtrarium eſt veritas:quia iuriſdictio col-
lata in iudices appellationũ per legẽ aut principẽ , per ſub-
ditos tolli aut minui non poteſt.diſt.xxj.inferior.imò etiam
ponitur neceſsitas obſequẽdi.extra de conſti.c.eccleſia.quia
iam ex hoc videretur eneruari iuriſdictio imperij & eccleſiæ
Romanæ,& vires principalis negotij exhauriri. C.de preci.
Impe.offe.l.iij.circa quod nulla cõſuetudo valere poteſt:ex-
tra de cõſue.c.j .Itẽ pactũ litigatoriũ facere nõ poteſt quòd
appellationi generaliter renũtietur.extra de appellat.cap.ij.
ergo nec ſtatutũ.Item tale ſtatutũ eſſet diminutiuũ iuriſdi-
ctionis & libertatis eccleſiæ & imperij. ideoq; ipſo iure eſt
nullũ.Et hæc eſt veritas:quia in omnibus ſemper intelligit
ius ſuperioris exceptum.de iureiur.venientes.Poſſunt tamẽ
municipes nõ cõdendo legem renũtiare appellationi:vt not.
Inno.in dicto capitu.venientes.¶†Decimoquintò quæritur, 16
quid cùm aliquis timens ſibi inferri iniuriam ab aliquo iudi-
ce, præcipit ei ex parte principis ne ſibi iniuriam faciat,&
arripit iter ad Principem? E dico quòd hoc præceptum
cum arreptione itineris habet vim cuiuſdam extraiudicia-
lis appellationis:quia per hoc videtur poſitus ſub Principis

protectione.facit quod not.Barto.in l.de pupillo.ff.de noui
ope.nunti.& Inn.& Ioan.An.in c.vt debitus.de appe.facit etiã
in cap.dilecti.el j.& c.ad audientiã.eo.tit.vbi patet quòd ar-
reptio itineris ad ſuperiorem cõſtituit ſub eius protectione:
& tali inferens iniuriam punitur,dum ius contemnit,& eum
ſub cuius protectione ſe poſuit:vt no.Panor.in c.in cauſis.de
17 elec.¶†Decimoſextò vtrum prorogari poſsit terminus ap-
pellanti conſtitutus?Et dico quòd terminus proſequẽdæ ap-
pellationis eſt triplex.Primus ſtatus ad iter capiendũ,de ſen.
& re iudi.cũ cauſa.Secundus ad ſe præſentandum iudici:vt
in ca.cùm ſit romana.& hi duo ſunt ab homine.Tertius ſta-
tuitur à lege annus vel biennium. Primus ergo & ſecundus
præfigi & limitari poteſt tã à iudice,quàm à parte.extra eo.
Romana.& cap.oblatę.& tenetur appellans ꝓſequi cauſam
ſuam intra terminum ſibi præfixũ:vt ibi dicitur.quò d ſi non
faciat,ꝓceditur:& fit vt no.in cap. ſępe.in gloſſ.de appell. Si
verò nec à iudice nec à parte aſsignatus eſt terminus:tũc li-
cet appellato etiam ante finẽ anni vel biennij impetrare iu-
dicem,& cauſam appellatiõis coram eo proſequi tenebitur
appellans:vt in d.cap.oblatæ.niſi appellans impetratum iu-
18 dicem vt ſuſpectũ recuſet,& niſi præmaturè fuerit ab appel
lato iudex impetratus.¶ † Decimoſeptimò vtrum poſsit agi
contra iudicem ad intereſſe prætextu iniquæ ſententiæ? Et
dicit Panor.in rub.de appe.quòd ſic,ſiue nõ fuerit appellatũ
excommunicando lites, ſiue ſuccumbens bis appellauit: &
nunc nõ licet tertiò appellare.Nec obſtabit exceptio rei iu-
dicatæ:quia ad alium & contra alium nunc agitur.de quo vi
de bonam gloſ.& quod ibi no.in c.paſtoralis.§.quia verò. de
offi.dele.ibi idem Inn.& doc.in ca.ſæpe.de appe.& Ioã. poſt
Inn.in cap.ſacro.de ſen.excõ.Idem Bar.in l.j.ff.eo.in ver.vlt.
Arbitrator autem tenetur ſolùm de dolo & lata culpa.l.ij.
ff.de proxenetis.& in l.fin.ff.ſi menſ.fal.mo.di. & Bart.ibi.&
idem dicendum in aſſumentibus officia ſimilia.

## De Apoſtaſia & fuga Monachorum.

1 *Apoſtaſia,quæ à Dei militia defectio eſt,tribus modis con-*
*tingere põt.Vnde & Apoſtaſiæ ſpecies triplex cõſtituta eſt.*
2 *Apoſtatæ ſpeciei primæ,& heretici,& inteſtabiles habẽtur,*
*ac ꝑinde excõicati quorũ bona confiſcãtur:nec poſt peractã pœ*
*nitẽtiã ad priſtinũ ſtatũ admittũtur:vt qui infames habeãtur.*
3 *Secunda Apoſtaſiæ ſpecies in quo cõſiſtat,& in quo tertia.*
4 *Apoſtata à fide,aut verè,aut apparenter quis dicitur. Et id*
*quot modis eſſe poſsit?Et ibidem Apoſtatam omnem hæreticum*
*eſſe,non contra.*
5 *Apoſtata à clericatu quis cenſendus ſit,& cuinam clericorum*
*generi conueniat huiuſmodi Apoſtaſia.*
6 *Clericus in ſacris deferens veſtes virgatas, aut partitas, qui-*
*bus & quot concurrentibus Apoſtata efficiatur*
7 *Clerici Apoſtatãtes qualiter peccẽt,& ad quid coercẽdi ſint?*
*Et quomodo cum his,qui in ſacris ſint,ſi vxorem duxerint,di-*
*ſpenſandum?Et quid ſi in minoribus.*
8 *Tonſuram primam ſi quis ſemel aſſumpſcrit.num eam deſe-*
*rere liberè ac impunè poſsit?*
9 *Apoſtata ab religione,quis dici poſsit? Et quis ſit?Et quis*
*eiectus?*
10 *Eiecti ac fugitiui,ſi redeant,num admittendi ſint? Et quid,*
*vbi regula ac vitæ & Canõ & ordinis receptionẽ nõ admittit?*
*Et an huiuſmodi fugitiuos teneatur Abbas,& id quãdo,requi*
*rere?Et ter egreſſum regula Bernardi nõ admittit.Et quid tũ?*
11 *Apoſtatantium pœna,quænam ſit?Et id per ſingula Apoſta-*
*ſiæ genera proſequitur.*
12 *Monachus Apoſtata fugitiuus, aut eiectus, cuinam interim*
*acquirat?Et fugitiuum monachum cum bonis interim quæſi-*
*tis:num poſsit Abbas diuẽdere?Et quid ſi huiuſmodi fugitiuus*
*diu in quaſi poſſeſsione libertatis perſtiterit?*
13 *Coniecto & traducto in monaſterium aliud,quiſnam impen-*
*ſas miniſtret?Et quid ſi monaſt. ad nouã regulam reformato*
*optiõe monachis antiquis data,vt ibidẽ poſsint liberè perma*
*nere,ſi alibi eligant manere,ac viuere:quorũ impẽſis alentur?*

APOSTASIA † ſecundum Etymologiam vocabuli 1
dicitur quaſi retroſtatio,vel retromiſsio,ab apo, quod
eſt re:& ſto,quod eſt ſtare:vel ſtolos,quod eſt miſsio.
ſed quantũ ad vſum loquentiũ importat quãdã retroceſsio-
nem:quia ſcilicet qui nõ ꝓgreditur retro ſtat,niſi regrediatur
primò.vel quandã retromiſsionem ꝑ quãto progredientem
in via Dei diabolus ſuggerẽdo retro mittit.Quantũ autẽ ad
ꝓpoſitũ ꝑtinet,ſicut dicit Sanc. Tho.ij.ij.q.xij.apoſtaſia im-
portat retroceſsionẽ à Deo:quæ tribus modis fit,ſecũdũ tres
modos cõiunctionis ad illũ,ſcilicet per fidẽ,obedientiam, &
religionẽ.Vnde ſecundũ Ray.Gofr.Hoſtien.& Alexã.&mẽ
tem Sancti Tho.ſic diffinitur:Apoſtaſia eſt temerarius à ſta
tu fidei,obediẽtiæ,vel religiõis receſſus.& ſic triplicẽ colli-
ge apoſtaſiã:vt etiã notat gloſſa in capit.j.de apo.Prima. eſt
perfidiæ,qua ſcilicet quis recedit à fide.Et intellige ſecundũ
Archidiaconum quãdo ſimpliciter & ex toto recedit.In qua
apoſtaſia fuit Iulianus apoſtata:vt in cap.Iulianus.xj.q.iij.&
quicunque recedit à fide.ij.q.vij.non põt.Et † iſti,ſecundum
Hoſt.in d.cap.j.ſunt verè hęretici:& in ipſis locum habẽt o-
mnia iura loquẽtia de hęreticis:& conſequenter ſunt excom
municati ipſo facto,extra de hære.excommunicamus.el j.&
ij.Et ita tenet Inn.in d.cap.j.nec poſſunt etiam condere te-
ſtamentum:& eorum bona confiſcantur:nec peracta pœni-
tentia redeunt in priſtinũ ſtatũ.C.eod.l.ij.& iij.& hodie iſta
confiſcatio fit ipſo iure.extra,de hæreti.cùm ſecundũ. lib.vj.
& recipi debẽt ſicut hæretici:de quibus infrà Hæreticus. Itẽ
ſunt infames,& repelluntur à dignitatibus,& alijs multis de
iureiuran.querelam.vj.q.j.infames.& concord.Ray.Secun-
da † inobedientiæ,quæ ſcilicet importat volũtatem à man-
datis Dei reſilientem:& in omni peccato mortali inuenitur,
vt dicit S.Tho.Sed tamẽ iſta inobediẽtia aliquãdo venit ex
infidelitate:vt puta ex hoc ꝙ credit papã authoritatẽ nõ ha-
bere cõdendi canones:& talis vt hæreticus puniri debet.xix.
diſ.nulli fas.vbi dicit Hug.quòd eſt excõmunicatus & hære-
ticus & ſchiſmaticus.c.licet.de elec.c.excõmunicamus.de hæ
re.& Pau.in cle.j.de æta.& qualita.dicit ꝙ eſt infamis.& no.
gl.vj.q.j.infames.& in.c.generali.de elec.lib.vj.& ibi Gemi.
Aliquãdo autẽ venit ex cõtemptu formali, ſcilicet quo quis
contẽnit obedire præcepto Dei,ſiue canonũ,ſiue pręlatorũ:
& talis efficitur infamis:& repellitur à teſtimonio, & eſt ex-
cõmunicãdus.iij.q.iiij.ſi quis à ſuo.xj.q.iij.ſi autẽ nobis. Et ſi
perſtiterit in cõtumacia,creſcere debet & pœna.extra vt li-
te nõ cõteſtata.quoniã frequẽter.Et ſi redierit, nõ prius ex-
cõmunicatus recipitur ad pœnitentiã:excõicatus autẽ prius
recipitur cũ ſatisfactione,quã facere tenẽtur excõicati iniu-
riam paſsis,ſecundũ Sum.cõfeſ.Aliquãdo autẽ venit ex igno
rãtia vel fragilitate ſiue appetitu alicuius delectabilis: & tũc
minus punitur.Et de his vide infrà Obedientia.& infrà Con-
temptus.Tertia eſt irreligioſitatis ſiue irregularitatis.& hęc
eſt duplex:vna ſcilicet qua quis à ſtatu clericatus, alia qua à
ſtatu aſſumptæ religionis recedit.xlvij.diſt.quantũlibet. xvj.
quæſtione prima.legi.Et de iſta tertia hic principaliter intẽ-
ditur. ¶ † Primò verò quæritur, quis dicatur apoſtata à fide.
Et dico quòd is qui receſsit à fide penitus, ſecundum Archi-
diaconum,& ſponte,vt videtur velle Ray. & hoc verè quo
ad Deum:aut apparenter quo ad eccleſiam, quæ nõ iudicat
de occultis.Et his infero primò quòd recedens à fide in par-
te,puta quia decredit reſurrectionẽ,licet credat incarnatio-
nem,non eſt apoſtata,ſed hæreticus:quod eſt in plus:quia o-
mnis apoſtata eſt hæreticus,& nõ econtra.Secundò quòd fa
ciens id quod faciunt recedẽtes penitus à fide,vt adorãs ido-
la,vel ſepulcrum Machometi,non eſt apoſtata,ſi hoc nõ fa
cit ſpõte,ſed ductus timore,nec hęreticus,vt tenet Ray. nec
etiam eſt excõmunicatus:ſed tamẽ peccat mortaliter,vt idẽ
dicit.Tertiò,quòd nec qui vtitur habitu infideliũ nõ ſponte,
id eſt,re ipſa delectatus:ſed timore,vel alia iuſta cauſa, imò
ſine peccato in caſu fieri poteſt,vt dicit Veruec.ſicut beatus,
Sebaſtianus ſub clamyde militari Chriſti militiam gerebat
abſcõditam:niſi,inquit,Veruec.eſſet inſtitutum aliquod de-
terminatum ſignum ad cognoſcendum profeſſores alicuius
idololatriæ:quia eo caſu non liceret:ſed tamen non intelli-
gas quòd eo ipſo ꝙ non liceret,iudicaretur apoſtata, niſi ap
pareret quòd talia ſponte deferat.Quartò, quòd qui habe-
ret ſanam fidem catholicam in animo,& tamen extrinſecus
oſtenderet ſe ab illa ſponte recedere : puta adeundo partes
Saracenicas ex deſperatione vel libidine ductus:& ibi ſeruã
do ritus eorum,quantum ad eccleſiam eſſet verè apoſtata:
quia eccleſia de occultis non ſe intromittit:vt infrà Excom-
municatio.vij.§.ij.vnde frequenter aliqui tales fatentur ſe
nunquam fidem catholicam perdidiſſe:& tamen vt apoſtatę
recipiuntur.¶ Secundò † quæritur , quis dicatur apoſtata à
5 clericatu,vt de inobedientia tãquam de manifeſta taceatur?
Et dico quòd apoſtaſia non conuenit clerico in minoribus:
quia impunè poteſt ſeculariter viuere,& renuntiare in totũ
ordini clericali:& ſi non verbo,ſaltem facto exercẽdo actũ
omnino contrarium:vt docet Panor.in cap. tuæ. de apo.fal-
lit tamen ſecundum Innocen.vt recitat ibi Panorm.ſi habet
beneficium:quia eſt apoſtata,ſi dimittat habitum & tonſu-
ram:& cogi poteſt habitum reaſſumere: ſecus ſi habitũ ſo-
lum,ſecundum Innocen.licet alij dicant contrarium.& facit
pro Innocen.cle.quoniam.de vit.& hon.cler.vbi non punitur
clericus in minoribus portans veſtes inhoneſtas:niſi etiã por
tet tonſuram:quã ſi portat,punitur deferens veſtes laicales:
ſecus ſi per omnia incedit vt laicus.Si autem clericus ſit in ſa
cris,eſt apoſtata dimittendo ſolum habitum ſecundum Pan.
quod intellige quando dimittit non aſſumpturus ſtatim,ſed
conuerſaturus laicaliter.imò ſi ducat vxorem, licet retineat
inſignia clericalia in fraudem.extra de cle. coniu.ex parte.&
generaliter quicũq; talis ad negotia ſecularia ſe cõuertit.ex-
tra de vi.& hon.cle.ex literis.& de ſen.excom.in audiẽtia. &
6 c.perpẽdimus.† Igitur colligi poteſt quòd clericus apoſtata
eſt clericus in ſacris deferens habitũ vt laicaliter viuat,aut lai
caliter viuens,vel cõſtitutus in minoribus cum beneficio non
deferens inſignia clericatus animo viuendi laicaliter.vnde cle
ricus in ſacris portans veſtes virgatas vel partitas nõ eſt apo-
ſtata,niſi cõcurrentibus duobus.Primò,ꝙ ita ſint alteratæ vt
non cenſeatur habitus clericalis.Et ſecundò niſi taliter defe-
rat eas,vt appareat eum renũtiaſſe clericatui,& velle viuere
laicaliter.eſt tamen hoc ei & religioſo illicitũ,ſecũdum Inn.
in clem. quoniã.de vi.& ho.cle.imò peccat mortaliter:vt pa
tet per notata in d.cle.niſi quãdo cauſa paupertatis portaret
veſtes diuerſi coloris:quia ſecũdũ Zen.& Imol.tunc nõ cadit
in pœnã d.cle.ſimiliter ſecũdũ Zen.nec is in eã cadit,qui talẽ
veſtẽ continuè nõ portat,nec cauſa vſus proprij,ſed ob feſtũ
doctorale,vel vxorale,vel ſimile,vel ob honorẽ alicuius ma-
gnatis,de cuius vrbe eſt:quia dicta cle.loquitur de vſu,qui cõ
tinuationẽ notat.dicit etiã Veruec.quòd clericus cõiugatus
vtens tali veſte,perdit priuilegiũ clericale: quia eſt veſtis lai-
calis.& allegat de cleri.con.c.j.lib.vj.Et de hoc etiam j.Excõ
7 municatio vj.¶ Tertiò,† vtrũ & qualiter peccẽt clerici apo-
ſtatantes?Et dico ꝙ ſi ſunt in ſacris,peccãt mortaliter:& co-
ërcendi ſunt ad reaſſumendũ habitũ & tonſurã:vt in d.c.tuæ.
de apo.Quomodo autẽ diſpẽſetur cũ eis ſi acceperint vxorẽ
de facto,j.Bigamia.§.vij.exiſtentes autẽ in minoribus,ſecun
dum Alex.peccãt apoſtatando prima vice:quia faciunt cõtra
illud quod dixerũt:Dominus pars hæreditatis meæ &c.nõ au
tẽ peccant poſtea.& ſecundũ aliquos peccant mortaliter.vn-
de Rich.in iiij.diſt.xxiiij.tenet quòd habens primã tonſuram
nõ poteſt eã deſerere ſine peccato mortali:quod tamen limi
tat bñ Naaſon verũ,quãdo ex ſola libidine laicandi deſerit:
ſecus ſi ex cauſa rationabili.Ego verò dico quòd quãtum eſt
ex parte deſertionis nullo modo mortaliter aut venialiter
peccat,ſed ſolũ ex intentione deſerendi:quia nec voto nec iu
ramẽto nec præcepto aſtrictus eſt ordini clericali,ſed liber
eſt ad laicandũ,licet peccet laicãdo ſine bona intẽtione vel
cauſa & hæc haberi poſſunt ex c.ſi.de vi.& ho.cler.& ex c.Ioã.
de cleri. cõ.vnde ſecundũ Pan.poteſt clericatui renũtiare fa-
cto:imò & verbo pari ratione,licet Pan.hoc neget ſine ſuffi
ciẽti probatione:quia c.ſi diligenti.de foro cõpe.quod addu-
cit,põt intelligi de clerico aſtricto,id eſt,exiſtẽte in ſacris. &
irrationabile eſt quòd liceat mihi de facto renuntiare cleri-
catui,& laicaliter viuere:& nõ liceat mihi dicere ꝙ ſic facere
volo.Pro † hoc ſcito ꝙ de hoc antiquitus fuerunt opiniones,
vt not.in Sum.conf.lib.j.tit.vij.q.vij.& licet per antiqua iura 8
videatur quòd habens primam tonſurã:eam deſerere nõ poſ
ſit,hodie tamen hoc poteſt tam de conſuetudine quàm de iu
re,vt dicit Sum.Piſ.& cõcordat Albe.& habetur c.vno.de cle.
con.lib.vj.vbi patet ꝙ tali cõtrahere licet,& conſequẽter ſe
ad ſecularia cõuertere.Si tñ talis habeat beneficiũ,& illud re
tinet,peccat mortaliter:& eſt apoſtata verè.de coh.cle.& mu.
c.Ioan.& diſt.xxx.c.ſi.¶ Quartò † quęritur,quis dicatur apoſta-
ta à religione?Et dico quòd nouitio cõſtituto in probatione 9
apoſtaſia nõ cõuenit:quia exire põt ſine peccato, niſi peccet
ex intẽtione vel cauſa exeundi:vt j.Religio.v.§.viij.In ꝓfeſſo
autẽ apoſtaſia & fuga videtur æquipollere,ſecundũ Ray.di-
centẽ quòd nõ debet iudicari apoſtata ſeu fugitiuus:etiam ſi
ad lõginquum diu euagetur,niſi poſtquam ſic viuit quòd ani
mum redeũdi ſe depoſuiſſe oſtendit.ff.de re milita.l.deſerto
rem.hæc ille:qui videtur vti ly ſeu expoſitiuè,pro id eſt,pro-
priè tamen ſecundũ Io.And.fugitiuus eſt,qui per ſe exiuit,&
ſtetit extra monaſterium ſe celans abbati.quod ſufficit:licet
poſtea ductus pœnitẽtia redeat ad abbatem.ff.de ædi.ædict.
l.quis ſit fugitiuus.Igitur collige quòd apoſtata à religiõe eſt
religioſus profeſſus,ſine licẽtia exiẽs à monaſterio, cum in-
tentione nõ reintrandi illud vel aliud,ſed viuẽdi irreligiosè,
puta clericaliter,aut laicaliter vel inobedienter:vnde ſi egre
diatur quidem,ſed intrat monaſteriũ laxius,nõ propriè apo-
ſtata ,ſecundum gl.in c.ſi.de apo.& in c.ex parte,de tẽpo. or.
imò ſecũdũ aliquos, nec fugitiuus.quod intelligo ſi licitè in-
trat,id eſt cũ aliqua licẽtia :vel ſi intrat monaſteriũ eiuſdẽ re
ligionis,licet nõ eiuſdẽ rigoris,quorũ vtrũq; ſubſit eidẽ ſim-
pliciter:alioquin capi poſſet à priori prælato vt fugitiuus ſub
ditus.Si verò exeat & tamẽ retineat habitũ & tonſuram,ſed
non ingrediatur aliud monaſteriũ,nec ſubijcit ſe alterius obe-
dientiæ,eſt apoſtata propriè,ſecundum Inn.in c.fin.de renũ-
tiatione.& in c.intelleximus.de æta.& qualit.quia oportet ꝙ
ingrediatur monaſteriũ,ſi vitare vult apoſtaſiã & de hoc not.
in c.ex parte.de tẽpo.ord.& in c. Ioannes.de reg.Et ſic patet
ꝙ omnis apoſtata eſt fugitiuus,nõ econtra . Eiectus autem
dicitur,qui à ſuo ſupiore fortè ſua culpa exigẽte fuit eiectus.
¶ Quintò,† vtrũ eiecti & fugitiui reuerti volentes admitten
di ſint?Et dicit dom.Ant.de But.quòd ſic,imò ad hoc pręlati 10
cõpellũtur.extra de reg.ne religioſi.& hoc niſi regula cõtra-

dicat:qua cõtra dicente nõ ſunt habẽdi in derelicto,ſed ſunt alimentandi in locis competentibus,ſi id ſine ſcandalo graui fieri poteſt:alioquin in alijs domibus eiuſdem ordinis id fiat: vt ibi dicit etiam Arch. quòd regula vt authetica poteſt allegari & diſponere vt nõ recipiatur vagabũdi:& quòd monaſteria, etiã ſi ordo repugnet:arctari poſſunt ad præſtandũ alimẽta fugitiuis & eiectis,vbi velint ad cor reuerti. ¶ Sextò quęritur,vtrũ monachi apoſtatę ſiue fugitiui ſint à ſuo abbate requirẽdi? Et dico quòd abbas & quilibet cõuentualis prælatus requirere debet monachos fugitiuos:& ad clauſtrũ reducere ſalua ordinis diſciplina. extra de regul. ne religioſi. alioquin ſi redire volentẽ recipere noluerit, imò ſecdũmũ Arch.ſi eũ reuocare neglexerit & ipſe manẽs ſeculo acquiſierit aliqua,& poſtea moriat̃ extra monaſteriũ nõ receptus,nihil de bonis eius petere põt abbas,quia impiè monacho ſuo alimẽta negauit:extra de langui.expo.cap.vno.vbi de hoc in gl.& ꝑtinebit ad ſecundũ monaſterium,ſi ingrediatur illud: aliàs ad epiſcopũ,ſecũdum Arch.Et hoc verũ eſt,ſi cõuentus totus aut pars maior delinquit:aliàs delictũ perſonę in damnũ eccleſiæ redundare non debet,per regulã,delictũ.de reg. iur.lib.vj.Idẽ autẽ videtur de monacho eiecto,de quo ſimul cum fugitiuo loquitur. d.c.ne religioſi.Sed tamẽ iſta requiſitio ibi mãdatur & pręcipitur fieri annuatim tẽpore capituli. Quãdo tamẽ aliquis talis eſſe ſcãdaloſus & periculoſus alijs, & aptè nõ poſſet capi,corrigi & detineri:fortè prælatus vel conuẽtus nõ tenetur reducere talẽ,ſecundũ Arch.ne alijs noceat,ſi nõ ſperatur poſſe emẽdari:quia vtilitas cõmunis præponitur priuatæ:quæ etiã nõ ſequeret̃ in incorrigibili. xxiiij. q. iij.reſecãdæ.Si autẽ ſperatur correctio vel impeditio malorum eius,ſi coërceatur vel detineatur:tenetur prẹlatus vel cõuentus eũ corrigere,& cogere ad redeundũ:extra de apo. à nobis.& ſi nolũt,debent incarcerari:vt ibi.¶ Septimò quęritur de quibuſdã terminis cõtentis in duobus § §.prioribus.Et dico quòd exemplũ quãdo prædicti recipi nequeũt ſalua ordinis diſciplina,ponitur in regula beati Benedicti,quæ habet quòd ter egreſſus monaſteriũ ad monaſteriũ recipi nõ debet vt in c.ij.eiuſdẽ regulæ:loca autẽ cõpetentia,in quibus ponũtur quãdo regula prohibet receptionẽ,ſecundũ Ant.de But. ſunt loca ſeruientiũ,cum quibus ponẽtur, non cũ monachis: vel,ſecundũ Hoſt.ponentur in ergaſtulis,de quibus exire nõ poſsint.Graue autẽ ſcandalum dicitur,quãdo alij dicũt ſe potius exituros quàm moraturos cum illo, quia cum eo durare nõ poſſent:ſicut & Hoſt.dicit ſe aliquãdo vidiſſe de facto, & ſimiliter Arch.in quadã moniali.In hoc tamen puto ſtandũ
11 arbitrio bonorũ.¶ Octauò † quæritur,quæ ſit apoſtatantium pœna? Et dico quòd apoſtatæ à fide quàm citò denũtiãtur excõmunicati per ſentẽtiã,ipſo facto eorũ ſubditi abſoluti ſunt à dominio & iuramẽto fidelitatis,quo eis tenebantur,Iulianũ tamẽ tolerauit eccleſia:quia nõ habebat cõpeſcendi poteſtatẽ de facto.ideoq; fideles obediebãt ei in his quæ nõ erãt cõtra fidẽ,vt dicit Ambr.xj.q.iij.Iulianus.& hoc ad vitandũ ſcãdalum maius perſecutionis.Apoſtata inobediẽtiæ ſecundũ Inn.in c.j.eo.tit.eſt qui nõ obedit prælato vel canonibus, repellitur ab accuſatione & teſtimonio, & excõmunicatur, & deponitur & iudici ſeculari aliquando traditur.ij.q.iiij.ſi quis à ſuo.xj.q.iij.ſi autem vobis.quod intelligo quãdo nõ obedit ex contemptu:aliàs quilibet clericus peccãs mortaliter,veniret deponendus.Apoſtata verò à clericatu, ſi eſt in ſacris,interim ab accuſatione & teſtimonio tanquam infamis repellitur.ij.q.vij. alieni.iij.queſtio .iiij.beatus.Itẽ interim ſi admonitus ſe nõ correxit,eſt deponẽdus.xxj. q.iiij.fine.&.c. pręcipimus.Itẽ interim caret priuilegio clericali:ita quòd verberans illum,non incidit in canonem.quod intellige ſi poſt trinam monitionem epiſcopi ſe nõ correxit:vt de ſentẽ. excõ. in audiẽtia.vel ſi ſeditionibus & enormitatibus ſe immiſceat. extra eo.c.j.de ſent.excõ.c.cum nõ ab homine.Item interim ad dignitatem vel ordinem ꝓmoueri nõ poteſt.xvj.q.j.legi. 50.diſt.c.vltimo.Si verò in minoribus,perdit priuilegiũ clericale,ſi tranſit ad actũ omnino contrariũ ordini : puta quia factus eſt bigamus,aut exercet ſęua:puta quia recipit miniſteriũ occidẽdi,mutilãdi,aut aduocãdi in cauſis criminalibꝰ. diſt.lxxxiiij.quiſquis.& Inn.in c.j.de apo.quod tamẽ intellige,ſi talia facit actu,& etiam ex officio:puta iudicis aut executoris vel hmõi,ſecundum gl.& Ray.Et ratio põt eſſe:quia clericus ſæua exercẽs delinquat:tamẽ ex hoc regulariter nõ ſubijcitur curiæ ſeculari.extra de cle.cõiuga.cap.vno.lib. vj. Similiter illud perdit,ſi nullo modo vult viuere clericaliter. quod poteſt patere per tria.Primò ſi contrahit,cõuenit,cõuenitur,talliatur,ſuſtinet alia onera,& vt laicus vadit in exercitũ.Secũdò ſi tertiò admonitus nolit ad clericatũ redire.Tertiò ſi cõuẽtus corã eccleſiaſtico iudice excipit de foro ſeculari,vel aliter in iure cõfitetur quòd nõ vult viuere clericaliter.Si tamen cõtraxerit cum vnica & virgine,nõ perdit omnino priuilegiũ clericale:vt infrà Clericus ſecũdò. Apoſtata verò à religione,ſi habitũ dimiſerit,eſt excõmunicatus:extra,ne cleri.vel mona.vt periculoſa. & ſi redierit recipitur in monaſterio,ſecũdũ quod cõtinetur in regula:ſcilicet ſi illud viuat regulariter:alioquin in diſtrictiori ponetur monaſterio cũ vſufructu rerũ quas obtulerat monaſterio primo.quæ res cuius ſint poſtea,vide §.ſeq.& ſi in apoſtaſia recipit ordinem ſacrum,nõ habet eius executionẽ,ſecundum Pan.in c.ſi.de apo. quantuncunq; pœniteat:& ſolus papa cum eo diſpenſat vel epiſcopus ſi minorẽ tãtùm ſuſcepiſſet.Quod intellige primò ſi nõ ſit exẽptus: quia ſuper exemptũ nullã habet epiſcopus authoritatẽ,niſi fortè in foro cõſcientiæ abſolutio in defectu prælati:& ſecũdò ſi nõ depoſuerat habitũ:quia ſi dimiſſo habitu ordinẽ ſuſcepiſſet cùm eſſet excõmunicatus.c.vt periculoſa.ne cle.vel mo.lib.vj.ſolus papa diſpenſabit. vel melius dic quòd habebit locũ quod dicitur in c.cũ illorũ.de ſent.excõ. de quo vide ſuprà Abbas.§.ij. particula iiij.¶ Nonò † quęritur,cui acquirit monachus apo.ſeu fugitiuus vel eiectus? 1
Et dico quòd quantum colligitur ex not.per Innoc.in c.cum olim.de priuileg.& Hoſtien.in titu.de infan.expo.& alios,ſic diſtinguẽdum eſt:Nam ſi maior pars monaſterij neglexerit eum reducere,aut recipere noluit:erũt alterius monaſterij, ſi illud ingreditur:vel epiſcopi.Quod intelligo,ſi nõ ſit exẽptus.aliàs erũt primi prælati ſuæ religionis.Si verò ſolus abbas vel minor pars monaſterij fuit in culpa,acquiret monaſterio ſuo,ſicut & ſeruus domino.ff.de acquiren.poſſeſ.l.j.§. per ſeruum.& multo magis ſi monaſterium illũ repetit, ſed aliquo impedimento obtinere non potuit, acquiret ſuo monaſterio.in authen.de ſanct.epiſc.§.ſi modò actus. Prælatus enim poteſt monachum fugitiuum vendere, cum omnibus bonis per eum quæſitis:vt in cap.abbates.xviij.queſt.ij. fallit tamen,ſecundum aliquos,ſi fuit in poſſeſsione libertatis diu, id eſt,decennio.ff.à quibus ma.li. non fiunt.l.ſed & ſi.quia,vt dicunt,tunc acquirit ſibi.allegant.ff.de acquiren.poſſeſ.l.per eum.§.fin.ſed dicit Archid.quod ius non eſt in tempore: nec hoc haberet locũ in monacho,cum nullo tẽpore excuſetur: extra de teſt.quia & hoc omnino verum eſt, ſi de monachatu conſtet:& in hoc eſt vis an conſtet vel nõ:& ex quo cõſtat, omnia reuocat monaſteriũ.xviij.quæſt.ij.abbates.Et debent talia de plano & ſine libello expediri:quia ſeruos Dei &c.de accuſ.olim.ij.quæſt.j.ſi quis.hæc Archid.qui videtur allegare Innoc.Si autem fortè ad aliud monaſteriũ trãſlatus eſt propter peccatũ ſuũ,puta ad faciendã pœnitentiã,& huiuſmodi.





xxvij.q.j.ſi qua monacharum.ſic bona illa,quæ primó attulerat monaſterio,erũt monaſterij ſecundi quo ad vſumfructũ. xvj.q.vj.de lapſis.& poſt eius mortem redibunt ad primum, ſecundum communiorem opinionem,quam tenetur Ray. Hoſt.& Sum.confe.Si verò monachus trãſit ad ſcd̃m monaſterium licitè:puta quia arctius,vel quia promouetur in pręlatũ,ſicut tenent aliqui in c.quod à te.de cle.coniug.ꝙ quicquid acquiret poſtea,erit ſecundi: ſed alia primi.& tex.pro hoc xviij.q.j.in c.vnico.Alij verò dicunt quòd omnia ſibi vndecunq; prouenta erunt ſecundi vel dignitatis:quia vidẽtur accedere ad perſonã:licet expreſſe fuerit collata tẽpore ingreſſus.& illud c.vnicũ loquit̃ de acquiſitis ex induſtria monachi:quia erunt penes primum monaſterium,in quo illa acquiſiuit,non de patrimonialibus datis primo monaſterio.Et hoc vltimũ ſentit do.Car.in d.c. quod à te.& Pan.poſt Hoſt.
13 & Io.An.vide ĩ.Religio.iiij.§.vl.¶ Decimò,† quæritur quis miniſtrabit expenſas ei , qui detruditur in aliud monaſteriũ: an abbas primi,an abbas ſecundi monaſterij? Et gl.in c.de lapſis. xvj. videtur tenere quòd abbas primi,etiam ſi non habuit aliquid,prouidebit monacho ſuo tempore pœnitẽtiæ: aliàs quare ſcd̃m monaſteriũ grauaretur? Et hoc placet Inn. Hoſtien.verò dicit,quòd ſi incluſus à principio habuit bona, prouidebitur de illis:ſi autem non habuit,vel habita nõ ſufficiunt,& vtrunq; monaſteriũ ſufficit ad miniſtrandũ expenſas , vtrunq; miniſtrabit: quia ſuus monachus eſt,vel ſaltem fuit: & ſi ſcd̃m de ſola incluſione grauatur,prouideat primũ in memoriã priſtinæ fraternitatis.ar.C.de quæſt.l.ſeruos.ff. de pact.do.l.cum tibi.Si autem alterum tantùm monaſteriorum ſufficit,id prouideat.ar.lxxxvj.di.paſce.Si autem neutrũ contribuit,tenebitur capitulum generale.extra de ſta.mo.in ſingulis.& c.ſi.Faciũt hæc ad quæſtionem an reformato monaſterio ad nouã regulã data optiõe monachis antiquis ibidem remanẽdi:ſi eligant ibi non remanere,ſed alibi viuere: à quibus debent alimentari? Et certè de iure à primo monaſterio.Et ita de facto cõſuluit Ant. de But. quod verum eſt, quando ſecundo monaſterio ſunt inutiles.

## De Aqua Benedicta.

1 *Aqua benedicta in nouo teſtamẽto bipartita, ad vſus varios à ſacerdotibus cõficitur: quorũ officium eſt Dei bona benedicere: nũ ſacramẽtũ dici debeat? & an venialiũ pcõrũ veniã inducat?*

2 *Aquæ benedictæ quænam virtutes ſint?*

3 *Aqua non benedicta, benedicta infuſa, num in totum benedicta efficiatur? Et ibidem de vulgari dicto, quando dignum magis minus dignum attrahat.*

4 *Aqua benedictio, nũ certi ſit ordinis? Et quid de benedict. mẽſæ*

1 AQVA † benedicta vel ſancta in nouo teſtamento eſt duplex:vna ſcilicet ordinata ad conſecrationẽ vel recõciliationẽ eccleſiæ pollutæ ſanguine vel ſemine:quæ bñdicitur ſolùm ab epiſcopo cum vino & cinere:vt in c.aqua.& in c.propoſuiſti.de conſe. eccleſiæ vel altaris . Alia ordinata ad aſperſionem hominũ, vel domorum,& aliarũ rerũ venientium ad vſum noſtrum,& repellendũ inuiſibiles inimicos: quæ benedicitur à ſacerdotibus cum ſale:vt in c. aquam . de conſe.di.iij.quam diaconi benedicere non poſſunt . arg.d.c. aquam.& in c.perlectis. §.ad presbyterũ. xxv .di.vbi dicitur quòd benedicere bona Dei officium eſt presbyterorũ,non diaconi:& mãdatur omnibus ſacerdotibus vt eam faciant:vt in d.c.aquam.& conſuetudo interpretatur vt omni die dominico benedicatur.¶ Primò verò quæritur,vtrum aqua benedicta ſit ſacramentum? Et dico ſecundum S.Tho.in iiij.quòd non:quia non ordinatur directè ad remedium præſtandum cõtra defectum aliquem,ſed eſt quoddã ſacramentale quaſi diſpoſitiuum ad ſacramentum:quia ordinatur ad remouẽdũ prohibẽs,id eſt nequitiã dæmonũ,& venialia, & omne quod impedire poteſt effectũ ſacramentorũ.vnde ſecundũ Pet. de Pal.& Alex.non facit remiſsionem venialium per modũ ſacramenti,ſed per modũ meriti:quod intelligẽdum eſt inquantum excitat mentem ad quandã eleuationẽ & deuotionem actualem : quæ eſt virtualis contritio de venialibus,ea diluens.¶ Secũdò † quæritur, quæ ſint virtutes aquæ benedictæ? Et dico,vt patet in d.c . aquã . quòd habet virtutẽ hominum ſanctificatiuam,ſcilicet inquantum excitat deuotionẽ: & purificatiuam,inquantum,vt dictum eſt,per eã venialia remittuntur:& ablatiuam ſterilitatis rerũ mundanarum:ſicut ſal ſub Eliſeo ſanauit aquæ ſterilitatẽ:& bonorũ multiplicatiuam,& auerſiuam inſidiarum diaboli,& defenſiuam à malis phantaſmatibus.¶ Tertiò , † vtrũ aqua nõ bñdicta addita benedicta efficiatur tota benedicta? Et dico quòd ſic,ſecũdum omnes:ſed in ratione & cauſa huius eſt differentia:quia Summa Ang.dicit hoc ideò eſſe ſecundũ regulam gl.in cap. quod in dubijs.de conſe.eccle.vel alta.quia ſacramentũ tanquam dignius trahit ad ſe nõ ſacramentum,etiam quantitate maius.xiij.q.ij.nõ æſtimemus.Sed illa gl.non habet illud verbum,quantitate maius. Vnde Sum. Roſ. dicit quòd licet hæc ratio ſit adminiculatiua.tamen nec eſt ſufficiens,nec generaliter vera:quia ſi vnciæ vini dignioris addat̃ libra aquæ minus dignæ,non efficitur totũ vinũ.Et ideò ratio ſufficiens & propria aſsignatur à Theologis:quia aquæ ex bñdictione acquiſita eſt quædam ſpiritualis,intentionalis, ſupernaturalis virtus,quæ attingit omnẽ aquã quæ fit vna cum bñdicta, etiã ſi illa eſſet maior quantitate.Et idẽ dico de oleo non cõſecrato,ſi addatur cõſecrato.Hæc Roſ.licet loquatur vterq; inſufficienter:quia hæc non ſunt vera,vt etiam dicit Supplementum,qñ aqua addita eſt maior:niſi adderetur paulatim. alioquin olim mare totũ eſſet aqua benedicta,cùm ſit multoties aſperſum:vel ſaltem eſſe poſſet.Vnde virtus ſupnaturalis dignioris attingit minus dignũ,qñ virtus naturalis eius eſt maior:& ſic minor aqua adiuncta maiori ſanctæ fit ſancta.Et ſi iterũ addatur alia minor,fit ſancta in infinitũ:ſed ſi ſanctæ adderet̃ maior,vel æqualis,neutra eſſet ſancta:quia nõ ſtat vnitas ſanctæ prioris.Et hoc innuit S. Tho. in iiij. di. xij.q.j.ar.ij.quæſ.vj.in cor.& ad ſcd̃m, ſi bñ libret̃.Prædicta tñ ſcilicet dignius trahere ad ſe minus dignũ, ſcd̃m Pano.in d.c.quod in dubijs.intellige in liquoribus , & in his quæ miſtione cõfundũtur:in ſacramento autẽ altaris liquor additus nõ miſcetur ſanguini, cùm ſit ibi ſanguis in venis:ſed ſolùm commiſcetur ſpeciebus illis:& ꝓpterea nõ efficitur ſanguis Chriſti:vt notatur in c.cũ Marthæ. de cele. miſ.hæc ille virtualiter,ſed inſufficienter:tñ quia tenet indiſtinctè quòd in liquoribus dignior trahat in digniorẽ etiã maiorẽ:& ſic per guttã aquæ bñdictæ bñdictum eſſet barrile vini:tũ quia ratio quare vinũ ſanguini nõ miſcet̃ in calice, nõ eſt quia ſanguis ſit ibi cũ corpore,vt dicit,id eſt,in venis: quia ſcd̃m hoc qñ ſanguis erat ſeparatus à corpore in triduo mortis Chriſti vinũ poſitũ ĩ calice fuiſſet mutatũ in ſanguinẽ ſine noua cõſecratiõe,quod eſt impoſsibile:quia illud vinũ & ille ſanguis poſsibiliter erant in magna diſtãtia locali.ſed ratio eſt,quia ibi ſanguis nõ eſt localiter:vñ nõ miſcẽtur:tum etiã quia ratio quòd dignius trahat minus dignũ,nõ eſt commiſtio præciſe,alioquin caro nouiter generata in pollice ſacerdotis nõ eſſet ſacra.ſed ratio eſt idẽtitas noua indignioris ad dignius: quia ſicut omnis caro ꝑ gñationem addita & vnũ facta carni viuẽtis,fit viua & animata: ita quicquid fit vnũ ſancto per motũ & acceſsũ ad ſanctũ:fit ſanctũ nõ aũt illud ad qđ ſanctũ mouet̃:ſicut ſi ꝑua aqua abſorbeat̃ in magna. Vide etiã ĩ. Bene

j. Benedictio. §.vj.& dic quòd ratio horũ & illorum omniũ
eſt identitas cum ſancto priore : ita quòd ſi non ſanctum ſit
idem ſancto,eſt ſanctum : ſi verò ſanctum tranſeat in non
ſanctum,perdita ſua forma fit non ſanctum : vt gutta aquæ
benedictæ proiecta in mare.¶ Quartò,†vtrum benedictio
4 aquæ ſit certi ordinis? Et dicit Inn.in cap.j.de exceſ. præla.ꝙ
ſic:& ideò eſſet irregularis,excommunicatus ,vel ſuſpenſus,
ſi illam benediceret:ſecus,de benedictione menſæ, quæ nõ
eſt ordinis certi.

## De Arbitro.

1 *Iudicium ordinarij alij,alij arbitrarij. Et ij qui ſint. Cæterùm Arbitratorum genera duo ſunt,ceu & arbitrorum. Et quinam ijdem? Porrò autem vis iudicum omnis, aut in ordinarijs ſimpliciter,aut ordinarijs & arbitrarijs ſimul,aut in arbitratoribus, arbitri ſue iuris:& arbitris ſimplicibus poſita eſt.*

2 *Arbiter cõpromiſſarius & iuris arbiter ecquid inter ſe differãt? Et quid de arbitratore? Et ſub hæc ex ordine,q̃ꝫ vna & viginti ſint differẽtiæ, de quibus ſigillatim cum diuerſitatis ratiõibus.*

3 *Arbiter & arbitrator qua ratiõe ac modo inter ſe diſcernãtur.*

4 *Innocentij ſententia quo ad diſcernendorum arbitrorum ab arbitratoribus rationem,qualiter defendi ac ſeruari poſſit?*

5 *Compromiſſo facto,vt quis procedere iuris ordine ſeruato,& minimè ſeruato poſſit,an quis arbiter,an arbitrator cenſeri debeat? Et quid ſi partim iuris ordine ſeruato,ac partim non ſeruato ſententia lata fuerit?*

6 *Promittẽs dicto arbitratoris ſub pœna,aut iuramẽto ſtare,nũ impunè poſſit ad viri boni arbitriũ reductionẽ,ſi iniquũ arbitramẽtũ fuerit, petere? Et quid ſi nominatim dictũ ſit,vt arbitrator ius partis vnius in partẽ,vel totũ poſſit alteri tradere?*

7 *Partes nũ ab initio reductioni ad boni viri arbitrium renuntiare queant? Et tũ ſi renuntiatio efficax ſit , aut de eadem re pactum,num ad omnem læſionem, præſertim ſi iuramẽtũ,aut pœnæ promiſſio interuenerit? Et ſubinde, quid ſi dictũ ſit,vt altè & baſſè in totũ , vel in ptẽ,de iure vnius alteri dare poſſit?*

8 *Renuntiatione reductionis non interpoſita, & ea tandem,quæ impedimentũ reductioni non paret, ob quantam læſionem reductio concedatur ? Et ibi, quòd varijs ex circunſtantijs , bonus vir habet arbitrari & definire.*

9 *Reductionem qui petit,ſi in reductione ſuccumbat,quòd iniquitatem euidentem non probarit,num in pœnam in compromiſſum deductam incidat ? Et ibidem ad Dyni conſilium limitationes duæ. Et quid ſi pro parte obtineat,& partim corruat?*

10 *Arbitrij ferendi poteſtas in arbitro,aut arbitratore , quandiu duret? Et ibidem quòd in arbitrandi negotio, vbi nogotij natura non amplius arbitro,atque arbitratori conuenire poteſt,arbitri appellatio,tum arbitro, tum arbitratori communis eſt.*

11 *Bonus vir,ad quem pro arbitramenti iniquitate recurri ſolet quiſnam dicatur? Et ſi ex ſtatuti municipalis forma laudum executionem paratã habeat,ad cuius iudicem recurrendum ſit?*

12 *Arbitrator,num partibus præſentibus pronuntiare debeat ? Et num abſentes ſaltem de honeſtate conuocari debeant? Et quid ſi ex abrupto nec requiſita,nec audita parte ,pronuntiarit arbitrator? Et quid vbi in duos compromiſſum factum eſt, & hi inter ſe diſcordent?*

13 *Arbitria à iudicijs ecquid diſtent ? Et ibidem tradit differentias vndecim,conuenientias autem duas.*

14 *Arbiter quiſnam,ac qualis eſſe debeat? Et recuſans iudicem,vt ſuſpectum,num in eodem loco arbitros eligere teneatur? Hi autem quum eliguntur quot debeat,aut eſſe poſſint? Et ſi tres eligantur,num duorum ſententia efficax ſit?*

15 *Cõpromiſſum de rebus ſpiritualibus nũ fieri poſſit & in quos.*

16 *Compromitti in laicum de rebus ſpiritualibus, cur non liceat?*

17 *Epiſcopus,nũ ſicut ipſius authoritate in clericum & laicũ de cauſa ſpirituali cõpromitti poteſt,ita eiſdem cauſam ſpiritualem cõmittere,ac delegare poſſit? Et ibidem diuerſitatis ratio.*

18 *Arbitri ſententiam ferre,qualiter debeant ? Et arbitri iniquè arbitrantes,aut non intra definita tempora pronuntiantes, partibus,num ad id, quòd ipſarum intereſt, teneatur? Et quid in arbitratore?*

ARBITER,† vt plenius quis ſit intelligatur,ſciẽ- 1
dum eſt ꝙ,vt dicitur ij.q.vj.à iudicibus.Iudicũ quidam
ſunt ordinarij,ſcilicet illi,qui ab apoſtolico, id eſt,Papa,vt eccleſiaſtici:vel ab imperatore,vt ſeculares legitimam
poteſtatem acceperũt:quidã verò ſunt arbitrarij,ſcilicet illi
qui nullã poteſtatẽ hñtes cũ litigantiũ cõſenſu in iudices eliguntur:in quos cõpromittitur,vt eorũ ſententiæ ſtetur.Arbitratorũ verò alij ſunt ordinarij & arbitrarij : vt hi,qui legitimã poteſtatẽ habentes ab eis eliguntur ad arbitrandum,qui
non ſunt ſuæ iuriſdictioni ſuppoſiti : alij verò ſunt arbitrarij tantum.hæc ibi. Arbitratorũ autem tãtùm duo ſunt gñã:
quia quidã ſunt arbitratores, qui nõ tenentur ſeruare formã
iuris in executione iuſtitiæ.& promittunt partes non recedere ab eorum arbitrio ſub certa pœna , quam ſoluere oporteret,ſi nõ parerent ſententiæ:de quibus diffusè Ant.de But.ſuper c.Quintauallis.de iureiuran . quidam verò ſunt arbitri.
Arbitri aũt ſunt duplices:quia quidã ſunt arbitri iuris,qui videlicet eliguntur à partibus ex recuſatione iudicis ordinarij
vel delegati:qui in excuſatione iuſtitiæ debẽt ſeruare formã
iuris:& ab eis appellatur. quidã verò ſunt arbitri ſimpliciter,
qui eligũtur à partibus,quæ ſi non conſentiunt ſententiæ,reducunt ſe ad arbitrium boni viri : qui propriè nõn ſunt arbitri,ſed ſunt quaſi proxeneta,& communis amicus,vel cõpromiſſarius,& amicabilis compoſitor:qui etiam tenetur ſeruare formam iuris in executione iuſtitiæ.Quidam ergo ſunt iudices ordinarij: quidam ordinarij & arbitrarij ſimul:quidam
ſunt arbitratores:quidam arbitri iuris : quidem arbitri : & ſic
ſunt quinque iudicũ differentiæ,quę ibi colliguntur exceptis
delegatis:ſed de ordinario agetur infrà in tit.Iudex.¶ Primò † verò quæritur,quæ ſit differentia inter arbitrum com- 2
promiſſarium ſiue amicabilem compoſitorem , & arbitrum
iuris? Et dico quòd ſunt multæ . Prima,quia à ſententia arbitri iuris appellatur: non à ſententia arbitri compromiſſarij:
vt in cap.à iudicibus ij.q.vj.Et ratio huius ſumitur ex alijs differentijs:quia arbitri iuris aſſumũtur ex neceſſitate, & habẽt
iuriſdictionẽ,& ex ſentẽtia eorũ poteſt agi:ſed arbitri compromiſſarij eliguntur ex nuda voluntate partium, nec habẽt
iuriſdictionem.¶ Secundò quæritur,quæ ſit differentia inter
arbitrum ſiue iuridicum ſiue compromiſſarium, & arbitratorem? Et dico,vt colligitur ex Inn.& Panor.in d.cap. Quintauallis.quòd ſunt multæ .¶ Prima,& principaliter,quia arbitrator ſemper ſumitur circa contractum:arbiter verò in lite:vt dicit Iac.de Are.& recitat Cyn.in l.ſi qui ex cõſenſu.C.
de epiſ.aud.Sed hoc videtur falſum:quia in d.cap. Quintauallis.arbitrator fuit aſſumptus ſuper ſatisfactione iniuriæ.&.ff.
de no.ope.nun.l.j.aſſumũtur ſuper lite,& clarius idẽ ꝓbatur
in authen.ſi verò contingit.C.de iudi.Vnde propter hoc alij
dixerunt quòd arbiter eſt ,qui habet iudicare de iure ſecũdũ
ordinem iudiciorum: arbitrator verò , qui aſſumitur de iure
& de facto.Sed Bart.ſoluit & concordat:quia quando aſſumitur ſuper lite,aſſumitur ſuper contractu, ſcilicet fiendo:quia
arbitramentum eſt tranſactio quædam,vt not.in auth.vt diſ.
iudi.vnde dicitur aſſumi ſuper cõtractu tranſactionis ineundo:& conſequenter ſemper aſſumitur ſuper cõtractu aut cõplendo,ſi fuerat inchoatus à partibus:aut ineundo & perfici-

end



endo,quãdo aſſumitur ſuꝑ lite vt trãſigat inter partes.¶ Secunda,nam arbiter eligitur vt ſit loco iudicis,ita quòd habet
procedere iuris ordine ſeruato,& in forma iudicii ſicut iudex:
vnde corã eo debet dari libellus,& fieri litis cõteſtatio,& iurari de calumnia,& ſententiã ferre debet in ſcriptis,& procedere nõ põt diebus feriatis in honorem Dei:& ſi procederet,
nõ valeret ꝓceſſus.quæ omnia ſecus ſunt in arbitratore, qui
aſſumitur ſuper contractu,vt procedat extra iudiciũ.¶ Tertia,quia in facto proprio nõ poteſt quis eſſe arbiter,ſed bene
arbitrator.Et ratio eſt , quia nemo poteſt ſibipſi imperare.
¶ Quarta,quia arbiter nõ iurat,nec partes iurare debent de
obſeruantia arbitrii:quod in arbitratore prohibitum non reperitur.Et hæc de iure ciuili.Et ita tenuerũt Bar.& Bald . de
iure verò Canonico quãtũ ad arbitratorẽ caſus eſt in c.Quintauallis.de arbitro autẽ dic vt legitur & notatur in c.ij.de arbit.¶ Quinta differẽtia eſt quia arbiter recuſat̃ vt ſuſpectus,
nõ arbitrator,ſecundũ dom.Ant.ſed Pan.idẽ tenet de arbitratore:imò,inquit in multis caſibus recedi poteſt ab eius perſona,& alius aſſumi,iuxta not.per Bart.in l.ſi quis.quod nõ eſt
in arbitro.¶ Sexta eſt,quia fœmina poteſt eſſe arbitratrix,nõ
arbitrix:quia hoc eſt officiũ virile,cum habeat procedere iudicialiter.quod intellige niſi fœmina ex dignitate habeat iuriſdictionẽ,vt quia eſt regina,vel comitiſſa.¶ Septima,ſecundũ quoſdã,quia in iudicẽ ordinariũ ſubditi cõpromittere non
poſſunt vt in arbitrũ:ſed vt in arbitratorẽ ſic.Sed tu dic vt in
c.cum tẽpore.de arbit.iuncta gl.quæ arguit ibi quòd ordinarius poſſit eſſe arbiter.& deinde obijcit per l. ſed & ſi in ſeruũ.ff.eod.& ſoluit quòd lex vult eũ nõ poſſe iubere vt partes
in ſe cõpromittãt.ff.de tut.& cur.l.iiij.¶ Octaua,nam ſecundũ Inn.ſentẽtia arbitri emologatur,id eſt,approbatur taciturnitate decẽ dierũ,vt ſic poſtmodũ datur actio & exceptio.
quod intellige,ſi ſine pœna fuit cõpromiſſum:dictum autem
arbitratoris nõ emologat̃ prędicto modo:ſed ſi partes illud
expreſſe cõfirment,parit exceptionẽ quaſi tranſactionis vel
pacti:imò,ſecundũ Hoſt.ſi æquum ſit etiã vna parte cõtradicẽte,erit officio iudicis ęxecutioni mandandũ. Et idem ſi
iniquum ſit,poſtquam ad æquitatẽ fuerit redactum.Sed hic
ſunt duæ quæſtiones,de quibus vide Pan.vbi ſuprà.¶ Nona,
nam cõpromiſſum factũ in arbitrũ ſoluitur morte alterius
cõpromittẽtiũ:vnde nõ tranſit in hæredes,niſi ſpecialiter de
eis in cõpromiſſo caueatur ſecus in arbitramento:quia illud
eſt pactũ,ſeu trãſactio,quæ trãſeunt in heredes.l.ſi pactũ.ff.
de prob.Hoc tenet Hoſt.& cõmuniter Doct.in l.fi.de arbil.
etiã ſi ſuꝑ cõtractu ineundo fuerit cõpromiſſum , ſecundum
Franc.de Aret.quia ſpecies conditionalis obligationis tranſmittitur ad hæredes,niſi ſit talis,quæ ꝑſonæ cohęreat. Bart.
verò diſtinguit:ſed Panor.plus placet ꝙ indiſtinctè tranſeat
ad hæredes.quod ſi alter cõpromittentiũ banniat̃.vide Bart.
in l.quis.ff.de verb.oblig.¶ Decima,Nam atteſtationes & cõfeſſiones factæ & receptæ coram arbitro,faciunt fidẽ poſtea
coram iudice:ſecus in habitis corã arbitratore : quia coram
illo non eſt iudicium,nec quaſi:in quo tamen ſunt opiniones.& dic vt Pan.in c. pręſentata.de teſtib.¶ Vndecima,nam
confeſſio facta coram arbitro,reuocari poteſt poſt ſentẽtiã,
antequam arbitrium ſit emologatũ:quia ante emologationem nõ poteſt dici finitum negotium, cùm nõ competat ex
eo actio vel exeptio.l.pen.C.de arbit.ſed facta corã arbitratore indiſtinctè nõ reuocatur,laudo ſecuto ſi eſt validũ,quia
negotiũ videt̃ finitũ ꝑer tranſactionẽ.¶ Duodecima,nam litis cõteſtatio corã arbitro interrumpit pręſcriptionẽ,nõ in
arbitratore:quia coram eo nõ eſt iudicium nec quaſi,& conſequenter nec litis cõteſtatio.¶ Decimatertia, nam arbiter
procedere non poteſt diebus feriatis,ſed arbitrator ſic, ſecundum Bart.quia arbitramentũ eſt tranſactio & reductio ad pacem:quod quia pietatẽ concernit,poteſt diebus feriatis explicari.Sed Pan.dicit quòd tenẽt quidem geſta coram eo die feriato,quia cùm nõ ſit iudicium corã eo ceſſat diſpoſitio c. fi.
de ferijs.Dicit etiam quòd ſine peccato procedit,ſi ſperatur
pax , aut alius pius effectus,nõ autẽ ſi ſperatur ſolùm ad implementũ alicuius contractus.vnde illicitum eſt Titio arbitrari quantũ fuerit expenſum in tali domo , aut collectũ ex
tali agro quia homines debẽt tunc intẽdere diuinis. ¶ Decimaquarta,nã corã arbitratore nõ eſt locus peremptioni inſtantiæ per lapſum triennii,quia coram eo nõ eſt iudiciũ vel
quaſi,& ſic ceſſat diſpoſitio l.properandũ.C.de iudic.ſed coram arbitro ſic,ſecundũ aliquos,alij quòd nõ, cùm non habeat iuriſdictionem.Pan.autẽ magis placet opinio cõtraria
de iure ciuili,quia arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorũ.
l.j.ff.de arbit.& coram arbitro eſt quaſi iudiciũ.l. ſi.de meis.
ff.eod.& conſequenter habet locũ diſpoſitio l.properandum
de iure autem Canonico vide pan. in c.pen.de iudic.¶ Decimaquinta,nam arbiter,ex quo ſemel ſuper toto pronũtiauit
ſeruando formã cõpromiſſi,ſiue bene,ſiue male functus eſt
officio ſuo:vnde ſentẽtiam amplius mutare nõ poteſt.In arbitratore autem ſunt opiniões.Sed Cynus poſt Petrũ diſtinguit,quia aut arbitriũ ſeu electio competit mihi iure meo:&
tunc poſſum,licet ſemel male elegerim,ſeu arbitratus fuerim,iterum arbitrari.aut cõpetit mihi ſuper iure alieno :&
tunc ſi nõ ſeruaui formam, poſſum iterũ arbitrari:ſi autem
ſeruaui formam,me amplius intromittere nõ poſſum: quia
ſiue bene ſiue male,functus ſum officio meo.Et ſic nõ videt̃
differentia in hoc inter arbitrũ & arbitratorem. ¶ Decimaſexta,nam arbiter non cogitur laudare,licet ſuſceperit compromiſſum,niſi ibi ſit pœna vel pignus:ſed arbitrator ſic , ſi
compromiſſum recepit,ſicut refert dom.Ant. modernos tenere:ſed certè ſecundũ Panorm.in hoc non eſt differẽtia inter eos:ſed ſolùm debemus diſtinguere an acceptauerint vel
non,quia vterq; cõpellitur ſi acceptauit,licet pœna non interuenerit.¶ Decimaſeptima , nam arbiter ſententiã facere
non poteſt in eccleſia,ſicut nec iudex:& lata,non teneret. de
immunit.eccleſ.c.decet.lib.vj.quod cap.licet loquatur de iudice,tamẽ extenditur ad arbitrum,qui largo modo eſt iudex
quia cum illud cap.venerit ad peccatum impediendum,fieri
debuit interpretatio larga:vt not.Ioan.And.in cap.ex tenore,qui fil.ſint legit. Secus in arbitratore.l.fin.C.de ferijs. de
quo,quantũ ad peccatum,diſtingue ſicut de ꝓceſſu in die feriato dictum eſt, ſecundum Panorm..quãtum autem ad valorem proceſſus ſecundũ eundem indiſtinctè valet:quia eſt
quidam contractus:contractus autem initus in eccleſia non
irritatur per illum text . vt ibi dicit gl.¶ Decimaoctaua,nam
arbiter manus extendere nõ poteſt ad res extra compromiſſum,vt in c.cum dilectus.de arbit.arbitrator autẽ ſic,vt not.
Spec.in titulo de arbitris.Ratio,ſecundum eum,eſt: quia dictum arbitratoris tenet , ſiue æquum ſiue iniquum , ſed per
iudicem reducitur ad æquitatem : vt in dicto § . arbitrorum.vnde poteſt rem vnam,de qua agunt partes , adiudicare alteri recepta quantitate pecuniæ ab alia:ſed ſecundum
Panorm.hoc dictum eſt nimis largum,vt ſcilicet poſſit extẽdere manũ ad aliena,de quibus nõ fuit cogitatũ in cõpromiſſo.vnde dicit Bar.in l.cum Aquiliana. ff.de tranſact. ꝙ ſi coram arbitratore eſt cõtentio de vno fundo,licet compromiſſum ſit generale,nõ tamen poteſt alteram partẽ cõdemnare vt recipiat illum fundum,& det aliã rem,de qua nõ fuit cogitatũ.Secus ſi vult condemnare in pecunia:quia nõ videtur
alia res,cum omnis res per eã æſtimetur.vnde cõcludit Pan.
in hoc differentiam non eſſe,ita quòd neuter poteſt manus

exten

extendere ad ea quæ ſunt aliena prorſus & incognita. ¶ Decimanona, nam excommunicatus non poteſt eſſe arbiter, ſicut nec iudex. de re iudic. ad probandum intellige de excommunicato notariè, ſecundum Arch. ij. quæſt. vj. à iudicibus. & affirmat Specul. & ita refert in curia determinatum de mandato papę. In arbitratore autem ſunt opiniões. & Bartol. ſentit quòd poſsit: quia excommunicatus æquiparatur deportato, qui non perdit ea quæ dependent ex conſenſu, & ſunt de iure gentium. Oppoſitum concludit Ioan. Andr. in regula, dolo. de regul. iur. libro vj. in mercur. ſi ſit notoriè excommunicatus. & cum iſto tranſit Panorm. vnde non eſt differentia. ¶ Vigeſima, nam arbiter debet vnicuiq; partium reddere quod ſuum eſt, nec debet de iure vnius tollere vt det alteri. ideo dicit lex arbitrum ſumere partes iudicis. ff. de arbit. l. ſi de meis. arbitrator verò hoc poteſt pro bono concordiæ, vt dicit gloſſ. in dicta l. & ad hoc Innocen. & Panorm. adducit cap. niſi de præbend. maximè iuncta gloſſ. quia impoſsibile erat de iure quòd vnus haberet titulum in beneficio, & alteri penſio deberetur: & tamen pro bono pacis ex poteſtate arbitraria fuit illud tolleratũ: quod tamen Bartol. intelligit quando modicè lædit: aliter reduceretur ad arbitrium boni viri. Bald. tamen dicit quòd non poteſt tollere de alieno. quod ſi ſaluare vis, intellige ſine cauſa, vel quando non in modico lædit. Ratio autem diuerſitatis eſt, vt dicit Panorm. quia arbiter eligitur loco iudicis: & conſequenter debet per tramitem iuris procedere, cuiq; tribuendo ſuum. Arbitrator verò vt amicabilis compoſitor, & tranſigens inter partes. Ex natura autem compoſitionis & tranſactionis eſt, vt poſsit pro bono pacis de iure vnius dari alteri ſine magna læſione: quia ſatis lucratur, quia lite recedit. l. Lucius. & quòd ibi not. ff. ad Trebel. ¶ Vigeſimaprima, nam ſecundum Innocentiũ in dicto cap. Quintauallis. dictum arbitratoris non mutatur, vbi modicè & non grauiter lædit: dictum verò arbitri non mutatur, etiam ſi grauiter lædat. imò ſi pœna promiſſa ſit, agitur ad pœnam. C. de arbit. l. j. & ſi non fuit promiſſa, ſed tantùm ſtipulatio interceſsit, agitur ad intereſſe. ff. de arbit. l. diem. Si autem ſimiliter compromiſſum ſit, & ſententia per partes expreſſe fuerit emologata, & intra decem dies neutra contradixerit, oritur ex ſententia actio & exceptio. C. de arbit. l. penultima. & agitur tunc condictione ex illa l. ſecundũm Innocẽtium, qui etiam ſentit quòd arbitrium pœnale non emologatur taciturnitate decem dierum. Et in effectu vult quod dictum arbitri non reducitur ad arbitriũ boni viri. id eſt, iudicis loci. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatem etiam prętextu lęſionis enormis. Et hoc probatur in dicta l. diem. § ſtari. Sed Hoſtien. in capit. ij. de arbit. limitat: quia ſi arbitrium continet manifeſtam iniquitatem, poterit ſuperior ex ſuo officio retractare, argum. illius capituli. Pro quo etiam Panormit. conſentiens adducit gloſſ. ordinariam. ij. quæſt. vj. à iudicibus. Et idem ibi Archidiac. Ber. quoque de arbit. in cap. expoſita. dicit quod etiam ſi quis ſit arbiter non eſt ſtandum iniquo arbitrio, ſed reducetur ad arbitrium boni viri: de arbit. cap. j. & ij. imò ſi iuraſſet, debet reuocari. extra de iureiuran. c. Quintauallis. non tamen propria authoritate veniet contra iuramentum. Et hoc intelligo quando iniquitas eſt aperta: licet iura quæ adducit non probent intentum, ſed potius oppoſitum habeatur in dicto cap. ij. in gloſſ. Dictum autem arbitratoris, ſi enormiter lædit reducitur ad arbitriũ boni viri: quod intelligo etiam ſi iniquitas non ſit aperta. Ratio autem diuerſitatis: vt dicit Panorm.. quare dictum arbitri non reducitur ad arbitrium boni viri, ſaltem ad petitionem partis, dictum autẽ arbitratoris ſic, eſt ſecundũ Bart. in d. § arbitrorũ. quia ex cõpromiſſo in arbitrum fit iniuria iudici, cuius erat iuriſdictio: cùm adeatur arbiter vt procedat vt iudex: & conſequenter iudex meritò ſe non impediet de iniquitate. nulla autem ei fit iniuria, quãdo compromittitur in arbitratorem, cùm fiat ſuper cõtractu, qui ex partium cõnuentione celebratur, & non iudicis authoritate. Panorm. autem arguit contra iſtam rationem: & deinde dicit hanc eſſe rationem, quia arbiter non eligitur vt arbitratu ſuo decidat: ſed vt procedat ſecundùm ius: ideo ad arbitrium boni viri reduci non poteſt, quia non habet in eo locum arbitratus. Appellari autem non poteſt, quia ex ſententia ſua non datur actio iudicati: & ſic appellatio non reperit quid ſuſpendat: vt legitur & not. in l. j. C. de arbit. & conſequenter cùm non reperiatur competens remedium, ſtandum eſt ſententiæ ſuę & imputandum eſt compromittenti, niſi iudex ex officio ſuo corrigat modo prædicto. Arbitrator autem eligitur vt arbitratu ſuo procedat: vnde meritò dictum ſuum reducitur ad arbitrium boni viri. Hæc omnia dicta in his differentijs, exceptis his quæ allegaui de Bern. ſumpta ſunt ſuccisis allegationibus ex Panorm.
3 ¶ Tertiò † quæritur, quomodo diſcernantur arbiter & arbitrator? Et dicit Innocen. in cap. Quintauallis. quem ſequitur Bartol. & cõmuniter Doctor. ſequentes, quód ex nominis diuerſitate. Vnde ſi compromittitur in aliquem tanquam in arbitrum, eſt arbiter: arbitrator verò eſt, ſi tanquam in arbitratorem. Sed Panorm. magis placet vt ex modo aſſumendi dignoſcãtur. Vnde ibi dicit Innocen. quòd arbiter eſt, qui eligitur iudex, id eſt, vt procedat ſeruato in ſubſtãtialibus ordine iudicij. ff. de arbit. l. j. & l. qualem. Arbitrator autem eſt, vt ibi dicit, qui eligitur vt aliquid exiſtimet, vel dicat de re aliqua quid ſibi videtur, ſine ordine iudiciario. Ex quibus infert Pan. ꝙ ille propriè eſt arbiter, qui eligitur vt iudex: arbitrator, qui habet aliquid arbitrari ex bono & æquo extra iudicium. de præb. c. niſi eſſent.. vbi pro bono pacis poteſt de iure vnius, moderatè tamen, alteri dare: vt in d. c. niſi & not. in l. ſi de meis. ff. de arb.
4 Opinio † autem Innoc. & aliorum quòd diſcernantur ex nominum diuerſitate, ſaluari poteſt, quando ſimpliciter dictũ fuit, Compromittimus in te vt arbitrũ vel arbitratorẽ. & nihil fuit addicum; per quod vnus diſcernatur ab alio ex ꝓprietate cuiuſq;. hæc Pan. ¶ Quartò, † vtrum ſit quis arbiter, vel arbitrator, ſi cõpromiſſum ſit factum, vt procedere poſsit ſeruato ordine iudiciario, & non ſeruato? Et dico ſecundum Archidiaconum, poſt Innocentium, quòd in eum compromittitur vtroq; modo, vt innuunt verba: ſed ſi proceſſerit vt arbiter, id eſt, ſeruato ordine iuris, non redigetur dictum eius ad arbitrium boni viri. Si autem partes dicunt, Eligimus eum in arbitrum, ſimpliciter non intelligitur quòd vt arbitrator electus ſit, niſi ex alijs verbis appareat de intentione cõtraria: puta quia dixerunt, quòd poſsit procedere non ſeruato ordine iudiciario. Si autem dicunt Eligimus talem in arbitratorem, vel in bonum virum, qui noſtras terminet quæſtiones: non intelligitur electus arbiter, niſi appareat ex alijs verbis Panor. tamen dicit quòd vbi ſic compromittitur quòd poſsit procedere ſeruato ordine iuris, & non ſeruato: licet à principio eligere poſsit alteram viam, in non eligendo tamen põt & videtur procedere vtraque authoritate: ſicut dicit Innocẽ. in habẽte delegatam & ordinatam, in cap. cum ex officij. de præſcrip. ipſe verò Panorm. alleg. cap. niſi. de præben. vbi ꝓbatur quòd ſi cõpromittitur in delegatum, ille poteſt in eadem cauſa ſimul pronuntiare vt arbitrator & delegatus. & ita in propoſito. Et ſi contra iuſtitiam partem læſit, poterit reductio peti: & in dubio ex qualitate facti præſumitur hoc feciſſe vt arbitrator. Et ex his ibi ipſe infert quód ſi partim ſeruauit ordinem iuris, & partim non: tenebit

tamen



tamen ſententia, ſecundum Hoſt. quia pręſumetur hoc feciſſe vt arbitrator. Infert etiam quòd ſi in aliquem compromittatur, vt poſsit procedere de iure & de facto, ſed tamen pronuntiet ſecundum ius: talis in ꝓcedendo erit arbiter & arbitrator, ſed in ſentẽtiando arbiter tantùm, vt patet ex tradita ꝓtãte: & ſi ꝓnuntiat iniuſtè, ſententia non tenet, ſcđm Bart. quia ꝓnuntiauit cõtra formã cõpromiſsi. & conſentit Pan.
6 ¶ Quintò, † vtrum is quis promiſit ſub pœna aut iuramento ſtare dicto arbitratoris, poſsit impunè petere reductionem ad arbitrium boni viri, ſi arbitramentum ſit iniquũ? Et Inn. tandem concludit quòd poteſt: quia iuramentũ, quod eſt vinculum fortius quàm pœna, nõ adſtringit ipſum ad parendũ quouſq; redactum ſit ad arbitrium boni viri: vt patet in cap. Quintauallis. & cõſequenter minus ipſum adſtringit pœna. Et idem tenet Hoſt. quando generaliter eſt iuratum de ſtando dicto arbitratoris. & Spe. in tit. de arbitr. & placet Pano. quia verba generalia debent intelligi ſecũdum ſubiectã materiam. l. quæro. ff. loc. & conſequẽter pœna & iuramentum debent intelligi, ſi enormiter nõ læſerit: ſicut etiam in. c. per tuas. de arb. notanter dicit Inn. quòd iuramentum de ſtando ipſius dicto, intelligitur alternatiuè, ſcilicet quòd ſtabit, aut ſoluet pœnam vel intereſſe.

¶ Sextò, quòd ſi ſpecialiter & expreſsè dictum eſt vt arbitrator poſsit ius vnius partis in totum vel partem alteri tradere & ſtandũ ſit dicto eius etiam iniquo: nunquid peti poterit reductio ad arbitrium boni viri, maximè ſi interuenit iuramentum vel pœna? Et dicit Hoſtienſ. quòd partes debent arbitramentum obſeruare, niſi ſit contra Deum, nec poſſent contrauenire ſine metu pœnæ vel periurij, ſi pœna vel iuramentum interuenit: quia potuerunt partes in hoc ſe ligare, & renũtiare ſuo iuri: fortè tñ ex æquitate, inquit, iudex ex officio ſuo occurrere deberet iniquitate, penſatis perſonarũ & cauſæ qualitatibus. de tranſac. c. ſi. quod verbum Pan. dicit valde notandum. Et attendendum etiam quòd deciſio prædi-
7 ctorum dependet ex ſequenti quæſtione. ¶ Septimò, † vtrum partes poſsint à principio renũtiare reductioni ad arbitrium boni viri: & poſito quòd valeat renũtiatio vel pactum: vtrũ extendatur ad omnem læſionem, maximè ſi interuenit iuramentũ vel pœna? Et Pan. ſic dicit: Si quis abſente parte & extra iudicium renũtiat petitioni huius reductionis, non valet: quia ſic non valet futuri iuris renũtiatio: vt l. ſi ita ſcriptũ. §. j. ff. de leg. ij. no. plenè in l. j. C. de pact. cap. ex multiplici. de decim. In iudicio autẽ vel extra iudicium in præſentia partis tenet renuntiatio futuri iuris: quia habet vim pacti de nõ petendo, iuxta not. in d. l. j. C. de pact. maximè per Bar. Si autem quis obligauit ſe per pactum ad nõ petẽdum iſtam reductionem: ſumus in caſu dubij. Et dicit Dyn. quòd hoc non obſtãte in ſimplici renuntiatione ſeu pacto poteſt hanc reductionem petere ratione magnæ læſionis: quia illud pactũ debet intelligi, ſi vt bonus vir fuerit arbitratus. argu. in l. quæro. ff. locati. vbi dicit text. quòd ſi promiſit locator non expellere inquilinum: intelligitur, ſi ſoluerit penſionẽ. Et idem ibi confirmat Bar. per illum text. & Ioann. And. in regula, ſcienti. dicens illud etiam procedere, ſi interueniſſet pœna vel iuramẽtum. Et idem Bart. in l. ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. dicens quòd iuramentum habet in ſe illam conditionẽ, quã habet pactum præambulũ, ſcilicet non venire cõtra, ſi æquè fuerit arbitratus: operatur enim illud pactum, ſeu renuntiatio, reſpectu modicæ læſionis. Et idẽ tenet dominus Antonius in d. c. Quintauallis. Et videtur communis opinio. Contrarium tamen ſenſit Federi. conſi. ccxx. dicẽs quòd pactum ſeu renuntiatio iuramento vallata. adſtringit ad non contraueniendum reſpectu cuiuſlibet læſionis. quod tamẽ bñ non probat. Sed Iacob. But. ſentit etiam ſine iuramento, dicens ſe non videre quare per pactum remitti non poſsit dicta reductio, niſi dolus ꝓcedat ex animo: vbi autẽ interuenit re ipſa valere debet pactum, ex quo de intentione partium conſtat. Bald. verò dicit hoc obſeruari communiter, quòd non obſtãte quacunque verborum cautela propter enormem lęſionẽ reductio dicta peti poteſt. Pano. autem ſic dicit: Si deceptio interuenit ex propoſito, quia ſcilicet ſcienter per fraudẽ, gratiam, vel odium, grauat partem, poteſt reductio peti reſpectu cuiuſcunq; lęſionis, non obſtante quocunque pacto: quia ſicut expreſsè nõ poteſt remitti dolus futurus. l. ſi vnus. § illud nulla. ff. de pact. ita nec tacitè ſub generalitate verborũ. Item ſi propter dolum retractatur arbitrium. l. iij. C. de arb. & l. ita demum. ff. eod. à fortiori arbitramentũ. & in hoc cõmuniter doct. cõueniunt. Si autẽ deceptio interuenit re ipſa ſine dolo arbitratoris: reductio peti nõ poteſt in lęſione modica: vt in l. ſi de meis. §. recepiſſe. ff. de arbit. etiam ſi renũtiatio non interuenit: vt in ca. niſi. de pręb. peti autem poteſt in læſione non modica, ſecũdum communem opinionem, quæ vera eſt, ſi nõ interuenit renũtiatio. Si verò interuenit vt ſcilicet poſsit vni tollere & dare alteri, non poteſt peti reductio ratiõe magnæ læſiõis vel quãtitatis: quia renũtiatio aliquid operatur: vnde tũc peti poteſt ratione maximæ ſeu enormis læſionis, & non magnæ: quia iſta maxima in dubio videtur excepta. arg. in l. omnes. ff. de his quæ in fraud. cre. Et ſi renũtiauit aut fecit pactum de non petendo reductionem, etiam reſpectu magnæ læſionis, adhuc poteſt peti, ſi deceptio interuenit ex propoſito: quia dolus futurus remitti non poteſt, vt dictum eſt: non autem poterit peti, ſi deceptio interuenit re ipſa: quia pars potuit ſibi ex pacto pręuidere. l. j. ff. depoſiti. vt in regula, contractus. & in regula, ſcienti. de reg. iur. lib. vj. Poterit autem peti reſpectu læſiõis enormis, ex quo de tali non fuit expreſſum: quia renuntiatio trahi non debet extra intentionem agentis. l. qui iniuriæ. ff. de furt. Et ita ſentit dominus Ant. in d. c. Quintauallis. & Baldus dicens quòd magna vel parua quantitas dicitur reſpectu perſonarum & cauſæ. l. cum filius. ff. de leg. ij. Vide gloſſ. in cap. ſi. de re iudi. lib. vj. Si autem fuit dictum, vt poſsit altè & baſsè in totũ vel partem de iure vnius dare alteri ſic non ligat præceptum arbitratoris, ſi fuit contra Deum, etiam appoſita pœna vel iuramento: vt probat Hoſt. & idẽ putat Pan. ſi eſt contra ius cõmune non remiſsibile per partes: vt in c. examinata. & in cap. peruenit. de arb. & in cap. ſi diligenti. de for. compet. Si autẽ eſt contra ius priuatum partis, peti poteſt reductio, ſi deceptio interuenit ex propoſito & dolo arbitri, ratione dicta, ſecundum Ioann. And. & Ioann Cal. Bart. & eſt commune dictum: non autem poteſt peti, ſi interuenit deceptio ſine dolo, ſecundũ Ioan. An. Ioan. Cal. & Bar. & dom. Ant. Et hoc eſt verum ſecundũ Panor. niſi fuiſſet appoſitum aliquod verbum illius poteſtatis reſtrictiuum, ſcilicet altè & baſsè, ꝓut ſibi videbitur, aut placuerit: quia hæc verba important arbitrium boni viri: vt in l. Thais. ff. de fideicommiſſ. liber. Dominus tamen Pet. de Anchar. diſputando tenuit quòd etiam ſi certi ſumus non eſſe dolum, peti poteſt reductio prætextu enormiſsimæ læſionis: quia paria ſunt, dolum interuenire ex propoſito, vel in re ipſa. l. ſi quis. ff. de verborum obligationibus. Sed communis opinio eſt in oppoſitum. & l. ſi quis. loquitur quando quis fuit deceptus ignoranter: ſed in caſu noſtro ſcienter & appenſatè dedit illam ampliſsimam poteſtatẽ arbitratori. Do. autem Anto. videtur velle quòd quandocunq; verba ſint largè concepta: nihilo minus data enormi læſione, etiam in re ipſa dabitur reductiõi medium: quia talia verba in genere dicuntur ex confidentia diſcretionis &

amic

amicitię arbitrorum,vt beneuolentiam captent ne lędantur.
& ita non debent ita latè intelligi:quia de verbis facilè ſerui-
tur.Vnde ſi repererint ſe deceptos,debet eis ſuccurri,etiam ſi
iuratum eſſet:quia abſoluentur,vel iudex ex officio ſuo ꝓui-
debit.Et idē tenuit Pet.de Anch.&,vt videtur,hæc opinio ha
bet æquitatem.& pro ea facit c.cum veniſſent. de initi.& l.ſi
libertus.ff.de ope. libert.& quia notarij ex cōſuetudine ſolēt
apponere illa verba generalia, teneri poteſt, vt dicit Pan. ꝙ
niſi aliter appareat,non videtur quis pati voluiſſe enormem,
vel ſaltem enormiſsimā læſionē.arg.l.cum de indebito.ff.de
probationibus.Alia tamen opinio videtur verior de ſubtili-
tate iuris.Si autē de dolo dubitatur:dicit Panor.quòd ſecun-
dū Bart.poteſt peti reductio ratiōe enormiſsimæ læſionis ſal
tem officio iudicis:quia præſumitur dolus in tanta læſiōe:vt
l.Lucius.§.creditor.ff.de his quæ in fraud. cred.Et ſic ſaluari
poteſt dictū Hoſt. ſcilicet quòd in maxima quantitate iudex
ex officio ſuo poteſt occurrere. Quod, quantum colligitur
ex Panorm. dupliciter eſt verum. Primò quando dubitatur
de dolo. Secundò, quando ex aliqua legitima cauſa,de qua
conſtaret, fuit deceptus arbitrator, vt dicit dominus Anto.&
8 Fran.de Aretio.¶ Octauò † quæritur,pro quanta læſiōe da-
bitur reductio,ſi nulla interuēnit renūtiatio,aut ſi interuenit
non impedit reductionem?Et dicit Panor. quòd quia in hoc
non reperitur ſpecifice prouiſum,inſurgūt opiniones: & qui-
dam dicunt oportere quòd fiat deceptio vltra dimidium iuſti
pretii.Cyn.verò & Pet.dicunt competere hoc remediū,quā-
tacunque ſit deceptio. Spe. vero dicit non ſufficere leſionem
modicā.& videtur eſſe de mēte Bart.& gl.in l.ſi de meis.ff.de
arbit.vbi dicit arbitratorem poſſe de iure vnius dare alteri.
& Bart.ibi dicit,dūmodo modicè: aliàs reductio fiat ad arbi-
trium boni viri.Aliam opinionem ponit Bar. in d.§.arbitro-
rum.ex quo §.iūcta l.vnde ſi Neruæ.ff.pro ſocio.nititur pro
bare quòd ſi arbitrator aſſumptus fuit ſuper cōtractu,requi-
ritur deceptio,ſaltem in ſexta parte totius.Si autem ſuper li-
te: nō conſiderabitur læſio ſimpliciter reſpectu quātitatis de
bitæ,ſed habito reſpectu ad qualitatē cauſæ dominus autem
Ant.dicit ſibi videri ꝙ tex.in d.l. vnde ſi Neruæ.cū ſequenti,
probat de dimidia.Pano.autem probat,&,iudicio meo,bene,
quòd ibi nec de ſexta nec de dimidia probatur:ſed probat,in-
quit ille tex.quòd læſus per arbitrū in tertia parte totius de-
biti,poteſt dicere arbitramentum iniquū,& petere reductio-
nem predictam:nec tamen,inquit, ſemper requiritur lęſio in
tertia parte:quia ille tex.in hoc regulam nō facit: ſed illud di
ctum eſt cauſa exēpli. quæ autem ſic dicuntur, non reſtrin-
gūt regulam:vt in cap.j.& quòd ibi not.ne cler.vel mon. Sed
probatur ibi quòd ex euidēti iniquitate reductio peti poteſt.
quæ quādo dicatur,nō credo poſſe dari doctrinam:ſed ex va-
rijs circunſtantijs bonus vir,id eſt,iudex,arbitrabitur:quia fa-
cilius debet arbitrator de iure vnius dare alteri, quando pax
aliter ſequi non poteſt.quàm ceſſante ratione pacis:& quan-
do ius eſt dubium,& inuolutum,quàm quando eſt clarum:&
quando eſt diues,quàm quando eſt pauper: & ſic de alijs cir-
cunſtantijs.& facit quod notauit idem Panor.circa compoſi-
9 tionem fiēdam in cap.j.de mutu.petitio.¶ Nono † quęritur,
an petens dictam reductionem & ſuccumbens quia non pro-
bauit iniquitatem euidentem , inciderit in pœnam compro-
miſsi,ſub qua promiſit: ſtare arbitramento ?Et dico qđ Dy-
nus.qui originaliter cōſuluit in hac quæſtione.tenet pœnam
commitui, maximè quando iurauit non petere dictam redu-
ctionem,& poſtea petijt,& ſuccubuit. quod conſilium refert
Ioan.An.in addi.Spe.in tit.de arb.& ibi refert Gul.de Cu.hoc
limitaſſe,niſi habuerit iuſtam cauſam petendi: vt quia proba
biliter credebat arbitramentum iniquum.& alleg l.ſi quis.ff.
de pœn.Panor.verò allegat cap.ſacro.de ſent.exc.& qđ not.
in cap.fine.de do.& cōt. Sed adde hic duas limitationes Bar.
Prima eſt in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obli.vbi di
cit quòd incidit in pœnam,etiam ſi ſententia , per quam fuit
declaratum,arbitramentum eſſe æquū,fuiſſet iniuſta.& hoc
per illum.§.duo fratres.vbi videtur text.in ſimili. Secundam
ponit in d.l. Iulianus.vbi diſtinguit, quòd ſi iudex declarauit
arbitramentum æquum,& hac cauſa expreſſa abſoluit reū,
incidit in pœnā: nec in hac quæſtione pœnæ admittitur pars
ad probandum quòd arbitramentum fuit iniquum:vt in d.§.
duo fratres.& facit gloſſ.in d.l.Iulianus.Si autem primò fuit
reus ſimpliciter abſolutus, vel iudex abſoluit quia nō fuit ꝓ-
batum iniquum,tunc in quæſtione pœnæ poterit de iniquita
te probare. Nam per hanc probationem detegitur iniquitas
ſententiæ,quæ tranſit in rem iudicatam:& ſic non obſtabit ex
ceptio rei iudicatæ.Intelligit autem omnia cum limitatione
Gul.& Ioan.And.prædicta.Ex his infertur quòd allegans ini
quitatem arbitramenti, habet probare,aliàs ſuccumbit:quia
præſumitur pro iuſtitia.l.ab ea parte.ff.de appell.¶.Decimò
quæritur ,quid ſi pro parte obtinuit,& pro parte ſuccubuit,
vtrum committatur pœna in parte?Et dicit Bald.in l.fi.C.de
arbi.quòd ſi capitulū,in quo fuit læſus,erat ſeparatū ab alijs,
committitur pœna in totum : ſecus ſi cōnexum vel vnitū,ita
quòd ſeparationem congruam non capiebat.ſed Panor.indi-
ſtinctè tenet quòd nō cōmittitur,ſed euitatur:quia iuſtè pe-
tijt reſtitutionem totius arbitramenti. Et cùm arbitramen-
tum ſit quædam tranſactio ſuper toto,in authen.ſi verò cō-
tingit.C.de iudi.nō poteſt iuſtè dicere ſe magis grauatū ſu-
per vno articulo quàm ſuper alio:ſed grauamē reſultat ex to
to compromiſſo ſimul,cum ſit vnica tranſactio,ſeu vnus cō-
tractus.Sed tamen aduerte, ſecundū Bald.quòd ſi arbitrator
iuſsit dari decē,& iudex in cauſa reductionis iubet dari quin-
que:ſi iſta quinque non ſoluuntur, nō committitur pœna cō
promiſsi,etiam pro rata:quia nūc agitur nō ex commpromiſ
ſo,ſed iudicis ſententia.vnde mutata perſona, ſtipulatio pœ-
næ non committitur.& dicit hoc placuiſſe Bart.ſed Panor.in
hac concluſione dubitat:quia iudex aditus ſuccedit in locum
primi arbitratoris:vt not.Inn. in cap. præſenti.hodie incipit,
ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.& Bart.in l.j.ff.de leg.ij.& conſe-
quēter eodem eſt iure conſentiens cum primo.& deinde ſol-
uit,ac tandē dicit poſſe cōcludi,quòd ſi iudex ſimpliciter cō-
firmat arbitramentum, habet locum pœna ſecundum diſtin
ctionem poſitam in præcedenti quæſtione.Si autē reformat
tunc pœna ceſſat in reformatione : quia non agitur amplius
ex compromiſſo,ſed iudicis ſententia.¶ Vndecimò † quæri- 1
tur,quanto tēpore durat poteſtas in arbitro vel arbitratore?
Et dicit Panor.vbi ſ.quòd in arbitro durat quanto tempore
durat actio:niſi tacitè vel expreſsè hæc poteſtas reuocetur à
partibus.quod videtur probari in auth.ſi tamen. C. de temp.
app.& in cle.quādiu de app.Et ſimile eſt in iuriſdictione dele
gati,quæ niſi reuocetur,ſemper durat,donec extinguatur:vt
in l.falſo.C. de diuer. reſcrip.In arbitratore autem dicit etiā
idem quod in arbitro.quod probatur in d . auth.ſi tamē:quia
licet ibi tex. loquatur in arbitro:tamē nihil apponit,ꝓ quod
appareat quòd magis ſenſerit de arbitro,quàm de arbitrato-
re,quibus arbitrium eſt cōmune:vt in d.§.arbitrorum.& nul-
lus tex.ſpecificè facit mentionem de arbitratore,ſed commu
niter loquuntur de arbitro. Vnde vbi materia non eſt magis
proportionabilis arbitro quàm arbitratori , appellatione ar-
bitri debemus intelligere de vtroq;:vt in d.§. arbitrorum.Et
hoc, niſi ipſe arbitrator dixerit ſe nolle acceptare cōpromiſ-
ſum,quia ſtatim expirat: vt in l. ſi merces.ff.locati.Ipſæ autē
partes poſt acceptationem poſſunt ſibi prouidere , faciendo
illum



illum compelli per iudicem, vel communi conſenſu ab illo
1 recedendo.l.litigatores.de arbitris.¶ † Duodecimò quærit,
quis ſit ipſe bonus vir,ad cuius arbitriū recurritur ꝓ iniquita
te arbitramēti?Et cōmuniter dicitur quòd eſt iudex loci.l.cō
tinuus.ff.de ver.ob.& gl.in c.potuit.de loca.vbi dicitur,ſecū-
dum Pan.quòd vbi ſit mentio de arbitrio boni viri in genere
intelligitur de iudice,per d.l.continuus.no.etiā.gl.in c. ſtatu-
tum.de reſcr.& ſequit ibi Gemi.& Spe. in ti. de arbi.Sed iſta
intelligo vera in foro contentioſo. in ſpectantibus autem ad
forum animæ bonus vir dicitur prudens & timoratus:.& ( vt
inquit Bal.in l.j.circa mediū. C. de ſolu. ) qui facit alteri qđ
veller ſibi fieri. Sed reſultat alia quæſtio:cū fiat aliquādo cō
promiſſum à clerico in laicū,& ecōuerſo:vel ſi omnes cōpro
mittētes,& etiā arbitrator,ſunt laici,ſed diuerſi fori:quia tūc
dubitatur an iſte iudex cōpetens ſit iudex arbitratoris,vel iu-
dex rei vel actoris.Et,vt recitat Bar.in d.§.arbitrorum.cōmu
niter tenent aduocati,quòd ſit iudex appellationis:cū iſta re
ductio ſit quædam ſpecies appellationis.l.non diſtinguemus.
ff.de arbit.§.cum quidam.ipſe verò hoc non tenet:ſed potius
quòd iudex,qui habet iudicare in principali cauſa ita quòd ſi
actor in cauſa originali petit reductionem, debet recurrere
ad iudicem rei:ſi verò ipſe reus petit,habet recurrere ad iudi
cem ſuū.Et hoc placet do.Ant.niſi laudū eſſet iuratum.& du
bitaretur ſuper reductione propter iuramentū: quia tunc de
beret adiri iudex eccleſiaſticus:vt in d.c.Quintauallis.Et idē
ſi laudum eſſet in materia pertinente ad eccleſiam, vt ibidē:
vel ſi euidens nutriret peccatum:de iud.nouit.Pan.tamen di-
cit,quòd ſi ex forma ſtatuti municipalis laudum habeat exe-
cutionem paratā:debet adiri iudex arbitratoris.& quod vbi-
cunque pro parte eccleſiæ petitur reductio,ex ſpeciali priui-
legio poterit adire iudicem eccleſiaſticū , ſi allegatur fraus,
vel minus legitimus contractus : vt in omni caſu voluit Inn.
vtrum autem à tali iudice in cauſa reductionis poſsit appella
ri,vide Pan.vbi ſuprà ¶† Decimotertiò, vtrū arbitrator de-
12. beat pronuntiare partibus pręſentibus?Et dicit Cy.quòd ſic:
aliter ſententia nō valeret.& ſequitur Bar. licet recitet quē-
dam ſolennem aduocatum conſuluiſſe contrarium. Fran.au
tem de Are.quem ſequitur do.Anto.dicit quòd ſi partes ſunt
præſentes in diſcuſsione,nō eſt neceſſaria vocatio in arbitra
tione.Si autem non fuerunt præſentes in diſcuſsione,vel nō
conſtat:dicit quòd ſi non requiruntur,non propter hoc lau-
dum eſt nullum: quia talis modus procedendi non reperitur
ſtatutus à iure in ipſis arbitratoribus : quia habent poteſtatē
arbitrandi æquum ſine obſeruatione alicuius formæ: debēt
tamen de honeſtate partes vocari:& ſi detrectant venire ,nō
cogitur iudicare:quia poteſt dicere, ſibi nō liquere de cauſa:
& hoc modo ſtare poterit per nō venientem quo minus arbi
tretur.Et hanc opinionem ſequitur Pano.& originaliter fuit
Guliel.de Cu.& ſequitur Bal.& Car.& Hoſt.in eo qđ ſentit,
arbitratorem poſſe teſtes recipere,& publicare, & ſententiā
ferre partibus abſentibus.Et idem ſentit Inn.ſecundum Pan.
in eo quòd dicit,coram arbitratore nō eſſe iudiciū vel quaſi:
ſed totum in ſua poſitum voluntate.Sed tamen Pan.addit li-
mitationem:quia ſi arbitrator proceſsit ex abrupto,parte nō
audita,nec requiſita laudum eſt nullum. Et conſentit Bal.&
Bar.& ſic ad concordiam reduci poſſent cōtrariæ opiniones.
In arbitro autem, ſi partes non ſunt præſentes in cōcluſiōe,
& ſi in diſcuſsione,ſentētia non valet,ſecundū Pan.per l.diē.
ff.de arb.licet Ia.de Ra.Pet.& Cy.teneāt contrarium.¶De-
cimoquartò quæritur,ſi compromiſſum eſt in duos arbitra-
tores,& diſcordant,nunquid iudex poſsit eligere tertium,vel
compellere eos ad eligendum?Et ſecundum Pan.de arbi.nō
eſt dubium,quia compelluntur eligere: vt in c.cum ſpeciali.
de appel.& in l.idem ſi vnus.ff.de arbi. Sed de arbitratoribus
Bald.recitat fuiſſe reſponſum per quoſdam ſapientes,ꝙ nō:
quia arbitratores ſunt ad ſimilitudinem ꝓxenetarum .l.ſi de
meis.ff.de arbi.in quibus ꝓxenetis certum eſt, nō eſſe tractā
dum de electione tertij. Et hoc idē Bal.placet & Pan.quia in
quinta perſona nō arbitrante nō receditur.l.ſi quis.ff.de ver-
bo.oblig.& l.ſi merces.ff.loc. Sciēdum verò quòd totum qđ
hactenus in hoc tit.dixi,in prædictis differētijs & quæſtioni-
bus,quæ ſequuntur,de Pan.ſumptū eſt ſuccisis multis allega
tionibus,quas ibi,ſcilicet in ca.Quintauallis.de iureiu.vide ſi
placet.¶† Decimoquintò quæritur,in quo differant arbitria 15
à iudicijs,ſiue quæ poſsit iudex,& non arbiter? Et dico quòd
arbiter primò nō poteſt punire teſtem,qui dicit falſum teſti
monium coram eo,vel partes producentes falſa inſtrumēta,
ſi ſolùm eſt arbiter vel arbitrator, & non alius iudex habens
merum imperium , quia poteſtas puniendi non eſt attributa
niſi per iuriſdictionem, qua caret arbiter,vt arbiter.quod pa
tet,quia ab eius ſentētia nō appellatur,nec ex ea oritur actio
vel executio:vt l.j.C.de arb.Item poteſtas arbitri eſt ita limi
tata,quòd de rebus extra compromiſſum & partes compro-
mittentes iudicare non valet,niſi de his,ſuper quibus in eum
eſt compromiſſum,vel eis cohęrentibus:vt dicit gl.extra eo.
in c.cum dilectus.Teſtis autem in eum non compromiſit:&
eius falſitas eſt omnino extra cauſam & perſonas compro-
mittētes.Nec obſtat ſi arbitria ſunt redacta ad inſtar iudicio
rum:vt l.j.ff.de arbi.quia hoc eſt verum,quantum ad ea tan-
tum quæ compromittuntur.De ſumptibus tamen poteſt cō
demnare,licet hoc nō ſit expreſſe compromiſſum:quia cau-
ſa ſumptuum non eſt extra cauſam & perſonas compromit-
tentium.Si autem eſſet arbiter habens iuriſdictionem à ſta-
tuto ciuitatis,vel iudex aliàs habēs merum imperium poſſet
punire,non vt arbiter,ſed vt iudex: quia & iudex teſtem co-
ram arbitro falſo deponentem punit.C.de teſti.l.cum appe.
hæc Ange.de Peru.¶ Secundò,vt dictum eſt,arbiter iudicare
non valet,niſi de his ſuper quibus in eum eſt cōpromiſſum.
extra eo.cum dilectus.in glo.Incedit enim ſtricta via:quia id
ſolum venit in arbitrium,de quo dictum eſt vt veniat.ff.eo.l.
ſi cum dies.¶ Tertiò,non poteſt punire cōtumaciam litiga-
toris,ſcilicet mulctando ,niſi ad hoc actum ſit. ff.de iud.l.ij.
Condemnare tamen poteſt,in expenſis condemnando :quia
cognoſcit de intereſſe:nec poteſt cogere, niſi in caſu,qui ha-
betur de offi.dele.ſuſpicionis.¶ Quartò,non pōteſt pronun-
tiare,niſi vtraq; parte præſente:niſi hoc inter litigatores cō-
uenerit.ff.eod.l.diem.§.ſi quis. ¶ Quintò, non poteſt citare
partes,niſi ad locum,in quo factum eſt compromiſſum.ff.e.
l.ſi cum dies.Sufficit tamen quòd citet in eadem ciuitate, in
qua cōpromiſſum eſt.¶ Sextò, non pōt delegare arbitriū.ff.
eo.l.ſi cōpromiſſum.¶ Septimò,nec corā eo præſtatur ſatiſ-
datio,ſed ſufficit pœnæ promiſsio.Cum enim partes conue-
nerunt ſtare ſentētiæ arbitri ſub certa pœna,poteſt pœna pe
ti ab ea parte,qui recedit à ſententia:qua ſoluta,cogi nō po-
teſt vt tali ſententia ſtet : niſi in compromiſſo dictum ſit, vt
etiā pœna ſoluta vel nō ſoluta nihilo minus ſtetur arbitrio.
xxv.q.ij.quicunq;.Bar.in glo.ſuper c.dilect.extra eo.¶ Octa-
uò,in arbitrio mora purgari non poteſt,vbi præfixus eſt dies
ab homine.ff.eo.l.Celſus.ſecus in iudicijs.¶ Nonò,ſententia
arbitri non infamat:quia non poteſt cognoſcere de crimine
quod infamet.ff.eo.l.non diſtinguemus.In his omnibus,ſecū
dum Archidia.diſtant arbitria à iudicijs.¶ Decimò,etiam in
alio:quia ſi partes renuntiāt appellationi, & faciunt pactum
de non recedendo ab arbitrio:nihilo minus recedere poſſent
ſoluta pœna poſita,vt dictum eſt:ſecus circa iudicia.Conue-
niunt autem in quibuſdam:quia per vtrunque interrumpitur

præſcriptio:& quantum ad iuramentum de calumnia. Ber.
¶Vndecimò, compromiſſum ſoluitur per mortem alterius
compromittentium:extra eo.ex parte.& etiam per mortem
alterius arbitrorũ: extra de offi.deleg.c.vno delegatorum.
niſi fiat mẽtio in compromiſſo quòd tranſeat ad hæredes
vtriuſq; partis compromittẽtis . ſecus in iudicijs:quia tranſ-
eunt ad hæredes,etiam ſi de ipſis mentio nõ fiat.Ber . ¶De-
14 cimoſextò† quæritur,quis,& qualis debeat eſſe arbiter?Dico
quòd non poteſt eſſe mulier,vt dictum eſt ſuprà.§.ij.differẽ
tia vj.nec monachus,ſecũdum Spec.ſine vtilitate monaſterij
& licentia abbatis: ar. c.ij. de poſtu. & c.monachi.xvj.q.j.ſed
arbitrator poteſt eſſe ex ſola licentia abbatis . Et hoc placet
Panorm.Debent verò arbitri,ſecundum glo.in c.licentia.de
appel.lib.vj.eſſe non ſuſpecti:aliàs poſſent,ſicut & iudices,re
cuſari.Nec debent eſſe multùm remoti per cap.ſecundò re-
quiris.de appel.Ex quo text.no.quòd recuſans iudicem vt ſu-
ſpectum,non tenetur arbitros eligere in eo loco:ſed eligere
poteſt al bi,dummodo non valde remotè, ſecũdum doct.vt
puta non vltra duas dietas:ar.c.nonnulli . de reſcript.vel ho-
die vltra vnam. arg.c.ſtatutum.de reſcri.lib.vj.quia ſæpe iu-
dex in loco eſt tam potens, quòd recuſans non poterit in lo-
co inuenire *idoneos* arbitros. Debent etiam eſſe in locis
competentibus,vt poſsit haberi copia peritorum. d. c.ſtatu-
tum. ¶Decimoſeptimò , quot debent eſſe arbitri? Et dico
quòd debent eligi vnus vel tres:& vbi tres eliguntur,duorum
ſententia retinet vigorem.extra de arbi.cap.j.vbi dicit gloſſ.
quòd hoc ex honeſtate,non ex neceſsitate dicitur:quia ſi etiã
eligerentur duo,in quos compromitteretur, tenet compro-
miſſum:& ſi non concordauerint , cogendi ſunt,vt concor-
dent,vel tertiam partem aſſumant.Non tamen valeret duo
rum ſententia tertio abſente:quæ valeret eo præſente & diſ-
ſentiente.ff.eo .l. ſi in tres.niſi in compromiſſo ſit expreſſum
quòd duo ſine tertio procedant.Et idem in iudicibus delega
15 tis:vide tamen infrà §. xxj . ¶ † Decimooctauò quæritur,
vtrum compromitti poſsit ſuper rebus ſpiritualibus?Et dico
quòd extrà eod. cap.contingit.dicitur: Generaliter prohibe-
mus,ne ſuper rebus ſpiritualibus compromittatur in laicũ,
ſcilicet vt in arbitrum vel arbitratorem,ſecundum Panorm.
& ſecundum gl.etiam incidenter: quia laici eccleſiaſtica ne-
gotia tractare non debent.de iudi.decernimus.Dicit tamen
gloſſa.in d.c.contingit.quòd de rebus merè ciuilibus,quibus
nullum ſpirituale annexum eſt,in laicum poteſt compromit
ti:quia cum ibi prohibeatur de ſpiritualibus , de temporali-
bus permittitur,arg.quia quod de vno prohibetur, de altero
conceditur.xxv.diſtin.qualis.& in c.expoſita.de arb.Et intelli
ge in merè ciuilibus,etiã ſi eſſent bona vel iura eccleſiaſtica.
Vnde ſecundum Inn.in d.c.contingit.clerici compromittere
poſſunt in laicum arbitrum de rebus temporalibus: quod ſi
de rebus ſpiritualibus compromittatur in laicum,ſecundum
Bart.nõ tenet arbitrium,ſimiliter nec ſi compromittatur in
laicum & clericum ſine authoritate ſuperioris:interueniẽte
autem authoritate ſuperioris,valet: tum quia nõ ſimpliciter
in laicum:tum quia ſuperioris authoritate:vt eo.tit.per tuas.
Vnde,vt colligitur ex gl.in d.c.cõtingit. nullus citra Papam
committere poteſt cauſam ſpiritualẽ laico: vel authorizare
quòd in ſolum laicum de iure ſpirituali compromitti poſsit.
Quòd vtique verum eſt:quia nullus diſpenſat contra cõſtitu
tionẽ Papæ,niſi in caſibus cõceſsis:vt in c.dilectus.de temp.
or.& conſequẽter cum ſolũ ſit iure expreſſum, vt ſuperioris
authoritate cõpromitti poſsit in clericum, & laicum, per d.
c.per tuas.in ſolum laicum nõ poteſt ſuperioris authoritate
16 compromitti. Ratio† autem, quare laicus in cauſa ſpirituali
prohibetur arbitrari , ſecundum Pan.in d.c.per tuas eſt,non
propter incapacitatem, ſed ratione honeſtatis:quæ honeſtas
conſeruatur ex miſtura clerici,qui ſociatus laico facit eũ ca-
pacem:etiam ſi laici eſſent plures,& clericus vnus. nõ tamẽ
extendas caſum huius capituli ad actum ſpiritualẽ: quia lai-
cus effici nõ poteſt capax iuris ſpiritualis per miſturam cle-
ricorum:vt in c.Meſſana.de elect.vide §.ſequẽti. ¶Decimo-
nonò,† vtrũ epiſcopus poſsit clerico & laico cauſam ſpiritua
lem committere vel delegare , ſicut eius authoritate in eos
de eadem cõpromitti poteſt?Et dico quòd nõ. Et ratio diuer
ſitatis eſt,quia ſcd͂m Ioan.Andr.in d.c.per tuas.arbitriũ de re
ſpirituali non eſt actus ſpiritualis : vnde meritò in clericũ &
laicum poteſt cõpromitti:ſed iudicare de cauſa ſpirituali,eſt
quid ſpirituale:vt in c.quanto.de iud. Laicus autem nõ eſt ca
pax iuris ſpiritualis , etiam aſſociato ſibi clerico: vt in d.cap.
Meſſana. poteſt tamen laicus cõmuniter ſecundũ doctores,
eſſe aſſeſſor iudicis eccleſiaſtici. ¶† Vigeſimò,quomodo de-
beant arbitri pronuntiare ſentẽtiã?Et dico quòd cum ab vno
de pluribus arbitris vel iudicibus,alijs præſentibus & mandã
tibus ſententia ſcripta recitatur,pro eodem eſt ac ſi ab omni
bus eſſet recitata:vnde oportet vt recitans vtatur verbo plu-
ralis numeri,dicendo,Nos arbitri vel iudices tales ꝓnuntia-
mus &c.niſi in arbitris ſup electione,quæ fieri debet ab vno
vice omniũ.de re iud.cùm ab vno.lib.vj.& præſentibus om-
nibus arbitris,ſecundum Panorm.in c.ſane.de arbi. Dicit ta-
mẽ Bar.in l.duo ex tribus.ff.de re iud.quòd ſi tertius fuit pręſ
ſens in diſceptatiõe ſuper meritis cauſæ,& dixit quicquid vo-
luit,& monitus ab alijs duobus nõ vult eſſe præſens,nec alle
gat cauſam legitimam abſentiæ:tunc poſſent ꝓcedere duo
ſine tertio.¶Vigeſimoprimò quæritur, quomodo arbiter te
neatur ad intereſſe?Et dico quòd ſi permittit trãſire tempus
ex dolo vel lata culpa, tenetur partibus ad intereſſe: aliàs nõ,
niſi ſe obtuliſſet:quia tunc tenetur de leui.Multo magis au-
tem tenetur ad reſtitutionem , ſi dedit ſententiam iniuſtam
ex dolo,vel lata vel etiam leui culpa, quando ſe obtulit.Ar-
bitrator autem videtur teneri ſimiliter de dolo & lata cul-
pa,& etiam de leui ſi ſe obtulit inde habens ſalarium : quaſi
contractus ſit gratia vtriuſque.Et iſta omnia deduci poſſunt
ex dicendis infrà Commodatum.§.viij.

## De Archidiacono.

1 *Archidiaconi,qui de iure multa poteſt,officium in quo poſitum ſit aduerſetur.Et quòd in hoc locorũ ſpectãdæ ſint cõſuetudines.*
2 *Archidiaconus iuriſdictionem num habeat? Et ibidem quæ poſſit,& quæ,prohibente Epiſcopo,non poſsit?Et an ordinariam, an verò delegatam iuriſdictionem habeat?*
3 *Archidiaconus de iure communi , de quibus cognoſcere queat?*
4 *Archidiaconus animarum curam committere,aut ad illam inſtituere,num poſsit?Et ibidem ad animarum curam inſtitutionis genus triplex: & quid ac quale vnumquodque.*
5 *Animarum curam,num Archidiaconus habere dicatur? Vbi q̃ cura dupliciter conſideratur Et num id rectè ſecundum Hoſti.*
6 *Archidiaconus nũ excõicare queat?Et quid de ꝑlatis iuriſdictionẽ à collegijs vel ab alijs,quàm ep̃is dũtaxat habẽtibus? Item quid de religioſorũ antiſtitibus,ac ꝑſertim eorũ qui exẽpti ſunt?*
7 *Archidiaconus indignum preſentans, an ſolus ipſe puniendus ſit,ſi talis ad ordines promotus fuerit? Et ibidem de ſignificatione verbi,bonitas.*
8 *Archidiaconus de ꝓmouendi idonea qualitate interrogatus,epiſcopo reſpondens,quẽ idoneũ eſſe,& id ſcire quatenus fragilitas ſinit humana,num peccet,ſi promouendus idoneus non ſit?*
9 *Archidiaconus ſi quem promouerit , num promoto ipſi de victu prouidere obſtringatur?Et quid ſi ꝓmotus in patrimonij titulo mẽtitus ſit?Et ibidẽ quid de his,qui ad titulum ſuæ paupertatis promouentur?*
10 *Decani rurales,an inſtitui atque deſtitui per epiſcopũ de ipſius Archidiaconi conſenſu debeant?Et num promouendis ad ordines,literas commẽdatitias Archidiaconus dare poſsit?*

1 ARCHIDIACONVS† multa de iure poteſt:ſed quia
ſecundum Inn.in c.j.de oſt.arch.cõſtitutiones & cõſue-
tudines per diuerſa loca pręualẽt in offi. dę cõſue.cũ olim.
ipſis ſtabit.quæ,vt Ray.dicit,ferè tot ſunt in officijs archi-
diaconatus præpoſiti,vel decani,quot ſunt eccleſiæ vnde in
officio ſuo facit ſecundũ quod habet eccleſiæ ſuę cõſuetudo
præſcripta.Vbi verò nõ eſſet talis cõſuetudo vel ſtatutũ:lo-
cũ haberẽt capitula totius tit.iſtius,ſcd͂m Inn.Et ſic poſt epi
ſcopũ eſt vicarius in omnib⁹,& habet curã in clero tã in vr-
be quàm in parochijs habitãtiũ:& ipſos debet de tertio in ter
tiũ annũ,ſi epiſcopus non põt,viſitare:vt in d.c.j.& debet au
ſcultare epiſtolã & Euangeliũ & reſpõſoria ſic,vt nullus ea
in eccleſia cãtet,niſi prius auſcultatus ab eo,& de iuſſu eius:
& ceroferarios ordinare:vt in c.ij.eo.ti.& ſi quid ex ſua negli
gẽtia vel alterius fraude ꝑijt de rebus eccleſiæ,tenet, niſi ꝓ
poſſe ꝓuideat:vt e.ti.i c.ij.debet ẽt examinare clericos ad ſa
cros ordines ꝓmouẽdos.c.ad hoc.& c.vt noſtrũ.eo.ti.& abba
tes ac abbatiſſas ponere in ſua ſede:vt in d.c.vt noſtrũ.¶Pri-
2 mò† verò quęrit,vtrũ archidiaconus habeat iuriſdictionẽ?Et
dico ꝙ ſecundũ Hoſtien.in aliquibus eccleſijs habet officiũ,
de quo dictũ eſt:& in aliquib⁹ iuriſdictionẽ, de qua Io An.in
Nouel.inc.officiũ eo.ti.ſic dicit:De iuriſdictiõe archidiaconi
tractat in multis locis.Primò enĩ iurgia audit.di.xxv.plectis.
& de offi.archi.adhuc.Secũdò inſtituit.lxiij. di.ſi in plebibus.
& eo.tit.cũ ſatis.Tertiò,pœnas infligit:vt de pœ.licet.Quar
tò,priuat beneficijs:de præben.referẽte. Quintò, ſubiectus
ꝑcipit obſeq̃a:vt de exce.prę la.ad hæc.Sextò,habet perpetuã
vicariã & curam,& conſequẽter iuriſdictionem ordinariam,
eo.ti.cap.j.Sunt tamen quædã iura,quæ faciunt contra eum.
Primò enim nõ inſtituit.xvj.q.vij.nullus.eo.tit.cum ſatis.Se-
cundò,quia eſt vicarius,& cõſequenter epiſcopo prohibente
nihil poterit eo.ti.c.j.vbi dicitur,Sciat archidiaconus poſt epi
ſcopum in omnibus ſe eſſe vicariũ.Tertiò,quia de paruis tan
tùm,cognoſcit:maiora refert:vt in c.ad hæc.eo.ti.per quod
patet,quòd eſt pedaneus paruus,aut nullus iudex,aut delega
tus.hęc Io.An.Sed intellige quòd inſtituit authoritate & mã
dato epiſcopi,& nõ inſtituit authoritate propria:vt in allega
tis iuribus patet.& ſic tollitur oppoſitio.ſed de hoc j.§.iij.in-
tellige etiam quòd iudices pedanei dicuntur, quorũ officiũ
eſt de minutis cauſis & infimis cognoſcere,licet ſint ordina-
rij:maiores verò cauſas tenentur maioribus referre, cũ ipſi
per ſe terminare non poſsint.C.de ped.iudi.l.ij . ¶Secundò,
vtrum habeat iuriſdictionem ordinariam vel delegatam?Et
dico,vt recitat Archi.quòd Ioan.in gloſſ.diſt.xxv.in cap.per-
lectis.mota quæſtione arguit ad vtranque partẽ, nec deter-
minat.Barth.autẽ Brix.addit , ſibi videri quòd in ciuitate ſo-
lus epiſcopus ſit iudex ordinarius.vij.q.j.in apibus. niſi ſecus
ſit conſuetudine præſcripta.de offi. archi.c.vlt . Augu . verò
de Ancho.diſtinguit:quia ſi eligitur ab vniuerſitate,& cõfir-
matur per epiſcopum,habet iuriſdictionem ordinariam de
iure:vt probatur in cap.perlectis ,& eo.titu.cap.j. & vlti . Et
idẽ eſt de eo,qui præficitur collegio vel vniuerſitati per epi-
ſcopũ diœceſis:ar.diſt.xciij.legimus . Si verò pręficiatur in
eccleſia per epiſcopum , maximè vbi ſunt plures archidiaco
ni,non creditur habere iuriſdictionem ordinariam,ſed tan-
tùm delegatam:& tantũ poterit exercere, quantũ epiſcopus
ſibi cõmittit. Et ſic intelligitur d.c.nullus.xvj.q.vij.& eo.tit.
cum ſatis. & hoc niſi plus obtineat de cõſuetudine præſcri-
3 pta,cui ſemper ſtabitur . Verùm † de iure communi hæc vi-
dentur ad eius officium pertinere,iurgia minora clericorũ.
examinatio ac præſentatio clericorum ad ordines , ſtallatio
prælatorũ ſiue inductio in poſſeſsionem, clericorum præfi-
ciendorum examinatio , & viſitatio , parochianorum , quæ
omnia habentur eod.titu.cap.ad hæc.& cap.j. Hęc Archid.
¶ Tertiò,† vtrũ archidiaconus poſsit animarum curam com 4
mittere,ſiue inſtituere ad illam?Et dico quòd extra eo. in c.
cum ſatis.ſummatim dicitur quòd hoc non præſumat ſine
mandato epiſcopi,etiam obtentu alicuius conſuetudinis: ſed
Ioan.And.in Nouel.ſuper d.c. ponit circa curam triplicem
inſtitutionem.Prima eſt authorizabilis,quæ ad ſolum epiſco
pum ſpectat de exceſ.præla.cap.iij.& de offi.deleg.ſuper eo.
quæ habetur loco inſtitutionis,ante quam nec pręſentatus,
nec is,cui collata eſt eccleſia,debet adminiſtrare.de præb.cũ
iam dudũ.quòd ſi fecerit,eum debet epiſcopus amouere . de
præben.cum iam.niſi gratioſè diſpenſauerit.Et hæc eſt iuris
huius ratio,quare conſuetudini pręſcribi non poteſt . Nam
cum ſine authoritate epiſcopi nullus eccleſiã intrare poſsit,
vel derelinquere:vt de renuntia.c. admonet.nec debeat ali-
quis talibus ſe ingerere:ſed qui vocatus eſt à Domino tãquã
Aaron:vt de electione.qualiter.Ingerit autẽ ſe,qui ſine diœ-
ceſani authoritate intrat.de offic.ordi.quoniam.Et quilibet
debet per oſtium.id eſt Chriſtum intrare : aliter fur & latro
cenſetur.Ioan.x . Concluditur quòd qui ſine epiſcopo intrat,
ſpreto oſtio.id eſt Chriſto,cuius eſt vicarius:beneficiũ eccle-
ſiaſticum vbi vſurpat.viij.q.j.qui vos.& cap.ſequenti. Secun-
da inſtitutio eſt corporalis,ad archidiaconũ ſpectans de iu-
re communi,& ſequens authorizabilem,tãquam illius execu
toria argum.de re iudi.cum Bertoldus.ibi,de conſenſu epiſco
pi.Et de hoc habetur eo.tit.ad hæc.& cap.vt noſtrum. Eſt &
tertia,quæ pro collatione ponitur, quam poſſet archidiaco
nus habere de conſuetudine:vt de inſtit.cap.cum veniſſent.
vnde & conceſsio pro inſtitutione ponitur:de offi . lega. di-
lectus.Sed licet conferat archidiaconus recipiens antequam
corporali vtatur,ad authoritatem epiſcopi habet neceſſe re-
currere,propter rationẽ dictam, & iura allegata, ſecundum
Hoſt.Et quanuis gl.in verbo,obtentu conſuetudinis exponat
de non pręſcripta quia præſcripta daret archidiacono poſſe
conferre curam animarum.Hoſt.tamen reprobat dictã ex-
poſitionẽ,dicens quòd nec præſcripta hoc poteſt ſibi dare:lo
quendo ſcilicet de prima, ſiue authorizabili inſtitutiõe:ſecus
de tertia,quæ præſcribi poteſt:ſecundam verò habet de iure
communi. ¶Quartò † vtrum archidiaconus habeat curam 5
animarum?Et Innocen.in verbo,curam, diſtinguit,quòd cu-
ra dupliciter dicitur.Primò ſtrictè:& eſt poteſtas ligandi &
ſoluendi in foro pœnitentiali : & hæc non eſt in pręlato,qui
non eſt ſacerdos. diſtinctio.xxj.in nouo.Secundò dicitur cu-
ra largè: & eſt poteſtas eijciendi & recipiendi in eccleſia , &
corrigẽdi exceſſus.di.xxj.§.j. Et ſub hac cura eſt, excõmuni-
care, viſitare,corrigere, & huiuſmodi . Et hanc habere poſ-
ſunt archidiaconi , & alij inferiores. Sed Hoſtien.dicit,hanc
diſtinctionem ſe non intelligere : quia prima non poteſt
dici cura:nec ſecundum ius , cùm nullo iure caueatur : nec
ſecundum naturalem rationem,imò omnino aliud eſt cura,
aliud poteſtas : cùm multi habeant illam poteſtatem , qui
non habent curam : ſicut ſacerdotes non curati,qui ex licen
tia vel priuilegio audiunt confeſsiones aliorum.Et econtra,
multi habent curam,qui non habent illam poteſtatem:quia
non ſunt ſacerdotes . Igitur potius dicendum eſt quòd cura
eſt poteſtas habendi aliquos in ſubditos illis conferendo
ſacramenta per ſe vel per alium,& alia faciendo,quæ perti-
nẽt ad curã vel ſalutẽ animarũ:vt corrigendo,& huiuſmodi.
& hanc habet archidiaconus,& alij prælati curati,etiã ſi non

ſint ſacerdotes:ſed in foro pœnitentiæ abſoluere,vel alia ſa-
cramenta conferre per ſe non poſſunt,ſi nō ſunt ſacerdotes,
ſed ſacerdotibus iſta committere.¶Quintò, † vtrum archi-
6 diaconus poſsit excommunicare? Et dico quòd in c.archidia
conus.eo.tit.Ioã.An.poſt Inno.dicit quòd ius commune eſt,
vt ipſe,& alij prælati iuriſdictionem habentes ab epiſcopis,
& ex collectione aut confirmatione officiorũ vel dignitatũ,
ad quos aſſumuntur,ſint iudices ordinarij,& poſsint excom-
municare.xj.q.j.nemo.& hoc niſi ſint mulieres.de pœ.& re.
noua.Et quod dicitur in d.c.archidiaconus.quòd excommu-
nicare non poteſt:intelligitur,vbi eſt conſuetudo cõtraria,
quæ dat iuriſdictionem:vel quia excõmunicare nõ poteſt cũ
illa ſolẽnitate,de qua xj.q.iij.debẽt.quia illud eſt epiſcopi ſo-
lum.Dicit etiam quòd prelati habentes iuriſdictionem tantũ
à collegijs,vel alijs quàm epiſcopis,excõmunicare non poſ-
ſunt,licẽt habeãt aliam iuriſdictionem:quia poteſtatem ex-
communicãdi cõcedere nõ poteſt niſi epiſcopus.xxiiij.q.iij.
corripiãtur.niſi collegiũ eligeret authoritate epiſcopi,vel ab
eo confirmarentur,vt dictum eſt.Sciendũ tamẽ ſecũdum Ar
chidiaconũ quòd prælati religioſorũ,præcipuè exemptorũ,
cùm habeãt authoritatem,ſeu iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalẽ
in ſubditos ſuos,excommunicare poſsint ſubditos ſuos ex au
thoritate ſuorũ priuilegiorũ à ſede apoſtolica eis cõceſſorũ.
hæc ille.Sed mihi videtur quòd ex iure communi poſsint tan
quã prælati collegialiter & canonicè electi,Per c.cũ eccleſia
rum.de off.ordi.de quo ĩ.Excommunicatio.j.§ ij.¶Sextò
† vtrum ſolus archidiaconus veniat puniendus, ſi præſentet
7 indignũ?Et dico quòd archidiaconus habet examinare pro-
mouẽdos ad ordines,& prẽficiẽdos in eccleſijs,vt in c.ad hæc.
e.ti.Et hoc ſecũdũ Ho.niſi ex cauſa epiſcopus hoc ſibi inter-
dicat:qui etiã poteſt & alios adiungere,qui ſimul cũ eo exa-
minẽt,ſicut & iterũ examinare.igitur ſecundum gl.ſi ꝓmo-
ueat indignũ,quãuis epiſcopus nõ videatur puniẽdus,ſed ar-
chidiaconus,qui examinat,& pręſentat epiſcopo indignũ:ar.
diſtinctio.liiij.ſi ſeruus.tamẽ nõ eſt ſic:quia tenetur de facto
eius qui examinat,cùm fiat mãdato eius.niſi fortè examina-
tor talis fuiſſet,vt veriſimile nõ ſit,ipſum mẽtiri:vt de pig.ſi-
gnificãte.ſicut etiã dicũt Inn.& Hoſt.quòd ſi cõmunis opi-
nio ſit de bonitate archidiaconi,excuſatᷓ epiſcopus.& idẽ de
alio examinatore.quod ſecundũ archidiac.nõ videtur intel-
ligendũ de bonitate ſimpliciter,ſcilicet vitæ:ſed de bonitate
id eſt idoneitate ad examinãdum:vt ſcilicet ſciat in quibus ſit
quis examinãdus,& fideliter agat,quod eſt dictum,vt ſit pru
8 dens & cõſcientiatus.¶Septimò † vtrũ dicente epiſcopo ſcis
hunc eſſe dignũ,peccet archidiaconus reſpõdendo,ſcio quã-
tum humana fragilitas permittit?Et dico ſecundũ Inn.in ca.
vnico de ſcrutinio in ordine faciendo:quòd ſi talis ordinãdus
præſentatur à probis:poteſt ſana cõſcientia reſpondere:dum-
modo nihil mali de eo ſciat:arg.de præſum. dudũ quòd ſi de
eo ſcit aliquid mali ſecretum,obtinere debet à prælato vt eo
abſente faciat ordinationẽ.quod ſi nõ poteſt,vel nõ ſine ſcã-
dalo:tunc etiã põt ſana conſcientia dicere.quia non dicit niſi
vt miniſter,nõ vt ipſe:& eccleſia,quæ per illũ loquitur, nihil
ſcit de occultis:nec debet omittẽdo talia dicere,indirectè pu
blicare fratris crimẽ ſecretũ. Si verò tale crimen eſſet publi-
cum:tũc dicendo talia peccaret mortaliter.xxij.q.ij.primum.
niſi illud crimẽ eſſet veniale:vt xxv.diſt.§.criminis.¶Octauò
9 † vtrum archidiaconus teneatur prouidere de victu ei,quem
promouet?Et dico quòd ſi quis ſine titulo ordinatur,& ex ſe
non habet,vt dicit gl.in d.c.ad hoc.tenetur ei prouidere exa-
minator,qui pręſentauit eũ:ꝙ ſi nõ eſſet ſoluẽdo,tunc tene-
bitur ei epiſcopus,ne cõtingat eum mendicare in opprobriũ
ordinis clericalis:quia ſaltem debebat prius videre epiſcopus
quis,à quo & ad quẽ titulum præſentaretur.de ætat.& quali.
ord.accepimus.Si verò archidiaconus fecit aliquẽ ſcribi ad ti-
tulũ ſui patrimonij ordinandum:& apparet,illum nõ habere
patrimonium,aut minus ſufficiẽs:ſi hoc archidiaconus fecit
ſciẽter:agetur primò cõtra eũ,qui fuit in dolo: ſecũdò cõtra
epiſcopũ,qui fuit in culpa:quia dolus præponderat culpæ.ff.
ad legẽ Aqui.l.itẽ ſi obſtetrix.nec obſtat exceptio de dolo
ordinati,ad cuius inſtantiã factũ eſt.Ho.tamen placet quòd
imputetᷓ ei, qui mẽtitus eſt:ideoq; ſibi ipſe victũ quęrat.xcj.
diſ.clericus.& per hoc multis ſubtraheretᷓ decipiẽdi materia,
qui mentiendo ſe fecerãt ordinari,vt ſuſtentarẽtur ab ordi-
natore,vel examinatore.Et placet quando ſolus eſt in dolo:
alij verò in culpa ſolũ.Qui aũt ſe faciũt ꝓmoueri ad tit.ſuæ
paupertatis:vt mẽdicantes:illam ſequantur.¶Nonò † vtrum
decani rurales inſtitui debeãt & deſtitui per epiſcopũ de con
ſenſu archidiaconi?Et dico quòd ſic:vt in cap.ad hæc.eod.tit.
quod Io.An.dicit melius intellige ſecundũ cõſuetudinẽ Frã-
ciæ,vbi tales decani inſtituuntur ad tempus pro maiori par-
te per epiſcopũ & archidiaconũ ad quędã officia eis cõmu-
nia: & conſequenter,ſecundũ Inn.vbi nõ eſt talis cõſuetudo,
hoc nõ vendicat ſibi locũ.Quod ſi in deſtitutione aut inſtitu
tione cõcordare nõ poſſent:ſecundũ aliquos,vt recitat Inn.
& Archi.ſequi videtur,nihil agitur:cum vnus ſine alio non
poſsit.de offi.dele.cauſam.niſi cõſuetudo haberet cõtrarium.
Sed tamẽ alij dicũt,nominatũ ab epiſcopo habere locũ:cùm
eius authoritas ſit principalis,& archidiaconi quaſi vicaria:&
hoc ſequitur Inn.addens quod ſi archidiaconus inſtitui videt
indignũ,poſſet pro iure ſuo appellare,vel aliàs cõtradicere.
¶Decimò,vtrũ archidiaconus poſsit dare literas cõmẽdati-
tias promouendis ad ordines?Et dico quòd non.vt in c.ſigni-
ficaſti.eo.titu.quod gl.intelligit, quando epiſcopus eſt præ-
ſens,ſcilicet in diœceſi.nam ſi eſt abſens,& neceſsitas vel vti-
litas ſuadeat ordinandorũ,poterit eos alijs epiſcopis cõmen
dare, & ſic literas cõmendatitias dare:quia eo abſente ſup-
plet vices eius:vt in cap.j.eo.tit.Et idem poſſet,ſecundũ Ho.
generalis vicarius epiſcopi,cui aliquis de ſpecialibus caſibus
cõmiſſus eſt cum clauſula generali: vt de offi.vic.c.ij.lib.vj.
Sed in pręſentia epiſcopi, qui ſic generaliter cõmiſit ſine
ipſius licentia non debet hoc expedire.de offi.leg. volentes.

## De Archiepiſcopo.

1 *Archiepiſcopus qui & Metropolitanus dicitur,quam & in quos iuriſdictionem habeat?& de quibus cognoſcere, & quatenus committere poſsit?*

2 *Archiepiſcopus in epiſcopi ſubditos quot caſibus iuriſdictionẽ ordinariam habeat?& ibi quòd XII.de quibus ſigillatim.*

3 *Epiſcopali ſede vacãte,quis Epiſcopi vices ſuppleat?Et ibidẽ, quid ſi Eps,aut excõicatus,aut à Paganis interceptus, aut mutus,aut furioſus effectus ſit?Et nũ cathedrali vacãti eccleſiæ viſitatorẽ Archiepiſcopus dare poſsit?Et ceſſante ſuffraganeorum negligentia,an poſsit viſitationes iterare,ac procurationes recipere?nu.4.*

5 *Archiepiſcopus ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ nũ abſoluere queat?Et nũ Primate irrequiſito,concilium celebrare poſsit?*

6 *Archiepiſcopus num poſsit Crucem ante ſe geſtari facere? Et ibidem quòd ſic cum multis alijs.*

ARCHIEPISCOPVS † & metropolitanꝰ ſunt nomi-
na ſynonyma ſignificantia idẽ:ſed archiepiſcopus dicitᷓ
ab archos princeps,& epiſcopus, quaſi princeps epiſcoporũ.
metropolitanus verò ἀπὸ τῆς μήτρας καὶ πόλις:id eſt,à ma-
trice vrbe,ex qua coloniæ deductę.vj.q.iij. ſcitote.licet non
ſit neceſſe quod habeat illum numerum, ſcilicet decem epi-
ſcoporum ſub ſe.vt ibi dicitur:habet autem ſecundũ Hoſti.
ius pinguius epiſcopum quàm in ſubditos eius: & habet iu-
riſdictionem,& eam exercere poteſt in tota prouincia,tollẽ
do prauã conſuetudinẽ,& fulminando ſententiã excõmuni-
cationis in ſeruãtes eam,ſecundũ Inn. quem ſequitur Pan.in
c.ex frequentibus.de inſti.& ſentit glo.in Sum.ix.q.iij.Et co-
gnoſcere poteſt de crimine epiſcoporũ,& eos punire:vt in c.
ſacro.de ſenten.excõ.licet non poſsit ꝓcedere ad eorũ depo
ſitionẽ,quę ſoli Papæ reſeruatur:vt in c.ij.de trãſ.præla. De
cauſa verò ciuili cognoſcere poteſt indifferẽter,etiam ſi ſub
ditus epiſcopi illũ conueniat:quia corã archiepiſcopo debet
eum cõuenire.Sed ſi epiſcopus habet cauſam cõtra ſubditũ,
non cõuenit eum corã archiepiſcopo:quia nõ eſt iudex ſub-
diti epiſcopi,nec habet in illũ iuriſdictionẽ, niſi in certis caſi
bus,de quibus infrà:nec etiã cõuenit eum coram ſe:quia non
debet eſſe iudex in propria cauſa. Vnde eligi debent arbitri
iuris.Et probãtur hæc in c.ſi clericus aduerſus clericũ.xj.q.j.
Non poteſt autem compellere ſubditum ſuffraganei ſui ad
ſuſcipiendum cõmiſsiones eius in cauſis:niſi ſit cõſuetudo.de
for.cõpeten.Romana.li.vj.de offi.ord.paſtoralis. Super quo
c.dicit Hoſti.quòd cum epiſcopus ſubſit archiepiſcopo, quia
pinguius ius habet in eum,quàm in ſubditum eius,poteſt epi
ſcopum cogere vt cõpellat ſubditum ad ſuſcipiendum:quod
ſi intra certum tempus ſibi aſsignatũ hoc facere neglexerit,
nec aliquod iuſtum impedimentũ prætenderit, demũ poteſt
cogere vtrunq;:argumento de officio ordinarij quanto.in ſi.
& c.irrefragabilis.§.exceſſus.& concord. Bernar.etiam ſi ab
epiſcopo appellatum fuerat.Iure tamẽ nouo archiepiſcopus
cauſas,quæ ꝑ appellationem vel alio iure metropolitico de-
feruntur ad ipſum,non poteſt audire, ſeu committere alibi,
quàm in ſua ciuitate vel diœceſi:aut in eis, in quibus appella
tum extitit,vel cauſæ ipſæ cõſiſtunt:niſi aliud ſibi competat
2 de cõſuetudine.de offici.ord.litigantes.libr.vj.¶†Primò ve-
rò quæritur,ſi in aliquibus caſibꝰ archiepiſcopus habet iuriſ
dictionem ordinariam in ſubditos epiſcopi?Et dico quòd ſic
in multis, quæ notantur in c.paſtoralis.de offi.ord.¶Primus
eſt,cùm deuiant in diuinis officijs à cõſuetudine eccleſię Me
tropolitanæ.xij.di.de his.quod tamẽ limitat Hoſt.niſi eccle-
ſiæ prouinciæ haberent ſpecialem cõſuetudinem.quod Pan.
placet,vt valeat conſuetudo cuiuſq; eccleſiæ,dummodo ſit a-
liàs rationabilis.ar.c.de trina.de conſe.diſt.iiij. Ad quod facit
quod not.gloſſa.in c.j.de ſum.Trini.in vj.vbi dicitur quòd in
concernentibus fidem ſequi debemus conſuetudinẽ eccleſiæ
Romanæ:in alijs nõ tenemur,niſi Papa diſponat.¶Secundus
eſt,quãdo ſubditus epiſcopi delinquit in diœceſi archiepiſco
pi.vj.q.iij.placuit.quia in hoc caſu efficitur aliquis de iuriſdi-
ctione cuiuſlibet alterius.¶Tertius eſt, ſi habet prædium in
diœceſi ſua.extra de fo.com.c.ſi.& iſte etiam caſus ꝑtinet ad
quemcunque alium.¶Quartus eſt, ſi cauſa defertur ad eum
per appellationem.de offi.leg.cap.primo.& de offi.ord.duo.
ſed hoc caſu diſtingue vt infrà.¶Quintus eſt, cum abſolutus
ab archiepiſcopo non vult parere epiſcopo.de offici.ordi. ad
reprimendam.¶Sextus eſt,ſi cauſa criminalis ſit inter epiſco
pum & clericum ſuum: ꝗa deduci debet ad ſynodum, in qua
archiepiſcopus præeſt.vj.q.ij.c.j.¶Septimus eſt,ſi clericus ha
bet ciuilem cauſam cõtra epiſcopum ſuum.xj.q.j. ſi clericus.
¶Octauus eſt, quando epiſcopus eſt negligens in eo quod fa
cere debet.ix.q.iij.cum ſimus.Pro quo Pan.in c.ex frequenti-
bus.de inſti.facit regulam generalem, quòd ſola negligẽtia
epiſcopi deferat iuriſdictionem in archiepiſcopum.& gloſ.in
c.Romana.de ſupplen.neg.præl.li.vj.dicit quòd in negligen
tia epiſcopi,archiepiſcopus ſupplet vices eius, non autem in
delicto.quod limita ſecundum Docto.& Panor.in d.c.ex fre
quentibus.niſi delicta ſint notoria.¶Nonus eſt, quando de-
functo epiſcopo eccleſia idoneos clericos non habet.xij.q.ij.
non liceat.¶Decimus eſt,cum euidens eſt, ſententiam epiſco
pi eſſe iniuſtam. extra de app. ſolicitudine.¶Vndecimus eſt.
cùm viſitat prouinciam:extra de præſcri.cum ex officij.& de
cenſi.ſopitæ.&.c.cum nuper.¶Duodecimus etiam poteſt ad-
di,ſecundum aliquos,ratione notorietatis criminis,quæ facit
vt in ſua diœceſi exiſtens ſua ſentẽtia afficere poſsit ſubditos
epiſcopi delinquentes:quia licet text.in d.c.Romana.in §.no-
toria.loquatur dum viſitat: tamen doc.in d.c.ex frequentibꝰ.
illud cõmuniter extendunt,etiam dũ non viſitat.ſed hoc ego
credo verum in caſu viij.quando ſcilicet epiſcopus eſt negli-
gens. vide etiam ſuprà. Abſolutio ij. circa fin. ¶†Secundò,
vtrum archiepiſcopus ſuppleat vices epiſcopi per ſolam vaca 3
tionem ſedis epiſcopalis?Et dico quòd nõ,ſed capitulum ſup
plet.extra de ſupplen.neglig.præla.c.ſi epiſcopus.&.c.eccle-
ſiæ.lib.vj.& idẽ etiam ſi ſit excõmunicatus: vt in c.Romana.
de ſupplẽ.negli.præl.vel captus à paganis:vt in d.c.ſi epiſco-
pus.& idem puto eadem ratione in omni caſu,quo epiſcopus
ſuum officium exercere & cõmittere nõ poſsit:puta ſi efficia
tur mutus,aut vertatur in furorem.¶Tertiò,vtrum poſsit ec
cleſiæ cathedrali vacanti dare viſitatorem?Et dico quòd nõ,
niſi fortè capitulum in ſpiritualibus & temporalibus negli-
genter aut malè adminiſtret:ꝗa tunc vacato capitulo,& cau
ſæ ſuper hoc agnitione præmiſſa,viſitatorem ſeu miniſtrato
rem poterit deputare: qui quãuis habeat legitimam admini-
ſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus,tamen illa bene
ficia,quæ ad ſolam epiſcopi collationem pertinent,conferre
non poteſt,ſi ab alio quàm à Romano pontifice fuerit depu-
tatus:vt in c.eccleſiæ.de ſuppl.negli.præl.lib.vj. ¶†Quartò, 4
vtrum ceſſante ſuffraganeorum ſuorum negligẽtia poſsit vi
ſitationes iterare,& recipere procurationes? Et dico quòd ſic,
non obſtante contraria conſuetudine: & dum viſitat, poteſt
confeſsiones ſubditorum ſuffraganeorum audire, & abſolue
re,& iniungere pœnitentiam.extra de cen.perpetuo. libr.vj.
ſed vtrum aliquid poſsit recipere,vide ĩ.Viſitatio vbi de viſita
tione eius multa dicentur.¶†Quintò, vtrum abſoluere poſ- 5
ſit ſubditos ſuffraganeorum ſuorum?Et dicit Gemi.in c.per-
petuo.de cenſi.lib.vj.quòd eos non poteſt ligare vel ſoluere,
niſi dum viſitat:vt ibi tex.innuit:nec etiã abſoluere ab excõ-
municatione minori:vt in c.nuper.§.j.Secundò verò, de ſen-
ten.excom.& hoc verum niſi per appellationẽ cauſa ad eum
deuoluta ſit,vel in caſibus ſibi ſpecialiter à iure permiſsis, de
quibus dictum eſt.Sed tamen de his etiam vide ſuprà Abſolu
tio ſecundò dubio.v.vj.& vij.¶Sextò,vtrum poſsit celebrare
concilium irrequiſito primate?Et dico quòd ſic.diſtin.xcij.ſi
quis epiſcopus vacans.& ix.q.iij.c.ij.& iij.¶†Septimò, vtrum 6
poſsit facere crucẽ portari ante ſe?Et dico quòd ſic tranſiens
ꝑ quæuis loca ſuæ ꝓuinciæ:& bñdicere populo:in pontifica-
libus,& ſine pontificalibus celebrare, & celebrari facere,tã
in locis exẽptis,quàm nõ exẽptis:quæ etiã ſimiliter facere po
teſt epiſcopus,etiã in locis exẽptis ſuæ diœceſis: vt in cle.ar-
chiepiſcopo.de priui.ſed tñ,vt dicitur, hæc fieri debent ſine
exemptorũ præiudicio.Multa alia tangẽtia archiepiſcopum
vide ĩ.Epiſcopus,per totum, & infrà Pallium, & Prælatus,
per totum,& ſuprà Abſolutio:ſecundò.§.vij. & ſequentibus.

## De Archipresbytero.

1 *Archipresbyter,qui aliorum presbyterorum,id eſt,ſacerdotum princeps eſſe dicitur,in duplici differentia eſt.Aut enim Ruralis eſt,aut Ciuitatenſis.Et quid vnumquodque? & in quibus poſitum ſit vtriuſque officium?*

2 *Archipresbyter ciuitatenſis,num à caſibus epiſcopo reſeruatis, abſoluere poſsit?Et quid de rurali,nũ poſsit omnes de epiſcopo-*

*tu ad ipſum accedentes abſoluere? Et de quibus poſsit?*
3 *Archipresbyter ruralis, inſtituẽdi, aut confirmãdi ſibi à patro-
nis in eccleſijs ſub ſuo plebanatu, num authoritatem habeat?*

1 ARCHIPRESBYTER,† Princeps dicitur aliorũ
presbyterorum, id eſt, ſacerdotũ. Et duplex eſt, ſcilicet
ruralis, qui præeſt ſolũmodo plebi: vt in c.fi.de offi. archi-
pre.& ciuitatẽſis, ſiue eccleſiæ cathedralis. qui alio nomine
dicit̃ decanus: vt in c.ad hæc.de.offi.archi.& eſt ſub archidia-
cono, & eius præceptis debet obedire.extra eo. c.j. vbi dicit
gl. ꝙ archidiaconus eſt minor ordine: cũ ille ſit presbyter:
iſte diaconus: ſed dignitate & adminiſtratione eſt maior. qđ
ſecundum Inn.verũ eſt, vbi ſic eſt de conſuetudine, & in ſpe-
ctantibus ad officium archidiaconi de iure vel conſuetudine.
In aliquibus autẽ eccleſijs, vbi non eſt archidiaconus, ſed ar-
chipresbyter, vel præpoſitus tantum loco archipresbyteri:
ad talẽ archipresbyterũ, vel prępoſitũ vltra ea, quæ ſunt ſui
officij, pertinẽt ad eum quæ de archidiacono dicuntur, prout
habet conſuetudo loci, quæ in huiuſmodi dat iuriſdictionẽ.
¶ Primò verò quæritur, quod ſit officium archipresbyteri ci
uitatẽſis? Et dico quòd Leo in c.officium.extra de offi.archi-
preſ.ſic dicit: Offciũ archipresbyteri de vrbe conſtat, quãdo
ibi præſul defuerit, vice eius officium inchoare: benedictiões
presbyterales in eccleſia dare: miſſam, quãdo voluerit, cãta-
re, vel cui de ſacerdotibus iuſſerit: quãdo verò epiſcopus miſ
ſam canit, debet præcipere ſacerdotibus vt induat ſe veſtimẽ
tis ſacris, & qualiter ad miſſam procedant. Debet enĩ præ-
cipere cuſtodi eccleſiæ, vt in ſacrario eccleſiæ euchariſtia
Chriſti ꝓpter infirmos nõ deſit: debet infirmis ꝓuidere, &
ꝓuidẽdo præcipere ſacerdotib⁹, ne fortè ſine cõfeſsione vel
confirmatione corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV
Chriſti moriantur: confeſsiones eorũ, qui à foris veniunt, re-
cipere cum omnibus ſacerdotibus: & exinde per prouiſionẽ
pontificis magnam debet illis adhibere curã. Ad Chriſtianos
quoque faciendos, & baptizãdos infantes, & ad ſuccurrendũ:
omnia à ſacerdotibus per iuſsionem illius fiant. hæc ibi. vbi
dicit gl. in verbo, benedictiones, id eſt in matutinis, quãdo de
bent legi lectiones. Et dicit etiam in verbo, ſine confeſsione.
reus erit animæ illius.xxvj.q.vj.ſi presbyter. Et rurſus dicit in
verbo, foris veniunt, id eſt extra ciuitatem: & eſt argumentũ,
inquit, quòd quilibet de epiſcopatu poteſt in eccleſia maiori
ſacramenta recipere. quod verum eſt, ar.di. 50.in capite. nec
eſt contra quod dicitur de pœn.diſtin.vj. quòd epiſcopus non
debet recipere parochianum alterius epiſcopi: quia tunc reci
pit parochianum alterius, ſed ſuum: qa omnes recurrere poſ
ſunt ad archipresbyterum eccleſiæ maioris, vt hic dicitur. Et
ſimiliter in verbo, cum omnibus ſacerdotibus: dicit Ioã. An.
id eſt, omnium ſacerdotum: quia & ipſi archipresbytero cõfi
teri debent, ſecundũ Inn. vel ſecundum Hoſt. hoc intendit ꝙ
ſi ipſe propter multitudinem non ſufficit ad confeſsiones au
diendas, alijs ſacerdotibus cõmittit. ¶ Secundò quæritur qđ
ſit officium archipresbyteri ruralis? Et dico quòd de eo in c.
fi.de offi.archipreſ.ſic dicit̃: Vt ſingulæ plebes archipresby-
terum habeant propter aſsiduã populi Dei curam: qui nõ ſo
lum imperiti vulgi ſolicitudinem gerat, verum etiã presby-
terorum, qui per minores titulos, id eſt, eccleſias habitant, vi-
tam iugi circunſpectione cuſtodiat: & qua vnuſquiſque indu
ſtria diuinum opus exerceat epiſcopo ſuo renuntiet. Nec ob-
tendat epiſcopus non egere plebem archipresbytero, quaſi
ipſe eã gubernare valeat: quia & ſi valde idoneus ſit: decet ta
mẽ vt ſua onera partiatur: & ſicut ipſe matrici eccleſiæ pre-
eſt: ita archipresbyteri præſint plebibus, vt in nullo titubet
eccleſiaſtica ſolicitudo. Cuncta tamen referant ad epiſcopũ:
nec aliquid contra eius decretum ordinare præſumant. Hæc
in d.c. vbi dicit glo. quod ſicut c.præcedens, de quo ſcilicet. in
priori §. loquitur de ciuitatenſi archipresbytero: ita præſens
loquitur de rurali: qui in Tuſcia cõmuniter dicitur plebanus
alibi decanus. Et in verbo, referat. dicit: Præter minora, quæ
ipſe determinare poteſt, cùm habeat ordinariam iuriſdictio-
nem: vt in c.cum ad eccleſiam.de offi.ordi. ¶ † Tertiò quæri
tur, vtrum archipresbyter ciuitatenſis abſoluere poſsit à caſi
bus epiſcopo reſeruatis? Et dicit Hoſt. ꝙ nõ, ſine commiſsio-
ne ſpeciali. quod verum credit Ioan. And. de pœn.& remiſ.ſi
epiſcopus.lib.vj. licet abſoluere poſsit omnes de epiſcopatu à
non reſeruatis, vt dictũ eſt. Non poteſt etiam ſolenniter pœ
nitentem reconciliare epiſcopo non conſulto, ſecundum gl.
in d.c.ij. niſi eo abſente, in maxima neceſsitate. ¶ Quartò quę
ritur, vtrũ archipresbyter ruralis poſsit abſoluere omnes de
epiſcopatu ad eum accedentes? Et dico quòd non, niſi quantũ
epiſcopus dat authoritatem: quia ſolùm præeſt plebi: & nihil
debet facere ſine relatione ad epiſcopum, ſcilicet quantũ ad
maiora: vt in d.c.fin. poteſt tamen à non reſeruatis abſoluere
omnes pertinẽtes ad eccleſias, quæ ſunt ſub ſuo plebanatu, vt
patet: qa, vt dicitur in d.c.fi. ſicut epiſcopus eccleſiæ matrici
pręeſt: ita ipſe pręeſt plebi. licet gl. dicat quòd ly ſicut, nõ di-
cit, ſiue nõ notat omnimodã ſimilitudinẽ, ſed aliqualẽ: quia
ſcilicet habet authoritatem ab epiſcopo, & non poteſt termi
nare maiora. ¶ † Quintò, vtrum archipresbyter ruralis ha-
beat authoritatem inſtituendi ſeu confirmandi præſentatos
à patronis in eccleſijs, quæ ſunt ſub ſuo plebanatu? Et ſecun-
dum Archi. certum eſt quòd de communi iure non poteſt: ſe
cus ex conſuetudine præſcripta: ſicut accidit in archiepiſcopa
tu Florentino: quia vterq;, archiepiſcopus, ſcilicet & archi-
presbyter ruralis ſeu plebanus poteſt confirmare præſenta-
tum ſibi: & ad quem primò recurritur, ille expedit.

## De Argumentatione iuridica.

1 *Argumentationem, cõſequentis ex antecedente illationem eſſe. vnde arguere, nil aliud eſſe, atque id quod implicitè in quopiã continetur, explicare. Argumentatio autem iuridica quid ſit: quid item iuridicè arguere ibidem plenè diſſeritur.*
2 *Argumentatio à ſimili, num efficax ſit? Et num legis vnius ad alterius legis ſpeciẽ aut rationẽ extẽſio fieri queat? Et quid in ſtatutis municipalibus & cõſuetudinibus? Et quid in pœnalibus?*
3 *Argumentatio ab etymo, num valeat? Et ibidem limitatiões.*
4 *Scholares ſcholas duntaxat intrantes, non autem audientes ac ſtudentes, priuilegio ſcholarium gaudere non debent. Quod ad alios quoque artes priuilegia ſubnixas porrigitur.*
5 *Scholares, & item artifices, qui indignè priuilegio artis vſi ſunt ac proinde collitigatores priuilegij occaſione grauarunt, & ab ijs quid conſecuti ſunt, nunquid ipſis grauatis ad reſtitutionem teneantur? Et quid de ipſorum rectoribus?*
6 *Argumentatio quot modis in iure procedat.*

ARGVMENTATIO,† eſt illatio conſequentis ex an
tecedẽte: cum ſit cõſequentia quædã. Et ſic arguere, eſt
id, qđ implicitè cõtinetur in vno, explicare: vt tu es hõ: ergo
habes rationẽ. Argumẽtatio autẽ iuridica eſt illatio cõſequẽ
tis ex antecedẽte iuridico ſiue cõtẽto in iure. & arguere iuri-
dicè, ẽ illud qđ implicitè & virtualiter cõtinet̃ in vna lege, vel
ſnĩa legali explicare, ſicut cũ dicit̃ de vno ſimili ifert̃ de alio
vt de cõſti.trãsla. vñ argumẽtatio iuridica. eſt qdã extẽſio iu
ris ſiue legis. ¶ Primò † verò quærit̃, vtrũ valeat argumẽtatio
à ſimili. Et dico ꝙ ſic.ij.q.j.multi.ĩ gl.& de cõſti.trãsla. & ibi
dicit Pan. ꝙ vbi eſt caſus ſimilis, & habet caſum ſpecialẽ in
contrarium, extẽſio fieri non debet: quia nõ debet fieri corre
ctio legũ ex ſimilitudine rationis. vbi autẽ contrariũ nõ repi
tur, bene fieri poteſt extenſio. Et ſic intellige l. non poſſunt.
ff.de

ff.de leg. & hoc no. Barto. in l.non dubium. C.de legibus. vbi
dicit idem eſſe in conſuetudinibus & ſtatutis: per leg. de qui-
bus. ff.de legib. Et ſic nota quòd ſtatutũ municipale & con-
ſuetudo poſſent ad alios caſus ex identitate rationis extendi:
dummodo illi caſus non habeant legem contrariã. Et ſic in-
tellige quod no. in c.noſtra.de iniu. vbi tenuerũt multi, & ma
le, quòd ſtatutũ non debet extendi, quia eſt ſtricti iuris: ſed,
vt dixi, illud procedit quando extenſio fieret cum legis corre
ctione: aliàs ſecus. Non debet etiam fieri in pœnalibus: niſi
identitas rationis ſit expreſſe vel indubitatè præſumpta,
ſecundum eundem in collatione gloſſarum clemen. in tit. de
3 reſcript. ¶ Secundò, † vtrum valeat argumentatio à nominis
etymologia? Et dico quòd ſic.xvj. q.j. placuit. el j.& ij. Sed li-
mita primò, quia valet ſolùm negatiuè: quia valet, Non eſt
teſtatio mentis: ergo nec teſtamentum. non autem econtra,
Eſt teſtatio mentis: ergo teſtamentum. Secundò valet ſolùm
in nomine appellatiuo: quia propria ad placitum imponun-
tur: vt not. Barto. in procœmio Infortiati ſuper rubrica. Ter-
tiò valet ſolũ quãdo nomẽ ſumitur ex eſſentiali natura ſua,
ſecundum Panor. in c.j. de iudi. vt mutuum & teſtamentum.
Nam hoc verum eſt: teſtamentũ eſt teſtatio mẽtis. lege j. ff.
de teſtamen. vbi ergo non eſt teſtatio mẽtis, nec teſtamentũ.
Similiter mutuum eſt quod de meo tuũ fit. l.ij. ff. ſi cer. pet.
vbi ergo de meo non fit tuum, nõ eſt mutuum. Secus autem
quando imponitur nomen ex eo quod deberet ineſſe nomi-
nato: ſicut Imperator dicitur Auguſtus, quia deberet auge-
re Rempublicam: ſed ſi nõ auget, tamẽ Imperator eſt: vt no
tatur in procœmio ff. veteris. Papa ſimiliter dicitur pontifex,
quia debet eſſe pons per vitæ exemplaritatem, quòd ſi non fa
cit, tamen pontifex eſt: vt in c.j. de con. lib.vj. Sic igitur intel-
lige Inſti. de tute. in princip. ff. de ver. ſig. l. bonorum. & l. ma-
lum. C. de defen. ciui. l. defenſores. la ij. Inſtit. de dona. §. eſt &
alius C. de ferijs. l. à nullo. C. de offic. pręfe. vrbis. l.j. Ex quibus
patet quòd argumentum ſumi poteſt à nominis interpreta-
tione. Et ſic limita, ſecundũ Bal. de vaſal. mil. quia arma belli.
depo. illud prouerbium, Si nomine priueris, nec rem habere
mereris. eſſe verum, nomen ſignificat ſubſtantiam vel quali-
tatem neceſſariam ineſſe alicui ſubiecto: vt ff. de fideicom.
li. l. Lucius. ff. de pact. l. tale pactũ. §. fin. Secus ſi ſignificat ſo-
lam ſimplicem demonſtrationẽ. ff. de reb. dub. l. ſi cognatis.
4 Et † ex his patet eſſe verum, quòd ſcholares ſcholas intran-
tes, non autem attendentes, nec ſtudentes, non gaudent priui
legio ſcholarium, vt tenet Io. de Lig. in procœmio Cle. addu-
cens no. per gl. in l. vna. C. de ſtu. li. vr. Ro. tex. in l. ſi quis. C. de
dome. prote. Et idem ſi inhoneſtè viuunt. C. de curio. & ſta. l.
agentes. aliàs incipit, per id tempus. Et ſimiliter qui ſunt de
collegio alicuius artis, artem illam non exercentes, non gau-
dent priuilegio eius vt not. Bar. in l. ſemper. ff. de iu. immu. per
5 illum tex. in §. negotiatores. xvj. queſtio. j. generaliter. † Et fa
ciunt tam contra ſcholares & artifices, quàm contra eorũ re
ctores, qui grauant litigantes cum eis ratione priuilegiorum
Et ideò, ſecundum aliquos, ſi hoc ſit manifeſtũ, tenentur re-
ctores ad reſtitutionem omniũ, in quibus plus ſunt grauati:
& ſimiliter ſcholares, ſi tales ſunt quòd non gaudeant: quãuis
non ſit manifeſtum. Sed hoc fortè non eſt verum, niſi in foro
6 conſcientiæ. ¶ Tertiò † quæritur, quot modis valet argumen
tatio in iure? Et dico ꝙ valet primò à ſimili eo modo, quo di
ctum eſt. Et ſecũdò à nominis appellatiui etymologia: à no-
mine autem proprio fit quidẽ argumẽtum, ſed inualidũ: vn-
de homines quærant nomina bona, & dicebat vxor Io. An. ꝙ
ſi venderentur deberẽt emi pretio magno. vnde ipſe extollit
propriũ nomen ſuum in procœmio Cle. & ſimiliter Accurſius
in l. facta. ff. ad Tre. quia ex horrido nomine ſæpe interpretã-



tur homines ſiniſtrũ, putãtes ab euentu prauo impoſitum. Et
tertiò ab oppoſitis vel cõtrarijs. viij. q.j. ſciendum. Et quartò
ab exemplis gentiliũ. de ver. ſig. forus. de cõſe. di.j. c.j. Et quin
tò ab authoritate. xxxiiij. q.j. dixit. ſed valet ſolũ affirmatiuè
ſecundum dialecticos. Valet etiã multis alijs modis pro quo
vide Bal. in l. conuẽticula. C. de epiſ. & cle. vide etiã infrà Lex.

## De Arrha.

1 *Arrha, quæ realis quædam ſecuritas eſt, in duplici poſita eſt differentia Et ibidem de vnaquaque.*
2 *Arrha vere tradita, num poſsit quis à contractu reſilire? Et quid tum perdit, qui à contractu ſic inito recedit?*
3 *Arrha ſponſalitia, quæ ſubarrhatio dicta eſt, cuius effectus ſit. Et matrimonio non ſecuto, num arrha reddi debeat?*

ARRHA † videtur eſſe ſignũ, ſiue argumentũ, & vadi- 1
moniũ, ſiue ſecuritas quædã realis. Et eſt duplex. vna
ſcilicet data in ſignũ & ſecuritatẽ emptionis venditiõis
cõtractæ vel cõtractus æquiualẽtis: qui tamẽ ſine ea valeret.
l. quod ſæpe. in prin. ff. de cõtra. emp. quæ adueniẽte ſolutiõe
ceſſat eſſe arrha & trãſit in pretiũ. de quo vide l. ij. C. quãdo
li. ab emp. diſce. tex. & doc. & hæc poteſt appellari arrha rea-
lis, id eſt data in ſignum pro re venali & pretio menſurabili.
Alia eſt quæ datur ſponte in ſignũ & ſecuritatẽ matrimonij
contrahendi. & dicitur arrha ſponſalitia, quæ adueniẽte ma-
trimonio, perdito nomine arrhæ, tranſit in donũ vel dotẽ: vt
anulus, pecunia, & huiuſmodi. Et huiuſmodi arrhę datio ſub-
arrhatio dicitur: quæ fit præcipuè per anuli immiſsionẽ. &
vulgò dicitur deſpõſatio. ¶ Primò † verò quæritur, vtrũ poſt 2
realis arrhæ dationẽ poſsit quis recedere à cõtractu? Et dico
ꝙ nõ, ſi data eſt nomine arrhæ & in partẽ ſolutionis fiendæ:
quia cum pars vel quæ futura eſt pars pretij, ſoluta eſt, res nõ
eſt integra. C. quando li. ab emp. di. l. vnica ¶ Secundò, vtrũ
is, per quem ſtat, ne cõtractus perficiatur, quando aliquid da
tum eſt ſolùm pro arrha, aliquid perdat? Et dico quòd is, qui
eam dedit, eam perdit: qui verò eam recepit, reſtituet dupli-
catam. Inſti. de emp. & vendi. §. in his. ¶ Tertiò † queritur, qđ 3
operetur arrha ſpõſalitia, ſiue datio arrhę quę ſubarrhatio di
citur? Et dico quòd ſi hoc inter ſpõſum & ſpõſam fiat, pręſu-
mitur pro matrimonio: niſi probetur cõtrarium, vel eſſet cõ
traria conſuetudo, vel ætas repugnet: vt notatur extra de de-
ſpon. impu. c. tuę. Si verò hoc fiat à parentibus, ſola ſponſa-
lia contrahuntur vel pręſumuntur: vt ibi dicit glo. quod tñ
intellige per modũ, quo à parentibus ſponſalia contrahi poſ-
ſunt. de quo infrà, Matrimonium. ij. ¶ Quartò, vtrũ reſtitua-
tur arrha ſponſalitia nõ ſecuto matrominio? Et dico quòd ſi
ſecutum non fuerit abſque alterius culpa, vt per ſuperuenien
tem mortem, vel religionis ingreſſum: & huiuſmodi, ſic re-
ſtitui debet arrha ſimpliciter. Si verò non ſequitur propter
culpam dantis arrhã, perdit illam. Si verò propter culpam re
cipientis, reſtituet eam in duplum. C. de ſpon. l. arrhis. & l. fi.
Quod verum eſt ſi accipies ſit maior xxv. annis aut ſi veniam
ætatis impetrauit, & eam in cõpetenti iudicio probauit. aliàs
tenetur. ſolùm in ſimplũ: vt in d.l. fin. & ad illud ſimplũ, cùm
ſit pœna, ſecundũ aliquos nõ tenetur in foro pœnitentiæ ni-
ſi fuerit ad hoc facta condemnatio: vt colligi poteſt ex no-
tatis ꝑ gloſſ. ij. q. ij. fraternitas. Et de hoc infrà Hæreticus, pri
mò. & Aſſaſsinus. §. vlti. Sed & de hoc & de multis alijs ſpe-
ctantibus ad hanc arrham, infrà Sponſalia. & infrà Pœna.

¶ ARROGANTIA, infrà Superbia.

¶ ARROGATIO, vide ſuprà Adoptio.

## De artibus & artificibus.

1 *Ars, quæ ab Ariſtot. recta ratio rerum à nobis factibilium defi nitur, propriè de mechanica dicitur: cuius partes ſeptem ſunt.*

2 *Ars, ſeu corporale exercitium, num licitè exerceri queat? & tum quot & quæ concurrere debeant? Et num inter ſe licitè cōueniant artifices, vt alios non inſtituāt: aut quæ facta ſunt, non niſi certo modo diuendant?*
3 *Arma ac venena, quibus homines, aut læduntur, aut intereunt, num efficere ac parare liceat?*
4 *Rei flagitioſæ, q̄ nullo modo ꝑ alterius acceſſionē vſui humano vtilis effici pōt, nec emptio nec ſocietas, mādatū, ſubſiſtere pōt.*
5 *Aleas, taxillos ac chartas nū facere, ac vendere liceat? Et quid de fucos, ac deuenuſtandæ faciei lenocinia parantibus?*
6 *Ars baliſtariorum num licita ſit? Et quid de hiſtrionatus exercitio? Item quid de his, qui ludos efficiūt, nō ſine corporis ac vita diſcrimine & ꝑiculo: cuius generis ſunt funābuli & ſimiles?*
7 *Ars conficiendorum inſtrumentorū muſicalium, num licita ſit? Et quid de his, qui aut tympana ac citharam plectunt, aut qui tibijs & violis voculantur?*

1 Ars † eſt recta ratio rerum à nobis factibilium, ſecun-
dum Ariſto. in lib. Ethi. & propriè dicitur de mechani-
ca, quæ diuiditur in ſeptem, ad quas omnes reducuntur, quæ
his verſibus continentur: Lana, nemus, miles, nauigatio, rus,
medicina: His ars fabrilis connumerari poteſt. Dicuntur ta-
men & quædam ſciētiæ ſpeculatiuæ artes: quia ſcilicet ordi-
nantur ad aliquod opus rationis dirigendum: & ſunt ſimili-
ter ſeptem, de quibus nihil ad nos. ¶ Primò † verò quæritur,
2 vtrum ars ſiue corporale exercitiū, licitè exerceri poſsit? Et
dico quòd ſic, ſi iſta concurrant. Primò ꝙ huic exercenti non
ſit ſpecialiter prohibitum: ſicut clericis quædā prohibētur,
vt infrà Clericus. ix. per totum. Secundò ꝙ non ſit etiam pro-
hibitum vel illicitum ex ſe, id eſt naturali iure, nec à Deo ſiue
diuino iure, nec ab eccleſia vel iure ciuili: ſicut exercitium fœ
nerandi, & omne quod nō niſi ad peccatum ordinatur. Ter-
tiò, quòd fiat debitis circunſtantijs: puta debito tempore, &
non feſtiuo: debito loco, & non in eccleſia: debito modo, &
non cum fraude, dolo, vel mendacijs. Quartò, quòd fiat recta
intentiōe: puta ne torpeat otio: vt ex lucro ſubueniat ſuis vel
alienis indigentibus: vt decenter viuat, & huiuſmodi: quibus
cōcurrentibus eſt impoſsibile aliquid eſſe illicitum: cùm om
ne illicitum ſit, vel quia eſt prohibitum, vel quia eſt malū de
ſe, aut ex circunſtantia, aut ex fine, vel intentione. ¶ Secun-
dò, vtrum licitè inter ſe conueniant & paciſcantur artifices,
vt non inſtruant alios, aut non vendant niſi certo modo? Et
dico, ſecundum Inno. in c. ſignificante. de appell. quòd peccāt
ſi hoc faciunt fraudulenter: ſecus ſi ex priuilegio vel conſue-
tudine. C. de monopol. l. vnam. Vel dicit quòd hoc locum ha
bet de perſonis & rebus. de loco autē, vbi fit venditio, bene li
cet paciſci. Vel dic tu quòd peccatum de non inſtruendo aliū
ſimpliciter & vniuerſaliter factum, non tenet & illicitum eſt:
quia inſtructio aliquando poteſt eſſe bona & debita. vnde ſi
interueniret iuramentum: eſſet de non faciendo aliquod
bonum, & conſequenter mortale: licitè tamen poteſt quis
aliquando negare inſtructionem: ſicut licitè aliquando ne-
go eleemoſynam: & tamen nunquam licet paciſci de non
danda eleemoſyna. Si autem fiat pactum de non inſtruen-
do alium non ſimpliciter, ſed in aliquo caſu, aut niſi con-
currat aliqua conditio, poteſt eſſe licitum, ſi ex legitima
cauſa fiat. Et idem dico de pacto non vendendi. ¶ Tertiò,
3 † vtrum liceat facere arma & venena, quibus homines lędun
tur aut moriuntur? Et diſtinguit Rayn. quo ad intentio-
nem, & quo ad opera ipſa ſic. Si enim artifices hæc faciunt
aut vēdant vt homines talibus abutentur: vel donent aut vē-
dant his, quos ſciunt aut credunt abuſuros, mortaliter &
grauiſsimè peccant, & rei ſunt omnium, quę inde ſequuntur.
xj. q. iij. præcipue. xxvij. q. ij. ſi tu. & omnium debent pœnam
ſuſtinere, cum ſint cooperatores. ij. q. j. notum. Si verò ha-
buerunt intentionem bonam, quia ſcilicet credebāt iſta emi
propter aliquem licitum vſum: vel animo indifferenti nihil
ſuper hoc cogitarunt: vel ignorabant illicitum eſſe talia fa-
cere aut vendere: ſubdiſtinguendū eſt. Nam ſi illa vtilia eſſe
poſſunt ad vſus humanos, vt arma in bello iuſto: & quædam
venena in quibuſdam medicinis, vel etiam in coloribus aptā
dis, & huiuſmodi, non peccant, niſi ratione corruptæ inten-
tionis, vt dictum eſt: vel niſi ex qualitate temporis & perſonę
dictaret conſcientia, aut dictare deberet quòd iſta non quæ-
runtur niſi ad malum, quia tunc vendendo peccarent. xxiij.
q. v. de occidendis. v. q. v. non omnis. ſicut, verbi gratia, licet
Rayn. non dicat, peccaret vendens arma offenſiua, puta lan-
ceas, gladios, ſagittas, machinas, iniuſtè bellantibus, ſi hoc eſt
manifeſtum, quia cooperaretur peccato eorum: in dubio au
tem videtur vendens excuſabilis, ſecundum aliquos: quod ve
rum credo ſi timens impetatur ab alio, non ſi impetat. Et ra-
tio patet: quia eo caſu ſi vendit impetenti, exponit ſe pericu-
lo iniuſtè nocendi: & ſi non vendit ei, qui impetitur: expo-
nit ſe periculo non iuuandi eum, qui debet iuuari. In armis
etiam defenſiuis, puta galea, thorace, & huiuſmodi, quidam
credunt quòd excuſatur vendens, etiam in bello manifeſtè
iniuſto. Quod ego verum credo, ſi emens impetitur, non ali-
ter: quia ſunt occaſio exercendi offenſiua. Si autem ad nul-
lum vſum ſunt vtiles, niſi ad peccandum: ſicut quædam vene
na mortifera ad nullum bonum vſum vtilia. peccāt faciendo,
tenendo, vendendo, vel aliàs alienando talia. xxj. q. j. c. j. de
conſec. di. v. fucare. argu. de libello famoſo, quem non debet
quis oſtendere, ſed deſtruere: aliàs peccaret grauiter. v. q. j. per
totum. Et † eſt optima lex ad hoc ff. de cōtrah. emptio. lege, 4
quod ſæpe. vbi ponitur talis regula, quòd flagitioſæ rei,
id eſt, quæ nullo modo per additionem alterius poteſt eſſe
vtilis vſui humano, nec emptio, nec mandatum: nec ſocietas
valere poteſt. Et idem tenet Innoc. in cap. j. ne cleri. vel mo.
qui dicit quòd in his nullo modo licet negotiari. Et concor-
dat prædictis Hoſt. & S. Tho. Sed tamen aduertendum eſt,
quod Supple. inter ea quæ nulli vſui humano ſunt apta, ponit
exemplum de quibuſdam ſumptuoſis camiſiarum ſuturis,
quas præcipuè faciunt Hiſpani, dantes pro factura vnius ca-
miſiæ interdum plus quadruplo, quàm pro tota camiſia. Sed
hoc non eſt verum: quia veniunt in vſum ornamenti, quod
aliquando licere poteſt. ¶ Quartò † vtrum liceat facere aut 5
vēdere aleas, taxillos, & chartas, & huiuſmodi? Et dico quòd
quo ad factores taxillorum, omnes conueniunt quòd de tali
artificio viuere non licet quia horum vſus: vt in pluribus, eſt
ad malum. Et Veruec. dicit quòd non eſt ſecurum de talibus
viuere, quorum vſus frequentius eſt ad peccatum. quod Ar-
chi. intelligit de mortali. vnde tales non ſunt abſoluendi, niſi
dimittant. de pœ. di. v. falſas. &. c. fratres. quo ad factores au-
tem alearum ſeu tabularum, Archi. dicit idem quod & de ta-
xillis. Sed quidam alij dicunt eſſe ſimile: quia eis frequentius
luditur ad ſubleuationem tædij vel laboris: & idem de ſca-
chis. Et hanc opinionem Supple. dicit veram, ſi ſine peccato
luderetur. quod Hoſtienſi non videtur: aliàs idem dicen-
dum eſt de his quod de taxillis, propter eandem rationem:
quia vbi modo ratio eadem eſt, ibi idem ius. lege, illud. ff.
ad leg. Aquil. Quantum ad chartas quoque idem dicit
Archid. quod de taxillis. Sed tu dic quòd circa hæc & ſimi-
lia habetur vna maxima ex S. Tho. ij. ij. q. clxix. & Piſa. &
Archi. quòd nullus poteſt vendere ea, quibus homines be-
ne vti non poſſunt, nec quibus vt plurimum homines malè
vtunt, nec quibus vtūtur bene & malè, ſi ꝓbabiliter creditur




quòd ad vſum malum comparantur. Aleis autem & taxillis
& chartis nō vtūtur vt in pluribus homines ad malū pluſquā
fucis, maximè ad mortale, & ſi fortè ad veniale. & ideo non
eſt in malo ſtatu, qui talia facit aut vendit, niſi vēdat ei, quem
ꝓbabiliter dubitat huiuſmodi vſurū ad mortale. Vnde eſſet
ei conſulendum vt abſtineat, non tamen eſt abſolutio dene-
ganda: quia ſi leges cōcedunt in caſu ludum alearum, vt pa-
tebit, etiam ipſam earum fabricationem & emptionem con-
cedunt. In aurea autem Roſa non determinaui ex proprijs:
ſed opinionem prædictorum recitaui. ¶ Quintò quęritur,
quid de factoribus aut venditoribus fucorum & aliorum or-
namentorum. Et Sum. Ang. dicit quòd faciētes taxillos, char-
tas, pompas, curioſitates, & huiuſmodi, quę vt frequentius
ſunt peccatum mortale his qui vtuntur, abſolui non debent,
niſi à tali arte abſtineant. Sed Sanct. Thom. ij. ij. quęſti. cxix.
dicit quòd quia mulieres ſe poſſunt ornare vt conſeruent
decentiam ſui ſtatus, vel etiam aliquid addere, vt placeant
viris ſuis: conſequens eſt quòd artifices talium ornamento-
rum non peccent in vſu talis artis, niſi fortè inueniendo ali-
qua curioſa & ſuperflua. Archidiac. autem diſtinguit, dicens
quòd vendendo his, quos ſciunt aut credunt vſuros ad pro-
uocandam laſciuiam, eſt mortale: quia cooperantur talibus
in crimine. ij. quęſt. j. notum. hoc tamen non debent de facili
credere, niſi appareant ſigna manifeſta, vt in meretricibus:
quia nemo eſt iudicandus immemor ſalutis ęternę. j. quęſti.
vij. iubemus. ſed vbi hoc ignorant, vel non conſiderant, ſed
ſolùm aduertunt de vanitate, cùm talibus vti poſsint mulie-
res cum mortali & veniali, & licitè ſecundum quantitatem
exceſſus & intentionem earum: cùm etiam ſit temerarium
iudicare quòd intentio earum vt in pluribus ſit laſciuia, aut
inanis gloria, quæ ſit mortale: exceſſum etiam eſſe tantum
quod faciat mortale ſit difficile diſcernere, nō videtur quòd
huiuſmodi artifices peccēt mortaliter: cùm minus ſit iſta fa-
cere, aut vendere quàm eis vti: quod vti etiā fucis, quod ma-
ximè inter ornamenta ad laſciuiam prouocat, non eſt mor-
tale, vt dictū eſt: niſi fortè dicatur quòd mulieres, vt in plu-
ribus, his vtuntur vt placeant viris alienis, ſaltem ad inanem
gloriā: ad quod tamen dicitur quòd inanis gloria ex genere
6 ſuo eſt veniale, vt dicetur. ¶ Sextò, † vtrū ars baliſtariorū, id
eſt, exercendi baliſtas, quæ ſcilicet ad artē militiæ reducitur,
ſit licita? Et dico quòd ſub pœna excōmunicationis ꝓhibetur
inter Chriſtianos. de ſagitta. c. vnico. Sed cōmuniter intelligi
tur, primò cōtra catholicos, & ſecundò in bello iniuſto, ſecū
dum glo. & Doct. ibi. quod etiā euidenter probatur ſecundū
aliquos: quia, vt dicetur ĩ. Excōmunicatio. j. excōmunicatio
nunquam infertur à iure, niſi pro eo quod eſt mortale: & cō-
ſequēter nec etiā iura eā cōminātur, niſi pro tali. Data autē
iuſtitia belli, licitū eſt quibuſcunq; armis vti & pugnare, nec
attinet ad iuſtitiā vtrū qs apertè vel ex inſidijs pugnet. xxiij.
q. ij. dominus. pugna autē baliſtarū videtur pugna ex inſidijs.
Dicunt tñ cōmuniter Doct. quòd iſte canon nō eſt latæ, ſed
ferendæ ſetentiæ. ¶ Septimò, vtrū lita ſ it ars hiſtrionatus?
Et dico quòd hiſtrio eſt, q ſua ꝑſona ludū facit ſine vitæ peri
culo: & eius ars, ſecundū bea. Tho. ij. ij. q. clxviij. & alios Doc.
eſt licita, ſi fiat moderatè, loco, tēpore, & à perſonis cōgruis,
id eſt, laicis: quia ordinatur ad ſolatiū hominibus exhibendū:
quod humanæ vitæ neceſſariū eſt, ſicut cibo, ſale: & eo caſu
licitè percipiūt mercedē: aliàs eſſet peccatū, etiā mortale: vt
ſi fiant ſimilia tꝑe pœnitētiæ, vel in eccleſia, vel à ꝑſonis ec-
cleſiaſticis, aut cum iniuria Dei vel proximi: puta cum verbis
turpibus, aut actibus repręſentātibus turpia, aut incantatio-
nibus. quod patet: quia talibus corpus Chriſti denegatur: vt
in c. pro dilectiōe. de cōſec. diſt. ij. vnde nō ſunt abſoluēdi. Et
de talibus loquitur Cypria. in d. c. pro dilectiōe. & Aug. diſt.
lxxxvj. qui venatoribus. vbi dicit, magnū eſſe peccatum dare
aliquid talibus pro opere ſuo, quia in ſcelere ſuo fouētur. Et
illud peccatū videt̃ mortale, quia eſt cooperatio ad mortale:
& illud, quod datur, pertinet ad turpe lucrū, erogandū pau-
peribus de cōſilio. Addit tamē Veruec. & Rodof. & Sum. Cō-
feſ. nō eſſe mortale, ſi quis talibꝰ dat, ne ab eis infametur aut
vituperetur: ſiue etiā ſi eis datur ad neceſsitatē ſuſtētāde na-
turæ, ſecundū Rodof. Vtrū autē poſsit talis ordinari. ĩ. Ordi-
nandus. ¶ Octauò, vtrū licita ſit ars facientiū ex ſua perſona
ludū cū periculo vitæ: vt qui gradiuntur per chordas in ſub-
limi, & huiuſmodi? Et dico quòd nō, ratione periculi: ſed eſt
peccatū mortale, nō obſtāte quòd nō moriantur in pluribus
quādo ſic ludunt, ſed ſemel tantū: quia ſufficit quòd in pluri-
bus moriātur tales artifices: & ſi nō in pluribus, ſaltē frequē-
ter & ſæpe. Vnde torneamēta ſunt prohibita ſub pœna pri-
uatiōis ſepulturæ hac ratiōe: quia ibi homines ſæpe moriū-
tur: extra de tornea. c. j. ¶ Nonò, † vtrū licita ſit ars facientiū 7
inſtrumēta muſicalia. Et dicit Arch. quòd cū vſus eorū de ſe
ſit licitus, licita eſt eorū formatio & vēditio: ſed tamē in vſu
eorū poteſt multipliciter eſſe peccatū, ſcilicet vtēdo ad laſci
uiam, vel ad nimiā complacentiā ſenſualem: permaximè ve
rò in diuinis officijs pulſando in organis ballatas, & cantio-
nes laicales: quod videt̃ magna irreuerētia Dei: & ſi nō mul-
ti, quidā tamē carnales & vani percipiūt de cātionibus, vnde
magis ad carnalia quàm ad ſpiritualia trahunt̃: ſed vtrū mor
tale aut veniale ſit viderint ipſi faciētes. hæc ille. Sed iſta ꝓ-
cedūt quādo cātiones ſunt laſciuæ habētes verba aut turpia,
aut incētiua carnalis amoris: & ſunt ſatis vſitatæ, ita quòd ve
riſimile eſt, aliquos iſta percipere. ſecus vbi nō ſunt vſitatæ:
quia ꝑ accidēs, & raró eſſet quòd aliquis inde moueretur ad
malū. Quæ autē rata ſunt, ſub arte nō cadunt. Sicut etiā ex
figuris ſanctorū aliqui malè mouentur: nec tñ penitus auſe-
runtur de eccleſia: quia alij plures inde mouētur ad bonum.
¶ Decimò, vtrū licita ſit ars ꝓpter lucrū ludentiū in tympa-
nis ſiue taburis & tibijs & violis & huiuſmodi: qui ſcilicet cō-
gregabāt homines ac mulieres, aut ad loca, vbi cōgregātur,
accedūt, vt ibi lucrētur? Et dico quòd de ſe, id eſt, ĩ omni ca-
ſu iſta ars nō eſt illicita: quia ſicut organiſtæ, ita & alij miſicā
tes licitè cōducunt̃ vt ludāt in diuinis, & cauſa honeſtæ & ne
ceſſariæ recreationis. de cōſec. diſt. iij. ꝑuenit. Et ſimiliter vt
videtur in caſtis nuptijs: alioqn totus mūdus dānaretur, vnde
nō pōt eſſe illicita niſi ex intētione vel circūſtantia loci, tꝑis,
& huiuſmodi: quæ quādo ſint peccatū mortale, videre nō eſt
facile. Vnde ſicut nō denegat̃ abſolutio choreizātibꝰ ratiōe
cōmunis periculi, ſed ſolùm ratione malæ intētionis: ita nec
iſtis videtur denegāda: licet conſulendū ſit vt aliunde lucren
tur & viuant. ¶ De arte notoria infrà Sortilegium, ſecundò.

¶ ARTICVLVS fidei. vide infrà, Fides.

¶ ARTICVLVS mortis. ſuprà Abſolutio. j. §. quinto.

## De Aſſaſsinis.

1 *Aſſaſsini, qui duobus modis vulgariter dicti ſunt, quinam cenſendi ſint?*
2 *Conſtitutio capitis, pro humani. de homicid. lib. vj. in quo hominum genere locum habeat? Et quinam pœnis in ea conſtitutione contentis obnoxij ſint?*
3 *Aſſaſsini nū impunè occidi & interfici poſsint? Et bānire & diffidare idē eē. Et nū qui clericū diffidatū occidit, ſit excōicatꝰ*
4 *Bona diffidatorū, num eorū, qui ipſos intercipiāt, efficiantur?*
5 *Statutum vel lex, ſi aliquem bonis priuet, vel alioqui ipſo facto, & præterea addat nullam declarationem requiri, an ſit ſententia declaratoria neceſſaria?*

1 ASSASSINI † dicuntur dupliciter, ſcilicet propriè & tranſſumptiuè per quandã ſimilitudinẽ, ſiue vulgariter. Aſſaſsini ꝓpriè qui fuerint, ſunt opiniones. Nam quidã dicũt quòd ſunt, quicũq; ſub alicuius dominio ꝓ pecunia occidunt homines ad alicuius inſtantiã: ſed iuxta iſtã opinionem nunc mũdus eſſet plenus aſſaſsinis vel receptoribus eorũ, & innumerabiles ſubijcerentur pœnis capituli, pro humani. de homic. lib. vj. nec haberet locum d.c. ſolùm in certo genere hominum: quod nõ obſeruat cõſuetudo, & etiã ratio non patitur. Primò, quia omnes aſſaſsini ſub vno dño viuunt, vt colligitur apertè ex tex. dicti c. ibi cùm dicit quòd nõnulli magnates taliter perimi &c. Secũdò, quia ſunt infideles. quod patet, tũ quia dicit tex. quòd magnates ab illo eorũ dño redimunt vitã non abſq; Chriſtianæ dignitatis opprobrio: tum quia ipſis aſſaſsinis imponitur pœna, quæ magna imponitur mandãtibus & recipientibus vel occultãtibus: cuius nulla poteſt eſſe ratio, niſi quia ſunt infideles, de quibus papa nõ diſponit, cũ foris ſint. Gl. verò in verbo, formidantes, ſic dicit: Aſſaſsini mortẽ nõ timẽt: & dicũtur eſſe del vezo dala montagna. & additio habet quòd iſte eſt quidã Baro Saracenus: & prout dicit, ſunt illi ſui ſerui ita nutriti quòd parẽdo mandato domini ſui credũt ſaluari. & ſecũdum Hoſt. multi Chriſtiani principes per tales occiſi ſunt. Et hanc opinionẽ ſequitur Sum. Piſ. dicẽs quòd aſſaſsini fuerunt, & fortè adhuc ſunt quidam infideles, qui ex quibuſdã falſis opinionibus de facili mittebantur ad occidẽdum quemlibet Chriſtianum, nõ curantes ſi ob hoc occiderẽtur & ipſi, cõtra quorum peſtẽ Inn. quartus in d.c. ſtatuit, vt quicunq; princeps vel prælatus, ſeu quæuis alia eccleſiaſtica ſecularíſve ꝑſona quempiã Chriſtianorũ per prædictos aſſaſsinos interfecerit vel mandauerit, quanquã mors forſitan ex hoc nõ ſequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit, vel occultauerit, excõmunicationis, & depoſitionis à dignitate, ordine, honore, & beneficio incurrant ſentẽtias ipſo facto: & illa liberè alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, cõferantur: ſint etiã cũ omnibus ſuis bonis expoſiti Chriſtianis, & perpetuò diffidati: ita ꝙ, ex quo de prædictis, vel aliquo prædictorum probabilibus conſtiterit documentis, nulla alia excommunicationis, depoſitionis,

2 ſeu diffidationis ſententia requiratur. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum iſta cõſtitutio locũ habeat ſolùm in certo genere perſonarum, id eſt, aſſaſsinis propriè: an generaliter in omnibus aſſaſsinis etiã vulgò dictis: qui ſcilicet licet ſint fideles, tamen aſſaſsinorum more Chriſtianos occidũt accepta pecunia? Et dico quòd Ioan. de Imol. & do. Dominicus de ſancto Gemin. in dicto cap. pro humani. tenent quòd habet locum generaliter: nec refert quòd ſint ſub alicuius dominio, vel infideles: ſed ſolùm quòd pro pecunia occidant. quorum opinionem ſequuntur multi: vt Bartolus in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iureiurã. & Salic. in l. ea quidem. C. de accuſa. Sed Ioan. Andr. & Archidiac. tenent quòd habeat locum ſolum in certo genere perſonarum. Dominus autem Franciſc. de Aretio in conſilio antepenultimo, incipiente, in Chriſti nomine. dicit quòd ſi prima opinio eſſet approbata conſuetudine, ſtandum eſſet ei virtute conſuetudinis: qua remota, non conſulerem, inquit, ſecundum eam. Et mouetur principaliter, tum quia text. qui in principio loquitur de aſſaſsinis ſimpliciter, pòſt loquitur in determinato genere perſonarum referẽdo ſe ad nominatos in principio, & conſequenter declarando de quibus in principio intellexit: tum quia ſi intellexiſſet in genere de omnibus, qui pro pecunia occidunt, eandem pœnam impoſuiſſet facientibus ſcelus, ſicut mãdantibus, quod non facit. Et huius ratio alia non eſt: niſi quia illi erant infideles, de quibus papa non diſponit. Nec debet iſta decretalis extendi, cùm ſit pœnalis: & non ſit eadem ratio in alijs: quia illi contemnentes mortem vltra omnes homines, vt ibi tangitur per Doctor. facilius & frequẽtius talia delicta committebant. hæc ille. ¶ Secundò quæritur, qui ſunt hi qui ligantur pœnis contentis in dicta cõſtitutione? Et dico quòd ſunt quinq; hominum genera, vt patet in tex. Primò, interficientes actu & de facto per aſſaſsinos aliquem Chriſtianum: ſecus ſi Iudæum vel Paganum, de mẽte Ioan. And. qui dicit, ſe quendam defendiſſe prælatũ, contra quem fuerat probatum quòd occidi fecerat homines per aſſaſsinos: ſed cùm homines illi potuiſſent non fuiſſe Chriſtiani, non erat ſufficienter probatum. Secundò mandans, quanquam mors non ſequatur, etiam ſi re integra mandatum reuocauit, ſecundum Ioan. And. quia prius ligatus erat ſolo mandato. Tertiò receptans, ſcilicet patenter, ſecundum Ioan. Andr. vt differat à ſequẽti, ſcilicet occultãte: & receptatores tãquam aggreſſores tenẽtur. C. de his qui latro. occult. l. j. & ij. Quartò defendens. Quintò occultans. ¶ Tertiò† quæritur, vtrũ taliter dif- 3
fidati interfici poſsint impunè? Et dicit Ang. de Peruſio cõſil. xiij. & ſequitur Gemin. in d.c. pro humani. quòd ſic: ſed & per quencũq; priuatũ: quia idem eſt bãnire & diffidare, quod ſtatuere & præcipere quod impunè poſsint occidi: vt not. C. de accuſ. l. reos. quòd quantum ad conſcientiam licitum eſſet, ſi fieret bono fine, id eſt, zelo iuſtitiæ: nõ aliter. vide infrà Homicidiũ. j. §. iij. ¶ Quartò, vtrũ percutiens clericũ taliter diffidatum ſit excõmunicatus? Et dico quòd nõ, quia ſecundũ Gemin. ibi, eſt ſpoliatus omni priuilegio clericali: & ſine alia degradatione occidi poteſt aut verberari ſine excõmunicatiõe vel alia pœna. De his tamẽ etiã ĩ. Degradatio. ĩ fi. ¶ Quintò, 4
† vtrũ bona prædictorũ ſint capientium? Et dico quòd ſic, ſi ſunt bona mundana: ſed tamen aduerte hic ſecundũ Arch. & Ioan. And. quòd requiritur prius ſentẽtia iudicis cõtra ipſum aſſaſsinũ, vel fautorẽ talium, antequã liceat cõtra tales ꝓcedere in perſonis & bonis. Et ad tex. d.c. pro humani. reſpõdẽt non requiri aliã ſententiã, ſcilicet quæ det licentiã occidẽdi, & huiuſmodi: quia ſufficit ſi ſit declaratus aſſaſsinus vel fautor. Faciunt autẽ regulam generalem valentẽ ad caſus infinitos, talẽ: Omnia iura mundi, quæ dicũt pœnã imponi ipſo iure vel ipſo facto, debent intelligi, dummodo ſecuta ſit ſententia declaratoria, per quam declaratum ſit fuiſſe commiſſum id, propter quod veniebat imponenda illa pœna, aliàs illa pœna effectum & executionem non ſortitur. Et idem Alexan. de Imol. in l. ſi quis maior. C. de tranſac. quod tamen fallit in pœnis ſecum trahẽtibus executionem: vt excommunicatio, & huiuſmodi, quæ nõ requirunt ad executionem factum hominis. De quibus diffuſe Felin. in capit. Rodulphus. de reſcriptis. Tenet tamen Panormitanus in cap. cùm nõ ab homine. de iudic. quòd ſi tale factum ſit notorium facti, ſcilicet quod non poteſt aliqua tergiuerſatione celari: non requiritur iſta ſentẽtia declaratiua: ſed in hoc nõ tenetur. Tenuit etiã idem in cap. canonum. de conſtitut. quòd vbi alicuius bona ſunt ipſo iure confiſcata: talis non poteſt illa cũ bona cõſciẽtia retinere: quia ſtatim, inquit, ſunt acquiſita fiſco. Sed etiam in hoc reprehenditur ab omnibus. & de hoc infrà 5
Hæreſis. j. §. viij. Nota † tñ quòd vbi lex vel ſtatutũ priuaret aliquẽ bonis vel aliter ipſo facto: & adderet, quòd nulla requiratur declaratio etiam ſuper facto: tunc nulla requiritur declaratiua ſententia. Et ſic fecit paul. ſecũdus in extrauag. quæ incipit, ambitioſe. Et iſta eſt optima cautela, de qua ſuprà Alienatio. §. xv.

¶ ASSECVRATIO, vide infrà Negotium. §. iiij.

¶ ASTROLOGIA, infrà Superſtitio. §. vj.

¶ ASTVTIA, vide infrà Simulatio.



## De Auaritia.

*1 Auaritia, quæ habendi inordinatus eſt amor, in tribus conſiſtere dicitur.*

*2 Auaritia in appetendo conſiſtens: num peccatum mortale ſit? Et quot modis id cõtingat? Et quid de ea quæ eſt in acquirẽdo? Et item quid in retinẽdo? Et quænã ſint auaritiæ filiæ, ac ſpecies?*

1 AVARITIA, † ſecũdũ S. Tho. j. ij. q. cxviij. eſt inordinatus amor habẽdi ſcilicet exteriora bona diuitiarum, quæ in quadã mẽſura ſunt appetẽda, ſcilicet vt ſunt neceſſaria ad vita ſecũdum ſuam conditionem: quia omnia ordinata ad aliquem finẽ, ſecũdum illum menſuram ſuſcipiũt, ſicut medicina ſecundũ ſanitatem: vt patet in primo Poli. &, vt ex dictis eius ibi colligitur, auaritia cõſiſtit in trib⁹, ſcilicet in appetendo, in acquirendo, in retinẽdo inordinatè diuitias.

2 ¶ Primò † verò quærit, vtrum auaritia conſiſtens in appetẽdo ſit peccatũ mortale? Et dico quòd ſic, trib⁹ modis. Primò, appetendo habere animo deliberato aliquid notabile alienũ illicito modo: puta non dato pretio, vel re non petita: qa eſt contra illud præceptum, Nõ cõcupiſces, &c. ſi tamẽ res eſſet modica, vel non eſſet aliena, vel non eſſet concupita haberi modo illicito, non eſſet mortale, ſed veniale, vel nullum. Secundò, appetendo aliquid illicitũ appetenti: puta beneficiũ eccleſiaſticum, cùm ſit indignus. Tertiò, appetẽdo ſuperflua appetitu, qui præponderet appetitui charitatis Dei vel proximi: puta quia propter amorem diuitiarum quis non videtur facere cõtra Dei & proximi charitatẽ: ſed iſte appetitus non eſt peccatum actuale, niſi in duobus caſibus ſcilicet quando quis actu de hoc cogitat, deliberãs potius admittere aliquid mortale, quàm non conſequi aliquid diuitiarum: vel quando ex iſto appetitu ſit aliqua actualis tranſgreſsio: puta quia deierat, blaſphemat, aut percutit iniuſtè. ¶ Secundò, vtrum auaritia in acquirendo ſit peccatum mortale? Et dico quòd ſic, quãtum eſt ex ſua ratione, niſi res ſit modica: quia omnis illicita acquiſitio eſt cõtra iuſtitiam & omne quod eſt cõtra iuſtitiam, ex ſuo genere eſt mortale, ſecundum Tho. Vnde in acquirendo dupliciter eſt mortale. Primò, quando acquiſitio ſit per iniuſtitiam: vt furando, fœnerando, rapiendo, decipiẽdo, & huiuſmodi. Secundò, quando ſit per actus, qui etiam ſine acquiſitione eſſent peccata mortalia: ſicut cùm quis turpiter agit cum muliere diuite, vt inde ditetur vel lucretur: aut ſimoniam committit, & huiuſmodi: in quibus eſt quidẽ peccatum vnũ, ſed duas habet diſtormitates. ¶ Tertiò, vtrũ auaritia in retinẽdo, ſit mortale? Et dico quòd ſic, tripliciter. Primò, cùm q̃s retinet ea quæ reſtituere tenetur, & poteſt: vt in c. ſæpe. de re. ſpol. & hoc eſt mortale toties, quoties hoc deliberat: arg. d. cap. ſæpe. imò & ſi nõ deliberat, ſed omittit reſtituere, quando occurrit tempus, locus, & caſus, in quo reſtituere tenetur. Secundò, quãdo quis retinet ea, quæ ſunt ſuꝑflua neceſsitati ſuæ & ſuorum, videns aliquem in extrema neceſsitate: quia tenetur ei de tali ſuperfluo, etiã ſi illud ſit neceſſarium ad decentiam ſubuenire, ſecundum S. Thom. & Ric. de quo vide infrà, Eleemoſyna. §. j. Tertiò, ſecundum aliquos. quando quis retinet ſuperflua non ſolùm ſuæ neceſsitati & ſuorum, ſed etiam decẽtiæ, & videt alium indigentem ad neceſsitatem vel ad decẽtiam ſtatus: quia de ipſis tenetur erogare eleemoſynas, etiã nõ exiſtentibus in extrema neceſsitate, ſecundum Richar. in iiij. diſt. xv. quod poteſt eſſe verum, quando retinet inordinatè, aliàs ſcilicet non daturus: ſecus ſi retinet vt aliàs daret magis indigenti: vel vt det pluribus, & non totum vni. ¶ De filiabus auaritiæ, quando ſunt mortale, vide ĩ. in titulis ſuis: & ſunt Proditio, Fraus. Fallacia, Periurium, Violentia, Inquietudo, & Obduratio.

## De Auditore.

*1 Auditor cameræ Apoſtolicæ, quam iuriſdictionem habeat? Et quid de Auditoribus Rotalibus?*

AVDITOR † cameræ apoſtolicę, ſcd̃m aliquos, habet iuriſdictionẽ ordinariã: alij verò auditores curię, id eſt, Rotales, ſcd̃m veritatẽ, habẽt ordinariã in cognoſcẽdo, & delegatã in ꝓnuntiãdo: ſuꝑ quo vide gl. in cle. auditor. de reſcri. 1

## De Balneo.

*1 Balneum ingredi num quis die dominico poſsit?*

*2 Balnea ingredi, num clericis, vel religioſis liceat? Et quid ſi cum Iudæo quis ea ingrediatur?*

*3 Balneum cũ mulieribus ingredi, an liceat? Et quæ pœna ſit ingrediẽti cũ muliere aliena? Et an ſit mortale peccatu? nu. ſeq.*

*4 Infamis habetur, qui mulieres ad balneatorum veſtes cuſtodiendas habet.*

*5 Capitulum, nõ oportet. lxxxj. diſtinct. num præceptũ inducat?*

BALNEVM † quæritur primò, vtrum die dominica intrare q̃s poſsit? Et ꝙ pro voluptate aut luxuria omni tẽpore ꝓhibet: 1
ꝓ neceſsitate aũt licet: vt eſt tex. de conſe. di. iij. ꝓuenit. ſed ꝑ voluptatẽ intellige delectationẽ ſuperfluã, quæ ſemꝑ eſt peccatum, licet nõ ſemꝑ mortale: per neceſsitatẽ verò intellige etiã honeſtã & oportunã recreationẽ: quæ etiã die feſto licet: imò ſcd̃ariò ad hoc dies feſt⁹ videt̃ inſtitutus, ne ſerui nimiũ fatigarentur. ¶ Scd̃ò, † vtrũ liceat clericis vel religioſis 2
balnea intrare? Et dico ꝙ ſic, cã neceſsitatis, ſcd̃m glo. xxiiij. q. j. omnis. Sed hãc neceſsitatẽ intelligo nõ ſolùm infirmitatẽ, ſed etiã quãlibet licitã corporis refocillationẽ. Vñ, vt ibi dicit text. Ioan. Apoſtolus ingreſſus eſt balnea gratia lauãdi. ¶ Tertiò, vtrũ liceat balnea intrare cũ Iudæo? Et dico quòd hoc nulli Chriſtiano licet: ſed ſecundũ doctores eſt peccatũ mortale. quod patet: quia ſi clericus hoc facit, debet deponi: ſi laic⁹, debet excõmunicari, xxviij. q. j. null⁹. imò hoc nõ licet cum aliquo infideli: quia nõ debemus lauari cum hominibus alienæ ſectæ, ſecundũ gl. xxiiij. q. j. c. omnis. vbi dicitur in tex. Ioan. aufugiſſe de balneis nõ lotus, quia vidit ibi Cherintum 
hæreticũ. ¶ Quartò, † vtrũ liceat balneũ intrare cũ mulieribus? Et dico ꝙ non: vt eſt tex. in c. non oportet. lxxxj. diſt. vbi 3
& gl. dicit quòd vir ingrediens balneũ cum muliere aliena, priuatur donatiõe propter nuptias? & mulier dote, ſi cũ viro alieno. C. de repu. l. vl. §. inter culpas. ¶ Imò † etiã infamis eſt, 4
qui tenet mulieres cuſtodiẽtes balneatorũ veſtes: vt ff. de his qui not. infa. l. athletas. Vtrum autẽ ſit mortale, intrare cum aliena muliere: iudicandum eſſet ex ſcandalo & periculo, ſi iſtud cap. non ſit præceptiuum: tamẽ vix credo poſſe eſſe ſine periculo concupiſcentiæ mortalis. ¶ † vtrum autem illud 5
capitulum ſit præceptiuum, iudicandum eſt ex his, quæ dicuntur infrà Præceptum. §. ſecundo.

## De Banno.

*1 Bannum iuxta idiotiſmum Gallorum ac Italorum quidnam ſit? Quid autem bannire & proſcribere. Item quid proſcriptio? Et quis proſcriptus dicatur?*

*2 Bannientem iniuſtè, ad amiſſorum ratione iniuſtæ bannitionis reſtitutionem teneri, & in mortale peccatum incidere.*

*3 Bannitus quæ amittere dicatur? Et an capax ſit teſtamenti conficiendi, & ex eo hereditatem capiendi?*

*4 Bannitus occaſione delicti, ex quo bona publicationi obnoxia ſunt, an deportato æquiparetur? Et quid ſit deportare, & relegare?*

*5 Iura, quæ bannitus retinet quid præſtent? Et ibidem remiſsiones de bannitionis materia.*

BANNVM, † ſecundum vulgare Gallicorum & Italorũ videtur eſſe edictum publicũ, iuxta illud quod dicit glo. 1

de foro compet.in cap.quòd clericis.quod præco Pariſienſis
nuntiat bannum nomine epiſcopi & regis.Bannire autem,ſe
cundum dicta vulgarium,videtur idem eſſe quod proſcribe-
re:& bannitus quaſi proſcriptus de ciuitate : vt in procemio
Digeſtorum. Proſcriptio autem eſt aduerſus abſentem iudi
cialis pronũtiatio,vt in poſterum procul agat,id eſt,maneat
ab imperio:& proſcriptus eſt is, contra quem fit pronũtiatio
talis,& cuius bona palàm & apertè ſcribuntur. ¶ Primò†ve-
2 rò quæritur,vtrum iniuſtè banniẽs , teneatur ad reſtitutionẽ
de amiſsis ratione iniuſtæ bannitionis?Et dico quòd ſic,vltra
mortale,quod incurrit,ſecundum Inno.in ca.ſi.de his quæ vi
met.cauſa fiũt.ff.quod metus cauſa.l.ſi cum exceptiõe. §.Pe
dius.quia bãnitio fuit amiſsionis occaſsio. d.l.ſi cum. §.in hac
actione.Nec ob.ff.eo.l.metum.la.iij.vbi ſentiẽs armatos cõ-
tra ſe venire,ſi fugerit,& occupatus fuit fundus, quem fugiẽ-
do dimiſit,non tenẽtur armati: quia loquitur quando metus
fuit vanus,quia fortè non ibant contra eum . ſed ſi promiſiſ-
ſent ire contra eum,& huiuſmodi, bene tenerentur de omni
damno,quod iuraret ſibi contigiſſe eorum occaſione.ar.di-
ctarum legũ.& d.ca.ſi.& ij.q.j.in primis . ¶Secundò.†vtrum
3 bannitus amittat ea,quæ ſunt iuris ciuilis?Et diſtinguo ſecũ-
dum Bar.aut eſt bãnitus taliter quòd poteſt impunè offendi
& ſic bannitus imperij ꝑdit ea:ſed ſi eſt bannitus alicuius ci-
uitatis aut regni,non perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis ciuium
Romanorum,ſed quæ ſunt ꝓpria illius ciuitatis aut regni,vt
no.Bar.in l.amiſsione. ff.de ca. di.Addit autẽ ꝙ ad hoc vt ſit
talis bannitus,duo requiruntur:vnum quòd ſit inobediens,&
aufugerit ab imperio cui ſubeſt,& ſit exbannitus:aliud quòd
in hoſtium numerum ſe conferat,& habeatur pro hoſte. Vn
de ſi quis ſit bannitus,non tamen habitus vt hoſtis,nec poſſet
offendi impunè ex forma ſtatuti:tunc talis nõ perdit niſi ea,
quæ ſunt ciuitatis.Et ſic patet ꝙ poteſt bannitus facere teſta
mentum ,vel ſuccedere : quia hoc primus non poteſt,ſcilicet
bannitus imperij:bannitus autẽ ciuitatis poteſt,& multò for
tius bannitus, qui non poteſt offendi. ſed ſecundus poteſt ſe-
cundum ius commune: ſecus in ſucceſsione ſecundum ſtatu-
4 ta ciuitatis.¶Et†ſic patet quòd bannitus ex delicto, ex quo
veniũt bona publicãda,non æquiparatur deportato, qui non
ſuccedit nec ex teſtamẽto nec ab inteſtato.C.de hær.inſti.l.j.
quia talis ſuccedit,& poteſt acquirere de nouo,ſi remanet li-
ber.& hoc ſecundũ diſpoſitionẽ iuris cõmunis,ſed nõ vigore.
ſtatutorũ ciuitatis vel terre,de qua eſt bãnitus.Intellige tñ ꝙ
deportare,eſt aliquẽ exilio ꝑpetuo dãnare:relegare autẽ,ad
tempus eſt.ff.de interdi.l.relegatorum. ¶Tertiò†queritur,
5 quid valeãt hæc,cũ in dicta ciuitate vel terra agere nõ poſsit?
Et dico ſcd̃m Bar.in l.certa forma. C.de iure fiſ.poteſt cede-
re alteri iura ſua:& nõ obſtabit ceſsionario ipſa bãnitio.Qua
liter puniat bãniens epiſcopũ .j̃.Excõmunicatio. vij.§.xv.De
bannis autẽ,quæ fieri debent in matrimonio,j̃. Clandeſtinũ.
De bannitione,quæ eſt diffidatio.infrà Diffidatio.

## De Baptiſmo, primò quantum ad eius multiplicem ſubſtantiam & formam.

1 *Baptiſmus quid & quotuplex ſit?Et ibidem quòd in baptiſmo aliquid ſit res ſacramenti tantum: aliquid ſacramentum tantum:& aliquid res & ſacramentum ſimul.*

2 *Baptiſmi ſpecies ac formæ tres quibus conueniant? Et an ſicut martirizari & ſanctificari in vtero puer poteſt,& baptizari? Et quid ſi Iudæus filiam à Chriſtiano prægnantem in Chriſti deſpectum abortiri faciat?*

3 *Triplex illud baptiſmi genus,quomodo inter ſe, ſe habeat,& cohæreat?Et ſubinde q verã baptiſmi forma ſit? Et quæ verba ſint de eius ſubſtantia,& quæ non?Et quid efficiat ſubſtãtialium omiſsio?*

4 *Formã baptiſmi,nũ ſicut Apoſtoli immutarũt,baptizãtes in nomine Chriſti:ita & nũc mutare,ſaltẽ ꝑ æquipollẽtia verba poſſimus?Et an Baptiſmus in Xp̃i nomine datus,foret verus baptiſmus?an verò rebaptizãdus eſſet,qui tale baptiſma ſuſciperet?*

5 *Formæ baptiſmi ſi quid ſubtrahatur,aut ſi quid addatur,aut ſi verba corruptè proferantur:num baptiſmi vim habeat,quod agitur?Et qđ ſi interrupto,trãſpoſitio,aut vocũ variatio fiat?*

6 *Ex his quæ de baptiſmo dicta ſunt,quot concluſiones deciſoriæ certorum caſuum colligantur?*

7 *Baptiſmus ſub Græcorum forma ab ipſis Græcis datus,num verus ſit? Et quotupliciter in baptizandi forma Græci à nobis differant?Et an liceat Latinis ſub Græcorum baptiſ.dare?*

BAPTISMVS †vel baptiſma,aut etiã baptiſmũ,
à noſtris dici põt immerſio vel intinctio:q̃a dicitur à ba
ptizo qđ eſt immergo:vel,ſecundũ aliquos,à baptes,qđ
eſt flumen vel aqua,& ſecundũ S. Thom.baptizare in Græ-
co eſt lauare:& ſic baptiſmus dicitur vel ipſa aqua, qua ſit lo
tio,quæ dicitur lauacrum:vel ipſa lotio,quæ eſt vſus lauacri.
Et ſic ſumitur baptiſmus propriè, ſed trãſſumitur per ſimili
tudinẽ ad quædam alia:quo fit vt triplex dicatur baptiſmus,
ſecundũ Dama.& Aug.lib.iiij.de vnico baptiſmo . & de con-
ſec.diſtin.iiij.cap.baptiſmi vicem. Primò,ſcilicet baptiſmus
ſanguinis:de quo Io.xij.Baptiſmo habeo baptizari. & hic eſt
potentiſsimus.de conſe.di.iiij.catechumenus. & idẽ eſt quod
martyrium.Et ſecũdò baptiſmus flaminis,id eſt Spiritus ſan
cti.de quo Actuũ ij.Vos autẽ baptizabimini Spiritu ſancto.
& eſt propoſitum ſuſcipiẽdi baptiſmum propriè dictum mo
do debito,ſi dabitur facultas.Et tertiò baptiſmus fluminis,id
eſt,aquæ,de quo Ioan.iij.Venit Ieſus in terram Iudæã,& ba-
ptizabat.Et ſecundum Hug.de ſan . Vic.baptiſmus definitur
eſſe aqua &c.ſed ſecundũ magiſtrum in iiij. eſt ablutio facta
ſub præſcripta forma verborum.& hæc diffinitio,ſecundum
S.Tho. eſt magis propria : quia aqua non ſignificat aut cau-
ſat mundationem,niſi vt eſt abluens vel quaſi eodem modo.
ſecũdum Aug.eſt tinctio in aqua verbo vitæ ſanctificata:vel
ſecundũ Dire.lib.j.tit.iiij.eſt ablutio exterior cum certa for-
ma verborum,ſine quo nemo ſaluari poteſt.de cuius ſubſtã-
tia tria ſunt,materia elemẽti,forma verbi,& intẽtio miniſtri
copulans formam materiæ: vt dicit Augu.quòd accedit ver-
bum ad elementum,& fit ſacramentũ.j.q.j.detrahe.Et intel-
lige verbum,ſcilicet vocale:aliter nihil fit, ſecundũ S.Bona-
uen.in iiij.& facit cap.detrahe.j.q.j.Vnde in hoc baptiſmo ali
quid eſt res ſacramenti tantum,vt infuſio gratiæ,& remiſsio
peccati,aliquid ſacramentum tantũ,vt aqua & ablutio:intel
lige cum debita forma verborum.aliquid res & ſacramentũ,
ſcilicet character.Aqua ergo eſt ſacramẽtum propriè,vt ſpe
cies panis:character autem ſecũdariò:ſicut corpus Chriſti ve
rum.Tertius dicitur baptiſmus propriè,duo verò reliqui me
taphorice:quia ſcilicet vterq; inſtar baptiſmi habet purifica-
re,& cõſequenter vicem eius implere. ¶Primò†verò quæri-
tur,quibus iſti baptiſmi conueniant?Et dico quòd ſicut ter-
tius,ita & primus cõmunis eſt adultis & paruulis:quia ſi par-
uuli nondum baptizati occidãtur pro Chriſto , puta in dete-
ſtationem fidei Chriſtianæ quam tenent parẽtes:ſaluãtur ſe
cũdum Theologos.Vnde Pet.de Palu.dicit in quarto,proba
biliter quòd puer in vtero martyrizari poteſt,ſicut & ſancti-
ficari,licet nõ baptizari. Vnde ſi Iudæus filiam fœcundatã à
Chriſtiano in deſpectũ Chriſti abortiri faciat , videtur quòd
puer fiat martyr,habẽs cauſam & pœnã:ſicut ſi mulier præ-
gnans propter Chriſtum interficiatur,vterq; martyr eſt.Se-
cundus verò non competit niſi habentibus vſum rationis,de
conſe.



conſec.diſt.iiij.baptiſmi.quia eſt propoſitũ,quòd ſolis adultis
3 conuenit.¶Secundò † queritur,quomodo ſe habeant inuicẽ
iſti baptiſmi?Et dico quòd ſi cõparemus ſecundũ & tertium
ſcilicet flaminis & fluminis,dico quòd ſecũdum æquipollet
tertio quo ad remiſsionẽ culpæ originalis & mortalis,& pœ
næ æternalis,ſed non quo ad remiſsionẽ pœnæ temporalis:
quia non remittitur in eo tota,ſicut in tertio, ſed plus & mi-
nus ſecundũ deuotionẽ ipſius.Itẽ per ſecundũ non imprimiṫ
character:& priuatur iſte eccleſiaſtica ſepultura, ſicut & ca-
techumeni,quãuis ꝓ eis oret eccleſia:& in eo requiritur cõ-
tritio ad ſalutem:non autem in tertio,ſed attritio,ſufficit.Si
verò cõparemus primũ & tertiũ,ſunt ęquales in virtute,quo
ad remiſsionẽ culpæ & pœnæ,modò adſit contritio:ſed pri-
mus excedit tertiũ quo ad præmiũ accidentale, quod eſt au-
reola,& quo ad eſſentiale,ſecundũ Pet.de Palu.quia plus de
gratia confert,ſicut eſt ibi maius opus. & econuerſo, tertius
excedit primũ quo ad impreſsiõẽ characteris, quæ nõ eſt in
primo, ſed in tertio.¶ Tertiò quæritur, quæ ſit forma ba-
ptiſmi?Et dico ſecundũ S.Tho.in quarto,& in iij.parte,quòd
ſecundũ Græcos eſt hæc:Baptizetur ſeruus Dei talis in no-
mine Patri & filij & Spiritus ſancti.Sed ſecundũ Latinos, vt
etiã habetur de baptiſmo & eius effectu.c.j.eſt hæc ſcilicet,
Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti.
& in ſum.Confeſ.lib.iij.tit.xxiiij.additur amen.licet,vt ibi di
citur,nõ ſit de ſubſtãtia.Quæ quidẽ forma cõuenientior eſt
Græca, ſecundũ S. Tho.quia in ea exprimitur non ſolum
principalis cauſa baptiſmi,id eſt,trinitas,ſed etiã inſtrumen-
talis,id eſt,miniſter.In qua quidẽ forma noſtra aliqua ſunt
de ſubſtãtia ſacramẽti,ſcilicet primò inuocatio Trinitatis,
ſecundũ S.Tho.& pet.de pal.& oẽs,vt etiã habetur de cõſe.
diſt.iiij.in ſynodo.& ſecundò expreſsio actus baptizandi,&
tertiò expreſsio perſonæ baptizatę,vt in d.c.j.Aliqua etiam
nõ ſunt de ſubſtãtia,ſcilicet primò exꝑſsio ꝑſonæ baptizã-
tis:quia Græci cõferũt verũ baptiſma,& illã nõ exprimunt:
ſed tamen eſt de præcepto eccleſiæ Latinorũ:& ſecundò ly
ego,ſecundũ Inn.in d.c.j.cũ gl.& idẽ Rich.& S.Tho.quia in-
telligitur ſub ly baptizo:ſed tamẽ ſic ſtatuit eccleſia:& ter-
tiò ly amen,vt dictũ eſt,quòd etiã nõ eſt de præcepto eccle
ſiæ,ſed de quarũdã eccleſiarũ more:& ideo vbi eſt de more
dici debet ad cõfirmationẽ totius.Igitur ſciendũ quòd,vt di
cit Pan.in d.c.j.vbi aliqua verba ſunt de forma ſubſtãtiali ali
cuius actus,omiſsio alicuius verbi vitiat totũ actũ.Secus vbi
omitterẽtur aliqua verba,quæ nõ ſunt de ſubſtãtia,ſed de ſo
lennitate:puta ſi presbyter omitteret catechiſmum,vel ſalis
impoſitionẽ,vel vnctiones.& huiuſmodi. de conſec.diſt.iiij.
mulier.nec ꝓpter hoc debet iterari baptiſmus:tñ ſi ſupuiue-
ret infans:deberet ſuppleri ꝑ ſacerdotẽ quæ fuerũt omiſſa.
In dubio tamẽ forma baptiſmi eſt hæc:Si es baptizatus:ego
nõ te rebaptizo:ſed ſi nondum baptizatus es,ego te baptizo
4 &c.extra eo.c.ij.¶Quartò†quæritur,quid iuris ſi mutetur di
cta forma,vt fecerũt apoſtoli baptizãtes in nomine Chriſti?
Et dicit Dir.lib.j.tit.iiij.quòd nõ licet eã mutare,etiã ꝑ æqui
pollentia verba.Et S.Tho.in iiij.dicit quòd id quod de ſub-
ſtãtia formæ eſt,nulli licet mutare:& ſi muteṫ,nihil agitur,
& incurriṫ culpa.Si verò mutetur aliquid,quod eſt de inſtitu
tione eccleſiæ:incurritur quidẽ culpa,ſed nihilominus eſt ſa
cramẽtũ.Apoſtoli aũt mutarũt formã,nõ quantũ ad intelle-
ctũ,quia in nomine Chriſti tota Trinitas intelligiṫ:ſed quã
tum ad vocẽ,ex familiari cõſilio Spũs ſancti:vt nomẽ Chri-
ſti,qđ ſcilicet incredulis erat odioſum,amabile redderetur,
ad cuius inuocationẽ dabaṫ Spiritus ſanctus,quod etiã nunc
poſſet eccleſia ex ſpeciali præcepto Spiritus ſancti,nõ aũt ex
propria authoritate.Vnde modò ſic dicẽdo,quis nõ eſſet ba-
ptizatus,licet quidã dicãt contrariũ. Quod autẽ dicitur vir-
tualiter,de cõſec.diſt.iiij.in c.à quodã Iudæo.in tex.quòd ta-
lis eſſet baptizatus:intelligitur, ſecundũ Arch.in d.art.ſcili-
cet quãdo fieret ex ſpeciali cõſilio Spiritus ſancti. Vnde glo.
inquit Io.in d.c.& Bar.in d.c.j.de bapt.dicẽs quòd baptiſmus
datus in nomine Chriſti eſſet verus:quia ſcilicet in hoc no-
mine intelligitur vngens,inunctus,& vnctio. ſecundũ Amb.
falſa vtique eſt:nec ſentit Amb.ꝙ poſsit ſub hac forma ba-
ptiſmus cõiter dari:ſed,vt dicit S.Tho.in iij.parte.vult oſten
dere qũo fuit cõueniẽs diſpenſatio Spiritus ſancti ꝓ illo tp̃e,
cùm etiã ſic dicendo trinitas nõ excluderet.Sum.tamẽ Ang.
dicit hũc rebaptizandũ, quaſi in dubio,id eſt, cõditionaliter.
ſed primum eſt veritas vt ſit rebaptizãdus ſimpliciter: quia
cõiter, ſecundũ oẽs ferè theologos,niſi tota trinitas inuoceṫ
explicitè,nihil fit,niſi ex præcepto Dei,vel in caſu mortis: vt
§.ſeq. ¶Quintò † quæritur,quid ſi de dicta forma,aliquid 5
ſubtrahatur? Et dicit S.Tho.quòd ſi ſubtractũ ſit de eſſentia
formæ,incurritur peccatũ,& nihil fit:erit autẽ baptizatus ſi
omittatur in,qđ nõ eſt de forma quantũ ad neceſsitatem ſa-
cramẽti,ſed ex inſtitutiõe eccleſiæ:vt expreſsio perſonæ ba-
ptizãtis.Diciṫ etiã ꝙ ſi expreſſa vna perſona baptizãdus mo
riatur,creditur ſuppleri inuiſibiliter.Et ſic dicũt intelligẽdũ
eſſe verbũ Ambroſij dicẽtis,ꝙ ſi fides totius Trinitatis corde
teneatur,& vna tãtũ ꝑſona ſit nominata,plenũ eſt ſacramẽ-
tum.Pet.etiã & Ala.& Sum.Cõſ.lib.iij.tit.xxiiij.q.xj.quãtum
ad ſubſtãtialia diſtinguunt,vt recitat Supple.quia ſi dimiſsio
eorũ fit ex volũtate,vitiat baptiſmũ:ſi verò eſt ex neceſsita-
te,piè creditur quòd ſuppleat ſummus ſacerdos:vt ſi moria-
tur puer ante formæ ꝑfectionẽ:vnde ſepeliẽdus eſt in cœme
terio ſi moriatur talis.ſi aũt vixerit,ratione dubij eſt ſub con
ditiõe rebaptizandus.hæc ille. qui intẽdit tãgere duos caſus:
in quorũ vno moriatur puer ante formæ cõplementũ,& ſe-
pelitur in cœmeterio:in alio verò moritur,aut impeditur ſa-
cerdos:& puer cõditionaliter rebaptizatur.¶Sextò, quod ſi
dictæ formæ aliquid addatur?Et dicit S.Tho.in iiij.duo hic ob-
ſeruãda:vnũ ex parte addẽtis:quia ſi hoc facit intẽdens illud
additũ eſſe de forma,quaſi volẽs inducere nouũ ritũ,nõ intẽ
dit ꝓferre formã qua vtitur eccleſia,& cõſequẽter nec face-
re quod ipſa facit:vnde non eſſet baptiſmus.Secus ſi adderet
ex aliqua cauſa,puta ex deuotione:vt dicẽdo,in nomine Pa-
tris & Filij & Spiritus ſancti,& beatę Marię inuocatæ, ſcili-
cet ꝑ modũ interceſsiõis.aliud ex parte additi:quia ſi eſt cor-
ruptiuũ formæ,nõ eſt baptiſmus:ſicut ſi dicatur,in nomine
Patris maioris,& Filij minoris,corrũpitur fides quã forma
ꝓfitetur.Si verò nõ ſit eius corruptiuũ,ſicut ſi additur,& bea
tæ Mariæ,ꝓbabilius videtur quòd ſit baptiſmus.& cõcordat
Petr.& Ala.Et intẽdit S.Tho.quòd ſi aliquid addatur ad in-
ducendũ nouũ ritũ,euacuatur baptiſmus,ſiue illud corrũpat
formã,ſiue nõ.Si verò addiṫ ex deuotione:euacuat baptiſmũ
ſi corrũpit formã,non aliter.Si autẽ dibitatur vtrũ additũ ſit
corruptiuũ formæ nécne:recurrendũ eſt ad intentionẽ ꝓfe-
rentis,& ſi intendit aliquod erroneũ,nihil agitur:aliàs ſecus.
¶Septimò ,quid ſi verba corruptè ꝓferãtur?Et dicit S.Tho.
in iiij.quòd ſi quis hoc facit ex induſtria,non eſt baptiſmus:
quia nõ videṫ intẽdere qđ eccleſia.Si verò hoc facit ex igno
rãtia vel defectu linguæ,nõ eſt baptiſmus:ſi corruptio ſit tã-
ta quòd auferat omnino ſenſum.Intellige ſecundum inſtitu-
tionẽ:vel accõmodationẽ vſus: eſt verò baptiſmus, ſi rema-
neat ſenſus,ſcilicet quantũ ad vtrũque horũ,vel ſaltẽ alterũ
Et idẽ intellige ſi fiat ex loco:vt in c.retulerunt.de cõſe. diſt.
iiij.Et ſubdit S.Tho.quòd præcipuè nõ mutatur ſenſus,quan
do corruptio fit in fine:cuius exẽplũ eſt in c.retulerũt. vt di-
cẽdo,in nomine patria & filia. mutatio verò,inquit,ex parte
princ

principij variat ſignificationem:ideoq; nō eſt baptiſmus:ſed
intellige vt in pluribus, ita ſic licet quòd ſi in aliqua lingua
mutatio ex parte principij nō mutaret ſenſum, ſaltē ſecun-
dum accōmodationē vſus nō vitiatur baptiſmus, ſecundum
Petr.& Sum.Conf.vbi ſupra.Credo tamen ꝙ ſicut dictū eſt
in §.v.de ſubtractione,ita & de corruptione ſit dicendū, ſcili
cet quòd ſi nō ſit facta ex malitia,etiā ſi ſenſum tollat,ſi mo
riatur puer, Deus ſupplet,& in cœmeterio ſepelitur:ſi aūt vi
xerit,rebaptizabitur cōditionatè.¶Octauò,quid ſi fiat inter
ruptio?Et dicit S.Tho.in iiij.ꝙ ſi ita ſit vt intercipiat inten-
tionē baptizātis:nō eſt baptiſmus,ſicut ſi dicatur,in nomine
Patris & interpoſita lōga fabula diceretur,filij.Si aūt fuerit
parua:vt puta verbi nō corrūpētis formā,ſicut dicēdo:in no-
mine Patris omnipotētis:aut interruptio ſilentij vel tuſsis&
hmōi:quod intētionē nō diſcōtinuet,eſt baptiſmus.Et idem
eſt ſi incœpta forma dicat,taceatis vel huiuſmodi, & deinde
proſequatur.¶Nonò,quid ſi fiat trāſpoſitio?Et dicit S.Tho.
vbi ſuprà ꝙ ſi talis ſit,quæ mutet intētionē:nō eſt baptiſm⁹.
Vt ſi dicat,in nomine Patris Baptizo te, & Filij.Secus ſi in-
tentionē nō mutet:vt,in nomine Patris & Filij:& Spūs ſan-
cti baptizo te.Et ſic intellige dictū Petri quòd mutatio ex
ſimplicitate non nocet,quando ſcilicet ſenſum non tollit:ex
malitia aūt nocet,etiam ſi ſenſum nō tollat:ſicut de corru-
ptione dicit S.Tho.q̄a tollit intētionē in miniſtro.Quidā tñ
dicūt in forma baptiſmi nō poſſe fieri mutationē, quæ ſen-
ſum tollat:quia licet ad fidē ꝑtineat nō ſolùm numerus:ſed
etiā ordo ꝑſonarū:tamē quia ille nō eſt duratiōis aut voca-
lis expreſsionis, ſed originis:ſufficiēter exprimitur nomini-
bus ꝑſonarum qualitercūque mutatis.Sed iſta ſtare nō poſ-
ſunt:& inſtātia eſt dicēdo,baptizo te in nomine Patris. vel,
baptizo in nomine te Pr̄is,vel,baptizo te Patris & Filij& in
nomine Spiritus ſancti:quia nullus eſt ſenſus. Similiter &
trāſponendo ſyllabas,vt in nomine tris pa.vn̄ melius loquit̄
S.Doct.& ſecurius. ¶Decimò quæritur,quid ſi fiat variatio
vocū?Et dico ꝙ duobus modis fit variatio.Primò, quantum
ad voces tātùm nō quantū ad ſignificata:& hoc nō tollit ba-
ptiſmū.Vnde hæbraicè,Græcè,Letinè,& vulgariter forma
cū effectu ꝓfertur.debet tamē ſecundū S.Tho.eſſe vſus vo-
cabulorū,quæ magis ꝓpriè ſunt in vſu ad ſignificandū per-
ſonas,&alia quæ ſunt de eſſentia formæ.Secūdò fit variatio
vocū &ſignificatorū ſimul.quod ſi fiat totaliter:vt te balneo
vt quietius dormias.nihil fit.etiam ſi fiat principaliter,id eſt,
in principali ſignificato:vt dicēdo,in nomine Trinitatis.qđ
principaliter ſignificat numerum perſonarum,nō perſonas:
vel in nomine genitoris,quod nō ſignificat principaliter ꝑſo
nam,ſed actū perſonæ,etiam nihil fit.Si aūt fiat in ſignifica-
to non principali,vt dicendo nos,vbi ego:& baptizamus,vbi
baptizo,ad ſignificandā dignitatē baptizātis,eſt baptiſmus,
licet peccet baptizans.Nec obſtat prædictis quòd ſecundū
S.Tho.dicēdo in nomine Chriſti, variatur forma quantū ad
vocem,nō ſignificatū:& cōſequēter videt̄ ibi eſſe baptiſmus,
cōtra eū:quia dico quòd ſignificatū eſt quidem idem:ſed nō
eodē modo ſe habet ad duas formas:quia trinitas perſonarū
per earū nomina ſignificatur principaliter & explicitè: ꝑ ly
6 Chriſti verò ſecūdariò & implicitè.¶Vndecimò† quæritur,
quot cōcluſiones ſequūtur ex præmiſsis deciſiuæ aliquorum
caſuū?Et dico quòd multæ:ſed præcipuè quatuor,qaurū hęc
prima.Si in forma omittatur ly ego,eſt baptiſmus: quia ly
ego,nō eſt de ſubſtātia:ſed ſi dimittatur ly te,nihil fit,ſecū-
dum Inn.in d.c.j.quia eſt de ſubſtātia.& hoc niſi loco eius po
neretur nomen propriū baptizati:quia ſecundū Aureo.eſſet
baptiſmus, licet peccaret baptizās.Et ratio eſt,quia mutata
voce & nō ſignificato ſtat effectus.¶Secūda , ſi pro ly ego,
dicatur ly nos.& pro ly baptizo,baptizamus,ad ſignifican-
dum plures baptizātes:nō eſt baptiſmus,ſecundū S.Tho.vt
dicetur ĩ.Baptiſmus.iij.ſed ſi hoc dicat̄ ad conſignificandum
perſonæ dignitatē,ſicut magnates dicūt,nos dicimus aut fa-
cimus,hoc loquētes de vno ſolo,eſt baptiſmus,ſecundum S.
Bon.in iiij.diſt.v.quia ſcilicet ſtat principale ſignificatū:cum
per ly nos,intendatur idē quod ego:& idē eſt ſi per ly te,po-
natur ly vos, ſiue ad cōſignificandā dignitatē baptizati ea-
dem ratione:ſiue etiā ad ſignificandā pluralitatē baptizato-
rum.de quo ĩ.Baptiſm⁹.i j.§.ix.¶Tertia,ſi nō dicatur bapti-
zo,ſed loco eius dicatur linio,vel hmōi:ſecūdū Pet.Aure.nō
eſt baptiſmus:quia oportet exprimi ablutionē.Similiter nec
ſi dicatur,intēdo te baptizare.ſecundū.S.Tho.in iiij.qui ali-
quid facere intēdit,nō eſt cōſequens vt faciat. & cōſequēter
hoc ꝑtinet ad corruptionē formæ.¶Quarta,ſi intermittatur
ly in,nō eſt baptiſmus ſecundū Gualdēſem.Et ratio eſſe po-
teſt,quia non ſtat ſenſus verus cum ſignificetur quòd id, quo
quis abluit vel baptizat,ſit nomē trinitatis.nec ſimiliter ſecū
dum S.Tho.& Pet.dicēdo,in nominibus: quia ſcilicet dicere
in nomine,eſt dicere in virtute,quæ ibi eſt vna tātùm:vel in
nomine,ſecundū S. Tho.id eſt,in inuocatione Trinitatis.Si-
militer nec ſi dicatur,in nomine Trinitatis:vt dictū eſt.Simi-
liter nec ſi dicatur in nomine genitoris,aut geniti,aut,ꝓcedē
tis:aut nominādo perſonas diuinas aliter quàm per nomina
propria,ſecundum S.Tho.& cōiter Theologos.Inn.Gofr. &
Io.tenent oppoſitū.Vnde ſecūdum aliquos in dubio eſſet re-
baptizādū.Similiter nec ſi intermittatur ly &: niſi loco eius
ponatur ly quæ,quod æquipollet.& hoc dicit Innoc.in d.c.j.
¶Duodecimò† quæritur,vtrum baptiſmus datus ſub forma
Græcorū à Græcis ſit verus:vt dicēdo,baptizet̄ ſeruus Chri-
ſti Nicolaus in nomine Patris &c?Et dicit s.Tho.in iiij.quòd
ſecūdum opin.eorū de neceſsitate formæ eſt actus baptiſmi
quantū ad ſignificatum:ſed nō quantum ad conſignificatū,
ſcilicet perſonā baptizātē,quæ nō eſt de neceſsitate formæ:
quia ex ea baptiſmus efficaciā nō habet.perſona aūt recipiēs
eſt de neceſsitate formæ:quia actus ad ſuſcipientē terminat̄.
Igitur differunt in forma à nobis quantum ad tria.¶Primò,
quia nō exprimunt perſonā miniſtri:ad remouendū errorem
attribuentē efficaciā baptiſmi,baptizanti:vt patet j.Cor.iij.
¶Secūdò,quia ſignificant actū ſub alia,id eſt,ſub tertia ꝑſo-
na,& ſub alio,id eſt,ſub optatiuo vel ſubiūctiuo modo:ad ſi-
gnādum quòd actus interior expectatur ab extra. ¶Tertiò,
quia perſonam baptizatam ponunt in nominatiuo caſu,&in
tertia perſona:quia quandoq; baptizatus non habet intelle-
ctum,vt ad eum poſsit dirigi ſermo.Quidam autem dicunt,
quòd mutant aliquid de ſubſtātia formæ:vt ſic oporteat re-
baptizari.tamē hoc nō eſt determinatum,ſed dubium apud
quoſdam,quibus videtur quòd ad perfectionem ſacramenti
ſufficiat actum baptiſmi ſignificare, in quo ſcilicet includi-
tur perſona in quam tranſit:conſignificationis autem deter-
minatio fit ex eccleſiæ inſtitutione.Hoc autē certū eſt quòd
forma,qua vtimur,eſt melior:tum quia perfectior,vt patet
ex dictis:tum quia magis conſonat Euangelio, quod mini-
ſtros dicit baptizantes: tum propter authoritatem eccleſiæ
Romanæ tradētis hanc formā ab apoſtolis retentam: quæ
nunquam à vera fide legitur deuiaſſe.Et ideo non licet,præ-
cipuè Latinis in forma Græcorum baptizare:quod ſi præſu-
merent,ſecundum quoſdam,nō eſſet baptiſmus: ſecundum
quoſdam eſſet,ſed grauiter peccarent.hęc ille. Vnde patet
quòd omnis baptizatus ſub illa forma,ſiue à Græco,ſiue à La
tino,rebaptizandus eſt ſub conditione;quia caſus eſt dubius:
licet communior opinio ad hoc magis declinet quòd Gręci
conferant verum baptiſma.





## Rurſus de Baptiſmo ij.quo ad materiam.

*1 Baptiſ.quotuplex materia,q̃ ſufficiēs ſit,& qualis eſſe debeat?*
*2 Liquor ſpeciem aquæ habeat nécne, qualiter internoſcēdum ſit? Et ſi aqua permiſta ſit, aut non pura, num huius ſacramenti materia eſſe poſsit? Et an ſanctificatam per ſacerdotis orationem,vt nouum chriſma, eſſe oporteat?*
*3 Corollaria ex his,quæ de baptiſmo ſecundò conſyderato dicta ſunt, quotnam conſequantur?*

1 BAPTISMVS† ſecundò quantum ad materiam
eius,vt innoteſcat, ſciendū eſt ꝙ duplicem materiā ha-
bet,ſcđm Pet.de Pal.propinquā ſcilicet,quæ eſt ipſa ex-
terior ablutio de qua ĩ.Baptiſmus.vj.& remotā,quæ ſcđm S.
Tho.eſt aqua,quæ in ſua ꝓprietate conſiderata eſt materia
quaſi remota.ſcđm autē quod eſt ad hoc inſtituta ex tactu
carnis Chriſti eſt materia propinqua: ſcđm verò quòd conſi
deratur ſub forma verborū,& quaſi iam in forma ,eſt ,inquā,
ſecundum eum,aqua naturalis quantuncunque altera vel cō
miſta,dummodo ſpecies aquæ nō ſoluatur. & in hoc omnes
doct.cōueniunt licet in aliquo particulari differant vtrū ſit
aqua nécne,vt in brodio.Sed tñ intellige primò ꝙ quidam
doct.dicūt aquā debere eſſe puram vel ſimplicē:nō quia nul
lo modo ſit miſta,cùm omnes velint ꝙ poſsit fieri baptiſmus
in aqua maris,quæ non eſt pura,niſi fortè in fundo:ſed quia
non eſt ſic miſta vt perdita ſpecie trāſeat in aliud,ſicut tranſ-
it in vinū,ſi ipſa ſit modica:vel ambo tranſeūt ĩ tertiā,ſi ſint
æqualia in virtute. Et ſecundò ꝙ prædicta aqua eſt materia
inquantum eſt apta baptizare vel abluere:vn̄ nō eſt materia
baptiſmi,vt eſt in pāno lineo infuſa,niſi exprimat̄ : nec vt eſt
in glacie,niue,grandine,pruina,& hmōi,niſi diſſoluatur:nec
vt eſt in luto,niſi exprimatur. Hæc autē eſt valde cōueniens
ſcđm S.Th.& alios ſanctos,primò,quia ſacramentū omnib⁹
& vbiq; neceſſariū debet habere materiā,quæ omnib⁹ & vbi
q; facilè adſit.& ſcđò,q̄a cùm ſacramētū ſignificet qđ efficit:
materia baptiſmi debet habere ꝓprietates ſignificātes effe-
ctus baptiſmi.& hmōi eſt aqua:tum quia habet humiditatē:
& ex quo ſignificat generationē ſpiritualē quam facit baptiſ
mus.Generatio eñ plantarū & animalium incipit ab humi-
do,& ſemina humida ſunt:tū quia eſt ablutiua ſordium prius
& purius quocunq; liquore:cùm alijs liquoribus non conue-
niat ablutio, niſi inquantum participant naturam aquæ,&
aliqualiter locum inficiūt:& per hoc ſignificat purgationem
peccatorum quam facit baptiſmus:tum quia refrigeratiua:&
baptiſmus fomitē reſtinguit:tum quia eſt corpus diaphanū,
per quod viſio fieri poteſt:& baptiſmus in his quæ fidei ſunt
2 illuminat.¶Primò† verò quæritur, quomodo cognoſcat an
aliquis liquor habeat ſpeciem aquæ nécne? Et dicit S.Tho.
in iiij.quòd ſicut diuerſitatem ſpeciei in aliquibus iudicamus
ex diuerſitate figurarum:ita in elementis iudicamus eam ex
diuerſitate rari & denſi. Vnde ſi tāta fiat alteratio vel ꝑmi-
ſtio aquæ quòd recedat̄ à termino raritatis & dēſitatis aquę
in actu vel potentia,ſignum eſt quòd ſit ſpecies aquę trāſmu
tata. Et dico, inquit, in potentia,quando humor aliquis non
condēſat̄ & rareſcit calido vel frigido,ſicut aqua:ſed aliter,
ſicut patet in vino, lacte, & huiuſmodi hæc ille,qui intendit
quòd ille liquor non eſt aqua,qui eodem frigido non poteſt
habere dēſitatem,quā habere poteſt aqua,licet fortè habeat
eam quam illa habet in actu:ſicut vinum non ita denſat̄ per
congelationem vt aqua:nec ipſa per calidum ita rareſcit vt
lac. ¶Secundò, vtrum aqua permiſta vel non pura poſsit eſ-
ſe huius ſacramenti materia? Et dico ex S. Thom.iij.parte.&
in iiij.quòd duplex eſt miſtio vel impuritas aquæ:vna ſcilicet
quæ tollit ſpeciē eius,quòd dupliciter fit. Primò per altera-
tionem:ſicut cum tranſit in vinum per digeſtionem aut pu-
trefactionem.Secūdò ꝑ additionē alterius liquoris:ſicut ſi pa
rum aquæ additur multo vino, ipſa tranſit in vinū:vel ambo
in tertium,ſi additum ſit virtute æquale.Alia etiam eſt,quæ
ſpeciem aquæ non tollit quod etiā dupliciter fit. Primò,q̄ā
ipſa alteratur ſecundū aliquod accidēs manente ſpecie?ſicut
patet in aqua calefacta.& ſecundò quādo addit̄ aliquid aquę
quod vel non cōmiſcetur ei:vt ſolidum,puta lapis:& ſi com-
miſcetur,vt humidum aliquod,tamen eſt tam paruæ quanti
tatis quòd non facit miſtionem,ſed in aquam penitus cōuer-
titur:vt ſi gutta vini addatur dolio aquæ.Prima impuritas fa
cit vt non poſsit eſſe huius ſacramenti materia, non ſecūda .
¶Tertiò,vtrū aqua debeat eſſe ſanctificata per orationē ſa-
cerdotis,vt chriſma nouū? Et dicit S.Bon.in iiij.de qua quòd
non eſt neceſſariū,ſed congruum:ita quòd extra neceſsitatē
peccaret mortaliter ſacerdos baptizās ſine aqua totaliter
ſanctificata:prohibitū eſt etiā ne fiat baptiſmus niſi cū chriſ
mate nouo, ſcilicet illius anni, præterquā in caſu mortis:de
conſe.di.iiij.ſi quis de alio.& idem de confirmatione: & tāto
magis,quāto ipſa eſt minoris neceſsitatis quàm baptiſma.ar.
de ſen.ex.quoniam.li.vj.¶Quartò† quæritur,quot corollaria 3
ſequātur ex præmiſsis deciſiua dubiorū?Et dico ſequi primò
quòd baptiſmus fieri poteſt in aqua elemētari,ſiue ſit terre-
ſtris,vt maris,ſtagni,fluminis,fontis:ſiue cœleſtis immediatè
generata ex vaporib⁹,vt pluuialis : vel non generata imme-
diatè ex his,ſed reſoluta immediatè ex immediatè generato:
puta glacie,rore, pruina, vel grandine: quia oēs iſtæ habent
verā ſpeciē aquæ ſecundū Pet.de Pal.quibus ſecundū.S. Th.
& Richa.adde etiam aquam paludis:niſi,inquit S.Tho.eſſet
tantū ingroſſata quòd recederet ab aquæ vera raritate. ¶Se
cundò ſequitur,quòd fieri poteſt in aqua ſulphurea & lixiuio
& alijs aquis tranſeuntibus per terrā:quia ſtat ſpecies aquæ.
Cuius ratio eſt,ſecundū Pet.de Pal.quia licet aqua,elemēta-
ris nō ſit ſuſceptiua ſaporis:tamē ſapor,qui percipitur in hu-
iuſmodi aquis,quibus vtimur,nō eſt in ipſa aqua,ſed in vapo
ribus ei cōmiſtis,ſecundū S.Th.etiam vt innuit iij.ꝑte.q.lxvj.
ar.iiij.ad quartū:quia licet aqua elemētaris nō ſit de ſe ſapo
roſa:tamen ſuſcipere pōt impreſsionē ſaporis à corpore per
quod tranſit. ¶Tertiò,quòd fieri poſsit in brodio:de quo ta-
mē eſt quæſtio,quibuſdam dicētibus quòd ſic:quia ſtat in eo
ſpecies aquæ:quibuſdā verò quòd nō,quia nō ſtat.Veritas au
tē eſt quam docet S.Th.iij.ꝑte.q.lxvj.ar.iiij.ad ſecūdū, dicēs
quòd admiſtio chriſmatis non ſoluit ſpeciem aquę:ſicut nec
etiā aqua decoctionis carniū aut aliorū,ſcilicet deſinit à ſpe
cie aquæ:niſi inquit,fortè ſit facta tanta reſolutio corporū li
xatorū in aqua,quòd plus liquor habeat de aliena ſubſtantia
quàm de aqua:quod ex ſpiſsitudine percipi poteſt:ſi tamē ex
liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis, ſic poteſt in
ea fieri baptiſmus,ſicut & in aqua expreſſa ex luto:licet in lu
to baptiſmus fieri nō pōt.¶Quartò , quòd fieri potuiſſet in
aqua fluēte de latere Chriſti,quia ſcđm S.Th.fuit vera aqua.
¶Quintò ſequitur,ꝙ fieri nō poſsit in aliquibus humoribus
ꝓductis à natura:ſicut eſt humor ſtillās de plāta,vrina,ſudor
ſaliua,aqua ſupernatans cruori,quæ dicitur cholera vel phle-
gma:quia nō ſunt vera aqua.¶Sextò etiā ꝙ nec aliquo hu-
more ꝓducto ab arte:ſicut eſt aqua roſacea, & aqua ardēs,
& gn̄aliter lābicata ex aliquo miſto vt ceruiſiū,& huiuſmo-
di:quia huiuſmodi ſpecies differūt ab aqua naturali. ſi tñ lā-
bicaret̄ aqua naturalis elemētaris,liquor inde factus videre-
tur eſſe eiuſdē ſpeciei cū aqua pluuiali, quæ generatur lābi-
cāte ſole & attrahēte vapores ex aqua principaliter.¶Septi-
mò,ꝙ nec in humore reſoluto ex ſale , q̄d eſt corpus miſtū:
quia ſecundum S.Thom.in iij.parte vbi ſ.ad v.ideò fieri non

pōt in aqua roſacea ,quia eſt humor roſę reſolutus: & ita eſt
hic.nec eſt ſimile,inquit,de aquis pluuialibus,quæ generãtur
ex maiori parte ex ſublimatiōe vaporũ reſolutorũ ex aquis:
minimum autem eſt ibi de liquoribus corporum miſtorum.

## Rurſus de Baptiſmo iij.quo ad miniſtrum.

1 *Baptiſmum dare in neceſsitate & ſi quilibet,ſiue clericus, ſiue minimè,ſiue vir ſiue mulier, quineitiam hermaphroditus, Iudæus & infidelis ac paganus,poteſt:extra tamen neceſsitatem nullus licitè,niſi ſacerdos conferre poteſt.*

2 *Infidelis qui credit eccleſiam in conferendo baptiſmo decipi,& nihil facere,quomodo poſsit animum ad id faciendum intendere,quod eccleſia facit? Et quot modis verum baptiſma cõferat?*

3 *Angelus,item anima à carne ſeiuncta,num baptizare queat? Et an ſaltem ipſis baptizandi poteſtas conferri potuerit?*

4 *Mali homines ſine Diuino miraculo hic apparere non poſſunt.*

5 *Miniſter malus,num æqualis efficaciæ cum bono miniſtro, baptiſmũ conferre poſsit? Et num miniſter malus baptizando peccet? Et quid de petente,vel recipiente? nu.7.*

6 *Conteri de peccato quot modis quis teneatur?*

8 *Miniſter ab eccleſia non præciſus,ſi adeò malus ſit,vt baptiſmũ conferre,nõ data pecunia,nolit: quid baptizando, ſi adultus ſit,aut baptizandum puerum offerenti,agendum ſit?*

9 *Plures vnũ num baptizare poſsint? Et quid ſi ex his vnus mutus ſit,alius mancus? Et contra,num vnus pluribus baptiſmum conferre queat?*

10 *Monſtro num baptiſmus indi debeat? Et an quis ſibi ipſi baptiſmum conferre poſsit?*

11 *Baptiſmo conferendo,nũ baptizantis ac baptizandi propoſitũ ac intentio requiratur?*

12 *Intentio actualis in baptiſmi miniſtro nũ requiratur? Et an ea quidem recta?*

13 *Baptiſmus num verus ſit , ſi in baptizando error interuenerit? Et quid de eo,qui quem ex ira baptizat?*

1 BAPTISMVS † tertiò quo ad miniſtrũ vt inno-
teſcat,ſciendũ eſt quòd ſcđm oẽs doctores,præcipue S.
Tho.& Pet.de Pal. omnis hõ dare pōt verũ baptiſma,
ſi ſeruet eccleſiæ formam & materiam,& habeat intentionẽ
baptizandi:& hoc ſi ſit clericus aut laicus, vir aut mulier,aut
vterque ſimul, id eſt,hermaphroditus,ſecundum Pet.de Pal
etiam ſi eſſet infidelis,id eſt,Iudæus aut paganus : vt patet in
cap,à quodam Iudæo.de conſe.diſt.iiij.Et quod Gre.ij.ſcribit
Bonifacio epiſcopo,huiuſmodi eſſe rebaptizandos,intelligi-
tur,vt dicit S.Tho.quando forma eccleſię ſeruata non fuerat
vnde,vt dicitur in cap.j.de ſum.Trin.ſacramentum baptiſmi
in forma eccleſiæ à quocunque collatum proficit ad ſalutẽ.
Extra caſum tamen neceſsitatis nullus licitè baptizat,niſi ſa-
cerdos,cuius hoc eſt proprium.extra eod.ſi quis.etiam ſi eſſet
diaconus cardinalis.alioquin omnis talis ,ſi ſit vir, eſt irregu-
laris:vt in c.j.de cler.non ord.mi.imò nec ſacerdos debet ba-
ptizare niſi parochianum ſuum, vel de licentia curati,aut ex
priuilegio ſuperioris,vel licentia epiſcopi:quia ſacramenta à
ſuis presbyteris parochialibus ſunt recipienda. xvj.q.j.inter-
dicimus.non tamẽ efficitur irregularis ſacerdos cõtrafaciẽs:
quia nõ eſt expreſſum in iure . In neceſsitate autẽ,in qua qui-
libet baptizare poteſt,iſte ordo ſeruãdus eſt ſecundũ S.Tho.
quòd vbi plures reperiuntur,minor debet cedere maiori:& ſi
laicus præſente clerico,vel non ſacerdos præſente ſacerdote
vel mulier præſente viro baptizent,peccant,niſi,vt dicit Pet.
da Palu.formam.quam ſcire non tenentur omnes,ſed quibus
incũbit ex officio,id eſt,curatus & obſtetrix,melius ſciat mi-
nor quàm maior:quia tunc baptizabit minor.Addo etiã,niſi
maior eſſet ab eccleſia præciſus : ita ꝙ præſente ſacerdote
excõicato,vel hæretico,vel ſuſpẽſo,melius eſt baptizari à lai
co.¶ Primò † verò quęritur,q̃uo infidelis poſsit intẽdere fa-
cere id,qđ facit eccleſia, cùm credat eccleſiam decipi & nihil
facere? Et dicit S.Tho.in iiij.ꝙ quãuis ille qui non credit ba-
ptiſmũ eſſe ſacramentũ,aut habere aliquã ſpiritualẽ virtutẽ,
nõ intẽdat dũ baptizat cõferre ſacramentũ,tñ intẽdit facere
q̃nq; qđ facit eccleſia,etiam ſi illud reputet nihil eſſe:& quia
eccleſia aliquid facit,ideò ex cõſequenti & implicitè intẽdit
aliquid facere,quãuis nõ explicitè.hæc ille.Inn.etiã in c.j.eo.
tit.dicit ꝙ baptiſmus habebit effectũ , etiam ſi baptizãs nec
ſciat,nec credat quid ſit baptiſmus, ſed hoc reputet truffam:
& etiã ſi nõ ſciat quid ſit eccleſia,nec gerat in mẽte facere ꝙ
facit eccleſia:imò ſi gereret cõtrariũ,ſcilicet nõ facere qđ fa-
cit eccleſia,ſed tñ facit,& formã ſeruat dũmodo intẽdat ba-
ptizare: vnde ſi requirat eũ quis in neceſsitate dicẽs:Baptiza
me ſcđm formã:& ille baptizat eũ ſcđm intẽtionẽ petẽtis,&
intẽdens facere qđ alij baptizãtes faciũt,eſſet baptiſmus.Se-
cus ſi intẽderet ſolùm lauare.hæc ex illo. Pro quo ſciẽdũ eſt
ꝙ infidelis,qui credit baptiſmũ nihil eſſe , nunquam confert
baptiſmum ſeriosè,niſi ad complacendum alicui petenti . Et
conſequenter colligo quòd duobus modis cõfert verum ba-
ptiſma.Primò,quando ad petitionem alicuius vel cõplacen-
tiam intendit eum baptizare eodẽ modo,quo eccleſia bapti
zat quãtum ad exteriora,id eſt,materiam & formã,licet cre
dat eccleſiam decipi quantum ad interiora:ſicut quando ali-
qua vana facimus ad complacendum phrenetico vel inſano.
Secundò,quando nihil cogitat immediatè de faciendo quod
eccleſia facit,ſed fortè potius faceret oppoſitũ,ſi illud ſciret:
tamen ad petitionem alicuius intendit ei conferre quod ille
petit:& conſequenter implicitè & mediatè intendit facere
quod facit eccleſia:quia hoc intendit petens,cui ipſe compla
cet.¶Secundò,†vtrum angelus vel anima ſeparata poſsit ba
ptizare? Et dicit S.Thom.in iiij.quòd dæmon in figura ſacer
dotis apparens,immergere quidem poteſt, ſed nõ cõferre ſa
cramentum propter duas rationes. Primò,ſacramentorũ di
ſpenſatio eſt conceſſa hominibus ſolùm, qui cùm incarnato
verbo,à quo ſacramenta fluxerunt, conueniunt in natura,&
ſunt ex ſpirituali & corporali natura compoſiti : ſicut in ſa-
cramentis eſt ſpiritualis virtus in corporeis elementis.Secũ-
dò,quia ſemper timendum eſſet,ne faceret non intẽtione ba
ptizandi,ſed decipiendi: quia nõ eſt veriſimile quòd homini
tãtum bonum procuraret. Angelis etiam bonis licet cõferri
potuerit baptizandi poteſtas, quia Deus ſuam potentiã nec
ſacramentis nec miniſtris ſacramentorũ alligauit:tamen nõ
eſt collata.Primò, quia non habent prædictam cõuenientiã
cum ſacramẽto & Chriſto.Scđò, quia non valeret ad neceſ-
ſitatem ſacramenti poteſtas eis cõceſſa,cùm non ſint in ꝓm
ptu hominibus:ſi tamẽ conſtaret quòd bonus eſſet Angelus:
qui baptizaret aliquem,non eſſet rebaptizandus, quia nõ ba
ptizaret niſi poteſtate ſibi conceſſa:ſicut etiam templum ꝑ
Angelos conſecratum, iudicatum eſt non oportet reconſe-
crare.De ſancto æternæ vitæ idem dicit Aure.ſicut de ange
lo bono,ſcilicet quòd non poteſt:cùm hoc ſit viatorũ: factũ
tamen teneret.Et idem dicunt aliqui de anima ſeparata quo
ad poſſe:tum quia nõ eſt in via:tum quia nõ habet naturam
corporalem:& quo ad raritudinẽ ſi deceſsit iñ gratia. Sed S.
Tho.in iij.parte.dicit nõ eſſe ſimile de Angelis & hominib[9]
beatis quantum ad ſacramẽta. Cuius ratio videtur eſſe:quia
poteſtas miniſtrandi ſacramenta,id eſt, character, eſt inde-
lebilis,& conſequenter manet in anima ſeparata:ſed de hoc
non eſt ſolicitandus : quia † mali homines ſine diuino mi-
raculo



raculo hic apparere nõ poſſunt:beati verò ſi quid facerẽt,ra
5 tũ eſſet,quia ſine diuina volũtate nõ facerẽt.¶ † Tertiò ,vtrũ
miniſter malus dare poſsit baptiſmũ tãtæ efficaciæ ſicut bo
nus? Et dicit San.Tho.in iiij. quòd ſubtracta bonitate mini-
ſtri,adhuc eſt ſacramẽtũ:q̃a ipſa nõ eſt de ſubſtãtia ſacramẽ
ti,cùm ſit quãdoq; ignorata & nõ certa omnino:quæ autem
ſunt de ſubſtantia ſacramẽti,oportet eſſe certa.Et nõ ſolum
dat talis ſacramentũ,ſed etiã re ſacramẽti,id eſt gratiã: quia
agẽs inſtrumẽtale nõ oportet habere formã inducendã,quæ
ſcilicet hic eſt gratia,vt ſe diſponentẽ, ſed ꝑ modũ intẽtiõis:
vt de forma ſcani patet in ſerra.Cũ etiã effectus ꝑ ſe alicuius
ſit,quòd per ipſum ad hoc ordinatũ producitur, ſicut domus
ædificatoris.effectus verò per accides,quod coniũgitur effe-
ctui per ſe:ſicut ſi habitatio domus dicatur effectus ædifica-
toris:dico,inquit,quòd effectus ꝑ ſe baptiſmi æqualiter eſt,à
quocũq; detur,à malo vel bono,cæteris paribus ex parte ba-
ptizati:ſed cũ effectu baptiſmi pōt aliq̃d aliud baptizato cõ-
ferri,ſiue pertineat ad ſalutẽ corporis, ſiue animæ ex merito
baptizãtis.& hoc nõ eſt ꝓpriè effectus baptiſmi:quia baptiſ-
mus nõ eſt cauſa niſi inſtrumẽtalis:& nõ eſt inſtrumẽtũ agẽs
in virtute miniſtri , qui etiam ipſe inſtrumentum eſt virtute
Chriſti & Dei.hæc ille.Et idem habetur j.q.j.ſi iuſtus fuerit.
de conſec.diſt.iiij.ego dico.&.c.Romanus.Cuius etiã rationẽ
aſsignant alij,& eſt etiã mẽs S.Tho.q̃a ſacramentũ quod ef-
ficaciã habet ex opere operato, id eſt,nõ à miniſtro, ſed vir-
tute ſibi collata,nõ vitiatͬ ex demerito miniſtri operãtis.om-
nia autem ſacramẽta nouæ legis ſunt huiuſmodi.¶Quartò,
vtrũ malus miniſter baptizãdo peccet? Et dicit S.Tho.in iiij.
ꝙ quicunq; exiſtens in mortali exhibet ſe miniſtrũ eccleſiæ
etiã in quocũq; ſpirituali peccat,ſecũdum opinionẽ quorun-
dam ſatis probabilẽ:vnde ſacerdos baptizans cũ ſolennitate
miniſtrũ eccleſiæ ſe exhibẽs,peccat mortaliter:ſi aũt ſimpli
citer baptizat in articulo neceſsitatis nõ quaſi miniſter ec-
cleſiæ,ſed ſicut vetula baptizare poſſet,nõ peccat.hæc ille.q̃
huius opinionis,quã indubitãter tenet,rationẽ aſsignat in iij.
parte.q.lxiiij.arti.vj. quia miniſtri debent ſuo dño iuſto con-
formari,ſecundũ illud Leui.xix.Sancti eritis, quoniã ego ſan
ctus Sum.Qui autẽ baptizat ex neceſsitate,nõ exhibet ſe mi
niſtrũ:ſed ſubuenit neceſsitatẽ patiẽti.hæc ille. Cui cõſentit
Ric.Alij verò dicunt quòd in nullo caſu poteſt malus mini-
ſter baptizare,quin peccet. Pet.de Pal.cõcordat has opiniões
dicẽs quòd vera eſt ſcđa opinio,q̃n ſine ſolẽnitate baptizans
aduertit de peccato,& nõ cõteritur,ſed vult in eo manere:&
tamen vult baptizare,ſciens quòd iſta ab immũdis tangi nõ
debent:etiã ſi baptizet intuitu neceſsitatis , & nõ ex libidine
vel contemptu, quia non excuſatur ab irreuerentia:eſt verò
prima vera quando baptizat cũ tremore dolens de peccato
in generali,& proponẽs poſtea cõteri perfectè:licet propter
hoc ſciat ſe nõ mũdari à peccato:& ei deficit tempus ad cogi
tandum de ſingulis peccatis propter vicinũ periculum bapti-
zandi . hæc ex illo.Ego† verò dico quòd dupliciter tenetur
6 quis cõteri de peccato,& non aliter,ex mente S.Tho.Primò
quia occurrit memoriæ prędictæ,id eſt,ſub ratiõe peccati &
deplorãdi.Secũdò,quia imminet ſibi aliquid faciẽdum, quod
ſine contritiõe facere nõ poteſt: vt ſuſcipere vel exhibere ſo-
lenniter ſacramenta.Baptizans autẽ in neceſsitate,non tene
tur ad hoc ratione ſecundi:quia ibi nõ habet locũ ratio , quã
adducit S.Tho.ſcilicet miniſtrum non conformari domino.
Nec valet dici quòd eſt ibi irreuerẽtia,quia ipſa non ſemper
eſt mortale:alioquin peccator ſignãs ſe ſigno crucis,aut ado
rans hoſtiam immiſſa,peccaret ſemper mortaliter, niſi eſſet
contritus. Et conſequenter tenetur ſolùm ratione primi : &
conſequenter ſi non recolit peccatum, aut ſi recolit ſpecu-
latiuè tantum,non practicè,id eſt, ſub ratione deflendi , non
peccat:& ſi ibi eſt peccatum,non eſt quia baptizat , ſed quia
committit vel omittit contra aliud præceptum. Et ratio eſt,
quia eo caſu baptizare poteſt canonis permiſsiõe ſiue autho
ritate etiam Paganus & hæreticus.de cõſecra. diſtinct.iiij.c.
cõſtat.cap.mulier.c.in neceſsitate.qui tamen ſine dubio ſunt
in mortali.Quod autem fit canone permittẽte , ſtultum eſt
dicere,quod ſit mortale:vt in cap.qui peccat.xxxiij.q.iiij.Vn-
de tunc non tenetur quis conteri ex hoc quòd vult talẽ actũ
exercere:ſed ſi tenetur,aliunde tenetur:& ſi peccat , aliunde
peccat,vt dictum eſt.Et ideo male Sum.Ang.opinionem Ri
chard.quæ eſt Sancti Tho.& Alber.& Archi.& communiter
aliorum Theologorum,quòd ſcilicet non peccat malus mi-
niſter baptizans in neceſsitate ſine ſolennitate,limitat quan
do non aduertit de peccato.¶†Quintò,vtrum petens vel re- 7
cipiens à malo ſacerdote baptiſmum, peccet? Et dico quòd
Pet.de Pal.poſt Sanct.Th.diſtinguit.Si enim miniſter ſit ab
eccleſia præciſus:vt quia hæreticus,excommunicatus ſuſpen
ſus,& huiuſmodi,non peccat qui offertur baptizandus carẽs
vſu rationis,nec oblatus aut offerens habens vſum rationis,
ſed probabiliter ignorans præciſionem:peccat verò mortali
ter tam oblatus,quàm offerens hoc ſciens, ſi hoc faciat extra
caſum neceſsitatis,in quo id licitè peteret à Iudæo vel paga
no.Et ratio eſt ſecundum Pet.de Palu.quia eodem præcepto
præcipitur ab eccleſia præciſis ne ſe ingerãt diuinis , & qui-
buſlibet ne eis cõmunicent in eiſdem . Si autem miniſter eſt
quidem malus,ſed non præciſus , non peccat ab eo recipiens
baptiſmum:& ſi ille peccet conferens , propter duo,ſecundũ
Sanct. Tho.Primò,quia iſti certũ eſſe nõ poteſt quòd ille ſit
in peccato mortali,cũ in vno inſtanti Spiritus ſanctus operetͬ
hominis iuſtificationem. Secundò,quia iſte petit quod iuſtũ
eſt:quia à ſuo ſacerdote debet ſacramenta recipere:nec pro-
pter hoc cogit vel inducit eum ad peccandũ: quia ille poteſt
reddere quod debet non peccando. ¶†Sextò , quid ſi mini- 8
ſter non præciſus,ſit adeo malus, vt baptizare non velit,niſi
data pecunia,quod eſt ſimoniacum? Et dicit Sanct.Tho.ꝙ ſi
baptizãdus eſt adultus, ſufficit ei ad ſalutẽ petere baptiſmũ:
quia baptizatur baptiſmo flaminis :nec debet propter hoc
committere ſimoniam.Si verò ſit puer,potius debet ipſe,qui
offert,vel alius,puerum baptizare,quàm dare pretium ꝓ ba
ptiſmo ſimoniacè.licitum tamen eſt ei aquam emere,ſi aliàs
habere nõ poteſt:quia aqua nõ eſt ſacramentum:& ſi ſit ſan
ctificata,non operatur ad baptiſmum de neceſsitate eius exi
ſtens quaſi ſanctificata,ſed quaſi aqua:ideo non emit aquam
ſanctificatã,ſed aquam. Quidam tamen dicunt, ſcilicet Ala.
quòd poteſt pretium dare:quia hoc nõ eſt committere ſimo
niam,ſed ſuam redimere vexationẽ. ſed primum eſt melius.
Hæc ille.¶†Septimò,vtrum plures poſsint baptizare vnum? 9
Et Sanct.Tho.in iiij.diſtin.vj.dicit quòd ſi plures immerge-
rent ſimul,ita quòd vterque intenderet baptizare non bapti
zatum,& diceret,ego te baptizo,&c.eſſet baptiſmus:quãuis
peccarent ritum eccleſiæ non ſeruantes:nec tamen puniẽdi
eſſent quaſi baptiſmum iterantes , niſi hoc intenderent:quia
contingit eandem actionem ab vno & à pluribus exerceri:
non autem contingit eandem actionem eſſe,quæ in diuerſis
temporibus fit.Si autem dicãt, Nos baptizamus,ſcilicet ſtã-
te ly nos,pro pluribus,non erit baptiſmus:quia non ſeruatur
debita forma.In iij.parte autem dicit quòd ſimul plures non
poſſent vnum baptizare:quia actus multiplicatur ſecundum
multiplicationem agentium,ſi perfectè ab vnoquoque aga-
tur.Et ſic ſi conuenirent duo,quorum vnus eſſet mutus,non
potens verba proferre , & alius carens manibus non potens
exercere actum: non poſſent ambo ſimul baptizare,vno di-

cente verba,& alio exercente actum. hæc ille in forma. Sed loquitur qñ plures baptizāt vt plures:& dicēdo, baptizamus. Quod patet ex ſua ratione quā ſubdit:qa,inquit,actus multiplicatur ſecundū multiplicationē &c.loquit̃ etiam de poſſe iuridico,ſcilicet quod eſt ſine peccato. quod patet : quia poſt pauca loquēs aduerſatiuè dicit:Poſſunt autē,ſi neceſsitas exigat,plures ſimul baptizari. Vbi patet quòd loquitur de poſſe iuridico:aliàs nō ſolùm in neceſsitate,ſed ſine ea multi ſimul poſſent baptizari. Sed tamen aduertendū eſt quòd tripliciter multi poſſent vnum baptizare. Primò, quia vnus prius alio formam profert : & ſic primus baptizat: & ſecundus iterat ſi quilibet ex contentione vel alia cauſa hoc intēdit . Secundò, quia ſi multi immergunt & proferunt formam,& quilibet dicit, Ego te baptizo: & tūc baptizant vt vnus, inquantum omnes ſunt vnum in Chriſto,& repræſentant vnam perſonam Chriſti principaliter baptizantis & conferentis vnum ſacramentum:vnde conferunt vnum baptiſma. Vnde San. Tho.ij. parte.q.lxxxij.arti.ij.loquens de pluribus ſacerdotibus conſecrantibus ſimul vnā hoſtiam, dicit quòd ſi quilibet eorū operaretur in virtute propria,ſuperfluerent alij celebrantes vno ſufficienter celebrante:ſed quia ſacerdos nō cōſecrat, niſi in perſona Chriſti multi aūt ſunt vnū in Chriſto: ideo nō refert vtrum per vnū aut multos hoc ſacramentū conſecretur ,niſi quòd oportet ritū eccleſię ſeruari. Hęc ille in forma. Tertiò, quia ſimul immergūt & proferūt,ſed dicunt, Baptizamus.in plurali:& ſic nihil faciunt formā mutantes. Et ratio eſt , quia homo nō baptizat niſi vt miniſter & vices gerēs Chriſti, qui eſt vnus:& cōſequēter oportet miniſtrū eius eſſe vnū:hic autem plures,vt plures cōueniunt ad vnū ſacramentū cōferendum & ad ſpiritualem generationē: licet fortè intendāt integrare vnū agens,ſicut in generatiōe carnali,ſecundū Pet.de Pal.poteſt fieri vnū immediatū generās cōmiſto ſemine duorum hominū in matrice ſuperueniēte ſemine ſcdi:vel dæmōne ſuccubo recipiente ſemina à duobus,& ſimul ea infundente:quod tamen in ſpirituali generatione eſt impoſsibile:quia ſpirituales virtutes nō cōmiſcentur, ſed quilibet totū efficit. Quidam tamen dicunt quòd dicēdo Baptizamus, eſſet verū baptiſma:qa nō eſt de neceſsitate ſacramēti ꝙ miniſter exprimatur,vt patet ex forma Grę corū. Sed fallūtur: quia & ſi neceſſe nō ſit miniſtrū exprimi:tamen ſuppoſito quòd exprimatur,neceſſe eſt illum exprimi vt conuenit miniſtro,id eſt, vt vnum. Vnde ſi dicat, Ego principaliter baptizo te:nihil agitur:quia repugnat miniſtro eſſe agēs principale. Et ſimiliter ſi dicatur Baptizamus , quia exprimitur ꝙ vnus Chriſtus operetur ꝑ duos miniſtros immediatos vnū effectū. ¶Octauò , vtrū in neceſsitate plures , quorū vnus ſit mutus & alius mancus,poſsint baptizare vnum , vno dicente verba , & alio exercente actum? Et dicendum eſt quòd non,ſecundum Sanctum Thomam in tertia parte , vt dictum eſt §.priori : & in quarta:quia neuter facit totum,ſed partem tantum: & ſic eſt contra caput,quorundam . diſtinctione xxij. Et hanc opinionem firmat Rayne.& Hoſti. dicens, illum non eſſe baptiſmū. Sed Pet.de Pal.videtur ſentire ibi eſſe baptiſmū , diſtinguens & dicens quòd in ſacramētis,quæ nō ſunt neceſsitatis, vnus debet facere totū aut omittere: & ſic loquitur d.c.quorundā. ſed in ſacramēto neceſsitatis omitti poteſt quod non eſt de neceſsitate ſacramēti, cuiuſmodi aſt vnitas miniſtri:vt omnes cōmuniter dicunt:ſed tamen,inquit,oportet non eſſe mendaciū in forma:qa nihil fieret,ſicut nec ex falſa materia: vnde mācus dicet,baptizetur ſeruus Chriſti &c.vel,iſte te baptizat in nomine &c.ſed cōtra dictū eſt in §.priore. ¶Nonò, vtrū vnus poſsit baptizare plures? Et dicit Sanct. Tho.vbique quòd ſic in neceſsitate,aſpergendo,vel aliter:& oportebit dicere in forma,Ego baptizo vos,nec erit mutatio formæ:quia Vos,eſt idē quod Te & te.dicendo autē nos,mutaretur: quia Nos,nō eſt idem quod Ego & ego:ſed,Ego & tu. Et iſta opi. vt dicit Pet.de Pal.cōiter tenetur:ſicut etiam ſacerdos ſimul conſecrat hoſtias plures:& forma baptiſmi vna materialiter & formaliter habes tantū vnā virtutē, eſt virtualiter & realiter plures habēs duos effectus ſecundū duo ſubiecta: ſicut in igne ab vno calore eſt vnū calere in illo:ſed in calefactis ſunt duo vel plura. Dicit autē idē Pe.aliā eſſe opinionē quòd hoc eſſe nō poſsit,quā & ſequi videtur , dicēs eā eſſe cōformiorē doctrinæ cōmuni,ſcilicet quòd de lege cōmuni nō ſunt plures baptizādi , niſi baptiſmis pluribus realiter & formaliter. Sed hoc verū eſt extra neceſsitatē,quo caſu intelligūtur etiā quæ §.ſequen.de monſtro dicentur:quæ & ipſe adducitur ſatis incongruè ad confirmationē dictæ opinionis. ¶†Decimò quæritur quomodo monſtrū baptizandū ſit? Et dicit Pet.de Pal.poſt Laud.Henr.& Sanct.Tho.in quolib.quòd ſi certum eſt ibi eſſe duas animas rationales,puta qa ibi ſunt duo capita,duo pectora,& cōſequenter duo corda,baptizari debet vt duo.& quāuis præſumatur quòd plures ſimul poſsint baptizari,dicēdo, Ego vos baptizo,tamen tutius eſt eos baptizare ſigillatim:qđ intellige niſi periculū eſſet in mora. Si verò nō eſt certū,eos eſſe duos,vt quia nō ſunt duo capita bene diſtincta,& huiuſmodi,tūc baptizato prius vno,poteſt alter dubiè baptizari dicēdo:Si tu non es baptizatus,ego te baptizo &c. nec baptizet intētiōe vaga:quia nihil ageret,ſed determinet ſe ad vnū,ſecundū Henr.in quolib. ¶Vndecimò,vtrū idē poſſit baptizare ſeipſum? Et dicit San. Tho.in iij.parte,quòd nō: quia dicendo,Ego baptizo me,forma mutaret̃. Et idē virtualiter dicit in iiij.addēs quòd ſecundū Augu.nulla res ſeipſam gignit vt ſit. Baptiſmus autem regeneratio quædā eſt. Et idē habetur extra eo.c.debitū. Quod autem dicit Inno.iij.in quadam decretali,quòd Iudæus,qui ſeipſum immerſit in aquā dicens, Ego baptizo me in nomine &c. ad patriā ſi deceſsiſſet euolaſſet:intelligendū eſt,inquit,propter vim contritionis& deuotionis:ex cuius magnitudine hoc procedere videbatur, vt inter Iudæos exiſtēs quaſi periculo mortis ſe offerret.hęc 1
ille. ¶†Duodecimò queritur , vtrū in baptiſmo reqratur intentio baptizantis & baptizandi? Et dico quòd de baptizando dicetur infrà Baptiſmus,quarto. De baptizāte verò dicit Sanctus Thomas in iiij.diſtinct.vj.queſt.j.arti.ij.q.j.quòd ſic: & intelligit non de actuali , ſed de virtuali, de qua infrà §. ſequen.& in hoc omnes conueniunt. Et rationē ibi ipſe aſsignat:vbi vide,ſi placet. Sed tamen ibi ad ſecundum argumētum,quod fuerat hoc:quia ſi intentio requiritur baptizantis, quæ ſcilicet nulli niſi ſibi certa eſt:ſequitur ꝙ nullus erit certus ſe eſſe baptizatum : & conſequenter homo erit in dubio ſalutis.quòd incōuenit.dicit quòd,ſecundum aliquos , ſi deſit mentalis intentio miniſtri,non eſt baptiſma : tamen in adulto ſupplet fides baptiſmati:vt inde periculum nō proueniat: in puero autem piè creditur quòd ſuppleat ſummus ſacerdos.quod tamen ſi non facit,iniuſtè non facit:ſicut nec in illo qui ſacramento non ſubijcitur. Alij verò dicūt quòd in ſacramentis habentibus in forma actum exercitū, non requiritur intentio mentalis,ſed ſufficit expreſsio intentionis per verba ab eccleſia inſtituta:vnde ſi forma ſeruatur,nec aliquid exterius dicitur , quod intentionem contrariam exprimat,baptizatus eſt. Non enim ſine cauſa in ſacramentis neceſsitatis, ſcilicet baptiſmo,& quibuſdam alijs , actus baptizantis tam ſolicitè expreſſus eſt ad intentionis expreſsionem. hæc ille. Intendit autem iſta opinio,ſecundum Pet.de Pal.quòd ſufficit intentio faciendi exterius quod eccleſia facit. Et ſecūdum eundem prima opinio eſt tenenda : ſecunda autem ſuſtineri

poteſt



poteſt:ſed S. Tho. videtur tenere ſecūdam in iiij.di.v.q.ij.ar. ij.q.j.in cor.vbi dicit quòd ea,quæ ſunt de ſubſtātia ſacramēti,oportet eſſe certa:intentio autem interior miniſtri nō poteſt eſſe certa. Et ſimiliter videtur hæc opinio eſſe de mēte domini Bona.in iiij.di.iij.ar.ij.q.ij.dicentis,quòd quia baptiſmus nō eſt ſacramentū ſingularis perſonæ,ideo fides ꝑſonæ nihil prodeſt vel obeſt:ſed,eſt ſacramētū eccleſiæ Chriſti.vnde quicquid ſit de fide cordis perſonæ baptizātis,iudicādū eſt ſecundū expreſsionē oris.hęc ille,qui idē diceret, vt videtur, de interiori intētiōe baptizātis. Et eandē videtur tenere Aureo.qui dicit ꝙ oportet miniſtrū intēdere,vel ſaltē apparere quòd intēdebat baptizari. Poſſet autē dici,hæc ideo eſſe, qa ibi adeſt intētio eccleſiæ & Chriſti,qui voluit quēlibet hominē eſſe huius ſacramēti miniſtrū & cōſequenter non eſſet ſimile de dęmone,de quo ſ.§.ij. vñ idē S.Tho iij. q.lxiiij. art. viij.ad ſecundū,recitata priore opiniōe:& reprobata:qa deuotio accedētis nō ſupplet quo ad characterē:& ſi quo ad gratiā,ſubiūgit:Et ideo alij melius dicūt, ꝙ miniſter ſacramenti agit in perſona totius eccleſiæ cuius eſt miniſter:in verbis autē quę proferūtur, exprimitur intentio eccleſię, quę ſufficit ad perfectionē ſacramēti,niſi cōtrariū exterius exprimatur ex parte miniſtri,& recipientis ſacramentū. ¶Decimotertiò,
§ 2 † vtrū in miniſtro requirat̃ intētio actualis? Et dico ſecundū mentē S.Tho.& Lan.& Scoti ꝙ nō ſufficit intētio habitualis pręciſe:quia ipſa eſt etiā in dormiēte:nec requiritur actualis neceſſariò quādo quis profert verba:quia cogitatio eſt valde labilis:ſed oportet dare mediā,id eſt,virtualē,quæ eſt quādo pręceſsit actualis dandi baptiſma:& deinde ex illa mouetur quis ad baptizandū vel proferendū verba,nulla interueniēte intentione contraria:ſicut cū quis deliberat baptizare, & cœpto opere vagatur,nihil cogitās de verbis quę profert. Ex quo etiā patet ꝙ furioſus & ebrius,quādo omnino carēt vſu rationis,baptizare nequeūt:quia nō poſſunt habere intētionē. ¶Decimoquartò,vtrum requiratur intentio recta? Et dicit S.Tho.in quarto, ꝙ cùm rectū ſit,cuius mediū nō diſcrepat ab extremis:tunc eſt intētio recta,quādo baptizās vel baptizatus ordinat ſacramētū ad effectū ſacramenti:qui eſt ſalus. Igitur ſi in baptizāte adſit intētio,quia intēdit baptizare:ſed deſit rectitudo,quia ordinat ſacramentū ad finē indebitū:nō propter hoc in recipiēte impeditur receptio ſacramēti : quia ad hoc fertur intentio baptizātis:neq; effectus ſacramēti.qa mundatio interior nō eſt à miniſtro :vnde ad hoc nihil facit eius intentio. Si autē in baptizato ſit intētio percipiēdi ſacramentū , ſed deſit rectitudo intētionis:recipit quidē quod intendit ſacramentū,ſed nō rem ſacramēti:quia per intētionē prauam ponit obicem Spiritui ſancto:& de hoc infrà Baptiſ-
§ 3 mus.iiij. ¶ Decimoquintò,† vtrū ſit verum baptiſma vbi interuenit error? Et dico ſecūdū Ho. ꝙ putās ſe baptizare puerum,imponens ei nomē Petrus,& baptizat puellā: ſi intēdit baptizare perſonā cuiuſcūq; ſexus,eſt baptizata:ſi verò marē tantū,nō eſt baptizata.ſi autē ſimpliciter baptizat,ſcilicet nō cogitās de mare aut fœmina,eſt baptizata:quia ſcilicet intēdebat baptizare hanc perſonā,quicquid eſſet. Et cōcordat S. Tho.dicēs in iiij.diſt.xxx.q.j.ar.j.ad tertiū,quòd ſi quis baptizat Ioānem credēs ſe baptizare Petrū,nihilominus Ioannes eſt verè baptizatus. ¶Decimoſextò quid de baptizāte aliquē ex ioco? Et dico quod ſi intendit baptizare eſt baptizatus:ſi verò non intendit baptizare , ſecundū opinionem ſuperius recitatā,eſt baptizatus,dummodo iocoſitatem non oſtendat exterius:ſed,ſecundū opinionē aliā,nō eſt baptizatus: in dubio autem ſecundum Aſten.eſt baptizandus ſub conditione.

### Ruſus de Baptiſmo quartò, quo ad ſuſcipientes.

1 *Omnes homines poſt Chriſti paßionē omnino baptizari ex Dei præcepto tenētur,etiam qui in vtero ſanctificatus foret. Et ibidem,ex quo tempore cœpit hæc obligatio?*

2 *Puer vel in toto,vel in parte in matris vtero exiſtēs,nū baptizari poßit? Et qui ſecundū totū in vtero eſt,Deo non eccleſiæ notus eſt:vnde miniſterio ipſius miniſtrorum minimè ſubijciendus:ſed nec ob id mater viua aperiri,aut ſecari debet.*

3 *Amentes ac furioſi an ſint baptizādi:item quid de dormientibus? & quid de peccatoribus?*

4 *Pueri infidelium,an ſint baptizandi? Et quid de Iudæorum pueris infra pubertatem,an poſſunt inuitis parentibus baptizari?*

5 *Iudæi,quatenus ſecundum iura ſerui eſſe dicantur? Et an liceat ipſis ſua auferre, aut eiſdem moleſtias inferre?*

6 *Pueri infideliū parētibus inuitis ante ratiōis vſum baptiſmo loti,ſacramentū nū ſuſcipiāt? Et hic vſus ratiōis ante quē hmōi pueri baptizādi nō ſunt,qualiter intelligēdus ſit? Et quid de puella Iudæa,quā pater de licitè quæſitis dotore tenetur, ſi baptizatā nubat?*

7 *Expoſiti & inuenti, huiuſque modi alĳ , quorum baptiſmus neſcitur,aut in dubium venit,num ſint baptizandi?*

8 *Proiectus in flumen de ponte,ob ſuſpicionem inſtantis mortis, ſi vixerit,poſtquàm deiector dixit:Ego te baptizo:an baptizatus intelligatur:an verò ſit rebaptizandus? Et an proiector huiuſmodi ſi puer extinguatur , homicida ſit?*

9 *Iudæus,paganus,vel alius adultus,baptiſmum petens num ſit ſtatim,ſi periculum ob moram immineat,baptiſmo donandus?*

10 *In baptizando fides num requiratur,& cuius? Et quid de conſenſu,ac volūtate,ſeu baptiſmi recipiendi intentione? Et an de peccatis ante baptiſmum commißis attritio deſideretur?*

11 *Fictio baptizandi,num baptiſmi efficaciam impediat? Et quid ſit fictio? Itēm,fictum quē eſſe,quot modis contingere queat? Et an recedente fictione baptiſma effectum aſſumat & conſequatur? Et quomodo valere incipiat?*

12 *Adulti baptizādi,nū præſentia, ac reſponſio ꝓpria neceſſaria ſit:an verò ꝓcuratore ad hoc cōſtituto,aliena reſpōſio ſufficiat?*

BAPTISMVS †quartò quo ad ſuſcipiētes vt plenius innoteſcat,ſciendū eſt ꝙ ſecundū omnes doc. poſt Chriſti 1
paſsionē oēs homines mūdi tenentur ex pręcepto Dei ſuſcipere baptiſmū,iuxta illud Io.iij. Niſi qs renatus fuerit ex aq̄ &c. Et hoc ſecūdū S.Tho.etiā ſi quis eſſet ſanctificatus in vtero:ad acquirendū characterē,quo annumeretur populo Dei,& quaſi deputetur ad ꝑcipiēda ſacramēta diuina:tū vt paſsioni Chriſti etiā corporaliter cōformetur;tū ꝓpter obediētiæ bonū:quia pręceptū de baptiſmo oībus datū eſt. Quādo aūt incœperit dicta obligatio,ſunt opiniones:ſed S . Tho.tenet ꝙ in paſsiōe inſtitutū eſt pręceptū de baptiſmo ſuſcipiendo: ſed illud nō cœpit obligare,niſi poſt promulgationē . Et idē ſentit Richar.in iiij.di.iij.dicēs ꝙ nō fuerūt oēs homines obligati ad ſuſceptionē baptiſmi ſtatim poſt Chriſti reſurrectionē:quia nullus tenetur neceſſariò obſeruare legē antequā ꝓmulget̃:nec etiā poſt ꝓmulgationē:quouſq; ſibi innoteſcat: niſi defectus eius ſit in cauſa quare nō ſtatim ſibi innotuerit promulgatio legis:quę ꝓmulgatio in propoſito fuit quando dictū eſt Mar.vltimo. Eūtes docete oēs gētes,baptizātes,&c. hęc ex illo.quę ſunt valde notāda:qa ex his habetur ꝙ in foro conſciētiæ nulla lex obliget ignorantem:niſi ignoret ex ſua negligētia,& intelligere noluerit. ¶ Primò†verò queritur 2
vtrū baptizari poſsit puer in vtero matris exiſtēs in toto vel in parte? Et dico ꝙ ſi eſt natus,etiā cū pelle ſecundina, baptizari poteſt ſecundum Aureo.& etiam ſi eſſet mōſtrum:vt ſ. Baptiſ.iij.§.x.ſi aūt totaliter eſt in vtero matris,nē apparens,

ſecundum membrum aliquod vel partem membri, baptizari non poteſt, ſecundũ omnes:& vt in c. qui in maternis. de cõſe. diſt. iiij. qa inquit S. Tho. talis natus eſt Deo, nõ eccleſię, nec ſubijcibilis operationi miniſtrorũ eius: nec aperienda eſt mater adhuc viuens, etiam ſi eſſet ob partum moritura, vt talis baptizetur: quia ſecundũ Apoſtolum, non ſunt faciẽda mala vt veniãt bona. ſecus autẽ ſi iam extincta eſſet: vt ff. de inoffi. teſta. l. poſthumus. Si autẽ apparet aliquod mẽbrum, & non eſt plenè natus: expectanda eſt totalis egreſsio, niſi periculũ mortis immineat, ſecundum S. Tho. & omnes: ſed ſi periculũ timeatur, ſunt duæ opiniones extremę, & vna media. Quidã enim dicũt quòd baptizari nõ poteſt, niſi plenè naſcatur. vnde glo. in c. ſi ad matris. de conſe. diſt. iiij. tenet quòd baptizari non poteſt, per d. c. qui in maternis. Ratio, quia non perfectè natus nõ poteſt dici homo. l. quod certatũ. C. de poſt. hæ. inſtitu. vbi oportet ꝙ ſit totus natus quis, vt poſthumus dicatur. Quidam verò dicunt ꝙ baptizari poteſt, quacunque parte eius apparẽte, ſic quòd ſi baptizetur manus aut pes, nõ erit rebaptizandus. Et iſtam opinionem Sum. Roſel. adſcribit Inno. & Panor. & videtur eis conuenire in cap. debitũ extra eo. Quidam verò dicunt ꝙ egreſſa parte principali, id eſt capite debet baptizari, ſcilicet ita ꝙ nõ rebaptizetur, ſi vixerit. ſecus de alijs, ſcilicet pede, manu, vel huiuſmodi: quia baptizandus eſt qdẽ: & ſi deceſſerit, ſepeliẽdus eſt in cœmeterio: ſi autẽ vixerit rebaptizãdus eſt ſub cõditione, ſi nõ es &c. Et hęc eſt opinio Landul. & Ric. & domini Car. in cle. fidei. de ſum. tri. & S. Tho. in iiij. diſt. vj. q. j. arti. j. q. j. ad tertium. vbi obſcurè loquit̃, dicẽs ꝙ egreſſa ꝑte principali, id eſt capite, in quo operationes animæ magis manifeſtãtur, vt quidam dicunt, baptizari debet: ſecus autẽ eſt de alijs partibus, vt de manu, & pede, quanuis non noceat, etiam ſi ille partes aſpergantur baptiſmali aqua: quia diuina miſericordia non eſt arctanda. Si autem poſtea plenariè noſcatur, nõ eſt rebaptizandus: ſecundum quoſdam: ſed nihil periculi accidit ſi ad maiorem cautelam baptizatur ſub hac forma: ſi nõ es &c. hæc ille. qui intẽdit quòd egreſſo capite baptizetur non rebaptizandus: egreſſa verò alia parte aſpergatur aqua, id eſt baptizetur, ſed rebaptizandus. & hoc patet clarè iiij. parte. q. lxviij. arti. xj. ad
3 quartum. ¶Secundò † vtrum baptizari poſsint amentes, & furioſi? Diſtinguit S. Tho. in iij. parte, & in iiij. cuius diſtinctio ad hoc reducitur: quia ſi nunquam habuerũt vſum rationis, baptizari poſſunt eo modo, quo pueri in fide eccleſiæ: ſi verò aliquo tempore habuerunt vſum rationis, quia ſcilicet non ſunt à natiuitate ſtulti: aut ſi ſunt, habẽt lucida interualla: ſi nunquam habuerunt voluntatem baptiſmi, non poſſunt baptizari: ſi autẽ eam aliquando habuerũt, baptizari poſſunt ratione periculi in amentia etiam ſi contradicant: imò vt dicit Pe. ſi oporteat eos ligari, vel etiam ſi faciant iniuriã ſacramento, vt mingendo in aquã, vel huiuſmodi: ceſſante verò periculo melius eſt vt expectetur vſus rationis. Conſentit capi. maiores. extra eo. ¶Tertiò, quid de dormientibus? Et dicit S. Tho. quòd ratione periculi baptizari poſſunt, ſi prius in eis apparuit volũtas baptiſmi: ſicut de amẽtibus dictum eſt: & de amico ſuo factum narrat Aug. iiij. li. Confeſsio. non autem baptizandi ſunt, ſi periculum mortis non immineat, nec ſi antè voluntatem baptiſmi non habuerunt. Et habẽtur hæc omnia in d. c. maiores. ¶Quartò quid de peccatoribus? Et dico quòd de peccatoribus ſic dictis à voluntate peccandi, id eſt de volẽtibus ꝑſeuerare in peccato, dicit S. Tho. ꝙ nullo modo ſunt baptizãdi. Et videtur velle ꝙ tales peccẽt mortaliter quaſi euacuãtes effectum ſacramẽti, id eſt gratiã: ſi tñ baptizãtur, recipiũt ſacramentum, ſecundũ doc. non rẽ ſacramẽti: nec ſunt rebaptizãdi: ſed peccatores ſic dicti propter reatum præteritum peccati, aut maculã ſunt baptizandi: quia ad hoc ſpecialiter baptiſma inſtitutum eſt, vt per illud ſordes mundẽtur. ¶Quintò, † vtrũ pueri fidelium ſint ſtatim baptizãdi? 4
Et dicit S. Tho. ꝙ ſic, quam citius: nec eſt expectãdũ. Primò, quia propter imbecillitatẽ naturę de facili mori poſſunt. Secundò quia diabolus non habet tantam poteſtatem nocẽdi ſpiritualiter & corporaliter poſt baptiſmum, ſicut prius. Tertiò, qa à pueritia facilius ad ea, quæ ſunt Chriſtianæ religionis, inducuntur, & ea firmius retinent. ¶Sextò, vtrum pueri infidelium Iudæorum infra pubertatem poſsint inuitis parẽtibus baptizari? Et dico quòd eſt vna opinio, quam Aureo. Landu. & Scot. & Archi. & Ant. de But. tenent, & videtur Do. de S. Gemi. quòd ſic, per principes vel eorũ dominos, non autem per priuatas perſonas. Hoc ſequitur Sum. Ang. & totũ fundamentũ huius opinionis eſt: quia Iudæi ſunt ſerui facti ꝑ paſsionem Chriſti. extra de Iudęis. ſi Iudęos. & hoc fuit executioni mandatum per Cõſtantinum: vt no. Hoſt. in ca. conſuluit: de Iudęis. & idem tenet Archi. in c. qui ſyncera. xlv. di. & idem S. Th. in epiſtola ad duciſſam Lotoringiæ. ſed iſta opinio eſt falſa & vana cum ſuo fundamento. Primò, quia ſi eſſet vera, hoc eſſet, quia Iudęi ſunt ſerui Chriſtianorum: quod eſt falſum, quãtum ad baptiſmum: quia nullus eſt ſeruus in ſpectantibus ad ius diuinũ aut naturale, ſed ciuile tantũ. Vnde ſi Iudęus doceat filiũ malos mores, puta furari, & adulterari, quod pertinet ad ius ciuile, eſt ei auferendus. C. de epiſc. aud. l. ſi lenones. nõ autem ſi eum doceat malã fidem: ꝙ pertinet ad diuinũ: quia hoc nullo iure cauetur. Secũdò nam princeps nõ plus, ſed minus, dominatur ſuper filio Iudæi quàm ſuper patre gratia cuius filius eſt ſeruus: & tamẽ patrẽ non poteſt cogere ad ſuſcipiendũ baptiſmũ in ſe, licet Sco. hoc malè concedat: quia hoc dixit Iac. Hermogeni, & Apoſtolus. Quid ad nos, inqt, de his qui foris ſunt iudicare? Et tex. in c. ſicut Iudęi. de Iudæis. & xlv. di. de Iudæis. iſtam compulſionẽ ꝓhibet: ergo non poteſt inferre vim filio, aut patri in filio, vt baptizet̃: cũ volũtas patris ſit filij ante vſum rationis inſpectãtibus ad prædicta iura. Tertiò, nã vt dicit Car. Flo. † licet Iudæi ſint ſerui ſecundũ iura, tamẽ hoc nõ eſt verũ ſimpliciter quo ad omnia, ſed quo ad quędã: quia de cõſuetudine nõ eſt ꝙ habeãtur pro ſeruis, aut vẽdi poſsint: & prohibitũ eſt eis auferre ſua aut aliter inferre moleſtias. Sed tamẽ S. Tho. tenet ꝙ eis poſſent auferri bona ſeruato victu, niſi leges hoc ꝓhiberẽt: vt in opus xxj. vñ dic tu quòd eſto quòd vendi poſsint inuiti, quod eſt iuris ciuilis: non ſequitur quod poſsint baptizari, quod eſt diuini. Eſt autem alia opinio S. Th. quòd hoc ſit illicitum. ij. ij. quæſtiõe x. arti. xij. & iij. parte. q. lxviij. ar. x. & rurſus in quolibet. & ſuũ fundamentũ eſt duplex, ſcilicet naturalis æquitas: quia hoc naturali iuſtitiæ repugnat. Nã filius naturaliter eſt aliquid patris: & primò quidẽ à parẽtibus non diſtinguitur ſecundum corpus, quandiu matris vtero continetur: deinde vterum egreſſus ante vſum liberi arbitrij ſub parentum cura, ſicut ſub quodam ſpirituali vtero, continetur, non differens ab irrationali animali: vnde ſicut bos vel equus iure ciuili eſt alicuius, vt eo vtatur vt libet: ita filius iure naturali ante vſum rationis. Scd̃m eſt eccleſiæ cõſuetudo, quæ maximã habet authoritatẽ, & in omnibus eſt æmulanda, & cui magis ſtandũ eſt, quàm authoritati Auguſtini vel aliorũ doctorum, qui ab eccleſia habent authoritatẽ, quæ hoc nunquam habuit: cum tamẽ retro actis temporibus fuerint multi catholici principes potẽtiſsimi, vt Conſtantinus & Theodoſius, quibus familiares fuerunt ſanctiſsimi epiſcopi, vt Syluester & Ambroſius, qui nullo modo pretermiſiſſẽt hoc ab eis impetrare ſi nõ eſſet cõſonũ rationi. Vnde dicitur de pueris antiquorũ, ꝙ ſaluati ſunt in fide parẽtũ. per qđ datur intel



ligi quòd ad eos ſpectet prouidere eis de ſalute. hæc ex illo. Et hac opinionẽ ſequitur Car. Flo. de Iudæis. in c. ſunt Iudæi. & Gaſpar de Calde. in cõſilijs. & glo. ſuper c. Iudęorũ. xxviij. q. j. & Pe. de Palu. Pan. & Ioan. de Ana. in c. ſicut. de Iudæ. & ibi do. Marianus & Feli. dicunt iſtud cõmuniter teneri: & Alberi. in Sum. Roſ. in verbo, Iudæus. quã etiã adhuc confirmat Sanc. Tho. quia oppoſitum derogaret fidei, dum pueri baptizari auerterẽtur à fide ſuaſione parentum. Et ſi dicatur quòd debent eis auferri: dico quòd eſt cõtra omnia iura, ante vſum rationis. Idem autẽ à fortiori dicendũ eſt de pueris aliorum infidelium. ¶†Septimò vtrũ pueri infidelium inuitis paren-
6 tibus ante vſum rationis baptizati ſuſcipiant ſacramentũ? Et dicit Pet. de Palu. quòd nõ: quia in his, quæ ſunt fidei ſicut parentes coacti baptizari nihil recipiũt: ita nec filij ſine ſua aut parentum voluntate: licet ſufficiat volũtas alterius parentũ. Archi. autem adſcribit San. Tho. quòd ſint verè baptizati, & ad ſeruandam fidem cogendi. Et hanc opinionem dicit ſibi magis placere: quia ſufficiens cauſa baptiſmi eſt materia, forma, & voluntas propria baptizandi, aut parentum, id eſt offerentium, qui ſunt parentes ſpirituales: ſicut olim ſaluabantur in fide parentum ſpiritualiũ, id eſt eccleſiæ. Sed iſta in Sanct. Tho. non memini me legiſſe: ſunt tamẽ vera indubitatè, ſaltem quando iuſtè eſſent ſubtracti à cura parentum. Et licet San. Tho. j. ij. q. lxviij. ar. ix. ad ſecundum, teneat quòd filij infidelium baptizati in fide eccleſiæ conſequantur ſaltem, & intelligãtur offerri ab omnibus, quibus placet quòd offerãtur, & quorũ charitate ad cõmunionem Spiritus ſancti adiũguntur, & non tantùm ab his, quorum manibus feruntur: tamen loquitur quando baptizantur inuitis quidem parentibus, ſed iuſtè ab eis ſubtracti, vt videtur: vel quãdo & ipſi parẽtes cõſentiunt: non vt pueri ſint fideles, ſed alio reſpectu: puta ne ſint fœtẽtes aut energumeni, id eſt vexati à diabolo: ſicut nũc faciunt, vt dicitur, fere omnes nobiles Saraceni: nec mihi dubium eſt quin tales pueri ſaluentur, ſi decedant ante vſum rationis. ¶Octauò quæritur, quomodo intelligatur vſus rationis ante quem infideliũ paruuli ipſis inuitis nõ ſunt baptizandi. Et dico ſecundum San. Th. in iiij. diſt. xxvij. q. ij. ar. ij. quod reſpectu vſus rationis triplex gradus notatur, ſecundum Philoſophum in j. Ethicorũ. Primus, cùm quis nec per ſe intelligere, nec capere ab alio poteſt. Secundus cùm ꝑ ſe intelligere nequit, ſed capere poteſt ab alio. Tertius cùm accipere poteſt ab alio, & per ſe conſiderare. Et Primum ſtatum obtinet homo ante primum ſeptennium: ad ſecundum autẽ incipit venire in fine primi ſeptennij: vnde tunc pueri ponuntur ad ſcholas: ſed ad tertium incipit venire in fine ſecundi ſeptennij, quantum ad pertinentia ad perſonam ſuam, in qua ratio naturalis citius conualeſcit: ſed quantum ad illa, quæ extra ipſum ſunt, in fine tertij ſeptẽnij. Et ideo ante primum ſeptẽnium nulli contractui homo eſt aptus: ſed in fine primi ſeptennij incipit eſſe aptus ad aliqua promittendum in futurum, præcipuè de his, ad quæ ratio naturalis inclinat magis: non autem ad ſe obligandum vinculo perpetuo: quia adhuc nõ habet firmatam voluntatem: ideóque tunc poſſunt ſponſalia contrahi: ſed in fine ſecundi ſeptennij iam ſe poteſt obligare de pertinentibus ad perſonam ipſius, vel ad religionem, vel ad coniugium: poſt tertium verò ſeptennium poteſt etiã ſe obligare de alijs: & ſecundũ leges conſtituitur ei poteſtas diſponẽdi de rebus ſuis poſt xxv. annum. Poteſt tamen homo antè peccare mortaliter quàm ſpõſalia cõtrahere, id eſt, ante ſeptennium primum: quia ad peccatũ mortale ſufficit cõſenſus præſens: in ſpõſalibus autem eſt cõſenſus in futurum, ad quod requiritur ratiõis diſcretio maior. hæc ex illo. Dico ergo ꝙ, vt patet ex dictis, ille vſus eſt, qui communiter habetur in fine ſecundi ſeptẽnij: ſed tamen Gaſpar de Cal. in quodam ſuo conſilio determinat ꝙ puer Iudæus duodennis baptizari poteſt inuitis parentibus: quia ſatis præſumitur de aliquo rationis vſu in eo: & ſic in fauorem fidei poterit baptizari, licet in eo omnino non clareſcat vſus rationis: dummodo in eo contrariũ non appareat. Et idẽ de puella Iudæa dicendum eſt: quam etiam pater tenebitur ſecundum facultatem dotare de bonis licitè acquiſitis, ſi baptizata nubat, ſecundũ Archiepiſcopũ. ¶†Nonò, vtrum baptizari debeant infantes 7
expoſiti, & inuenti, vel alij, de quibus neſcitur, aut dubitatur an ſint baptizari & bene baptizati? Et dico ſecundum doc. ꝙ ſi certũ eſt, omnia, quæ ſunt de ſubſtãtia ſacramẽti, cõcurriſſe, licet cætera, quæ ſunt de ſolẽnitate, defuerint: puta quia vetula verba bene protulit, & in aquam merſit, ſed defuit catechiſmus & exorciſmus, nullo modo eſt rebaptizãdus, ſecũdũ Pet. de Pal. nec ſimpliciter, nec ſub conditione: ſed ſupplẽdũ eſt quod ex neceſsitate vel in cautela fuit omiſſum. Si autem cõſtet aliquid de ſubſtantialibus defuiſſe: iterãda ſunt omnia ſubſtãtialia, quæ ſimul cõcurrere oportet: & ſimiliter ea, quę ſunt de ſolennitate, ſecundum Theologos: quia quãdo cõfertur ſacramentũ, & patitur tempus, debita ſolennitas adhibẽda eſt: nec eſt vis ſi repetuntur quæ ſacramenta non ſunt: aut etiam quæ ſunt de ſubſtantia, quando nihil factũ eſt, quia nõ fuit ſacramentũ: & conſequenter nec ſit iniuria ſacramento. Nec ſtãdum eſt in hoc dicto Iuriſtarũ dicentiũ nihil eſſe iterandũ, ſed ſupplendũ tantũ quod erat omiſſum. quod eſt friuolum. Et ſi quid de ſubſtantialibus erat adhibitum, & aliqd omiſſum: ſi adhibitũ nõ reperatur, nõ erit ſacramentũ ſcd̃a vice, ꝓpter defectũ adhibiti prima vice: ſicut nec prima vice, ꝓpter defectũ adhibiti ſecũda vice: ſicut ſi primò dictũ erat, in nomine Patris & Spiritus ſancti, & ſcd̃a vice nomine Filij: nec primò nec ſecũdò erit baptiſmus. Si autẽ erit probabiliter dubiũ: vt quia puer in nemore expoſitus inuenitur, nec apparet aliqua ſcriptura de baptiſmo: baptizãdus eſt ſub cõditione, quæ habetur extra e. c. ij. præmiſſa negatiua, ſi nõ es &c. Et idẽ dicit Ric. de expoſito quolibet, quãdo nõ inuenitur à quo ſit expoſitus, aut baptizatus. De eo aũt qui ex Chriſtianis natus & inter Chriſtianos cõuerſatus eſt: nõ eſt reuocãdũ in dubiũ, ſcd̃m Pe. de Pal. niſi euidẽtiſsimè probaretur nõ baptizatus: extra de presby. nõ bapt. c. ſi. Si verò vno teſte, puta obſtetrice ꝓbetur baptizatus, credẽdũ eſt. ¶†Decimò, vtrũ 8
baptizãdus ſit, ſi vixerit, quẽ qui ad baptizandũ longe portabat, irruente morte in via proiecit in flumen de põte cũ intẽtione baptizãdi, aut in puteũ, dicẽs. Ego te baptizo, &c. Et dico caſum iſtũ accidiſſe de facto teſte Pan. in partib⁹ Mõtiſpeſſulani, vbi, vt ipſe dicit, quidã lector Theo. de ordine Prædicatorũ dixit iſtũ nõ eſſe baptizatũ: cui⁹ dictũ deteſtati ſunt multi Canoniſtæ, cũ ibi nec verbũ nec elemẽtũ defuerit. Sed poſtmodũ ipſe magiſtrũ ſuũ cõſuluit, & dixit ꝙ non erat baptizatus: qa in baptiſmo nõ ſolũ requirit̃ immerſio, ſed etiã eleuatio ab aquis in ſignũ reſurrectionis Chriſti. Sed hæc ratio inquit Pan. nõ cõcludit: immerſio nõ requirit̃ neceſſariò, & cõſequẽter nec eleuatio. Et ſic cõcludit ꝙ ſi cõſtare poſſet ꝙ puer vixerit quandiu baptiſmus fuerit completus, ꝙ ſatis dicitur baptizatus: ſed quia potuit præcedere in via antequã baptizaret̃, ſuſtẽtari poſſet alia opinio. hæc ille. cũ quo trãſit Roſella. Sed licet bene impugnet rationẽ ſui magiſtri: tñ dicit duo falſa. Primũ quòd ille ſit baptizatus, ſi vixit vſq; ad finem baptiſmi: quia in baptiſmo neceſſaria eſt ablutio, quæ eſt materia proxima, & quã importat ly baptizo: in caſu aũt illo non fuit ablutio, ſed ſubmerſio & extinctio, vel periculũ extinctionis: nec ille actus ex ſui natura ordinatur ad abſolutionem, ſed ad ſubmerſionẽ: quia qui abluitur propriè & vſi-

ratè aut educitur de aquis continua manu, aut aquæ fluunt
ab eo. Vnde peccauit mortaliter, tanquã homicida ille pius
baptizator. Secundũ, quia ſuppoſito quòd ibi eſſet baptiſmus
durante vita, dicit ꝙ ſi prædecedat puer, non erit baptiſmus:
cuius oppoſitum oſtẽſum eſt ſuprà Baptiſmus j. §. v. ex dictis
Thelogorum, quibus in hac materia ſtandũ eſt: quia Deus in
9 tali caſu suppleret. ¶ † Vndecimò, vtrũ baptizãdus ſit ſtatim
Iudæus, vel Paganus, vel alius adultus petẽs baptiſmũ, ſi pi-
culũ ſit in mora: puta quia timetur ne alij infideles hoc ſcien
tes illum interimant, vel aliter impediãt? Et dico ſcd̃m Hoſ.
ꝙ, ſic expoſita fide eodem modo quo poſsibile eſt de conſec.
diſt. iiij. ne quod abſit. Sed ſi nõ adſit periculum, tũc per octo
menſes, vel aliũ terminũ arbitrariũ debet differri, & inter ca
techumenos teneri. de conſe. diſt. iiij. Iudæi. & c. ſeq. Et huiuſ-
modi rationẽ aſsignat doc. Angelicus in iiij. parte. Primò, ad
cautelã eccleſiæ, ne decipiat̃ fictè accedẽtibus tribuẽs ſacra-
mentũ. Scd̃ò, vt plenè ante baptiſmũ inſtruatur de fide. Ter
tiò, propter reuerentiã ſacramenti, dum ſcilicet in præcipuis
ſolẽnitatibus, vt Paſchæ & Pẽtecoſtes, ad baptiſmũ homines
admittũtur. Hæc tamẽ, inquit dilatio duplici ratione præter-
mittenda eſt. Primò, qñ baptizandi apparẽt perfectè inſtru-
cti de fide, & ad baptiſmũ idonei: ſicut Philippus ſtatim bapti
zauit eunuchũ, &, Corneliũ Petrus Act. viij. & x. ſi neceſsitate
infirmitatis, mortis, obſidionis, perſecutionis, & naufragij vr-
gerentur: quia ſecundum Leo. papã, omni tẽpore poſſunt ba
ptizari. Qui autẽ expectãs tẽpus ſtatutũ ab eccleſia præueni
tur à morte, ſaluatur, licet per ignẽ: q verò differt vltra illud
peccat, niſi ex cã neceſſaria, & de licentia prælatorũ. hæc ex
10 illo. ¶ Duodecimò, † vtrũ in baptizando requiratur fides? Et
dico ſecũdum Pet. & doc. angeli. ꝙ in paruulis, & naturaliter
ſtultis & huiuſmodi, qui per ſe credere nõ poſſent, non requi
ritur fides propria, ſed ſufficit aliena: in alijs verò requiritur
fides propria ad ſuſcipiendũ ſacramẽtũ & rem ſacramẽti, id
eſt, gratiã nõ aũt ad ſuſcipiendũ ſacramentũ tãtùm ſiue cha-
racterẽ: qa etiã ſine ea reciperetur character. hæc ex illis. Et
exemplũ eſt, ſi baptizetur infidelis, nõ quia credat, ſed vt ſa-
netur, vel careat fœtore aut vexatione diabolica. ¶ Decimo-
tertiò, vtrũ in baptizãdo requiratur cõſenſus? Et dicit Aure.
quòd in puero nõ: in adulto ſic, verè vel interpretatiuè. Vnde
ſecundũ cõmunem doctrinã, & in c. maiores. eo. ti. ſi quis ba-
ptizetur vi, aut dũ reclamat, nihil recipit, nec rẽ ſcilicet neo
ſacramentum: ſi tamẽ adſit cõſenſus, qui ab aliquibus dicitur
interpretatiuus, quia ſcilicet cõſentit quis per minas aut pœ-
nas habendo voluntatẽ coactã coact õe cõditionali, eligẽdo
ſcilicet potius baptizari quàm mori vel aliud pati: recipit qui
dem characterẽ, ſed nõ gratiã, ſcd̃m Pet. de Pa. & S. Tho. &
in d. c. maiores. circa finem. vnde cogẽdus eſt fidem ſeruare.
Quod tamẽ limita, niſi intẽderet illudere, & pœnas euadere,
nõ autẽ ſuſcipere ſacramentũ: quia tunc nõ ſuſcipit ſacramẽ
tum, cùm etiam intentio neceſſaria ſit, vt dicetur §. ſequenti.
¶ Decimoquartò, vtrum in baptizando requiratur voluntas
ſeu intentio recipiendi baptiſmum? Et diſtinguit Pet. de Pal.
poſt S. Tho. Nã ſi actu habet vſum rationis, intẽtio neceſſa-
ria eſt, aliàs nihil reciperet: nõ tamẽ eſt neceſſaria rectitudo
intentionis. Vnde recipiens baptiſmum propter quæſtũ, vt
faciunt crebro Iudæi, verũ recipiunt baptiſma, licet non rem
baptiſmi, id eſt, gratiam: nec etiam eſt neceſſaria intẽtio ſeu
voluntas ſpontanea, ſed ſufficit coacta conditionaliter, vt in
priori §. dictum eſt. Si autem vſum rationis habuit aliquãdo
ſed non quando baptizatur, propter phreneſim, vel amentiã,
vel dormitionem, & huiuſmodi, requiritur intẽtio, quæ præ-
fuerit tempore vſus rationis: qua præcedente baptizari põt
in articulo neceſsitatis: & cõſequitur ſacramentũ & rẽ ſacra-
mẽti, etiã ſi coactè baptizaretur coactione abſoluta, vt patet
ex dictis: ſed ceſſante tali articulo expectãdus eſt ratiõis vſus,
ſcilicet ſi ſperatur: ſed ſi ante cõtradicit, nihil recipit ſi bapti-
zetur. Si verò vſum rationis nunquã habuit: baptizatur in in-
tentiõe parentũ, vel offerentiũ, vel baptizãtis, ſi ipſi duo ſoli
eſſent. ¶ Decimoquintò, vtrũ in baptizando requiratur cõtri
tio de peccatis cõmiſsis ante baptiſmũ? Et dicit Alex. de Ales
quòd ſic. Sed per cõtritionẽ largè intellige etiã attritionẽ: qa
baptiſmus de attrito facit cõtritũ multo magis q̃; pœnitẽtia:
Eſt, inquã, neceſſaria, inquit quo ad omnia mortalia de qui-
bus recordatur, & de venialibus in genere: & fortè in particu
lari quo ad venialia maiora quorũ recordatur: aliter nõ ſuſci
pit gratiã baptiſmalẽ, id eſt gratiã & remiſsionẽ pctõrum, ad
quod requiritur volũtas ſine omni indiſpoſitiõe: ſed bene re-
cipit ſacramentũ, id eſt characterẽ. de cõſe. di. iiij. oſtendit. ad
quod requiritur voluntas recipiẽdi ſacramentũ. Sed tamẽ in-
tellige quòd in baptiſmo multa per ordinẽ recipiunt̃, niſi de
fectus interueniat. Primò ſacramẽtũ, id eſt, character. Secũ
dò gr̃a gratũ faciens. Tertiò remiſsio omniũ peccatorũ quo
ad culpam & pœnã. Et ſic gratia baptiſmalis dicitur duplici-
ter, ſcilicet incõpleta, id eſt gratia gratũ faciẽs: & cõpleta, id
eſt dicta gr̃a cũ plenaria remiſsiõe etiã venialiũ. Et de his vi-
de S. Tho. iiij. di. iiij. q. iij. ar. ij. q. j. Igitur ſi nõ adſit cõtritio de
veniali, ſaltẽ virtualis, ſiue in genere, nõ impeditur gratia ba
ptiſmalis primo modo: qa illa ſtat cũ veniali: ſed ſecũdo mo-
do: quia ſtante volũtate ad veniale, illud remitti nõ poteſt: cũ
ſtãte cauſa ſtet effectus. Confeſsio aũt in baptizãdo nõ requi
ritur. ¶ Decimoſextò, † vtrum in baptizãdo requiratur quòd
nõ ſit fictus: ſiue vtrũ fictio impediat effectũ baptiſmi? Et ex
S. Tho. in iij. parte. q. lxix. ar. ix. & iiij. di. iiij. q. iij. ar. ij. & q. ij. ar.
j. q. j. ad tertiũ ſic reſpõdetur: Fictio propriè eſt, cũ quis dicto
vel facto aliquid oſtẽdit quod nõ eſt in rei veritate: quia oſtẽ
ſio ſi fiat hac intẽtiõe, tũc fictio eſt ſpeciale peccatũ. & ſic nõ
loquimur hic. aliàs autem eſt peccatũ generale: & ſic accipit̃
hic. Quicũq; em̃ ad baptiſmũ accedit, oſtendit ſe vitã nouam
inchoare abrenũtiando vetuſtæ: vnde ſi volũtas eius adhuc in
vetuſtate vitæ remaneat, aliud oſtendit quàm ſit in veritate,
ideoq; eſt fictio & peccatũ. Hoc aũt quadrupliciter cõtingit:
vt probatur in iiij. in di. ea. q. iij. Vnde ſecundũ Augu. quadru-
pliciter eſt quis fictus, ſcilicet q nõ credit, qui indeuotus ac-
cedit qui contẽnit, q aliter celebrat, id eſt cõtra ꝓhibitionẽ
eccleſiæ, nõ variãs tñ ea quę ſunt de eſſentia ſacramẽti. Et ſu
mitur hic deuotio pro volũtate cõſequẽdi baptiſmũ quantũ
ad ſacramentũ & rẽ: & cõtritionẽ includit. cõtẽptus etiã non
ſumitur pro eo quo qs abijcit ſacramentũ nõ recipiẽs illud:
ſed quo qs illud paruipẽdit, nõ ęſtimãs in eo eſſe efficaciã ad
ſaluandum: vel ſecũdũ alios, quo qs iocãdo & ridẽdo accedit.
Sed tñ aduertendun eſt ꝙ cùm fictio ſit pecatum: fictio ſim-
pliciter, eſt peccatũ ſimpliciter, id eſt mortale: fictio verò ſe-
cundũ quid, eſt peccatũ ſecũdũ qd, id eſt veniale: & prima ſim
pliciter, id eſt totaliter impedit effectũ baptiſmi quãtũ ad re
miſsionẽ culpæ: ſecũda verò, ſecundũ quid tantũ: reſpectu tñ
aliorũ ſacramẽtorũ veniale poteſt facere fictũ, ſcd̃m Pet. de
Pal. ſicut cõicando riſus & iocus & vagatio mentis: & con-
ſequẽter aufert effectũ. ¶ Decimoſeptimò, vtrũ & quomodo
recedẽte fictione baptiſmus ſuum effectũ cõſequatur? Et di-
co quòd recedente fictione cõſequitur ſuum effectum, & va
lere incipit ad ſalutem ſecundũ Augu. de conſe. diſt. iiij. tunc
valere. quod tamen intellige ſi fuit baptiſmus: quia ſi fictio
illud totaliter abſtuliſſet, ſicut eſſet fictio circa intentionem
ſuſcipiendi: nunquam valeret. Et idem dicunt aliqui de fi-
ctione circa fidem: ſed eſt falſum: quia infidelis poteſt con-
ſequi verum baptiſma, vt dictum eſt. Quomodo autem in-
cipiat



cipiat valere triplex eſt opinio. Prima eſt Ioannis in gloſſa
dicti c. tunc valere. & Iuriſtarum dicentium quòd ceſſante
fictione nõ fit remiſsio peccatorũ virtute baptiſmi, ſed virtu
te cõtritionis & pœnitentiæ. Sed illa glo. deſtruit tex. dicen-
tem quòd incipit valere baptiſmus, nõ contritio. Secunda eſt
quorundam modernorũ dicentium hoc eſſe ex ordinatione
diuina quod ad charactere gratia infallibiliter conſequatur:
vel tunc quando baptiſmus ſuſcipitur vel recedẽte fictione.
Sed iſta opinio reprobata eſt à S. Tho. vbi probauit, in ſacra-
mentis nouæ legis eſſe virtutem gratiæ cauſatiuam. Tertia
eſt S. Thomę dicentis, Quòd gñaliter ſimul cũ forma ſta-
tim recipit effectum formę, niſi aliquid impediat: quo tñ re-
moto forma generati perficit effectũ ſuũ: ſicut graue gene-
ratum ſtatim mouetur deorſum, niſi quid impediat: quo im-
pedimeto ſublato, fertur deorſum. Et ſimiliter in baptiſmo,
qui ſcilicet eſt quædã ſpiritualis generatio accipit baptiza
tus characterem quaſi forma, conſequenter proprium effe-
ctum, qui eſt gratia remittẽs omnia peccata: qui per fictionẽ
quandoque impeditur: vnde ea per pœnitentiam remota, ſta
tim baptiſmus conſequitur effectum ſuũ, quem prius habuiſ-
ſet, ſi fictio non fuiſſet: ideóque peccata præcedentia baptiſ
mum remittit quo ad culpam & pœnam: ſequentia verò re-
mittuntur quantum ad culpam virtute contritionis amouen-
tis fictionem: non autem quantum ad pœnam totaliter. hæc
ex illo. Et hanc opinionẽ Pet. de Pal. vt veriorem firmat, ad-
dens primò quòd ſpecialis neceſsitas ſortiendi effectum ab-
iecta fictione eſt in ſacramentis imprimẽtibus characterem:
aliàs eorum effectus haberi nõ poſſet, quia non iterantur: &
ſecundò quòd ad delendam fictionem ſufficit attritio. ¶ De-
cimooctauò, vtrum in baptizãdo adulto requiratur quòd ſit
præſens: & reſpondeat, aut poſsit procuratorem conſtituere
ad reſpondẽdum, vt fit in paruulo? Et dico quòd non poteſt.
& tex. eſt in cap. cum pro paruulis. de conſecra. diſtin. iiij.

## Rurſus de Baptiſmo. V. quo ad ritum & modum.

1 *Circa baptiſmum conferendum, quinque diligenter obſeruan-*
*da eſſe. Et quæ ſint?*
2 *Ablutio baptiſmalis, quot modis effici poſsit? Et quis modus*
*tutior? Et immerſio aquæ in baptiſmo quid notet, & quoties*
*iterari debeat? & quota ſufficiat?*
3 *Ablutio num verborum formã comitari debeat? Et an baptiſ-*
*mus in debita materia ac forma dari ſæpius poſsit? Et quanã*
*ſit denuò baptizanti pœna? Et quid de rebaptizato?*
4 *Sacramẽtalia, q̃ ante baptiſmũ, vt exſufflatio inſufflatio, ſalis*
*immiſsio, & reliqua, & quæ poſt baptiſmũ fiũt, vt in vertice*
*chriſmatio, cerei impoſitio, veſtis candidæ applicatio, quid*
*ſignificent?*
5 *Ad baptiſmum tenere puerum quis, & quot poſsint? Et ad quid*
*teneantur tenentes?*

1 BAPTISMVS † quintò quo ad ritũ & modũ ſeu circun-
ſtãtias obſeruãdas, vt plenius innoteſcat, ſciẽdũ eſt quòd
quinque principaliter obſeruanda ſunt. Primò, modus circa
ſubſtãtialia ſpectãtia ad formã & materiã, id eſt, actum ablu
tionis: qa de materia, quæ eſt aqua, dictũ eſt. Secũdò tẽpora
cõgrua baptiſmo, id eſt, ſabbatũ Paſchæ & Pẽtecoſtes, quod
Secundũ S. Tho. nõ eſt intelligendũ quantũ ad ſubſtantiã ba
ptiſmi, quia die qualibet cõferri poteſt: ſed quantũ ad ſolẽni-
tatem. Tertiò, præparatoria ad baptiſmũ ſimul cũ eo concur
rentia, id eſt, catechiſmus, qui eſt inſtructio credẽdorũ: & ex-
orciſmus, per quẽ dæmonis poteſtas expellitur. Quartò, ipſa
ſacramẽtalia, quę baptiſmũ comitantur & ſequuntur. Quin-
2 tò, ipſi leuantes baptizatum de fonte. ¶ Primum † verò quæ-
ritur, quis vel qualis actus debeat exercere exterius circa ba-
ptizatum correſpõdens illi verbo baptizo, id eſt abluo? Et di
cit S. Thom. in iij. parte. q. lxvj. & in iiij. diſt. iij. quòd aqua aſ-
ſumitur in ſacramẽto baptiſmi ad vſum corporalis ablutio-
nis: quę fieri poteſt non ſolùm per modum immerſionis, ſed
etiam aſperſionis, vel effuſionis. Vnde quanuis ſit tutius ba-
ptizare per modum immerſionis, quia hoc habet cõmunior
vſus: tamẽ etiam baptizari poteſt per modum aſperſionis vel
effuſionis, ſecundum illud Ezec. xxxviij. Effundam ſuper vos
aquam mundam. &c. ſicut & beatus Laurẽtius legitur bapti-
zaſſe. Et hoc præcipuè in neceſsitate: vt quia eſt magna bapti
zandorum multitudo: ſicut tria aut quinque millia vna die
crediderunt, Act. ij. & iij. vel aquæ paucitatem: vel debilitatẽ
miniſtri non valentis ſuſtentare baptizandum: vel debilita-
tem baptizandi, cui ex immerſione poſſet imminere pericu-
lum mortis. Et omnibus dictis modis ſignificatur ſepultura
Chriſti: quia aliqua pars corporis baptizandi aquæ ſupponi-
tur: licet expreſsius hoc fiat in immerſione. Et ſi totũ corpus
non poſsit aqua perfundi propter eius paucitatẽ vel aliã cau-
ſam: oportet perfundere caput, quod eſt principalis pars cor-
poris, præcipuè inter mẽbra exteriora. hæc ex illo. Sed qd̃ di-
cit, oportere perfundi caput: intellige extra neceſsitatem, vt
patet ex dictis. Ex his patet primò quod proijciens puerũ in
puteũ vel flumẽ de ponte, nõ baptizat, vt etiã ſupra dictũ eſt:
& ſecũdò quòd baptizat, qui in dicto caſu puerũ deponeret
per funẽ in caniſtro immergẽs & extrahẽs ſecundum Ric. &
tertiò, ſecundũ S. Tho. quod immerſio licet debeat eſſe trina
ſcilicet vbi eſt cõſuetudo, in ſignũ tridui mortis Chriſti, &
Trinitatis perſonarũ, niſi neceſsitas ſuadeat aliter: tamẽ nõ
eſt de neceſsitate, ſed ſufficit vna. de cõſe. diſ. iiij. de trina. quę
ſignificat vnitatẽ mortis Chriſti & Deitatis: & in ea ꝑficitur
baptiſmus, ſi vna tantũ ſit intẽta: vel ſolùm in tertia ꝑficitur,
ſi tres à baptizãte intendantur. Ex diuerſis tamen cauſis quã-
doq; inſtitutũ eſt, vt ſub trina immerſiõe baptizaretur, & quã
doq; ſub vna. ¶ Secũdò, † vtrũ ablutio ipſa comitari debeat 3
formã verborũ? Et dicit Land. in iiij. diſt. vj. quòd ſic: ſed non
punctualiter, quod eſſe vix poſſet. Vnde ſecundũ Rich. in iiij.
diſt. iij. ſufficit quòd verborũ prolatio antè incipiat quàm ter
minetur ablutio, vel econuerſo. ¶ Tertiò, vtrũ baptiſmus in
debita materia & forma dari poſſet pluries? Et dico quòd nõ,
ſecundũ omnes doct. & j. q. j. quod quidam. & huius multi-
plicem rationẽ aſsignat S. Tho. in iiij. di. vj. q. ij. ar. j. q. j. & pœ-
na denuò rebaptizãtis eſt, quòd ſi hoc faceret ſciẽter vel per
ignorantiam iuris: irregularis eſt, non diſpenſandus niſi per
papam: nec dubium quin mortaliter peccet: extra de apoſta.
c. ij. ſi verò per ignorantiã facti, probabiliter excuſatur: ſed
rebaptizatus, qui ignorabat ſe baptizatũ, eſt irregularis, nec
promoueri poteſt: vt habetur de conſe. diſt. iiij. qui bis. quod,
ſecundum vnam gloſſ. intelligitur, ſi poſtquam ſciuerit ratũ
habuit. Et ſic etiam tenet Summa Piſa. allegans cap. confir-
mandum. diſtinctio. 50. Aliàs autem ignoranter rebaptizati,
vel coacti, abſolutè promoueri poſſunt de iure, ſecundum
aliquos, vel de diſpenſatione, ſecundum alios, ſi magna ne-
ceſsitas cogat. quod eſt tutius. de conſe. diſtinctio. iiij. eos. &
capite, qui bis. Sunt & aliæ pœnæ iterantis baptiſmum ſecun
dum canones: & ſecundum leges eſt vltimum ſupplicium.
C. ne ſanct. baptiſ. lege j. & hoc tã rebaptizanti quàm reba-
ptizato ſcienter ¶ Quartò, † quid ſignificent ſacramentalia 4
quæ fiunt in baptiſmo? Et dico ſecundum Petr. de. Palu-
de, quòd ante baptiſmum fiunt ſacramentalia quædam ſi-
gnificantia hoc modo. Nam exſufflatio & inſufflatio ſi-
gnificant ſpiritus mali expulſionem, & boni introductio-
nem: immiſsio ſalis gratiam, & ſapientiam, & præſeruatio-

nem à putredine peccatorum : ſaliuæ contactus ad aures & nares, ſenſuum ſpiritualium apertionem : vnctio olei in pectore & inter ſcapulas, diuinæ legis amorem , & deuotam ſubiectionem. Tria quoq; alia fiunt poſt baptiſmum, ſcilicet chriſmatio in vertice, ſignificās gratiā Chriſti in mente , impoſitio cerei, ſignificans fidei & morū claritatem: veſtis candida, ſignificans innocentię reſtitutionē. Cōſentit Sum. Confeſ. in qua additur quòd licitum eſt pannum, quo ligātur cōfirmatorum frōtes, & veſtem, quæ ponitur in capite baptizati iteratò ſumere ad idem officium. de conſe. diſt. iiij. ſi quis voluerit. in tex. & in gl. ¶ Quintò quæritur, quis , & quot tenere poſsint ad baptiſmum, & ad quid teneantur? Et dico primò quòd tenere non poteſt abbas, monachus, vel religioſus. de conſe. di. iiij. non licet. el j. & xvj. q. j. placuit cōmuni. Si tamen tenent, ſunt cōpatres. nec ſecūdò pater vel mater, ſi ſunt in matrimonio. xxx. q. j. ad limina. aliàs contraherent cognationem ſpiritualem. ſicut etiam baptizando extra neceſsitatem, vt ibi. nec tertiò is qui non eſt baptizatus. de conſe. di. iiij. in baptiſmate. licet poſsit baptizare: & ſi tenet, nō eſt cōpater: quāuis, ſecundū aliquos ſit, ſi baptizat, vt j. Matrimonium. viij. §. vij. in neceſsitate tamen tenere poteſt, ſecundum aliquos, cum poſsit baptizare: ſed primum eſt verius. Ratio, quia baptizans eſt de neceſsitate ſacramenti: non autē leuās ſeu tenens. Tenere autem debet vnus tantum. de con. di. iiij. in catechiſmo. & ca. nō plures. ſed tamen de cōſuetudine nō ſeruātur. Tenentur autē admonere quos tenuerūt: vt caſtitatem cuſtodiant , iuſtitiam diligāt , & charitatem teneant: & ante omnia ſymbolū , & orationē dominicā docere. de con. di. iiij. vos autē. & ſecundum Magiſtrū in iiij. di. vj. à patrino exigitur diligens cura circa eum pro quo reſpondit. quod S. Tho. limitat verum, quādo parentes notabiliter ſunt negligentes. De catechiſmo exorciſmo, patrinis, & eorum reſponſis, habes infrà Catechiſmus.

## Rurſus de Baptiſmo. vj. quo ad eius effectum.

1 *Baptiſmi effectus ſex & ſaluberrimi, & mirabiles. Et qui ſint.*
2 *Bapiſmus num irregularitatem tollat? Et quid de infamia?*
3 *Non baptizatus ſi ordinetur, num ordinis characterē recipiat? Et an in ſacerdotio conſtitutus corpus Chriſti conficiat?*
4 *Baptiſmi effectus num ſit in omnes æqualis?*

1 BAPTISMVS † ſextò quo ad effectum vt plenius inneteſcat, ſciendū eſt quòd, vt colligitur ex S. Tho. in diuerſis locis, effectus baptiſmi eſt multiplex & mirabilis: quia primò effectus eius eſt character in anima adſcribēs populo Dei & dans viam & ianuā & poteſtatē ad omnia ſacramenta ſuſcipienda: Secundò deletio culpę originalis, contra quā principaliter ordinatur, & actualis mortalis præteritæ, & quādoque venialis, imò ſemper , niſi ſit indiſpoſitio in ſuſcipiente. Tertiò abſolutio ab omni pœna præteritæ culpæ: ita quòd moriens poſt baptiſmum, ſtatim euolat ad cœlum. Quartò, abſolutio à pœnis & infectionibus peccati originalis quo ad perſonam, licet nō quo ad naturam, niſi in fine. Quintò præſeruatio à culpis futuris. Sextò, generatio in ſpiritualem vitā & incorporatio ad Chriſtum, conferendo vel augendo gra-
2 tiam & virtutes, & aperiendo ianuam regni. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum per baptiſmum tollatur irregularitas? Et dico quòd non tollitur illa, quæ prouenit ex defectu ſacramēti. Vnde bigamus ante vel poſt baptiſmū, nō poteſt ꝓmoueri: nec corrupta velari. Et de his xxvj. di. acutius. Similiter nec veniens ex defectu nataliū: ſed proueniēs ex peccato tollitur communiter, ſecundum doct. licet ſecundum aliquos, non tollat irregularitas homicidij veniēs ſine peccato, vt in iudice: ſicut notatur xxvj. di. ca. deinde. Sed tamen verius dicunt alij, quòd tollitur, qualitercūque proueniat. Et hoc ſequitur glo. in ca. ſi quis viduam. diſt. 50. & diſt. lj. §. ecce. ¶ Secundò, vtrū tollat infamiā? Et dico quòd ſic, ſecundum gloſſ. in cap. ſine pœnitentia. de conſe. di. iiij. Et ratio, quia per illum tolluntur peccata, & quæ ſequūtur ex illis ſub ratione qua ſunt peccata, cuiuſmodi eſt infamia. ¶ Tertiò, † vtrum non baptizatus, ſi ordinetur, recipiat characterem ordinis ? Et dicit S. Tho. in iiij. diſt. xxiiij. quòd non baptizatus non poteſt ordinem recipere, nec conficere, nec abſoluere nec ordinare: piè tamē credi poteſt quòd ſummus ſacerdos ſuppleat quātum ad vltimos effectus ſacramentorum: & quòd non permitteret hoc ita latere, quòd inde eccleſiæ poſſet imminere periculum. Alberi. tamen putat talem , ſi ordinetur ad ſacerdotium, conficere, nō in virtute ſua, ſed eccleſiæ. quod Sum. Angel. ſequitur, & falsò attribuit ſancto Tho. ſed primum eſt verius. ¶ Quartò † vtrū effectus baptiſmi ſit æqualis in omnibus? Et dico quòd ſic, ſecundum Pet. & S. Tho . quantum ad characterem & remiſsionem culparum atque pœnarum: nō autem quātum ad fomitis depreſsionem & infuſionem gratiæ in adultis: quia poteſt eſſe inæqualis diſpoſitio voluntatis : in paruulis autem eſt æqualis , quantum ad omnes effectus per ſe: quia ipſi ſunt æqualiter diſpoſiti: & paſsio Chriſti æqualiter perficit æqualiter diſpoſitos.

## De bello publico.

1 *Bellum, aut publicum, aut priuatum eſt. Et horum quinam effectus, cum limitationibus, Et quid ſit vnumquodque.*
2 *Bellum ſeu publicum, ſeu priuatum ſit , vt iuſtum cenſeatur, quænam intercedere oporteat? Et vniuerſale bellum , num cuiquam ſine Principis authoritate indicere liceat?*
3 *Bellum priuatum ſeu particulare, vt iuſtum ſit, quot concurrere debeant? & quæ, ac qualiter intelligantur?*
4 *Bellum, quod Imperator iniquus Papæ corrigenti indicit , an iuſtum dici poſsit, cùm ex Imperatoris dicto indicatur?*
5 *Bellum in dubio iuſtúmne, an iniuſtum præſumi debeat?*
6 *Principes bellū moturi quid in ipſius belli motione & apparatu facere poſsint, & debeāt? Et quid de vaſallis ac militibus, reliquiſque ſubditis? habes hîc per quatuor cōſectarias concluſiōes!*
7 *Subditi à domino in bellum vocati, qualiter reſpondere debeāt! Concluſionibus vndecim expeditur.*
8 *Accedentes ad bellum motu proprio, ac nō vocati, qualiter belli principem ſibi obligēt, & qua actione aduerſus ipſum agere queant? Concluſionibus definit. Et quid de ſtipendiarijs. ſi culpa ſua toto tempore operæ locatæ, ſubſeruire nolunt, aut infirmentur aliúmve ſuo ſubſtituant loco?*
9 *In bello iuſto, quid liceat, atque permiſſum ſit? Concluſionibus quatuor planum facit.*
10 *Belli occaſione quæ quis ab hoſtibus aſſecutus eſt, quando reſtituere nō teneatur? & id quoque quatuor cōcluſionibus expedit. Et inter hæc num in foro pœnitentiario, non liquidi compenſatio fiat? Et an capta in bello iuſto, cū debito principali compenſentur? & ibidem limitationes.*
11 *Belli occaſione, quæ ab hoſtibus obuenerunt, quando quis reſtituere teneatur. Concluſionibus octo palam ſit.*
12 *Occupata per Principes Chriſtianos. qui hodie propria inter ſe temeritate bella gerētes, quod vnus ab antiquo poſſedit, alius nouiter vſurpat, an ſint reſtituenda?*
13 *Domini ac principes, qui inter ſe bella geſſerūt, nū poſsint mutuò de ſubditorum damnis componere, & trāſactione decidere?*
14 *Damni appellatione, quid propriè ac ſtrictè contineatur.*
15 *Caſtra extruere ac facere noua num liceat?*





1 BELLVM † duplex eſt. Primum eſt publicū, ſiue ſit iuſtum, ſiue iniuſtū, quod propriè dicitur bellū. & eſt illud quod indicitur authoritate principis ſuperiorē nō recognoſcentis: cuiuſmodi eſt, ſecundū Hoſt. papa & Imperator, ſcilicet in dominis temporalibus. xxiij. q. j. c. j. ff. de capti. l. hoſtes. & ff. de verb. ſig. l. hoſtes. cuiuſmodi etiā eſt is, qui ſuperiorē nō recognoſcit de facto, vt rex Frāciæ, Hiſpaniæ, & huiuſmodi, ſecundū Inno. vt in c. olim. el j. de reſtit. ſpol. & Bart. in d. l. hoſtes. ff. de capti. quia habēt iura principis. Huiuſmodi belli natura, ſi iuſtum ſit, eſt primò quòd capti efficiūtur ſerui: licet hodie inter Chriſtianos nō ſeruētur iura captiuitatis aut poſtliminij quo ad ſeruitutē ex cōſuetudine, cui ſtandum eſt, vt not. Bart. in d. l. hoſtes. ff. de capti. Et ſecundò, bona eorum efficiuntur capientium, licet debeant poni ad commune, & aſsignari capitaneo, vt cuiq; ſecundū merita diſtribuat, ſecūdum Bart. in l. ſi quid bello. ff. de capt. aliàs eſt rapina. diſt. ij. c. ius militare. & xxiij. q. v. dicat. qđ limita, niſi cōſuetudo haberet quòd quiſq; ſibi retineret quod cepit, quia tūc nō tenetur aſsignare: cùm illud intelligatur actum, quod eſt conſuetum. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ędi. edict. Limita etiā ſecundū Pan. vbi ſuprà, de mobilibus, quia alia publicantur. l. ſi captiuus. §. expulſus. ff. de capti. Limita etiā ſecundū Roſel. de captis poſt victoriam: quia capta ante efficiuntur capientium. l. ſi quid bello. ff. de capti. Summa tamē Angeli. nō diſtinguit ante & poſt: ſed, vt patet in d. l. ſi quid. veritas eſt quòd diſtinguendum eſt. Et tertiò ſequitur ius poſtliminij, quod eſt ius amiſſæ rei recipiendę ab extraneo in ſtatū priſtinum reſtituendæ, moribus legibusq; conſtitutum: vt dicit text. in l. poſtliminium. ff. de capti. quod quidem ius quātum ad res ſeruādum eſt, vt ſcilicet is qui aliqua perdidit in bello, quantum ad eum iuſto, integrè reſtituātur illi, ſi recapiātur. Vnde beſtiæ ab hoſtibus ablatæ, & à noſtris ſtipendiarijs recuperatæ, reſtitui debent his, quorum primò erāt. l. ſicut liberis. & l. ab hoſtibus. la ij. C. de capt. & poſtlimi. re. quod verū eſt in rebus habētibus poſtliminium, vt equus, naues oneratæ, currus & boues, & alia propter vſum belli parata, de quibus in dicta l. ab hoſtibus. Et ideo non currit præſcriptio cōtra eum, ſecundū gl. in cap. prima actione. xvj. q. iij. Arma tamen de rigore non reſtituuntur ijs, qui amiſerunt: quia vituperosè amiſerunt. ff. de capti. l. ij. ſed ſecundum conſcientiam ſunt etiam reſtituenda, iuxta Sum. Ang. Sed verius dicit Roſ. quòd nō. Et ratio eſt, quia lex ſic ſtatuat in pœnam ignauię. Aliud eſt bellū particulare, quod impropriè dicitur bellum. & eſt multiplex, ſcilicet duellum, de quo infrà Duellum. & repræſaliæ, de quo infrà Repræſalia. Et omne bellū motum vel acceptatum authoritate nō publica, ſed alicuius inferioris principe recognoſcētis ſuperiorem: de quo bello Panor.
2 in cap. ſicut. el iij. de iureiuran. ¶ Primò † verò quæritur, quid requiratur ad bellum eſſe iuſtū, ſiue ſit cōmune, ſiue ſit particulare? Et dico quòd ad iuſtitiam belli cōmunis tria requiruntur, ſecundum Sanct. Thom. ij. ij. q. xl. art. j. Primò, authoritas principis: quia ad perſonam particularem non pertinet bellum mouere: cùm poſsit ſuum ius proſequi in iudicio ſuperioris: & non poſsit conuocare multitudinem. quod fieri oportet in bellis. Et intellige principis, ſiue eccleſiaſtici, vt quādo pugnatur ꝓ eccleſia: ſiue ſecularis, xxiij. q. j. qđ culpatur. & q. ij. c. j. Quam authoritatem licet Sanct. Tho. non ſpecificet, habet Imperator, qui & dicit quòd nulli nobis inſcijs atq; inconſultis quorumlibet armorum moliendorum copia tribuitur. C. vt armo. vſus inſcio princ. l. j. lib. xj. Habet etiam ſecūdum Ray. cui conſentit Innoc. & Pan. in c. ſicut. el iiij. de iureiuran. princeps nullū recognoſcens ſuperiorem, ſiue Imperator, ſiue rex: & hoc tam cōtra ſubditos, quàm contra extraneos: qui etiam poteſt dare ſubditis ſuis authoritatem mouendi bellum cōtra eoſdem eodem modo. Verùm, quia nullus præter papā caret ſuperiore, Supple. credit neceſſariam authoritatem papæ in omni bello. Sed dicta ſuperioritas intelligitur in ordine temporaliū dominorum, in quo ſupremo, id eſt, Imperatori authoritas cōuenit ipſo iure communi, licet papæ eam coërcere poſsit: alijs autem nō recognoſcentibus ſuperiorem conuenit ex conſuetudine, vel aliquo iure ſpeciali. Habet etiam, ſecundū Hoſt. epiſcopus præcipuè quando pugnatur pro fide, vel contra eum qui excōmunicatus pro mortali non vult parere. Sufficit etiā, ſecūdum Veruec. authoritas inferiorū dignitatum ad defenſionē ſubditorum, quādo quis per iudicē aliter ſe iuuare nō poſſet. Sufficit etiam authoritas dominorū & ciuitatū, vt videtur, quia iura Imperij præſcripſerūt: vt in c. ſuper quibuſdā. de verb. ſig. Et de hoc ſic dicit Io. de Ligna. Bellū vniuerſale nulli licet indicere ſine principis authoritate: q̃a nulli licet violare ius principum, quod violat, qui ſine iuris authoritate manu regia ius ſibi dicit, vbi habetur copia ius dicētis. Soli ergo principi cōpetit ſua auhoritate: cùm nō habeat ſuperiore pro cōſequēda iuſtitia. Hodie tamen, quia ſunt populi non recognoſcentes ſuperiorem de facto, nō requiritur ſuperioris authoritas: imò tota die bella indicūtur à populo cōtra populum nullo alio requiſito. hæc Io. de Lig. Sed Io. de Plat. Inſtit. qb. mo. ius pa. po. ſolu. dicit quòd in bellis, quæ quotidie ab vna ciuitate indicūtur alteri ſine principis authoritate, dicūtur latrunculi ideo capta ab eis ſubiacēt reſtitutioni: vt in l. q̃ à latronibus. ff. de teſta. Sed primū magis placet: quia Imperator hodie in Italia ius nō miniſtrat. Secundū, quod requiritur, eſt cauſa iuſta: vt ſcilicet qui impugnātur hoc mereātur ꝓpter aliquam culpā. Vnde dicit Aug. in lib. iiij. quòd iuſta bella ſolēt diffiniri quæ vlciſcuntur iniurias: ſi gens vel ciuitas plectēda eſt, quæ vel vindicare neglexerit quod à ſuis improbè factū eſt, vel reddere quod per iniuriā ablatum eſt. xxiij. q. ij. dominus. Tertiū, eſt intētio bellantiū recta, quę intendit vel vt bonum promoueatur, vel malum euitetur. Vnde bellare nō licet: ex odio, vel huiuſmodi, ſed ꝓpter iuſtitiā & charitatē: vt in d. c. quid culpatur. & c. militare. Sed iſtud tertiū intellige requiri ad vitandam culpam: nō autē ad licitè retinēda quæ capiuntur in bello: quia iniqua intentio nō variat rerum inæqualitatem vel æqualitatē, ex quibus depēdet ius retētionis & reſtitutionis. Sunt etiā duo alia, quæ adduntur à quibuſdā. Primum eſt vt perſona ſit cui liceat bellare: non autē cui nō liceat. vt clericus. xxiij. q. viij. clerici. Sed hoc eſt propter prohibitionem ſpecialem, vt dicetur. Secundum eſt, vt fiat pro repetitione rerū, vel patriæ defenſiōe, & huiuſmodi. xxxiij. q. ij. c. j. Sed hoc reducitur ad iuſtā cauſam. ¶ Ad † iuſtitiam verò 3
belli particularis, quod nec duellū eſt, nec repræſaliæ, ſecundum Angelicā Summā requiruntur quinq;, quæ ſunt iam recitata: ſed deficit in multis. Primò, quia ſi, vt dicit, ad iuſtitiā particularis belli requiritur authoritas ſuperioris: iam particulare bellum erit cōmune & publicum. Secundò, quia ſi requiritur quòd nō ſit clericus: ſequitur quòd clericus ſe defendere nō poterit. Tertiò, quia alleg. gl. ſummariam. xxiij. q. ij. quæ nō loquitur de bello particulari, ſed de publico. Vnde dico, ad iuſtitiam huius belli vnum ſolum requiri, & ſufficere ſcilicet quòd ſit ad reſiſtēdum iniuſto inuaſori perſonæ vel bonorum, & huius iuſtitiam fundari in regula iuris naturalis & poſitiui. ff. de inſtit. & iur. l. vt vim. ſcilicet quòd vim vi repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ. Et de hoc Panor. vbi ſuprà, dicit. Quoddam eſt bellum impropriè dictum, id eſt, non per principem, ſed per inferiores recognoſcentes ſuperiorem indictum: & iſti, ſi nō habent iuſtam cau-

*Tria requiſita ad bellum iuſtū.*

*Bellum vniuerſale.*

*Bellum particulare.*

ſam pugnandi:vt quia nõ pugnant ad eorum,ſeu rerum ſuarum defenſionem,bellum iniuſtum eſt, & ipſi latrunculi dicuntur:vt in l.hoſtes.ff.de capti.Si verò habent iuſtã cauſam pugnandi,vt quia non pugnant niſi ad proſecutionem & defenſionem iurium ſuorum:tunc,ſecũdum Inn.is,qui bellum infert,ſi habet iuriſdictionem ſuper eos,quos impugnat tanquam contumaces & rebelles, poteſt cuiq; cõcedere quòd res eorum inuadat,& faciat ſuas:& eos captos detineat,quouſq; aſsignet domino. Si verò iuriſdictionem non habet, & tamen iuſtè pugnat,ſcilicet defendẽdo ſe vel ſua:licet ei defendendo & repellẽdo hominem percutere & etiam occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ:de quo in c.cũ olim. el j.de reſtit.ſpol.& infrà §.ſeq.ſed nõ licet capere aduerſarium aut bona eius,&capiendo ſua facere,aut etiam inuaſorem detinere,niſi in ſui& ſuorum recompenſationem.diſt.j. ius gentium.xxiij.q.vij.ſi de rebus.cui tamẽ inuaſori,ſi in ipſa inuaſione ſpolietur aut verberetur:actiovi bonorum raptorum,& etiam iniuriarũ denegatur:quia exceptio paris criminis obſtat ei.de adult.intelleximus.Sed tamẽ bene poteſt res quibus ſpoliatus eſt,vẽdicare,quarũ remanet dominus ſicut prius.ff.de rei vendic.l.in rem actionem.hæc Inn.qui etiã dicit locum habere quod dictum eſt de habẽtibus iuriſdictionem,etiam in prælatis habẽtibus iuriſdictionẽ temporalem: & quod dictum eſt de iuriſdictionem nõ habentibus, locum habere in clericis:& etiã ſi percutiam clericũ cum moderamine,&c.

4 ¶Secundò † cùm dictum ſit,bellum propriè indici ex Imperatoris edicto,quæritur vtrum iuſtum ſit bellum ex parte Imperatoris,ſi Imperator iniquus indicit bellũ papæ corrigẽti? Et dicit Panor.in ca.ſicut.el iij.de iureiur.quòd ſecundum eos,qui dicunt duarum iuriſdictionũ ſcilicet temporalis & ſpiritualis vnam nõ ſubeſſe alteri, & quod nihil ad eccleſiã de temporalibus,oportet fateri quòd ſit iuſtũ,quod ſecũdum Ioan.Andr.& Hoſt.abſit à fidelium cordibus: quia Imperator ex officio eſt aduocatus eccleſiæ: vnde nõ debet eam impugnare,ſed liberare oppreſſam.de natis ex li.vẽtre. cap.vno.imò tanta pertinacia,ſecundum eos,vix carere poſſet labe hæreticæ prauitatis.Ad hoc quod notatur de hære. excommunicamus.Et in tanta iniquitate,etiã ſi papa in temporalibus eſſet inferior,fieret ſuperior propter eius peccatũ: tamen certum eſt quòd eſt ſuperior:vnde electũ examinat, approbat,& improbat.de electione.venerabilem.Vnde concludunt,tale bellum eſſe iniuſtũ,& in hoc caſu teneri omnes fideles adhærere eccleſiæ cõtra iniquũ principẽ:quos,etiam ſi ſunt vaſalli Imperij,poteſt papa in hoc caſu abſoluere ab obſeruantia præſtiti iuramẽti ſuper fidelitate.xv.q.vj.nos.Et addit Pan.quòd papa ex cauſa ardua poteſt Imperatorem & Reges priuare,& cõtra eos bellum mouere publicũ:vt in c. venerabilẽ.de elec.& in c.nouit.de iudic.quia ex cauſa ardua iuriſdictionẽ in tẽporalibus,quam à Deo ſuſcepit in habitu, deducere poteſt ad actum cõtra quoſcunq;.pro quo vide,inquit,quæ notaui in d.c.nouit.hæc ille.Pro quo aduerte quòd ipſe & dicti Doct.nõ loquuntur de iuſtitia belli ratione cauſæ:ſed ratione authoritatis:alioquin nõ ſequeretur,vt dicũt, in tali caſu bellum eſſe iuſtũ ex parte Imperatoris, ſi temporalis iuriſdictio nõ eſſet ſub ſpirituali:imò etiã nec ſi eſſet ſupra:quia iniquum eſt bellum indictum cõtra iuſtitiam nõ ſolùm ab æquali,ſed etiã à ſuperiori.Vnde ſubdit Panor.quòd bellum nõ dicitur iuſtum eo ipſo quòd papa vel Imperator illud mouet cõtra inferiorem:quia & ipſi poſſunt peccare.xl. diſt.ſi papa.quia ſummi principes à Deo habent poteſtatem paſcendi & rectè iudicandi ſubditos:nõ autẽ delinquendi,ſeu opprimendi.xl.diſt.c.j.& cõſequenter oportet ſubeſſe legitimam & naturalem cauſam:vt quia eſt contumax& rebellis, Sed tamẽ admitti poſſet quòd in dubio præſumatur legitima cauſa in principe:iuxta not.per Legiſtas in l.præſcriptio. & in l.fi.C.ſi cõtra ius vel vti.pub.& per Canoniſtas in c.quę in eccleſiarũ.de conſtit. Puto etiam,inquit,quòd ex legitima cauſa põt Imperator indicere bellũ contra perſonam papæ, non dico contra eccleſiã:vt ſi papa eſſet hæreticus:& iudicari nõ poſſet per eccleſiam:aut ſchiſmaticus,vel aliàs incorrigibilis,& eccleſia nõ habeat quid faciat.De quo remitto ad ea quæ habentur in c.princeps.&.c.regum.xxiij.q.v.& in c.in nomine domini.xxiij.diſt.& in c.nec licuit.xvij.diſt.& ad notata in c.cũ nõ ab homine.de iud.&.c.non nos.& in c.de Liguribus.xxiij.q.v.& in gloſſ.in cap.tua.de decimis.

5 ¶Tertiò, † vtrum in dubio debeat bellũ præſumi iuſtũ vel iniuſtum? Et dicit Panor.vbi ſuprà,quòd ſi bellum indictum eſt à principe ſummo,in dubio præſumitur iuſtũ,& in principe legitimã eſſe cauſam,iuxta dicta in priori §.Sed ſi indictum ſit à recognoſcente ſuperiorem:in dubio præſumitur iniuſtum. Et ſic intellige Hoſtiẽ.dicẽtem quòd regulariter omne bellum iniuſtum præſumitur & damnatum.C.de glad.l.j.libro xj.& c.j.de purg.cano.cum ſuis cõcord.

6 ¶Quartò † quæritur quid poſsint,& quid debeant facere principes,& ſimiliter vaſalli,& milites,& ſubditi in belli apparatu & motione? Et reſpondeo per multas cõcluſiones. ¶Prima.Si Imperator contra eccleſiam mouerit bellum:ſubditi eius nõ tenentur obedire,bellando contra illam,vt dictum eſt:imò indicendo cõtra eam bellum,meretur perdere priuilegium indicẽdi,cùm eo abutatur.xj.quæſt.iij.priuilegium.Ioannes de Lign.Si verò papa mouet contra Imperatorem ſchiſmaticum, hæreticum, vel aliàs vſurpantem iura eccleſiarum:omnes fideles tenentur papã iuuare:& vaſalli Imperatoris abſolui poſſunt à iuramento quo tenentur,vel declarari non teneri xvj.quęſ. vj.nos ſanctorum:& cap.iuratos.Idem Ioan.de Ligna. aliter tamen ſi moueat cõtra perſonã ſummi pontificis,vt dictum eſt. ¶Secunda.Si rex nõ ſubiectus Imperatori habet cauſam contra illum,vel econtra:non eſt alius,coram quo proponatur querimonia, niſi papa, tamen paſſus iniuriam peccaret mouẽdo bellum,ſi alter ſatisfactionem offert. Gul.ſi autem non offerret,etiam ipſe rex bellum mouere poſſet:vt patet ex dictis?quia habet iura principis,id eſt,Imperatoris: vnde ſunt pares ſaltem negatione ſuperioritatis. ¶Tertia, ſi comes aliquid habet contra regem,& rex humiliter requiſitus per pares curiæ ius exhibere non vult:non peccat,ſi ius ſuum defendat armis cum moderamine. Impugnare verò regem propria authoritate non poterit:ſed papæ denuntiabit: qui excommunicare poterit, & creſcere contumacia dare authoritatem mouendi arma contra illum : vel conqueratur coram Imperatore , ſi rex illi ſubſit , & eius authoritate mouebit, ſi oportuerit, Guilielm. ¶Quarta, ſi comitis vaſallus contra comitem aliquid habet, requirenda eſt authoritas regis.Si verò comes habet aliquid contra ſubditum ſuum,non propter hoc debet ſibi ius dicere:ſed vel authoritate principis ſuperioris gladium ſumat, vel recurrat ad diœceſanum vaſalli:cui ſi vaſallus obedire recuſauerit, excommunicabitur ratione peccati: extra de iudic.nouit. & ſi per annum perſtiterit,diœceſanus ipſum & res eius capiendas exponat.argumento ij.quæſtio.iij. rurſus.& capitul. quiſque.extra de hære.capite,excommunicamus.

7 ¶Quintò † quæritur, quomodo obedire tenentur ſubditi: ſi à domino vocentur ad bellum? Et reſpondeo per multas concluſiones. ¶Prima,ſi Baro vnius Regis, puta Hiſpaniæ, moueat bellum regi,mandans omnibus ſuis vt iuuent eum contra regem:obedire non tenentur,licet iurauerint eum iuuare cõtra omnes homines:quia Baro incidit in l.Iuliam maie. [illegible] §. verò.quia rex Hiſpaniæ eſt princeps in regno ſuo. Et quia opem non fert qui peccãdo iuuat. xiiij.q.vj.ſi res . nec præceptum eos excuſaret.ij. q. iij. ſi dñs. nec ſacramentũ ad hoc ligat:quia non eſt inuentũ vt ſit vinculũ iniquitatis.xxij.q.iij.inter cætera. ¶Secũda. Si baro vnius regis,puta Hiſpaniæ,mouet bellum contra aliũ baronem,& rex ipſe contra alium regem,puta Granatæ:& vterque mandat ſubditis baronis vt ſe iuuent: & mandata concurrunt:videtur quòd teneantur primò iuuare baronem,quia ſubijciũtur ei ratione fidelitatis & iuriſdictionis:regi autem ratione iuriſdictionis generalis tantùm:videtur etiã quòd teneantur primò iuuare regem:quia vocati à rege,vocati ſunt ad maius tribunal,quod eſt præferẽdum.di.xviij.ſi epiſcopus. & etiam quia rex vocat pro cõmuni bono & defenſione coronæ:& ſic iure gentium obediendũ eſt.xxiij.q.iij.fortitudo.nam pro defenſiõe patriæ licitũ eſt interficere patrẽ.ff.de relig.& ſum. fu.l.minime.& hæc eſt veritas Io.de Lig. ¶Tertia.Si vaſallũ non legium diuerſorum dominorũ, quod ſcilicet eſſe poteſt ratione diuerſorũ feudorum,vterq; dominus ſimul requirat vt eum iuuet in bello: quidam dicũt locum eſſe gratificationi:exemplo ſerui duorum dominorum, qui ſi viderit vtrunq; interfici,iuuare poterit quem voluerit.Alij verò dicunt quòd iuuabit priorẽ dominum,& cui primò iurauit: quia priorem fidelitatẽ ſeruare tenetur. Tutius tamẽ eſt quòd primo ſeruiat perſonaliter,ſecundo verò per ſubſtitutũ,ſi hoc patiatur natura feudi.Io.de Lig. Et idem dicendũ eſt de ciue duarum ciuitatũ:ſi quæratur vtrũ teneatur iuuare vnam contra aliã. ¶Quarta.Si quis eſt alicuius domini vaſallus,tenetur iuuare dominum filius cõtra patrẽ , & dominum pater contra filiũ, ſecundũ gl.xxij.q.v.de forma.quia filius ſolùm vinculo naturæ obligatus eſt patri:vaſallus autem dño vinculo iuramẽti. Sed gl.in c.qm̃ multos.xj.q.iij. aliqualiter contrarium ſentit. Io.de Lig. putat ponderandã qualitatem impendendi ſubſidium.vide j. Bellum. ij. §. vj. ¶Quinta. Si vaſallus vocatur à domino ad bellandum cõtra barbaros in partibus tranſmarinis tenetur illum ſequi, ſi eſt talis ſtatus & cõditionis ꝙ prædeceſſores & ipſe illuc accedere cõſuèuerunt,& vaſalli ſequi: exẽplo liberti,qui tenetur ad operas cõſuetas. ff. de ope. li.l. operæ.præſtabit autẽ dominus ſumptus moderatos arbitrio boni viri.Si verò dominus talis ſit,qui hoc nõ poſsit nec conſueuerit:ſequi non tenetur.Quod etiã tãgit Spe.tit.de feu.§. ipſum.De ſeruis autẽ non eſt dubium quòd ſequi tenẽtur dominum vbiq; ad bellum,cùm in eos dñi plenam habeant poteſtatem,dũ tñ nimis in eos non ſęuiant.Liberti autẽ tenentur ad opas ſolitas:nec inſolitæ poſſent eis imponi. Io.de Ligna. ¶Sexta.Si dominus vocat cõfœderatos ad bellum,cùm ſint plenè liberi ad aliqua obligati ex pacto,ſeruãda eſt conuentio & modus cõuentionis ad vnguẽ. ff.de pact.l.j. ¶Sptima. Si dñs vocat ad bellum ſubditos ratione iuriſdictionis tantùm,qui nõ ſunt vaſalli:tenẽtur accedere, niſi ſint pſonæ excuſatæ ab oneribus pſonalibus,vt minoribus,grauati ſenectute,aut infirmitate,vel numero liberorum,vel profeſsiõe, vel ſexu,vt mulieres.Io.de Lig.Sed tñ limito,ſi dominus vocet pro cõſeruatione ſtatus,& præſtet ſumptus,ſi ei ſuppetũt facultates. ¶Octaua.Si mãdauit dux exercitus,ſub pœna capitis impetũ in hoſtes nõ fieri:& miles cum ſua comitiua,cui præerat,irrupit , & vicit nihilo minus capite puniri debet. ff.de re mi.l.deſertorẽ.§.in bello.quia malum non excuſatur propter bonum quod ſequitur.di.lvj.vndecunq;.& facta non ſunt ab euẽtu notãda.xxiij.q.v.de occidẽdis.poteſt tamẽ à duce vel principe ipſa pœna remitti.ff. de pœnis.l.beſtias.Io.de Lig. ¶Nona. Si vaſalli à dño vocẽtur ad iuſtum bellum, ſecũdum Inno. non tenentur ire cum equis & armis,proprijs expenſis,niſi obligati ſint ad hoc ex pacto ſpeciali, cùm ipſi nõ teneantur ad perſonalia:nec de iure teneantur niſi ad ea,quę ſunt in canone,de forma.xxij.q.v.Io. de Lig. ¶Decima. Si qs vocatus liberè accedat ad bellũ in ſeruitium alicuius,& incidit in dãna,vt quia perdit arma,equos, vel captiuatur eundo aut redeũdo:& ſi accedit vocatus & rogatus à domino,& nõ proprio motu,habet actionẽ mandati cõtra dominum,ſi cõtingat illũ aliquid perdere:niſi appareat quòd cauſa pietatis, humanitatis,vel parẽtelæ hoc facit.xxiij.q.iij.non inferenda. ij.q.iij.dixit dominus.& ſi opponatur dominũ nõ teneri,quia talia perdũtur fortuito caſu,de quo quis nõ tenetur.extra de homic.c.Ioannes.dico ꝙ iſte caſus fortuitus potuit & debuit præuideri quia veriſimiliter iſta contingũt in bellis:quia varius eſt euẽtus belli.ij.Reg.ij.Et ita notauit Inn.in c.ſicut.el ij.de iureiu.Io.de Lig.& ibi Pan.idem ſentit,dicẽs ꝙ vocati à domino,qui iure nõ tenebantur,agere poſſent cõtra vocantem actiõe mãdati etiã ad damna contingentia caſu fortuito,dum veriſimiliter cõtingere potuiſſent:quaſi vocãs hoc à principio debuerit cogitare. Secus in caſu non veriſimiliter cogitato:vt in l.inter cauſas.§.nõ omnia.ff.mãdati. quæ verba ſunt notãda,maximè in materia fideiuſsionis : licet ſecus ſit in cõmodato:quia cõmodatarius non tenetur de caſu fortuito ſicut mãdans,quia mandatarius agit ad cõmodũ mandãtis.Et intellige prædicta in eo qui gratis ſuſcepit mãdatũ: quia ſi quid accepit,eſt locator,cùm mãdatũ ſit gratuitũ.Vnde iſti,qui accedũt ſtipẽdiati,nõ agunt ad damna contingentia ſine culpa ſaltẽ leui mandantis:quia iſte cõtractus eſt gratia vtriuſq;:mãdatũ autẽ explicatur gratia mãdãtis tantùm. ¶Vndecima.Ad ſciendũ quando ſubditus teneatur adire bellum,diſtinguendũ eſt.Nam aut dominus vult inuadere alios pro libito voluntatis,nõ fauore reipub.& nõ tenetur eum ſequi etiã vaſalli ꝓpriè,id eſt,feudũ tenentes ab eo.ar.xxij.q.v. de forma niſi aliud habeat cõſuetudo vel pactum.Aut dominus inuaditur:& tunc ſi timor eſt ſubitaneus & improuiſus, omnes apti ad pugnã vel cuſtodiã tenẽtur fauere reipublicæ: quia hoc caſu etiã clerici tenentur ad cuſtodiã.c. peruenit.& quod ibi not.de immu.eccl. facit c.omni timore.xxiij.q.viij. Aut non eſt timor talis:& tunc tenẽtur vaſalli propriè dicti, per d.c. de forma.& ſimiliter milites veri,id eſt,qui iurãt quę ponit gl.in l.pe.ff.ex quibus cau.ma.quæ ſunt infrà,Miles.tenenter per d.l.pe.vaſalli autẽ impropriè,id eſt,ſubditi ratione originis,aut domicilij,nihil tñ ab eo tenentes : & milites non veri,ſed tantùm reſpectu honoris, qui prædicta nõ promittunt,& alij propter hoc nõ ſunt cõpellendi:dũmodo dominus de per ſe ſufficiat ex reditibus,quos habet à loco:quia ꝓpter hoc habet gabellas & reditus,vt eos defendat.ar.xxiij. q.v.principes.&.c.regũ. Si verò nõ ſufficit per ſe:tunc omnes tenẽtur ꝓ ſalute domini:vt patet ex c.ſi nulla.& d.c. omni timore.xxiij.q.viij.

8 ¶Sextò † quæritur,quid dicendũ ſit de accedentibus ad bellũ proprio motu nõ vocatis? Et reſpõdeo per multas concluſiones. ¶Prima.Si id agunt animo donandi:vt cauſa pietatis,humanitatis, vel parentelæ,nõ agẽt cõtra eũ, in cuius ſeruitium vadunt:vt in d.cap.non inferenda.Si verò agunt animo obligandi illũ,cuius negotiũ gerunt,& ille nõ contradicit:agent vi negotiorum geſtorum:& ſufficit vtiliter geſtum cœptum.Si verò ille cõtradicit,videtur ꝙ agant ſeu obligent illũ vtiliter incipiendo , & feliciter conſummando ad ſimilitudinem eius , qui trahit aliquẽ inuitũ de domo ruitura.xxiij.q.iiij.ipſa pietas . quia inuito poteſt concedi beneficium.xlv.diſt.& qui emendat.& ſic tenet gl.in medico medente alicui contra eius voluntatem. lxxxiij.diſtin. in Summa.tamen licet illa gloſſa verum dicat in infirmo , qui non vult curari:in caſu tamen iſto credo contrarium:quia ille infir

firmus præſumitur mentis inſanæ: non autem iſte, qui non
vult iuuari: quia poſsibile eſt ꝙ hoc faciat timẽs proditionẽ.
Vnde non credo gl. illam procedere in caſu, quo infirmus be-
ne vellet ſanari, ſed nõ vult medicum iſtum. Ioan. de Lig. Sed
adde econuerſo, quòd ſi iſte non vult iuuari, quia eſt inſanus:
ille eum ſibi obligat in cõſcientia eadem ratione, licet nõ in
foro contentioſo ratione præſumptionis in contrarium. Re-
gulariter enim gerens alterius nogotium eo inuito, aliquid
petere nõ poteſt, niſi pro bnee geſtis ante prohibitionẽ. C. de
neg. geſt. l. ſi. quod limita niſi eſſet inſanæ mentis. ¶ Secunda.
Si autem vadunt, quia tenentur ad antidota: puta quia ſimile
vel aliud ſubſidium receperunt, agent contra eum quem iu-
uant ad perdita: ſi vadunt, vt ſupponitur, & animo diſſoluẽdę
obligationis naturalis, quæ tamen deduci non poteſt in ciui-
lem, nec de ea excipi poteſt ſi in iudicio. extra de teſta. cũ in
officijs. & ſic infertur quòd vadant animo obligandi. Ioã. de
Lig. ¶ Tertia. Si autem vadunt propter gloriam conſequen-
dam: non agent, nec obligant ſibi illum quẽ iuuant: quia aut
teneretur mãdati, aut negotiorum geſtorũ, ſed nõ primum:
quia actio mandati non oritur niſi interueniente mandato,
quod hic nullum eſt. nec ſecundum: quia non acceſsit animo
gerendi negotia eius, imò propria. Ioan. de Lig. ¶ Quarta. Si
autem vadunt cõſtituto ſalario, locãt opas ſuas, & rem, puta
arma vel equũ: vnde ſi cõductor vtatur ſolùm ad id ad quod
conducit: non tenetur ſi amittantur. l. ſi quis domum. ff. de lo
ca. & cõ. & hoc niſi ſpeciale pactum interueniat, vel aliud in-
ducat conſuetudo: vt in Italia, vbi pręſtantur emendæ equo-
rum conductorum in ſeruitio conducentis. Ioan. de Ligna.
¶ Quinta. Si verò accedunt animo ſpoliandi: nulli dubium
quòd talibus nulla cõpetit actio: quia ſuper re turpi nulla in-
ducitur obligatio. ff. de verbo. oblig. l. veluti. Ioannes de Lig.
¶ Septimò quæritur, quid de ſtipendiarijs, vtrum perdant to-
tum ſalarium vel partem, ſi culpa ſua nolunt ſeruire toto tẽ
pore ſuæ firmæ, vel infirmẽtur, aut alium ſubſtituãt loco ſui?
Et dico ꝙ officiorum, ad quæ quis eligitur, quædam ſic ſunt
indiuidua, ꝙ aliquo omiſſo reſiduum nihil releuat: & in ta-
libus totum perditur. & exemplum eſt in legatis. C. de lega. l.
ij. Quædam verò ſic ſunt diuidua vel diuiſibilia quòd aliquo
omiſſo reſiduum releuet. Et exemplũ eſt in Poteſtate, & ſti-
pendiario: & tũc non perdit totum, ſed ſolùm pro futuro tẽ-
pore: tenetur tamẽ pro futuro tempore ad intereſſe: vt ſi ni-
hil interſit, nihil ſoluatur. Si autẽ infirmantur, ſeruire viden-
tur, vt eis debeatur ſalariũ: vt in l. ſi hæres. §. Stichus. ff. de ſta.
libe. Si autem ſeruiant per ſubſtitutum, dicit Inn. in cap. cum
Bertoldus. de re iud. hoc fieri poſſe in his, quorum opera & la
bor, non induſtria, eligitur, vt in ſtipendiarijs: intellige ſi ſub
ſtitutus æquiualeat. Hoſt. verò ibi tenet contrarium: & credo
opinionem Inn. veriorem: tutius tamẽ eſt vt fiat cum aſſenſu
domini, vt ſaluetur opinio vtriuſque. Ioan. de Lign. ¶ Octauò
9 † quæritur, quid liceat in bello iuſto? Et reſpõdeo per multas
concluſiones. ¶ Prima. Vti inſidijs in bello iuſto licitum eſt
indiſtinctè, ſecundum gl. xxiij. q. ij. dominus noſter. dummo-
do fidem non rumpamus: vt eadem cauſa. q. j. noli. & gloſſ. in
cap. vtilem. xxij. q. ij. Sed S. Tho. ij. q. xl. dicit quòd inſidiæ pro
priè dicuntur, quæ tendunt ad aliquem fallendum verbo vel
facto. quod dupliciter contingit. Primò, ſi dicatur falſum, vel
non attendatur promiſſum: & hoc ſemper illicitum eſt. Secũ
dò, quia nõ aperimus ei noſtrum propoſitum & ſecretum: &
ſic licet, vt patet Ioſue vij. vbi Dominus mandauit Ioſue ꝙ
poneret inſidias poſt ciuitatem Hai. Sed tamen adde ꝙ fran-
genti fidẽ fides frãgatur eidem. aliàs autẽ hoſti fides ſeruãda
eſt. xxiij. q. j. noli. ¶ Secunda. Non licet omni tẽpore indiſtin-
ctè bellare, ſed diebus feſtis licet bellare neceſsitate vrgente,

non aliter, ſecundum S. Tho. vbi ſ. quia feſtum non vetat fa-
cere pertinẽtia ad ſalutem hominis etiam corporalem: vt in
medico patet: & multo magis licet prouidere bono commu-
nitatis alicuius: quod fit per bellum iuſtum. Et ceſſare à bello
in neceſsitate, eſſet Deum tẽtare. Et idem de tempore Qua-
drageſimæ dicẽdum eſt quod de feſto. xxiij. q. viij. ſi nulla. iun
cta gloſſ. Tempore etiã treugæ bellare non licet. c. j. de treu
ga & pace. Quod intellige in impugnatore, non in defenſo
re vt not. prædicta gl. ¶ Tertia. Chriſtiani habentes iuſtum
bellum, ad ſui defenſionem vti poſſunt, ſecundum Ioan. And.
in addi. ſuper totum Spec. iuris de Iudæis & Sarac. infidelibus
pacificis non habentibus guerra actiuè aut paſsiuè nobiſcũ
imminente neceſsitate: aliter non, ſcilicet ſi viget guerra: vel
noſtrum bellum eſt iniuſtum, vel iuſtum, ſed neceſsitas nõ vr
get. Et facit cap. cum olim eod. tit. quod diſtinguit talia tem-
pora. & quod habetur ij. Para. xix. Impio præbes auxilium: &
his, qui oderunt Dominum, amicitia iungeris. & quòd habe-
tur xxiij. q. iij. quod verò. Et idem ſentire videtur ex quodam
ſimili Nico. de lyr. j. Reg. c. xxviij. vbi dicit quòd Dauid quia
habebat ius in regno Iſraël, & armorũ virtute poterat illud
acquirere facultate oblata: licitè in tali bello vti poterat infi
delium Philiſtinorum conſortio & auxilio. vnde poſuit ſe ad
adiuuandũ Lachis, vt per illum poſtea regnum obtineret re-
greſsis Philiſtęis poſt victoriam ad propria. Et idem etiam te
net Ioan. de Nea. in quolibet. concludens quòd modò non li-
ceret Saracenorum & Turcarũ auxilijs vti contra fideles, dũ
guerra durat cum eis. & idem videtur tenere Archi. ¶ Quar-
ta. Morientes in bello eccleſiæ pro defenſiõe eius, cœleſte re
gnum conſequuntur, vt probatur xxiij. q. viij. in c. omni. dece-
dentes verò in alijs bellis iuſtis etiam ſaluãtur: dummodo de
cedant ſine alio mortali: decedentes verò in illicito & cũ ſo-
lo mortali pereunt. de pœn. diſt. v. fratres. Ioã. de Lig. Sed in-
tellige mori in bello iuſto eos, qui iuſtè, id eſt, licitè accedunt
ad bellũ, vt ſubditi in bello dubio. ¶ Nonò † quæritur, quan-
do quis nõ teneatur reſtituere quæ ſibi obuenerunt ab hoſti-
bus ratione belli? Et reſpondeo ꝑ multas cõcluſiones. ¶ Pri-
ma. Secundum Monal. quanuis bellum ſit iniuſtum ex cauſa,
animo, perſona, & authoritate: tamen ſi rex ſubſit, qa ſcilicet
pro rebus repetendis factum eſt, intellige ex interuallo, qui
bellum mouit, reſtituere non tenetur quod accepit: niſi acce
perit vel damnificauerit vltra quàm aduerſarius habuerit in-
iuſtè de ſuo. & hoc in foro pœnitentiali, vbi locum habet cõ-
penſatio, etiam non liquidi, id eſt, non conſtantis per pro-
bationes ad liquidum, quæ locum non habet in foro conten-
tioſo. Vnde iudex pœnitentiarius iniunget quidem pœniten-
tiam pro furto commiſſo, ſed non reſtitutionem, niſi aduer-
ſarius poſtmodum ei reſtituerit ablata. Idem Hoſt. Sed tamẽ
intellige quòd in foro pœnitentiali fit cõpenſatio non liqui-
di, id eſt, non conſtantis per euidentem probationem, quãdo
illud non liquidum eſt nihilo minus certum. non autem ſi ſit
dubium. vnde iniungitur reſtitutio ei, qui ſubripuit decem à
Titio: quia dubitat vel leuiter credit Titium ſibi ſurripuiſſe
tantundem. ¶ Secunda. Secundum Hoſtien. is, qui iuſtè pu-
gnauit nõ tenetur ad reſtitutionem prædæ, ſed fit capientis.
xxiij. q. vij. ſi de rebus. Ex quo infertur quòd capta in bello iu
ſto non compenſantur cum debito principali: vt etiam tenet
Arch. xxiij. q. ij. Dominus noſter. vbi dicit quòd ſi quis pluri-
ma in bello iuſto occupauit, nec deinde ſatisfacere vult is, cu
ius erant: nõ tenetur qui occupauit reſtituere occupata, & re
cipere ſatisfactionem: quia quod quis iure occupat, iure gen-
tium ſuum efficit. Et idem Archi. Quod verũ intellige, quo-
uſque ſecundum ſanam conſcientiam ſit ſatisfactum de iniu
ria, vel debito, vel intereſſe: ſiue ceperit de rebus iniuſtè pu-
gnan



gnantis, ſiue vaſallorũ eius, ſiue hominũ ſuorum, id eſt, illum
ſequentiũ: in bello iniuſto. de alijs autẽ nõ præſtãtibus con-
ſilium, auxilium, vel fauorẽ, hoc non creditur. vide ĩ. Repræ-
ſaliæ. §. j. Prædicta tamen fallunt in clerico, ſecũdum Mon.
de quo infrà Bellum, tertiò §. iiij. ¶ Tertia. Si ſubditus bellũ
mouet domino iubente, & bellum ſit iuſtũ: reſtituere nõ te-
netur capta ab hoſtibus, niſi iuxta edictum domini ſui: ſed ſi
iniquũ ſit, & ipſe nouit, tenetur: quia plus Deũ, quàm homi-
nem debuit timere. Si verò dubitat vtrũ iniuſtum ſit nécne:
iterum nõ tenetur. xxiij. q. j. qd culpatur. quia excuſatur pro-
pter obedientiã: licet dominus peccauerit, ſi fortè malè ꝑce-
pit. Et cõſentit Monal. & Hoſt. & Rich. & Alberic. ſed Ray.
dicit hoc verum, ſi quantũ potuit, inquiſiuit, & cõſuluit peri-
tiores: & ſemper dubius permãſit: alioquin affectator igno-
rantiæ ſicut expers ſciẽtiæ puniretur: de. clan. deſpõ. cum in-
hibitio. Et hæc vera intellige, quouſq; dubitat. Vnde alia lite
ra habet, interim nõ tenetur. cùm autẽ ſciuerit, aut probabi-
liter crediderit bellum iniuſtũ, reſtituere tenetur omnia quę
habet. arg. c. fin. extra de pręſcrip. & etiam quę ſunt conſum-
pta, ſi ſemper fuit dubius: quia non fuit poſſeſſor bonæ fidei.
Vnde obedientia excuſauit à peccato, nõ à reſtitutione re co
gnita. Si autẽ probabiliter credébat bellum iuſtum, non te-
netur de conſumptis, niſi inquantum ex hoc ſit factus locu-
pletior. C. de rei vẽdic. l. certum. ¶ Quarta. Licet ſubditi ex-
cuſentur in dubio, vt ſtatim dictum eſt: nõ tamen eſt ſimile
de amicis, cognatis, ſtipẽdiarijs, & huiuſmodi, ſecũdum Ver-
uec. quia nõ excuſat eos obediẽtia: nec in dubio debent com
mittere ſe diſcrimini, vt iuuent aliquem in alterius præiudi-
cium. xiiij. q. v. deniq;. Nec eſt ſimile de aduocato, quã excu-
ſat bona fides, quãdiu credit cauſam eſſe iuſtam: quia eſt illi
iudex ſuperior, qui cauſam examinat iudicãs de allegatis. In
bello autem viribus vincitur. & concordat Vldr. tamen mi-
hi videtur quòd vbi non dubitant, ſed probabiliter credunt,
excuſentur: quia aliter vix aliquis poſſet militare. Stipendia-
rius autem paratus cum quocũq; militare, non cogitans de
iuſtitia vel iniuſtitia belli, ſed tãtùm de ſtipendio, eſt in ma-
lo ſtatu: nec debet abſolui, ſecũdum Arch. niſi renuntiet arti,
vel ſit paratus nõ eſſe in bello, niſi quod ſciuerit iuſtũ: adde,
11 vel quod probabiliter iuſtũ crediderit. ¶ Decimò † quæritur,
quando quis reſtituere teneatur quæ ſibi obuenerunt ab ho-
ſtibus ratione belli? Et reſpondeo per multas concluſiones.
¶ Prima. Quicũq; bellum mouet iniuſtũ, vel ita iuuat quòd
ſine eo non fieret: vltra mortale tenetur hoſtibus de omni-
bus dãnis datis: & ſuis de damnis receptis ab aduerſarijs iuſtè
repugnantibus, ſi iuuerant bona fide, vel inducti cõſilio eius,
timore, vel coactione, quãdo de ſe non erant facturi: ſecus ſi
iuuerunt malà fide ſcientes iniuſtitiam belli, & voluntarij:
quia ex turpi cauſa nulla contrahitur obligatio. Inſtit. mand.
§. illud. ff. eod. ſi remunerandi. Similiter tenentur omnes, qui
in tali bello fuerũt principales, ita quòd nõ fieret ſine eis: alij
verò tenentur de dãno quod intulerũt verbo, aut opere. Gul.
¶ Secũda. Dominus, aut alius quilibet, mouens iuſtũ bellũ: ſi
animo graſſandi vel malitioſe intulit damna, cùm aliàs ſibi
poſſet cõſulere: vltra mortale, reſtituere tenet. Secus ſi bona
fide pugnando commodè abſtinere nõ potuit: vnde cõpẽſa-
buntur illa damna cum damnis propter quæ bellũ mouit. Et
ſimiliter ſi habens iuſtũ bellum fuit notabiliter negligens in
defendendo ſuos, tenetur eis de dãnis acceptis, nõ aliter, quia
ſe & ſua tenẽtur exponere pro dominio. tenetur etiam omni-
bus, quos vocauit, de damnis acceptis: niſi venerint ex debito,
vel cauſa humanitatis, aut conſanguinitatis. xxij. q. iij. c. non
inferenda. & ſequentibus. Gul. vel niſi cõuenerint aliquid ac-
cipere pro certa mercede: de quo infrà Mãdatum. Et hoc in-

tellige de damnis, quæ mãdans, ſeu vocans, potuit veriſimi-
liter præuidere. ¶ Tertia. Habens iuſtũ bellum, vel ſe in illo
reperiẽs: ſi ſpoliauit clericos, religioſos, vel conuerſos, aut pe
regrinos, quanuis eſſent cum hoſtibus, reſtituere tenetur: &
mortaliter peccant tales. niſi licentiam haberent à prælatis
eccleſiaſticis habentibus iuriſdictionem ſupra illos: vel niſi
eſſent victualia eccleſiarum, aut clericorum: rapinam etiam
committunt, ſi ſpoliant ruſticos aut viatores, aut exiſtentes
in agricultura, & animalia, quibus arant, & ſemina portãt ad
agrũ, extra de treu. c. innouamus. Imò ſubditi domini iniuſtè
bellãtis, nõ præſtantes conſilium, auxilium, vel fauorem di-
rectè vel indirectè nõ ſunt ſpoliandi vel in aliquo puniendi,
ſed tenẽtur reſtituere, ne pœna excedat authores. de his quæ
ſi. à maio. parte ca. c. quæſiuit. & j. q. iiij. c. j. Quod Sum. Ang.
dicit verum, niſi dominus directè vel indirectè ex pſonis vel
rebus eorum iuuaretur. Alij verò hoc dicunt verum, etiam ſi
dominus in bello vteretur bonis eorũ ab eis ablatis: ſed veri
tas eſt quòd tantùm poteſt iuſtè pugnans in eos & in eorum
bona, quantũ victoria requirit: qua ſtabilita reſtituere tenet
quæ ſuperſunt. A fortiori autẽ reſtituere tenetur dãnificans
innocẽtes nõ ſubditos hoſti, niſi hoc faceret præter ſuã intẽ-
tionem: puta ſi nõ valẽs capere ciuitatem, dat eam ad ſaccũ,
vel incendit: nõ aliter potens punire multos nocentes niſi in-
uoluẽdò aliquos innocẽtes. ¶ Quarta. Qui in bello iuſto ſine
ſuperioris ordinatione incendit domũ, agrum, aut victualia
etiam hoſtium, incẽdiarius eſt: & ad ſatisfactionem tenetur.
xxiij. q. j. quid culpatur. & ſi fiat ſuper hoc excommunicatio,
& publicetur, eſt caſus papalis. Et idẽ eſt de habente bellum
iniuſtum, ſi id faciat ex mandato, ſecundum Archid. ¶ Quin-
ta. Habens iuſtum bellũ, ſi vltra id quod ſatisfactum eſt ſibi
& ſuis, de omni damno & operis labore, vel donec ſe aduer-
ſarius offerat ad ſatisfactionẽ, plus abſtulit, vel dãnificauit,
de illo pluri tenetur: niſi fortè eſſet talis hoſtis quòd propter
hæreſim vel aliud huiuſmodi bona eius eſſent publicata per
edictum. Gul. ¶ Sexta. Omnes exiſtẽtes in bello iniuſto, ſe-
cundum Monal. tenentur in ſolidũ de omni damno ſuo auxi
lio, conſilio, vel fauore dato, quod aliter datum non fuiſſet.
argu. xvij. q. iiij. omnes. & ij. q. j. notandũ. in fi. Qui verò pro-
babiliter credit ſuo auxilio, conſilio, vel fauore alios nõ plus
feciſſe, quàm aliàs erant facturi: nõ tenetur, niſi de his, quæ
ipſe habuit, vel de dãno quod dedit ipſe vel aliquis de familia
ſua, directè & occaſionaliter. argu. de ſent. & re iudicat. c. j. de
ætate & qualit. ord. c. tuã. & de hoc etiã ĩ. Furtum. ¶ Septima.
Quãdo neuter rapientiũ dominus erat, nec vnus magis alte-
ro ſociũ animauit, ſed ſimul cõuenerũt de faciẽdo inſultũ, vel
rapina cõmittẽda: ſecundũ Hoſt. quilibet tenetur in ſolidum.
Sed verius alij dicũt, quòd ſolùm pro ſua parte, quãdo alter
erat facturus: vel in ſolidũ, ſi facturus nõ erat. Et licet ſecũdũ
Ray. quãdò plures ſimul vadunt quaſi exercitus, quilibet te-
neatur in ſolidũ, quia alios iuuat, tñ ſecundũ Veruec. hoc ve-
rum eſt qñ vnus ſine alio nõ feciſſet: aliàs quilibet tenet pro
damno quod intulit. & hoc teneas. ¶ Octaua. Ea, quæ dicũtur
de bello licito, locũ non habent, ſecundũ Io. de Plat. quando
pars de ciuitate pulſa bellũ indicit ciuitati: quia nõ eſt bellũ,
ſed ciuilis diſſenſio: ex qua Reſpu. lędit. vnde ibi capta ſubia-
cent reſtitutioni. quod limita niſi raptor aliàs fuerit iniuſtè
aliquibus ſpoliatus: quia recipere poteſt à ſpoliatore & à ciui-
tate, quæ ſpoliatorem reſtituere non compellit. ¶ Vndeci-
mò, † vtrũ occupata per principes Chriſtianos qui hodie in- 12
ter ſe ꝓpria temeritate bella gerentes quod vnus ab antiquo
poſſedit, alius nouiter vſurpat, ſint reſtituenda? Et dicit dom.
Anton. in c. quod ſuper his. de voto. ſecundum Hoſt. ſe nõ vi-
dere quomodo iuſtè teneant: aut confeſſores eorum peccata
quan

quanquam notoria palpitent,aut ab eiſdem eleemoſynas &
poſſeſsiones accipiant,aut eos abſoluāt.Vnde caueāt ne ca-
teruatim ruāt ad inferna,&alios ſecū trahāt,nec credit quòd
in Italia præſcribi talia poſsint.c.fin.de præſcrip.¶Duodeci-
13 mò,†vtrū domini,qui bella geſſerūt,poſsint inuicē compo-
nere de damnis ſubditorū?Et dicit Veruec.quòd ſtādum eſt
cōpoſitioni,ſi fiat de damnificatorū cōſenſu,ſcilicet libero.
aliàs qui mouit bellū iniuſtè,non poteſt ſubditis præiudicare
per ſuam compoſitionē,quin ipſe teneatur eis de ꝓprio niſi
ipſi in culpa fuerint pariter cum eo.& conſentit Monal.Qui
autem habuit iuſtū bellum,ꝓcurare debet quòd ſubditis ab
aduerſarijs damna reddantur:aliàs ipſe tenetur eis.quod ſe-
cundum Mon.& Veruec.verū eſt:nō de expēſis,ſuper quibus
cōponere ſua authoritate cōſueuerunt vel pertranſire:ſed de
damnis incendiorum,rapinarum,& huiuſmodi,ſuper quibus
etiam cōponere poteſt ex cauſa ꝓbabili puta ſi videat aliter
ſe nō poſſe habere bonū pacis,aut bellorum periculis carere:
quia vtiliter gerit negotiū ſubditorū,arg.eorum quæ notan
tur in l.fin.C.ſi cōtra ius vel vtili.pub.& cap.quæ in eccleſia-
rum.de cōſti. vbi patet quòd ex cauſa rationabili poteſt prin
ceps ſtatuere cōtra ea,quæ ſunt de iure gentiū, & de iure na-
turali vt patet de præſcriptione.Item tollere rē vnius,&alte
ri tradere,& propter delicta cōfiſcare bona ſubditorū,& ibi
Pan.dicit quòd licet Imperator nō habeat dominiū rerū pri
uatarum,tamen ex cauſa rationabili poteſt eas occupare.Et
exemplificat de cauſa legitima,dicēs quòd huiuſmodi eſt fa
uor publicus:vt l.ita vulneratus.ff.ad legē Aquil.& huiuſmo
di ratio eſt,carere bello:qua ratione nō poteſt eſſe maior.Et
hoc,ſecūdum Hoſt.verū eſt,etiam ſi partes non conſentiant,
quādo aliter pax haberi nō poteſt.& allegat l.cōuentionum.
ff.de pact.Et idem dicendū eſt in dominis inferioribus,maxi-
mè qui præſcripſerūt iura Imperij.Quæ tamē vera intellige
quando prius fecerūt iuxta poſſe vt ſubditis fieret reſtaura-
tio,& obtinere nō poſſunt.Si autem à principio ſubditi con-
tradicunt ne fiat cōpoſitio ſi in dānis ſuis inſtauratis:non po-
teſt dominus ipſa damna quietare:ſecundū Sum.Piſ.quod ta
men intelligo ſolùm quādo poteſt aut vincere aut pacificari
damnis nō remiſsis:nō aliter,ratione ſuperius dicta.Nec ob-
ſtat ratio,quam adducit Supple.quia,inquit,gerēs negotium
alterius eo inuito,nō poteſt aliquid petere,niſi ꝓ bene geſtis
ante prohibitionē.C.de neg.geſt.l.fin.quia hoc nō procedit
in domino,qui ſubditū cogere pōt ex cauſa,ſed in pari.Po-
teſt tamen deſiſtere à bellādo cōtradicētibus ſubditis: quia
apud eū ſicut mouēdi bellum,ita & deſiſtēdi à bello reſidet
14 authoritas.Concordat Hoſt.Aduerte † tamē quòd ſecundū
Pan.nomine damni propriè & ſtrictè venit diminutio patri-
monij per alium facta.l.iij.ff.de dam.infect.vnde nō veniunt
nomine damni expēſæ factæ propria voluntate,etiā coacta.
Quod notandū eſt ꝓ ſtatutis & huiuſmodi odioſis.Prædicta
tamen remiſsio quo ad eccleſiarū & eccleſiaſticarum perſo-
narum damna nō valet.niſi cōſentiāt earū prælati, ſecūdum
Archi.& alios Doc.quia de huiuſmodi diſponere nō poſſunt:
vt diſt.xcvj.Prædictā tamen relaxationē quantū ad laicos &
clericos, Arch.intelligit quo ad conſumpta,quia extantia,ſi
bellū fuit iniuſtū,vel ſi ſublata ſunt ab his,à quibus nō pote-
rāt,tenent,q habēt,reſtituere veris dominis,ſi poſſunt: aliàs
pauperibus. Et idem dicit ſi dubitatur de iniuſtitia belli.
15 ¶Decimotertiò,†vtrū liceat facere noua caſtra?Et dicit Inn.
in c.Piſanis.de reſt.ſpol.quòd nō cum iniuria vel æmulatiōe
alterius,nec etiam in caſtellare vetera,quæ nō probātur ha-
bitata.C.de ædific.priua.l.iij.ff.de oper.pub.l.ij.& C.de fun.
limit.lib.xj.quod Pan.ibi verum intelligit in poſſeſſore iniu-
ſto ſeu tyrāno: ſi autē eſt iuſtus, diſtinguit:quia ad iniuriam
alterius vel æmulationem,ſcilicet vt alteri noceat,&ſibi nō
proſit, nō licet:quia ſic etiā re propria vti non licet,& ad hoc
agere poteſt epiſcopus,ſecundum Inn.vt deſtruantur vel re-
ducātur in priſtinā formam:arg.extra de Iudæis.conſuluit.&
nō ſolùm ipſe,ſed & quilibet habēs ibi reditus:quia iuſtè pro
vitāda ſui patrimonij diminutione quiſq; agit,arg.in d.c. Pi-
ſanis,idem Hoſt.Si verò hoc faciat non ad alterius iniuriam,
ſed ad cōſeruationē ſui patrimonij vel honoris putat hoc li-
cere:nec poſſe prohiberi per aliū,etiā ſi inferat alij damnum
vel timorē.Et ad hoc tex.in l.in meo.ff.de aqua plu.nec poſ-
ſet ad hoc allegari præſcriptio,etiam ſi longiſsimo tempore
non refecit vel inhabitauerit:quia cùm ille actus ſit meræ fa-
cultatis,& nihil poſitiuè actum ſit in ſui iuris præiudicium:
præſcriptio non currit.de cler.coniug.c.Ioannes.

## Rurſus de Bello ij.quādo eſt priuatum.

*1 Bella priuata cùm iuſta ſunt, quotuplici iure nitantur? Et quando dicatur affuiſſe tutelæ inculpatæ moderamen ac temperamen tum? Et qui pugno impetitur,num licitè ſe armis defendere poſsit.*

*2 Cōſyderatio gloſ.in l.ſcietiā.§.qui cū aliter.ff.ad legē Aquil. coarguitur.Et ibidē ꝓ iudicis informatione elegās diſtinctio.*

*3 Iniuriam repelli incontinenti debere.*

*4 Inuaſus quando licitè poſsit inuadentem percutere.*

*5 Defenſio ab iniuria an ſit omnibus licita.*

*6 Sacerdos puerum baptizans morientem,an poſsit eum deſerere vt ſe defendat.*

*7 Defenſio an cuilibet aduerſus quemlibet liceat.*

*8 Defendere tertium cui ſit licitum.*

*9 Vaſallus patrem teneaturne defendere,neglecto domino.*

*10 Defenſio an pro rebus licita ſit.*

*11 Precarium & precaria quid ſint.*

*12 Vim vi repellere quando,& pro quibus rebus liceat.*

*13 Occupare an liceat rem propriam citra iudicis authoritatem.*

*14 Defenſio an tolli poſsit per ſuperiorem.*

*15 Defenſio manualis cuius ſit iuris? Et quid de defenſione exhibenda à iudice.*

BELLVM † priuatū vel particulare quādo dicitur, & qn̄ 1
ſit licitū,dictū eſt titulo priore in principio:& totū quā-
tum ad ſuā iuſtitiā fundatur in regula iuris naturalis & ciui-
lis.ff.de iuſtit. & iure.l.vt vim.ſcilicet quòd vim vi repellere
licet cū moderamine inculpatæ tutellæ.¶Primò verò quæ-
ritur,qn̄ dicatur in defenſiōe adeſſe moderamē inculpatæ tu-
telæ:& vtrū inuaſus pugno licitè ſe defendat armis?Et dicit
Pan.in c.olim.de reſtit.ſpol.breuiter colligi ex gl.in c.ſigni-
ficaſti.de homic.& Bar.in l.j.C.vnde vi.hoc moderamē eſſe.
qn̄ id ſit,quo omiſſo,iniuria repelli nō poterat. intellige ſine
periculo perſonæ vel etiam rerū,ſecundū Bar.quia hoc nulli
imputatur,vt ꝓbatur in l.ſcietiā.§.q cū aliter.ff. ad leg.Aquil.
Et ſi modū quis excedit,nō tenetur,ſecundū Inn.Hoſt.& dom.
Anto.niſi fecerit ex ꝓpoſito.ff.ad leg.Aquil.ſi ex plagis.§.ta-
bernarius.q̄d verū eſt quantū ad damnū illatū,de quo loquitur
ille.§.ſecundū Rayn.quo ad ſentētiam excōmunicationis ſi
perſona percuſa ſit eccleſiaſtica:quantū verò ad pœnitentiā
& irregularitatem ſi inde mors ſequatur, tutius creditur quòd
teneatur de exceſſu.de quo dic vt infrà.§.iij.& vij.ſed intellige
quòd tenetur de exceſſu arbitrio iudicis,ſecundū Bald.in c.j.de
pa.te.in vſi.feu.Sed de hoc an ſcilicet ſteterit in finibus defen
ſionis,ſeu recuperādæ poſſeſsionis,certa regula dari nō po-
teſt:ſed bonus iudex arbitrabitur cōſiderata qualitate perſo-
narū & actuū.Et † per hoc relinquitur ſuperflua cōſideratio
gl.in d.l.q̄ dicit in hoc moderamine tria attēdi.Primò ſcili-
cet modū,q̄a aggreſſus ſine armis,vel cū paruo baculo,reſi-
ſtere



ſtere non debet armis.Secundò,tempus,vt fiat incontinenti,
non ex interuallo.Tertiò, cauſam:vt ſcilicet fiat ad defenſio
nem,nō ad vindictam,Sed certè dari non poteſt regula certa
quo ad primum:vt etiam not.in d.l. quia aggreſſor plus ali-
quādo pugno poteſt vel baculo paruo,quàm aggreſſus enſe:
nec quo ad ſecundū vel tertium.Sed tamen pro informando
iudicis arbitrio diſtinguendum eſt: quia ſi vis infertur perſo-
næ:poteſt quis incontinenti percutere, antequā percutiatur,ad
euadendum percuſsionē vel iniuriā:quia hoc eſt iniuriam re-
pellere potius,quàm inferre.quod tamen Bar.limitat ſi veriſi
milia præcedunt iudicia,& actus manifeſti quòd ille volebat
offendere:& iſte aliter ſe defendere nō poterat.facta verò in-
iuria perſonæ,non eſt licitum percutere etiam incontinenti:
quia non eſſet defenſio,ſed vindicta:niſi fortè, ſecūdum Inn.
timeretur geminata percuſsio.& idem Bar.ſi tamē percuſſus
inſequitur percuſſorē iam nolentē ꝑcutere, & vulnerat, pu-
niri non debet vt doloſus, ſed vt culpabilis : quia inconſultus
calor vitio calumniæ caret:vt in l.j.ff.ad Turpi. Si autem vis
infertur rebus,diſtinguit Iaco.de Aret.quia ſi aliter per viam
iudicij reparari poteſt,percutere non licet,etiam ſi res aliter
ſalua eſſe non poſſet ſi autem reparari non poteſt per viā iu
dicij,dicit,licet ſecundū aliquos male:vt infrà Homicidium.
primò.§.ij.& iiij.& pluribus infra Excommunicatio.vj.§.iiij.
caſu ix.quod licet defendere etiā occidendo: vt l.furem.ff.ad
3 leg.Cor.de ſica.ſed†tamen iniuria reppelli debet incōtinēti,
id eſt,quàm primū quis poterit,licet iniuria ſit facta:quia nō
eſt vindicta,ſed defenſio quædam.Et quando dicatur incōti-
nēti hoc caſu:dicit gl.in c.ſignificaſti.ij.de homi.quòd debet
hoc facere quàm citius poterit collectis amicis.ff.de acquir.
poſ.l.quod meo.§.fi.& Io.An.& Ho.dicunt hoc verum,vt lici
tū ſit reſiſtere cū amicis ad recuperationē inuaſæ rei,ſi hoc
fiat antequā ad alia diuertatur:aliàs eſſet guerra & vindicta.
Bart.verò in l.j.C.vnde vi.ſentire videtur quòd hoc fieri de-
beat intra tres dies:ſed melius dicitur quòd hoc eſt quàm pri
mum poterit,nō diuertendo ad alia:relinquēdo arbitrio bo-
ni viri,rerum qualitate penſata:quia ſi nobilis eijciatur de ca
ſtro forti,intra ſex menſes non faciat ſe ſatis fortem ad reha-
bendum.& dictum Io.An.procedit quando res per viam iudi
cij poteſt rehaberi: q̄a tunc non licet eam defendere, niſi dū
4 eſt in ipſo rapi : vt infrà.§.vij.¶Secundò,†vtrum percutere
poſsit inuaſus,qui poſſet euadere fugiendo? Et dicit Archidi.
quòd non:ſed dicit Pan.in d.c.olim.quoſdā diſtinguere: quia
ſi aggreſſo eſt magnum dedecus fugere,nō tenetur fugere,
ſed percutere poteſt ad iniuriam repellendam.Si verò nō eſt
ſibi verecundia:vt quia aggrediens eſt longè præſtātior,tunc
ſecus.Bar.verò tenet indiſtinctè quòd q̄s fugere nō tenetur:
quia fuga eſt iniuria.l.item apud Labeonem.ff.de iniur.& cō
ſequenter ad eam repellendā & propulſandam percutere li-
cet.Item pro rerum defenſione licitū eſt armis reſiſtere:vt in
d.c.olim.& in d.c.dilecto.de ſent.exc.lib.vj.&etiam occidere
ſecundum ius ciuile,ſi aliter res ſaluæ eſſe non poſſunt,iuxta
notata in l.furem.ff.de ſica.Quælibet autem iniuria corpora
lis maior eſt rerū iactura.l.in ſeruorū.ff.de pœn.quod tamen
temperandum eſt,vt not.Bar.in l.j.ff.eo. tit. & conſequenter
pro hac propulſanda licitum eſt percutere.Sed tamen Pano.
dicit quòd hoc caſu licet quis percutiendo euitaret peccatū:
non tamen irregularitatem, ſi occideret,aut mutilaret:quia
eam quis ſolùm vitat, quando mortem propriam aliter vita-
re non poteſt. Facit quod legitur & not. in clemen.ſi furio-
5 ſus.de homic.& gl.in §.j.xxxiij.q. viij. ¶Tertiò,†vtrum lici-
ta ſit prædicta defenſio prædicto modo vniuerſaliter omni-
bus? Et dico quòd licitū eſt omni perſonæ non ſolùm laicis,
ſed etiam clericis & religioſis,etiam ſine licentia ſuperioris,
quando commodè haberi non poteſt,ſecundum Ioan.de Li-
gna.quia hoc competit iure naturali. diſtin.j. ius naturale.&
quo ad actus naturales religioſi non cēſentur mortui. xvj.q.
j.placuit.Et opinio Vgo.tenētis quòd peccat mortaliter oc-
cidens ne occidatur,reprobatur:& contrarium manifeſtè di-
citur in clem.ſi furioſus.de homici.tamen ſecundum S.Tho-
mam nullus ad hoc tenetur, ſc licet vt occidat ne occidatur:
ſed eſſet maioris ꝑfectionis ſi ſe permitteret occidi , quàm ſi
ſe defendēdo occideret:cùm aliter euadere non poſsit.Licita
eſt in omni loco,etiam in eccleſia propter periculum quādo
ſequeretur homicidium hoc nō faciēdo.Nec obſtat eccleſiæ
pollutio per ſanguinis effuſionem : q̄a magis pōderanda eſt
hominis cōſecratio,cùm ſit irreſtaurabilis quā eccleſiæ,quæ
reconciliari poteſt.& fortè dici poſſet quòd ad eius pollutio-
nem requiritur effuſio ſanguinis iniurioſi, vt notatur in cap.
vno.de conſec.eccle.lib.vj.Licita eſt etiam occupato in quo-
cunque officio,ita quòd etiam celebranti ſi inuadatur,& ali-
ter euadere non poteſt, licitum eſt ſe defendere & occidere:
quia propter impedimentū corporale ſuperueniens inchoa-
tum officium dimittitur inexpletum.vij.q.j.illud. & ca.nihil.
hic autem euenit impedimentum celebranti:imò periculum
mortis:& conſequēter licitum eſt ei, prætermiſſo officio, de
imminenti periculo expedire : & ſi ſe defendendo occiderit,
poteſt reaſſumpto officio celebrare : dūmodo affuerint ea,
de quibus loquitur clemē. ſi furioſus.quia vt in ea probatur,
nec peccatum,nec irregularitatē incurrit.Et idem de bapti-
zantibus,ordinantibus,cōfirmantibus,pœnitētias iniungen-
tibus,& ſingula ſacramenta conferentibus,ſi inuadātur: quia
licitè poſtponūt illorum ſacramentorum collationē inchoa 6
tam propter ſui tutelam. Ioann.de Ligna.¶Quartò†quæri-
tur,pro dictis in §.priore,vtrum ſacerdos baptizans actua-
liter puerum in mortis periculo conſtitutū , qui æternaliter
damnabitur,ſi ſacerdos omiſſo baptiſmo ſe defendat nullo
alio exiſtente qui baptizet:licitè omittat baptiſmum vt ſe de
fendat?Et dico quòd non licet:ſed præeligenda eſt mors cor
poralis ſacerdotis morti ſpirituali pueri:quia ſi ita fiat, ſequi
tur vnum malū tantùm,& illud eſt temporale,ſcilicet mors
corporalis ſacerdotis:aliter verò ſequūtur duo & ſpiritualia,
ſcilicet mors æterna pueri.de conſecra.diſt.iiij. firmiſsimè.&
neglectus curæ animarum.quod ſacerdoti eſt mortale,extra
de æta.& qualit.cùm ſit ars.præeligendum autem eſt minus
malum maiori.xiij.diſtinct.nerui. Vbi autem foret dubium
probabile de vita aut morte pueri antequam periculum eſ-
ſet expletum,& cōſtaret de morte ſacerdotis,niſi diuerteret,
adhuc creditur præeligēda mors ſacerdotis, & maximè pro-
prij,& parochiani.Ioannes de Ligna. infrà Caſus.§.ſecundo. 7
¶Quintò, †vtrum licita ſit prædicta defenſio cuilibet con-
tra quemlibet inuaſorē?Et dico eam eſſe licitam.Primò,cō-
tra ſuperiorem generaliter:quando ſcilicet conſtat quòd in-
iuſtè inuadit.C.de iure fiſ.l.prohibitū. & maximè cùm aliqd
extra officiū ſuum agit ad ipſum nō ſpectās, ſed ſi iuſtè agit:
non eſt reſiſtendum.ij.q.iij.qui reſiſtit. Et ſecundò contra iu-
dicem vel Poteſtatem iniuſtè inuadentem vt occidat. Et ter
tiò,contra patrem agentem aliquid contra filiū etiam degē-
tē in patris poteſtate , ſi excedit ſibi conceſſa ex iure patriæ
poteſtatis:& multo magis ſi agit contra filiū emancipatum.
Et quartò,contra abbatem proprium vel alios prælatos,ſi
contra monachū aliquid attentaret in his quæ nō ꝑtinent ad
officiū ſuum iure vel cōſtitutionibus modificatū,maximè in
his,quæ propter morā periculū ingerūt:vt pote ſi abbas mo-
nachum inuaderet vt occideret ſubitò: ſed ſi attentet præla-
tus contra monachū de permiſsis à iure vel conſtitutionibus
ordinis corrigendo,& ſimilibus,monacho reſiſtere nō licet:
imò

imò nec in hoc caſu audiretur appellans. extra de appel.c.de
priore.Et quintò,ſeruo contra dominum, ſi attentet aliquid
à iure non permiſſum:in permiſsis autem à iure nõ licet ei ſe
defendere.Et eſt hodie reſtricta dominorum poteſtas in ſer-
uos:quia nec trucidare,nec acriter eos affligere poſſunt. Et
idem dicendũ eſt de vaſallo contra dominum, diſcipulo con
tra magiſtrum,& vxore contra maritũ: quia ſcilicet poſſunt
ſe defendere,ſi vltra debitum iuris aliquid attẽtent:aliter nõ.
8 Io.de Lig.¶Sextò,†vtrum licita ſit dicta defenſio etiam pro
alio?Et dico quòd eſt licita pro filio,pro vxore,imò pro ſpon
ſa & pro alijs perſonis coniunctis:quia ſi licita eſt pro rebus,
licita eſt etiam pro coniunctis & amicis inuaſis:cùm etiã ho-
mo homini officium debeat.ff.de ſeruis.l.cum ſeruis.&vaſal-
lo pro domino.imò ad hoc tenetur:aliàs perdit feudũ:& mili
ti pro belli præpoſito,ſi poteſt: aliàs capite punitur:imò etiã
extraneũ defendere debet,ſi poteſt quilibet ſine periculo ſui.
xxiij.q.iij.non inferenda.lxxxiij.di.error . Imò,ſecundũ Bart.
in l.ſi quis in ſeruitute.in fine,ff. de furt.& in d.l.vt vim.& ibi
glo.& xxiij.q.viij.§.j.in gloſſ.& Cy . & Pet.in l.j.C. vnde vi.
quilibet de populo poteſt quemlibet impunè defendere.Cõ-
ſuluit tamen Bart.in d.l.vt vim.ad tollendum omne dubium.
quòd faciat quis ſibi mandari vt defendat clamando defendi-
te,vel ſuccurrite,vel ſimilia:vt etiã not.Bald.in d.l.j.quia tũc
ſecundum omnes licitè & impunè defendit.& facit argu.in l.
Gracchus.C.de adul.Sed tamen iſta intellige de pœna ciuili:
non autẽ de irregularitate.Hic tamen diſtinguẽdum eſt quo
ad incurſionem vel euaſionem pœnæ ciuilis aut canonicè ſe
cundum Archi.qui loqui videtur ex Ioan.de Lig. Nam occi-
dens vel mutilans defendendo ſeipſum,euitat pœnam irregu
laritatis:non autem ſi alterum defendat,etiam patrem,vel fi
lium:vt not.glo.in cap.ſi furioſus.de homi.in clem.pœnã au-
tem excommunicationis percutiendo clericum euitat,nõ ſo
lùm defendendo ſe,ſed etiam patrem, matrẽ,vxorẽ,filiũ vel
filiam,ſecundum Inn.nõ autem defendendo extraneum:etiã
ſi miles mandato iniuriati hoc feciſſet . quod videtur intelli-
gendum quãdo occideret,mutilaret,vel grauiter lęderet cle
ricum.aliàs non videtur incurrere,ſecundum Archid.imò di-
co quòd nec ſi grauiter ſeruato moderamine:quia excommu
nicatio iuris nunquã eſt ſine mortali.Quantum verò ad eui-
tationem pœnæ perſonalis aut pecuniariæ:ſi volentes vim vi
repellere ab iniuriato,ſunt coniuncti:euitant pœnam ſecun-
dum modum.ff.de iuſti.& iur.l. vt vim.limitando eam per l.
in priuatis.ff.de iudi.ſimiliter ſi ſunt extranei deputati pro co
mitiua violentiam paſsi:ſi autẽ non erant ſic deputati,ſed vo
cantur in auxilium per paſſum iniuriam:ſic etiã euitant pœ-
nam vim vi repellendo incontinenti tantùm:non ex interual
lo,neque ſi nõ aduocantur in auxiliũ per paſſum. hęc omnia
Archid.Sed verius eſt quod de Bart.dictum eſt quòd quilibet
quemlibet poſsit defendere . & de hoc ĵ. de excommunica-
9 tione percutiendum clericos, notabili iiij. §.ix.¶Qui†etiam
ſubdit quòd vaſallus citius iuuabit patrem inuaſum ad mor-
tem,quàm dominum , ſi vtrunque non poteſt : quia patri te-
netur filius naturali & ciuili iure:domino autẽ ciuili tantum.
Item quamuis iuramento adſtrictus ſit ad iuuandũ dominũ:
tamen hoc iuramentum intelligitur ſaluo vinculo præcedẽ-
ti:quia ius alteri quæſitum non tollitur per ſecundã obliga-
tionem.extra de iureiur.ca.petitio.Secus videtur de patre in-
uaſo,quantum ad ſtatum,vel aliqua bona:vt ſ.Bellum.j.§.v.
Item in ſimili caſu magis patrẽ iuuabit quàm epiſcopũ ſuũ:
quia in beneficijs temporalibus,cuius ſunt ſubſtantia , vita &
huiuſmodi,tenetur quis magis patri carnali,quàm ſpirituali:
vt not.gloſſ.xxx.q.j.cap.j.& diſt.lxxxvj. non ſatis.¶Septimò,
10 †vtrum licita ſit prædicta defenſio pro rebus? Et dico quòd
Io.de Lig.diſtinguit.Aut enim volens propulſare violentiam
ſibi pro rebus illatam,iuſtè poſsidet,aut iniuſtè. Si iuſtè,hoc
poteſt incontinenti, & cum dicto moderamine: & hoc pro
rebus ſuis & ſibi depoſitis & cõmodatis,& pro rebus amico-
rum & propinquorum,eos ſcilicet adiuuando.diſt.lxxxiij.qui
conſentit.ex interuallo autem nõ licet:vt ſuprà.§.j.Si autem
poſsidet iniuſtè:aut poſsidet iniuſtè ab aliquo alio ab eo con
tra quem vult vim vi propulſare:& tunc licet ei contra illum
alium quandocunque volentem violentiam inferre , vim vi
repellere.Aut poſsidet iniuſtè ab eo,contra quem vult vim re
pellere:& tunc aut poſsidet primò vi, aut ſecundò precariò,
aut tertiò clam.¶Precarium†eſt quod præcibus petẽti vtẽ-
dum conceditur tandiu , quandiu is , qui conceſsit,patitur.ff.
de preca.l.j.& precaria dicitur ad preces aliquorum vſque ad
quinquẽnium contractus initus: vt extra eod.cap.j.In primo
caſu ſi ſtatim venit vt recuperet:non licet reſiſtere vi.C.vnde
vi.l.j.Si autẽ venit ex interuallo,licet reſiſtere:quia neque ex
interuallo licet alicui authoritate propria recuperare ablata.
In ſecundo autem caſu, cum ſcilicet precario poſsidet:tunc
poſt denegatã reſtitutionem licet illi ſcilicet petenti rem ſuã
ſtatim vim vi repellere:nec licet ei,qui ſic poſsidet, reſiſtere:
quia denegando videtur ſpoliare:ſed ante denegatã reſtitu-
tionem non poſſet vim vi repellere:licet poſsit reuocare pre
cariũ.In tertio verò caſu , ſcilicet cùm poſsidet clandeſtinè,
non licet vim vi repellere,ſed licitum eſt ingredi.& ſi ille nõ
admiſerit,ex tunc fit violentia . de quo §.ſequenti.¶Et†no-
tandum primò quòd licitum eſt pro rebus vim vi repellere
contra omnes,contra quos licitum eſt pro perſonis:ſi tamen
vim repellere volẽtes poſsint habere bona:vt excludãtur ſer
ui,monachi,& ſimiles:ſed tamen moderamẽ inculpatę tute
læ diuerſificari debet,attenta varia perſonarũ qualitate:quia
aliter & mitius cõtra patrem quàm contra penitus extraneũ:
& ſic de alijs,quæ conſideranda venirent.Et ſecũdò quòd vim
vi repellẽdo pro rebus incurritur irregularitas,ſi clericus vel
alius occidat vel mutilet:non autem incurritur excommuni-
catio,ſi quis eum percutiat ſeruato moderamine inculpatæ
tutelæ: quia excõmunicatio nõ incurritur ſine dolo,vel dia-
bolica ſuaſione.xvij.q.iiij.ſi quis.ſed irregularitatem quis in-
currit etiam ſine dolo:vt patet in iudice reum cõdemnante.
hæc omnia Ioan.de Ligna.Pro cuius dictis aduerte quòd ali
quando vim repellit poſſeſſor : aliquando ſpoliatus volẽs rẽ
ſuam recuperare.vide etiam infrà Excommunicatio.vj.§.iiij.
caſu ix.¶Octauò,†vtrum aliquo tenente rem meam, liceat
mihi illam auferre?Et dicit Panor.in c.ſicut.el iij.de iureiur.
quòd ſic,ſi recuperatio fiat incontinenti:qa vim vi repellere
licet.Si autẽ non fiat ſtatim , debet eam quis recuperare per
iudicem,ſi poteſt:alioquin ſi non põt,poteſt dominus in de-
fectu iudicis rem ſuam violenter recuperare,ſi aliter non po
teſt:arg.l.nullus.C. de iud.in gl. & l.ait prætor.ff.de his quæ
in fraud.cred.not.Inn.in c.olim.el j.de reſt.ſpol.& ſi aliter rẽ
ſuam habere nõ poteſt,licet furto eã tollere: nõ tñ licet per
mendacium:quia mentiri non licet pro vita alterius.xxij.q.ij.
ne quis.& ſic limita gl.in c.cupientes.de ele.lib.vj.Quomo-
do autem liceat rẽ meã vel æquiualens furari,vide infrà Fur
tum.§.xij. & xiij.¶Nonò†vtrũ prædicta defenſio poſsit au-
ferri per papam vel principem vel legẽ vniuerſalem aut mu
nicipalem?Et dicit Alber.in l.omnes. C.de epiſc.& cle.quòd
ſecundũ aliquos,defenſio tolli non poteſt,cùm ſit de iure na
turali:& videtur expreſſum in clemen.paſtoralis.§.pe.de re
iudica.Dominus autẽ Gabriel de Oſſeletis in ſuo tractatu,
tenet quòd ſi ſtatuto caueatur vt ꝓcedi poſsit nulla data de-
fenſione,valet.Pro quo facit,quia licet appellatio ſit ſpecies
defenſionis,tamẽ in multis caſibus tollitur.C.quorũ appell.
non recep. per totum. Item quia iura volunt in multis caſi-
bus nullam dari defenſionem.C.de ſica.l.fina.C.de adulte.l.
15 j.C.de fal.mo.l.ij.cum ſimilibus.Veritas†autem eſt quòd de
fenſio manualis eſt de iure naturali , & auferri non poteſt:&
de iſta in d.l.vt vim. ſed defenſio danda per iudicem reo pe-
tenti vel non petenti,eſt de iure gentium vel ciuili: & conſe-
quenter per aliud ius poteſt auferri:& conſentit Albericus.

## Rurſus de Bello.iij.vt eſt commune tangens clericos vel eccleſias.

1 *Clericis an bellum agere, aut arma portare,& quando liceat?*
2 *Prælatis eccleſiæ bella indicere,num licitum ſit? Et id cuius oc-*
*caſione? Et aduerſus quos?*
3 *Epiſcopis,vel clericis,num bellis intereſſe licitum ſit? Et ſub-*
*inde,quòd nec clerici manu propria depugnare poſſunt:nec co-*
*hortari,nec eſſe in ipſo actuali coſlictu:nec ante conflictum ad*
*occidendum vel mutilandum exhortari poſſunt.*
4 *Bellis qui interfuerint,nũ clerici effici poſsint? Et an clericus,*
*quæ cum domino in bello iuſto adeptus eſt , reſtituere tenea-*
*tur?Et quibus?*
5 *Eccleſia ad alicuius tuitionem & defenſionem, num incaſtel-*
*lari queat?Et qui in bello iuſto eccleſias incendunt & euer-*
*tunt,an ad emendationem teneantur?*
6 *Eccleſiarũ bona,qui in bello rapiũt,aut clericorũ agẽtiũ in il-*
*lius diſtrictu,cõtra quẽ bellũ geritur,nũ reſtituere teneãtur? Et*
*ibidem,quid iuſtè belligerantibus de eccleſijs rapere liceat? Et*
*quid de confugientibus ad eccleſias, dum hoſtes irrumpunt?*

1 BELLVM †tertiò, ſcilicet commune, vt clericos tangit
vel eccleſias,vt plenius innoteſcat,ſciendum eſt ꝙ cleri-
cis interdictũ eſt bellare.xiij.q.viij.per totum.& huius dupli-
cem rationem aſsignat Sanct.Th.ij.ij.q.xl. imò etiam arma
portare non debent abſque iuſta cauſa:puta ſi tranſeant per
loca periculoſa,ad terrorem latronum , licet percutere non
debeant.ar.xxiij.q.iij.Maximianus.& no. de vi.& hone.cle.el
j.in gloſſ.& ſi tertiò moniti non deſtiterint,perdunt priuile-
2 gium illius canonis,ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. ¶†Primò ve-
rò quæritur,vtrũ prælatis eccleſiæ , liceat indicere bella? Et
dico quòd ſic,ratione temporalis iuriſdictionis:vt not.Innoc.
in c.quod in dubijs.de pœ.imò & ſine tali iuriſdictiõe poteſt
epiſcopus indicere bellum pro cauſa ſpirituali:puta pro extir
pandis peccatis,vel bonis eccleſiæ defendendis:pro quibus li-
cet vti bello, vt probat text. in d.c.Maximianus.& huiuſmo-
di,quia dicit Hoſt.in Sum. quòd eius authoritate fieri poteſt
bellum, præcipuè pro fide,vel cõtra eũ , qui excõmunicatus
pro mortali parere nõ vult:pro qualibet aũt cauſa ſpirituali
poteſt excõmunicare:& cõſequenter ſi mãdatis eius non ob-
temperetur,poterit indicere bellum.Poteſt etiã prælatis in-
dicere bellum pro iniuria ſubditi ſui,de qua iuſtitia nõ fit,&
alios quaſi iniuriãtes in bello capere,vt no.Inn.in c. dilectus.
de app.&.c.ſicut.de iureiu.Non tamẽ debet epiſcopus vel ec
cleſia bella indicere contra Iudæos,ſecundũ Archi.quia vbi-
que ſunt parati ſeruire:nec perſequuntur Chriſtianos. ſecus
de Saracenis,q Chriſtianos perſequũtur.& eſt tex.xiij.q.viij.
diſpar.& ibi no. gl. ꝙ nec etiam Saracenis forent indicenda,
3 niſi Chriſtianos perſequerentur. ¶†Secundò,vtrũ liceat epi-
ſcopis vel clericis intereſſe bellis?Et dicit San. Tho.ij.ij.q.xl.
ꝙ prælati & clerici ex authoritate ſuperioris poſſunt inter-
eſſe bellis:nõ quidẽ vt pugnent manu propria,ſed vt iuſtè pu
gnantibus ſubueniãt ſuis exhortationibus,& abſolutionibus,
& alijs huiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus:ſicut & in ve
teri lege mandabatur,Ioſue vj.quòd ſacerdotes ſacris bucci-
nis in bellis clangerent.Et ad hoc primò fuit cõceſſum quòd
epiſcopi vel clerici ad bella procederent. quòd autem aliqui
propria manu pugnent, abuſionis eſt.hæc ille.Ioã.autem de
Ligna.videtur diſtinguere de bello inuadente & defendente:
dicens quòd epiſcopis non licet accedere ad bella ſine licẽtia
Papæ:maximè cùm vocantur ad bella ſecularia:ſecus ſi iura
ſua defendant.Inn.etiã in d.c.quod in dubijs. non variat,vt ei
imponit Pan.ſed diſtinguit.Nã,inquit Pan.primò dixit quòd
prælatus habens iuriſdictionem temporalem poſſet ex iuſta
cauſa bellum indicere,& alios incitare ad pugnam ante con-
flictum:quod ſi faciat in ipſo conflictu dicẽdo, pugnate for-
titer:vel emittendo voces exhortatiuas ad pugnã: fortè incur
rit irregularitatẽ:imò ſine fortè,ſecundũ Hoſt.ſi inde ſequi-
tur mors aut mutilatio:ſed quia obuiare videbatur c.pen.de
homici.& de cleri.percuſ.c.pen. poſtea dixit quòd cauſa de-
fenſionis poſſunt clerici intereſſe. Et ſubdit ipſe Pan.quòd ſi
ipſe clericus infert bellum,nõ debet intereſſe: ſi verò fuit ibi
cauſa defenſionis,ſed neceſsitas non erat ineuitabilis:& tunc
efficitur irregularis,ſi ex percuſsione ſua ſequitur mors aut
mutilatio,vt in d.c.penu.de homic.ſecus ſi ex aliena.Adde tu
quòd ſi neceſsitas eſſet ineuitabilis , non eſt irregularis,etiã
ſi occidat.Ex quibus omnibus collige quòd clerici non poſ-
ſunt.Primò pugnare manu ꝓpria , quia ſunt ad meliora de-
putati.Secundò,nec cohortari,vel eſſe in ipſo actuali confli-
ctu,niſi pro defenſione.Tertiò,quòd nec ante cõflictum poſ
ſunt exhortari ad occidendum vel mutilãdum, ſed ſolùm ad
liberandum fidem vel patriam : & ſi inde aliqui moriantur,
non imputatur eis:imò peccarent,ſi nõ facerent.xxiij.q.v.de
occidendis.& de homicid . poſtulaſti . & xxiij. q.iij.tua nos.
¶†Tertiò,vtrum qui bellis interfuerint,poſsint fieri clerici? 4
Et dicit Ray.quòd ſi quis interſit bello licito , nec interficit,
mutilat,aut præſtat cauſam mortis:ſi aliter ſit idoneus,pro-
moueri poteſt diſpenſatione nõ indigens.Si verò interſit bel-
lo illicito,& ibi homines ſunt occiſi , etiam ſi non per illum,
imputabitur illi propter culpam præcedentem: & ita nõ po-
terit promoueri.xv.q.j.c.vl.extra de cleri.percu.præſentium.
& de homicid.continebatur.& concordat Godo.& Hoſti.Et
addit Ray.quòd credit cum talibus epiſcopum poſſe diſpen-
ſare: dũmodo nec mors nec mutilatio fuerit ſubſecuta, ſcili-
cet per illos promouendos argu.de cleri. pugnan.in duel.c.j.
& ij.¶Quartò , vtrum teneatur reſtituere clericus qui iuit
cum ſuo domino habente iuſtum bellum,& inde aliquid aſſe
cutus eſt de bonis hoſtium. Et dicit Veruec. ꝙ ſi datum fuit
illi ab his quibus licuit rapere,põt illud retinere : ſi verò ipſe
rapuit,tenetur ad reſtitutionem damnificato quidem ſi ſit:
alioquin pauperibus:quia ſicut bellandi,ita rapiendi non po-
tuit ei ſuus dominus authoritatem dare:poſſet tamẽ illud re
tinere de conſenſu domini qui iuſtè pugnauit,ſi conſenſerit
dum guerra durat:quia perinde eſt ac ſi dominus rem illam
dediſſet ei . & idem dicit Monal.¶†Quintò, vtrum eccleſia
poſsit incaſtellari ad aliquẽ defendendũ? Et dicit Archi.in c. 5
ſanctorũ patrũ.x.q.j.quòd non eſt aliqua eccleſia incaſtellã-
da ad aliquem offendendum . & ſic intelligitur prædictum c.
cum ſimilibus.ad defenſionem verò bonorum,& eorum qui
in caſu licito ad eam confugiunt,incaſtellari poteſt,ar.de im
mu.eccle.cum eccleſia.& in hoc concordat Innocẽ. & Hoſt.
ſed Hugo intelligit quòd incaſtellari non debet etiã à cleri-
cis:etiam ſi laici velint inſultum facere contra eam,vel pro-
pter obligationes, vel propter alios , vt ipſis laicis reſiſtatur:
niſi interueniat authoritas Papæ : ſed fortè qđ præmittitur,
verius eſt.Archi.Et cum prima opinione communiter tranſ-
eunt ibi doct.vt dicit Panormit.¶Sextò,vtrum hi,qui in bel-
lo iuſto eccleſias incendunt vel euertunt,teneantur ad emẽ-
dam?& Vltr.& Veruec.dicunt quòd tenentur, concurrenti-
bus duobus.Primò quòd nõ ſint incaſtellatæ.Secundò quòd

à propoſito hoc faciant:non autem tenentur,ſi ſunt incaſtellatæ ab his,qui habent iniuſtũ bellum, etiam ſi hoc faciant à propoſito:nec ſi non ſunt incaſtellatæ quando hoc non fit à propoſito:ſed à caſu,ſcilicet dũ iuſtè bellantes præſtant operam rei licitè incendẽdo machinas hoſtium,& huiuſmodi:ſicut ſecundum Sum. Confeſ. quando incẽdunt villam aut caſtrum,quod aliter commodè capere nõ poſſunt. Et intellige à caſu,id eſt,præter voluntatẽ,licet non præter ſcientiam:ſicut quando Dux ſcit eccleſiam comburendam cum reliquis
6 ædificijs:tamen ſi poſſet vellet eam non comburi. ¶ † Septimò,quid de rebus quæ rapiuntur de eccleſia,aut quę ſunt bona eccleſiarum vel clericorum exiſtentium in terra illius cõtra quẽ bellum gerit? Et dicit Veruec. quòd raptores horum reſtituere tenent,niſi primò de authoritate prælati eccleſiaſtici hoc fieret:vel ſecundò,niſi eſſent victualia,& huiuſmodi:intellige ſi cũ hoc nõ ſunt bona eccleſiæ vel clericorũ,vt colligitur ex Sum.cõfeſ. Et ſic collige quòd de eccleſia rapere nõ poſſunt iuſtè bellantes,niſi victualia hoſtium,& huiuſmodi:puta eorũ arma,& alia ſua, quibus iuuabantur contra hoſtes. ¶ Octauò,quid de confugientibus ad eccleſiam dum hoſtes irrumpunt? Et dicit Veruec. quòd ſi tales incaſtellauerunt eccleſiam:aut inde impugnauerũt iuſtos hoſtes,gaudere non debẽt immunitate eccleſiæ quam ipſi primò violauerunt inde pugnãdo:ſimiliter ſi ibi victualia reponant,quibus ſuſtententur in hoſtium impugnatione,non peccãt rapiendo iuſtè pugnantes:nec reſtituere tenentur. Et idem Vldr.

## De benedictione & rebus eccleſiaſticis benedicendis.

1 *Benedictio duplex eſt,nempe rerum ac perſonarum. Rurſus perſonarum duplex quoq; eſt. Et item rerum quoq; benedictio bipertita eſt. Et vnaquæque abs quo fieri poſſit & debeat?*

2 *Epiſcopo quæ cõueniũt,an poſſint de iure,aut cõſuetudine ſimplici conuenire ſacerdoti? Et ep̃o quippiã cõuenire,quot modis poſſit? Et num ab inferoribus aduerſus ipſum Epiſcopum, in his præſcribi queat?*

3 *Benedictio calicis,corporalium,veſtimentorum,& huiuſmodi, ordinisnè ſint an iuriſdictionis,an verè dignitatis? Et quando ab Epiſcopis benedictiones huiuſmodi fieri poſſint?*

4 *Benedictio calicis,ornamentorum,& huiuſmodi ad miſſas celebrandas,num à ſacerdote fieri queat? Et quid Sixtus quartus conceſſerit ſacerdotibus ordinis minorum,& prædicatorũ?*

5 *Abbates,quænam ex his,quæ ſuperius dicta ſunt, benedicere poſſint? Et eorum quæ ad altaris ſacrificium pertinent, quænam benedicenda ſint? & quibus benedictio neceſſaria non ſit?*

6 *Rurſus benedici ex his q̃ ſuprà dicta,quænã d beãt & quãdo?*

7 *Ad vſus humanos num aliqua ex his,quæ ſuprà dicta ſunt,cõuerti poſſint? Et quid de his,quæ iam vſu,& vetuſtate attrita ſunt? Item quid de hoſpitali,aut monaſterio epiſcopi authoritate extructo,an ſi nondum conſecratum ſit,ad ſeculare habitaculum conuerti queat?*

8 *Corporalia an poſſint per laicos ablui,& an per moniales:& vaſa ſacra,palla,& corporalia huiuſmodi contingere queãt? Et an veſtibus ſacris mortui indui poſſint? Et quid de epiſcopis & ſacerdotibus.*

9 *Benedicere aliquid præter ſupradictos,num alij poſſint? Et qui, ac quãdo? Et quid de muliere? De benedictiõe autem nuptiarũ remiſſiuè.*

1 BENEDICTIO † miniſtrorũ eccleſiæ eſt duplex.prima rerũ, puta aquæ, de qua ſuprà Aqua benedicta.& veſtiũ ac vaſorum. Et ſecunda perſonarum,que dicitur benedictio ſuper populum:& duplex eſt. Prima.ſcilicet ſolẽnis,quę cum illa fit ſolemnitate, Adiutoriũ &c.& hanc facere poſſunt epiſcopi ſolùm in tota ſua diœceſi: & archiepiſcopi in tota prouincia:cũ viſitãt? Et legati in terminis ſuæ legatiõis:& abbates,q̃bus ex priuilegio cõceſſũ eſt,vt notat xxvj.q.vj.miniſtrare.de cõſe.diſt.j.cùm ad celebrãdas.de exceſ.prælat.accedẽtibus.de priuil.Abbates.lib.vj. Sc̃da eſt ſimplex:& hæc fit à ſacerdotibus in miſſa abſente epiſcopo aut de mãdato eius interp̃tatiuo,cũ p̃ſens eſt.xxj.diſtin.deniq;.xcv.diſtin.ecce ego. Et hoc dixit Ray. & gloſ.eius vt in Sum.cõfeſ.lib.iij.titu.xxvij.q.x.vbi etiã dicit quòd presbyter celebrãs præſente epiſcopo,innuere debet ei an velit b̃ndicere:& ſi velit,ipſe nõ benedicat.ſi verò nolit, b̃ndicat ipſe ſimplici benedictiõe nulla alia expreſſe licẽtia petita:q̃a ex quo p̄mittit celebrare miſſam,intelligitur ſpectãtia ad illud p̄mittere:argu.de offic.de leg.præterea. Huiuſmodi aũt eſt benedictio. de cõſe.diſtin.j, miſſas. Benedictio etiã aliarũ rerũ eſt duplex, vt patet p̄ notata in d.cap.Abbates.quædam ſcilicet cũ ſacra vnctione,vt benedictio altaris:quædam autẽ eſt verbalis ſolùm,vt benedictio veſtium. ¶ † Primò verò quæritur pro notitia dicendorum,vtrum ea quæ conueniunt epiſcopo, conuenire poſſint de iure vel cõſuetudine ſimplici ſacerdoti? Et dico quòd tripliciter aliqua epiſcopo conueniunt. Primò,ſcilicet ratione ordinis:& hæc ſecundum gloſ.in cap.tranſmiſſa. de elect. & text.in ca.quanuis.lxviij.diſtin. ſunt velut clericos ordinare vel deponere,conficere chriſma,cõſecrare virgines,eccleſias,vel altaria,baptizatorum frontes criſmare, benedicere, & huiuſmodi: de quibus dicit Panormi. in cap. tranſmiſſa. quòd in electum confirmatum non tranſeunt, niſi poſt conſecrationem,id eſt,poſtquam habuerit ordinẽ epiſcopalem. qui in ipſa conſecratione confertur. Et ſecundò ratione iuriſdictionis.& de his gloſ.cap.tranſmiſſa. exemplificat:ſicut eſt iudicare,excõmunicare,corrigere,iuramenta recipere à vaſallis,confirmare,inueſtire,conferre beneficia,& ſimilia. Et tertiò ratione dignitatis epiſcopalis : vt cognoſcere de cauſa matrimoniali, publicas pœnitentias imponere, vel dare indulgentias,& huiuſmodi.de quibus Panormi.in cap.accedentibus.de exceſ.præla. Igitur quæ conueniunt ei primo modo per inferiorem acquiri non poſſunt per conſuetudinẽ quantumcunque vetuſtam,vt patet ex cap.quanto.de conſue. vbi etiam omnes doc. cõcordant:ſed quæ conueniunt ei ſecũdo modo.per inferiorem clericũ præſcribi poſſunt: vt patet per c.auditis.&.c.olim.de præſcri. & in hoc etiam ibi cõcordant doctores:& ſimiliter præſcribi per inferiorẽ poſſent ea, quæ ſunt dignitatis epiſcopalis: vt patet per d.c.auditis.&.c, cum olim.&.c.accedentibus.vbi & Pan.dicit iſta bene poſſe acquiri per cõſuetudinẽ : ex quo habetur quòd dicũtur eſſe potius iuriſdictionis quàm ordinis: vnde poſt cõfirmationẽ & ante conſecrationẽ electus in epiſcopum concedere poteſt indulgentias,etiã ſi nõ ſit ſacerdos: vt patet per doc.& Pan. in d. c.accedentibus.quia iſtud eſt iuriſdictionis. Et idem dic de cognitione cauſarum matrimonalium, & impoſitione pœnitẽtiarum publicarum. Ad huiuſmodi tamẽ præſcribenda, ſecũdum Pan.in c.auditis.requiritur titulus putatiuus,cũ ius cõmune reſiſtat:vel tantũ tẽpus,de cui[9] initio memoria hominum non exiſtit:vt in c.j.de præſcrip.lib.vj. ¶ † Secũdò, vtrũ benedictio calicis,corporaliũ,& veſtimentorũ,& huiuſmodi, ſit ordinis,vel iuriſdictionis,vel dignitatis epiſcopalis? Et dico hoc multis eſſe dubiũ:quibuſdã dicentibus quòd ſunt ordinis : quia ſi eſſent iuriſdictionis vel dignitatis epiſcopalis, præſcribi poſſent,vt patet ex dictis, non ſolùm per abbates, ſed etiam per inferiores, & conſequenter iſti poſſent etiam corporalia benedicere:quod eſt abſurdum nullibi auditum, & contra omnẽ conſuetudinẽ. Quibuſdam verò econtrario dicentibus quòd ſunt iuriſdictionis vel dignitatis: quia ſi eſſent ordinis,præſcribi nõ poſſent per abbatem aut alium inferiorẽ epiſcopo:& cõſequẽter abbas nõ poterit benedicere, etiam veſtes aut alia paramẽta:quod abſonũ & cõtra conſuetudinẽ videtur:cũ benedicat paramẽta nõ ſolùm ſuarũ eccleſiarũ,ſed etiã vndecũq; venientiũ. Dico aũt ꝙ de iure vel cõſuetudine omnia iſta ſunt ordinis epiſcopalis ſecundũ cõmunem doctorũ ſententiã:quã etiã tenet Pan.in c. aqua.de conſe.eccle.vbi quærit quare delegari non poſſunt ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis,ſed alia? Et ſic reſpõdet ideo eſſe,quia poteſtas exercendi ea quæ ſunt ordinis,à nuda volũtate ſuperioris non depẽdet:ſed cõſiſtit in certa forma per eccleſiã traditã. Et iſta eſt ratio decidẽdi tex.in d.c.aqua.quæ verò ſunt iuriſdictionis,conſiſtunt in nudo exercitio voluntatis:ideoq; delegari poſſunt cuicũq;. ſecus in his,quæ ſunt ordinis.hęc ille. Ex quibus patet propoſitum,ſcilicet quòd prædicta ſint ordinis, quia eorũ benedictio cõſiſtit in certa forma p̄ eccleſiã tradita:vt in benedictiõe calicis patet:vbi requiritur vnctio, & ſpiritualis oratio,& benedictio:in benedictione autẽ corporaliũ requiritur alia ſpecialis forma:& alia in benedictiõe veſtiũ:vnde omnes hm̃oi benedictiones ſunt ordinis epiſcopalis. Et ad rationẽ probantẽ ꝙ nõ,dico ꝙ horũ quædã ſunt ordinis epiſcopalis propriè,vt quę numerãtur in d.c. quãuis. & generaliter omnia q̃ vnctione benedicũtur:& quędã reductiuè,vel largè fortè ratiõe cõſuetudinis:vt ea quę ſuperaddunt doctores.vnde abbates præſcribunt horum quædam,& nõ omnia,vt benedictionem veſtium, nõ autem vaſorum ſiue calicum. Et præterea idem probatur cõſuetudine generali:quia tales benedictiones nunquã niſi poſt conſecrationem cõferunt.ſi autem eſſent iuriſdictionis vel dignitatis,poſt cõfirmationem & ante conſecrationem cõferre poſſent, ſicut
4 & alia huiuſmodi conferũtur. ¶ Tertiò,† vtrũ benedictio calicis,paramentorũ,& huiuſmodi,pro miſsis celebrandis,fieri poſsit à ſacerdote? Et dicunt doc.in cle.attendẽtes.de ſta.reg. quòd non:quia ſunt potius ordinis epiſcopalis. Et idẽ tenent in c. abbates.de priuil.li.vj.& Sum.Roſel.& hoc habet cõſuetudo:& ſimiliter ſtylus curiæ dãtis priuilegia ordinibus religioſorum:vt benedicere poſsint paramẽta,excepto corporali. qđ fruſtra fieret,ſi hoc iure vel cõſuetudine poſſent. Sum. tamẽ Ang.dicit,ſuo iudicio ſacerdotes poſſe benedicere paramenta,hac ratione:quia omnia quæ ſunt ordinis poſſunt, niſi ſint ordinis epiſcopalis,vel ſint eis ſpecialiter interdicta. capite,quanuis.xcviij.diſtinct. & d.c.ecce.& lxviij.diſtinct.legimus.ſed benedictio paramentorum nõ eſt ordinis epiſcopalis:quia competit abbati ex cõſuetudine,vt tenent doct.in d.cle. attendentes.quod fieri nõ poſſet,ſi eſſet ordinis epiſcopalis.ar.eorũ quæ notãtur in c. pe.de conſe. eccle. vel altar. non eſt etiã eis prohibitum:vnde credo,inquit, quòd poſsint omnia pertinẽtia ad celebrationẽ miſſarũ,quæ cũ ſacra vnctione non fiũnt nec ſunt eis ſpecialiter prohibita, poſſunt benedicere. Sed iſta ratio aſſumit duo falſa. Primũ, ꝙ ſimplex ſacerdos poſsit quicquid non eſt ordinis epiſcopalis, vel ei ſpecialiter interdictũ:& inſtãtia eſt de his q̃ de cõſuetudine reſeruãtur epiſcopo:ſicut eſt abſolutio ab homicidio. Secundũ eſt,quòd benedictio veſtiũ nõ ſit ordinis epiſcopalis:ꝙ ſaltẽ de cõſuetudine falſum eſt. Recitat tñ Sum.Roſel. Sixtum quartum hoc cõceſsiſſe ſimplicibus ſacerdotibus ordinis Minorum,vt benedicere poſsint omnia eccleſiæ vel altaris ornamenta & veſtes ſacerdotales, & huiuſmodi, excepto corporali.& cõſequenter idẽ poſſunt ſimplices ſacerdotes or
5 dinis Prędicatorũ. ¶ Quartò,† vtrũ abbates poſsint benedicere prædicta? Et dicit Gem.in d.c.abbates.ꝙ benedicere poſſunt omnia,in q̃bus eſt b̃ndictio verbalis ſolũ,& quãdo faciũt ad opus ſuarũ eccleſiarũ:aliàs nõ. Sed dubiũ eſt de b̃ndictione corporalis,quæ eſt verbalis,& paramentorũ eccleſię non ſuæ quæ ex cõſuetudine benedicit:& ideo dico ꝙ calices vel corporalia nõ poſſunt benedicere de iure, per c. conſulto. de cõſe.d.j.vbi tex. loquitur de corporali,& à fortiori intellige de calice,nec de cõſuetudine quæ nunc fit, quia ita obſeruatur,imò nec quę ſit poſsibilis quantũ ad calicẽ:quia ratione vnctionis eſt ordinis epiſcopalis propriè, vnde pręſcribi non poteſt,licet Cardi.in d.cle.attendentes.& Sum.ang.ſenſerint contrariũ:poſſunt tamẽ pręſcribere benedictionẽ corporaliũ quæ ſine vnctione fit:quomodo verũ dicit Gem. veſtes autem & alia paramẽta poſſunt de iure benedicere:vt probari videtur in d.c.abbates.iuncta gloſ.in verbo, quaſi epiſcopalem.quia ex quo habent iuriſdictionẽ quaſi epiſcopalẽ,vt ibi dicitur,vnde vtũtur inſignijs epiſcopalibus : poſſunt ea,quæ non ſunt ordinis epiſcopalis propriè,ſed largè ratione conſuetudinis. Et ſi hęc nõ poſſunt de iure ſaltẽ cõſuetudine poſſunt:quia ita ſeruatur quãuis Gul.& Inno.& quidã alij in cle. attendẽtes.de ſta.reg.velint quòd nullo modo poſsint benedicere veſtes & paramẽta,etiã eccleſiarum ſuarũ. ¶ Quintò quęritur,quæ benedicenda ſunt in ſpectantibus ad ſacrificiũ altaris. Et dico,vt colligitur ex diuerſis doctoribus ꝙ benedici debet eccleſia,vel altare,& calix,& veſtes ſacerdotales, ſcilicet amictus,alba,cingulũ,manipulus,ſtola,& caſula:non autem camiſia, ſecundũ Archi.& corporale,quod eſt quędã palla,& palla altaris,id eſt veſtis,qua altare operitur,ſecundũ glo.Ray.ſupra quã & immediatè extẽditur corporale, ſi cõmodè poteſt:licet in caſu neceſsitatis vt cùm alię nõ habentur ſufficiãt tobalię laicorum:quibus deinde ipſi vti poſſunt quia non ſunt ad cultum diuinum deputatę:ſed pro neceſsitate ad tempus aſſumptæ. Et hoc cõſonat dicto Hoſtien. quòd iſta poſſunt à mulieribus tangi,quando non ſunt per epiſcopum benedicta. Et ſimiliter ſecundũ laudabilem cõſuetudinẽ aliquorũ b̃ndicendũ eſt miſſale,licet gl.in c.j.de pigno.dicat cõtrariũ:& ſimiliter libri altaris:vt dicũt Hoſt.Io.& Butr. Car.Pan.Imol. & Barba.in c.j.de pig.& p̄batur:q̃a in libro pontificali eſt pecialis benedictio pro iſtis libris. Et ratio:q̃a benedicũtur omnia,quibus in illo myſterio vtitur ſacerdos vt ſacerdos. Vnde nõ benedicitur pallium altaris de neceſsitate:quia nec eo neceſſariò vtitur:nec vrceoli,eadẽ ratione,
& ſimilia. ¶ Sextò † quæritur,quæ ſint in prędictis rebenedicẽda? Et dico ſecundũ Per.de Pal in iiij.di.xxiiij. quòd veſtes 6
ſacerdotales,cũ quibus ſchiſmatici celebrauerũt, nõ oportet propter hoc iterũ benedici,ſicut nec altaria,ſuper quæ celebrauerũt,recõſecrari,nec ſepultos ab eis,exhumari.de ſacramẽ.nõ iter.c.à nobis.ſed eccleſiæ ab ei; cõſecratæ eſſent recõſecrãdæ,& veſtes benedictę ſunt rebenedicẽdæ:ſed ordinati ab eis nõ ſunt reordinãdi:nec baptizati rebaptizãdi:q̃a iſta ſunt duo ſacramẽta,ſu p̄ quæ eccleſia nõ põt dare poteſtatẽ ad libitũ,nec auferre ſicut ſu p̄ ſacramẽtalia,quæ ſunt ex eius inſtitutiõe. Cũ autẽ veſtes ſacræ rumpuntur:refici poſſunt,& filũ nõ ſacrũ,& pãnus nõ benedictus poſſent apponi,quãdiu manet forma ſacrę veſtis,nec oportet eas benedici licet per partes plures reficiãtur:aliàs ſic.de cõſe.eccle.quod in dubijs. in gloſſ. Dico autem formam mutari,quando tanta pars eſt amota, quòd non liceret ſine illa celebrare : puta medietas vel tota manica albę:& tunc tutum eſt vt ſuperſuatur pars noua antequam abſcindatur vetuſta:& ſic ſemper remanebit forma. Quando autem ſunt duplicata tẽpore benedictionis,caſula,ſtola, vel manipulus : ſi poſtea diuidantur, vtraque pars remanet benedicta:quia etiam multæ caſulę,ſtolę, vel manipuli vnica benedictione conſecrantur. Hęc ille. Quod autem iam nõ licet cum aliqua veſte celebrare, videretur ſtandum iudicio boni viri. De cingulo autem fracto,vi-

detur quòd quandiu altera pars tanta remanet quòd ſufficiat ad honeſtè ex more cingẽdũ, liceat cũ eo celebrare, maximè in neceſsitate: quia videtur eſſe corpus vniforme: cuius ſcilicet quælibet pars eſt eiuſdẽ rationis vel qualitatis cum alia vel cũ toto, licet nõ eiuſdẽ quãtitatis: & multò fortius licet ſi antequã fractura cõpleatur, fortificetur nodo vel gruppo. Ad iſta autẽ facit dictum Pe. de Pal. communiter approbatum, ſcilicet quòd ſi de ſtola fiat manipulus vel econtra, nõ oportet quòd iterũ benedicantur: quia ſcilicet nõ videtur eſſe alia forma, niſi quòd vnũ eſt longius, aliud breuius: quæ breuitas
7 formam non mutat. & ita in cingulo. ¶ Septimò, † vtrum aliqua de prædictis cõuerti poſsint ad vſus humanos? Et dico ꝙ ſemel dicata Deo nullo modo conuerti debẽt in vſus prophanos: ſed vetuſtate conſumpta comburenda ſunt, & cineres in eccleſia reponẽdi. c. quæ ſemel Deo. de reg. iu. li. vj. Huiuſmodi autẽ ſunt, ſecundũ Pe. de Pal. & alios doc. pallæ altaris, corporalia, vela, & cortinæ eccleſiæ vel altaris, quæ ante arcã vel ſupra extenduntur, vel de pariete ad parietem in Quadrageſima aut quæ ad parietes pendẽt: & ligna, quæ poni nõ debẽt in coquina, aut vineis paſtinãdis, ſed in alia eccleſia, vel in capitulo, vel dormitorio, vel refectorio fratrum: quæ loca omnia ſacra reputanť. de cõſe. di. j. ligna. cũ gl. vel in alio loco honeſto, ſecundũ alios. Et idẽ intelligiť de lapidibus eccleſiæ deſtructæ: ex quo videtur quòd tumbæ factæ, in ædificijs poni poſſent religioſorũ, quãuis factæ fuerint religioſæ: dum tamen per earũ amotionẽ defunctorũ memoria nõ deleatur, ſed fiat noua tumba: vel ponatur epitaphiũ in pariete, quãdo iam tumba ſic eſt deſtructa, quòd nec apparet litera: nec intereſt defuncti eã nõ amoueri. Monaſteriũ etiã, eccleſia vel hoſpitale authoritate epiſcopi fundatũ vel ędificatum, licet nõdum conſecratũ, nõ debet ex tunc reuerti ad ſeculare habitaculũ. xix. q. iij. quę ſemel. hęc omnia Pet. de Pal. Huiuſmodi etiam ſunt cathedra & cãdelabrũ, & ſecundũ Ray. peluis, in qua diaconus abluit corporalia: huiuſmodi etiã videť eſſe terra cœmeterij vel eccleſię & ruinæ murorũ: quia ſi honor defertur prædictis cineribus, quare nõ etiam prędictis? vnde
8 poni non debent in loco iniurioſo. Et † ſubiungit Pet. de Palu. quòd corporalia nõ ſolùm non conuertuntur in vſus prophanos: ſed etiam nõ ſunt abluẽda per laicos, nec per mulieres, nec moniales. xxiij. di. c. vaſa. & c. ſacratas. vbi diciť quòd nec palla, nec vaſa ſacra, nec corporalia debent contingere ſi ex deuotione hoc faciant, pręſumptuoſa eſt: vnde nec prętextu pietatis mortui ſunt ſacris veſtibus induendi: Quòd autem ſacerdotes & epiſcopi ſic induti ſepeliũtur: poteſt dici ꝙ non debent illę veſtes eſſe benedictę: vel ſi ſunt, conſuetudo excuſat: & ſimiliter moniales quę corporalia lauant. Scuta autem mortuorum in eccleſia appẽſa, pro neceſsitate eccleſiæ milites tollere poſſent, ſicut Dauid gladium Golię. j. Reg. xxj. hæc ille. Poſſent tamen vaſa eccleſiaſtica & calices cõfracti vẽdi in caſibus conceſsis: de quibus ſuprà Alienatio: integra verò nõ, niſi alteri eccleſię vel loco religioſo: vt in c. ligna. de cõſec. diſtinct. j. vide tñ infrà Corporale. §. j. ¶ Octa-
9 uò, vtrũ † aliqui alij à prædictis poſsint aliquid benedicere? Et dico quòd diaconus poteſt benedicere menſam abſente presbytero: non autem eo pręſente, niſi ſit diaconus Cardinalis, ſecundum notata in capite, legimus. xciij. diſtinctio. mulier quoque benedicere nõ poteſt, niſi eodem modo, quo poteſt quilibet bonus Chriſtianus. cap. noua. de pœni. & remiſſ. quia ea quæ ſunt ordinis, non cadunt in mulierem. De aqua benedicta, vide ſuprà Aqua. De ſecundis autem nuptijs an ſint benedicendæ, & de benedictione nuptiarum, infrà Nuptiæ.

## De Beneficijs ac dignitatibus eccleſiaſticis, & præbendis in genere vel ſecundum ſe.

1 *Beneficium variè accipitur, & quid in quauis acceptione? Item quid præbenda: quid item dignitas? Et qui dignitatem habere dicantur? Et quid dicatur perpetuum?*
2 *Dignitas, officiũ perſonatus, quõ inter ſe differãt? Et quid ſint?*
3 *Beneficia eccleſiaſtica, in quotuplici ſunt differentia? Et num altaria, quæ in titulũ perpetuũ dãtur, beneficij nomẽ obtineãt?*
4 *Præbenda, ſit nec quippiam ſpirituale?*
5 *In dignitate, quot modis quis eſſe poſsit? Concluſionibus ſeptem expedit.*

BENEFICIVM † dupliciter ſumitur ſcilicet pro actione benefactoris, & pro re, quam benefaciendo confert. Beneficium igitur primo modo eſt actio gaudium tribuens capiẽti. in li. feu. c. j. ex qui. cau. feu. amit. & Panor. in c. vnico de commo. & in c. ad audientiam. de præſcri. Beneficium autem eccleſiaſticum, eſt actio gaudium tribuẽs accipienti eccleſiaſticum reditum propter officium tributũ. de pręben. cum ſecundum. xviij. diſt. ſi quis ámodo. Prębenda verò ſecundum Hoſt. eſt ius percipiendi prouẽtus in eccleſia ſcilicet collegiata, competens tãquam vni de collegio: natum ex canonia ſicut filia ex matre: quia ex quo quis habet canoniam, debet habere prębendam. extra eodem. c. relatum. & conſequenter prębẽda propriè conſiſtit in fructuum perceptione: canonia verò in iure alicuius recepti in canonicum: ad quod ius poſtea ꝑtinet prębẽda, ſtallus in choro, vox in capitulo: vt in d. c. relatum. Quandoq; tamen præbenda largè ſumitur pro iure quod alicui non tanquam de collegio, ſed ratione miniſterij, officij, paupertatis, vel vtilitatis conceditur vtẽdo & fruẽdo in vita ſua certis rebus eccleſiæ vt reditibus, quos canonici recipiunt vel alij: & de tali habetur in c. quia nõnullis. xvj. q. j. poſſeſsiões. & §. illud. & tales ꝑbẽdas habẽt laici maximè nobiles: vt in c. cũ M. de cõſtit. in gl. vj. Dignitas autem eccleſiaſtica, ſecundum Inn. & Hoſt. eſt quædam pręeminentia in gradu: & quaſi pro eodẽ ſumitur cũ ꝑſonatu: vt eſt archidiaconatus, & primiceriatus, & decanatus, & hmõi: & diciť quãdoq; ꝑſonatus, ſecundũ Pe. de Anch. ab honorificẽtia, in qua perſonã ponit: quãdoq; officiũ ab ipſo officio quod exercet: vt de conſti. cum acceſsiſſent. quãdoq; aſſumit ſua propria & ſpecialia nomina: ſicut hoc nomẽ cuſtodia, ſuccentoria, decanatus præpoſitura, & ſimilia. In quo autem conſiſtat iſta pręeminẽtia, limitat Arch. c. j. de cõſue. li. vj. dicẽs: Dignitas eſt adminiſtratio rerũ eccleſiaſticarũ cũ iuriſdictiõe. Vnde ſecũdũ Pan. in c. de multa. de pręben. habere dignitatẽ eſt habere iuriſdictionẽ, ſcilicet quo ad forũ cõtentioſum. & intellige etiã in modicis cauſis, ſecundũ Per. de Anc. in cle. ſi dignitatẽ de prębẽ. ſicut habẽt archipresbyteri in eccleſia Pictauiẽſi, qui excõmunicãt, ſuſpẽdũt, & abſoluũt. Et ſic ſecũdũ Arc. ꝑpter talẽ gradũ habẽt dignitatẽ: & cõſequenter ſunt excluſi à pœna. c. licet canon. de elec. & c. ſtatutũ. li. vj. Vnde etiã quilibet rector ſeu prior eccleſię collegiatę dicitur habere dignitatẽ: vt notauit Paul. in cle. j. de ele. & in cle. ne in agro. de ſta. mo. & Dñi de Rota deciſi. clxvj. ꝓ quo etiã facit tex. in c. idẽnitatibus. de elec. li. vj. vbi abbatiſſa diciť habere dignitatẽ. Et cõſentit etiã Car. in cle. ij. de reſcr. & ibi eſt gl. dicẽs in hoc eſſe approbatã opinionẽ Abbatis: ſed tñ Inn. in d. c. de multa. limitat ſi eſt ꝑpetua allegãs c. ij. de ſta. mona. §. ſi. tamen ſufficit ſi non ſit perpetua, dũmodo poſsit eſſe perpetua: quia perpetuum dicitur, quod eſt in potentia perpetua. vt not. Cardi. in d. clem. ij. & eſt pro hoc text. in cap. clericos. in verbo, perpetuam. iuncta gloſſa. de coha. cleric. & mulie. ¶ Primò † verò queritur, quomodo differant dignitas, officium, & perſonatus? Et dico quòd dignitas eſt prærogatiua cum iuriſdictione: perſonatus autem, ſecundum Archid. vbi ſuprà, eſt quædam prærogatiua in eccleſia ſine iuriſdictione: vt habere ſtallum honorificum in choro, in capitulo, in optionibus, in proceſsionibus, in vocibus dandis, & ſimilibus, plus quàm alij ſui ordinis. Officium verò, ſecũdum eundẽ, eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictiõe, ſicut officium habent, & non dignitatem, ſyndici, procuratores, caſtaldi. de quibus j. q. ij. Saluator. & vicedominus, & ſimiles, qui ſicut picę habent referre: ſed ſicut dicit Pan. in cap. de multa. de præben. iſta iure non probantur: & potius credendum eſt quòd ex varietate locorum inſurrexerunt hæc diuerſa vocabula: quia in multis locis dignitas appellatur perſonatus, & in aliquibus quodlibet beneficium curatum dicitur perſonatus: & ideo in illis debet attẽdi ſubſtãtia rei, magis quàm de-
3 nominatio. ¶ † Secundò quæritur, quæ ſunt beneficiorum eccleſiaſticorum differentiæ, ſiue quotuplex eſt beneficium? Et dico quòd in genere eſt duplex. Primò, ſcilicet religioſum, ſiue ſit ſimplex, vt canonicatus regularis: ſiue duplex, vt abbatia, prioratus, vel aliud habẽs iuriſdictionẽ: & ſecũdò ſeculare. Et iſtud eſt multiplex, ſcilicet maximum, vt Papatus: maius, vt epiſcopatus: mediocre, vt dignitas, vel perſonatus, vel aliud habẽs curam: & minus ſeu ſimplex, id eſt ſine cura, vt canonia, capellania, aduocatoria, & huiuſmodi. Et eſt aliud largè dictum non habens adminiſtrationem, quãdo ſcilicet aliquis habet beneficium non in titulum: ſicut beneficium habent capellani ad nutum amouibiles: quando autem habetur beneficium in titulum, cui eſt aſsignata dos, quantũcunque ſit ſimplex, dicitur habere beneficium cum adminiſtratione, ſecundum Gemi. in c. præſenti. de offic. ordi. lib. vj. ¶ Tertiò, vtrum altaria, quæ dantur in titulum perpetuum, dicantur beneficia? Et dicit gloſſa in clemen. ij. de deci. Et ſequitur Gemini. in cap. j. de conſu. lib. vj. quòd ſic. & appellatione beneficij, altaria prædicta intelliguntur: vt facit cap. ij. de conceſ. præben. Secus ſi non dantur in titulum: quia propriè
4 non dicuntur beneficia. ¶ † Quartò, vtrum præbenda ſit aliquid ſpirituale? Et dicit Panormi. in cap. dilecto. de præben. quòd ſi eſt annexa iuri canoniæ, partim eſt quid ſpirituale, & partim temporale. Si verò non eſt ei annexa: vt quia in eccleſia non ſunt præbendæ diſtinctæ, ſed omnia communia, & per capitulum aſsignatur iſti vnum prædium in præbẽdam, & alteri aliud, vel quid ſimile: vel etiam ſi ſunt diſtinctæ tamen non ſunt canonicatibus annexæ, quia non eſt ibi numerus canonicorum: tunc eſt quid merè temporale: & concedi poteſt etiam laico ad eius ſuſtentationem. De præbẽda etiã
5 infrà, Beneficium iij. §. iiij. ¶ † Quintò quæritur, quot modis eſt quis in dignitate? Et dico pro huius intellectu recitandam eſſe opinionem Innocent. de iſta materia per concluſiones, vt recitat Panormi. in d. cap. de multa dicens: ¶ Prima concluſio: Dignitas & perſonatus non differunt in ſubſtãtia, ſed Archi. ſentit contrarium, vt patuit §. j. & communis doctorum concluſio eſt vt is dicatur habere dignitatem qui habet iuriſdictionem. ¶ Secunda. Ad conſiderandum dignitatem debemus attendere an vocetur aliquo nomine de dignitatibus, quæ in iure ſunt expreſſæ: vt puta, appellatur Archidiaconus, licet nullum miniſterium dignitatis exerceat. Et ponit Innocen. exemplum in archidiaconatu Parmenſi. nos rectius in Senenſi: quia Parmenſis ſaltem habet ſtallum eminentẽ in choro. Et ex hoc videtur Innocen. velle quòd ſolum nomẽ ſufficiat. Et hanc opinionem ſimpliciter ſequuntur domini de Rota vbi ſuprà. Sed de hoc multum dubito, cùm debeamus attendere potius vim & ſubſtantiã rei, quàm vocabulũ: & Archi. in d. cap. j. videtur requirere ſaltem aliquam prærogatiuam in loco. & facit cap. dudum. el ſecundo. de elect. Et præterea iſtarum dignitatum accumulatio fuit prohibita: vt in d. cap. de multa. propter impotentiam deſeruiendi & exercitij: vbi autem habetur ſolum nomẽ, ceſſat illa ratio. ad hoc cap. quia nonnulli. & cap. quia in tantum. de præbendis.
¶ Tertia. Si in loco reputatur dignitas ſeu perſonatus, licet in iure nõ habeatur pro tali, tamen cenſeri debet ſecundum reputationem loci. ¶ Quarta. Inſpiciatur inſtitutio: quia ſi fuit inſtituta vt eſſet dignitas, habebitur pro dignitate.
¶ Quinta. Oportet dignitatem eſſe perpetuam ad hoc vt includatur ſub conſtitutione c. de multa. vbi ſtatuitur quòd ſi habens perſonatum, vel beneficium curatum, ſecundum talo receperit, vacat primum. Pro hoc ca. j. de conſu. lib. vj. Et per hoc ſoluitur quæſtio an acceptans vicariatum epiſcopi, perdat dignitatem ſeu beneficium curatum. & videtur ſic: quia acquirit dignitatem: vt not. gloſſ. in clemen. & ſi principalis. de reſcript. Et ſatis eſt quòd poſsit eſſe perpetua: quia fortè epiſcopus non remouebit eum in vita: & conſequenter cenſetur perpetua. arg. in l. iuriſperitos. ff. de excuſ. tut. Sed contrarium puto verum: quoniam illa dignitas eſt potius epiſcopi, & de facili remoueri poteſt. ad hoc de offici. vica. cap. j. lib. vj.
¶ Sexta. Licet quis exerceat miniſterium ſpectans ad aliam dignitatem, ex quo tamen in loco non reputatur dignitas, non habetur pro dignitate. Contrarium tñ fortè poſſet attẽtari: vt magis extendamus ſubſtantiã rei, propter quã emanauit dicta cõſtitutio, de multa, quàm erroneã loci æſtimationẽ. ¶ Septima. Habens officiũ ſine iuriſdictione, nõ cõprehenditur in dicta conſtitutione, quod puto procedere, ſi officium eſt nudũ miniſteriũ, ita ꝙ nõ habet prærogatiuã præ alijs: puta, ſi eſt ꝓcurator eccleſiæ. ſecus ſi eſt officiũ cũ pręeminentia: vt theſaurarius. pro quo videtur tex. in d. c. j. de cõſue. li. vj. hęc Panormi. De dignitate autem ſpecialiter, habes multa infrà Dignitas.

## Rurſus de Beneficijs, præbendis & dignitatibus ſecundò ſpecialiter quo ad conferentem.

1 *Beneficia abs quo regulariter conferri debeant? Et quid ſi capitulum, vel alius quiuis de conſuetudine, aut ſtatuto, conferre debeat, de conſilio tamen epiſcopi, Epiſcopus autem, aut mortuus ſit, aut procul agat, an differri collatio debeat?*
2 *Beneficia in curia vacãtia, abs quo conferri oporteat? At quid ſi beneficiarij non in curia, ſed procul dietas duas decedant?*
3 *Epiſcopus qui beneficium abſenti contulit, an poſsit ante quàm ille abſens recuſarit, alteri conferre?*
4 *Eꝑs, aut quiuis alius, cui mãdatũ eſt, vt clerico pauꝑi ꝓuideat de beneficio, an ſi is aliud cõſecutus eſt, teneatur rurſus ꝓuidere?*
5 *Promittens alicui de beneficio non vacante, qualitercunq; potuerit, prouidere, an teneatur? Et num epiſcopus ordinatis de beneficio prouidere obſtrictus ſit?*
6 *Beneficium, vel officium eccleſiaſticum vacans, intra quantum tempus conferre quis teneatur?*
7 *Metropolitanus epiſcopi in cõferẽdo negligẽtiã, quãdo ſupplere poſsit? Et quãdo cõferẽdi poteſtas ad Papã deuoluatur? Et deuolutio de epiſcopo ad capitulũ ad quæ beneficia reſtringatur?*
8 *Epiſcopus, qui clerico de ſtudio redeunti, ſcientiæ contemplatione, de beneficio prouidit, an clerico inſcio atque indocto poſteà reperto, illud reuocare poſsit?*
9 *Cauſa non expreſſa, ſed mente concepta, cõtractum nõ vitiat.*
10 *Papa ſi mandet ei, ad quẽ ſpectat, quòd beneficium alicui cõferat, an ſi is alij, quàm mandatũ ſit, cõferat, collatio valeat? Et idẽ certis limitationibus decidit. Et ſi canonici huiuſmodi ſimplici mandato, in ipſius eluſionem, præbendam, alij contulerint,*

*ad quid iſti teneantur?*

11 *Prælatus, qui indignum promouet, an teneatur eccleſiæ de illius adminiſtratione mala?*

1 BENEFICIVM† eccleſiaſticū ſecundò quo ad cōferentē vt plenius innoteſcat, ſciendū eſt, ꝙ bñficiū eccleſiaſticum regulariter conferre debet ordinarius, niſi ad alium pertineat ex ſpeciali ſtatuto vel conſuetudine, vt dicetur: capitulum autē vacante ſede conferre nō poteſt illa beneficia, quæ pertinent ad collationem epiſcopi: quanuis ſede vacante admittere nō poteſt pręſentatos à patronis, & eos inſtituere in beneficijs, ad quę fuerūt pręſentati, licet ad epiſcopum, ſi viueret, pertinuiſſet. extrà de inſti. cap. ſi. lib. vj. poteſt etiā conferre illa beneficia vel prębendas quę ad epiſcopum & capitulum communiter pertinent: & ſimiliter epiſcopo ſuſpenſo à beneficiorum collatione, etiam ſi haberet intereſſe tali collationi tanquam pręlatus: & idem poſſet epiſcopus quando capitulū eſſet ſuſpenſum, vel ſingulariter omnes excommunicati. c. ſi ad epiſcopū. ne ſe. va. li. vj. Si verò collatio pertinet ad epiſcopum cum capituli conſilio vel aſſenſu, non poſſet capitulum ſe intromittere: niſi epiſcopus ſuſpēſus eſſet in mora petēdę relaxationis. Si verò capitulum, vel alius de cōſuetudine vel ſtatuto, conferre deberet de conſilio, epiſcopi, epiſcopo defuncto vel agente in remotis, ita quòd in breui eius pręſentia non poſsit haberi, non propterea debet colla

2 tio differri: vt in d. c. ſi ad epiſcopum. ¶† Primò verò quęritur, à quo debeant conferri beneficia vacantia in curia? Et dico quòd per ſolum Papam conferri poſſunt beneficia, dignitates, & perſonatus, quę vacant in curia, & ſimiliter quę ſunt curialium, vel accedentium ſeu redeuntium de curia, ſi decedant in locis vicinis curię ad duas dietas legales, quę ſcilicet faciunt xx. milliaria pro die. l. j. ff. ſi quis cau. & no. gl. in c. pręſenti. de pręben. lib. vj. Vnde ſi diſtarent per xl. milliaria, non includerentur. ff. de verb. ſign. l. iij. Quod limita niſi morerētur in loco proprij domicilij vel proprię domus: ſi tamē erat talis qui ibi morabatur ſolùm propter curiā, tūc reſeruatur. Et ſimiliter reſeruatur quādo is, q̃ moritur, erat curialis decedens in loco vnde curia recedit, vel in itinere dum curiam ſequeretur, quantumcunque vbi decedit ſit ab ipſa curia remotus. Verum eſt tamen quòd poſt menſem, ſi non fuerint collata beneficia prędictorum, conferre poſſunt illi, ad quos pertinet eorum collatio per ſeipſos tantum: vel ipſis agentibus in remotis per ſuos vicarios generales, quibus id commiſſum fuerit in eorum diœceſibus exiſtendo: niſi eſſent parochiales eccleſię & vacārent ſede apoſtolica vacāte: vel ſi antè quidem, ſed prius, quàm Papa conferat, mortuus eſt. Notantur hęc in cap. licet. el j. c. ſtatutum. c. pręſenti. & c. ſi apoſtolica. de pręben. lib vj. Aduertendum tamen eſt hic ad regulas cancellarię, & reſeruationes, quas faciūt communiter in ſua creatione pontifices, quę non ſemper ſe habent vno modo.

3 ¶† Secundò, quid ſi epiſcopus conferat beneficium abſenti? Et dico quòd licet ſuum non fiat donec conſentiat, epiſcopus tamen non poterit alteri conferre, donec ille recuſet. Nec valet collatio, ſi conferat, niſi epiſcopus aſsignet cōpetentē terminum ad conſentiēdum: & abſens intra illud nō cōſentiat. Si autem elapſo termino iterū cōſentit antequā alteri cōfer

4 retur, valebit. de pręben. ſi tibi. lib. vj. ¶† Tertiò, vtrū epiſcopus vel alius, cui mandabatur vt pauperi clerico de beneficio prouideret, teneatur iterū prouidere, ſi ille clericus aliud cōſecutus eſt? Et dico quòd non. de præben. ſi pauper. libr. vj.

5 ¶† Quartò, vtrum promittens alicui de beneficio eccleſiaſtico non vacante prouidere, qualitercunq; potuerit, teneatur? Et dico quòd non: quia non obligat promiſsio talis. extra de conceſ. præben. deteſtanda. lib. vj. nec beneficium non vacans poteſt promitti etiam in generali dicēdo, cùm potuerit prouidere: aut, ſi ſe facultas obtulerit: vel ſub quauis forma verborum, vt ibi. ¶ Quintò, vtrum epiſcopus teneatur prouidere de beneficio ordinatis? Et dico quòd ſic: ſi ſunt ordinati ꝑ ipſum, & ſunt in ſacris: non conſtitutis verò in ſacris non conſueuit eccleſia Romana cogère ad ꝓuidendū: extra de præb. epiſcopus. & c. cum ſecundum. Si autem epiſcopus commiſit extraneo epiſcopo vt vice eius in ſua diœceſi ordinet: & ille promoueat ad ſacros ordines aliquem nō habentem titulū: tenetur ordinator prouidere illi neceſſaria, donec per ipſum vel alium de beneficio prouideatur. Secus ſi cōmiſit ei ordinare certas perſonas, inter quas aliquis fuit ſine titulo: vel ſi commiſerit alicui, vt à quocunq; epiſcopus ad ſacros ordines poſsit promoueri: quia in his caſibus tenebitur ipſe committens. extra de præben. ſi epiſcopus. lib. vj. vide ſ. Archid. §. viij.

¶† Sextò quæritur, intra quod tēpus teneatur quis conferre beneficiū vel officiū eccleſiaſticum vacans? Et dico ꝙ in cathedrali & regulari eccleſia vacante ꝓlato, ceſſante legitimo impedimēto intra tres mēſes eligere tenētur electores. c. ne pro defectu. de ele. niſi eſſent priuilegiati: alia aūt beneficia, vt dicit Pan. in c. nulla. de conceſ. præb. intra ſex menſes ſunt conferenda: quibus elapſis, ab epiſcopo deuoluitur collatio ad capitulum, & econuerſo: & demum ad proximum ſuperiorem gradatim. Et intellige pro illa vice tantū de ſup. ne. prælа. ſicut nobis. Vnde multo tempore vacare poteſt: quia capitulum habet ſex menſes: & ſi non cōferat epiſcopus habet alios ſex: & eo negligēte, Metropolitanus, ad quē deuoluit, habet alios ſex: vt in d. c. nulla. & eo non conferente, deuoluitur ad patriarcham, vel ad Papam, ſi nō habent ſuperiorem. Ex† quo infertur quòd Metropolitanus ſupplet negligentiā epiſcopi, ſi epiſcopus nō eſt exemptus: ſed ſi eſt exemptus; poteſtas ad Papā deuoluit. & ſic intellige d. c. nulla. Nec valet collatio, ſi quis prędictorū cōferat elapſo tali tēpore. de ſup. ne. præla. c. ſi. quod tempus nō incipit currere à tēpore vacationis, ſed notitiæ. de cōceſ. prębē. quia diuerſitatē. & hoc ceſſante legitimo impedimēto: vt eſt peregrinatio, vel ſuſpēſio. Et omnis impotentia iuris, vt ſuſpenſio: aut facti, cuiuſmodi eſt, ſecundum Pan. mora in curia pro abſolutione, & tempus reuerſionis: etiam ſi impedimentū eſſet ex culpa: modò non ſit in mora petendæ abſolutionis. d. c. quia diuerſitatē. Vnde oportet de dictis ſex mēſibus ſubtrahi tēpus legitimi impedimenti: niſi tempus eſſet præfixum non in odium negligētię, ſed in alterius fauorē: quia iſtud tempus currit impedito & etiā ignoranti: vt in l. generatio. ff. de his qui no. infa. Et ſi talia eſſent officia vel adminiſtratiões, quorū collatio pertineret ad regulares, & ipſi negligēt: diœceſani prouidere debēt, non obſtāte quòd ipſi regulares eſſent exempti: vt in cle. quia regulares, de ſup. neg. præla. Notat tamē Panor. in d. c. nulla, quòd deuolutio de epiſcopo ad capitulū reſtringi debet ad beneficia pertinentia ad epiſcopū iure proprio: quia in deuolutis ad epiſcopū propter negligentiā vel delictum inferioris prælati, non fit deuolutio ad capitulū, ſed ad proximū ſuperiorem: quia in iſtis deuolutionibus nō eſt tanta deuolutio inter epiſcopū & capitulū, ſicut in ſpectātibus iure proprio. Et ita notāter dicūt doc. in c. vnico. ne ſe. va. lib. vj. & in c. quanquā. de elec. lib. vj. ¶† Septimò, vtrū epiſcopus qui redeunti de ſtudio clerico dedit beneficium contemplatione ſcientię, poſsit illud reuocare quando poſtea illum inuenit idiotam? Et dicit Pan. in c. quanuis. de ęta. & qua. quòd non, modò ſciat officium. Io. autē And. remittit ſe ad notata in Spec. ſuper rubrica de pręben. vbi pertractat dictam quęſtionē. & quid de eo qui cōtulit vaſallo feudū, credēs ꝙ eſſet probus vir, & inuentum eſt cōtrarium? Et† cōcludit quod reuocare nō pōt: quia





cauſa non expreſſa, ſed mente concepta, nō vitiat, contractū.

10 C. de condi. ob cauſam. l. ſi repetendi. ¶ Octauò, † vtrū ſi mandet papa ei ad quem ſpectat, quòd beneficia cōferat alicui: valeat collatio alteri facta? Et dicit Io. And. quòd ſic: licet ille ex tranſgreſsiōe puniatur: vt patet per c. dilectus. de pręben. Sed tamē hoc dictum multas habet exceptiones. Primò ſcilicet niſi in literis eſſet appoſita clauſula, quòd ſi ſecus fieret, ſit irritū & inane. vt eo. ti. inter cętera. Secundò, niſi papa ſuam inſinuauerit voluntatē: vt not. ibi gloſſ. Tertiò, quando papa non mandat conferri prębendā, ſed ipſe confert: tunc enim collatio alteri facta de illa nō valet. eod. titu ſi poſtquàm. lib. vj. Quartò, niſi iſte, pro quo ſcribitur, fuerat receptus in canonicum ante illum, cui facta eſt prouiſio præbendę: quia tunc reuocari poſſet collatio alteri facta, quāuis ipſo iure teneat. Item niſi datus eſſet executor ad compellendum: qui inſinuaſſet & interdixiſſet ordinario ne alteri cōferret: quia tunc collatio facta alteri non valeret. Item, niſi datus eſſet executor nō ad cōpellendū, ſed prouidendū: quia tūc per ſolā pręſentationem literarū factā ei, ad quem dirigūtur, & pertinet collatio, affecta eſt ꝓbēda, vt collatio alteri facta nō valeat: vt de cōceſſ. preben. c. ſi capitulo. lib. vj. Itē niſi papa hoc inhibuiſſet, vel ſibi reſeruaſſet, ſecundū Henri. Boich. hæc omnia Archid. Canonici autē, qui tali ſimplici mādato in ipſius eluſionem prębendā alij cōtulerunt, tenētur iſti prouidere de communibus reditibus: vt dicitur in d. c. dilectus. & dicit Ioā. And. ꝙ ſecundū ſtylum curiæ raro fit monitio ſine pręcepto: cū dicatur ſaltē, monemus per apoſtolica ſcripta. nec in talibus refert ſi dicatur, mādamus vel præcipimus. ff. man. l. j. ſecūdū

11 Hoſtiē. ¶ Nono† q̃ritur, quid ſi prelatus ꝓmoueat indignum Et dicit Ioā. de Imol. ꝙ ſi ille malè adminiſtrat, & nō reperiatur poſtea ſoluēdo, talis prelatus tenet ipſi eccleſię ſatisfacere. de elec. nihil. vide etiā ſuprà Acceptio ꝑſonarū. §. ij. iij. & iiij.

## Rurſus de Beneficijs, præbendis, & dignitatibus tertiò ſpecialiter quo ad obtinentem.

1 *Beneficium adepturus, vt dignus & idoneus dicatur, quot in eo requirantur? Et qui ad beneficiū per oſtiū non intrat, fur eſt & latro, nec viam ſalutis habet. Et quid tum huic ſit agendū?*

2 *Ignorantia communis ac tolerantia, quòd iuriſdictionem non habenti, etiam inhabili tribuat, qualiter intelligendum? Et in quibus locum habeat?*

3 *Puer beneficium num habere poſſit, & quæ ſit legitima præficiendorum ætas.*

4 *Papa diſpenſare & ſi poteſt, non tamen diſpenſare intendit, niſi illud exprimat. Et impetranti beneficium cum cura, vel ſine, de beneficio cum cura prouideri nequit, niſi reſcripti tempore annos X X V. habeat?*

5 *Curatus intra quantum tempus ordinari debeat?*

6 *Conſtitutio cap. cum ex eo. de electio. li. vj. an liget curam ſimplicem habentes in colleg. eccleſijs, quales ſunt decani in collegijs, & Priores & Abbates in conuentibus.*

7 *Ad eccleſiam parochialem ſi is præſentetur, qui in ſacris non ſit, ſit tamen alioqui idoneus, & intra tempus ſtatutum ordinari queat, admittendus eſt, licet non præſentatus, ipſe in huiuſmodi eccleſia inſtitui nequaquam poſſet.*

8 *Non clericus, aut clericus, ſed coniugatus, an eccleſiaſtica beneficia habere poſſit? Et quænam?*

9 *Beneficio ſuo, vt alteri prouideatur, num quis renūtiare poſſit.*

10 *Sacerdotis filius num in eccleſia paterna beneficium obtinere poſſit? Et filiorū nomine qui hoc loco contineantur? Et ſi pater perſonatum habuerit, filius immediatè in eadem eccleſia vicariam habere non poterit.*

11 *Diſpenſare cum illegitimis, vt beneficium eccleſiaſticum obtinere poſsint, quis poſſit?*

12 *Diſpenſandi poteſtas cuipiam conceſſa, cuius effectus non in eundem, ſed alium deriuatur latiſsimè interpretari debet.*

13 *Beneficium ſimplex ſi curā animarum annexā habeat, an poſſit Epiſcopus cum illegitimis prædictis diſpenſare? Et quid ſi in eccleſia ſtatutum ſit iuratum, & à Papa etiam approbatū vt nullus in ea illegitimus promoueatur, num Epiſcopus diſpēſare queat? Et ibidem limitationes.*

14 *Illegitimus à Papa diſpenſatus, vt ad ordines promoueatur, num & beneficiū cū cura obtinere poſsit? Et an talis poſt primū virtute eiuſdē diſpenſationis aliud quoque obtinere poſsit?*

15 *Diſpenſatus illegitimus vt beneficium curatum obtinere poſsit, an & per hoc dignitatem habere poterit?*

16 *Illegitimus vel irregularis in ordine & beneficio diſpenſatus, & promotus, num deinceps ſuper pluralitate, nō facta illegitimitatis & irregularitatis mentione diſpenſari queat?*

17 *Epiſcopus an cū illegitimo, ad plura ſimplicia beneficia ſimul retinenda, diſpenſare poſsit? Et an vt ſimplex obtineat beneficium, ſeu præbendam in eccleſia patris, qui ſit ſacerdos?*

18 *Papa ſi cum illegitimo diſpenſauit, vt ad curatum beneficiū promoueri poſsit, num ex eo ad beneficium, cui præficiendus eſt quis per electionem eligendus, promoueri quoque poſsit?*

19 *Beneficium ſibi ipſi procurare nū cuipiā liceat? Et qui ſciēter in vinctis beneficiū ſe inſtitui ꝓcurat, qđ occupat, an ſit infamis?*

20 *Beneficia non canonicè obtenta, ex tolerantia, ſeu tacito prælatorum conſenſu tenens, num in eis aliquod ius habeat? Et beneficia iniuſtè poſsidentes, ad quid teneantur?*

21 *Filius eccleſiaſticum beneficium habens, num illud ob læſæ maieſtatis crimen à patre commiſſum perdat?*

22 *Clericus beneficiarius matrimonium contrahens, num ipſo facto beneficium perdat. Et quid de clerico beneficium non animo clericandi aſſumente, ſed in iuuentute viuat, non habens alioqui animum reſidendi, an ſit iuſtè promotus?*

BENEFICIVM† acquiſiturus vt ſit idoneus, ſciendū eſt ꝙ in eo multa requirūtur. Primò vt ſit clericus. Scđò nō cōiugatus. Tertiò, ætatis debitæ. de q̃ j. §. j. & ti. Aetas. Quartò, ꝙ habeat certū ordinē de quo j. §. ij. Quintò ꝙ beneficiū obtineat inſtitutione canonica, ſine qua nō pōt poſsideri. de re. iur. beneficiū. li. vj. ad quā inſtitutionē tria pertinēt. Primò, vt cōferatur ei ab illo qui hoc iure pōt: puta eccleſiaſtico prelato, nō domino tēporali: vt faciūt quotidie tyranni: vnde recipiēs eccleſiaſticū beneficiū de manu laici ſecūdū Inn. in c. q̃ſquis. de elec. eſt ineligibilis ipſo iure. de iure patro. preterea. Licet epiſcopus, ſecūdū eundē poſsit cū tali diſpēſare. arg. c. nup. de ſen. excō. Secūdò, vt cōferatur ei per modū debitū & iuridicū: nō per ſimoniā & hmōi. Tertiò, vt ipſe ſit habilis ad hoc: puta vt nō ſit irregularis, vel infra legitimā ętatē: aliàs quādo tenet iniuſtè, vt per intruſionē vel ſimoniā, vel q̃a aliàs eſt inhabilis, ſecūdū Ray. cū nō intret ꝑ oſtiū, fur eſt & latro: nec habet viā ſalutis niſi reſignādo: vel ſi ſuū impedimētū eſt diſpēſabile, petat diſpēſatione: quā ſi obtinere nō pōt, oportet vt omnino dimittat: & in vtroq; caſu pœnitentiā agat de pctō cōmiſſo: & fructus ꝑceptos reſtituere tenet, niſi ſibi à ſuperioribus remittantur: & idē de eccleſiaſticis dignitatibus. Hæc omnia Archid. Qui & ſubiungit quòd ſubiectus eccleſię vel dignitati, ſi ſcit poſſeſſorem eius nō eſſe verum pręlatum id eſt aliquo prædictorū inuolutū, in foro cōſciētiæ nō tenetur ei obedire, nec ſoluere debet ei quod debet eccleſiæ vel dignitati: nec ſoluendo liberatur. de ſen. excō. inquiſitioni. Secus autē videtur in foro cōtentioſo, quando res eſt occulta. viij. q. iiij. c. j. Et quanuis talis abſoluens nō abſoluat de facto

ignorantem,quia non eſt prelatus:de pœni. di.v.placuit.non
tamen animæ pereunt:ſed excuſantur ignorãtia facti quãuis
de manu eius requiratur ſanguis eorum:quia quantũ in ipſo
fuit eos perdidit.de offi.ordi.irrefragabili.ſemperq; mortali
ter peccat illud officium exequẽdo,vel etiam fructus percipi
endo vt fur.Hoſt.tamen ſuper c.dudum.el ij.de elec.videtur
tenere cõtrariũ,dicẽs ꝙ talis tenetur iterũ cõfiteri de cõſilio
non de neceſsitate:quia talis presbyter verè abſoluit,ex quo
curam tenet,quandiu eſt probabilis ignorãtia,& ab eccleſia
2 toleratur.Ad † quod facit, quia cõmunis ignorantia & tole-
rantia tribuit iuriſdictionẽ nõ habẽti,etiã inhabili.ff.de offi.
prætor.l.Barbarius. Sed hoc verũ eſt in humanis,in quibus
ſecundũ humanã opinionẽ ꝓceditur: ſecus in rebus cõſcien-
tiæ,in quibus proceditur ſecundũ diuinã veritatẽ.Vnde cõfeſ
ſus nõ vero ſacerdoti,tenetur cõfiteri cũ ſciuerit:vt tenet In-
nocent.ſuper idem c.imò ipſe Hoſt.in Sũma,idẽ ſenſit, dum
dixit quòd à tali decipiuntur animæ,cũ ligare non poſsit nec
ſoluere,cùm iudex nõ ſit.Sed de hoc etiã vide infrà Confeſ-
3 ſor.j.§.xix.& limita vt ibi.¶Primò † verò quæritur,vtrũ puer
poſsit habere beneficium:ſiue quæ ſit competens ætas preſi-
ciendorũ? Et dico ſecundũ Pan.& doc.in c.ſuper inordinata.
de præben.quòd diſtinguendum eſt:quia beneficiũ aut pri-
mo eſt regulare,aut ſecundo ſeculare.Et quidẽ ſi primò eſt
regulare,ſi eſt abbatia in abbatiſſa requiritur xxx.annus. de
ele.indẽnitatibus.li.vj.in abbate vero nõ reperitur:ſed cõiter
dicitur quòd requiritur annus xxv.p c.cũ in cũctis.§.inferio-
ra. de elect.vbi regulariter ad quãlibet dignitatẽ obtinendã
ſufficit illud tempus: nec tempus ſtatutũ in abbatiſſa debet
trahi ad abbatem,per gl.in d.c.indemnitatibus .quia ibi pro-
pter ſexus debilitatem tempus maius requiritur: & olim re-
quirebatur tempus lx.annorum,vt in ca.iuuenculæ.xx.q.j.Si
verò eſt prioratus:tunc ſi eſt conuentualis habens collegium
ſub ſe,requiritur tempus xxv.annorum:ar.in cle. ne in agro.
§.cæterum.de ſtatu regularium. Si verò nõ eſt conuẽtualis,
ſed habet curam:tunc ſi ex conſuetudine prior exercet curã
per ſe,debet habere xxv.annos:quia nõ poteſt quis eſſe pre-
ſbyter,quod requiritur ad curam:niſi ſit in xxv.anno : vt in
cle. generalem.de.æta.& quali.Si verò curã non exercet per
ſe, videtur ſufficere tempus xx.annorum:vt in d.§.cæterum.
Si verò eſt ſine collegio & ſine cura,videtur velle Federi. ꝙ
ſufficiat tempus vij.annorum,iuxta notata per gloſ.in c.ſi eo
tempore.de reſcrip.lib.vj.Itẽ quia nõ poteſt dici dignitas, ex
quo non habet collegium:& conſequenter eſt beneficiũ ſim
plex.Sed hoc dictum Panor.verum non putat.Nã ſi intelle-
xit de prioratu regulari:contra,quia non profeſſus nõ poteſt
habere prioratum.de elect.nullus.lib.vj. profeſſus autẽ eſſe
non poteſt ante xiiij.annum:vt in c.j.de reg.lib.vj. Si verò in
tellexit de prioratu ſeculari:dictum eius pendet ex alio,ſcili-
cet nunquid poſt ſeptimũ annum poſsit quis habere eccleſiã
non curatam:& creditur quòd non,vt dicetur.Vnde dicendũ
eſt in propoſito,quòd requiritur tempus ad minus xiiij. an-
norum.arg.c.indecorum.de æta.& qual.& in d.§. cæterũ. Si
verò ſecũdo beneficiũ eſt ſeculare,quod erat ſecundũ mem-
brum principale,aut eſt epiſcopatus,& requiritur xxx.annus
exactus,vt in d.cap.cum in cunctis.Si verò eſt dignitas infe-
rior,requiritur quòd attigerit xv. annum : vt in d.§.inferio-
ra.Epiſcopus tamẽ diſpenſat dũtaxat in perſonatu non cura
to,& tunc ſufficit ætas xx.annorũ:in alijs autem non diſpen-
ſat.Si verò eſt beneficiũ ſine cura,& ſic ſimplex:tũc ſunt opi
niones.ſed Panor.placet opinio Cal.qui voluit quòd ſi bene-
ficiũ ſonat in nomẽ rectoriæ:vt puta,quia eſt eccleſia vel ca
pella per ſe ſtans,& habens clericum ad regimẽ ſuum:requi-
ritur tẽpus ad minus xiiij.annorum.in hoc enim non requi-
ritur tempus xxv.annorum:quia cùm hoc ſpecificè caueatur
in curatis:vt in d.§ inferiora.videtur aliud dicendum in non
curatis.arg.de præſum.nónne.nec videtur ſufficere ætas viij.
annorum:quia indecens eſt vt talis dicatur idoneus guberna-
re eccleſiam,qui neſcit gubernare ſeipſum:vt in d.ca. indeco
rum.ſi verò non ſonat in nomen rectoriæ,ſed beneficium in
eccleſia:aut requirit maturitatẽ conſilij,vt in canonicatu ec
cleſiæ cathedralis:aut nõ requirit,vt in præbendis clericali-
bus,quæ ſunt in multis eccleſijs pro minoribus,qui tamẽ nõ
ſunt de collegio,ſed ſimpliciter beneficiati. Si non requirit,
tunc ſufficit ætas vij.annorum.& hoc caſu ſerua notata in d.
cap.ſi eo tẽpore.& per glo.in d.c.ſuper.Si verò requiritur ſe
cũdum Hoſt.& Archi.requiritur ætas xiiij.quia ante illã ętã-
tem non poteſt ſapientum iura tractare.Sed glo.in d.c. ſi eo
tempore.ſentit oppoſitũ per c.ex eo.de elec.lib.vj.vbi dicit
glo.quòd minor xiiij.anno.dicitur idoneus ad beneficia, etiã
ad canonicatũ eccleſiæ cathedralis.ad quod facit in d.c.ſuper
inordinata.& de reſcri.ſi eo tempore.lib.vj.vbi dicit gl.quòd
ſeptennes & maiores dicuntur idonei ad beneficia:quia cùm
tales poſsint ordinari.xxviij.diſt.de his.conſequenter poſſunt
in beneficijs intitulari.arg.de præben.cũ ſecundũ.niſi accepe
rint talia beneficia,quæ ſacrum ordinem requirunt. hæc ibi.
Sed Archi. reſpondet ꝙ illud cõtinet diſpenſationẽ, & quòd
diſpẽſatiuè ille fuit promotus in caſu illius capituli ante xiiij.
annos.& Panor.dicit ſe audiuiſſe curiam ſeruare opinionem
Arch.& Hoſt.& dicit de hoc eſſe tex.non impropriando ver
bum,pueri,poſitum in tex.d.c.ſuper inordinata. De his verò
dicit Per.de Palu.in xxv.diſt.iiij. quòd vt quis valeat habere
beneficiũ ſimplex,ſufficit quòd ſit maior ſeptẽnio:qa pupil-
lus poteſt eſſe canonicus etiã in eccleſia cathedrali,licet non
habeat vocẽ in electione:vt in c.ex eo.de elect.li.vj.tamẽ col-
latio talis iure diuino,& ſi nõ humano,illicita eſt, niſi quãdo
alij nõ inueniuntur,quia eſt cõtra iuſtitiã diſtributiuam ſi da
tur minus digno:iſte autem puer eſt indignus, non poſitiuè,
cùm ſit innocens,ſed reſpectu eius qui habet vitã & ſcientiã,
qui ſtatim prodeſſe poſsit eccleſiæ.De dignitate autẽ nõ ha-
bente curam,dicit epiſcopum poſſe diſpẽſare cum eo,qui xx.
annum compleuit.de æta.& quali.c.j.lib.vj.& ſic tali dari po
teſt etiam archidiaconatus:quia nõ habet curam in foro pœ
nitentiæ,vt eum oporteat eſſe ſacerdotem, qui requirit xxv.
annos,ſed ſolùm in foro exteriori:& oportet tantũ eum eſſe
diaconum, ad quod ſufficiunt xx. Et quãuis aliàs minor xxv.
annis non debeat eſſe iudex,poteſt tamẽ eſſe archidiaconus,
quod eſt eſſe iudicem de cõſuetudine. Vnde hoc non eſt de
iure cõmuni,ſed de diſpẽſatione epiſcopi ꝑmiſſa à papa. De
cura autẽ animarũ dicit quòd homo debet habere xxv.annos.
nec poteſt epiſcopus diſpẽſare:ſed ipſo iure nulla eſt collatio
parochiæ facta ei qui xxv.annum nõ attigit,imò etiam com
menda eccleſiæ facta non habenti illã ætatem. de elec. cap.
licet canon.§.decernẽtes.& cap.ſeq.Papa † verò,licet diſpẽ-
ſare poſsit,non tamen intendit,niſi exprimat:vnde impetrãti
beneficium cum cura vel ſine cura,nõ poteſt prouideri de be
neficio cũ cura,niſi tempore reſcripti haberet xxv. annos. de
reſcri.cap.ſi eo tempore.Si autem non poteſt quis deponere
cõſcientiam , quia tempore reſcripti fuerit minor annis xxv.
tenetur reſignare:quia cõſciẽtia dictat nullũ ius ſibi quæſitũ
eſſe.De epiſcopatu verò dicit requiri annos xxx.hæc omnia
Petrus.Archi.autem videtur tenere quòd ad prębẽdam ſuffi
ciat ſeptennium:& tamẽ deinde dicit ſecundum regulas can
cellarię Romanæ non poſſe conferri canonicatum ante an-
num xxiiij.vnde primum dictum eius locum habet ſolùm in
præbenda largè.Sed de his vide etiam infrà Aetas. ¶Secun-
dò † quæritur , de tempore intra quod curatus debet or-
dinari?



dinari? Et dicit idem Petr.vbi ſuprà, quòd iure nouo per epi-
ſcopum diſpenſari poteſt cum curatis, vt literarũ ſtudio in-
ſiſtens,intra annum nõ teneatur niſi ad ſubdiaconatum pro-
moueri:ſed poſt ſeptennium intra annum debet quilibet ad
ſacerdotiũ ꝓmoueri:ita quòd niſi primo anno fuerit ordina-
tus in ſubdiaconũ, & intra octauũ in ſacerdotẽ, epiſcopo ſic
diſpẽſante,vacat ipſo iure eccleſia.Sed & niſi epiſcopus cum
ipſo diſpenſaret:vel ſi diſpẽſaretur,& ille literarũ ſtudijs nõ
inſiſteret:cùm aliter epiſcopus nõ habeat poteſtatẽ diſpẽſan
di,teneretur intra annũ ordinari in totum:aliàs ipſo iure pri-
uatus eſt.de elect.cum ex eo.lib.vj.Quanuis autẽ tantũ trãſ-
ierit de dicto tẽpe quòd illo anno,quo debet, non poſsit fieri
ſubdiaconus vel ſacerdos: nõ tamen vacat eccleſia vſq; anno
elapſo:& facit fructus ſuos ſi habuit à principio intentionem
ordinandi:aliàs nõ,niſi mutato propoſito ſe fecerit ordinari:
& qui ſciẽter ſic affecto dedit,tenetur eccleſiã ſeruare inde-
mnem:vt in c.cõmiſſa tibi.de elec.lib.vj. Annus autẽ ꝓ ſub-
diaconatu vel ſacerdotio non currit,niſi à tẽpore quo fuit in
poſſeſsione pacifica,vel per eum ſtetit:ex tũc etiã eſt annus
vtilis:quia nõ currit niſi iuſto impedimẽto ceſſante.Non po-
teſt autẽ ſibi cõferre eccleſia ſic vacãs illa vice,id eſt,illa va-
catione:& ſi detur alicui nõ acceptãti,adhuc vacat prima vi-
ce vacãdi:& ſic ei nõ poteſt cõferri prima vice.Similiter ſi fe
cit illi dari,qui ſtatim renũtiauit in fraudem,ſic licet ſecũdò
vacet iſto reſignãte,nõ tamen valet quo ad Deũ.Si autẽ bo-
na fide alteri collata,illo mortuo,vel depoſito,aut renũtiã-
te vacauerit ſecundò,tunc poteſt ei cõferri,quia nõ eſt prohi
bitũ,de elect.c.cõmiſſa.lib.vj.hæc Pet.¶Tertiò,† vtrũ præ-
6 dictum cap.cũ ex eo.liget curam ſimplicem in eccleſijs col-
legiatis habentes,vt ſunt decani in collegijs,priores & abba-
tes in cõuentibus? Et dicit Pet.de Pal.quòd nõ:vt in c. ſtatu-
tum.de elec.lib.vj.quia nõ eſt tantũ periculum ſi iſti nõ ſunt
ſacerdotes:quia multi ſunt in collegijs ſacerdotes,qui ex cõ-
ceſsione iſtius curati nõ ſacerdotis facerẽt quod ille faceret:
nõ ſic autem in ſimplici cura ſunt parochiani ſacerdotes, qui
poſſunt eccleſiaſtica ſacramẽta miniſtrare, ꝓpter quod fuit
magis neceſſarium ibi pœnã apponere.Collegium verò hic
largè accipitur etiam pro plebania ſub ſe habẽte capellas:in
qua ſunt ſacerdotes,per quos poterit ſuppleri.hæc Petr.No-
7 tandum † etiã quòd ad eccleſiã parochialem pręſentetur qui
nõ eſt in ſacris,dum aliàs ſit idoneus,& poſsit intra tẽpus ſta
tutũ ordinari, admittẽdus eſt:extra de inſtit.ſi is.lib.vj.& ta-
men ſecũdum Io.Andr.talis nõ præſentatus nõ poſſet in tali
eccleſia inſtitui.de æta.& qualit.pręterea.niſi diſpenſatiuè,vt
8 ibi.¶Quartò, † vtrũ nõ clericus, vel clericus quidẽ,ſed con-
iugatus,habere poſsit eccleſiaſtica beneficia.Et dic ſecundũ
Pan.in c.maioribus.de præben.& iuxta notata per eum in c.
cum M.de cõſtit.& gl.ibi,quòd laicus põt habere præbendã
in eccleſia,ſed non canoniam:quaſi velit gl.quòd canonia ſit
ius ſpirituale proueniẽs ex hoc ipſo quòd quis recipitur in ca
nonicum:præbenda verò quid tẽporale debitũ canonico,ra-
tione officij & canoniæ.Nec obſtat huic c.cũ dilecto. de prę
ben.vbi præbẽda appellatur ius ſpirituale:quia præbẽdæ ali
quando non ſunt diſtinctæ,ſed omnia bona ſunt cõmunia:&
capitulum diſtribuit aliquid huic in præbendã,& aliquid illi:
vel ſi ſunt diſtinctę,nõ ſunt annexę canonicatibꝰ,cùm ibi nõ
ſit numerus cononicorũ:aliquãdo verò ſunt diſtinctæ & an-
nexæ.Primò ergo caſu ſunt qd tẽporale dabile etiã laico. &
ſic intellige not.in d.c.cum M.& ſic,vt ibi refert Compo.ſer
uatur in eccleſia S.Martini Carnotẽ.diœceſis: vbi nobilibus
ratione paupertatis vel ſeruitij tẽporalis aſsignãtur præben-
dæ.& facit c.poſſeſsiones.xvj.q.j.vbi eccleſia poteſt cõcedere
pauperi vſumfructum alicuius poſſeſsionis.In ſecundo verò
caſu loquitur c.cum dilecto . quia præbenda annectitur iuri
canoniæ,quod eſt ſpirituale.quantũ verò ad clericũ cõiuga-
tum dicit S.Tho.in iiij.diſt.xxxvij.& Pan.in c.Ioãnes.& in c.
ſane.de cler.cõiug.quòd de iure cõmuni nõ põt habere be-
neficiũ eccleſiaſticũ:ſed nec adminiſtrationes eccleſiaſticas,
vt dicit tex.in d.c.ſane.per quod ſecundũ Pan.intelligit quòd
eſſe nõ poteſt vicarius epiſcopi,quod tenẽt Doc.in c.vno.eo.
tit.lib.vj.& in c.Ioannes.ex diſpenſatione autẽ habere poteſt
& hoc ex diſpẽſatione epiſcopi quo ad beneficiũ ſimplex,ſe-
cundum Goſ.Phil.& Spec.quia epiſcopus diſpẽſat cũ homi-
cida:vt in c.hęreticus.de cler.pug.in duel.Sed Pan.in d.c. Ioã
nes tenet quòd ſolus papa cum eo diſpenſat:quia in materia
diſpenſationis,quæ eſt exorbitans,nõ debet argui de caſibus
permiſsis ad non permiſſos:etiam ſi permiſsi ſint maiores:vt
not.Io.And.in regula,quæ à iure.lib.vj.& ad c.Ioãnes.reſpõ-
deri poteſt quod loquitur de diſpenſatione papę. ¶Quintò
† quæritur,vtrũ poſsit quis renuntiare ſuo beneficio vt alte- 9
ri prouideatur? Et dicit Pan.in d.c.dilecto.de pręb. quòd ſic,
dummodo in actu renuntiationis non deducatur in pactum,
ſed ipſa purè & liberè fiat:aliàs eſſet ſimonia:vt vult gl.in d.
c.dilecto.& in c.ex parte.el j.de offic.deleg.Si tamẽ in ani-
mo gereret vt cõcederet alteri,nõ eſſet ſimonia,dũmodo pa
ctum nõ fieret:peccat tamen,vt eſt clara glo.in c.ordinatio-
nes.j.q.j.Sed tu dic vt infrà Renuntiatio.§.vj.partic. ſecũda. 10
¶Sextò,† vtrum filius ſacerdotis obtinere poſsit beneficium
in eccleſia paterna? Et dico quòd ſic,ſi aliàs eſt legitimus.c.
ad hæc.de fil.presbyt.dũmodo nõ ad illas dignitates vel prę-
bẽdas,quas immediatè pater habuit,promoueatur.c.cõſtitu-
tus.eod.tit.Et nomine filiorũ hoc loco veniunt etiã nepotes
de iure in hæreditate ſuccedẽtes,vt nepotes per lineã rectã
deſcendẽtes.arg.Inſtit.de hære.qualit.& dif.§.ſui.ſecundum
Hoſt.& Ber.in c.ad extirpãdas.de fil.pręsbyt.Secus in colla-
teralibus,in quibus ſucceſsio nõ habet locũ.arg.de offic. de-
leg.ex parte.Item ſecũdum Hoſt.nepos in eccleſia poni po-
teſt immediatè,quã auus eiꝰ habuit patre viuẽte:ſed eo mor
tuo nõ poteſt:quia in primo caſu ceſſat ſucceſsionis ratio,nõ
in ſecũdo.Aduerte etiã quòd ſi pater habuit perſonatum im
mediatè non poterit filius in eadẽ eccleſia habere vicariam:
vt in cap.Michaël.de fi.presby.vel ecõtrario,ſi pater habuit
vicariam perpetuã,filius immediatè nõ poterit habere per-
ſonatum:vt in capit.conſtitutus.de filijs presbyt.¶Septimò
† quæritur, quis diſpenſare poteſt cum illegitimis , vt obti- 11
neant eccleſiaſticum beneficium? Et dico quòd epiſcopus in
beneficio ſimplici,cui non imminet cura.de fil.presbyt.cap.
is qui.libro vj.Nec diſtinguo, ſecundum gloſſ.ibi,an ſit ſpu-
rius,adulterinus,vel naturalis: licet quo ad ſucceſsiões diſtin
guatur in difficultate diſpenſandi.Et ſimiliter poteſt diſpen
ſare cũ talibus in canonicatu eccleſiæ cathedralis, ſecũdum
Archidiaconum in dicto capit.is qui.ex quo prohibitum non
inuenitur.Et cõſentit ei Gemin.in eo.cap.licet Ioannes Mo.
& alij dicant contrarium: quod non placet:quia videtur ra-
tio eadem,ſicut & de ſimplici beneficio.Et ſimiliter in recto
ria,& in omni beneficio:dummodo non cadat in nomen di-
gnitatis vel perſonatus, vel habeat curam:licet quidam di-
cant contrarium:vt not.Gemin.in dicto cap.is qui.Et † ratio 12
potiſsima eſt:quia diſpenſandi poteſtas conceſſa alicui,cuius
effectus nõ in ipſum,ſed in alium deriuatur,debet latiſsimè
interpretari:vt not.Ioan.Andr.in cap.fin.de verbo.ſignific.&
ſequitur Ioan.de Imol.& Gemin.in dicto cap.is qui.& maxi-
mè quando interpretatio fit cõtra ipſum cõcedentem:iuxta
not.de priuileg.cap.quia circa.Vnde iura quæ videntur con-
traria,limitanda ſunt loqui in diſpenſatione conceſſa alicui,
cuius effectus in ipſum deriuatur:quæ ſtrictè interpretanda

eſt. Non poterit autem epiſcopus cum prædictis diſpenſare
in perſonatu vel dignitate ſine cura, ſecũdum gl.in d.c.is qui.
ſed ſolus papa.& ſequuntur communiter Doctores: etiam ſi
13 talis efficeretur religioſus. ¶Octauò,† vtrum ſi beneficium
ſimplex habeat cura animarum annexam, poſſit epiſcopus
diſpenſare cum prædictis? Et dicit Archidiaconus in dicto
cap.is qui.quòd ſic:quia talis non dicitur habere curam ani-
marum:vt probat text.in cap.ſuper eo.de præbend.libro. vj.
quia,vt ibi patet, poteſt quis habere prębendam & dignita-
tem,cui annexa eſt parochialis eccleſia:& tamen non poſſet
quis habere ſimul dignitatem & eccleſiam curatam.de præ-
bend.de multa.quod tamen Lap.verum limitat, quando ec-
cleſia curata habet vicarium alium ab iſto:aliàs non.Alij ta-
men Doctores indiſtinctè tenent quòd epiſcopus diſpenſa-
re non poſſit.de quo vide Geminianum in dicto capit.is qui.
Sed mihi placet opinio prima cum limitatione Lapi.

¶Nonò,vtrum ſi in eccleſia aliqua ſit ſtatutum iuratum,&
per papam approbatum,quòd in ea nullus illegitimus pro-
moueatur,epiſcopus diſpẽſare poſſit? Et dicit Ioannes Mon.
& ſequitur Geminian. in dicto capite, is qui. quòd non, ex
quo ſtatutum eſt iuratum vel confirmatum:ſecus eſſet,ſi ſo-
lùm eſſet ſtatutum,nõ iuratum vel confirmatum: quia tunc
poſſet epiſcopus diſpenſare cõtra proprium ſtatutum, iuxta
notata de electione.cap.licet canon.libro vj.Sed omnia pre-
dicta limita quòd epiſcopus diſpenſare poteſt in beneficio
ſimplici cum illegitimo: niſi aliud impedimentum canoni-
cum obſtet quàm illegitimitas, & ſuper quod epiſcopus di-
ſpenſare non poſſit:vt in dicto capite,is qui.

14 ¶Decimò,† vtrum illegitimus diſpenſatus per papam vt ad
ſacros ordines promoueatur, per hoc videatur diſpenſatus
vt poſſit obtinere beneficium cum cura? Et dico quòd non:
quia diſpenſatio non trahitur ad conſecutiua eius ſuper quo
diſpenſatur,quando diſpenſatio imprimit effectum validum
ſuper actu in quo diſpenſatur,abſque eo quòd extẽdatur ad
illud conſecutiuum:ſecundũ Gemin.in dicto cap. is qui.

¶Vndecimò,vtrum præfatus illegitimus diſpenſatus vt poſ-
ſit eccleſiaſticum beneficium obtinere,poſt primum poſſit
deinde obtinere aliud virtute diſpenſationis? Et dicit Gemi.
in dicto cap.is qui.quòd Paul.diſtinguit: quia ſi diſpenſatio
eſt facta ſuper certo beneficio: ſi fuit in culpa vt illud nõ ha-
beret,aliud habere non poterit.Si verò non fuit in culpa,aut
diſpẽſatio fuit ſuper incerto beneficio, poterit poſt primum
aliud habere. Lapus verò aliter diſtinguit, & hunc ſequitur
Geminianus ibi,vt videtur:ſed mihi placet primum magis.
vide ibi. ¶Duodecimò, † vtrum prædictus diſpenſatus vt
15 poſſit habere beneficium curatum, poſſit per hoc obtinere
dignitatem? Et dicit Geminianus in capite finali.de fil.pre-
ſbyt.quòd non:quia iſta ponuntur vt diuerſa in dicto capit.
finali.& conſequenter vno conceſſo,non venit aliud. Vnde
in diſpenſatione non procedit argumentum à maiori, nec à
16 ſimili,vt ibi not.Geminian. ¶Decimotertiò,† vtrum illegi-
timus vel irregularis diſpenſatus in ordine & beneficio, atq;
promotus,poſſit poſtea impetrare diſpenſationem ſuper plu
ralitate,nõ facta mentione de illegitimitatis vel irregulari-
tatis defectu? Et dicit Geminianus in dicto cap.fi. quòd non.
& eſt ibi text. ¶Decimoquartò, † vtrum epiſcopus dipenſa-
17 re poſſit cũ illegitimo, vt poſſit plura bñficia ſimplicia re-
tinere ſimul? Et dicit Geminianus vbi ſuprà,quòd nõ.& facit
cap.is qui.primo reſponſo.de præbendis. libro vj.vbi quan-
do conceditur alicui vt poſſit beneficiũ cõferre,de vno intel-
ligitur,non de pluribus. ¶Decimoquintò , vtrum epiſcopus
diſpenſare poſſit cum illegitimis,vt habeant ſimpex benefi-
cium,ſeu præbẽdam in eccleſijs ſuorum patrum,qui ſunt ſa-
cerdotes? Et dico quòd nõ,viuẽtibus patribus.de fil.presbyt.
cum decorem.multo minus in canonicatu.eodem tit.ad abo
lendam.ipſis verò mortuis , ſic:dummodo non diſpenſet ſu-
per beneficio vel præbenda,quam eius pater tenebat imme-
diatè:ſecus ſi mediatè.Et hoc credo verius,vt notat in dictis
capitulis:licet Gofr. teneat quòd nunquam canonicatum in
eadem eccleſia poterit habere ex diſpẽſatione epiſcopi.

¶Decimoſexto, † vtrum ſi Papa diſpenſauit cum illegitimo
vt promoueri poſſit ad beneficium curatum,ꝑ hoc promo-
ueri poterit ad bñficium,cui præficiendus eſt aliquis per ele
ctionem eligẽdus? Et dico quòd ſic,ſecundum Gemin. in di-
cto cap.is qui.quoniam quando vitium tollitur ex toto,vt in
caſu prædicto,eligi põt:vt in ca. cũ Vintonienſis.de electio.
etiam ſi eſſet dubium an verba diſpenſationis tollãt ex toto
vitium. & hoc tene,licet alij dicant quòd eligi non poteſt.

¶Decimoſeptimò,† vtrum liceat alicui ſibi ꝓcurare benefi
cium? Et dicit Sanct. Thom.& Ray.quòd non,ſi eſt benefi-
cium cũ cura animarũ:quia nõ poteſt quis ſine gratia & cha
ritate miniſtrare:quam nullus ſcit ſe habere.Secus de alijs
beneficijs:quia poteſt ea quis ſibi ꝓcurare ꝓ ſe digno & indi
genti:Auguſtinus tamen de Ancho.in libro de poteſtate pa-
pæ,tenet generaliter hoc eſſe non poſſe ſine peccato: quod
Sum.Ang.verum limitat, quando quis principaliter quærit
vt habeat beneficium:ſecus vt proſit.Sed iſta diſtinctio non
habet locum in bñficio ſine cura, quia nullus eſt:cui ſuo re-
gimine proſit. Vnde illud dictum nõ eſt verum,etiam ſi quis
quærat principaliter vt habeat beneficium ad ſuſtẽtationẽ
ſui pauperis:quia non debet fame tabeſcere. ¶Decimoocta-
uò,vtrum occupans beneficium viuentis ſcienter faciens ſe
inſtitui,ſit infamis? Et dicit Panormitanus in ca.j.de conceſ.
præbend.quòd ſic.iij.quæſt.ij.audiuimus.& ſolus papa diſpẽ-
ſat cum eo:ſicut cum eo qui viuente vxore alium accepit: vt
in capit. finali.de eo qui duxit, &c. ex quo ibidem concludit,
quòd licet cùm vacaret,fecerit ſe inſtitui, vel ſibi conferri à
papa,non habita mentione de occupatione præterita, non
valet,& eſt gratia ſubreptitia: quia nõ ſic faciliter obtinuiſ-
ſet.& facit ca.poſtulaſti.de reſcri.Similiter dicit de his,qui de
facto occupant,vel per brachium ſeculare in vacantibus be-
neficijs ſe intrudunt:ſi in impetratione de tali occupatione
non faciunt mentionem: quia omne id, ex quo ita faciliter
non obtineretur,tacitum inducit ſubreptionem, per dictum
caput,poſtulaſti.cum ſimilibus.

¶Decimononò,† vtrum is,qui beneficia nõ canonicè habita
tenet ex tolerantia ſeu tacito conſenſu prælatorum, habeat
aliquod ius in eis? Et dicit Henricus Boich ſuper capite,
dilecto.de præbend. quòd ſi prælatus hoc ignorat, non ob-
ſtat ei, etiam ſi expreſſè conſentiret: nec tenenti acquiritur
aliquod ius:quia non conſentit qui errat.ff. de iuriſdictione
omnium iudicum. l.ſi per errorem. ſecundum.Innocentium
& Hoſtien.ibi,& archid.lxiij. diſtinct.cum Adrianus. Si verò
prælatus hoc ſciebat,& ipſe eſt papa:diſtinguitur:quia ſi to-
lerantia ſit expreſſa ab eo,vel aliquo de mandato eius,eſt to
lerãtia approbationis,& dat ius:quia papa non adſtringitur
forma conferendi,per quam acquiritur ius.ix.quæſt.iij.cun-
cta. Vnde poſtquam de ſuavoluntate cõſtat,ſufficit. Si verò
non fuit expreſſa,non eſt approbationis: nec ſufficit ſecun-
dum Hoſt.in cap.literas.de ſup.neg.prælat.Si verò talis præ-
latus nõ eſt papa:patientia,ſeu tolerãtia etiam expreſſa,non
dat ius, niſi interueniat canonica electio,vel prouiſio;vt dicit
gloſſa in dicto capite, dilecto.quam approbat Hoſtien. hæc
ex illo. ¶Vigeſimò quæritur, ad quid teneantur iniuſtè
poſſidentes eccleſiaſtica beneficia? Dico quod ſtatim reſi-
gnare talis tenetur in manu eius,qui reſignationem poteſt
acci-



accipere,vel alicuius nomine eius , ſi eſſet in mortis articulo
ſecundum Inn.& tenetur reſtituere fructus perceptos.de re-
nunc.poſt tranſlationẽ.§.rurſus.Poterit tamen,ſecundũ Inn.
retinere vitæ neceſſaria ſtrictè,de cõſilio cõfeſſoris,ita quòd
ſolùm nõ egeat:& alios fructus in eccleſiæ vtilitatem cõuer-
tat:quia reſtituere tenetur.ca.dilecto.de præb. Aliter abſolui
nõ poteſt,niſi obtineat diſpenſationẽ : nec in foro animæ te-
nentur ei ſubditi obedire,vt dictum eſt.nec ſecundum Arch.
perpetuò præſcribere poteſt,ſi minus canonicè obtinuit,ſci-
licet ſimoniacè,vel per fraudẽ,aut aliquã ſubreptionẽ.Intel-
ligo autem dictum Hoſ.quòd poſt reſignationẽ,ſi habet ali
21 quos fructus,tenetur de his. ¶Viceſimoprimò,† vtrum filius
perdat eccleſiaſticum beneficium propter crimen lęſæ maie
ſtatis cõmiſſum à patre? Et dicit gl.in c.ſatis peruerſum.lvj.
di.quòd non.Item dicit quòd nec propter crimen læſæ maie
ſtatis diuinæ:vt quia hæreticus vel ſchiſmaticus.c. quicũque.
de hære.lib.vj.de ſchiſma.c.vnico.lib.vj.vbi licet prohibeant
admitti ad eccleſiaſtica beneficia taliũ filij, tamen non dici-
22 tur quòd habitis priuentur. ¶Viceſimoſecundò,† vtrum cle-
ricus beneficiatus contrahens matrimonium perdat benefi-
cium ipſo facto? Et dico,ſecundum dominum Anto.in c.j.de
cler.coniu.quòd ſi ſit in ſacris,& contrahat per verba de præ
ſenti,non eſt priuatus ipſo facto,ſed priuandus. Mouetur:qa
cauſa priuationis elicitur ex.c.quòd à te.&.c.diuerſis.de cler.
coniug.quia non poſſet ſeruire vxori & beneficio.quæ ratio
ceſſat in cõſtituto in ſacris,quia non eſt matrimonium:ideò
compellitur vxorem dimittere.Si autem non ſit in ſacris,ſed
in minoribus duntaxat:tunc alij diſtinguũt inter ſpõſalia de
futuro & de pręſenti:vt primo caſu diſſolutis ſpõſalibus poſ-
ſit redire ad beneficiũ ſuum.& facit lex,ea quæ.ff.ad munici
pa.vbi deſponſata ante nuptias cõtractas ſuũ non mutat do-
miciliũ:& ſic effectualiter nõ dicitur matrimoniũ cõtractũ.
Secũdò verò caſu bñficium nõ recuperat: quia ex contractu
matrimonij ꝑ verba de præſenti inſurrexit vinculũ incõpa-
tibile cũ ipo bñficio.vñ ꝑditũ eſt ius,qđ habebat in illo:& ad
illud amplius nõ dabit regreſſus.Idẽ ſi clericus in minoribus
cõtraxit matrimoniũ cum cõſanguinea in facie eccleſiæ: &
poſtea ꝓbata cõſanguinitate ruptũ eſt matrimoniũ: qa ꝑdit
bñficiũ,cũ facto ſuo eccleſię renũtiauerit. ¶Viceſimotertiò,
vtrũ clericus aſſumẽs bñficium nõ animo clericãdi,ſed vt ex
eo viuat in iuuentute,aliàs nõ habẽs animũ reſidẽdi, ſit iuſtè
ꝓmotus? Et dicit Pan.in c.relatũ.de cle.nõ reſi.de mẽte doc.
ꝙ nõ.Hoſt.tñ dicit hoc peccatũ ꝑ pœnitẽtiã tolli:vt in c.fin.
de ſimo.& vult dicere nõ eſſe neceſſe ad purgãdũ hoc pctm̃,
dimittere beneficium:ſicut nec in eo,qui promouetur per ſi-
moniam mẽtalẽ.Eridẽ dicit ibi Pan.de eo,qui beneficiũ ac-
cepit,non vt ibi ſeruiret:ſed donec poſſit pinguius habere.

## Rurſus de Beneficijs, præbendis & dignitatibus quartò, ſpecialiter quantũ ad pluralitatem.

1 *Iure diuino,an cautum reperiatur, ne quis plura beneficia teneat? Et ex pluralitate, quæ incommoda ſequantur?*
2 *Iura antiqua quid circa beneficiorum pluralitatẽ cauerint? Et quid de ea contineant ac tradant? Et plura beneficia iure cõi, vel ſpeciali ſtatuto reſidentiam requirentia,num tenere liceat?*
3 *Summa Piſana,quot & quibus caſibus pluralitatem eccleſiarum,aut præbendarum ſine diſpenſatione permitti tradit? Et de quibus eccleſijs ac præbendis accipiendum ſit?*
4 *Beneficia plura habens,cui vnum ſufficit,an per diſpenſationem Papæ excuſationem mereatur.*
5 *Diſpenſatio ſuper beneficiorum pluralitate,an in aliquibus caſibus inefficax ſit? Et quibus?*
6 *Perſonatum vnum,ſeu dignitatem,vel beneficium curatum habens,an per acceptationem ſecundi, primum ipſo iure vacet? Et huius quæſiti limitationes variæ nu.ſeq. eleganter traduntur.*
7 *Perſonatus & dignitas,num ſemper pro eadem re ponantur.*

BENEFICIVM† quartò ſpecialiter quãtũ ad pluralita 1
tẽ,ſciendũ eſt ꝙ ſecundũ ius diuinum non inuenitur ali-
quid circa hoc expreſſe determinatũ: cùm in ſacra ſcriptura
expreſſa de hoc mẽtio nõ fiat:quanuis de hoc argumenta ex
aliquibus authoritatibus ſcripturæ fortè adduci poſſint,quæ
tamen non lucidè veritatem oſtendunt:loquendo autem ſe-
cundum ius naturale,quod nulla humana lege vel conſuetu
dine poteſt abrogari,ſecundum S.Tho.vt patet in ix. quoli-
bet.q.vij. habere plures præbendas nõ eſt actio ſecundum ſe
mala, vt Deũ odire: nec ſecundũ ſe bona, vt Deũ amare:nec
ſecundum ſe indifferẽs,vt leuare feſtucã: ſed cõtinetur inter
actiones,quæ abſolutè conſideratæ, important deordinatio-
nem quãdam:ſed ex circunſtantijs aduenientibus efficiuntur
bonæ: vt occidere ſi occidendus ſit malefactor , & occidatur
propter iuſtitiam: quia habere plures præbendas continet in
ſe plurimas inordinationes:vtpote quia non eſt poſſibile ali-
quem in pluribus eccleſijs deſeruire,in quibus eſt præbenda-
tus,cùm præbendæ videantur eſſe ſtipendia ibidẽ minſtran-
tium Deo.Sequitur etiã diuini cultus diminutio,dum vnus lo
co plurium inſtituitur.Sequitur etiam in aliquibus defrauda
tio voluntatum teſtatorum,qui ad hoc bona eccleſijs contu
lerunt,vt ibi eſſet certus numerus ſeruientium Deo.Sequitur
etiam inæqualitas,dum vnus pluribus beneficijs abundat,&
alius nec vnum habere poteſt:ſequũtur etiam multa alia hu
iuſmodi:tamen per circũſtantias prædictæ deformitates poſ
ſunt totaliter euacuari:puta ſi in pluribus eccleſijs eius obſe
quium ſit neceſſarium,& poſſit plus vel tãtundẽ ſeruire ab-
ſens vt alius præſens,& huiuſmodi:& tunc ſi adſit recta intẽ-
tio,non erit peccatũ, etiã nulla interueniente diſpẽſatione,ſi
conſideretur tantùm ſecundnm ius naturale, ad quod diſpẽ-
ſatio non pertinet,ſed ſolùm ad poſitiuũ.Si verò quis hac in-
tẽtione plura habeat beneficia,vt ſit ditior,vel lautius viuat,
vel facilius perueniat ad epiſcopatum: non tolluntur illę de-
formitates,ſed augentur.Hæc ex illo,qui loquitur de præbẽ
dis:ſed eius dicta ſunt vera de omni beneficio ſine cura eadẽ
ratiõe:à fortiori verò de beneficijs curatis.Si verò loquamur
ſecundum ius poſitiuum,dicit ibidem S.Th.ꝙ ſecundum an-
tiqua iura prohibitum eſt habere plures præbendas:ſed con-
ſuetudo eſt in contrarium,per quam quidam dicunt illa iura
abrogari,& quidam hoc negãt:quæ controuerſia Iuriſtis re-
linquatur:quanuis hoc ſit probabile quòd inquantum conti-
nẽt ius naturale,abrogari non poſſunt,ſed ſolùm inquantum
continẽt ius poſitiuum:ſi hi,quorũ eſt ius poſitiuum mutare,
ſcientes contrariã conſuetudinẽ & diſſimulantes intendunt
per hoc antiqua iura mutare.Igitur ſi ſtant in ſuo robore an-
tiqua iura,non poteſt quis habere plures præbendas ſine di-
ſpenſatione,etiã ſuperuenientibus dictis circunſtantijs.Si ve-
rò ſunt abrogata:tunc ſuperuenientibus dictis circunſtantijs
licet etiam ſine diſpenſatione:& ſine eis nõ licet, etiam cùm
diſpenſatione:quia humana diſpenſatio non aufert ligamen
iuris naturalis,ſed ſolùm poſitiui.hæc ex illo ſuccinctè. Cir-
cunſtantia autem remouens talem inordinationem,ſecundũ
Gof.poteſt eſſe triplex,ſcilicet neceſſitas:puta, qa plures nõ
inueniuntur idonei:vtilitas eccleſiarum ſcilicet, & eorũ qui-
bus præſunt:& prærogatiua meritorum : puta,quia plus va-
let abſens quàm alius præſens. ¶Primò† verò quæritur,quid 2
circa pręſentẽ quęſtionẽ poſitiua iura cõtineãt? Et quidam vt
recitat Ioã.An.in c.cum iandudum.de prębend. dicunt hodie
communi iure poſſe aliquem plures habere prębendas,cùm
prohibeatur ſolùm , pluralitas beneficiorum & dignitatum
cum

cum cura:vt in cap. de multa.de præben.quia ſi papa de pre
bendis aliud non intellexiſſet,hoc idem de ipſis excepiſſet.de
decim.ad audientiam.cum ſuis cõcor.c.autem, epiſcopi.diſt.
lxxx.&.c.presbyteros.xvj.q.j.& ſimilia,loquuntur ſecundum
ſua tẽpora:ſed hodie ſecus:vel reſtringuntur ad beneficia cu
rata vel ad illos,qui habent non ſolùm pluralitatem præben
darum,quæ non prohibetur:ſed multitudinem nimiam,quæ
ſonat in vitium,& prohibetur in d.cap. cum iandudum.& ſ.
eod.in tantum.Et opinionem hanc dicit Ioan.An.veram, niſi
vtraque requirat reſidentiam:referens ſe ad dicta in cap.ſi.de
cle.non re.vbi ponit opinionem Inno. quæ habet in ſumma,
quòd habere plura beneficia non curata,& quæ de conſuetu
dine vel ſtatuto reſidentiũ non requirunt,non eſt peccatum,
nec contra iura.& ſic refert gl. in cap.gratia. de reſcrip.libr.
vj.Hoſtien.autem in cap.literas.de præben. arguit pro dicta
opinione:ſed dicit rationes eſſe debiles.& tandem tenet.vt re
fert Archi.quòd nullus poteſt plures præbendas habere in ti
tulum.arg.diſtinct.lxxvj.acutius.nec in hoc, ſecundum eum,
poſſent diſpenſare prælati.di.lxx.ſanctorum.quòd intellige
quando ſunt completæ,non diminutæ. Et ratio eſt ſecũdum
eum:quia ſingulæ præbendæ requirunt ſingulos actus & mi
niſtros,& canonici ad reſidentiam tenentur,vt Aſiſij:tamen
ne inde tanta multitudo damnetur,dici poteſt,epiſcopũ poſ-
ſe diſpenſare in pluribus præbendis habendis in beneficium
non in titulum: & cum aliquibus alijs limitationibus, de qui
bus vide eum in d.cap.literas.Gof.autem,vt recitat Ioan.An.
in cap.quia nonnulli.eod.tit.dicit quòd plures præbendas nõ
poteſt quis ſimul habere,dummodo vna per ſe ſufficiat.aliàs
etiam de iure communi poteſt quis habere plures: vt de cle.
non re.conquerente.Panor.autem in cap.cùm iandudum.de
præbend.dicit quòd indubiè illicitum eſt tenere plura bene
ficia requirentia reſiſtentiam iure communi vel ſpeciali ſta-
tuto:quia ſunt incompatibilia propter onus reſidentiæ.ſi ve-
rò non requirunt reſidentiam , puta quia conſuetudo eſt in-
contrarium, quæ ſatis valet in ſimplicibus, vt in cap.cum o-
mnes.de conſtit.tunc dicit ibi & in d. cap . conquerente.con-
iuncti quod habens beneficium quantuncunq; ſimplex quod
per ſe ſufficiat ad vitam beneficiati:non poteſt aliud tenere
ſine peccato mortali,ſecũdum gl.in cap.dudum.el ij.de elec.
quod ipſe limitat, ſi propter ſe ſolum habet: ſecus ſi collata
ſunt,non ratione ſui,ſed propter vtilitatem beneficiorum:vt
quia eſt homo induſtrioſus & cõſcientiatus: vt not.in ca.cum
iandudum.de præb.Et hanc limitationem & ſententiam te-
ne:quia eſt mens S.Tho.vbi ſuprà.Sed adde aliam limitatio-
nem:vt dicatur id licere quãdo plures præbendæ vel eccleſię
non habẽt rationem plurium,ſed vnius ſiue ratione vnionis,
3 ſiue ratione dependentiæ vnius ad aliam.¶ Vnde† partim ex
conceſſione iuris naturalis,partim ex conceſſione iuris poſi-
tiui,bene habetur in Sum.Piſa.quòd ſunt quinq; caſus,in qui
bus poteſt quis habere duas vel plures eccleſias vel prebẽdas
ſine diſpẽſatione.Primus eſt,quãdo eccleſiæ ita ſunt tenues,
quòd neutra ſufficeret ad ſuſtẽtationem. x.q.iij.vnio.de reli.
do.quod monaſterium.Secundus. Si vna pendet ex altera.de
ætat.& quali.eam te.Tertius,propter raritatem clericorum
xxij.q.j.clericum.in fin.Quartus,ſi eccleſia eſt annexa præbẽ
dæ vel dignitati:quo caſu ipſe tenetur maiori eccleſiæ perſo
naliter deſeruire ,in ipſa autem parochiali habere idoneũ &
perpetuum vicarium,qui congruentẽ habeat de illius eccle-
ſiæ prouentibus portionem.de præbend.extirpandæ. Quin-
tus,ſi habeant vnam intitulatam & aliam commendatã.xxij.
quæſt.j.qui plures.de qua commenda vide infrà Commen-
da.Hanc tamen pluralitatem Archid.dicit intelligendam de
eccleſijs non habentibus curam, & de præbendis in eccleſijs

diuerſis:quia in eadem hoc ſine diſpenſatione non licet:vnde
quia in primo & in tertio caſu quantum ad eccleſias cura-
tas fieri non poteſt per epiſcopum, niſi per modum vnionis,
multas ſcilicet eccleſias vniendo:quam vnionem epiſcopus fa
cere poteſt,vel ſimpliciter & perpetuò,vel ad vitam cui con
feruntur:de conſenſu tamen habentium ibi ius aliquod,vt pa
tronorum,& ex cauſa rationabili:vide etiam de his in glo.in
cap.dudum.el ij.de elec.in ver.intitulatam.¶ Secundò† quæ-
ritur,vtrum habens plura beneficia quãdo vnum ſufficit ex-
cuſetur per diſpenſationem papæ? & dico ex mente Sã.Tho.
vbi ſ.quod non,ſi diſpenſetur in fauorẽ ſui:quia hoc eſt con-
tra ius naturale,in quo papa non diſpenſat : vnde licet gloſſ.
in cap.dudum.el ij.de elec.dicat quod excuſatur: tamẽ Pan.
ibi dicit ſe habere pro indubitato quòd non ſit tutus quo ad
eccleſiam triũphantem,etiam diſpenſatus per papam,quan-
do diſpenſatus eſt ad ſuam vtilitatem:quia hoc caſu non ſo-
lùm alteratur iuris poſitiui diſpoſitio ,ſed etiã Chriſti patri-
moniũ iniuſtè diſpergitur:vnde cùm bona eccleſiæ papa ſi-
ne cauſa alienare nõ poſſit ſine graui peccato,vt dicit Arch.
xxij.q.ij.non liceat papæ.multo minus poteſt dare lineã alte
ri ipſa diſpergẽdi:vt in cap.nuper.de do.poſt diuor.reſt.& ſic
conuincitur ratio Inn.in cap.cum ad monaſterium . de ſtatu
mon.quia hic non ſolùm violatur ius poſitiuũ:ſed potius di-
uinum.Et idem tenet Hoſt.in d.c.dudum.quem ſequitur Io.
And.Et idem ſentit S.Thom.Nec valet conſuetudo contra-
ria,vt ibi dicit Panor.& iura ſiue gloſſ. quæ dicunt quòd va-
let,intelligunt pro neceſſitate vel vtilitate vel prærogatiua
meritorum,vel pro potẽtia retinendi plura beneficia ſimpli
cia:ſed non vt fructus lucrifaciat ſibi ad vtilitatem priuatã,
vel augendũ patrimoniũ,vel vt lautius viuat,aut facilius epi
ſcopatum vel maiorem dignitatem conſequatur:quia,vt di-
cit S.Th.vbi ſ.hac intentione tenere vnum beneficium,quod
nullam deordinationem in ſe importat,eſt illicitum:quia cõ
tra rationem in cap.ratio nulla. cum ibi notatis. de præben.
& contra officium pietatis.xvj.q.j.cap.fin.de hoc etiam infrà
Clericus.¶ Tertiò,† vtrũ diſpenſatio ſuper beneficiorũ plu-
ralitate in aliquibus caſibus non valeat? Et dico quòd ſic,ſe-
cundum Archi.quando impetrãs ſubticuit aliquod quantum
cunque modicum beneficium. Quando autem conceditur
vt quis poſſit habere bñficia duo curata:intelligitur de duo-
bus primis poſt conceſſionem:& de alijs non valet.Quando
etiam mandatur alicui prouideri de beneficio,non obſtante
quòd aliud habeat,per hoc non eſt diſpenſatũ,vt habeat am
bo ſimul.de præben.ſi motu.li.vj.Quando etiam papa obti-
nenti beneficium aliud confert motu proprio nõ habita mẽ-
tione de priori,non propter hoc gratia inualida eſt:ſed ſecus
ſi ad alterius petitionem gratiam facit:vt in d.cap.ſi motu.
¶ Quartò,† vtrum ſi quis habẽs perſonatum ſeu dignitatem
vel beneficium curatum accipiat ſecundum perſonatum ſeu
dignitatem vel beneficium curatum,ipſo iure vacet primum?
Et dico quòd ſic:vt in c.de multa.de præben.nec excuſat con
ſuetudo contraria, ſecundum do. Ant. quia conſuetudo non
excuſat in delictis.Pro quo eſt tex.in cap.j.de conſue.li.vj.&
in ca.literas.de conceſſi.præb. ſed tamen quo ad dignitates,
ſecundũ aliquos intelligitur quando ſunt in eadem eccleſia:
vt videtur colligi ex d.cap.de multa.& per dom.Anto.ibi.Et
hic ſecundum Inno.Hoſti.& Ioan.And.Beneficium curatum
intelligitur largè,ſiue in foro animæ curã habeat, ſiue aliàs,
ſiue ſit eccleſia parochialis vel cathedralis,ſiue capella curã
habens parochianorum de iure vel de facto:dummodo paro
chiam habeat,in qua parochiale ius exerceat:ſiue dignitas,ſi
ue officiũ,ſiue eccleſia. ſicut ſunt multi archipresbyteri, ar-
chidiaconi,& decani,qui nullã habentes eccleſiam cui præ-
ſint,



ſint,habẽt tamen iuriſdictionem ſuper multa loca:ſicut Pi-
ctauis & Paduæ.Perſonatus † autẽ & dignitas,ſecundũ Inn.
7 ferè ſemper ponuntur pro eodem:ſed ſecũdum Io.And.ideo
dicit ferè,quia in Anglia rectores parochiales dicũtur perſo-
næ.de appel.perſonę.in alijs verò regiõibus dicũtur rectores
vel curati.& tamen non dicũtur in dignitate cõſtituti.E con-
trario autẽ abbates,epiſcopi & ſuperiores nõ dicũtur perſo-
næ:& tamen ſunt in dignitate conſtituti,& quãdoq; priores,
extra eo.niſi eſſent.Intelligas ergo dignitatẽ vel perſonatũ,
ſecundum inſtitutionem vel cõſuetudinẽ eccleſiæ.hęc Io an.
And.Fallit tamẽ dicta regula in caſibus multis.¶ Primò quã-
do hoc fit cum diſpẽſatione ſufficienti;vt in d.c.de multa.&
de elect.dudum.el ij.¶ Secundò,ſecundũ Hoſt.quãdo primũ
vel ſecũdum beneficium eſt curatum habitu,nõ actu,ſcilicet
quia nõ actu habet parochianos:vt quia derelictus eſt locus.
de elect.licet canon.lib.vj.Inn.tamen & Abbas vidẽtur tene-
re contrarium.¶ Tertiò,quando alterũ beneficiorũ non ha-
bet curã ex ſe,ſed per vnionẽ alicuius curati.de præbẽ. ſuper
eo.¶ Quartò, qñ ignorabat ſe habere beneficium tale:quia
tunc ſibi datur optio.de reſcri.gratia.lib.vj.¶ Quintò,ſi non
ſciebat ſe illud habere de iure,& ſi de facto non habebat: vt
quia erat ſpoliatus primo,ſtat regula,ſecundũ Vinc. qui hoc
not.in d.c.dudũ.repetit tñ fructus primi,quos percipere pote
rat vſque ad receptionẽ ſecundi.¶ Sextò,quãdo ſecũdi bene-
ficij fructus alius ad tempus ex cauſa,puta papę conceſſione
percipit:vt de præbend.c.ſi tibi conceſſo.quia pro tempore,
quo ad alium pertinent dicti fructus,nõ cenſetur vacare pri-
mum:quod tamen Henr.Boich verũ dicit,ſecundũ Ioã.And.
& Arch.quantũ ad perceptionem fructuum primi beneficij:
vacat tamen quantũ ad hoc vt poſtquam pacificã poſſeſſio-
nem adminiſtrationis ſecũdi beneficij habuerit,debito tem-
pore cõferatur.vel locũ habebit Lateranẽſe conciliũ.de cõ-
ceſ.præbẽ.c.nulla. ¶ Septimò fallit,ſi ſecundi beneficij paci-
ficam poſſeſſionẽ adminiſtratiõis nõ habuerit,nec per eum
ſtetit quin haberet:quia tũc nõ vacat primũ, ſecundũ Hoſt.
Inn.Henr.Boich.& eſt tex.in cle.ſi plures.de præb.¶ Octauò
fallit in epiſcopatu,ſecundũ Inn.in c.cum noſtris.de conceſ.
præb.quem ſequitur Do.Ant.& Io.And.& Imol. in cle.gra-
tia.de reſcri.& facit tex.vij.q.j.in verbo,carebit.quod eſt ver-
bum futuri tẽporis:& ſic videtur requiri ſentẽtia.gl.tamẽ in
c.relatio.xxj.q.j.tenet ꝙ regula in epiſcopatu non fallit, ſed
primũ eſt verius:quia nõ vacat ꝑ adeptionẽ ſecũdi beneficij,
ſiue ſit ſuperius,ſiue inferius,ſiue æquale: cùm epiſcopatui
expreſſe vel tacitè renũtiare nõ poſſit ſine licentia papæ: de
trãſla.epi.inter corporalia.ſecũdũ Henr.Boich,Inn. & Hoſt.
Sum.autẽ Ang.dicit idẽ eſſe.de quocũq; alio beneficio,quod
quid nõ poteſt cũ alio tenere,niſi diſpenſetur.Sod hoc patet
falſum ex ratione quam aſſignant dicti Doct.Itẽ quia ſecun
dum hoc per dictã regulã nõ vacarent niſi beneficia inſuffi-
cientia:quia nullũ ſufficiens poteſt teneri cum alio ſuperue-
niente,niſi diſpenſatiuè.Vinc.autẽ ponit alios duos caſus ſu-
per d.c.dudum.¶ Nonò igitur fallit,vt not.Bern.in c.dudum.
in beneficijs vnitis vel dependentibus vel commẽdatis: vnde
ſi ſecundum curatũ quis adipiſcitur per viã annexionis,quia
ſcilicet eſt annexum nõ curato,nõ vacat primũ curatum. de
præb.ſuper eo.lib.vj.¶ Decimò, ſecũdum Vinc.ſi colore &
non animo beneficij perpetui recipit ſecundum,quia poſſet
tunc pœnitere.ij.q.vj.ſi quis libellos.de pœn.diſt.j. diuortiũ.
Idem ſi incõtinenti fuit deiectus.¶ Vndecimò,ſi ſecundũ re-
cipit in epiſcopatu alieno ſine licẽtia ſui epiſcopi à quo repe
titur:quia quãuis priuatus ſit primo quantũ ad ſe, nõ tamen
quãtum ad prælatũ ſuum,ſi ſine licẽtia ipſius tranſit. Et hoc
not.Ioan.xxj.q.ij.ſi quis iam tranſlatus.& concordat Gofr.&

Hoſt.¶ Duodecimò in eo qui expenſas de proprio fecerat in
primo,propter quas cõpetit ſibi retẽtio primi,ſecũdum Ioã.
de Lig.do.Ant.& dominũ Abb.per tex.xij.q.iiij.quicunq;, &
ſufficit tales expẽſas eſſe vtiliter cœptas,licet deinde totum
perierit à caſu,ſecũdũ Io.And.in c.ex parte.de cõſtit.vt quia
domũ factam ignis ſtatim cõbuſſit.Et ex his infert dominus
Abb.quòd ſi clericus moritur inteſtatus,hæres repetere po-
terit expẽſas quas fecerat in bñficio.Sed hoc intelligo ſi ex-
pendiſſet de bonis ſui patrimonij:& hoc de expẽſis factis an-
te receptionẽ ſecũdi:ſecus de factis poſtea.Inſtit.de rerũ di-
ui.§.certè¶ Tertiodecimò, in eo qui proteſtatur quòd pri-
mũ dimittere nõ vult: quia tũc fatuè agit prælatus ſibi con-
cedens ſecundum.& poſſet in hoc caſu locum habere conci-
lium Lateranenſe,ſcilicet quod non tenet collatio ſecũdi. de
cle.non reſi.quia nonnulli.vnde ſecundũ Hoſt.ſi quis recipit
ſecundum minus pingue,non videtur primum vacare : cùm
non videatur habere animum deſerẽdi primum propter ſe-
cundum:& maximè cùm errauit:arg. diſt.lxxiiij. quorũdam.
qui licet dicat hãc opinionem verã in ſcholis:fatetur tamen
eã eſſe falſam in iudicijs,& in curia nõ ſeruari.Extra hos ca-
ſus qui retinere primum contenderit,etiam ſecundo priuabi
tur:vt in d.c.de multa.Hodie tamen per cõſtitutionẽ extra-
uagantem Io.xxij.quæ incipit,execrabilis.ſi recipiens ſecun-
dum,primum quo priuatur abſq; moræ diſpendio verbo vel
facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico nõ dimit-
tat: priuatus eſt ſecundò, & inhabilis ad ſacros ordines , &
beneficia.hæc omn.Ioan.And.in noue.ſup c. de multa. exce-
ptis his quæ ponuntur de Henr.Boich.¶ Decimoquartò,addi
põt,quãdo quis acceptaret ſecundum calorẽ iracũdiæ, ſecun
dum Io.And.de Lign.& Ant.de But.& facit gl.in c.ex literis.
de diuor.quæ vult quòd cõfeſſio ex iracundia facta nõ præ-
iudicet.¶ Decimoquintò, quando acceptat ad tempus: puta
donec aliter fuerit beneficio ꝓuiſum,ſecundũ Pet. de Anch.
in c.j.de cõſuetud.lib.vj.Exemplum,dicit ſtatutũ quòd mor-
tuo epiſcopo archipresbyter adminiſtret iuriſdictionem ſpi-
ritualem eius,donec alius fuerit creatus ¶ Decimoſextò,vbi
habenti beneficia curata confertur aliud curatum,nõ oſtẽſa
fide diſpenſationis:quia nec valet collatio vltimi,nec vacant
priora.de offic.ordin.lib.vj.quod intellige ſi ſecũdum bene-
ficium acceptauit tãtùm,poſſeſſionem eius minimè nactus:
quia ſi eam fuiſſet nactus,vacarent priora:vt in clemẽ. ſi plu
res.de præbend.nec tamen hoc caſu valeret collatio vltimi.
Et ita hãc materiam intelligit gloſſa in dicta clemen. ¶ De-
cimoſeptimò fallit,in caſibus,in quibus licitum eſt habere
plura beneficia curata.de quibus in cap.dudum.de elect.el ij.
cum gloſſ.in verbo,intitulatam.& ſupra in princip.huius ti-
tuli.Quicunq; igitur præter hos caſus recipit dignitatem vel
perſonatum,ſeu beneficium,vel officium habens curam ani
marum, ſi ante obtinebat ſimile:cùm ſit priuatus primo
poſtquam poſſeſſionem obtinuit de ſecundo, vel per eum
ſtetit quo minus obtineret, tenetur abſque mora dimittere
primum in manibus ordinarij, in cuius epiſcopatu hoc fue-
rit:alioquin etiam ſecundo eſt priuatus ipſo iure: & non ſo-
lùm ad ſacros ordines:ſed etiam ad omne aliud beneficium
eſt inhabilis:& omnia talia vacatura beneficia ipſo iure re-
ſeruantur apoſtolicæ ſedi:& ſi alius diſponat de eis,non va-
let.hæc Ioannes xxij.in extrauaganti, quæ incipit, execrabi-
lis.& concordat Alberi.Habet autem hæc regula locum in
prioratibus curatis,quibus præficiuntur religioſi:vt in capit.
cum ſingula.de præbẽd.libro vj.imò etiam idem ſeruaretur
etiam ſi prioratus nõ eſſet curatus:vt dicit tex. in clem.quia
regulares.de ſuppl.neg.prelat.in fin.& ſimiliter habet locũ
in præbendis,quãdo tam prima quàm ſecunda eſt in eadem
eccl

ecclesia:quia tunc ipſo iure vacat prima:vt in cap.literas.de
conceſ.præbend.etiam ſi acceptaret ſecũdam iure annexio-
nis:vt in clem.fin.de præbend.aliàs autem non habet locum
in præbendis, ſecundum Vinc.& dominum Anto. quia non
8 eſt eadem ratio,ſicut de beneficijs curatis.¶Quintò,† vtrũ
ſpolians aliquẽ beneficio curato,perdat ſuum? Et dico quòd
recipiens ſecundũ beneficium curatum,perdit ipſo iure pri-
mum curatũ,quo ipſe fuerat ſpoliatus:multo fortius primũ
pacificè poſſeſſum,ſecundum gl.in clemẽ.gratiæ.de reſcrip.
in verbo,renuntiare. Pro quo facit quod not.Dom.Anton.&
Ioan.de Ligna.in c.eum teneamur.de præbẽ.vbi dicũt quòd
impetrans tenetur facere mentionẽ beneficij,quo fuerat ſpo
liatus.Poteſt tamen iſte,ſecundũ do.Ant.petere fructus pri-
mi beneficij,quos recepit ſpoliator vſq; ad tẽpus acceptionis
ſecundi.& ad hoc alleg.Spec.Econtra verò ſpolians aliquem
iniuſtè beneficio curato,perdit illud quod ipſe pacificè poſsi
debat:vt in c.eũ qui.de præb.lib.vj.& ſi quod ius habebat in
ſecundo:perdit illud,& beneficium vacat:vt in d.c.eum qui.
9 ¶Sextò† quæritur,vtrum habens beneficium non curatum,
requirens tamen reſidentiã ex ſtatuto vel conſuetudine,per-
dat illud ipſo iure,ſi acceptet ſecundum ſimile,vel curatum?
Et Inn.in c.fin. de cler.nõ reſi.diſtinguit:quia ſi ſtatutum re-
quirit reſidẽtiam temporalem tantùm,aut etiã ſi perpetuã,
ſed nõ reſidentem obligat ad perditionem fructuum ſolum:
tunc non perdet primum ipſo iure.Si verò requirit reſiden-
tiam perpetuã,& non reſidentem obligat ad perditionẽ be-
neficij,ipſo iure perdit primũ per acceptationem ſecundi:vt
etiam tenet gl.in d.cle.gratiæ.& Feder.Contrariũ autẽ eius
quod tenuit Inn.in ſecundo membro tenet Io.And.in addit.
Spec.in tit.de cler.nõ reſi.& ſic reprobat dictum eius.Et hãc
opinionem ſequitur do.Card.& petr.de anch.& dom. Abbas
in d.c.fin.Et mouẽtur,quia dictum c.de multa.eſt correcto-
rium:& loquitur de eccleſia curata.Sed dom.Anto.in d.c.fin.
diſtinguit dicẽs,priuationis formã conſiderandam eſſe:quia
ſi propter nõ reſidentiam ſtatutum imponit pœnam priua-
tionis ipſo iure:tũc vera eſt prima opinio.Aut nõ priuat ipſo
iure,& ſic eſt vera ſecũda.Vide pleniſsimè per dominũ Abb.
10 in c.extirpãdæ.de præb.¶Septimò † quæritur, quæ ſit pœna
eius,ꝙ beneficia prędicto modo vacãtia,ſcilicet ex adeptio-
ne ſecundi,tẽpore debito nõ cõfert? Et dico quòd ſi nõ con-
ferat illa intra ſex menſes,poteſtas cõferendi deuoluitur ad
alium,vt ſuprà Beneficium.ij.§.vj.& incurrit etiam aliã pœ-
nam:quia tenẽtur aſsignare in vtilitatem eccleſiæ vacãtis de
ſuis prouentibus,nõ de illis eccleſiæ ſuę tantum quantum à
tempore ipſius vacationis perceptum fuit à quocũq; detinẽ-
te ipſum:vt in c.de multa.de præben. Et ſi propriũ non ha-
bet,punietur alia pœna ad iudicis arbitrium.xvj.q.vj.illud.
xiij.q.vj.ſi res.vel repetent ab eo qui percepit:quia ipſe tan-
quam inuaſor omnes fructus reſtituere tenetur.C.de rei ven
dic.l.certum.Et cum prædictis cõcordat Albericus.¶Octa-
11 uò † quæritur,quis diſpenſare poſsit in beneficiorum plura-
litate,legitima cauſa interueniẽte? Et dico quòd in pluribus
ſimplicibus,item in vno curato & alio ſimplici,diſpẽſare po
teſt epiſcopus in diuerſis eccleſijs,& in vna ſi ſunt ſimplicia,
ſecundũ gloſſ.in capit.literas.de conceſ.prębend.quod Ioan.
And.verum dicit,ſi ſunt difformia:vnde poteſt,inquit, diſpẽ-
ſare vt quis in eadem eccleſia habeat dignitatẽ & canonica-
tum.& facit cap.primũ cum gloſſ.de conſuet.lib.vj. & Fede.
conſilio cxv.tenet quòd poteſt diſpenſare vt quis in eadẽ ec-
cleſia habeat canonicatum & altare ſeu beneficium alicuius
capellę. Et hoc ſequitur Panor.in dicto cap.literas. In duo-
bus autẽ conformibus non poteſt in eadem eccleſia, puta vt
quis habeat duos canonicatus.quod Panorm.vbi ſuprà,dicit
ſequi cõmuniter Doctores.Vnde in eccleſia duo altaria ha-
beri nõ poſſunt in titulum ex diſpẽſatione epiſcopi,ſed Gul.
de mõte Laud.& videt̃ ſequi Gemi.vbi ſuprà,& placet:quia
altaria data in titulum perpetuũ,dicũtur beneficia: ſecũdum
gl.in clem.ij.de deci.& ſequitur Gemin.in c.j.de cõſuet.lib.
vj.Altaria verò,quæ nõ dãtur in titulũ, bene haberi poſſent
ex diſpenſatione eius:in perſonatibus verò,vel dignitatibus,
vel adminiſtrationibus,aut officijs perpetuis,quocũq; nomi-
ne cenſeantur,ſolus papa diſpenſat:vt in dicto cap.j. ſcilicet
in eadem eccleſia vel diuerſis:vt in cap. de multa.de prębẽ.
Et licet tex.videatur ſolùm de eadem eccleſia prohibere:ta-
men Doctores in dictis capitulis dicunt hoc habere locum
etiam in eccleſijs diuerſis:per cap.quia nonnulli.de cler.non
re.quod nota.licet Innocen.dicat cõtrarium in dicto cap.de
multa.dicens quòd epiſcopus diſpenſare poteſt in pluribus
eccleſijs:dummodo curam animarum non habeant.Sed pri-
ma opinio tenenda eſt tanquam tutior & verior.

## Rurſus de Beneficijs, præbendis, & dignitatibus.v.ſpecialiter quantum ad fructus.

1 *Fructus beneficiorum tempore vacationis in cuius vtilitatem expendi debeant:aut quid de ipſis fieri debeat? Et quid ſi contra,quàm iure cautum ſit,fiat?*

2 *Indulgentiæ perſonis,non eccleſijs,aut dignitatibus cõceſſæ de beneficiorũ in abſentia fructibus percipiendis, an validæ ſint? Et num beneficiorum fructus alienari poſſint? Et quæ locari? Et horum locatio in quantum tempus fieri poſsit?*

3 *Canonici,& reliqui beneficiati,qui diuinis officijs perſonaliter nõ interſunt, nũ quotidianas diſtributiões ꝑcipere queãt?*

4 *Clericus patrimonium habens idoneum, num licitè de eccleſiæ bonis ſuſtentari queat?*

BENEFICIVM † quintò quantũ ad fructus,ſciendum
eſt quòd fructus tẽpore vacationis debent in vtilitatem
eccleſiæ expẽdi,vel futuris ſucceſſoribus fideliter reſeruari.
aliàs in cathedralibus eccleſijs & in regularibus & collegia-
tis,ſi fiat cõtra ꝑ capitula,cõuẽtus & collegia vel ſingulares
perſonas,ipſi cõtra faciẽtes ſunt ſuſpẽſi ab officio & bñficio
quolibet,donec plenè reſtituerint qcqd de bonis ꝑceperint
prælatis mortuis dimiſsis,aut vacatiõis tẽpore obueniẽtibus
nõ obſtãtibus priuilegijs,cõſuetudinibus,ſtatutis,iuramẽto
cõfirmatione ſedis apoſtolicæ,aut alia quacũq; firmitate va-
latis.extra de elect.quia ſepe.lib.vj.Et ſimilis ꝓhibitio fit ge-
neraliter de oĩbus eccleſijs,ne bona earũ occupent̃ à plãtis,
quibus ſubſunt,ſeu ad quorum cuſtodiam pertinent,aut alijs
quibuſcunq; perſonis eccleſiaſticis, ad quorum collationem
ordinationem,præſentationem, ſeu cuſtodiam pertinent di-
gnitates,perſonatus, prioratus,vel eccleſiæ vacantes,niſi de
ſpeciali priuilegio vel conſuetudine præſcripta, vel alia ra-
tionabili cauſa: aliàs epiſcopi & ſuperiores ſunt ſuſpenſi ab
ingreſſu eccleſiæ: & alij ab officijs & beneficijs,donec ſatiſ-
fecerint: vt in cap. præſenti.de offic.ord. libro vj. vbi etiam
dicitur quòd vbi ex priuilegio vel conſuetudine vel alia ra-
tionabili cauſa ſibi quis aſſerit dicta bona competere: hoc
de illis bonis ſolùm debet intelligi, quæ ſolutis debitis,ſi
quæ ſint,& his quæ fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus & mi-
niſtris ac oneribus incumbentibus vſque ad nouos reditus
ſupportandis congruè reſeruatis ex ipſis reperta fuerint ſu-
pereſſe. Quomodo autem iſta prohibitio differat à priori,vi-
de in dicto c.præſenti.in fin.¶Primò † verò quæritur,an va-
leant indulgentiæ conceſſæ perſonis,nõ eccleſijs, aut digni-
tatibus,de percipiendis fructibus beneficiorum in abſentia?
Et dico quòd ſunt caſſæ & irritę:extra de reſcrip.cap.fin.lib.
vj.ſed illud capitulũ,vt patet intuenti,nõ caſſat futuras poſt
illam cõſtitutionem:ſed caſſat præteritas,& futuras oſtendit
nõ fiẽdas à ſucceſſoribus:vnde ſi fierent,tenerent, licet fortè
interueniret peccatũ. ¶Secundò,vtrũ alienari poſsint benefi
ciorũ fructus? Et dico quòd de iam perceptis planũ eſt,quòd
ſic:vt ſ̃.Alienatio.nec requiritur illa ſolẽnitas,quæ in aliena-
tione immobiliũ requiritur:ſed & percipiẽdi locari poſſunt,
etiã ſi ſint decimæ vel alia,extra de loca.veſtra.Sed hęc loca
tio nõ extẽditur vltra tẽpus vitæ locantis: quia clericus in be
neficio vſufructuario cõparatur.xvj.q.vj.illud.imò hodie di-
cendũ eſt vt ſuprà Alienatio.§.xv. ¶Tertiò.†vtrum canoni-
ci & alij clerici beneficiati,qui perſonaliter diuinis officijs
non interſunt,poſsint percipere quotidianas diſtributiones?
Et dico quòd non:nec valet conſuetudo contraria,nec ſtatu-
tum,aut remiſsio canonicorũ,quando eis non accreſcunt: &
tenentur ad reſtitutionẽ,niſi eos excuſet infirmitas,aut iuſta
corporalis neceſsitas,aut euidẽs eccleſię vtilitas:extra de cle.
nõ reſi.c.j.lib.vj.Et intellige de infirmitate,quæ eſt cauſa,ꝓ-
pter quam diuinis nõ interſunt.aliàs ſecus:vt quia etiã quis ſi
non fuiſſet infirmus, non interfuiſſet diuinis: quia tunc non
habebit diſtributiones,ſecũdum Ge.ibi in d.c.j.Et ratio, quia
caſus ſuperueniens recipit interpretationem ſecundum ſta-
tum præcedentem:vt in c.maiores.ad finem,de bap.¶Quar-
tò,†vtrũ clericus habẽs ſufficiens patrimonium,licitè ſuſten
tari poſsit de bonis eccleſię? Et dico,ſecundũ Hoſt.& Guli.ꝙ
ſic,ſi eccleſię deſeruit.xij.q.ij.charitatẽ.&.c.eccleſiaſticis.Sed
ſi non ſeruit,& in malos vſus expẽdit,multipliciter peccat,&
ſacrilegium committit.xvj.q.j.quoniã.& j.q.ij.clerici. Et de
huiuſmodi debet intelligi c.paſtoralis.&.c.non eſt mea.& ſi-
milia.q.ead.Multa ad materiã beneficiorũ habes ĩ.tit. Cleri-
cus.& tit.Eccleſia.& tit.Præbẽda.& tit.Reſidẽtia. & tit.Per-
mutatio.& tit.Renuntiatio.



## De Bigamo vel Bigamia.

1 *Bigamiam,quæ in vxorum multitudine ac pluralitate ſpectatur,quiſnam primùm induxit? Et quotupliciter contrahatur?*

2 *Vir,ſi cum corrupta contrahat,cur irregularis efficiatur,num item ſi corruptus contrahat? Et quid ſi mulier eſſet ordinis capax,num cum corrupto contrahens irregularitatem cõtrahat?*

3 *Bigamiam duplicem eſſe,nimirum veram & interpretatiuam Et an ſit quædam ſimilitudinaria?*

4 *Bigamus num dicatur,qui primùm virginem ducit,quam non cognoſcit,ſed ea mortua cum alia virgine contrahit,& eandem cognoſcit:aut contrà primam,non autem ſecundam cognoſcit? Et quid ſi quis ducat viduam,quæ tamen cognita non fuerit:aut quã virginem crediderit, corruptam tamen cõpererit?*

5 *Bigamus num dicatur,qui vxorem vnam ante baptiſmum habuit,quam cognouit,& aliam ſuſcepto baptiſmo ſuperduxit?*

6 *Bigamus cur ꝓmoueri nequeat? Et huius quotuplex eſt cauſa? Et ibidem, quòd in matrimonio iuxta duplicem coniunctionem, animorum ſcilicet,& corporum,duplex ſpectetur ſacramentũ.*

7 *Diſpẽſari cũ bigamis,nũquid poſsit? Et quis cũ hmõi diſpẽſet?*

8 *Bigamus verè,num clericali priuilegio priuatus ſit? Et id num in omni bigamo locum habeat?*

9 *Conſtitutio pœnalis de caſu vero ad fictum,nũ extendi poſsit?*

BIGAMIAM,quæ ſcilicet eſt in vxorum pluralitate ſe
cundum S.Th.Hebr.xj.primus introduxit Lamech peſ-
ſimus,& vt dicit in iiij.di.xxvij.irregularitatẽ inducit:quia ha
bens alijs miniſtrare ſacramenta, vt habens ſacramentũ or-
dinis,nullum debet in ſacramẽtis defectum pati.defectus au
tem in ſacramento eſt,quando ſacramenti ſignificatio inte-
gra non inuenitur:ſacramentum autem matrimonij ſignifi-
cat coniunctionem Chriſti ad eccleſiam,quæ eſt vnius ad v-
nam:vnde ad perfectam ſignificationem ſacramenti perti-
net,vt vir ſit tantum vnius vir, & vxor tantum vnius vxor:&
conſequenter bigamia,quæ hoc tollit,irregularitatem indu-
cit.hæc ex illo.Vnde qui fornicatur cum pluribus,non eſt ir-
regularis vel bigamus:quia coniunctio fornicaria non ſigni-
ficat illam coniunctionẽ Chriſti ſponſi & eccleſiæ ſpõſæ. Vt
autem dicit S.Th.vbi ſuprà,Bigamia quadrupliciter cõtrahi
tur.Primò,cùm quis habet plures vxores de iure,ſcilicet ſuc-
ceſsiuè.Secundò,cùm ſimul habet plures,vnã de iure,aliã de
facto.Tertiò,cùm plures habet ſucceſsiuè,vnã de iure,aliam
de facto.Quartò,quando quis viduam duxit in vxorem:& in
omnibus his eſt irregularitas adiũcta.Sed intellige:ſecũdum
eundẽ & Rich.ſi interuenit copula.Quintò, etiam ſecũdum
eundem ibi,quæſtiuncula.iij.quãdo quis cõtrahit & conſum
mat matrimoniũ cũ corrupta ab alio,ſiue hoc ſciat,ſiue non.
Sextò, quando quis cognoſcit propriam vxorem, poſtquam
eſt ab alio cognita. Et intellige etiam ſi ad præceptũ eccle-
ſię debitum redditur,ſecundum communiorem opi. Hoſt.&
Ray.& etiam ſi ignorabat eam adulteram,ſecũdum Pan. in
c.ſi vir.de adul.& allegat c.ij.de big.& in his etiam eſt irregu
laritas.Septimò,ſecũdum aliquos,ſi aliquam deflorauit, de-
inde in vxorẽ eã duxit:tamen probabilius eſt quòd nõ ſit ir-
regularis:quia carnẽ ſuã nõ diuiſit in plures.Hæc ex illo,quo
ſcilicet ad bigamiã ꝓpter defectũ ſacramenti. Et hoc etiam
vltimũ tenet gl.& Pan.in c.ſanè.de cle.cõiug.Ex ſtatuto au-
tem eccleſiæ bigamus largè octauò eſt, ꝗ poſt ſolẽne votũ
continentiæ,id eſt,qui exiſtens in ſacris,vel profeſſus religio
nem matrimoniũ cõtrahit de facto.Sed in hoc eſt diuerſitas:
quia Sum.Piſ.& Archi.limitãt ſi contrahit cum corrupta.&
allegant c.nuper à nobis.de biga.ſed Summa Ant.& Roſ.ex- 6
tendunt etiã ſi eſt virgo:& allegant d.c.nuper.&.c.ſuper eo.
de bigamis.in gl.& in c.ſi.eod.tit.& xxvij.q.j.quotquot.in qui
bus tamen de virgine mentio non fit.Alij loquũtur indiſtin-
ctè,dicẽtes ꝙ eſt irregularis ſi contrahat. Sed omnes dicunt
verum:quia talis contrahens,propter duo eſt irregularis.Pri
mò ſcilicet propter ſimilitudinem ad verè bigamum:vt ſi cõ
trahat cum corrupta:quia talis non eſt bigamus,cùm ibi nõ
ſit matrimonium:& tamẽ eſt ſimilis bigamo:quia niſi obſta
ret votum,ibi eſſet matrimonium & bigamia.& ſic loquun-
tur primi.Et ſecundò,ratione præſumptionis de incontinen-
tia,& ad maiorem ſacri ordinis reuerentiam, & ſic loquun-
tur ſecundi ac tertij.Quantum ad diſpenſationem tamen re
fert an cum virgine vel cum corrupta contrahat, vt dicetur.
¶Primò† verò quæritur, quare irregularis eſt vir,ſi contra- 2
hat matrimonium cum corrupta:non autem ſi cõtrahit cor-
ruptus.Et S.Thom.vbi ſuprà,reprobatis multis opinionibus,
dicit quòd defectus in ſacramento cauſat irregularitatem:
corruptio autem carnis,quæ matrimonium præceſsit,nul-
lum defectum facit in ſacramento ex parte illius,in quo eſt
corruptio,ſed ex parte alterius:qa actus contrahentis matri-
monium non cadit ſupra ſeipſum, ſed ſupra alteram:& ideò
ex termino ſpecificatur: qui etiam eſt reſpectu illius actus
quaſi materia ſacramenti.Vnde ſi mulier eſſet ordinis ſuſce
ptiua,fieret irregularis ſi contraheret cum corrupto:non au
tem ſi contraheret corrupta, niſi prius in alio matrimonio
fuiſſet corrupta:ſicut econtrario eſt de viro.
¶Secundò† quæritur, quotuplex in prædictis modis reperi- 3
tur bigamia? Et dico ꝙ eſt duplex, ſcilicet vera & interpre-
tatiua ſecũdũ gl.in c.ſuper eo.de biga. Vera eſt in primo mo-
do,id eſt,quando quis plures habuit legitimas vxores,ſecun-
dum gl.ibi,& Rich.in iiij.di.xvij.Interpretatiua autem quan-
tum ad legẽ promotionis eſt in omnibus alijs modis ſecũdũ
gl.Quidam tñ dicunt bigamiam interpretatiuam dici,cùm
quis

*Bigamiã quadrupliciter cõtrahi.*

quis cōtrahit eum corrupta ab alio, vel cognoſcit ſuam poſt
adulteriū eius:& vlterius dicūt bigamiam ſimilitudinariam,
quando quis cōtrahit poſt votū,vel habet duas vxores, vnam
de iure,aliam de facto ſucceſsiuè,aut ſimul. Et iſta trimem-
bris diſtinctiovidetur eſſe de mente dictæ gl.& Gemi.& con
4 ſonat rationi. ¶ Tertiò† quæritur, ſi ſit bigamus , qui primò
accipit virginem,ſed non cognoſcit, & ea mortua contrahit
cum alia virgine & eam cognoſcit:vel ecōuerſo ſi cognouit
primam & non ſecundam? Et dicit Mo.quòd non.extra eod.
ca.debitum.& patet ex dictis:quia requiritur copula. Et ſimi
liter non eſt bigamus, qui ducit virginem ab alio ductam,ſi-
ue viduam,ſed incognitam.xxx.diſt.cap.ſi.qui verò duxit iu-
dicio ſuovirginem,ſed tandem eam inuenit corruptam,& co
gnoſcit,bigamus eſt.xxx.diſt.cap.ſi cuius.& cap.ſeq.nec excu
5 ſat error vel ignorantia , ſecundū Goſ. ¶† Quartò, vtrum ſit
bigamus,qui vnam vxorem habuit, & cognouit ante baptiſ-
mum,& aliam poſt? Et dico quòd ſic.xxviij.q.vlt.ca.oportet.
& cap,acutius.licet Ioan.malè contrarium ſenſerit? Et idem
ſi habuit duas vxores ante baptiſmū:& ſimiliter qui ante ba-
ptiſmum dimiſit vxorem propter fornicationē,& poſtea ac-
cipit eam:quia per baptiſmum irregularitas iſta nō tollitur:
vt probat S.Tho.vbi ſuprà licet tollatur irregularitas homi-
6 cidij,vt infrà Homicidiū. ¶ Quintò† quæritur, quæ cauſa eſt
quòd bigamus promoueri non poteſt? Et dico huius tres eſſe
cauſas. Vna eſt dignitas ordinum.xxvj.di.vna.& cap.vlt. Alia
eſt incontinentiæ ſignum.diſt.lxxij.propoſuiſti. Alia principa
lis eſt defectus ſacramenti in ſignificando matrimoniū Chri
ſti,quod eſt inter vnum & vnā:ex quo iſte diuiſit carnem ſuā
in duas.xxvj.diſtinct.acutius.extra eo. debitum. Pro quo ſci-
endum eſt quòd in matrimonio ſecundum duplicem coniun
ctionem,ſcilicet animorum & corporum,attenditur duplex
ſacramentū:quia prima coniunctio ſignificat vnionē animæ
ad Deum:ſecunda verò vnionem Chriſti ad eccleſiā:quę fuit
quaſi patrimonium initiatū in patribus antiquis,ratificatum
in natiuitate Chriſti, conſummatum in cruce: vel ratificatū
in cruce,& cōſummatum in gloria. Significat etiam vnionē
diuinitatis & humanitatis factam in vtero virginis .xxvj.di-
ſti.acutius.de conſe.diſt.ij.in Chriſto.extra eodem. debitum.
7 ¶ Sextò† quæritur, vtrum liceat diſpenſare cum bigamis? Et
dicunt quidam quòd non : ſed tu dic cum opinione commu-
ni,& cum S.Th.in iiij.dicente quòd bigamiæ non eſt adiun-
cta irregularitas iure naturali,ſed poſitiuo:nec iterum eſt de
eſſentialibus ordinis quòd quis non ſit bigamus. quod patet:
quia bigamus accedens ad ordines,characterem recipit. Vn-
de in tali irregularitate papa diſpenſare poteſt. Quod autem
obijci poſſet per decretalem extra eo.nuper.quòd cum cle-
ricis,qui quantum in ipſis fuit, ſecundas mulieres ſibi matri-
monialiter coniunxerunt,tanquam cum bigamis non liceat
diſpenſare:ſoluit dicens, per hoc oſtendi, ꝙ eadem eſt diffi-
cultas diſpenſandi in illis, qui de facto cum pluribus contra-
xerunt,ſicut ſi de iure cōtraxiſſent:non quòd ſubtrahatur pa
pæ diſpenſandi poteſtas. Et intellige eandē eſſe difficultatē:
quia idem diſpenſat vtrobique:licet facilius in bigamo inter-
pretatiuè ſecundum multos. Quod autem obijcitur quòd nō
licet diſpenſare contra doctrinam apoſtolicam vel ius diui-
num,quod dicit oportere epiſcopum eſſe vnius vxoris virum:
dicit verum eſſe,quantum ad ea,quæ ſunt de iure naturali,&
de neceſsitate ſacramentorū ac fidei:in alijs autem quę ſunt
de inſtitutione apoſtolorum,cùm eccleſia habeat nunc ean-
dem poteſtatem ſtatuendi & deſtruendi quam tūc habebat:
poteſt per eum , qui primatū in eccleſia tenet diſpēſari.hæc
ille.& conſentit Pet.de Ala.poſſet tamē dici quòd iſta diſpē-
ſatio ideò dicitur non licere:quia nunquā fit niſi pro magna
& ardua cauſa:ſicut xxxiiij.diſt.lector in gloſſ.vbi Lucius pa
pa diſpenſauit cum Panormi.Archiepiſcopo bigamo.
¶ Septimò quæritur,quis poſsit diſpenſare cum bigamis? Et
S.Thom.in iiij.dicit quòd papa poteſt diſpenſare in tali irre-
gularitate totaliter:ſed epiſcopus quantum ad minores ordi
nes,& ſecundum aliquos etiam quantū ad maiores,in his qui
volunt Deo in regione ſeruire propter vitandū religioſorum
diſcurſum.hæc ex illo:qui loquitur de omnibus bigamis,ex-
cepto,eo qui cōtrahit poſt votū ſolenne:qa de omnibus alijs
fecerat mentionē:& in oibus eſt æqualis difficultas diſpen-
ſationis.ſiue ſint verè ſiue interpretatiuè bigami. Sum.tamē
Ange.tenet quòd in bigamo verè ſolus papa diſpēſat.xxxiiij.
diſt.lector.in gl.epiſcopus autē diſpenſare non poteſt,etiam
in minoribus.& allegat not.in cap.vnico.de bigamis.libr.vj.
vbi Fran.hoc dicit,& ſequitur Io.And . fundantes ſe ſuper il-
lo cap.vnico.ex quo hoc tamen haberi non poteſt: quia licet
illud cap.prohibeat clerico bigamo ferre tōſuram:tamē hoc
intelligitur,niſi talem habeat cauſam vt cum eo diſpenſetur:
opinio autem S.Tho.probatur in d.cap.lector.ſaltem quan-
tum ad permanere in ordine ſuſcepto:quia illud ca. dicendo
quòd poterit ꝑmanere in lectoratu,& ſi fuerit neceſſe , pro-
moueatur ad ſubdiaconatum,qui ſcilicet olim non erat ordo
ſacer vt dicit gloſſa de bigamis.ſuper eo.innuit quod dictum
eſt. Quantum verò ad bigamum ſimilitudinariè,id eſt, eum
qui contrahit poſt votum ſolenne,dicit panor.in cap. de dia-
cono.& cap. ſeq.qui cler.vel vo.quòd ſi clericus contraxit in
ſacris cum corrupta,ſolus papa diſpenſat:vt in d.c.nuper. Si-
militer etiā ſi de iure contraxit cum vna, puta antequā eſſet
in ſacris,& de facto cū alia,ſcilicet poſt ordinationē,& vtrā-
que cognouit:ſolus papa diſpēſabit:vt d.c.nuper. Et ſimiliter
in non clericis,qui iſto modo ſunt bigami,non diſtinguendo
vtrum ſciuerint aut ignorauerint impedimentū: quia textus
ad animū cum opere ſequuto attendit:quia ſic in ipſis eſt de-
fectus ſacramenti,ſicut in verè bigamis.ſecundum gloſ.in d.
cap.j.& in d.cap.nuper. de bigamis. ſecundum Gemi.in cap.
vnico.de biga.li.vj. Si verò exiſtens in ſacris contraxerit non
cum corrupta,ſed virgine, nec aliam vxorem habuerit ante
in habitu laicali vel in minoribus:poterit epiſcopus diſpenſa-
re vt miniſtret.& eſt text.in c. diuerſis.de cler. coniuga.& in
cap.j.qui cle.vel vo.cum gl. & etiam vt promoueatur ad vl-
teriora.cap.ſanè.de cle.coniug. Ad c.autem nuper.quòd vi-
detur contra,dicit illud intelligi de eo, qui ante ſacros ordi-
nes aliam habuit,& poſt in ſacris aliam accepit. Ad cap.verò
ſecundum,qui cle.vel vo.dicit quòd loquitur in eo,quem ve-
rè non pœnitet:vel eſt ſuſpicio de reciduo:quia tunc niſi reli-
gionem ingrediatur,epiſcopus non poteſt,& ſimiliter quan-
do imminet ſcādalum:vt not. in d. cap. ¶ Octauò† quæritur
vtrum bigamus verè ſit priuatus priuilegio clericali? Et dicit
tex.in cap.cum altercationis.lib.vj.quòd bigami nudati ſunt
omni priuilegio clericali,& addicti foro ſeculari,non obſta-
te conſuetudine:& eis ſub pœna excommunicationis inhibi-
tum eſt deferre tonſuram vel habitū clericalē. Sed gl.ibi di-
cit hoc intelligendū de his, qui facti ſunt bigami in minori-
bus:qui autem ſunt in ſacris,bene gaudent,ſecundum Gemi.
ibi.& diuerſitatis ratio eſt,ſecundū eum,quia exiſtens in mi-
noribus taliter contrahendo poteſt & debet viuere vt laicus:
qui verò eſt in ſacris,redire non poteſt ad ſeculum:vt not.de
app.cap.tuæ.in gloſſ.ſi.ſecundum Ioan.de Fanto. Vnde licet
ſit priuatus habilitate ordinum,non tamen priuilegio cleri-
cali. Similiter religioſus approbatæ religionis gaudet:ita q
talem percutiens eſſet excōmunicatus: quia tex.in d ca.vni-
co,reſtringitur vt loquatur de exiſtentibus in minoribus,non
de monachis,vel exiſtentibus in ſacris. Nec obſtat c.quiſquis
diſt.lxxxiiij.vbi dicitur,bigamum eſſe nudatum omni priui-
legio,& laicam ſolùm habere cōmunionem. Et cōſequenter
videtur quòd non poſsit eſſe monachus. Quia reſpondet Io.
And.in regula,delictum.in mercu.quòd erit laicus profeſſus
quod eſſe poteſt.c.ex eo.de elect.lib.vj. Et idē per omnia di-
cendum eſt de bigamo interpretatiuè,ſicut de vero,ſecundū
Gem.& gl.ibi & Gul.& Guarro.Io.Mo.& Io.Cal.licet bona
gratia,aliàs Boatinus,teneat cōtrarium,qui duxit in c.primo
de biga.quòd ſacerdos,qui contraxit cum vidua, vel duo ma
trimonia ſucceſsiuè,& poſtea commiſit homicidium,poterit
puniri per iudicem ſecularem:per d.ca.vnicum. Sed primum
eſt cōmunius & verius,non obſtante eo quod dicetur de caſu
vero ad fictum: quia in iſto interpretatiuo idē eſt quo ad o-
mnem modum,ſicut in vero:quia ſic eſt in eo defectus ſacra-
menti,ſicut in vero bigamo:vt no.glo.in c.j. de biga.& patet
in c.debitum.eod.titu.vbi dicitur quòd diuiſit carnem ſuam.
& facit etiam c.quiſquis.lxxxiiij.diſtin. De bigamo verò ſimi
litudinariè vtrum ſit ſimiliter priuatus clericali priuilegio:
Dicit Gemini.vbi ſuprà quòd non , niſi quo ad executionem
9 ordinum. Et† ex hoc ipſe infert,quòd conſtitutio pœnalis nō
extenditur de caſu vero ad fictum,quando caſus fictus nō fin
gitur idem eſſe quo ad omnem effectum, quem habet caſus
verus,ſicut eſt in propoſito:vt patet in c.nuper.de biga. Intel
lige ergo textum dicti c.vnici,de bigamo vero & interpreta
tiuo,qui non eſt in ſacris,vel religioſo,qui eſt nudatus omni
priuilegio,& adſtrictus foro ſeculari:& ei ſub excommunica
tionis pœna præcipitur vt non deferat tonſuram vel habitū
clericalem:vt in dicto c.vnico.& ſi portat,mortaliter peccat.

## De Biſſexto.

1 *Biſſextus cur ita appelletur? Et an ſuſpenſus per annum, poſ-*
*ſit in vltima die anni biſſextilis celebrare?*

1 BISSEXTVS† dicitur,quia bis,id eſt,per duos dies ſta-
mus ſuper ſexto Calen. Martij. Et nota ꝙ vigilia Sancti
Mathiæ, debet ſemꝑ ieiunari die immediatè ꝑcedēte feſtū,
niſi illud die lunæ euenerit,ſicut de alijs infrà dicet in verbo,
Ieiuniū:etiā qn̄ in anno biſſextili feſtū eius ſecundū cōſuetu-
dinem Romanæ curiæ in die ſcd̄a celebratur de verb.ſigni.
quæſiuit.qa vigilia eſt ꝓpter feſtū,nō econtra:vn̄ mutato fe
ſto mutat vigilia.vide not.in d.c.quæſiuit.de verb.ſigni. Vtrū
autē ſuſpenſus ꝑ annū celebrare poſsit in vltima die anni biſ-
ſextilis. Dic ꝙ ſic,ſecūdū gl.in d.c.quæſiuit.ſicut libertas pro
miſſa ſeruienti per annū,acquiritur,ſi ſeruit C C C L X V.
diebus.ff.de ſtatu libe.l.cum hæres.§.Stichus.

## De Blaſphemia.

1 *Blaſphemiæ iuxta Ambroſium diſtinctio:& quid blaſphemiæ nomen iuxta Tho.importet?*
2 *Blaſphemia,aut iuxta Theologos & propriè quandoq; ſumitur,aut iuridicè,aut denique vulgariter.*
3 *Blaſphemiæ ſpecies quot ſint,& quot modis dicatur?*
4 *Blaſphemia,num mortale peccatum ſit? Et quid ſi ex repentina ſubreptione ſine deliberatione fiat?*
5 *Blaſphemia num ſit peccatum remiſsibile. Et idem,quòd quædam remiſsibilia dicantur,& quædam irremiſsibilia. Et qualiter hæc ſint intelligenda?*
6 *Blaſphemiæ peccatum, nū remiſsibile ſit per proprij ſacerdotis abſolutionem.*
7 *Blaſphemare publicè,quando quis dicatur? Et num à blaſphemia publica ſacerdos ſimplex abſoluere queat?*
8 *Blaſphemantis publicè,quænam pœna ſit?*
9 *Diſpenſatio,nū aliqua in pœnis blaſphemātibus publicè infligendis,contra capit.ſtatuimus.de maled. diſpoſitionē adhiberi poſsit? Et quid ſi blaſphematum eſt ebrietatis occaſione,vel iracundiæ calorē?*
10 *Pœna d.ca.ſtatuimus.num in omnibus blaſphemandi modis,de quibus tractatum eſt,locum habeat? Et quid ſi blaſphemanti pœna irrogetur pecuniaria,cui cedat?*

BLASPHEMIA,† ſecūdū mentē Ambroſij,diffinitur 1
vt ſit affirmatio falſitatis , vel negatio veritatis circa
Deū:& blaſphemare,ſit attribuere Deo falſum , ſiue qđ illi
non cōuenit:vel negare de illo verū,ſiue qđ illi cōuenit.cuius
ratio eſt,quia ſecundum S.Th.ij.ij.q.xiij.nomen blaſphemiæ
importat derogationem excellentis bonitatis præcipuè diui
næ:quicūque autem negat de Deo aliquid ei conueniens,vel
aſſerit de eo quod ei non conuenit,diuinæ derogat bonitati:
quia cū Deus,ſecundū Diony.ſit ipſa eſſentia bonitatis:quic
quid Deo conuenit,pertinet ad eius bonitatem:& quicqd ad
ipſum non pertinet, longè eſt à ratione perfectæ bonitatis:
vnde omnis talis blaſphemat, vel ſecūdum ſolā opinionē in-
tellectus,vel etiā cōiuncta quadā affectus deteſtatione: quo-
rum vtrunq; ſi conſiſtat in corde , dicitur blaſphemia cordis:
ſi verò exterius prodeat per locutionē , eſt blaſphemia oris,
quæ opponitur fidei confeſsioni. Sed† tamen aduerte ꝙ blaſ 2
phemia ſumitur primò Theologicè & propriè : & ſic eſt id
ꝙ dictum eſt. Sumitur etiam iuridicè:& ſic includit blaſphe-
miam propriè,& etiā maledictionē factā Deo vel ſanctis:vt
patet extra de male.ex rubrica & capitulis: qa rubrica eſt de
maledicis,& tamen capitula loquuntur de blaſphemis:vt pa-
tet in ca.ſtatuimus. vbi maledicus appellat blaſphemus. Pro
quo etiam facit:quia ibi dicitur maledicus,non ſolùm impre
cator mali,ſed etiam mali enuntiator,vt detractor,ſicut per
glo.ibi patet in c.j.& ſic ibi ſumitur maledicus pro quocunq;
maledicente:& conſequenter etiā ibi ſumitur blaſphemus ꝓ
quocunq; dicente aliqua mala de Deo vel ſanctis enūtiatiuè
vt blaſphemus propriè & imprecatiuè,vel etiam deteſtatiuè
ſiue deſpectiuè vt maledicus. Sumitur etiam vulgariter blaſ
phemia,& ſic conuertitur cum iuridica:vt intelligamus iura
alluſiſſe locutioni vulgari:vel vulgarē ex iuridica deſcēdiſſe.
¶† Primò verò quæritur,quot ſunt ſpecies blaſphemiæ? Et 3
dico,vt recitat S.Tho.quòd ſecundum aliquos ſunt tres,ſcili
cet attribuere Deo inconueniēs, remouere ab eo cōueniens,
& attribuere creaturæ quod eſt propriū Deo: ſed Sā.Th.vbi
ſ.ar.j.ad tertiū,dicit quòd ſecundū illa tria non poſſunt pro-
priè diſtingui diuerſæ ſpecies peccati blaſphemiæ : quia duo
prima non differunt:niſi ſcd̄m affirmationem & negationē:
quæ diuerſitas ſpeciē habitus nō diſtinguit:qa per eandē ſciē
tiam innoteſcit falſitas affirmationū & negationū,& per ean
dem ignorantiā vtroq; modo erratur:cum negatio per affir
mationem probetur,primo Poſteriorū. Tertiū verò, ſcilicet
attribuere creaturæ quod eſt Dei, pertinet ad primum:quia
quicquid eſt Deo propriū eſt ipſe Deus:& cōſequenter attri-
buere quod eſt Deo propriū creaturæ, eſt ipſum Deū dicere
idem creaturæ. Sum.autem Ang. attribuit S.Tho.quòd tria
prædicta ſint tres ſpecies:ſed fallitur. Igitur ſecūdum mentē
S.Th.ſpecies blaſphemiæ ſunt duæ,ſcilicet blaſphemia Dei,
inquantū Deus:& blaſphemia Dei inquātū Spiritus ſanctus.
¶ Secundò quæritur,quot modis ſit blaſphemia Dei inquan-
tum Deus? Et dico quòd in genere ſit duobus modis,ſcilicet *Sex*
corde & ore: ſed vterque illorū modorū diuiditur in ſex mo- *modi*
dos. Primò,ſi affirmat de Deo falſum, vt eſt Deus improui- *blaſ.*
dus,iniuſtus,& huiuſmodi. Secundò,ſi negatur verum:vt,non
eſt Deus iuſtus,non eſt prouidus:non poteſt facere hoc vel il-
lud,quod tamen eſt poſsibile : & idem ſi dicatur ad deſpectū
cùm ſit dicere quòd Deus eum prohibere nō poteſt. Tertiò,
ſi appetitus deteſtetur diuina:vt maledictus ſit Deus : veniat
Deo hoc vel illud,& huiuſmodi : quaſi Deus eſſet creatura

ſubijcibilis huiuſmodi imprecationibus:quia hoc eſt blaſphemia vulgaris,ſcilicet imprecatio:licet ſit propriè maledictio: & etiam eſt blaſphemia iuridicè:includit etiam hoc blaſphemiam Theologicè, pro quanto virtualiter attribuitur Deo inconueniens:puta quòd ſit talibus ſubijcibilis.Quartò,affirmando vel negando vel deteſtãdo prędicto modo in ſanctis Dei:in quibus ipſe & contemnitur & honoratur.Quintò,ſi Deo vel ſanctis eius attribuatur quidem aliquid verum,ſed tamen inhoneſtum cum irreuerentia magna,ſicut faciunt ribaldi iurantes per culum Dei:aut ſexum fœmineum Sanctarum.Sextò,quando attribuitur Deo vel Sanctis aliquod verum & honeſtum,ſed tamen irreuerenter:vt iurando per corpus,& ſanguinem & caput Dei,& huiuſmodi,ex conſuetudine vel paſsione:ſed duo vltimi modi ſunt reductiui, & non ſunt blaſphemiæ propriè,ſed ſolùm ſecundum modum.

4 ¶†Tertiò quæritur,vtrum blaſphemia ſit peccatum mortale?Et dico quòd ſic,ſecundum San. Tho. vbi ſuprà ex genere ſuo:quia repugnat diuinæ charitati, cùm deroget diuinæ bonitati:vnde pro ea infligitur pœna mortis. Leuitici vigeſimoquarto.Vnde quantum ad primos quatuor modos nõ eſt dubium de mortali,etiam ſi fiat ex repentino motu paſsiõis: niſi excuſet ſubreptio tanta,vt homo non aduertat id quod cogitat aut loquitur eſſe blaſphemiam:quia tũc eſt veniale vel nullum.quantum etiam ad quintum cõmunis doctrina Sanctorum eſt quod ſit mortale ex ſuo genere, cùm ex ſe habeat irreuerentiam magnam.quantumverò ad ſextum dico quòd de ſe non eſt mortale:quia talia iuramenta poſſunt aliquando licitè fieri:vt dicetur infrà Iurare : ſcilicet quando eſſent cum iuſtitia,veritate,& iudicio: aliquando verò ſunt venialia,vt quando interuenit irreuerentia parua:aliquando mortalia,vt quando ſunt cum irreuerentia & deſpectu magno: quod arbitrio boni viri penſabitur: & ſimiliter eſſent mortalia,& eſſent veræ blaſphemiæ quando in huiuſmodi haberetur ſenſus erroneus: puta quod Deus ex ſua natura corpus aut caput vel capillos haberet.¶Quartò, vtrum blaſphemia ex repentina ſurreptione poſsit eſſe mortale?Et dicit Sanc.Th. vbi ſuprà,quòd dupliciter blaſphemia ex ſurreptiõe ſine deliberatione procedit.Primò ſic,quòd quis non aduertit hoc quod dicit eſſe blaſphemiam:vt cùm quis ſubitò ex paſsiõe in verba contumelioſa prorumperet,quorum ſignificationẽ non conſiderat:& tunc eſt veniale.Secundò,quando aduertit hoc eſſe blaſphemiam,conſiderans ſignificationem verborum:& tunc non excuſatur à mortali : ſicut nec occidens ex ira hominem ſubitò . hæc ex illo. Sed tamen aduerte quod ex duplici cauſa eſt quòd homo non conſiderat blaſphemiam eſſe blaſphemiã.primò ſcilicet ex ſubita paſsiõe : & ſic ipſe loquitur.& ſecundò ex cõſuetudine, concomitante quodam propriæ ſalutis contemptu,vel lata negligentia, qua non curat homo cauere peccata:& hoc dubito mortale,ſaltem pręſumptiuè,& in iudicio cauſarum quantum ad blaſphemiam propriè dictã:quia lata culpa æquiparatur dolo.ff.depoſiti. l.quod Nerua.& in cap.vt animarum. de conſtitu.lib.vj.imò Supple . dicit eſſe mortale,ſi quis ignoret quidem ſua verba importare blaſphemiã:ſed tamen recto animo nõ mouetur: quia ignorans ignorabitur.j.Corinth.xiiij.Sed hoc puto eſſe contra S.Tho.vbi vult quòd paſsio cum ignorantia excuſet: quia blaſphemãs cũ paſsione mouetur malo animo.¶Quin-

5 tò,vtrum peccatũ blaſphemiæ ſit remiſsibile?Et dico ſecundum ſanctos & ſcripturas,omne peccatũ eſſe remiſsibile per pœnitentiam & miſericordiam Dei.Quædam tamen dicuntur remiſsibilia,quia ex ſe habent circunſtantias alleuiantes, & ad remiſsionẽ prouocantes:vt quæ fiunt ex ignorantia vel fragilitate. Quædã verò dicũtur irremiſsibilia,vel quia non habent tales circunſtantias,vt quæ fiunt ex malitia: vel quia excludunt pœnitentiam,vt finalis impœnitẽtia, quæ remitti non poteſt:licet remitti poſsit intentio finaliter nõ pœnitendi.Igitur blaſphemia dicitur remiſsibilis, ſi fiat ex vehemẽti paſsione,vel deceptione,vel infirmitate , & huiuſmodi:& ſic intellige illud Mat.xij. Omne peccatũ & blaſphemia remittitur,ſcilicet ſi fiat iſto modo. dicitur verò irremiſsibilis ſi fiat cum certa malitia,non quia remitti non poſsit, ſed quia non habet cauſam motiuam ad remiſsionẽ. Et ſic intellige illud Matth.xij.Spiritus autem blaſphemiæ nõ remittitur:ſcilicet de facili.¶†Sextò, vtrum peccatum blaſphemiæ ſit remiſsibile per abſolutionem proprij ſacerdotis: ſiue vtrum ipſe ab illo poſsit abſoluere? Et dicit Panor.in c.ſtatuimus.de male. quod non,ſi blaſphemia ſit publica : ſed abſoluit epiſcopus. Et facit gl.in c.ij.de pœ.& remiſ.li.vj.Secus ſi occulta:quia tunc non pertinet ad epiſcopũ, ſcundũ Hoſt.Et†ſi quæratur quãdo ſit publica,idẽ Pan.ibi ſic dicit:Dicitur autẽ quis publicè blaſphemare,vt ſit locus diſpoſitioni dicti c.ſecũdum Hoſt. quãdo blaſphemia eſt notoria de iure vel de facto.de quo infrà,Notoriũ.facit c.ſi.de cohab.cler.& muli.Item dicitur publica quando corã pluribus perſonis blaſphemauit, hoc referẽtibus poſtea epiſcopo:& ſic licet nõ tranſiuerit in notoriũ, ſatis eſt quòd probari poſsit,arg.in l.palam.ff.de ver.ſign.Sumitur ergo hic publicũ vt ſpecies diſtincta à notorio.hęc ille. Sed Sũ.Ange.limitat vt reſeruetur epiſcopo quãdo eſt publica non ſimpliciter:ſed quando propter publicitatẽ defertur ad epiſcopũ:vnde ſecundũ Gof.& Hoſt. inquit,quæ dicuntur in d.c.ſtatuimus.de pœna tẽporali vel pecuniaria,intelliguntur ſedente iudice pro tribunali:in iudicio aũt animæ presbyter diſcretus molliendo rigorẽ diſpẽſare poterit ex cã circa pœnam ſpiritualem.hæc Hoſti . & d.Sũ. rationabiliter ita quòd licet blaſphemia ſit publica,tamẽ ſimplex ſacerdos abſoluit, niſi iuridicè ſit per accuſationẽ ad epiſcopũ delata: & ſi poſt abſolutionẽ à ſacerdote fiat accuſatio coram epiſcopo :aget epiſcopus ad pœnã d.c. iudicialiter,ſed non abſoluet denuò. Sum.verò Roſ.malè refert iſtam limitationẽ,& malè reprobat,dicens quod nullo iure probatur:quia probatur interpretatione Gof.& Ho.Inn.& Pan.vt patet ex dictis bene inſpectis. & de hoc ĩ.§.ſequen.¶†Septimò quæritur,quæ ſit pœna publicè blaſphemantis? Et dico quod d.c. ſtatuimus.quod ſcilicet loquitur de blaſphemia Theologicè & iuridicè,etiam nõ ſit hoc notoriũ,modò probari poſsit,talẽ imponit, vt ſcilicet ſeptem dominicis ſtet præ foribus eccleſiæ dũ agũtur miſſarũ ſolennia,& vltimo die ſine pallio & calceamentis, & ligata corrigia in collo:& in ſeptẽ ſextis ferijs præfatarũ dominicarum ieiunet in pane & aqua,& nõ intret eccleſiã:& in quolibet præfatorũ dierũ,tres ſi poterit, vel duos, vel ſaltẽ vnum pauperem reficiat:& ſi non poteſt, in aliã pœnã cõmutetur: quam pœnitentiam ſi facere noluerit,interdicatur ei ingreſſus eccleſiæ.& ĩ obitu careat eccleſiaſtica ſepultura.Et ſi ſit diues,per temporalem poteſtatẽ coactione,ſi neceſſe fuerit, epiſcopi cogetur ſoluere ſolidos quadraginta , vel triginta,vel viginti,vel ſaltem quinque monetæ vſualis. Et ſecundum Vinc.etiã ſi in extremis velit pœnitere, carebit ſepultura,ſi per epiſcopum ſententia lata fuerat contra eum. Et idẽ Ant.de But.Et ibi mãdat Papa hoc ſtatutũ poni inter alia ſtatuta communitatum.Hoc tamen capitulum non habet locũ in clerico,ſecundũ Pan.ibi,& cõmuniter docto.quia clerici non agũt publicam pœnitentiam. 50.diſtinctio.ex pœnitẽtibus. Et ſimiliter non habebit locum, ſi dixit ex calore iracundiæ, vel ebrietate per verbum , præſumpſerit,in d.c.appoſitum. ſed de hoc infra. §.nono. Et ſimiliter, ſecundum Gofredum, non habet locum in iudicio animæ,ſed diſcretus confeſſor molliet hunc rigorem.Et hoc tene:licet Supple.dicat quòd imò habebit ibi locũ,quia pœnitentiæ omnes ſunt arbitrariæ.Ex his autẽ Pan.infert quòd obligatus ad pœnã pecuniariam pro maleficio,ſi nõ eſt ſoluendo,id eſt ſi ſoluere non poteſt,debet luere in corpus:& ſic finem litibus dare. Secus ſi eſt obligatus ex cõtractu vel quaſi:quia expectatur

9 fortuna pinguior.¶Octauò† quęritur,vtrum contra diſpoſitionẽ dicti capituli debeat in dictis pœnis adhiberi aliqua diſpenſatio?Et dicet Pan.quòd nõ,innixus in verbo , nullam miſericordiam habiturus.ſed Hoſt.dicit quòd ex magna cauſa poſſet adhiberi miſericordia , ſi perſona eſt honorabilis, quam nõ deceat ſic publicè pœnitere:quia vult hanc pœnã eleemoſynis redimere.pro quo facit c.j.de voto.&.c. mulieres.de ſenten. excom.&.c.medicina.de pœni.diſt.j.& hoc Panor.dicit æquũ.¶ Nonò,vtrũ mulctetur pœna d.c.qui ebrietatis vel iracundiæ calore blaſphemat?Et dicit Gofr.quod non, propter verbum,pręſumpſerit,poſitũ in d.c.ſtatuimus. quod dictũ Pan.dicit ſibi placere in ebrio:arg.l.omne delictũ.§.qui ſe vulnerauit.ff.de re mili. Sed in accenſo calore iracundiæ fortè nõ procederet, niſi calor eſſet ex iuſta cauſa prouocatus ar.l.ſi adulterium.§.Imperatores.ff.de adul. Secus quãdo ex cauſa iniuſta:puta quia in ludo amiſit.ar.c.inebriauerunt.xv. q.j.& idẽ tenet Hoſt.vt dicit Directo.li.j.ti.xv.quia cõtra peccatores Deum vel Chriſtum quotidie cũ ira blaſphemantes hæc pœna ſpecialiter inducta eſt:nec aliquis de facili Deum blaſphemat,niſi iratus.Poſſet tamẽ iracũdia tanta eſſe,quòd dementiæ ęquipararetur:& tunc locum haberet dictũ Gof. quod ſecũdum Ant.de But.procedit indiſtinctè per verbum, præſumpſerit,in d.c. poſitum.Sed melius Pan.quia etiam eſt præſumptio magna:etiã ex ira blaſphemare ſtãte vſu ratio-

10 nis.¶Decimò†vtrum hæc pœna locum habeat in omnibus modis blaſphemãdi ſuperius recitatis? Et dico quòd de quatuor primis non eſt dubiũ quòd ſic apud doc.quia omnes continẽtur ſub iuris blaſphemia,quæ in d.c.punitur.de ſexto etiam dicit Dire.quòd iurans per corpus vel caput vel capillum Dei,ſi hoc deteſtando aut vituperando facit,habet locum dicta pœna.Secus ſi hoc dicit affirmando vel iurando: & intendit quòd iurans per corpus Dei ad aliquid affirmãdum,etiam ſi ex ira iuret,non ligatur hac pœna, licet irreuerentiã Deo faciat.Secus ſi ſic dicit non ad iurandum,ſed per modum cõtemnẽtis Deũ.Ex quo etiã patet quòd à fortiori locũ habet hæc pœna in v.modo qui nunquam eſt ad iurandum,ſed ſemper eſt ex cõtemptu,id eſt ex negligentia reuerẽdi Deum,& animam ſuam, etiam ſi fiat ex conſuetudine cũ lata negligẽtia.¶Vndecimò quæritur,quis habebit dictã pecuniariã pœnam?Et dicit do.Ant.de But.quod iudex ſecularis,ſecundum aliquos,eam habebit à clerico & laico,per id quod ſequitur, inter alia communitatum ſtatuta.ſecundum alios econtra iudex eccleſiaſticus eam habebit ab vtroque,cùm crimen ſit eccleſiaſticum:ſecundũ Gof. eam habebit laicus iudex à laico, & eccleſiaſticus à clerico.ad quod de hære. excõmunicamus. & de iudi.ita quorundam.Vel dic quòd habebit eam iudex condemnans,ſiue ſit laicus quantum ad laicum,ſiue eccleſiaſticus quantum ad laicum & eccleſiaſticum.

## De Calice.

1 *Calix ex qua materia confici debeat?*

2 *Calicem ac patenam quis conſecret? Et quomodo execrentur?*

1 CALIX†nõ debet eſſe de ære,aut aurichalco, aut cupro:quia hęc propter æruginẽ vomitum prouocant:aut ligno propter poros,ne ſanguis ſubintret:aut vitro vel cryſtallo propter fragilitatem:nec de lapide propter ineptitudinem. de cõſe.di.j.c.vaſa.&.c.calix.vbi dicitur quòd tam calix quàm patena debet eſſe de auro vel argento vel ſtãno:& cõſequenter quia de his tantũ mẽtio fit,omnis alia materia prohibetur. licet Aſten.lib.iiij.de mẽte Roden.dicat quòd ſub ſtanno intelligitur plumbum:quod tamẽ Ro.negat propter hoc quòd & ipſum æruginẽ cõtrahat.¶Primò†verò quęritur,quis poſ- 2

ſit calicem vel patenã conſecrare?Et dico quòd Card.in cle. attẽdentes.de ſta.reg.videtur ſentire quòd epiſcopus:& etiã abbates,qui vtuntur inſignijs pontificalibus,quando hoc habent ex conſuetudine:quia iſta ſunt potius dignitatis quàm ordinis.Sed Gemi.in ca.abbates.de priui. lib.vj. dicit quod licet gl.ibi ſit pro abbatibus:abſtinere tamẽ debent propter vnctionem.quæ fit in calicis cõſecratione.c.vnico.de ſacra vnctiõe. de his autẽ ſ.Benedictio.§.iij.& iiij.¶Secundò quæritur quomodo execretur?Et dicit Pet.de Pal.quod calicis cõſecratio in ſuperficie fit:vnde ſi calix argenteus deauretur,indiget reconſecratiõe.Secus tamẽ videtur,ſi deauratio cadat propter vſum:quia nõ recõſecrabitur. Nec eſt ſimile in calice deauratio,ſicut in pariete eccleſiæ,qui decruſtatus indiget reconciliatione.de conſe.diſt.j.c.eccleſijs.in gloſſ.ſed in perditiõe auri,quod ita ſubtiliter ponitur,non videtur conſecratio ita eſſe in ſuperficie eius quin remaneat in argento:& ita ſeruat conſuetudo.Similiter execratur calix,ſi ſcyphus à pede ex toto ſeparetur,licet nõ ſit fractus:puta quia iunctura eſt tornatilis ſiue ad vitem:& ſimiliter ſi amittat formam ſuam argumen.cap.j.de cõſe.eccle.vel alta.& quia deſtructa forma iam nõ eſt calix:ſecus ſi formã nõ amiſit,licet ſit aliqualiter lęſus. Si tamẽ ſcyphus eſſet taliter fabricatus quòd eo ſolo poſſet quis vti in celebrando:& cum hoc eſſet ſeparatim à pede in calicem conſecratus: tũc nõ execrabitur per ſeparationem à pede:quia per ſe eſt calix,& pes eſt tantùm ad bene eſſe.Circa hoc autem faciunt multa dicta ſuprà, Benedictio.

¶CALVMNIA quid ſit.Iuramentum.j.§.ij.

¶CALVMNIATOR quis ſit,aut tergiuerſator, vide ſ.Accuſatio.

¶CAMBIVM,vide ĩ.Vſura iiij.per totum.

## De Portione canonica.

1 *Canonica portio,cur ita dicatur? Et quotuplex ſit?*

2 *Conſuetudo,quòd nihil detur Epiſcopo,vel parochiali eccleſiæ nomine portionis canonicæ,an valida ſit? Et num ad eſſe conſuetudinis titulus requiratur?*

3 *Portio Epiſcopo,vel eccleſiæ parochiali debita pro parte,vel in totum præſcribi ,etiam ſine titulo poteſt,ſi modo tantũ interceſſerit tempus, de cuius initio memoria non extet . Et num prædicta portio pacto renuntiare queat?*

4 *Quarta epiſcopalis à quibus,& de quibus debeatur? Et ibidem ſubijciuntur limitationes ſeptem.*

5 *Quarta hoſpitali relictorum,num epiſcopo debeatur? Et quid de his,quæ fraternitatibus relinquuntur?*

6 *Legatum quando ſit ſingulari perſonæ,num epiſcopo quarta debeatur? Et quid in legatis pro malè ablatis? Itẽ, quid ſi ſubditus leget eccleſiæ extra diœceſin?*

7 *Canonica parochialis à quibus & de quibus debeatur?*

8 *Legari intuitu perſonæ,quando dicatur? Et ſub hac ſedecim limitationes,de quibus rectè & ordine diſſeritur.*

9 *Quarta parochialis num debeatur,de legato facto rectori eccleſiæ,in qua quis ſibi ſepulturam elegerit, pro miſsis ibidem per eundem celebrandis? Et quid de relictis iure inſtitutionis? Et quid de mortis cauſa donatione?*

10 *Canonica portio cuinam debeatur? Et quid ſi quis domiciliũ in diuerſis parochijs,æqualiter in eis ſe collocans habeat? Et ſi ſacerdos parochialis fuerit in portione petenda negligens , an Epiſcopus poſsit pro illo petere?*

*11 Si quis in vna eccleſia audiat diuina,& in alia ſacramenta percipiat,qualiter præſtabitur canonica portio?*

*12 Legatorũ factorũ ab his,qui in locis religioſis in cõfratres recipiuntur,num quarta debeatur? Et qualiter huiuſmodi quarta extrahatur?*

*13 Conſuetudo,quæ in certis regionibus viget,vt de omnibus mobilibus quæ defunctus poteſt in teſtamento relinquere,aut legare,eccleſia tertiam exigat partem:ſi morienti iniũgat,vt omnia mobilia reuelet,an iuri cõmuni præiudicet?Et num huiuſmodi præcepto moriens parere teneatur.*

*14 Sepulturam in propria eccleſia eligens,ſi nihil ipſi leget alijs autem multa leget ac relinquat, num poſſit eccleſia propria portionem aliquam petere?*

*15 Infirmus in vna parochia.ſi in aliam ſe trãſferri procuret,ibique decedat,num ex hoc canonica portione priuetur eccleſia prior? Et ad hæc ſubnectuntur concluſiones octo.*

1 CANONICA† portio dicitur, quia ſit à cononibus ap-
probata,& debita iure decretorũ.x.q.j.de his.&.c.decer
nimus.& xvj.q.j.conſtitutũ.& in clemen.dudũ.de ſepul.Et ſe
cundũ Zaba.poſt Mat.eſt duplex:Vna ſcilicet debita epiſco-
po ab omnibus eccleſijs totius diœceſis de omnibus relictis
factis eiſdẽ,quã tñ nõ habet ab eccleſijs ſuis extra diœceſim.
Et de hac in d.c. de his.&. c.ſeq.in gl.de teſt.c.officij.&.c.ſeq.
cũ concordãtijs in gl.Alia debita eccleſiæ parochiali de reli
ctis à parochiano,vel obueniẽtibus ratiõe funeris loco illi in
quo eligit ſepulturã.Quarũ epiſcopalis quidẽ,ſecũdũ glo.in
c.requiſiſti.de teſta.eſt tertia vel quarta ſecũdũ cõſuetudinẽ:
parochialis verò eſt varia,id eſt,medietas,tertia & quarta,ſe-
cundũ varia iura & varias cõſuetudines:quibus cõſuetudini-
bus ſtandũ eſt,extra de ſepul.certificari.Et ſi ibi conſuetudo
nõ apparet ſecundũ Ho.ſpectãda eſt cõſuetudo eccleſiæ me-
tropolitanæ:& ſi nec illa appareat,ſpectãda eſt cõſuetudo ec
cleſiarũ vicinarũ:quę ſi varia ſit,ſecundũ Goſ.quarta debetur:
quia in hac iura magis cõcordare videtur.extra eo.in noſtra.
Itẽ quia in dubijs ſequimur qđ minimũ eſt.ff.de lega.ij.l.ſi
ita relictũ. in fi.ff.de reg.iur.l.ſemp.Et ita no.Archi.in c.cũ
quis.de ſepul.lib.vj.& Inn.in d.c.requiſiſti.& Ber.in d.c.certi-
ficari.Et hoc verũ,niſi,vt dictũ eſt cõſuetudo eſſet dandi me-
dietatẽ vel tertiã: quia iſta tunc eſſet debita.Et ſic intellige
iura dicentia quòd eſt tertia vel medietas.Et de hac quarta,
quæ datur eccleſię parochiali,detrahitur ab epiſcopo pro ſe
quarta illius quartæ:à fratribus autẽ epiſcopus nullã detra-
hit quartã,ſecundũ Feder.quod allegat tab.niſi ꝙ vbi epiſco
pus parochialis omniũ, vt Neapolis:vt parochialis recipiat
2 quartã à fratribus,niſi ſcilicet ſint priuilegiati.¶Primò† verò
queritur,vtrũ valeat cõſuetudo ꝙ nihil detur epiſcopo vel
eccleſię parochiali?Et dicit Panor.in d.c.certificari. qđ ſecũ
dũ gl.in c. fi.de cõſue.li.vj.vbi cõſuetudo eſt pter ius:ad eam
valere ſufficit tẽpus x.annorum.vbi verò eſt cõtra ius,requi-
ritur tẽpus xl.annorũ:vt in c.fi.de conſuet.Igitur conſuetudo
quòd detur epiſcopo vel parochiali eccleſię vltra dimidiam:
puta ꝙ dentur duæ partes ſcilicet ex tribus:vel ꝙ detur citra
quartã,id eſt minus quàm quarta,ſecundum Hoſt.valet ſi ſit
prę́ſcripta.Et loquitur de portione epiſcopali.Et idẽ ſentit de
parochiali,vt dicit Panor.ꝙ ſi detur infra dimidiam & quar
tam:valet conſuetudo,etiam non præſcripta.Et cum hac opi
nione tranſit Io.An.quia inquit Panor.conſuetudo dandi in-
fra dimidiam & quartam non eſt cõtra,ſed præter ius, quòd
verò detur vltra dimidiam vel citra quartã,eſt cõtra ius:quia
nullo iure cauetur vt debeatur minus quarta,vel vltra dimi-
diam.Vtrum autem valeat cõſuetudo quòd nihil penitus de-
tur,ſunt opiniões.ſed Hoſ.videtur velle,& Io.An.poſt ipſum
quòd nõ valeat:ſimiliter Goſ. & Ray.cùm ſit irrationabilis.
de cõſue.c.fina.& cõtra iura.de ſepul.c. j. ſed Pet.de Peru.&
Inno.tenent quòd valeat,ſi ſit præſcripta ſpatio xl.annorum,
& Hoſt.ac Io.And.ſi ſit præſcripta cũ titulo,id eſt cũ rationa
bili cauſa:puta propter beneficium factũ eccleſię vel huiuſ
modi.Sed contra hoc Panor.opponit ibi:quia ad eſſe conſue
tudinis non requiritur titulus ſicut nec in lege cõdenda:quia
nõ differunt niſi ſicut tacitũ & expreſſum:cùm cõſuetudo ſit
ius moribus introductũ,& cõſequẽter inductũ ex tacito con
ſenſu populi:vt di.j.cõſuetudo.& in l.de qbus.ff.de leg.Et ſol
uẽdo dicit ꝙ dictum Hoſ.& Io.An.intelligi debet in cõſue-
tudine impropriè dicta,quę ppriè eſt prę́ſcripta.& ſic intelli
ge gl.c.nõ eſt.de conſue.lib.vj.& vide ibi notata per Io.And
Innoc.Vnde ſicut in præſcriptione contra ius requiritur titu
lus:vt in c.j.de præſcrip.lib.vj.ita & in hac conſuetudine im-
propriè dicta:vt probatur in d.c.non eſt.iuncta glo.Et ex his
infert Panor.ad id quod tacitè ſentiunt prędicti duo,dum vi
detur velle facere differentiã, vtrũ præſcribatur portio mi-
nor.quarta,an in totũ,id eſt vt nihil debeat:quia dico, inquit,
quòd vtroq; caſu requiritur præſcriptio cũ titulo, cũ ſit con-
tra ius: & hoc verũ quãdo inducitur cõſuetudo cõtra eum cui
debetur portio de iure cõmuni:nã tunc non eſt propriè con-
ſuetudo,ſed præſcriptio:ideoq; debet habere comites prę-
ſcriptionis.Sed ſi induceretur cõtra aliũ:tũc induci poteſt vt
conſuetudo,& cõſequenter ſine titulo:quia ad eſſe conſuetu
dinis non requiritur titulus,vt dictũ eſt.Et pro his.Io.And.in
d.c.non eſt.& in c.fi.de conſue.& ſecundũ prędicta intellige
gl.in c.j.de ſta.reg.Et † ex prędictis omnibus cõclude quòd
hęc portio debita epiſcopo vel eccleſiæ parochiali poteſt p
parte,vel in totũ prę́ſcribi:& ſufficit tẽpus ſine titulo,de cuius
initio nõ eſt memoria:quia illud habet vim tituli: vt in d.c.j.
de prę́ſcr.li.vj.Hæc Pan.qui ſentit quòd in vtroq; prædicto
caſu,ſi cõſuetudo ſit cũ titulo ſufficit tempus xl.an.vel cuius
nõ ſit memoria in contrariũ,ſi ſit ſine titulo.Et ratio eſt,quia
ius cõmune eſt pro eccleſia parochiali vel epiſcopo. & conſe
quenter cũ præſumptio ſit cõtra poſſidentẽ,oportet quòd ti-
tulum alleget & probet,per quẽ talis præſumptio tollatur.
¶Secũdò quæritur,vtrũ prædicta quarta poſſit renũtiari per
pactũ?Et dicit Arch.in c.pactũ.de pact.li.vj.ꝙ pactũ nõ valet
quãdo dãnificatur eccleſia:ſed vbi nõ dãnificatur, valet etiã
ſine authoritate ſuperioris.C.de procu.l.nõ eo minus.¶Ter-
tiò† quæritur, à quibus debeatur quarta epiſcopalis? Et dicit
Hoſt.in Sum.ti.de ſepul.ꝙ debetur & peti põt ab omnibus
eccleſijs intra propriã diœceſim cõſtitutis.xvj.q.j. cõſtitutũ.
ſiue ſint capellæ monachorũ,vel aliorũ religioſorũ,vel mo-
naſteria,vel alia pia loca:ſiue ſint cõuẽtualia,vel quæuis alia
in ciuitate vel extra.de off.or.conquerente. de teſta. officij
&.c.requiſiſti.etiã ſi ſint exempta: niſi in priuilegio fiat ſpe-
cialis mentio de præiudicio quartę epiſcopalis,de deci.dudũ.
§.vlti.ff.ne qd in loco pub.l.j.§. merito.Pan.autẽ in d.c.offi-
cij.tenet contrarium,ſcilicet quòd debeatur ſolũ ab eccleſijs
epiſcopo ſubiectis,nõ ab exẽptis ſeu ſubiectis immediatè pa
pæ dicens quòd communiter ſic tenetur.ſed Pet.de Peru.in
tract.de Canonica portione,limitat Pan.dicere verũ quando
legans eccleſiæ exẽptæ nõ eſt ſubditus epiſcopi,vel eſt exem
ptus ſimiliter,aliàs debetur:ſed verior eſt opinio Pan.qa iſta
quarta datur ratione eccleſiarum ſolicitandarum per epiſco
pum,nõ ratione legantium:vt patet in d.c.conquerente.vn-
de tenentur exempti ſoluere eam papæ,ſecũdum Abb.in ca-
pi. requiſiſti.de teſtamẽ.& ſequitur Petr.vbi ſ.ſed legatus de
latere eam petere non peterit:quia non eſt diœceſanus ex-
emptorum.de priuilegijs.c.authoritate . libro ſexto.in glo.
¶Quartò quęritur, de quibus debetur quarta epiſcopalis?
Et dico quòd de omnibus legatis factis eccleſijs & locis à
quibus debetur,& de decimis, & de his quæ obueniunt fune-
ris occaſione:vt in c.requiſiſti.de teſta.& ibi Pan.Fallit tamẽ
hoc:quia dicitur in c.fi.de teſta.quòd de his,quæ in ornamen
tis vel pro cereis ſeu fabrica,luminaribus,anniuerſario,ſepti
mo,xx.xxx.ſiue alijs ad perpetuũ cultũ diuinũ legatis eccle-
ſijs vel reliquis pijs locis canonica portio, dummodo in frau
dem nõ fiat, vt epiſcopus ſeu parochialis debeat defraudari,
deduci non debet:vnde fallit in ſeptem caſibus ſecundũ.Pet.
vbi ſ.Primus,quando relinquitur aliquid pro ornamẽtis ec-
cleſiæ ſeu veſtibus:vt ſericum pro planeta:vel aliud ornamẽ
tum pro altari:vt not.doct.in c.fina.de teſta.Ex quo ſequitur
quòd ſi legatur aliqd vt fiat chorus vel pictura,vel anchona,
vel calix,vel huiuſmodi,nõ debetur quarta:quia iſta eſt fabri
ca ad lõgæuũ honorẽ Dei.d.c.fi.& l.j.C.ne lic.ſig.ſal.& Inn.
dicit in c.cũ ad ſedẽ.de reſti.ſpo. ꝙ cruces & calices ſunt or-
namenta eccleſiæ. Et idem intelligo de omni quod venit in
vſum diuini cultus in eccleſia quod vſu ipſo non conſumitur:
vt libri,campanæ,& omnia huiuſmodi:imò ſi conſumuntur
ipſo vſu,ſed immediatè ad honorẽ Dei,vt oleum,& cera pro
luminaribus.Secundus, quando legatur pro prædictis orna-
mentis redimendis,ornandis,reparandis,ſecundũ Inno. in d.
c.fi.Et idẽ intelligo quando legatur pro extruẽdo ſepulchro:
quia religionis eſt monumẽta conſtrui vel exornari.l.j.§.in-
terdictum.ff.de mor.infe.Tertius, quando legatur pro fabri
ca eccleſiæ reparatione indigente:& portio pro fabrica non
habetur:vel ſi habetur,nõ ſufficit:ſed ſi eccleſia non indiget
fabrica,ſoluetur quarta,ſecundũ Hoſt.reliquum tempori ne
ceſſario ad fabricã. Quartus ſi legatur pro luminaribus,vt
oleum pro lampade,vel cerei,& huiuſmodi. Quintus,quan-
do legatur pro anniuerſario celebrando annuatim:vt in c.cũ
creatura.de cele.miſ.Sextus,quãdo legatur pro vij.xxx.& hu
iuſmodi,ſecundũ Hoſt.in d.c.fi.Septimus,quando legatur ad
perpetuũ cultũ diuinũ:puta vt annuatim feſtum fiat alicuius
ſancti,vel vt dicatur officiũ in vna capella:quia in huiuſmodi
conſiſtit cultus diuinus.c.fi.de reſcri.lib.vj. Octauus fallit,ſe
cundum Pan.in d.c.requiſiſti.in oblationibus,de quibus non
debetur quarta,vt olim.Nonus,ſecundum eundẽ,in donatio
ne inuita:de qua etiam non debetur,vt in c.de his.de ſepul.&
5 in c.j.de ſta.mona.¶† Quintò, vtrũ debeatur quarta epiſco-
po de relictis factis hoſpitali? Et dicit Pan.in d.c.officij.quòd
ſic,ſi eſt religioſum,puta epiſcopi authoritate conſtructum:
etiam,ſecundũ Ioan.And. ſi relictum fuiſſet factum pauperi
bus talis hoſpitalis:quia præſumitur reſpectus habitus ad lo-
cum, nõ ad perſona: ſecus ſi eſſet relictũ pauperibus ſimpli
citer:quia no deberetur.l.nulli.& l.ſi quis ad declinãdã.C.de
epiſc.& cle.Si verò hoſpitale non eſt religioſum,ſunt opinio
nes.ſed tene cum Pan.ibidẽ, ꝙ ſi eſt ædificatum authoritate
iã defuncti,ſic epiſcopus habebit quartã : quia habebit curã,
vt videtur in Auth.de eccle.tit.quia nõ poteſt amplius redire
ad prophana:ſed ſi ædificator viuit,quarta non debetur,& re
lictum videtur factũ pauperibus,cũ talis locus non ſit capax:
quia ædificator poteſt eũ deſtruere.c.inter dilectos.de dona.
& ibi Inn.Vnde patet ex dictis quòd de relictis iſtis fraterni-
tatibus quarta non debetur,ſecundũ Pet.vbi ſ. Dictũ tamen
Io.And.de pauperibus,ſimpliciter limita verũ,ſecũdum Bal.
quando legatur pauperibus in genere : ita ꝙ inter perſonas
diſtribuatur,nõ inter loca:puta quia teſtator iubet dari cui-
libet pauperi tunicã vel certã quantitatem pecuniæ:quia le-
gatur vt ſingularibus perſonis:& ſic non debetur quarta epi
ſcopo.ca.ex parte.el ij.de verb.ſignifica. Aliàs legando pau-
peribus in genere,videtur legare hoſpitali quod eſt in ciuita
te,vbi teſtator habet domiciliũ, & caſus eſt in d.l.ſi qs.verſi.
vbi autem.& ideo deberetur quarta contra Io. And.& cũ ſe-
quentes.Sed dictũ Bal.credo verũ,quãdo hoſpitale generale
eſt ſuſcipiens omnes:& dictũ Ioã.And.quando paſcit paucos,
vel ſolum certũ genus perſonarum, puta ſpurios.¶† Sextò, 6
vtrũ debeatur quarta epiſcopo de legato facto ſingulari per
ſonæ?Et dicit Pet.vbi ſuprà,quòd non:ſicut quando legatur
clerico nõ habẽti adminiſtrationẽ vel prælationẽ:ſeu alicui
canonico:vt in d.c.requiſiſti.§.fi.vel cũ legatur leproſis mo-
rãtibus in tali loco vel domo,vel eremitis,aut iſtis fratribus
qui morãtur in tali loco, vel aliquibus mulieribus pro dote,
vel viduis,pegrinis,& huiuſmodi,in quibus ceſſat.d.c.ex par
te.el iij.Vide quod no.Inn.in c.relatum.de ſepul.¶Septimò,
vtrũ videatur quarta epiſcopalis de legatis p male ablatis?
Et dicit Pet.vbi ſuprà,ꝙ non: quia ſunt debita, non legata:
ſiue reſtitutio ſit certa,ſiue incerta.¶Octauò,vtrũ debeatur
quando ſubditus legat eccleſiæ extra diœceſim? Et dico ꝙ
non,ſecundũ Abb.in d.c.requiſiſti.& Inn.in d.c.officij.& Ioã.
And.in d.c.certificari. Et ita cõſuluit Ioan. de Montemerlo.
quod intelligo niſi aliter habeat conſuetudo vel prę́ſcriptio.
c.cum inter.el ij.de verb.ſign.¶† Nonò quæritur,à quibus & 7
de quibus debeatur canonica parochialis?Et dico quòd debe
tur ſolùm ab eccleſijs vbi ſepelitur aliquis,vel ad quam trãſit
ſe cõuertendo,vel alio modo:& ſi aliàs eſſent exemptæ,quo
ad hoc non ſunt exẽptæ, ſecundũ Inn.in c. relatum.& in c.in
noſtra.extra de ſepul.& de teſta.requiſiſti.nõ autem ab alijs
eccleſijs vel perſonis.Debetur,inquã,ſecundũ Ray.de omni
bus,quæ obueniunt ratione funeris, ſcilicet in die funeris,&
de omnibus legatis factis eccleſię,ad quã qs eligit ſepulturã.
de ſepul.per totũ.maximè c.in noſtra.& in cle.dudũ. eo.titu.
Cõcordat Hoſt.& addit hoc intelligendũ eſſe de relictis oc-
caſione loci,non intuitu perſonæ,quanuis eccleſiæ,dũmodo
non fiat in fraudẽ.Et ſimiliter ſecundũ eũ intelligitur de mo
bilibus & immobilibus:exceptis his de qbus dictũ eſt ſ.§.iiij.
&.c.fi.de teſta.Præſumitur† autem aliquid legari intuitu p-
ſonæ,ſi datur à ppinquis.de teſta.requiſiſti.Fallit hoc in fra- 8
tribus Prædicatoribus & Minoribus.de quibus infrà.§.xix.&
vlterius fallit in xv.caſibus,ſecundũ Pet.vbi ſuprà.¶Primus,
quando per conſuetudinẽ vel prę́ſcriptionẽ nihil ſoluitur,vt
dictũ eſt.¶Secundus,quando aliqui per priuilegiũ à præſta-
tione eximũtur:vt ſunt hodie fratres Prędicatores & Mino-
res.¶Tertius, quando legatur aliquid ad vſus priuilegiatos:
de quibus in c.fi.de teſta.qui ſunt ſeptẽ caſus primi,in quibus
non debetur quarta epiſcopalis:vt dictum eſt ſuprà.§.iiij.
¶Quartus,quando eccleſiæ donatur donatione inter viuos:
vt in d.c.de his.§.ſi verò.Idẽ dicendũ eſt quando legator inui
ta ſoluit legatũ:nã eo caſu nec falcidia debet,nec quarta ec-
cleſię parochiali:qa tale legatũ amiſſo nomine legati trãſit
in ſimplicẽ donationẽ & in ſpeciẽ donationis inter viuos. Et
de hoc eſt gl.ſingularis de qua Dy.facit magnũ feſtũ in l.le-
gatũ.ff.de leg.ij.& de hoc vide infrà,Donatio ſecũdò,ſcilicet
inter viuos.tamen Pau.& Zaba.ſunt in oppoſitũ.¶Quintus,
quãdo poſt electionẽ ſepulturę in aliquo monaſterio,ſanus
exiſtẽs illud intrat,& in eo pfitetur antequã moriatur: quia
de bonis eius nihil debetur:vt Pano.tenet. & dicit cõiter te-
neri in c.relatũ.de ſepul.poſt glo.ibi.& idẽ dico ſi intrauit cũ
propoſito abſolutè mutãdi vita:quia deſinit eſſe parochianus
alterius eccleſię,ar.c.beneficium.de reg.iur.li.vj.Si verò pro
feſſionem nõ fecit,nec habuit propoſitũ abſolutè vitã mutã
di,id eſt,ſe obligandi religioni,debetur quarta,ſecũdum Ar-
chi.in c.cũ quis.de ſepul.li.vj. Et hoc videtur verius, ſecundũ
Gemi.ibi,licet alij cõtrariũ dicãt:quia religioſus cẽſetur cõ
trahere domiciliũ in monaſterio facta profeſſione tacitè vel
expreſsè,non antè,vt dicit Archi.& Io.And.in c.ſtatutum.de

reſcrip.lib.vj.Gof.tamen dicit quòd non debetur, ſi decedat
in nouitiatu,potes exire,modò non exeat.& idē Hoſt.& hoc
hodie verū eſt ratione conſuetudinis:licet Sum.Ang.& Roſ.
teneant opinionem priorē.Et ſimiliter ſi intrauit in ægritu-
dine de qua deceſsit,portio debetur,ſecūdum Pan.ſecus ſi in
ægritudine de q̄ nō deceſsit:licet Inn.fuerit in ſingulari opi-
nione,dicens ꝙ ſi quis religionem ingreditur , vt ſit ibi pro-
feſſus:de bonis eius acquiſitis monaſterio portio debetur ec
cleſiæ parochiali.quod Pan.nō placet:tum quia loquūtur de
relictis occaſiōe ſepulturæ:tum quia loquūtur de morte na-
turali,qua iſte nō moritur,imò tenet cognationem: tū quia
ſi iſte mutaret domiciliū,portio nō deberetur:ergo neq; hoc
caſu,cū ſolùm habeat domicilium in monaſterio: vt not.idē
Inn.in c.ex ore.de priuile.Et idē videtur dicēdum de leproſo,
qui domū intrauit leproſorū:ſcilicet quòd non debetur quar
ta,ſecundū Gul.quia idē iudiciū eſt ac ſi ſanus ad religionē
tranſiſſet:niſi fortè ex ipſa lepra moriatur:multi enim ſecū-
dum ipſum cū lepra,ſed nō ex lepra,moriuntur.Regionis ta
men conſuetudo in hac parte tenēda eſt.Secus de illo,qui re
cipitur in confratrē,retinens tamē bona ſua quo ad proprie-
tatē:quia debetur quarta,etiā ſi ipſi religioſi eſſent exēpti.
c.cū & plantare.de priuile.cū nō tranſeat in religionē.Secus
ſi ſolùm retinuiſſet ſibi vſum fructū ſuorū bonorū:quia gau-
deret priuilegio religionis.c.vt priuilegia.de priuil.¶Sextus,
quando quis legat eccleſiæ, in qua non elegit ſibi ſepulturā.
nec ibidem ſepelitur,ſecundū Glo.ordinariā in c.j.de ſepult.
& idem Inno.in eo.titu.c.ij.& Archi.eo.titu.c.ij.lib.vj.licet in
c.placuit.xiij.q.ij.tenuiſſet quòd deberetur. & idem Io.And.
in c.j.& in c.certificari.de ſepul.in glo.& cle.dudum.§.verū.
vbi meritò reprobat opinionem Hoſt.tenentis contrariū in
d.c.ij.¶Septimus,quando de facto contra voluntatem fratrū
ſepelitur in eorū eccleſia,vt tempore interdicti,& multa of-
feruntur,quia tunc non debetur quarta ſecundū Fede.conſi.
cxix.& Gemi.in d.c.j.de ſepult.libr.vj. Et ratio eſt:quia talis
tempore interdicti non poteſt eligere ſepulturam apud mē-
dicantes:vt not.Innocen.de priuileg.c.vt priuilegia.&.c.cum
& plantare.& de pœn.& remiſ.quia in te.quanuis liceat ipſis
recipere mortuaria,vt orent pro defunctis,ſi cùm pœnitētia
deceſſerunt.xj.q.iij.quicunque.facit quod not.Inno.in c.tan-
ta.de exceſ.præla.Item quia quarta debetur ratione iniuriæ
factæ eccleſiæ parochiali:vt in d.c.certificari. nullam autem
iniuriam illi facit,ex quo ibi non poterat ſepeliri. Imò plus
dicit Fede.quòd ſi mendicantes eum ſponte tali tēpore ſepe
lirent:non debetur quarta,licet teneantur tanquam violato-
res interdicti.cle.j.de ſepul.& in c.ſi canonici. de offi.ordina.
lib.vj.quia tunc ſolùm debetur quarta quando ſepeliunt in
caſu à iure conceſſo:ſecus quando in prohibito:vt in c.ex par
te.el j.& in c.cum liberum.& in c.in noſtra. in fi.de ſepul.vbi
dicit Inno.quòd quando de facto non de iure ſepelitur,debē
tur corpus & oblationes,quę ratione ſepulturę factę ſunt ſed
non legata facta non ratione vel occaſione ſepulturæ.Et ita
patet quòd ſi de facto ſepelitur contra voluntatem illius, cu
ius eſt eccleſia,quòd non tenetur ad aliquam quartam:ſed te
netur & corpus & omnia,quæ ratiōe ſepulturæ habuit,reſti-
tuere:ſed non quartam de legatis factis non ratione vel occa
ſiōe ſepulturæ:ſimiliter nec de his, quæ amici de bonis ipſo-
rum tunc offerunt.¶Octauus , quando eccleſia parochialis
erat interdicta ex culpa ſua,& nō parochiani: quia tūc ipſam
quartā non habebit,ſiue parochianus ſepeliatur alibi ex ele-
ctione ſua,ſiue non: vt quia alibi eſt maiorum ſuorum ſepul
crum,ſecūdum Pet.& not.Gemi.in c.j.de ſepult.lib.vj.Sed ſi
alibi eſſet ſepultus de facto nō de iure, ſcilicet qa nec in ec-
cleſia electa,nec in ea vbi ſunt ſepulchra maiorū: nihil dabi-
tur,ſi eccleſia parochialis dedit cauſam interdicto. Secus ſi
non fuit in culpa:quia non debuit ſuo iure priuari,ſecundum
Pet.de Ancha . vt ibi refert Gemi.¶Nonus quando reuocat
electionem ſuam,quam legando facit,& alibi eligit ſepultu
ram,& ſepelitur:quia paria ſunt,non eligere,& electam mu-
tare.ff.de adi.leg.l.j.& ij.Primo autē caſu nō debetur, vt di-
ctum eſt:ergo nec ſecundo,etiam ſi nō fuiſſet relicturus niſi
intuitu ſepulturæ:vnde vltima electio vel ſepultura ſine ele-
ctione eſt,quæ inducit petitionem quartæ.xiij.q.ij.c.vltimo.
& ita conſuluit Fede.conſil.x.Gemini.autem in d.cap.j.vide-
tur tenere ꝙ reuocata electione ſepulturæ, reuocetur & le-
gatum:& dabitur illi eccleſiæ,vbi eligit ſepeliri: qa ſubroga
tus debet intelligi ſubrogatus cū omnibus qualitatibus,one-
re & honore.l.j.§.hæc actio.ff.ſi quis te.lib. eſſe iuſſ.fu.ideo-
que etiam onus emolumentum comitatur,& econtra.l.alu-
mnæ.§.Seia.de adi.lega.Et idē Pet.de Ancha.quod dicit ve-
rum,niſi aliter conſtet de voluntate legantis. Et de hoc etiā
infrà.Excōmunicatio vij. excōmunicatione xvj. ¶Decimus,
quando licet elegerit,tamen non ſepelitur,ex facto hæredū,
vel ex facto contingente circa perſonam defuncti:puta quia
moritur nimis longè,vel hæredes nolunt illū ad eccleſiā ele
ctam deferre:quia verba ſunt intelligenda cum effectu.l j.ff.
quod quiſque iur.& l.ea quidem.C.ſi man.ita fue.alie.tex.eſt
in c.relatū.de cle.nō reſi.ergo ceſſabit canonica: ex quo ibi
nō ſepelitur.Et ita tenet Fede.vbi ſ.& Pet.ſimiliter vbi ſ.ſed
tamē Gemi.in d.c.j.videtur in caſu iſto ſentire quòd eccleſia
nō priuatur legatis factis ratione ſepulturæ:vt no.in c.in no-
ſtra.de ſepul.& ideo fortè nec ſua quarta eccleſia parochia-
lis.¶Vndecimus,cùm legatur pro incertis,malè ablatis,ſecū
dū Pe.vbi ſuprà.An verò de his incertis falcidia detrahatur,
vide infrà legitima.¶Duodecimus,quando legatū eſt eccle-
ſiæ parochiali tātum,quantum eſt quarta legatorum facto-
rum eccleſiæ electæ,ſecūdū Hoſti.in d.c.officij.& Pet.vbi ſu
prà.Et Pan.in d.c.de his.extra de ſepul. Sed alij volunt quòd
non computabitur,niſi ſit legatum hac conditione quòd ec-
cleſia hoc ſit contenta pro canonica , & ſacerdos acceptauit:
ſed ſoluet quartam,ac ſi nihil eſſet eccleſiæ parochiali lega-
tum:ſicut Gof.Ray.in Sum.Ioan.in d.c.officij.Fede.conſi.iij.
Ioan.de Ligna.in d.cle. dudum. Sed dicendum eſt quòd vera
eſt opinio ſecunda,quando eſſet cōſuetudo quòd tantum te-
neret eccleſiæ parochiali relinquere:aliàs verò prima,& cō-
putabitur.& ſi minus eſt , ſupplebitur , ſicut filius facit in l.ſi
quādo.& l.omnino.C.de inof.teſ.quia ſcilicet cōputat ſibi in
legitimam quicquid à patre ſibi relictū eſt:& ſi inſtitutus eſt
in parte minori quàm legitima,poteſt agere tantum ad ſup-
plementum.facit c.cum dilecti.de empti.& vendi. Et ab hoc
non multum diſſentit Rayne.qui dicit quòd ſi legatum non
fiat ſub dicta cōditione,ſed abſolutè,ſacerdos poterit de cæ-
teris ſibi portionē vendicare de teſta. officij.vel ſaltem aget
ad ſupplementum computato legato: ſicut filius &c.Si verò
plus eſt legatum ei quàm ſua quarta, non defalcabitur.¶De
cimuſtertius,quando tempore teſtamenti & legati nō eligit
ſepeliri:ſed poſtea tempore mortis eligit ſepulturam facit c.
relatum.de ſepul.in ſecunda gloſſa.in quo cap. Bart. dicit ſe
dubitare de his. Sed tamen hoc eſt tenendum, niſi fieret in
fraudem:quia eo caſu ſe habet eccleſia electa,quaſi alia non
electa in ſepulturam. ¶Decimuſquartus quando parochia-
nus non potuit in ſua parochiali eccleſia audire diuina,
nec ſacramenta percipere propter vacationem tempore lō-
go:& alibi elegit ſuam ſepulturam , ſecundum Bald.in ſuo
tractatu. Et ratio eſt : quia ſi qua pro labore legantur,ceſ-
ſante labore ceſſat legatum.l.ſcio in fine. ff. de annuis lega.
Vnde cùm detur quarta pro ſacramentorum adminiſtratio-
ne &



ne & celebratione,vt in d.cle.dudū.§. verum.ibi,cùm merce
dis exhibitio.patet quòd non debetur,quia ceſſante cauſa fi-
nali,ceſſat effectus.de quo in c.cū ceſſante.de app.Hoſtien.
autem & Io.An.in c.relatum.de ſepul.& Pet. vbi ſ.tenent ꝙ
imò debetur:quia vitium prælati,eccleſiæ nocere nō debet.
Sed tamē tenendū eſt cū Bal.& dicendū quòd vitium præla-
ti nocet eccleſiæ in acquirēdo:vt Pan.in c.ſuper.de rebus ec-
cle.nō alie.præcipuè in re mobili & exigua.¶Decimuſquin-
tus,quādo fit repoſitio funeris in aliquo loco ad tēpꝰ,vt alibi
id eſt ad aliud cœmeteriū trāsferatur ad perpetuam ſepultu-
ram,ſecundū Nic.de Lira Gen. 50.quia tunc nec dicitur nec
eſt ſepultura. Sūt & alij caſus ex priuilegijs religioſorū.¶De
9 cimò † quæritur,vtrū debeatur quarta parochialis de legato,
facto rectori eccleſiæ.in qua quis elegit ſepeliri,pro miſsis di
cendis per illū? Et dico quòd ſic : quia etiam debetur quarta
epiſcopalis: vt in c.cum inter vos . de verb. ſig. ¶ Vndecimò
quæritur,an hæc portio debeatur eccleſiæ parochiali de reli
ctis iure inſtitutionis? Et dicunt quidam quòd non: ſed ſolū
de legatis,per c.requiſiſti.de teſta.Sed Io. An. tenet cōtrariū
in c.j.de ſepul.per illum tex.qui generaliter dicit tertiā par-
tem ſui iudicij.Et idem tenet Panor. ibi:niſi ſit donatio inter
viuos,vt dictum eſt.¶Duodecimò:vtrū debeatur de donatio
ne cauſa mortis ? Et dico quòd ſic : quia accedit magis lega-
to,quàm cōtractui.l.ſi. C.de do.cau.mor.& in cle.dudum.de
10 ſepul. ¶Decimotertiò † quæritur,cui debeatur canonica por
tio?Et dico ꝙ epiſcopalis debetur epiſcopo diœceſis : paro
chialis verò eccleſiæ,vbi quis audit diuina,& ꝑcipit eccleſia-
ſtica ſacramēta.& tex.eſt in c.cum quis.de ſepul.lib.vj.vbi de
bet percipere de iure.Si aūt quis dimiſſa eccleſia,in qua con
ſueuerāt ſepeliri maiores,alibi eligit ſepulturā:nihilo minus
non debet canonica eccleſiæ dimiſſæ:ſed ei quæ dicta eſt ſci
licet in qua conſueuit audire & percipere : vt ſ.vt in d.c.cum
quis.Si etiam quis domicilium trāſtulerit alicubi,& moritur
antequam acquiſierit domicilium nouū:tunc debetur eccle-
ſiæ parochali, in qua moritur,ſecundū Archi.in c.j.de ſepul.
li.vj.& Hugo,& Ray.& Gofre.& Vin.in c.nos de ſepul. quia
volunt quòd ibi deberet ſepeliri,ſi nō elegiſſet. Tamē tenen
do opinionem Inn.in d.c.nos. quòd ſepeliri debet in eccleſia
cathedrali,ipſi debebitur.Si verò habet domicilium in diuer
ſis parochijs,æqualiter ſe collocās in eis,vt ſunt reges:tūc eſt
æquum,ſi in tertio loco eligit ſepulturā,vt diuidat. & Hoſt.
ac Inn.dicūt diuidēdā.& eſt tex.in d.c.cū quis.licet Sum. An
ge.non credat neceſſarium:ſed illi dabitur,in qua inquit,de-
cedit. Si autem presbyter parochialis negligēs fuerit in pe-
tenda portiōe,epiſcopus petere poterit pro illo ſecundū Ho
11 ſtien.extra,de ſuc.c. ſi.¶Decimoquartò † quid ſi in vna audit
diuina,& ſacramenta recipit in alia?Et dicit Inno.& Io.And.
in c.de his de ſepul.& Arch.in d.c.cum quis.ꝙ fiet diuiſio por
tionis.c.j. &.c.relatum. de ſepul . quòd ab aliquibus limita-
tur, ſi vtraque habeat cœmeterium & curam:non aliter:ar-
gu.c.ſi eccleſia.de cōſe.ec.vel alta. Verius tamē credo quod
tenet Sum.Piſ.ſcilicet totam eſſe dādam illi,in qua cōſueuit
recipere ſacramēta.allegat extra de ſepul.c.j.adde ar.ex.c.cū
quis.eo.ti.li.vj.& in cle.dudū.eodem ſimiliter tit. vbi dicitur
quòd danda eſt eccleſiæ parochiali,quæ ꝓpriè eſt illa,in qua
12 ſuſcipit ſacramēta.¶Decimoquintò,† quid de his: qui recipi
untur in cōfratres in locis religioſis retētis bonis ſuis ? Et di
cit Hoſ.& Gof.ꝙ ſicut nō eximūtur ab epiſcopi iuriſdictiōe,
ita debetur quarta de legatis ꝑ ipſos,etiā ſi ipſi religioſi ſint
exempti. de priuile.cum & plātare.&.c.vt priuilegia.de quo
dic vt ſ. §.xiij.¶Decimoſextò quæritur, quomodo extrahan
tur iſtæ quartæ?Et dicit Hoſtiē.in Sum.de ſepul.quòd extra-
hatur primò quarta epiſcopalis:quia antiquior & dignior:de
mum parochialis,ſi venit extrahēda:quæ ſi prius fuiſſet ex-
tracta,epiſcopus habebit quartā quartæ parochialis,& quar-
tam de reliquis.¶Decimoſeptimò † quid de quibuſdam re- 13
gionibus,vbi de omnibꝰ mobilibus,quæ defunctus poteſt in
teſtamento relinquere,ſiue legare,eccleſia tertiā exigit par-
tem,& morienti ſacerdos iniūgit quòd omnia mobilia reue
let:ſicut fieri dicitur in Britannia minori?Et dico quòd Ver-
uec.non credit hanc conſuetudinem præiudicare iuri cōmu-
ni,niſi fuerit pręſcripta legitimè,& in contradictorio iudicio
obtenta,vel authoritate ſedis Apoſtolicę cōfirmata,nec epi-
ſcoporū nec archiepiſcoporum illius loci conſtitutionem ad
hoc ſufficere,niſi adſit conſenſus ſubditorum,quos tangit.Et
ſimiliter credo quòd dicto præcepto nō teneantur morien-
tes obedire,niſi in dictis caſibus.¶Decimooctauò † quęritur, 14
quid ſi quis eligat ſepulturam in propria eccleſia,ei nihil le-
gans,& multa legās alijs:an poterit eccleſia petere aliquam
portionem?Et dico,ſecundū Ray . quòd ſi conſuetudo eſt ꝙ
eligentes ſepulturam in propria eccleſia, ſemper aliquid re-
linquant:poteſt eccleſia illud petere ab hæredibus,non iure
actionis,nec differendo propter hoc ſepulturā,ſed imploran
do ſuperioris officiū.extra de ſimo.ad Apoſtolicā.Si verò nō
eſt conſuetudo , aliquid petere non poteſt,ſed ſolis funerali-
bus debet eſſe cōtenta:quia ex officio tenetur ſepelire.extra
de ſimo.nō ſatis,& cum eccleſia poſſet quoque hoc caſu im
plorare officium iudicis aduerſus hæredes,& aliarum eccle-
ſiarū rectores,ſi deprehendatur teſtatoris dolus, aut hæredū
aut rectorum:ceſſante autem dolo,nihil habere poteſt:quia
circa talia dolus eſt puniēdus.extra de teſta.c.officij.& extra
de ſepult.c.in noſtra.& ſecundū gl.eius , prima facie videtur
quòd dolus ſit præſumendus,cū alijs eccleſijs multa legaue-
rit,& ꝓpriæ parochiæ nihil.¶Decimononò † quid ſi infirmꝰ 15
in vna parochia,ſe faciat ad aliam deferri, ibique moriatur?
Et dico ſecundum Ray.quòd prima eccleſia nō propter hoc
priuatur canonica portione.& idē Hoſt. Et de hoc cle.dudū.
de ſepul.ſic dicit Cōſtituimus & ordinamus, vt prędictorum
fratres ordinū de obuentionibus omnibus tam funeralibus,
quàm quibuſcunq; & quomodocūq; relictis,diſtinctè vel in-
diſtinctè ad quoſcunq; certos vel determinatos vſus,de qbus
etiam quarta ſiue canonica portio dari ſiue exigi nō conſue
uit,vel nō debet de iure,nec nō de datis & qualitercūque do
natis,in morte ſeu in articulo mortis,in infirmitate donātis,
ſeu dantis , de qua deceſsit qñocunque directè vel indirectè,
fratribus ipſis vel alijs,pro eiſdē quartam partē,quam autho
ritate Apoſtolica taxamus,parochialibus ſacerdotibus & eo
rum rectoribus ſeu curatis largiri integrè teneātur facturi
& curaturi ne quod in morte ab infirmis huiuſmodi dādū fra
tribus ipſis exiſtimēt,in eorūdem dantiū ſeu donantium ſa-
nitate ſibi dari vel donari procurent:in quibus per ipſos vi-
tandis eorum intendimus conſcientias onerare,conſuetudi-
nes,conuentiones, ſtatuta, pacta inquantum ſunt prēmiſsis
vel alicui præmiſſorum cōtraria,penitus reuocātes . hęc ibi.
Ex quibus,vel in quibus multæ cōcluſiones caſuum deciſiuè
intelliguntur.¶Prima,ſecundū Pet.dicti fratres,ſcilicet præ-
dicatores & Minores poſſunt ingredi parochiam inuito re-
ctore proceſsionaliter ad ſuſcipiendum funus eius, qui apud
illos eligit ſepeliri: qa in iſta cōſtitutione paulò ante permit
titur eis libera ſepultura,quam nō parochiales eccleſiæ non
habent,niſi ſpecialiter eis concedatur, ſecundum Zab. Vno
autem permiſſo , permittuntur præparatoria neceſſaria. de
offic.dele.prætérea.Contrariū tamē,ſecundū Zab. obſerua
tur:quia nō leuatur funus,niſi eo iubente: quod eſt tutius,ne
detur materia rixę nec tamē,ſecundum Archid . hoc vbique
ſeruatur quod dicit Zab.nec ꝓfectò ad hoc fratres cōmuni

iure tenentur,licet tolerent ratione ſcandali.Hodie tamē ex
priuilegio Xyſti hoc poſſunt,vbi eſt conſuetum,vel vbi paro
chialis ſacerdos requiſitus de leuatione funeris,hoc facere re
cuſaret.¶Secunda.Si prædictis fratribus nihil legatur,ſed da
tur aliquis frater executor ad certam ſummā pro ſuo arbi-
trio diſtribuendam,& ipſe diſtribuit in fratres:debetur quar-
ta,ſecūdum declarationem Bonifacij octaui,quam refert gl.
Io.an. & ſimiliter debetur,ſi decedens nihil eis reliquit, ſed
mādat executoribus vt eis dēt aliquid vel promittāt,ſecundū
glo.Zab.& Paul.qui etiā dicit hoc habere locum in relictis
ad vſus non ſolùm determinatos, ſed etiā indeterminatos:
ſiue vſus ſit ſacer,vt pro cōſtruenda capella:ſiue nō ſacer,vt
pro victu.¶Tertia.Funeralia in dicta conſtitutione,ſecundū
glo.Benedictus in ſua decretali, inter cunctas. declarauerat
illa eſſe quę cū funere deferūtur,ſtatuēs de cādelis datis ad
manū quartam nō deberi:ſed quia illa eſt reuocata putat ex
his candelis quartam deberi,ſecundū iſtā literā:licet ſit rigo-
roſum:& etiam ex his quæ legātur pro miſsis dicendis:hodie
tamen per priuilegia nō tenētur,niſi vt infra in fi.huius §.di
cetur.Fran.verò Zaba.poſt Pau.& Lau. dicit funeralia eſſe
bona quæ obueniūt eccleſiæ ratiōe funeris,ſiue ante corpus
cōditum in terra,ſiue poſt vſq; ad xxx.diē.licet,inquit,conſue
tudo non habeat quòd detur canonica,niſi de his quæ cum fu
nere deferuntur:etiam,ſecundū ipſum & Lau.ſi ſint equi &
arma vel offeruntur dum funus eſt in eccleſia. Sunt autem
omnia vera:quia funeralia dicūtur dupliciter:vel quia funus
comitantur:vel quia dantur gratia funeris:ſed de primis tan-
tum canonica datur ex cōſuetudine. ¶Quarta.Si quis eligat
ſepulturam apud ſorores prædictorum fratrum, non habe-
ret locum in eo iſta conſtitutio,ſecundum Zaba.quia ſecun-
dum glo.cùm ſit iuris veteris correctoria,& ſic reſtringenda,
extra de reg.iur.quæ à iure ad alios quàm ad prædicatores
& Minores nō eſt extendēda:licet referat Zaba. quòd Cle-
mēs v.prorogauit eam ad Eremitas:& Ioan.xxij.ad Carmeli-
tas.¶Quinta.Si defunctus petierit cum habitu dictorum fra
trum ſepeliri nihilo minus quarta debetur,ſecundum Pau.&
Zaba.quia & ſi ad eorum religionem tranſiſſet in ægritudi-
ne qua decederet,quarta deberetur.¶Sexta.Si defunctus mā
dauit aliqua dari ſingulis fratribus ad eorum commoditatē:
puta emptionē librorū,veſtium,& huiuſmodi,debetur quar
ta,ſecundū Pau. & Io.de Ligna.& Fran.quia illud relictū eſt
monaſterio cū religioſus capere non poſsit.xij.q.j.non dica
tis.Et idem eſt ſi alicui reliquit quòd in eccleſia fratrum fa
ciat conſtrui capellam, & emat illi ornamenta: quia debe-
tur quarta,ſecundum Ioannem de Ligna.quod placet Fran-
ciſco.Et idem ſimiliter eſt ſi donauit teſtator in mortis arti-
culo.Aut legata ſoluit in vita,& poſtea eccleſiæ interdicitur
ſepultura, ita quòd ibi ſepeliri nō poteſt:aut ſi caſu alibi ſe-
pelitur,vt quia portari non potuit:quia ſecundum Pau.debe-
tur canonica.Sed verius contrarium huius tenuit Fede.in cō
ſilijs ſuis,& Zaba.quando perpetuò alibi debet manere ſepul
tus.quod probatur per literā huius cōſtitutionis,vbi determi
natur quarta dāda ſolùm ab eccleſia in qua ſepelitur.¶Septi-
ma.Prædicti fratres nō tenētur ad iſtā quartā de his quæ re
linquuntur eiſdem per eos,qui apud illos non ſepeliuntur,ſe-
cundū Inn.Archi.& gl.niſi fieret in fraudem:vt ſcilicet mo-
riens propterea alibi eligat ſepeliri ad fratrū ſuggeſtionē qui-
bus legat,vt nō teneantur ad quartam:quia tunc quarta de-
betur.Et idem eſt ſi circa hoc generaliter fraudem procurēt:
ſicut ponit exemplum:vt quia procurant relinqui ſororibus
ſanctę Claræ,vel amicis,de quibus confidūt,qui quartā ſolue
re non tenentur,& huiuſmodi:quia hoc caſu tenentur ad re-
ſtitutionem eorum,in quibus dānificati ſunt curati,& ad ra-



tionem coram Deo.¶Octaua.Ad iſtam quartam ſoluēdam
dicti fratres compelli non poſſunt per ordinarium nec ratio-
ne eius habet aliquam iuriſdictionem contra eos:obſtantibus
exemptionibus eorum:quia per iſtam quidē cle. reuocantur
priuilegia quorumcunque etiam exemptorum, inquantum
impedirent ſolutionem huius quartæ:ſed per hoc nō tollun-
tur priuilegia exemptionis:cùm obligatio ad quartā poſsit
eſſe durante exemptione.Fit autē coercitio per ſuū iudicem
id eſt Papam vel Legatū,niſi aliud concederetur ordinarijs,
ſecundum gl.& Pau.licet aliqui ſint contrarij. Et hæc quidē
iuridicè ſcripta ſunt:ſed eorum priuilegia eximunt eos ab
omni quarta,præterquàm funeralium propriè, id eſt conco-
mitantium funus,in quibus etiam ea, quæ dantur ad manum
fratrum,non cadunt ſub quarta ex priuilegio Xyſti.

## De Canonico.

1 *Canonicus ſi puer ſit,qualiter quæ ad canonicatum pertinent obire poſsit? Et an canonicus laicus eſſe queat? Item num præbendam habere poſsit?*

CANONICVS, † ſi ſit puer,per aliū facere debet quæ
ſunt canoniæ.de æta.& quali.c.ij.ff.de decur.l.ſpurij.§
minores.nec pōt eſſe laicus ſecūdū Vincēt.licet poſsit laicus
ex iuſta cauſa habere præbendā,ſcilicet largè & impropriè,
extra de cōſtit.cū M.& ibi hoc tenet Pan.ſed de his & alijs vi
de ſ.Beneficiū.j.& ij.& iij.& ſ.Simonia,ſecūdò quaſi per totū.

## De Canonizatione ſanctorum.

1 *Canonizare quempiam quid ſit? Et num liceat non canonizato preces porrigere? Et quænam ſint,de quibus in canonizatione inquiſitio fieri ſolet?*
2 *Eccleſia in ſanctorum canonizatione,num errare poſsit?*
3 *Ordo & modus in canonizatione facienda,remiſsiuè.*

CANONIZATIO † ſanctorum,ſecundū Inn.in c.audi
uimus.de reli.& ve.ſanct.eſt canonicè & regulariter in-
ſtituere quòd aliquis pro ſancto honoretur:puta quòd fiat pro
eo ſolenne officium,ſicut pro alijs ſanctis eiuſdem cōditio-
nis:vt ſi eſt confeſſor,fiat officium cōfeſſoris:aut martyrum,
ſi martyr, &c.Vnde & ſine hac canonizatione facta authori-
tate Ro.eccleſiæ nulli licet aliquē venerari pro ſancto,extra
de reliq.& vene.ſanc.c.j.¶Primò verò quęritur,an liceat pre
ces nō canonizato porrigere?Et dicit Inn.in c. audiuimus.de
reli.& ve.ſan.quod licet porrigere preces defuncto, quē virū bo
num credebamus,& nūc eſſe cū Chriſto,licet nō ſit canoni-
zatus quia fidē orantis Deus reſpicit:ſed facere pro eo offi-
ciū vel preces ſolennes nō licet, vt dictū eſt.¶Secūdò quæri
tur,quæ ſunt ea,de quibus in canonizatione fit inquiſitio:Et
dico ſecundū Gofredum,Hoſt.& Innoc.quòd inquiritur de
excellentia vitæ eius,ſi fuit in laboribus multis,& iuſtis:ſimo
ribus caſtus & ſtrenuus.diſt.lxvj.miramur.& maximè ſi ſim-
plex & humilis.extra de præſump.& ſtudijs.& ſi ſuſtinuit per-
ſecutionem.vij.q.j.omnis.& cap.ibi adunati.ſi ſuſtinuit, in-
quam,cum charitate.j.q. j.c. vide quàm bonum. Inquiritur
etiam de miraculis eius in vita & poſt mortem. Tanta autem
inquiſitio fit de confeſſore, ſecundum Hoſtien.non autem
de martyre:ſed inquiritur de miraculis & cauſa paſsiōis.arg.
de conſe.diſtinct.iiij.catechumenum. & cap.baptiſmi vice.
¶Tertiò † quæritur,vtrum eccleſia poſsit errare in cano-
nizatione ſanctorum?Et dico quòd Ioan. de Neap.in quoli-
bet.xj.poſt S.Thom. in ix.quolibet.q.vlti.ſic diſtinguit:Sen-
tentiæ latæ à papa cum Cardinalibus ſunt in duplici diffe-
rentia: quia quædam ſunt circa particularia facta particu-
larium hominum: vt promotiones ad dignitates, & bene-
ficia,& iudicia contra aliquos & pro aliquibus: quędam ve-
rò pertinent ad ſtatum vniuerſalem totius eccleſiæ, vel
quantum



quātum ad fidē: vt determinationes circa ea quæ ſunt fidei:
vel quantum ad mores, vt ſtatuta, decreta, & decretales.In
primis errare poteſt papa vel eccleſia: quia vtitur medio in-
certo,ſcilicet atteſtationibus hominū. In ſecūdis verò errare
poſſunt prædicti,ſi cōſiderentur vt quædam perſonæ abſo-
lutè:ſecus ex ſuppoſitione diuinæ prouidentiæ gubernantis
eccleſiam Spiritu ſancto,ne fallatur,ſecundū illud Io.xiiij.quod
ſpiritus adueniēs doceret omnē veritatē,ſcilicet de neceſſa-
rijs ad ſalutem:imò credere quòd in talibus poſsit errare, ſe-
cundū do.Io.eſt hæreticū.Hæc ex illis.Et facit quod dicitur
extra de ſen.excō.à nobis.ſcilicet quòd iudiciū eccleſiæ fallit
& fallitur quo ad primū & quo ad ſecundū.facit quod dicitur xxv.
q.j.violatores.Igitur canonizationem ſanctorū Io.dicit per-
tinere ad ſecundū genus actionū:quia per eam ponūtur ſan-
cti vt exemplar fidei & ſanctæ vitæ,& vt inuocādi ab omni-
bus in neceſsitatibus.Sed Sanct.Tho.dicit quòd mediat inter
prędicta,cuius rationē arguēdo tangit:quia vtitur papa medio
fallibili, id eſt,hominum teſtimonio:& honor,quem ſanctis
exhibemus, eſt quędam fidei profeſsio,qua ſanctorum glo-
riā credimus:vn̄,inquit,piè credendū eſt quod in his iudiciū eccle-
3 ſię errare nō poſsit.Ordinē † & modū procedēdi in canoniza-
tione ſanctorū ponit Hoſt.& Gofr.ſup dicto cap.audiuimus.

## De Capitulo & eius Poteſtate.

1 *Capituli appellatio quotuplicem ſignificationem habeat: & quid efficere capitulum poſsit? Et quam habeat, quod facit, vim atq; poteſtatem.*
2 *Capituli quænam ſit maior & ſanior pars? Et num ſede vacante,poſsit capitulum ab excommunicatione tam iuris,quàm hominis, à qua potuiſſet Epiſcopus abſoluere?*
3 *Capitulum Epiſcopo num ſuccedat in alienandi poteſtate? Et quid de viſitandi,& crimina inquirendi iure? Et num poſsit monialium monaſteria exempta viſitare, quæ Epiſcopus authoritate apoſtolica viſitat.*
4 *Capitulum ſede vacante,num ſtatuta vniuerſam diœceſim diſtringentia,facere poſsit? Et num in iuriſdictione quam Epiſcopus habet,ſuccedat?*
5 *Epiſcopus ſi collationem cum alio communem habeat, vel eius conſilium in aliquo actu requiri debeat, num ſede vacāte ipſi capitulum ſuccedat? Et an in priuilegijs indultis dignitati epiſcopali? Et an indulgentias conferre queat?*
6 *Epiſcopo ſi doctorandi poteſtas competat,num ipſi in eadem capitulum ſuccedat?*

1 CAPITVLVM † aliquando locus eſt vbi res capitula-
res firmātur:aliquādo ſignificat lectionē:aliquādo, ſe-
cundum aliquos,diſtinctionē:vt ille liber habet quinq; capi-
tula:aliquādo congregationē multorū præcipuè eccleſiaſti-
corum:vt not.Io.And.in c.capitulū.de reſcr.& ſic eſt hic ſer-
mo de capitulo,cuius ſcilicet authoritas & poteſtas conſiſtit
in maiori parte eius & ſaniori,ſecundū Mon.ita quod totū capi
tulū facere dicitur quod facit pars maior & ſanior.c.cū in cun-
ctis.de his quæ fiūt à ma.par.cap.Fallit tn̄ hoc in caſibus tri-
bus.Primò,quādo aliquid eſt cōmune pluribus,nō vt collegia-
tis,ſed vt ſingulis:quia tunc oportet cōſentire ſingulos.ff.de
ſerui.ruſti præ.l.per fundū.de cōſtit.c.cū omnes.in gl. Secundò
quādo maior pars capituli deliquit, & propterea eſt ſua pote-
ſtate priuata:vt in c.bonę memorię.el j.& c.cū nobis.de ele.
& c.gratū.de poſtu.prę.quia tūc tota capituli poteſtas reſidet
in parte minori,quę nō deliquit.not.Pan.in c.j. de his quę fi.
& c.Tertiò,in electiōe Romani pontificis: vbi oportet quòd
2 duæ partes cōſentiāt.c.licet.de electio.¶Primò † verò quæ-
ritur,quę ſit maior & ſanior pars capituli?Et dicit Mon.quòd
illa quæ innititur maiori rationi & pietati.viij.diſt.ſanè quip-

pe.præſumitur tamen ſemper pro maiori parte,& illi ſtatur,
niſi cōtrariū probetur.lxj.diſt.nullus.& d.c.j.de elec.dudum.
el primo.¶Secundò vtrū ſede vacāte capitulū poſsit abſol-
uere ab excōmunicatione tam iuris quàm hominis,à qua epi
ſcopus abſoluere potuiſſet?Et dico quòd ſic,niſi ſit ei à ſede
apoſtolica ſpecialiter interdictū.c.vnico.de maiori. & obed.
lib.vj.& ſimiliter diſpēſare pōt in caſibus,in quibus epiſcopo
permittitur diſpēſatio,ſecundū Feder.cōſ.xxix.& not.Pan.in
c.cū olim.de maio.& obe.quia diſpenſatio dependet à iuriſ-
dictione:& ſimul poteſt dare cōfeſſorē:ſeu abſoluere in caſi
bus epiſcopo reſeruatis,ſecundū Pan.vbi ſ.¶† Tertiò † quæ- 3
ritur,vtrū ſuccedat in poteſtate alienādi? Et gl.in d.c.cū olim.
videtur ſentire quòd nō:ſed limitat Pan.cùm vellet alienare
bona epiſcopatus:ſi autē eccleſia inferior ex cauſa legitima
vellet alienare,credit quod capitulū authoritatē poſsit interpo-
nere:quia propriè capitulū hoc caſu nō alienat, ſed interpo-
nit authoritatem eccleſiæ alienāti:quod iuriſdictionis eſt, &
ſępe neceſſariū.& idē ſentit Fede.cōſil.xxx. ¶Quartò,an ſuc
cedat in poteſtate viſitādi totā prouinciam & inquirēdi cri-
mina?Et de hoc habes glo.in cle.j.de hære.& cōcludit Ioan.
And.quòd poteſtas generaliter viſitādi nō tranſit in capitu-
lum.& ſic procedit opinio Mon.ſed poteſtas ſpecialiter inqui-
rendi cōtra aliquos diffamatos tranſit: & ſic procedit opinio
Arch.Fundamentū autem diſtinctionis huius eſt:quia capitu
lum eſt adminiſtrator neceſſarius,nō volūtarius, vnde ſucce
dit in his quæ neceſſariò & nō volūtariè ſunt expediēda:viſi-
tatio autē generalis eſt volūtaria: ſpecialis verò neceſſaria.
Et licet multi antiqui amplexati ſint iſtā theoricā.Pan.tamē
tenet indiſtinctè quòd viſitare poſsit etiā generaliter:quia vi
ſitatio fit ex neceſsitate iuris:vt patet in cap.ſopitæ.de cenſi.
¶Quintò,an viſitare poſsit monaſteria monialium exēpta,
quæ epiſcopus viſitat apoſtolica authoritate,vt in clem.ij.de
ſta.reg.Et conſuluit Lapus quòd nō. & ita refert reſpondiſſe
ſibi Ioā.And.& mouetur:quia capitulum ſuccedit in his quæ
epiſcopo cōpetūt iure ſpeciali: vnde nō ſuccedit in poteſtate
cognoſcēdi de feudo.& notatur in c.verbum. de foro comp.
Et idem ſentit Feder.conſi.xxx.ſed tamen multi contrarium
tenuerunt,dicētes quòd ſi epiſcopus habet abſoluere vt dele
gatus,quòd poteſtas ad capitulum trāſit,per c.vnicū. de ma-
io.& obed.lib.vj.quod loquitur indiſtinctè.tamē Panor.plus
placet opinio prima.¶Sextò † an poſsit capitulum ſede va- 4
cāte facere ſtatuta diſtringentia totā diœceſim?Et dicit Pan.
ſecundū Feder.conſil.xvj.quòd ſic: quia hoc à iuriſdictione
depēdet:vt in c.fin.de cōſt.lib.vj.in qua quidē iuriſdictiōe ca
pitulū ſuccedit.Et talia ſtatuta durant etiā in tēpus epiſcopi
futuri:quia de natura ſtatuti eſt vt ſit perpetuū: licet extingua-
tur poteſtas ſtatuētis:vt in c.fi.de of.leg.Epiſcopus tamē po-
terit illa ſtatuta reuocare:quia ſtatuere nō poteſt capitulū in
præiudiciū epiſcopi futuri,ſicut nec prędeceſſor in præiudi-
ciū ſucceſſoris:quia par in parē nō habet imperiū.de elect.
innotuit. ¶Septimò,vtrū ſuccedat capitulum in iuriſdictiōe
quā habet epiſcopus, puta ſi epiſcopus habet intereſſe alicui
electioni ex cōſuetudine?Et Hoſt.in c.ſcriptū.de elect.ſentit
quòd non:Collecta autem ſentit cōtrarium:quia eadē ratio
debet eſſe in additamēto,quæ in principali.quod ſatis placet
Pan. ex quo illa iuriſdictio cōpetit epiſcopo vt epiſcopo: qui
tamen Pan.in c.illa.de elect.tenet opin.Inn.dicēs hoc cōmu
niter teneri à doctoribus.¶Octauò, † vtrum ſi epiſcopus ha 5
beat collationē cum alio: vel aliqui debeant requirere cōſi-
lium epiſcopi in aliquo actu,capitulum ſuccedat?Et conclu-
dit Panormit. quod non.per cap.vnicum.ne ſede vacan.libr.vj.
¶Nonò,vtrum ſuccedat in priuilegijs indultis dignitati epi-
ſcopali:vt in cap.fin.cum concor.ibi poſitis in gloſſ. de priui.

lib.vj.Et concluditur quod non.quod Io.And.habet pro indubitato : qa priuilegiũ nõ debet excedere perſonã priuilegiati:vt in c.ſanè.de priuil. ¶Decimò,vtrũ dare poſsit indulgentias,de quibus in c.cũ ex eo.de pœn.& remiſ. Et dico quòd ſi tenentur eſſe iuriſdictionis, quod cõmunius eſt, & de mente S.Tho. in iiij.diſt.xx.dubitari poteſt:quia videtur actus volũtarius,& nõ neceſſarius: tñ ſecundũ Pan. teneri poteſt quòd poſsit:quia cùm iura dicant quòd capitulũ ſuccedit in iuriſdictione,& nõ diſtinguãt inter cõtentioſam & voluntariã: de-
6 bet intelligi in vtraq;. ¶Vndecimò,† vtrũ capitulũ ſuccedat in poteſtate doctorandi,vbi epiſcopo competit hæc poteſtas, nec aliqd in priuilegio caueť de capitulo? Et cõcludit Pan.ꝙ aut epiſcopꝰ hãc poteſtatẽ habet ex priuilegio ſpeciali:& tũc nõ tranſit in capitulũ,per ſuperius dicta: aut habet à iure cõmuni,ſecũdũ opin.quã ſentit Hoſt.vt not.gl. in cle.ij.de magi.& tunc capitulũ ſuccedit.De poteſtate autẽ cõferendi beneficia,vide ſuprà Beneficium,ſecundò.in principio.

## De Charactere.

1 *Character quid ſit? ad quid detur,& in quot ſacramentis imprimatur?*

1 CHARACTER,† quantũ colligiť ex cõmuni doctrina Theologorũ,præcipuè S.Tho.& S.bonauẽ.eſt quędam ſpiritualis qualitas ſiue habitus indelebilis in mẽte ſiue intellectu animę noſtræ:quæ vel qui eſt potentia actiua vel paſsiua exercẽdi opera illius naturæ,in quã qs ꝑ gratiã eleuatur:ſicut calor eſt potẽtia,qua ignis põt calefacere: & mollities eſt potẽtia,qua cera põt figurari. Dať aũt character ad quatuor,ſcilicet ad ſignificandũ,ad diſponendũ, ad aſsimilandum,ad diſtinguendũ:quia cùm ſit ſignũ ſacramẽtale ſiue ſacramentũ, & res ſignificat gratiã gratũ facientẽ: nec ſolum ſignificat,ſed diſponit ad eam:quia vſus ſacramentorũ nouæ legis nõ eſt tantũ in ſignificando,ſed etiã in diſponendo ſiue efficiẽdo quod figurant.Et quia diſponit ad gratiã, habet aliquam ſimilitudinẽ cũ gratia,quæ eſt quædam participata ſimilitudo naturæ:& cõſequẽter cõfigurat omnes vel aſsimilat Deo.Et conſequẽter etiã inter ſe aſsimilat oues Dei. Et cõſequẽter diſtinguit ab his,qui nõ ſunt de grege dominico. Imprimitur autẽ ſolùm in tribus ſacramẽtis, ſcilicet in baptiſmo,cõfirmatione,& ordine:qa vt dicit S.Th.ꝑ hæc tria ſolùm mãcipatur homo ad aliquod ſacramẽtum exercẽdum actiuè aut paſsiuè:quia per baptiſmũ poteſt quis ſacramenta ſuſcipere,ad quod ordinatur quodam modo etiam cõfirmatio:per ordinem verò poteſt quis ſacramenta conferre.

## De Carcere.

1 *Carcer quid importet? Et num quis ſe,vel alium poſsit carceri addicere.*
2 *Incarcerans aliũ iniuſtè , num ad totius damni reſtitutionem teneatur?*
3 *Cedens bonis,an incarcerari pro debito poſsit?*
4 *Contractus per incarceratum initi,an efficaces ſint? Et ad hoc quatuor concluſiones ſubijciuntur.*
5 *Eductus de carcere & in publico cuſtoditus, an dicatur à carcere,aut vinculis liber.*
6 *Matrimonium in carcere contractum,num efficax ſit?*
7 *Iudex ex officio ſuo num aliquem à carcere liberare queat?*
8 *Ad carcerẽ qui iurauit redire,num ad id cum vitæ periculo teneatur? Aut qui dãnatus eſt,num effugere de carcere poſsit?*

1 CARCER † importat priuationẽ libertatis in vſu membrorum corporis,ſine violẽtia mẽbris adhibita, & ſine cuſtodia viua : ſicut ligatio aut compeditio importat idem cum violentia, & captiuatio cum cuſtodia viua. ¶Primò verò quæritur,an quis poſsit ſe vel aliũ addicere carceri? Et dico quòd poteſt quis ſe facere includi in arcto carcere ad pœnitentiã peragendã, ſecundũ Panor.in cap.veniẽs. de regul. & cap.illo.& cap.qui vere.xvj.quęſt.j. Aliũ autẽ incarcerare licet ſecundũ S.Tho.ij.ij.quæſt.lxv.ſolùm ſecundũ ordinem iuſtitiæ,ſcilicet ad pœnã vel cautelã mali vitendi:& hoc per iudicẽ ſolum:quia licet cuilibet liceat aliũ detinere ad horã ab aliquo illicito ſtatim ꝑpetrãdo,ſicut ne ſe pręcipitet vel aliũ percutiat: tñ ſimpliciter aliũ includere vel ligare, ad eũ ꝑtinet ſolũ,q habet vniuerſaliter diſponere de actibus & vita alterius. ¶Secũdò,† vtrũ incarcerãs aliquẽ iniuſtè, teneatur ad reſtitutionẽ de omni dãno? Et dico quòd ſic, & etiã de iniuria,arg.c.pœnale.cum ibi notatis.xiiij.q.v. Et quicũq; priuatus aliquẽ incarcerauerit, etiã pro manifeſto crimine, capite punitur de iure ciuili.C.de cohorta.l.omnes.lib.xij. imò cõmittit crimen lęſæ maieſtatis:& vltimo ſupplicio puniť quiſquis habet carcerẽ ad aliquẽ detinendũ:vt.C.de priua.carce.l.vnica.verum gl.intelligit ad detinendũ publicè accuſatum: ſecus ad detinendos proprios ſeruos ne fugiant. ¶Tertiò,† vtrum cedens bonis poſsit incarcerari pro debito? Et dico quòd non:quia,vt dicit Pan.in c.lator.de pig.non poteſt quis etiam per pactũ carceri ſe obligare pro debito,renuntiando beneficio ceſsionis bonorum:quia eſt cõtra bonos mores.Et idẽ tenet Dyn.per §.elegãter in.l.alia cauſa.ff.ſo.mat.quod Bar.putat verũ in d.§.elegãter.niſi in duobus caſibus.Primò,ſi alienauit omnia ſua bona in fraudẽ creditorũ.Caſus eſt in l.fi.ff.quæ in frau.cre.quod tenet Dyn.§.ſi quis in fraudem. Inſtit.de act Secũdò,ſi debitor tẽpore,quo cõtraxit, ſciebat ſe nõ ſoluẽdo eſſe:vt.ff.de iure dot.l.pe.Nam in iſtis duobus caſibus non dabitur ſibi beneficiũ ceſsionis bonorum. quod intelligo verũ, etiã in conſcientia poſſe fieri ad pœnã:quia fuit in culpa.Aliquando tamen eſt contra præceptũ charitatis incarcerare pro debito cedentẽ bonis:vt puta quando in nulla culpa eſt de damno proximi:& nõ habet vnde ipſe ſatisfaciat, nec ſperatur quòd alius pro eo ſit ſatisfacturus. ¶Quartò,† vtrũ valeant cõtractus geſti per incarceratũ? Et reſpõdeo ſecũdum Doct.maximè Panor.in cap.accedens.de proc.per has cõcluſiones. ¶Prima.Qui captiuus eſt apud hoſtes,cùm libertatẽ perdiderit,nec teſtari poteſt,nec aliquem actum facere,vt homo liber:vt in l.eius.ff.de teſta:& in l.diuus.ff.de iure fiſc. ¶Secunda.Detentus in priuato carcere iniuſtè,ſiue in carcere iniurioſo,puta à latronibus vel tyrãnis: ſi quid agit cum detentore, poſtmodũ poteſt allegare metum,& facere actũ reſcindi:vt in l. qui in carcerem. ff. quod met.cauſa.cum alio vero ab ipſo detẽtore cõtrahere poteſt, niſi ad hoc detineatur,iuxta not.in c.dominus.de ſecun.nup. poteſt etiam in carcere facere teſtamentum:vt in l.metũ.§.ſed licet.ff.quod met.cauſa. ¶Tertia.Detẽtus in carcere publico & iuſtè,ſi eſt dãnatus pœna capitali,non poteſt aliquid agere tanquam liber,quia eſt effectus ſeruus pœnæ;& bona ſua veniunt ad ſuccedentes ab inteſtato:vt in auth.bona damnatorũ.C.de bon.dam. Vnde etiã ad pias cauſas diſponere nõ poteſt:vt dicit Io.and.in c.ij.de vſur.lib.vj. Si verò non eſt damnatus pœna capitis,ſed eſt detẽtus in carcere: cõtrahere poteſt,& alios actus agere:vt in d.l.qui in carcere.etiã cum eo,ad cuius petitionem detinetur, ſecũdum Bartol.ibi. ¶Quarta.Obſes propriè,vt qui datur ꝓ ſecuritate ab hoſtibus,cùm perdat libertatem, non poteſt aliquid diſponere vt liber,nec teſtari:vt in l.obſides.ff.de teſtam.Secus de obſide impropriè:vt ſi vna ciuitas datur alteri ciuitati obſides:vel vnus nobilis alteri : quia non perdunt libertatem, nec poſſunt ſic dari vt ſint obſides propriè , vt infrà Obſides. ¶Quintò,† vtrum dicatur quis liber à carcere aut vinculis, qui eductus de carcere cuſtoditur in publico? Et dicit Pano.in d.c.accedens.de mente Bart.in d.l.qui in carcerem.ꝙ non. quod facit contra practicam aliquorum qui incarceratum educunt,& cuſtodiri faciunt per familiã,vt contrahat.Nã certè liberatus dici nõ poteſt:vt in d.c.accedẽs.Ex quo habetur ꝙ non ſufficit extra territorium perduci,niſi ꝑ-
6 ducatur ad locum ſecurũ. ¶† Sextò, vtrum teneat matrimonium contractũ in carcere? Et Pan.in c.dñs.de ſecun.nup.dicit ꝙ ſic,ex quo vis nõ conferť in matrimonio cõtrahẽdo:ex quo etiã infert ibi ꝙ ſi tenet matrimoniũ,quod maximam libertatẽ requirit:vt in c.cũ locũ.de ſpõ.conſequẽter tenet cõtractus in carcere geſti:ſed tñ hoc dictum limita, vt ſ̃.§.iiij.
7 ¶† Septimò,vtrũ iudex poſsit ex officio ſuo aliquos à carcere liberare? Et dico ꝙ debet eos viſitare,& facere ꝙ habeat neceſſaria.C.de epi.aud.l.iij.& liberare põt eum,quẽ videt ad nullius inſtantiã: vel ſine delicto aut debita cauſa retentũ ex mero officio:vt not.Bar.in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuũ.ff.de furt. Vtrũ† autẽ qui iurauit redire ad carcerem,ad hoc tenea-
8 tur cum periculo vitæ:vel vtrum damnatus fugere poſsit de carcere,vide ſ̃.Accuſatio.§.vlt.vide etiam ĩ.Hæreſis ij.§.vij.

## De Cardinali.

1 *Cardinalis vnde dicatur? Et quatenus in cardinalium collegio dicatur papæ,eodem mortuo,poteſtas permanere?*

2 CARDINALIS †dictus eſt à cardine,ſup quo quieſcit oſtium aperiendũ & claudendũ. Et dicuntur Cardinales ſecundum Aug.de Ancho.qui papæ,ſicut Apoſtoli Chriſto,aſsiſtunt,in quorũ collegio manet poteſtas papæ eo mortuo dupliciter,ſecundum Augu.de Anchona.Primò quidem quantum ad radicem proximam,inquantum ſcilicet eligunt & conſtituunt papam:& ſecundò quantũ ad materiale in papatu,inquantum per electionem perſonam determinãt:non autem manet quantũ ad actualem adminiſtrationẽ, quæ eſt quid formale in papatu,niſi inquantum per ſtatutum vel conceſſum,aut commiſſum prædeceſſoris eis licet:vt eligere papam tali modo,& huiuſmodi:vnde cùm hæc etiam non maneat in epiſcopo de communi iure,qui ſolùm per papam adminiſtrat ſimul cum papa moritur. Vnde papa mortuo collegium Cardinalium nõ poteſt diſpenſare in conſtitutionibus eius,aut addere vel minuere,vel ordinare aliqua ſpectantia ad iuriſdictionem eius:quia,inquit idem,conſtitutio ſuperioris per inferiores tolli non poteſt. Et hoc expreſsè dicitur in ca.ne Romani.in cle. vbi vacante ſede nihil collegio Cardinalium exercendum permittitur,niſi loco camerarij eccleſię vel alicuius pœnitentiarij,ſi contingeret eos debitum naturæ exoluere,alium ſubrogare. Puto etiam,inquit idem,quòd ſi periculum immineret terræ vel rebus eccleſiæ,poſsit adhibere ſalubre remedium. Nec tamen ex hoc eccleſia ſuam ꝑdit iuriſdictionem,quæ in epiſcopo manet, ſed actualem,vt dictum eſt,adminiſtrationem ad tempus. Quomodo Cardinales debeant papam eligere vide infrà Electio.iij.§.iij.

## De Charitate.

1 *Charitas quid ſit? Et quænã ſint nobis ex charitate diligẽda?*
2 *Ordo in charitate exhibenda, num ſit aliquis,& qualis? Et ibidem nouem ad hoc proponuntur gradus.*
3 *Deum amandi, & proximum ex charitate,quis ſit modus? Et an ex charitate teneamur inimicos diligere? Et an ipſis effectus,aut dilectionis ſigna exhibere?*
4 *Inimicis veniam petentibus , an remittere teneamur?*
5 *Deo ſeruire ex charitate ſine alicuius vtilitatis temporalis, aut æternæ retributionis ſpe,num teneamur?*
6 *Opera bona extra charitatem facta , num ad aliquid proſint? Et ad quæ? Et eorum,quæ extra charitatem ſunt opera, num poſsint aliquo tempore valere?*
7 *Deo num ſatisfieri poſsit per opera extra charitatem facta? Et an religionis occaſione,prætermittenda ſint in parentes charitatis opera?*



1 CHARITAS,† ſecundum Augu.eſt rectiſsima animi affectio,qua diligitur Deus propter ſe,& proximus propter Deum.& idẽ in iij.Sententiarũ.diſt.xxvij. ¶Primò verò quæritur,quæ ſint nobis ex charitate diligẽda? Et dico ſecũdum S.Th.ij.ij.q.xv.& iij diſt.xxviij.& de virtu. in communi q.de charitate:quòd cùm dupliciter aliqd ametur,ſcilicet ſicut cui volumus bonum,& ſicut bonum alicui volitum: obiectum charitate diligibile:primo modo eſt ſola natura rationalis:ſecundo verò modo omne bonũ inquantũ bonum eius quod primo diligimus.Igitur ex charitate diligendus eſt primo modo Deus beatificans,& ſecundo proximus vnitus Deo beatificãti actu per cognitionem & amorem,vt beati:tertiò, proximus vnitus ei habitu:vt iuſti viatores, & etiam nos ipſi. quartò,vnitus ei potentia:vt viatores iniuſti non creaturæ rationales ei nõ vnibiles,vt damnatæ ſiue Angeli ſiue homines ſint.quintò,ipſa charitas,ſicut ratio diligendi,& ſicut bonum quod velle debemus omnibus.& ſextò,corpus noſtrum,ſicut quod comparticipabit felicitatem nobiſcum per quandã redundãtiam ab anima.& ſeptimò,creaturæ irrationales,ſicut ea quæ debemus velle nobis & amicis, quantũ expedit neceſſitati & amori ad Deũ,quibus modis licitè diligitur mundus, ſcilicet ad neceſsitatem & propter Deũ: ſecus ad ſuperfluitatem,vel propter ſe ibi ſiſtendo.concor.Alex.Si tamẽ cõſideremus beatificabilia communicantia in beatitudine,ſuper cuius communicatione fundatur amicitia charitatis.ſic Aug.diſtinguit quatuor ex charitate diligenda, ſcilicet Deum ꝓximum,corpus noſtrum,& nos ipſos. & de his vide vbi ſuprà.

2 ¶Secundò† quæritur,vtrum ſit ordo in charitate, & qualis? Et dico ex doctrina eiuſdem,vbi ſ̃.quòd in ea eſt ordo, ſecundum illud Can.ij.Ordinauit in me charitatẽ.Quæ eſt primò in affectu,& ab eo ad effectum deriuatur : non quia ſemper magis dilecto maius aliquid in effectu impendatur actu: ſed actu vel animi præparatiõe,ſi indigeat.Debet aũt homo taliter ordinatè diligere.Primò,vt Deũ diligat plus quàm proximum,& ſeipſum,& ſuper omnia.Et ſecũdò, ſeipſum & ſuũ corpus & ſuas res,plus quàm proximũ & eius corpus aut res. Et tertiò,proximũ plus quàm propriũ corpus ſiue propriam vitam:& hoc quantũ ad ſalutem animæ eius. Et quartò,plus meliores quàm coniunctiores nobis:& hoc quantum ad ſpeciem dilectiõis,vt ſcilicet maius bonum velimus magis Deo cõiunctis:quantum tamen ad dilectionis intentionem & extenſionẽ eſt econuerſo, quia intentiori affectu & pluribus rationibus volumus cõiunctioribus nobis bonum minus quos amamus non ſolùm amicitia charitatis,ſed etiam ſanguinis, vel ciuiliter,& huiuſmodi:poſſumus tamen optare quòd nobis coniunctiores ſint alijs meliores.Et quintò,inter coniunctos nobis plus cõſanguineos in ſpectãtibus ad naturã quàm conciues:& conciues in ciuilibus plus quàm conſanguineos: & ſimiliter commilitones in bellicis:& ſic de alijs cõiunctionibus,Et ſextò,ſimpliciter plus parẽtes quàm filios,licet aliquo modo ſit econuerſo:vnde filio magis debemus prouidere,& patrem magis honorare. Et ſeptimò, ſimpliciter magis patrem quàm matrem. Et octauò,parentes magis quàm vxorem,quantum ad bonum quod eis volumus: & ecõuerſo quantum ad intentionem volendi propter maiorem coniunctionem. Et nonò,magis benefactorem ſuum quàm beneficiatum à ſe,quantum ad bonum volitum:ſed econuerſo quantum ad intentionem volendi ratione iam dicta. Et de his omnibus Sanct.Thom. vbi ſuprà aſsignat rationes.

3 ¶Tertiò† quæritur , quis ſit modus amandi proximum &

Deum

Deum ex charitate? Et dico ex doctrina eiuſdem, quantum
ad ꝓximum,quòd illum diligere debemus ſicut nos ipſos:nō
ſicut,id eſt,tantum quantū nos:ſed ſicut,id eſt,eo modo,quo
nos:vt ſcilicet propter eius & non alterius vtilitatem eum di
ligamus,eo fine quo nos ex charitate diligimus,ſcilicet in or
dine ad felicitatem optādo ei bona gloriæ & gratiæ & virtu
tum:alia autem bona eis velle non tenemur,niſi inquantum
ad virtutes,gratiam & gloriam: tenemur tamē ſecundum S.
Bon.nō velle eis malum inquantū malum,id eſt, per ſe:licet
poſſimus eis appetere malum propter bonū,puta correctio-
nem eorum,vel huiuſmodi.xxij.tract. de Auarit.Quantū ad
Deumverò modus diligēdi,ſecundum Ber.eſt,vt ſine modo,
id eſt,ſine menſura diligamus amando quantum poſſumus,
toto corde, tota mēte,&c.ſicut præcipit Matth.xxij.& Luc.
x.& Mar.xij.quod quidem præceptum ſecundum San. Tho.
in vita præſenti implere poſſumus imperfectè non autē per
fectè.nam his duobus modis poteſt impleri pręceptum:ſicut
præceptum ducis præcipientis pugnam,perfectè implet mi-
les,qui venit ad finem ducis,id eſt,qui pugnādo vincit:imper
fectè verò miles,qui ad finem quidem ducis non attingit:ta-
men ab eius ordine nō recedit:quia nō vincit quidem,ſed ta
men pugnando nihil agit contra militarem diſciplinam . In-
tendit autem Deus per hoc præceptū quòd homo ſibi totali
ter vniatur:quod erit in patria,vnde ibi perfectè implebitur,
non autem in via.nec tamen peccamus,dummodo nihil diui
næ dilectioni contrarium agamus.hæc ex ſanct. Thom . Et
idem intendit ſanct.Bon.in iij.diſt.xxvij.qui dicit quòd tene-
mur ex charitate diligere Deum toto corde:nō per excluſio-
nem affectus extranei,quaſi ſcilicet nihil ſit in noſtro amore
niſi Deus:quia eſt impoſſibile in hac vita,ſed per excluſionē
affectus cōtrarij, vt ſcilicet nihil ſupra vel æquè vt Deū dili
gamus.¶Quartò,vtrum ex charitate teneamur diligere ini-
micos? Et dico ex doctrina & mente eiuſdem, quòd nō tene-
mur de neceſſitate charitatis diligere inimicos , inquantum
ſunt inimici:quia hoc eſt diligere malum alterius:& intēdit
quòd non tenemur eos diligere quantum ad peccatum: nec
etiam tenemur,inquit,abſolutè eos diligere quantum ad na
turam in ſpeciali,vt ſcilicet aliquis ad inimicū moueatur mo
tu dilectionis:quia nec tenemur moueri ad quoſlibet homi-
nes,niſi ſecundum præparationē animi:vt ſcilicet homo ha-
beat animum præparatū ad hoc quòd in ſingulari diligeret
inimicum,ſi neceſſitas occurreret:abſq; neceſſitate autem di
ligere,perfectionis eſt.Tenemur autem eos diligere quantū
ad naturam in vniuerſali,vt ſcilicet diligens Deum & proxi-
mum ab illa generalitate inimicos nō excludat . ¶Quintò,
vtrū ex charitate teneamur inimicis effectus vel ſigna dile-
ctionis exhibere? Et dico ex doctrina eiuſdem,quòd ſicut ho-
mo tenetur eos diligere in communi, & non in ſpeciali, niſi
ſecundū præparationē animi:ita tenetur eis exhibere ſigna
& effectus dilectionis,quæ in cōmuni proximo exhiberi cō-
ſueuerunt:puta,cùm quis orat pro omnibus fidelibus,vel ꝓ
toto populo:vel cùm aliquod beneficium impendit toti cō-
munitati:tūc etiā hoc exhibere inimicis eſt de neceſſitate prę
cepti & contrafacere pertinet ad liuorem vindictæ.Specialia
verò beneficia,vel ſigna dilectionis,quæ quis aliquibus parti
culariter exhibet,exhibere inimicis nō eſt neceſſariū,niſi ſe-
cundum præparationem animi:vt ſcilicet inuentur in articu
lo neceſſitatis,præter quem facere pertinet ad charitatis ꝑfe
4 ctionem.¶†Sextò,vtrum inimicis veniam petentibus veraci
ter,id eſt,paratis emendare ſecundum facultatem,remittere
teneamur? Et dico quòd ſecundum Pet.Taran.ex iniuria vel
damno tria cōſueuerūt oriri, ſcilicet in corde ſiue in affectu
rancor,id eſt,ira,vel amaritudo,ſeu indignatio : & in opere,
ſiue in effectu ſigna rancoris,& in iure ſiue in foro actio con
tra iniuriantem. Primum,ſecundū omnes,tenetur homo ſta-
tim remittere,imò nūquam in corde habere, ſecūdum illud
Matth.xviij.Niſi remiſeritis de cordibus veſtris,&c.Et intelli
ge primò,ſi rancor ſit in voluntate:quia de ſenſu non poteſt
ad libitum expelli,ſicut nec amor.ſecundò, ſi ſit iniuſtus.Se-
cundum verò tenetur remittere veniā petenti veraciter, ſe-
cundum illud Luc.xvij.Si reuerſus fuerit ad te dicēs,Pœnitet
me:dimitte illi.imò ſecundum Alber.tenetur ad hoc,etiā nō
petenti veniam:licet Petrus videatur oppoſitum tenere. Sed
primum Sum.Ang.credit verum in ſignis rancoris proximis:
vt nunquam loqui,diuertere ab obuiāte,toruo aſpicere viſu,
& huiuſmodi:quia ab omni ſpecie mali eſt abſtinendum.Se-
cundum verò in remotis: vt non conuerſari amicabiliter,nō
facere mutua obſequia,& huiuſmodi.Ego verò primum cre
do verum de ſignis rancoris,per quæ tolluntur ſigna dilectio
nis vniuerſalia,ad quā tenemur:ſicut eſt ſalutatis duobus ter
tiū non ſalutare:ſecundum verò de his,quæ opponuntur ſpe-
cialibus, quando quis ex bono fine hoc facit , puta ad repri-
mēdam temeritatem,vel huiuſmodi:quia eſt dare caſum in
quo oportet oſtendere ſignum dilectionis vel rancoris ſpecia
liter:& cùm ad primum nō teneamur,vt dictum eſt, licitum
erit ſecundum:ſicut etiam & ipſum rancorē licitè aliquando
tenemus,ſcilicet quando eſt iuſtus,ad iuſtè puniendum. Nec
obſtat quòd abſtinēdum eſt ab omni ſpecie mali.j.Theſ.vlt.
quia hoc non eſt de neceſſitate ſalutis, niſi quādo malum il-
lud non poteſt eſſe bonum,puta à ſpecie fornicationis.rācor
autem aliquando eſt licitus,ſicut & ira: & hoc ſumendo ran
corem impropriè,vt eſt filia iræ,id eſt , indignatio:non autē
propriè,vt eſt filia acediæ. Tertium autem homo remittere
non tenetur,niſi ille pro poſſe ſatisfecerit:vt in c.ſi quis con-
triſtatus.diſt.xc.& not.in ca.ad apoſtolicæ.de ſen. & re iudi.
li.vj.& in remiſſionibus dictorum iurium. & extra de male.
innotuit. cum concor.ibi poſitis.Et hoc ſatis clarum eſt:quia
legitimè peti poteſt æſtimatio iniuriæ etiā vltra intereſſe re
rum.de immu.ec.quoniam.lib.vj.niſi ex hoc oriretur præpō
derans ſcādalum reſpectu ſalutis animæ vel corporis.Ex his
patet ꝙ non eſt de neceſſitate ſalutis, vt offenſus ab aliquo
illum ſalutet,aut ei cōuerſetur.¶Septimò,†vtrū teneamur
ex charitate ſeruire Deo ſine ſpe alicuius vtilitatis tēporalis
aut æternæ retributionis? Et dico quòd eſt mortale amare &
diligere Deum propter aliquod tēporale:aut etiam propter
vitam æternā finaliter,ſeu principaliter: quia talis amans nō
habet finem ſuum in Deo,ſed in ſeipſo, ſiue in creatura: nec
amat Deum tanquam amicum ſeu amore amicitiæ, qui vtili-
tatem non reſpicit:ſed amore concupiſcentiæ eo modo,quo
amamus equum,quem nobis volumus & concupiſcimus.Eſt
tamen licitum ſecundariò amare Deum propter iſta:qa etiā
iſta amantibus Deum in ſcriptura promittūtur. Licitum eſt
etiam aliquid operari principaliter propter propriam vtili-
tatem:puta facere eleemoſynā vt Deus nobis miſereatur,ſe-
cundū illud Matth.v.Theſaurizate vobis theſauros in cœlo.
tamē melius eſſet in omnibus operibus nūquā ad proprium
meritum,ſed ad diuinum beneplacitum reſpicere,ſecundum
illud Io.iiij.Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem patris,&c.
¶†Octauò,vtrū bona opera extra charitatem facta valeant
ad aliquid? Et dico ſecundum Ray.quòd licet non valeāt di-
rectè ad vitam æternam,ſcilicet per modum meriti,valēt ta-
men ad alia quinque. Primò,ad tolerabilius perferendū fu-
turum iudiciū.de pœn.diſt.iij.ſi quis autem. Secundò,ad tē-
poralem proſperitatem.de pœn.diſt.iij. cauendum. xxij.q.ij.
ſi quilibet.Tertiò,ad citius illuſtrari per pœnitētiam.de pœ.
diſt.v.falſas.Quartò,ad aſſuetudinem operū bonorum:ſicut
olim



olim baptiſmus Ioannis,de con.diſt.iiij. nō regenerabantur.
Quintò,quia diabolus non habet in tali tantam poteſtatem,
ſicut ſecūdum Gregor.in dia.Iudæo cruce ſignato dęmones
nocere non potuerunt. Adde ſextò,quia ſi talis deinde ſalue-
tur,ꝑpetuò in vita æternæ gaudebit ſe talia feciſſe.Adde etiā
quòd talia opera nō faciunt futurum iudicium tolerabilius,
quaſi diluant pœnā iam debitam,ſed quia impediunt ne alia
debeatur propter omiſſionem dictorū operum:vel alia pec-
cata quæ per hæc impediūtur.Et hæc tenet S.Tho.& Rich.
cōtra quorum doctrinā Supple.allegat quoddam ſomnium
ex Vitis patrum:qui tamen liber nō eſt approbatus.¶Nonò,
vtrum opera exiſtētium extra charitatē poſſint aliquo tem
pore valere? Et dico,ſecundū Ray.quòd opera facta in cha-
ritate,& per conſequens mortale mortificata ac perdita, re-
deunte charitate reuiuiſcūt & valent:quæ autem facta ſunt
in mortali,nunquam viuere poſſunt,ſecundum iſtos verſus:
Illa reuiuiſcunt,quæ mortificata fuerunt. Viuere nō poſſunt,
quæ mortua nata fuerūt. Quomodo autem iſta habeant ve-
ritatem eſt ſubtilitas magna in Theologia tractāda. Vtrum
7 † autē per opera extra charitatē facta poſſit ſatisfieri Deo,
infrà Satisfactio.§.vj.Et de cōfeſſione extra charitatem fa-
cta,infrà Confeſſio.j.§.xxij.Vtrum etiam occaſione religio-
nis ſint prætermittenda opera charitatis in parentes, infrà
Religio.ij.§.vij.& Religio.vj.§.ix.

¶CASTRATVS vtrum poſſit ordinari, infrà Corpore
vitiatus.

## De Caſu.

1 *Caſus à cadendo dicitur, & quantum ad mores, vel confeſſo-*
*res pertinet, dupliciter accipi videtur.*
2 *Caſus quinam ſint, qui papæ reſeruentur, & in quibus ſolus*
*papa poſſit? Et ibidem ſubijciuntur quinquaginta.*
3 *Caſus epiſcopales de iure quinam ſint? Et quinam itidem de*
*iure epiſcopo reſeruentur.*
4 *Caſus epiſcopales de conſuetudine quot eſſe dicantur?*
5 *Epiſcopus quot modis caſus ſibi reſeruare ad libitum poſſit?*

1 CASVS† à cadendo dicitur:& quantum ad mores vel
confeſſores ꝑtinet,dupliciter ſumi videt̄:primò ſcilicet
gn̄aliter,vt caſus cōſcientiæ dicatur omnis quæſtio de mori-
bus facta ſiue q̄ſita:ſiue ꝑtineat ad peccata,ſiue ad iuramēta
aut vota diſpenſanda vel relaxanda, ſiue ad excōicationes,&
alias cēſuras, ſiue ad quodcūq; aliud: & ſecūdò ſpecialiter &
propriè,vt caſus dicat̄ ſolū dictū.Vnde ſi epiſcopus, vel alius
prælatus concedat abſolutionē à caſibus reſeruatis: & nihil
aliud exprimat̄,dicitur intelligēdū eſſe à peccatis tātùm niſi
inter reſeruatos enumeret̄ aliqua voti cōmutatio:quia tunc
cæteræ cōcedūtur.Et idē de excōmunicationibus & alijs cē-
ſuris videt̄:quia hmōi in hac parte requirūt ſpeciale manda-
tum.Vnde ſi nulla exprimat̄,nulla cōceditur,ſecundū cōſue
tudinē & practicā ab oībus doctis obſeruatā.arg.diſtin.xvij.
huic ſoli ſedi.& ſi aliqua excipit̄,aliæ cōcedunt̄:quia exceptio
regulā firmat in cōtrariū.xxxij.q.vij.dominus.de quo Pan.in
c.quoniā.de cōiu.lepro.quod intellige in his quę ſunt eiuſdē
generis:vnde reſeruata vna excōmunicatione, nō cōcedūtur
irregularitates:nec reſeruato vno peccato,cōceditur cōmu-
2 tatio votorū:infrà Cōfeſſor.iij.§.ij.¶Primò†verò quæritur
qui ſunt caſus,in quibus poteſt ſolus papa,& qui reſeruantur
illi? Et dico quòd generaliter loquēdo ſunt multi recollecti
ex corpore iuris,& codicibus doctorum,de quibus etiā plu-
res nō veniūt in generali mādato.ſed requirit̄ ſpeciale.diſti.
xvij.huic ſoli ſedi.de offic.leg.quod tranſlationē. de trāſlat.
licet.¶Primus,nā ſolus papa determinat quæſtionē de per-
tinēre ad articulos fidei vel ſacramēta.xxiiij.queſt.j.quoties,

*Caſus papales.*

¶Secundus,eſt tranſlatio epiſcopi vel electi & confirmati.
de tranſl.inter corporalia.de offi.leg.cap.iij. & idem videtur
de trāſlatione abbatū exēptorū.¶Tertius, eſt epiſcoporum
depoſitio.iij.q.vj.quanuis.&.c.dudum.& idem de abbatibus
perpetuis exemptis.¶Quartus,eſt acceptatio renuntiationis
epiſcoporum vel electorum confirmatorū vel abbatum,qui
immediatè ſubſunt apoſtolicæ ſedi.vj.q.iij.deniq;. & d.c. in-
ter corporalia.& de regula.licet.¶Quintus, eſt epiſcoporū
exēptio,ſcilicet vt archiepiſcopis non ſubſint.xvj.q.j.Frater.
Et idē de quibuſcūq; religioſis vel clericis,qui ſunt in aliqua
diœceſi,vt non ſubſint iuriſdictioni diœceſani.Sextus,eſt re-
ſtitutio depoſitorum ab ordine.ij.q.vj.ideo.el j.& ij.quod gl.
intelligit de depoſito actualiter,id eſt,ſolenniter degradato:
ſecus in depoſito verbaliter.quod ſequitur Speculator dicēs
epiſcopum poſſe reſtituere verbaliter depoſitū,per c.& ſi cle
rici.de iudic.& idē Archi.& Pan.licet Io.And.illud intelligat
ſimpliciter de omni depoſito.¶Septimus, eſt iudicialis diffi-
nitio ſeu interpretatio priuilegiorum papę. de iudic.cum ve-
niſſent.& idem,ſecūdum Hoſt.ſi dubitetur de apoſtolico re-
ſcripto,ita quòd ab alio per viam rationis ſolui non poſſit.de
offi.leg.c.ij.& idem,ſecundū eundem,de interpretatione ſta
tuti facti per legatū,cuius iuriſdictio finita eſt, nec alius ei
ſucceſſit.& idem de diſpēſatione in caſibus, ꝗ per eadē ſta-
tuta papę reſeruātur.¶Octauus,eſt mutatio ſedis epiſcopa-
lis.vij.c.j.tēporis.& idem de mutatione vel dimiſſione cōuē-
tuum ac locorum acceptorū per ordinem mēdicantiū , quia
ſine authoritate papæ fieri nō poteſt.de reli.do.lib.vj.de quo
infrà Excōmunicatio.viij.§.xx.¶Nonus,eſt conſtitutio no-
ua ſedis epiſcopalis alicubi.xvj.q.j.felix.de cō.diſt.j.de loco-
rum. & ſimiliter inſtitutio nouę religionis, vel aſſumptio
noua cōuentus ab ordinibus mēdicantiū.¶Decimus,eſt ſub-
iectio vnius epiſcopatus alteri, vel diuiſio vnius in duos, aut
vnio duorum in vnum.xvj.q.j.& tēporis.de exceſ.præla.ſicut
in iure.de offi.legat.quod trāſlationem.& idem de eccleſijs,
monaſterijs,vel cōuētibus exemptis.¶Vndecimus, eſt com-
mutatio aliquorū votorum,ſcilicet Hieroſolymitani.de vo-
to.ex multa.S.Iacobi, & liminū apoſtolorum:vt curia tenet,
& voti continentię etiam ſimplicis,ſecundum Doctores:&
multo magis voti religionis,& voti ſolēnizati per ſuſceptio-
nem ſacri ordinis,in quo etiam ipſe papa diſpenſare nō con-
ſueuit,licet poſſit,ſecūdum Sanct.Tho.in iiij.& alios.Vtrum
autem diſpenſare poſſit in voto ſolenni, vide infrà Votum.
iiij.§.v.¶Duodecimus,eſt conceſſio veniendi contra licitum
iuramentum.de iureiuran.veniētes.vel etiam de quo eſt du-
bium an ſit licitum:de elect.venerabilem.quod tamē ſine ra
tionabili cauſa facere non debet:& ſecūdum Veruec.ſolùm
in arduis.de dubijs tamen dicit Sanct.Tho.in Sum. etiā epi-
ſcopum poſſe diſpenſare.¶Decimuſtertius,eſt diſpēſatio in
certis irregularitatibus contractis ex criminibus maioribus
adulterio,ſcilicet cùm quis eſt in iudicio confeſſus vel cōui-
ctus.de iudic.at ſi clerici.ſpecialiter ex bina baptizatiōe ſciē
ter.de conſec.diſtinct.iiij.eos & cap.quibus.& idem ſi igno-
ranter,& poſtea ratificetur.& ex bina receptione eiuſdē or-
dinis.j.quęſt.vij.ſaluberrimum.& idem eſt ex reconfirmatio-
ne ſeu rechriſmatione.de conſ.diſtinct.v.dictum.& ex ſuſce-
ptione ordinis ab hæreticis ad fidei ſubuerſionem.j. quęſ.vij.
conueniētibus.in quibus ſolus papa diſpenſat:& ſimiliter in
ſuſpenſione cōtracta ex ordinatione ſimoniaca ex parte or-
dinatoris & ordinati.ix.quæſt.j.ab excōmunicatis.j.quęſt.j. ſi
quis epiſcopus.imò hoc qualitercūq; interuenerit ſimonia,
vt in extrauagā.Martini quinti,quæ incipit,damnabile.& in
alia Eugenij.iiij. quæ incipit, cum deteſtabile. & ſimiliter in
retentione beneficij ſimoniacè obtēti,vel dignitate.¶Deci-
mus

n.uſquartus,eſt in bigamo,vt poſsit ordinari.de biga.cum nuper.&.c.final.¶Decimuſquintus,eſt in clerico non ordinato miniſtrante in ordine ſacro,quem non habet:qui ſine papæ diſpenſatione ad ſuperiorem ordinem promoueri nõ poteſt, etſi in ſuſcepto poſsit per epiſcopatum tolerari. extrà de cleric.nõ ordin.mini.c.j.& ij.& iij.¶Decimuſſextus, eſt in corpore vitiatis,ſi vitium impediat ordinis executionem:vt ſi ſit monoculus,vel digito carẽs,vel epilẽticus:aut ſi ſit generãs notabilem deformitatẽ:vt ſi ſit naſo inciſo,vel multum gibbus,vel gutturnoſus.extra de cor.vi.per totum.& diſt.lv. per totum.¶Decimuſſeptimus,eſt in homicidio,vel mẽbri mutilatione volũtariè factis,ſiue cum peccato,ſiue abſq; peccato:vt ex iuſtitia iudicis.5o.di.miror.& idem de dantibus ad hoc cõſilium,auxilium,vel fauorem,verbo,facto,aut cooperatione propinqua.diſt.5o.ſi quis viduam.¶Decimuſoctauus eſt in excommunicato maiori recipiente ordines.de ſent.excommunic.cum illorum.& eodem modo ſi exiſtens apoſtata à religione recepit ordines.de apo.cap.fin.¶Decimuſnonus,eſt in excõmunicato maiori,ſuſpenſo,vel interdicto miniſtrãte in aliquo ordine ſacro:quia in tali irregularitate ſolus papa diſpenſat:in quo tamen mẽdicantes aliqui ſunt priuilegiati.Niſi fortè abſolutio à tali excommunicatione eſſet papæ reſeruata:quia tunc videtur reſeruata & diſpenſatio in tali irregularitate ſecundum Archid.¶Vigeſimus,eſt diſpenſatio cum illegitimè natis,quantum ſcilicet ad ſuſceptionem maiorum ordinum vel beneficiorum curatorum,& dignitatum. de fi.presbyt.is qui.lib.vj.Tollitur tamẽ talis irregularitas per religiõis ingreſſum,quo ad omnes ordines. diſt.lvj. per totum.non tamen quo ad prælaturam.¶Vigeſimuſprimus,eſt quòd quis habeat duo vel plura beneficia cum cura, niſi ſint vnita,vel vnũ alteri annexum.de præbẽ.de multa.& ſimiliter quòd vni eccleſiæ duo pariter præſint.xxj.q.ij.ca.ſi. ¶Vigeſimuſſecũdus,eſt vt nõ habẽs xxx.annũ ætatis habeat epiſcopatũ.de elect.cum nobis olim.vel eccleſias aut dignitates curatas ante xxv.eod.tit.licet canon.lib.vj.non curatas autẽ dignitates,ante xx.ſecundũ Io.And.de quo ſ.Beneficiũ iij.§.j.¶Vigeſimuſtertius.,eſt circa ætatem ordinandorũ, in qua ſolus papa diſpẽſat:& de qua j.Aetas.§.j.& ſi ante talem ætatẽ promotus,ſuſpenſus à prælato,poſtea ſe exerceat in ordine illo,efficitur irregularis,nõ diſpenſandus,niſi per papã, ſecundũ Ray.Io.And.& alios.¶Vigeſimuſquartus, eſt quòd ipſe ſolus poteſt generale concilium celebrare. diſt.xvij.per totum.& condere canonẽ generalẽ.xxv.q.j.§.ſi ergo.& C.de leg.l.j.¶Vigeſimuſquintus,eſt quòd ipſe ſolus poteſt perſonam eccleſiaſticam ſuo iure priuare.ix.q.iij.per principalem. & diſt.xix.in memoriam.de exceſ.prela.quoniam.& ſolus poteſt concedere præbendã vel eccleſiã nõ vacantẽ.de conceſ. præbẽ.nulli.& de reſcri.eam te.Legatus autẽ etiã habẽs plenam legationem hoc nõ poteſt:in quibuſcunq; perſonatibus debet quis per electionẽ aſſumi.de offic.leg. deliberatione. lib.vj.¶Vigeſimuſſextus,eſt quòd ſolus excõicatũ à ſe nominatim poteſt abſoluere.de elec.venerabilem.& ſimiliter eſt de participante.de elect.venerabilem.& ſimiliter eſt de participante cũ tali in crimine:qui tamen participans,ſi ſit clericus,varia eſt opinio.de ſen.excom.ſignificauit.¶Vigeſimuſſeptimus eſt,quia ſolus abſoluit excommunicatũ à ſuo Legato,quia nolebat obedire ſuæ ſententiæ diffinitiuæ,ſi ſteterit in excõmunicatiõe per annũ.de offic.deleg.quærẽti.& idem in excõmunicato à legato vel delegato,cuius iuriſdictio expirauit,nec alter ei ſucceſsit:vt in d.c.quærẽti.& de offic.or. paſtoralis. ¶Vigeſimuſoctauus eſt,quia ſolus cognoſcit in cauſis appellatione remota.ix.q.iij.cuncta.&.c.aliorũ. & ſolus cognoſcit de cauſis per appellationẽ vel relationem ad ipſum delatis.de offic.leg.licet.& ad ipſum appellat omiſſis medijs.j.q.vj.c.ij. & ſeq.Et ſecũdum Hoſt. Legatus videtur habere idẽ priuilegiũ.¶Vigeſimuſnonus eſt,quia ſolus ordinat illum ad diaconatum,& præsbyteratum, quem ordinauit ad ſubdiaconatum. de tẽpo.ord.cũ in diſtribuendis.& ſolus cõferre poteſt ſubdiaconatũ diebus dominicis & alijs feſtis præcipuis.¶Trigeſimus eſt,quòd ſolus ſemper & vbique pallio vtitur,ad deſignandũ plenitudinẽ ſuæ poteſtatis vbiq; de vſu pal.ad honorem.& alijs pallium concedit: ſecundum Veruec.tamen patriarchæ habent priuilegiũ cõcedẽdi pallium ſubditis ſuis:ſed vide infrà Palliũ. ¶Trigeſimuſprimus eſt,quòd ſolus diſpẽſat cum eo,qui non eſt in ſacris: vel aliàs de iure eſt indignus promoueri in epiſcopũ.de elect.dudum. §.fin.&.C.de cri.ſacri.l.deputari. ¶Trigeſimuſſecundus eſt, quia ſolus electum Imperatorem confirmat vel caſſat,vel etiam Imperatorẽ deponit.de elect.venerabilem.& de ſent. & re iudic.ad apoſtolicam.libro vj.& quandocunq; princeps ſecularis fuerit inutilis & negligens circa regni gubernationem & iuſtitiam,per ipſum deponi poteſt.j.quæſt.iiij. ſi quis deinceps.xj.quęſt.j.nullus.xxxij.quęſt.v.præceptum.ſicut Zacharias papa depoſuit Ludouicum regem Frãcorũ.xv.quęſt. vj.alius.& Innoc.tertius Ottonem Imperatorem,vt in dicto cap.venerabilem.& Innocen.quartus Federicum Imperatorem:vt in dicto cap.ad apoſtolicæ. & de Conſtantinopoli in Franciam prius tranſlatũ fuit Imperium:quia Adrianus papa vocauit Carolum Magnum ad liberãdum Italiam de manibus Lõgobardorum:quo facto illi dedit Imperium.diſtin. lxiij.Adrianus.infrà Papa.§.x. ¶Trigeſimuſtertius eſt, quia ſolus abſoluit à ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti , reſeruatis papę per conſtitutiones iuris , vel extrauagantes, de quibus infrà in ſuis titulis. ¶Trigeſimuſquartus eſt,quia electionem nondum factam, pronuntiat nullam, ſi fiat.de elect.innotuit. ¶Trigeſimuſquintus eſt, quia ſolus habet canonizare ſanctos:aliàs nullum licet venerari pro ſancto,ſcilicet faciendo officium ſolenne pro ipſo, vel eccleſiã aut altare,niſi fuerit canonizatus. de reliquijs & venerat.ſanctor.cap.j.¶Trigeſimuſſextus eſt,vt quis habeat plures dignitates aut perſonatus,etiam ſi curam nõ habeant, aut etiam in eadem eccleſia.de præbẽd.de multa.& de conſuetud.libro vj.¶Trigeſimuſſeptimus eſt, quia quod valet, facit non valere:& econuerſo.de exceſ.pręla.tanta.quod tamen in poſitiuis locum habet,non in ſacramentis, & huiuſmodi,quæ quo ad ſubſtantialia mutare non poteſt.¶Trigeſimuſoctauus eſt,quia poteſt monachum tam contra ſuam voluntatem quàm abbatis extrahere de monaſterio, & alicui prælato vel principi in ſocium aſsignare,aut ſecum tenere.ix.queſt.iij.cap.final.& xj.queſtio.iij.qui reſiſtit.¶Trigeſimuſnonus eſt,quia ſententia eius facit ius.de ſent.& re iudic. in cauſis.¶Quadrageſimus,quia eadem die ordinat qua conſecratur.de elect.quod ſicut.§.præterea. ¶Quadrageſimuſprimus, quia diſpenſat in gradibus conſanguinitatis & affinitatis prohibitis, quo ad matrimonium contrahendum.de reſtitut.ſpol.literas.& de conſangui.& affinit.non debet.non tamen in prohibitis iure naturali.de quo infrà Papa.§.xvij. ¶Quadrageſimuſſecundus eſt,quia poteſt tollere leges quo ad vtrũq; forum in his,in quibus animæ periculum vertitur: ſicut in materia præſcriptionis vſurarũ,& huiuſmodi.de pręſcrip.cap.fin.de iudic.nouit.de ſecũ.nup.cap.pen.de fo.compe.cap.fin.lib.vj.& de iureiuran.cap.fin.lib.vj.vbi autem nõ vertitur periculum animæ:tollere nõ poteſt leges in terris, in quibus non habet iuriſdictionem temporalem,quo ad forũ ciuile:cùm poteſtates ſint diſtinctæ.lxvj.diſt.duo.&.c.cũ ad verum.ſecũdum Io.And.& aliquos Iuriſtas:vt j.in verbo, Papa.



Papa.quod verum limita ex honeſtate & decentia: abſolutè tamẽ ſicut Imperatorem,ita & leges eius deponere põt:licet coram Deo peccet,ſi nõ habeat huius rationabilem cauſam. ¶Quadrageſimuſtertius eſt,quia concedere poteſt indulgẽtias generales certis locis,vel certis perſonis:& eas extẽdere ad exiſtentes in purgatorio,ſecundũ S. Tho.& alios.¶Quadrageſimuſquartus eſt , quia poteſt legitimare quaſcunq; perſonas quo ad ſpiritualia vbiq;:quo ad temporalia verò vt honores & dignitates in terris eccleſiæ:in alijs autẽ terris aſſentientibus aſsignatis,ſecundum Ant.de But.qui filij ſint legit. per venerabilem.quod intellige quantũ ad honeſtatẽ,& non abſolutè.¶Quadrageſimuſquintus eſt , quia inſtituere poteſt nouas religiones,& religionum regulas approbare,& reprobare,& in ceremonialibus earum immutare,& diſpẽſare ſecũdum Pet.de Pal.in quarto.¶Quadrageſimuſſextus eſt, quia poteſt in omnibus eccleſiæ præceptis diſpẽſare, ſecũdũ S.Th.in quarto:licet ſine cauſa rationabili diſpenſari nõ debeat.¶Quadrageſimuſſeptimus eſt,quia hominẽ poteſt abſoluere ab obligatione qua homini tenetur,ſecundum plenitudinem poteſtatis ar.ix.q.iij.per principalẽ.C.de preci. Imper.offe.l.quoties.ſecũdum Inn.& Hoſt.& Ber.¶Quadrageſimuſoctauus eſt,quia de nullo crimine cõdemnari aut accuſari poteſt:niſi hæreſis.di.xl.ſi papa.& hoc quando de ipſa hęreſi eſſet incorrigibilis:vt ibi dicit gloſſ.quia ſi vellet errorẽ deponere, priuari non poſſet. ¶Quadrageſimuſnonus eſt, quia ſolutus eſt legibus,licet ſecundum eas viuere debeat,& nullam cenſuram poteſt incurrere,& ſi culpam.¶Quinquageſimus eſt,quia poteſt ſimplici ſacerdoti committere vt cõferat ſacramentum confirmationis,& minores ordines,& cõſecrationes eccleſiarum ac virginum,non autem ordines maiores:licet Hug.contrarium ſenſerit,ſecundum S.Th.& Pe. de Pal.in quarto.poteſt etiam laico authoritatẽ conferre iudicandi in ſpiritualibus , & excommunicandi. arg.diſt.xxxij. §.verum.& ſecundum Canoniſtas poteſt in matrimonio cõtracto per verba de præſenti,diſpenſare:licet non ſecundum Theologos.Multa de poteſtate habes infrà, Papa.¶Secũdò,
3 †quęritur,qui ſunt caſus epiſcopales de iure?Et dicò quòd de hoc doctores implent quaternos:pro quo vide ſi vis Arch.iij. parte.tit.xvij.c.iij.& Sum.Ang.in tit.Caſus.tamen dico quòd tutè & ſecurè teneri poteſt cum opinione communi ꝙ ſunt hi ſolùm de quibus dicitur in Sum.Piſa.& de quibus habetur §.ſeq.qa ita declarauit Benedictus xj.in extrauaganti, inter cunctas.non obſtãte ꝙ talis extrauagans reuocata fuerit ,& circa cõtenta in ea multa ſtatuta per cle.dudũ.quia vt dicitur eadem Summa quantũ ad dictos caſus nihil fuit immutatum imò ſi talis declaratio fuit reuocata , adhuc ſecurè ſic teneri poteſt:qa ſi fuit declaratio indicatiua vel inſtructiua veri,ſicut de facto fuit,vt ibi dicit:nõ potuit reuocari, niſi reuocata fuiſſent iura quæ declarat: qa declaratio papæ in ſpectãtibus ad mores falſa eſſe nõ poteſt:vt ſ.Conſilium.Si verò fuit declaratio conſtitutiua & ordinatiua,adhuc ſic teneri poteſt: quia doctè & eleganter Gul.Durã.Spe.in repertorio ſuo dicit breuiter cõcludendo,ſacerdotes omnia poſſe quo ad forũ pœnitentiale,quæ nõ ſunt ſpecializer in iure epiſcopis reſeruata:& nõ ſunt ipſis ſacerdotibus directè vel p aliquã cõſequẽtiã interdicta.arg. de iud.at ſi clerici. & de ſent.exc.nup. Hoc tñ,inquit,fateor quòd vbicunque fuerit grauè delictum vel enorme,ſuperioris eſt iudicium requirendũ:& idem dico de omnib⁹ caſibus,de quib⁹ eſt gñalis cõſuetudo eccleſię ꝙ ſint epiſcopis reſeruati.Hæc ille valde bene: cuius ratio ſtat in hoc ꝙ ſacerdotalis clauis omnia crimina poteſt abolere niſi ipſa à ſuperiori prælato quãtum ad vſum ligetur. Cõſtat autem quòd reuocata tali declaratione conſtitutiua,in iure non inueniuntur plures caſus reſeruati quàm prædicti,loquendo de caſibus,vt requirunt abſolutionem:quod dico ꝓpter commutationem votorum, & iuramẽtorum relaxationẽ,& diſpenſationem irregularitatum,& huiuſmodi.Et cum Sum.Piſ.ſentit Roſ.& Supplemẽtũ cõtra Sum.Ang.quæ ſentit caſus de iure reſeruatos eſſe,& plures,& alios à prædictis. ¶Tertiò quæritur, qui ſunt caſus epiſcopo reſeruati de iure ſecundum d.Sum. Piſ.Et dico ꝙ ſunt quatuor. ¶Primus,eſt peccatum clerici,ꝓpter qđ incurriſſet irregularitatẽ:de quo infrà Clericus.& infrà Irregularitas , per totũ.quod licet gl. Ray.intelligat quo ad diſpenſationem ſuper irregularitatẽ, non quo ad abſolutionem à peccato:tamen Benedictus non ſic intelligebat:nec ſic eſt verum: alioquin caſus epiſcopales eſſent multò plures quàm quatuor : quia adderetur diſpẽſatio votorũ & iuramentorũ,& huiuſmodi.¶Secũdus,eſt de incẽdiarijs ante denũtiationem.xxiij.q.viij.peſsimam.qđ intellige de incendiarijs doloſis,& de mãdantibus hoc fieri,ſeu dãtibus conſilium vel auxilium:vt ibidem.¶Tertius,eſt peccatum propter quod indicẽda eſſet ſolẽnis pœnitentia,de quo infrà Pœnitentia. & quia blaſphemia publica eſt vnũ de huiuſmodi in laicis:non tamen in clericis,qui publicè pœnitere non debent,ſed aliàs ad arbitrium puniri. de biga.ca.ij.& iij. ideò ipſe eſt caſus epiſcopo reſeruatus,de quo ſ.Blaſphemia. §.iij.¶Quartus,eſt excommunicatio maior, cuius abſolutio etiam aliquando papæ reſeruatur.Sed intellige quòd tũc eſt caſus epiſcopo reſeruatus,quando eam conditor canonis epiſcopo reſeruauit.de quo ſ.Abſolutio.j.§.iij.& j. Excommunicatio.viij.in prin.in alijs autẽ non reſeruatis epiſcopo,abſoluere poſſunt inferiores:vt ſ.probatum eſt ibidem.¶Quartò,
†quæritur,quot ſunt caſus epiſcopales de cõſuetudine? Et di 4
cò quòd innumerabiles,loquendo de conſuetudine ſpeciali diuerſarum diœceſũ:& ſic loquit gl.in c.ſi epiſcopus. de pœ. & re.li.vj.licet inſufficiẽter: quia certa regula dari non põt: ſed loquendo de conſuetudine generali, ſecundũ Sum.Ang. conſuetudo nulla eſt:cùm epiſcopi aliquando plus,aliquãdo minus ſibi reſeruent:ſed loquitur contra alios Summiſtas ſui ordinis:vt Roſ.& Sup.& contra veritatẽ : qa idẽ Benedictus in eadẽ extrauagãti declarauit quòd ſunt quinq;, qui ſcilicet vbiq; vel quaſi epiſcopis ſemper reſeruantur: licet eis aliqñ addant plures,aliquãdo pauciores . ¶Primus, eſt homicidiũ voluntarium,aut mutilatio membrorum:nec is aut mãdans vel cõſentiens abſolui debet,niſi ſatisfactiõe præmiſſa.xxiij. q.viij.ſi quis mẽbrorum.in terris tamen eccleſiæ homicidiũ dicitur papæ reſeruatum.¶Secundus, eſt crimen falſarij ſeu falſi: & hoc ſumendo ſtrictè hoc nomen, cùm ſimus in materia pœnali.Quo crimine qui teneantur,dico ſecundum notata p doct.in cap.j.de cri.fal. ꝙ non ſolùm dicitur falſarius qui falſat literas vel ſcripturas:ſed etiã teſtis falſus tenetur de falſo:non ſolùm quando mendacium dicit,ſed etiam quãdo occultat veritatem:quod intellige ſecundũ Pan. ibi,quando interrogatur ſuper aliquo articulo , & dicit ſe nihil ſcire:vel quãdo iurauit dicere merã & puram veritatem,& multa ſubticuit:aliàs ſecus.Tenetur etiã ſiue punit tali crimine teſtis recipiens pecunias ne teſtificet vel vt verũ dicat teſtimoniũ: vt in l.j.ff eo.& ibi Bar.dicit gl.tenere ꝙ teſtis accipiens pecuniã vt teſtificetur,tenet crimine falſi:ſicut dicimus in iudice accipiẽte pecuniã vt ferat verã ſẽtẽtiã.ff.de cõd.ob tur.cau.l. ij.Et ratio eſt ſcđm Bar.qa teſtis debet facere gratis.Et ſimiliter tenetur hoc crimine notari⁹ vel aduocat⁹ aut ꝓcurator, q inſtrumẽta vnius partis oſtẽdit alteri,p §.q depoſita.in d.l. j.¶Tertius eſt violatio eccleſiaſticæ libertatis: qua ſ.iniuſtè pſonæ,vel res eccleſiæ grauãtur:hodie tñ tales p curiæ ꝓceſſum ſunt excõicati.¶Quartus,eſt violatio eccleſiaſticæ immunitat

Caſus epiſcopales.

nitatis,quia ſcilicet in eccleſia vel loco ſacro,aut ſpatio priui-
legiato in circuitu eccleſiæ proximũ in perſona vel rebus of-
fendit.xvij.q.iiij.ſi quis.vel aliter eius immunitatem lædit:ta
les tamen non ſunt excommunicati,ſed excõmunicandi. Et
ita omne ſacrilegium videtur caſus epiſcopalis de conſuetu
dine.¶Quintus eſt ſortilegium & diuinatio.xvj.q.j.c.j.& ta-
les ſunt infames,& à teſtimonio repellũtur,& accuſatiõe.iij.
5 q.v.conſtituimus.¶Quintò†quæritur,quot modis epiſcopus
poſsit ſibi reſeruare caſus ad libitum?Et dico quòd reſpectu
fratrum Prædicatorum & Minorum & nunc aliorum quoq;
mendicantium expoſitorum ſecundum formam cle.dudũ.
hoc non poteſt:vt ĩ.Confeſſor.ij.§.v.quo ad curatos autẽ &
alios religioſos hoc poteſt,ſecundũ omnes:licet peccet ſi fa-
ciat ſine cauſa.Et hoc fit in gñe dupliciter.Primò , expreſsè
ſibi reſeruando ſimpliciter,vel quo ad iſtum aut illum ſacer
dotem.Secũdò,implicitè ſicut ſi epiſcopus aliquem audiuit,
& noluit abſoluere:nullus inferior eum abſoluit.di.xxj.infe-
rior.Sed circa iſtos caſus reſeruatos vidẽdum eſt ĩ.Cõfeſſor.
ij.§.v.& vij.& deinde notanda ſunt duo.¶Primum. Quòd ſe
cundũ Pet.de Pal.iſta reſeruatio intelligit de actibus exte-
rioribus cũ effectu:& nõ de interiorib⁹,vñ homicidiũ cordis
nõ reſeruatur epiſcopo.& idẽ dicit eſſe de inceſtibus puero-
rũ nõ habẽtiũ vſum rationis:qa inde nec virginitas tollitur,
nec cauſatur affinitas.¶Secundũ.Quòd iſta ſunt dicta quan
tũ ad abſolutionẽ:quantũ ad diſpenſationẽ autẽ & cõſecra-
tionẽ & hmõi multa alia reſeruãtur epiſcopis:vt diſpenſatio
votorũ,& iuramentorum,& conſecratio multarum rerum.

### De Caſu fortuito.

1 *Caſus fortuiti definitio: Et an furtum caſus fortuitus cenſea-
tur? Et num quis de caſu fortuito teneatur? Et ibidem quòd
ſic,in tribus caſibus.*

2 *Pacto generaliter inito,quo quis pactus eſt ſe de omni caſu te
neri,nullo tamen expreſſo, an videatur ſe de caſu quoque for-
tuito adſtrinxiſſe?*

3 *Caſuum generalis renuntiatio, num ſic iuramento firmetur,vt
eius occaſione teneat ſiue obliget?*

4 *Aeſtimatio rei, num caſum fortuitum venire faciat?*

1 CASVS†fortuitus ſecundum Pan.in cap.vnico.de com-
mo.& vt colligitur ex l.in rebus cõmodatis. ff.commo.
eſt inopinatæ rei euentus,qui præuideri non poteſt:vt mors
ſeruorum ſine culpa,hoſtium incurſus ſeu piratarum,naufra
gium,incendium,fuga ſeruorum,qui cuſtodiri non ſolent,&
huiuſmodi:vbi tamen diligentiſsimus præuidiſſet,non eſt ca
ſus fortuitus:ſicut ſi perijt equus cõmodatus dimiſſus in do-
mo quæ ruinam minabatur.¶Primò verò quæritur , vtrum
furtum ſit caſus fortuitus?Et dicit Pano.vbi ſ.quòd gloſſ.iu-
ris ciuilis contrariæ videntur:ſed ſi,inquit,per violentiam qd
ſubtrahitur,eſt caſus fortuitus:niſi fuerit quis in culpa tranſ-
eũdo per loca periculoſa.ar.l.nõ eſt veriſimile.ff.quòd met.
cau.Si verò clandeſtinè:tunc ſi ab ea perſona,à qua diligẽtiſ
ſimus præcauiſſet,puta à vili famulo,non eſt caſus fortuitus:
aliàs autem ſic.& facit quod notatur in l. quæ fortuitis.C.de
pig.act.¶Secundò,vtrum teneatur quis de caſu fortuito? Et
reſpondet text.in d.cap.vnico,quòd ſic,in tribus caſibus.

¶Primò,quãdo præceſsit culpa:puta,cõmodaui tibi equum
vt ires Mediolanum,& iuiſti Placentiam,& incidiſti in latro
nes:vt ibi in l.ſi vt certo.§.ſed interdum.ff.commo.¶Secun
dò,quando præceſsit mora:puta,nõ reddidiſti quando debui
ſti,& fortuito perijt:vt in d.cap.vnico.& in cap.bona fides.de
depo.& hoc in conſcientia verum eſt,niſi eodem modo apud
dominum res fuerat peritura : quia tunc non teneris niſi de
damno illato ex hoc quod tempore debito nõ reſtituiſti.ar.
cap.fin.de iniur.quod ſi dubium eſt an fuerat peritura,vide ĩ.
Mora.§.¶Tertiò,quando pactum interceſsit vt teneretur de
caſu fortuito:vt in d.cap.vnico.& cap. bona fides.quod limi-
ta niſi adueniat ex culpa eius cui promiſit:qa ſic nõ tenetur.
l.cum proponas.C.de nau.fœ.& l.qui officij.§.ſi.ff. de cõtra-
hend.emp.ſed de hoc in §.ſeq.¶Tertiò,†vtrum ex pacto ge
nerali inito,quo quis paciſcitur ſe teneri de omni caſu nul-
lo expreſſo,teneatur de caſu fortuito?Et refert Bald in l.j.C.
commo.de hoc varias opiniones eſſe.Accur.tamen in l.ſed &
ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut. quem Ioã.And.ſequitur in
d.cap.vnico dicit quòd non tenetur , ſi nullus caſus fortuitus
fuit expreſſus:ne quis ſub inuolutione verborum renuntia-
ret ei iuri,cui non eſſet in ſpecie ranuntiaturus. & hoc placet
Pan.& infallenter eſt verum in conſcientia,niſi in caſibus in
quibus ſpecialiter fuiſſet renuntiaturus.Si verò aliqui caſus
fortuiti fuerunt ſpecialiter enumerati,& ſecuta fuit clauſula
gñalis,puta,& de omnibus alijs.Bart.in d.§.quæſitum.tenet
quòd ſub illa clauſula generali veniunt caſus conſimiles ex-
preſsis,non autem maiores.quod ſatis placet Pan.quia gene
ralis clauſula in odioſis non comprehẽdit maiora expreſsis:
vt eſt tex.not.in cle.non poteſt.de procu. Secus de non odio-
ſis:ſicut in conſtitutione procuratoris , in qua expreſsis ali-
quibus requirentibus ſpeciale mandatum,& ſubdita clauſula
generali,veniunt caſus maiores expreſsis:vt nota.Inn.in cap.
ſedes.de.reſcrip.¶Quartò,†vtrum dicta generalis renuntia-
tio caſuum ſic iuramento firmetur vt teneat ſiue obliget.Et
dicit Io.And.vbi ſ.quòd non: quia iuramentum non obligat
vltra conſenſum iurantis.facit cap. Quintauallis.& cap.pen.
&.c.veniens.el j.de iureiur.& quod ibi not.Inn.ille autem nõ
videtur conſenſiſſe dictis caſibus non expreſsis.Et hoc credo
verum in caſibus,in quibus ſpecialiter non conſenſiſſet:ſecus
in illis,in quibus ſpecialiter conſenſiſſet ſi fuiſſent expreſsi.
Pro quo facit cap.tua nos,cum ibi notatis,de ſpon.Cõcordat
Bald.vbi ſ.Et ratio, quia iuramẽtum habet vim caſus expreſ
ſi.l.cum pater.§. ſi quis matrem. ff.de leg.ij.ſed intellige q
habet vim caſus expreſsi in his quæ ſunt expreſſa habitu
virtute, id eſt, quæ exprimerentur ſi proponerẽtur.¶Quin
tò,†vtrum æſtimatio faciat venire caſum fortuitum,id eſt,
alicui tradatur res æſtimata & appretiata,verum ea pereat
caſu fortuito,pereat ſibi?Et Ioan.And.in d.cap.vnico.& Bar
in l.ſi vt certo.§.nunc videndum.ff. commo.& l.j.eod.tit.di
cunt quòd ſi ſumus,id eſt,loquimur in contractu,cuius natu
ræ non repugnat quòd dominium transferatur:tunc æſtima
tio facit emptionem:vt in l.plerunque.ff.de iure do.& l.quo
ties.C.eod.& ſic æſtimatio facit omne periculum & commo
dum eſſe recipientis.l.neceſſario.in princ. ff.de peri.& com
rei ven.& d.l.quoties.& plerunque etiam deteriorationis:vt.
ſi æſtimatis.cũ l.ſeq.ff.ſol.mat.Exẽplum,vt cùm mulier de
dit viro rem æſtimatã:vt in d.l.plerũq;.vel cùm quis æſtima
tam rem tradit,ita quòd æſtimatio reddatur,non res:vt in d.
§.nunc videndũ.Si verò ſumus in contractu, de cuius natura
eſt vt ſolùm pro parte dominium transferat & pro parte nõ,
ſicut eſt in ſocietate:ſic ſi æſtimatio fiat in accipientẽ,tranſ
ſolùm periculum partis:vt l.cum duobus.§.dãna. ff.pro ſo.
Si autem ſumus in cõtractu,cuius naturæ repugnat domini
tranſlatio:vt in locato,& huiuſmodi: ſic æſtimatio non facit
emptionem:nec tranſire periculum caſus magis quàm tene
tur ex natura contractus. Nec obſtat quod Bar.vbi.ſ.vult
aliquid operetur:& ſic ſi tenebatur de lata ſolùm,tenetur de
leui:ſi de leui,tunc de leuiſsima:ſi de leuiſsima,tunc de caſu:
quia hoc nõ teneo,ſicut nec Pan.in d.c.vnico.Sed dico quòd
æſtimatio tunc operatur ſolùm vt ſciatur pretium,ſi deterio
raretur,vel perderetur recipiẽtis vitio:& ſic releuatur domi
nus ab onere probandi verum pretium rei.Si autem res æſti
mata daretur cum pacto quòd aut res aut æſtimatio redde-
retur:ſic facit tranſire periculum per emptionis,ſed non de-
teriorationis:vt in d.l.plerunque.in fin.vide ĩ.Aeſtimatio.

### De Catechiſmo & Exorciſmo.

1 *Catechiſmus & exorciſmus, qualiter inter ſe differant? Et qui
dicantur exorciſtæ?*

2 *Catechizare ad quem pertineat. Et quis poſsit catechizari?*

3 *Patrinus catechizandi quis eſſe poſsit, & ad quid teneatur?
Item quodnam ſit catechiſmi tempus?*

4 *Exorciſtæ præſenti ac futuro quid competat? Et quis exorciza
re habeat?*

5 *Exorcizandus quiſnam ſit? Et exorciſmi & catechiſmi quiſ-
nam effectus?*

1 CATECHISMVS†& exorciſmus ſic inuicẽ differunt:
quia ſecundũ S.Th.iiij.di.vj. catechiſmus eſt inſtructio
credendorum explicitè baptiſmum præcedens , ordinans ad
bonum,nihil efficiendo,ſed inſtruendo tantum:vnde & dici-
tur à catechizo,id eſt doceo vel inſtruo,& de hoc in c.per ca
techiſmum.de cogna.ſpi.lib.vj.& in c.ante baptiſmũ.de con
ſe.diſt.iiij.Exorciſmus autem,vt colligitur ab eo ibi. & diſti.
xxiiij.& habetur de conſe.diſt.iiij.in c.ante xx.dies,eſt adiura
tio contra diabolum:&, vt dicit, ordinatur ad remouendum
malum etiam operãdo vel efficiẽdo:vnde exorciſtæ Græcè,
Latinè adiurantes dicuntur,ſiue increpãtes.xxj.diſtin.cleros.
2 circa fi.Igitur malè Sũ. Ang.dicit iſta duo eſſe idem.¶†Pri-
mò vero quæritur,ad quem pertinet catechizare?Et dicit S.
Thom.vbi ſ.& iij.q.lxxj.quòd ad ſacerdotem principaliter,&
ſecundariò ad lectorem quo ad inſtructionem credẽdorum:
ad epiſcopos autem prædicatores & quoſlibet fideles quan-
tum ad inſtructionem conuerſiuam : ad anadochum autem,
id eſt patrinum,quo ad inſtructionem morum. ¶Secundò,
quis poſsit catechizari?Et dico, ſecundum eundẽ, quòd etiã
pueri:& patrinus in perſona pueri reſpondet,credo. &,vt di-
cit,duplex poteſt eſſe ſenſus,ſcilicet credo,id eſt,ego paruu-
lus cùm ad perfectã ætate venero, credam:vel credo,id eſt,
ego patrinus operam dabo quòd iſte credat.pro eodem etiã
promittit. Nec incõuenit:quia in his,ad quæ omnes tenẽtur
3 vnus aliũ poteſt obligare:ſecus in alijs.¶†Tertiò,quis poſsit
hic eſſe patrinus,& ad quid teneatur? Et dico ꝙ ſolùm cate-
chizatus,ſicut in baptiſmo ſolũ baptizatus,& in cõfirmatio-
ne ſolũ cõfirmatus:vt dicitur de conſe. di.iiij.in baptiſmate.
& in neceſsitate vnus poteſt eſſe in catechiſmo, baptiſmo &
cõfirmatione:non tñ eſt conſuetudo Romana:ſed ꝙ per ſin
gulos ſinguli ſuſcipiat,de cõſe.d .iiij.in catechiſmo.Tenetur
autẽ ad inſtruendũ paruulũ de fide,ſecundũ S.Th.&,videtur,
etiã de moribus,ſicut de baptiſmo dictũ eſt. Nec tñ ex hoc
periculũ magnũ imminet patrino,vt dicit S.Th.quantum ad
hoc tempus:quia parẽtes ſunt Chriſtiani,& puer inter Chri-
ſtianos nutritur:ſi tñ ipſi eſſent infideles, vel puer inter infi-
deles conuerſaretur,diligentior cura adhibẽda eſſet, ſicut in
eccleſia primitiua.hæc ex illo. Et idem videtur ſi parẽtes eſ-
ſent ſuſpecti in moribus:quia patrinus eſt fideiuſſor:non ſo-
lum fidei, ſed etiam morum. arg.de conſec.diſt.iiij. vos ante
omnia.¶Quartò quæritur,quod ſit catechiſmi tẽpus? Et di-
co ſecundum Pet.de Pal.quòd conuenienter debet præcede
re baptiſmum:quia in baptizando requiruntur ea , quæ ſunt
de neceſsitate fidei,quæ ſunt tria,ſcilicet fidei ſuſceptio,pro-
feſsio,& obſeruatio. Vnde propter hæc tria catechiſmus in-
uẽtus eſt:quia in eo fit inſtructio ad fidei ſuſceptionem,& re
ſponſio ad fidei profeſsionem,& promiſsio ad fidei obſerua
tionem quæ ab adulto per ſeipſum requiruntur,quia poteſt:
in paruulo autem requirũtur per vicarium, id eſt patrinum.
¶†Quintò quæritur,quid ad exorciſtam præſentem ac futu 4
rum pertineat?Et dico quòd exorciſta futurus,id eſt,ordinan
dus ad ordinem iſtum cùm ordinatur accipere debet de ma-
nu epiſcopi librum,in quo exorciſmi ſunt ſcripti, cum iſtis
verbis,Accipe & commenda memoriæ, &c.vt in c.exorciſta.
xxiij.diſtin.ad exorciſtam verò præſentem,id eſt,ordinatum
pertinet exorciſmos memoriter tenere:manusq; ſuper ener
gumenos,id eſt,lunaticos & obſeſſos à dæmonibus , & cate-
chumenos in exorcizando imponere. xxv.diſtinct. perlectis.
¶Sextò,quis habet exorcizare?Et dicit Sanct.Tho.iij.q.lxxj.
quòd exorcizare ꝑtinet ad ſacerdotem principaliter, ad ex-
orciſtam inſtrumentaliter tantùm:ſed vt dicit in iiij.diſtinct.
vj.licet exorcizare ſit proprium officium exorciſtæ:tamẽ de
conſuetudine totum fit à ſacerdote. ¶†Septimò,quando ſit 5
quis exorcizandus?Et dico ſecundum eundem,quòd ante ba
ptiſmum:quod ſi non fiat,nihilo minus fiat poſt. facit c.ſicut
noſtris.de conſec.diſt.iiij.¶Octauò quæritur,quis ſit horum
effectus?Et dico quòd catechiſmus,ſecundum mentem San.
Thom.directè illuminat de fide & moribus:& conſequenter
operatur omnia quæ ad illuminationem ſequũtur:puta amo
rem & bona opera:exorciſmus verò reprimit dæmonum po
teſtatem,inquantũ homines repellit à ſacramentis: & apetit
ſenſus ad myſteria & mãdata.Sũ.tamẽ Ang.vtriſq; attribuit
eundẽ effectũ,ſcilicet dæmonẽ frænare : quia putat eſſe idẽ.

¶CAVPO & ſtabularius , id eſt , tabernarij & hoſpites,
vide infrà,Nauta,per totum.

### De cauſa legali & iudiciali.

1 *Cauſa prout iuridicè ſumitur, duplex eſt, nimirum legis ac iu
dicij. Et ſub hæc quòd legis cauſa quadripartita ſit. Et quòd
pro eodem vſurpentur cauſa legis & ratio legis.*

2 *Cauſa legis,vel ratio legis, quo ſignificetur?*

3 *Cauſa iudicialis quid ſit? Et ſubinde, quomodo differant cauſa
impulſiua & finalis? Et finis ex quot dignoſcatur? Et ibidem,
quòd ex quinque.*

4 *Cauſa iudicialis quotuplex dicatur?*

5 *Cauſarum prædictarum quot modi ſint? Et an cauſa vniuer-
ſitatis:vel eccleſiæ ſit propria,vel communis?*

6 *Damno ex cauſa data illato,quomodo quis teneatur?*

CAVSA,†eſt quicquid facit ad eſſe rei.& loquendo iuri 1
dicè eſt duplex,ſcilicet cauſa iuris ſiue legis, & cauſa iu
dicij.¶Primò verò quæritur,quotuplex eſt cauſa legis?Et di
co ꝙ eſt quadruplex. ¶Prima, efficiens , ex qua producitur:
ſicut pater eſt cauſa filij,& conditor legis,& cõtractus cauſa
obligationis.l.& an eã.§.actiones.ff.de exce.rei iudi.¶Secũ-
da,finis,ex quo datur impulſio faciẽdæ diſpoſitioni.& ita ſu-
mitur in tit.de condi.& demon.& cauſis & modis earum:vbi
patet quomodo differunt cauſa,modus,& conditio:de quo ĩ.
Conditio,per totum. Et ad hanc vt ad efficientem reducitur
cauſa impulſiua,quæ occaſionẽ remotam præſtat:ſicut Cal-
phurnia importunè poſtulando cauſam dedit vt mulier po-
ſtulare,id eſt,aduocare nõ poſsit:vt in l.j.§.ſexũ.ff.de poſtul.
¶Tertia materialis,id eſt materia de qua in lege diſponitur.
¶Quarta,formalis,id eſt,modus diſponendi & contrahendi.
Sed vſitatè cauſa legis dicitur finis. Vnde dicitur quòd ceſſan
te cauſa,ſcilicet finali,ceſſat lex.l.adigere. §.quãuis.ff.de iure
pat.Et indifferenter pro eodem vtimur hoc nomine cauſa,&
hoc nomine ratio legis,licet differant:quia ratio eſt lumẽ diſ
cernens quid iuris:& cauſa eſt per quod ratio diſcernit.¶Se-
cũdò†quæritur,quomodo ſignificatur cauſa vel ratio legis? 2
Et dico quòd ꝑ ly ſi:vt lego illi ſi negotia mea geſſerit.l.de-
monſtratio.§.j.ff.de condi.& demon.Et per ly quia:Inſtit.de

leg.§.longè magis.& per ly quoniam. nam exponitur per quia.Et per dictiones illatiuas:vt Titius negotia mea geſsit, ideo vel idcirco ſibi lego.Et ꝑ ly cū:vt cū Titi⁹ negotia mea geſſerit,lego ſibi &c.Et ꝑ ly ſiue:vt ſiue Titius negotia mea geſſerit,ſiue aduocatus fuerit &c.Et ꝑ ly ꝓ:vt lego tibi pro alimentis.l.fin.§.j.ff.de ali.& cib.le. Et per ly nomine:vt lego vxori meæ nomine dotis.l.cùm quidam vxori.ff.de leg.ij.

3 ¶†Tertiò quæritur,quid eſt cauſa iudicialis? Et dico quòd eſt materia & origo negotij,nōdum diſcuſsionis examine patefacta:quæ,dum proponitur, cauſa eſt:cùm diſcutitur,iudicium:cùm diffinitur,iuſtitia.c.forus.de ver.ſign.Et differt ab actione:quia cauſa eſt negotium vel contractus,ex quo quis mouetur ad petēdum vel litigandū:vt vēditio vel locatio rei, ex qua oritur obligatio:quæ obligatio parit actionem,cū ſit mater actionis:vide ibidem glo.¶Quartò quæritur quomodo differant cauſa impulſiua & finalis?Et dico quòd ceſſante impulſiua non ceſſat effectus,ſicut ceſſante finali,quæ diſpoſitionē & legem regulat.de appellatio.c.cum ceſſante.C.de epiſcopis & clericis.l.generaliter.vbi Bald.multa dicit.& xvj. quæſt.j. generaliter. Cognoſcitur autem finis ex quinque. ¶Primò,quando id quod exprimitur in viam cauſæ reſpicit vtilitatem alterius quàm partium.l.Titio centum.ff.de conditionib.& demonſtrat.puta,dono tibi centum vt inde facias capellā in tali eccleſia:& huiuſmodi.Si verò reſpiceret ſolùm vtilitatem eius qui debet implere & non ſit pia:ſic præſumitur cauſa impulſiua.d.l.Titio.§.ſed ſi filio. Vnde ſi lego tibi decem vt caligas emas:nihilo minus tenet legatum licet nō emas:ſimiliter ſi vt fundum : ſed ſi vt emas fundū alteri minus induſtrioſo,non valet,niſi caueat,vt ibi.¶Secundò,quando exprimitur pius actus in viā cauſæ.l.ſi quis pro redēptione.C.de do.& l.ſi ego.ff.de iure do.& vult Bar.in l.ij.§.fin.ff. de dona.puta,dono tibi centum vt facias hoſpitale.¶Tertiò, quando in gerēdo actum exprimitur ab homine cauſa, vbicunq; lex requirit de neceſsitate cauſam ad validitatē actus: quia tūc intelligitur finalis,vt actus ſuſtineatur.l.ſed ſi mors. cum l.ſequen.ff.de do.inter vi.& vxo. vbi dicitur quòd donatio facta vxori ad reſtaurationem ædium igne combuſtarū, valet vſque ad earum reparationem,& non in plus.¶Quartò,vbicunque nō poteſt eſſe alia ratio, illa cenſetur cauſa finalis.l.quanuis.vbi glo.C.de fideicom.vnde qui legat iter ad fontem,videtur legare & hauſtum.ff.de ſer.ruſti. prædi.l.itē ſi.¶Quintò,vbicunque lex exprimit cauſam : cenſetur finalis.glo.eſt notabilis in l.cum tali.ff.de condi.& demon.quam ad hoc ponderat Ang.in l.ſciendū. ff.de ædil.edic.& Bar.in d.

4 §.fi.cuius ſunt iſta dicta. ¶†Quintò quæritur, quotuplex eſt

*Cauſarū iudicia. ſpēs.* cauſa iudicialis?Et dico quòd multiplex.de quo vide gl. xj.q. j.in Sum.Quædam enim eſt ſecularis:& diuiditur in criminalem & ciuilem.Quædam verò eſt eccleſiaſtica:& eſt triplex. Quædam enim eſt ſpiritualis vel annexa ſpirituali:vt quæ ſit de decimis,de matrimonio,de iure patronatus.Quædā ciuilis:vt cùm agitur ſuper rei vendicatione in cauſa pecuniaria: vt in d.c.ſuper prudentiam.Quædam criminalis:vt cùm agitur directè de crimine:vt in c.at ſi clerici.& in c.cum non ab homine.de iudi.&.c.ſuper prudentiam.xij.q.ij.&.c.frater noſter.xvj.q.j. Et ſi de crimine agatur ad vindictam publicam. proceditur in cauſa criminali criminaliter : ſi verò agitur ad pœnam per modum inquiſitionis, denuntiationis, vel ad intereſſe partis per viam accuſationis ꝓcedit ciuiliter.Quædā miſta.quæ ſcilicet participat de vtraque.de procu.c.tua.ſicut cū de crimine agitur ciuiliter: puta de adulterio ad thori ſeparationem.Et licet gloſſæ videantur variare ponendo pecuniariam pœnā aliquando pro criminali,aliquando pro ciuili: vt in l.prætor.in prin.ff.de ſepul.vio.& in l.vnica. C.quando ci.ac.cri.præ.tamen concordat: quia quando pœna pecuniaria applicatur fiſco,criminalis eſt, ſecundum Inno.in c.qualiter & quando.el ij.de accuſa.& eſt Glo.& Bart. in d.l.prætor.quia ſic intenditur publica vindicta per pœnam pecuniariam,ſicut per pœnam corporis:ſi tamē applicatur fiſco pro intereſſe fiſci, ciuilis eſt: vt in l.j. C.de his quib.vt indi. Nec obſ.c.per tuas.de ſimo.& ꝙ not.Pan.in rubr.de iudi.qa illud capitulum loquitur de amotione à prælatione:quæ ſecundū eundem ibi,eſt ciuilis:cùm ſit ad bonum cōmune nō ad vindictam delicti:nec agitur ciuiliter præciſè quando pœna applicatur parti,ſecundum doct.ſed etiam aliter,ſicut in d.c.per tuas.Et hoc ſequitur gloſſ.& Bar.&Ang.in l.iij.de ſepul.vio.& Bar.in l.ſi.ff.de pri.delic.Itē dicit gl.Alberi.& Salic.in l.j.C.de ſepul.vio.& communior eſt opinio:de quo vide do.Anto.in rubrica de iudi. ¶†Sextò quæritur,quot ſunt modi cauſarum prædictarum?Et dico quòd multi.Quædam enī cauſæ dicuntur fauorabiles:& ſunt numero quatuor ſcilicet de libertate,matrimonio,dote & teſtamēto.c.duobus. de re iudi. Quædam minimæ:vt quæ eſt duorū,vel decem aureorū, aut quinquaginta ſolidorum : vel quæ non ſufficit ad ſumptus iudiciales,ſecundum voca.iur. Quædam eſt remota & quædam propinqua:de quibus not.doct.in d.c.dilecti filij.de iudi. Et remota eſt,ſicut cùm ædificator turris dicitur cauſa homicidij eius qui inde ſe præcipitat : & dicitur occaſio.facit l.qui domū.ff.loca.Cauſa verò propinqua dicitur ipſe.Quædam eſt propria, quædam communis ; & propria eſt illa,cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet.cap.biduum.§.palam.ij.q. vj. Communis verò eſt,quæ vtriuſque eſt.ff.de ritu nupt.l.illud.Vnde non poteſt quis eſſe teſtis in re cōmuni ſibi cum alijs niſi indirectè : ſicut legatarius poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti , in quo ſibi eſt aliquid relictum.Inſti.de teſta.§. legatarijs. ¶Septimò quæritur,vtrum cauſa vniuerſitatis vel eccleſiæ ſit propria vel cōmunis?Et dico quòd cauſa vniuerſitatis nō videtur eſſe ſingularis perſonæ:vt in cap.qui manumittitur. xij.q.ij.& ibi doct.& in d.§.legatarijs.cum annotationibus ſuis. Cauſa etiam eccleſiæ non eſt propria rectoris: vn̄ in cauſa eccleſiæ ſuæ poteſt eſſe iudex.ij.quæſt.vij.ſi quis erga epiſcopum.in gloſſa facit cap.fin.de poſtu. quod verum eſt dummodo alius conſtituatur,qui agat nomine eccleſiæ:vt in cap.inſuper.de teſt. vbi dicitur quòd eo caſu poteſt eſſe teſtis.Et nota quòd licet canonicus poſsit eſſe teſtis pro canonico contra extraneum,quia nō dicitur domeſticus eius, ſed eccleſiæ tantum: ſecundum Hugo.vt in gloſſ.d.c.ſuper prudentiam. xiiij.q.j. non tamen poteſt eſſe iudex pro eo contra extraneum:quia minor cauſa requiritur ad repellendum aliquem à iudicio, quàm à teſtimonio.de offic.deleg.

¶† Octauò quæritur , quomodo teneatur quis de damno ex cauſa data?Et dico quòd nō tenetur qui dat cauſam remotam,quæ etiam dicitur occaſio,ſi quis dabat operam rei licitæ,adhibita diligentia.xxiij.quæſtione quinta de occidendis. Secus ſi rei illicitæ:quia imputantur ei omnia ſequentia.diſtinctione 50.quantum dicit de iniur.cap.finali.ff.ad legem Aquiliam.l.item Mela. in princip.§.item & cum eo.Similiter & ſi dabat operam rei quidem licitæ,ſed diligentiam nō adhibuit.d. l.ſæpe.ff.ad legem Aquiliā.l.qui occidit.§.penultimo.vide gloſ.in c.ſicut nobis.de teſtib.Similiter non tenetur,qui dat cauſam etiam propinquam,ſed non ſufficientem & efficacem:licet peccet. Tenetur autem qui dat cauſam efficacē,ſine qua effectus nō ſequeretur. & de qua loquitur l.fina.de iniur. Vide ſuprà Aduocatus. §.vlti.& infrà culpa.§.iiij.& infrà Reſtitutio ij.in fin.& Reſtitutio iij.§.vj.illo verſu,Iuſsio,Conſilium &c.





## De Cautione.

1 *Cautio ſimpliciter dicta,qualiter intelligatur ? Et quænam idonea,& quænam mediocris,& quænam competens?*

1 CAVTIO † ſimpliciter dicta regulariter intelligitur nuda promiſsio.l.ſancimus.C.de verb.ſig.quod tamen fallit in cautiōe expreſſa à lege prętoria:vt ff.de pręto.ſtipu. l.prætoriæ.la j.& ſic,ſecundū aliquos,intelligitur gloſſ.in c. primo igitur. de conſe.diſt.iiij.Item ſecundū gl.in l.pe.ff. de peti.hęre.quādo eſt perſona ſuſpecta:vt l.ſi fideiuſſor.§ fi.ff. qui ſa.cog.quia tūc debet cauere cum fideiuſſoria.Sed cū additur cautio idonea vel ſufficiēs,intelligitur de pignoratitia vel fideiuſſoria:vt ff.de fideic. li.ergo quādiu.vide gl.in c. ad noſtram.el j.de iureiur.& in c.vlt.de pig.& in c.ex publico.de cōuer.coniu.Si verò dicitur cautio mediocris:tūc venit obligatio omnium bonorū.& eſt tex.in l.filio.ff.vt leg.no .caue. Si verò dicitur cautio cōpetens: intelligitur arbitrio iudicis ſecundum aliquos:ſecūdum alios autem fideiuſſoria vel pignoratitia:vt in gl.l.ſi debitori.ff.de iudi.Si verò dicatur, ſatiſdet vel ſatisfaciat:fideiuſſoria intelligitur,ſecundū gl.in d. l.pe.Notat tamē Bal.in l.vniuerſa.C.de preci.Imper.offe. ꝙ quādo ſtatuto cauetur ꝙ caueatur idoneè, quādo cōpromiſſum petitur:intelligitur arbitrio iudicis.& in l.oēs.C.de epiſ. & cle.dicit ꝙ ſi tenetur quis dare fideiuſſores, & non poteſt: tenetur obligare omnia bona ſua meliori modo quo poteſt. Quando autem cautio liceat,vide infrà Negotium §.iiij.

*Cautio idonea. Cautio mediocr. Cautio cōpet.*

¶CAECVS.Infrà Surdus.

## De Ceſsione bonorum.

1 *Cedere bonis quis debeat? Et ad quid bonorum ceſsio proſit? Et ibidem certa limitatio.*

1 CEDERE † bonis debet,qui ſuis creditoribus ſoluere non pōt.Et hoc valebit ei.Primò ne incarceretur.l.j.C. qui bo.cede.poſſ.de quo vide ſ.Carcer.§.iij.¶Secūdò,ne excōmunicetur:& ſi erat excōicatus vt abſoluat, recepta idonea cautiōe de ſoluēdo,ſi ad pinguiorē fortunam venerit,de ſol. c.Odoardus.¶Tertiò,ꝙ nō cōdemnetur niſi in quantū facere poteſt,habita ratione ne egeat:quia nō eſt fraudādus quotidianis alimētis.ff.de re iudic.l.ſunt qui in id quod facere . & ff.qui bonis ced.poſ.l.is qui.& l.q bonis.& l.ſi debitores.Nec obſtat c.peruenit.de fideiuſſ.quia ibi nō ceſſerat bonis.Limita tamē tertiū quādo non cōuenitur ratione delicti : quia ſi ratiōe delicti cōueniret,nō haberetur reſpectus ne egeret, etiā in clerico:vt no.Pan.in c.olim nobis.de reſti.ſpol.Quomodo verò,fit,vide infrà ſolutio.De ceſsiōe verò actionū,vide ſi vis Pan.in c.ſi.de alie.iud.mu.cau.fac.& infrà Lis.§.viij.

## De Cenſura.

1 *Cenſura eccleſiaſtica,quidnam ſuo nomine contineat?*

1 CENSVRA † eccleſiaſtica ſuo nomine cōprehēdit tria, interdictū ſcilicet,excōmunicationem , & ſuſpenſionē. de ver.ſig.quęrenti.& de ſingulis horū vide infrà in locis ſuis.

¶CENSVS,infrà Gabella ſecundò.

## De Ceſſatione à Diuinis.

1 *Ceſſatio à Diuinis abs quibus fiat,& quotupliciter?*

2 *Ceſſatio à Diuinis quomodo fieri debeat,& quot requirantur vt ea obſeruanda ſit?Et ibidem quòd decem requirantur.*

3 *Ceſſatio à Diuinis num ſeruāda ſit, ſi pars aduerſus quam ceſſatur,quæ præcedenti numero dicta ſunt,non obſeruarit?*

4 *Pœna iniuſtè ceſſantium generaliter, aut ſpecialiter, aut dantis occaſionē iuſtæ ceſſationi quænam ſit? Et ceſſans iniuſtè, cuinam fructus reſtituet, ſi eccleſia, in qua ceſſatur ſit ipſius.*

5 *Ceſſatio nem iuſtam violantis,quæ nam pœna ſit?*

1 CESSATIO † à diuinis fit , vt dicitur in c . quāuis.de of. or.li.vj.plerūq; à capitulis,cōuentibus,ſiue collegijs ſecularium,vel regulariū eccleſiarum:& vt dicitur eo.tit.& lib.in c.ſi canonici.eam ſibi in aliquibus eccleſijs vēdicāt canonici ex conſuetudine:vel aliàs,id eſt ex priuilegio, ſecūdum glo. vel conceſsione epiſcopi,ſecundū Gul. vel cōſtitutione ſynodali,ſecundū Cle.pro quo facit cle.j.de ſen.excō.Fit autē dupliciter.Primò generaliter:puta reſpectu totius ciuitatis:& ſecundò ſpecialiter:vt in vna eccleſia: & hoc propter iniuriam factam alicui de eccleſia:vel ipſi eccleſiæ. Quarū quidē ceſſationum prima,id eſt,generalis æquiparatur interdicto:per

cle.j.de ſenten.excom.nō autem ſecūda.¶Primò †verò quęritur:quomodo fieri debet ceſſatio,& quot ad illam requirūtur vt ſeruanda ſit?Et dicit Io.And.in c.quanuis.de offi. or.li. vj.& Dire. ꝙ oportet cōcurrere decē.Primò quòd ceſſantes habeant à iure,vel conſuetudine,vt ceſſare poſsint.Secundò, quòd vocētur abſentes ad tractandū de ceſſatiōe,ac ſi de electione ageretur.Tertiò,quòd de illa ceſſatiōe tractetur diligenter.Quartò,ꝙ de ceſſando deliberēt. Quintò , quòd ſit manifeſta offenſa propter quam ceſſant,& notoria,vt etiam dicit Inno.& Hoſt.alioquin nulla cōſuetudo prodeſſet : quia eſſet eccleſijs oneroſa.de cōſue.c.j.& . c.cū venerabilis . Nec debet is,cōtra quē ceſſatur,cōuinci ꝓbabilibus : ſed aptis & notorijs:ſecundū Io.Mo.& Arch.Sextò,ꝙ cauſa ſit rationabilis.Septimò,ꝙ ante ceſſationē inſtrumēto publico,vel patētibus literis authētico ſigillo munitis cauſam ceſſatiōis exprimāt.Octauò,ꝙ illud inſtrumentū vel literas tradāt ei, cōtra quem ceſſant.Nonò quòd requirāt illū vt emendet cōpetenter iniuriā vel offenſam,propter quam volunt ceſſare,ꝙ ſi nō fecerit,locū habeat tunc ceſſatio.Decimò quòd poſt ceſſationem vtraq; pars iter debet arripere ad ſedē Apoſtolicā intra menſem,per ſe,vel per procuratores ſufficienter inſtructos,& cōtinuatis diebus quàm citò poterūt ſedi Apoſtolicę ſe repręſentent,vt diſcutiatur quid ſuper hoc ſit agendū: niſi interim per mutuā cōcordiā ceſſet ceſſatio.His nō ſeruatis, ceſſatio nō ſeruatur:& ſimiliter nō ſeruatur ab alijs , ſi pars, quæ eam poſuit,nō ſeruauerit.Et hoc notāt Io.Mo.& Gaſ.in c.ſi canonici.de off.ord.li.vj.vbi etiā reprobantur & grauiter puniūtur hi,qui in ceſſationis aggrauationem imagines crucis & ſanctorū proſternunt,ſupponunt ſpinis,vel vrticis,vel lapidibus,vel aliquid huiuſmodi faciunt.¶Secūdò† quęritur, 3

*Decē requiſita ad ceſſa. diu.*

an ſit ſeruanda ceſſatio,ſi pars, contra quā ceſſatur,prędicta non ſeruauerit?Et dico quòd ſic:quia tex.in d.c.quanuis.ſpecialiter dicit quòd ſi nō arripuerit iter pars ceſſans:ꝙ ceſſatio nō ſeruatur:per qđ à cōtrario ſenſu habetur , ꝙ ſi reliq̄ pars ire contemnat,ſtat ceſſatio: alioquin per ſuam cōtumaciam irritaret actum iuridicū partis læſæ.¶Tertiò,† quæ eſt pœ- 4

na iniuſtè ceſſantiū generaliter aut ſpecialiter,aut dātis occaſionem iuſtæ ceſſationi?Et dico quò illi tenentur reſtituere omnes fructus,quos interim ab eccleſia perceperunt , in qua ceſſatū eſt,& quæ pro eo tempore debentur eis de eccleſia non percipient,& ei,contra quem ceſſauerunt , de damnis & iniurijs ſatisfacere:vt in d.cap.ſi canonici. quod licet loquatur de capitulo canonicorum,tamē ſecūdum Gem. idem eſt in alijs dictam ceſſationem imponentibus.Iſte verò tenetur ad omne intereſſe canonicis:& ad aliquā ſatisfactionem ęſtimandam arbitrio ſuperioris taxandam ipſi eccleſiæ , in qua ceſſatum eſt,& in cultum diuinum conuertendam:vt in eod. capi.¶Quartò quęritur,cui reſtituet fructus iniuſtè ceſſans: ſi eccleſia , in qua ceſſat ſit ſua? Et dico quòd eccleſiæ ipſius argum.eorum quæ not.in cap.cum ſecundum. de præbend. quod de mente Panor.ibi videtur limitādum: ſi habet bona patrimonialia.adde,vel aliūde quàm de eccleſia quęſita.Cui eccleſiæ reſtituet,ſi det ſuperiori vel ſucceſſori aut in eius vtilitatem conuertat , aut in neceſsitate pauperibus tribuat.

5 ¶ Quintò † queritur, quę ſit pœna violantis iuſtam ceſſatio
nem, id eſt celebrantis in loco vbi ceſſatur? Et dico, ſecũdum
omnes, quòd ſi ceſſatio eſt particularis, celebrans ibi nõ effi
citur irregularis: nec religioſus eam non ſeruans eſt excõmu
nicatus: quamuis talis eccleſia eſſet matrix: quia ipſa nõ ęqui
paratur interdicto. Et ſic intellige gloſſ. iij. in d. cap. ſi cano-
nici. & Innocent. in d. capite, dilectis filijs. de appella. Si verò
ſit generalis, ſecũdum omnes, religioſus eam violans eſt ex-
communicatus: vt in cle. j. de ſent. excom. ſi ea ſeruet eccleſia
cathedralis vel matrix ſeu parochialis loci. An verò ibi cele-
brans ſit irregularis, ſunt opiniões: quia Io. And. in d. c. ſi cano
nici. cõcludit quòd ſic: quia talis ceſſatio ęquiparatur inter-
dicto, per d. cle. Et cum hac opinione trãſit Sum. Ange. & de
hoc ĩ. interdictum. j. §. j. Oppoſitum autẽ videtur ſentire do.
Ant. cui Pano. cõſentit, & cum his tranſit Sum. Roſ. &, vt cre-
do Sum. Piſ. & hoc eſt verius & rationabilius per illam regu-
lam, vt nunquam fiat quis irregularis, niſi in caſibus à iure
expreſsis. de ſen. excõ. is qui. lib. vj. Iure autẽ hoc nõ cauetur
niſi in violatiõe interdicti: cui licet ceſſatio ęquiparetur in ali-
quo, puta in excõicatione annexa in ordine ad religioſos,
non tamẽ in omnibus & ſimpliciter: & pœnę nõ debẽt exten
di. Prędicatores tamen & Minores in hoc ſunt priuilegiati.

## Ce Cœmeterio.

*1 Cœmeterium vnde dicatur, & quam immunitatem habeat: & qualiter violetur ac reconcilietur. Item eius conſecratio quomodo fieri debeat? Et quot modis polluatur. nu. ſeq.*

*3 Cœmeteria ſi duo ſint contigua, interpoſito tamen pariete, & alterum violetur num alterum quoque pollutum intelligatur? Et quid ſi violatio in eccleſiæ porta facta ſit?*

*4 Cœmeterium non conſecratum, quando conſecrandum eſt, vel reconciliandum, vtrum exhumanda ſint corpora excommunicatorum, hæreticorum, & infidelium.*

1 COEMETERIVM † ſecundũ Gem. in c. vnico de con
ſe. eccle. vel al. li. vj. Gręcè dicitur à cinis, quòd eſt dul-
cis ſtatio animarũ, ſcilicet, vel potius corporũ: quia ibi cinis
mortuorũ detinetur. vel à cis, quòd eſt ante: quia ante eccle-
ſias fieri ſolet. Et habet omnẽ immunitatẽ, quã habet eccle-
ſia quo ad omnia capitula, quæ habes ĩ. Immunitas. exceptis
duobus caſibus. Primò, quia nullus debet in eccleſia ſepeliri:
vt ĩ. Immunitas. Secundò, quia laici in choro eſſe nõ debent.
hæc Hoſt. & Ray. & benedicitur, violatur, & recõciliatur ab
eodem, & eodẽ modo ſicut eccleſia, ſecundũ Hoſt. & Bart. &
eccleſia reconciliata, reconciliatur, ſi eſt ei contiguum, ſecun
dũ Io. And. in c. vnico. de cõſec. eccle. vel alt. lib. vj. & idẽ Ar-
chi. ſecus aliàs. Quomodo verò fieri debeat eius cõſecratio,
2 habetur in paſtorali. ¶ Primò † verò queritur, quomodo pol
luitur? Et dico ꝙ eo modo benedicitur, & polluitur & recõci
liatur ſicut eccleſia, vt dictũ eſt. Et ſi eſt eccleſiæ contiguum
ea polluta polluitur: nõ autem e conuerſo, polluto cœmete-
rio polluitur eccleſia: vt in d. c. vnico. ne minus dignum videa
tur trahere magis dignum. Si verò non eſt eccleſiæ contiguũ,
ea polluta nõ polluitur: ſed ſiue ſit ei contiguũ ſiue nõ, pol-
luitur per ſanguinis vel ſeminis effuſionem: ſicut de eccleſia
dicetur ĩ. Conſecratio. ij. Item polluitur, quando aliquis excõ
municatus vel infidelis in eo ſepelitur: vt in c. cõſuluiſti. de cõ
ſec. eccle. vel alt. Quatuor ergo modis polluitur, ſcilicet pol-
luta eccleſia, vel effuſo ſemine vel ſanguine, vel ſepulto pro
phano. nec debet aliquis in eo ſepeliri antequàm reconcilie-
3 tur: vt in d. c. vnico. ¶ Secũdò † queritur, quid ſi duo cœmete-
ria ſunt cõtigua interueniẽte tamẽ pariete, & vnũ violatur?
Et dico ꝙ ſunt cœmeteria duo vnde vno polluto, aliud nõ eſt
pollutum: etiam ſi porta eſſet in pariete, per quam ab vno ad
aliud eſſet acceſſus: vt in eo. c. vnico. Si tamẽ ipſa violatio
ue effuſio fiat in media porta: dicit ibi Gemi. quòd ſi fiat in
parte alteri eorũ viciniori, illud ſolum eſt pollutum. Si verò
fiat in medio, vt dicit Io. An. pollutũ eſt illud, cuius cauſa pa
ries & porta facta eſt: quaſi ſit illius acceſsio, per l. & ſi nõ ſunt
ff. de aur. & ar. le. vbi dicitur: Spectamus quæ res cuius rei or
nandæ cauſa fuerit adhibita: nõ quæ ſit ꝑtioſior. Si autẽ dubi
tatur cuius cauſa ſint facta: videntur principaliter facta vt ſe
ciãt cœmeteria duo: vt innuit ibi tex. nõ aũt acceſſoriè. & ſic
vtrũq; pollutũ eſt. ¶ Tertiò, vtrũ ſimiliter dicendũ ſit ſi viola
tio fiat in porta eccleſiæ? Et dicũt Gem. & Io. de Imo. ꝙ ſic
quando iniuria fit intra clauſurã oſtij verſus eccleſiã: ſecus
in parte extra clauſurã. ar. no. per Bar. in l. j. ff. de dona. Et in
dũt iſti ꝙ factum ſit extra eccleſiã illud, quod eſt factum ex
tra lineam, ad quã percutiunt valuæ in liminibus. ¶ Quartò
† quæritur, quãdo cœmeteriũ nõ conſecratum conſecrandũ
eſt, vel reconciliandum: vtrũ exhumãda ſint corpora excom
municatorũ, hæreticorũ & infidelium? Et dico quòd ſi con
ſecrandũ eſt, & diſcerni poſſunt, prius debẽt eijci, & parietes
ac tigna radi. de cõſe. di. j. eccleſiã. Si verò cœmeteriũ prius
cõſecratũ reconciliandũ eſt: eodẽ modo dicta corpora eijci
enda ſunt, ſi diſcerni poſſunt. extra de ſepult. ſacris. Sed dicta
abraſio fieri non debet: aliter recõſecrandũ & non reconci
andum eſſet. Corpora autẽ fideliũ in cœmeterio ſepulta à
excõmunicatis, ſchiſmaticis, vel infidelibus, & huiuſmodi, nõ
propter hoc debẽt exhumari. de ſacra. ite. à nobus. Corpora
etiam ſanctorum nemo trãſferre præſumat ſine licẽtia prin
cipis, id eſt, papæ ſecundũ gl. vel epiſcopi. de conſe. diſ. j. de lo
co. quod verum eſt. ſi ſunt tradita perpetuæ ſepulturę: aliàs
ſine alicuius authoritate transferri poſſunt, ſecundum gl. ibi
Et Hoſt. idem dicit videri de oſsibus aliorũ fideliũ. ff. de rel.
& ſumpt. fu. l. oſſa. Sed hoc nõ intelligas de loco proprio. Sed
de communi: puta de vno cœmeterio ad aliud.

## De Circunſtantia.

*1 Circunſtantia quid ſit? & in quotuplici differentia ſit?*

*2 Circunſtantia vtrum peccati, vel actus ſpeciem demutet, & aliã ſpeciem, vel peccati genus idipſum pertrahens? Et num circunſtantia mutans, vel ſpeciem aliã inducens, peccatum in infinitum ſemper aggrauet, adeò, vt de veniali mortale fiat?*

*3 Circunſtantiæ infinitè aggrauantes, quænam ſint? Et ibidem de circunſtantiã temporis ac perſonæ.*

*4 Circunſtantia loci cur variat ſpeciem, cùm non aggrauet, ſi ratione, ſubiecti, cui additur? Et an eadem, vel temporis circunſtantia, infinitè aggrauet?*

CIRCVNSTANTIA † ſecundum S. Tho. ij. ij. q. vij. ar.
j eſt accidens actus humani attingẽs illud extrinſecè:
ſicut localiter dicitur circũſtare, qđ eſt rei extrinſecũ, attin
gẽs tamẽ ipſam vel ei propinquãs: nõ quaſi cicũſtantiæ inſint
ipſi actui: ſed inquãtũ ſunt, & quodãmodo ſe cõtingũt in eo
dẽ ſubiecto. Et ſunt ſeptẽ hoc verſu cõtẽtæ: Quis, qd, vbi, qui
bus auxilijs, cur, quõ, quãdo. Ita tamẽ vt ſub quid, intelligatur
nõ ſolũ effectus, ſed etiã obiectũ, id eſt, quod & circa quod:
de quibus omnibus vide vbi ſ. & in quarto diſ. xvj. q. iij. perti
tũ. & adde ſecundũ Ray. octauã, id eſt quoties: nõ ſolũ quo ad
ad frequentiã, vtrũ ſit factũ conſuetudine: ſed etiã quo ad nu
merũ, ſecundũ Arch. Sed hoc propriè non pertinet ad circun
ſtantiam: ſed ad ſubſtantiam actus quia vbi aliquid fit bis est
ſubſtantia actus geminata, & peccatũ duplex: etiã ſi obiectum
ſit vnum numero: vt ſi quis interpolatis temporibus bis eũ
dem percutiat. ¶ Primò † verò queritur vtrum circunſtantia
peccati, vel actus ſpeciem mutet trahẽdo ad aliam ſpeciem
vel genus peccati? Et dico ex doctrina eiuſdem in quarto
vbi ſuprà, quòd circunſtantia addita ſi indifferenter ſe habeat
ad rationem, neque bonũ neque malum importãs, non mu-
tat ſpeciem peccati: ſicut percutere homine indutũ veſte al-
ba vel nigra: vel accipere alienũ manu dextra vel ſiniſtra. Si-
militer nõ mutat ſpeciem, ſi habet repugnantiã ad rationem
ſolùm ex ſuppoſitione alicuius prioris: ſicut accipere alienũ
in magna quantitate, eſt eiuſdem ſpeciei cũ accipere alienũ:
quia hoc quod dico, magna quantitas, non repugnat rationi,
niſi ex ſuppoſitione huius, quod dico alienum. vnde non eſſet
malum accipere aliqd in magna quãtitate, ſi eſſet ꝓprium.
Si verò importet aliquid repugnans rationi primò & per ſe,
dat ſpeciem peccato: ſicut hoc quod dico. alienũ, dat ſpeciem
furti huic, quod dico accipere: ita quòd ſi ei, quod eſt accipe-
re, ſuperueniat hoc, qđ eſt alienum, conſtituit furtum: ſicut
rationale adueniens animali conſtituit hominem. ¶ Secun-
dò quæritur, vtrum circunſtantia mutãs vel dans ſpeciẽ, ſem
per aggrauet peccatũ in infinitũ, vt de veniali fiat mortale? Et
dico ex doctrina S. Th. in iiij. vbi ſuprà, & Pet. de Pal. ibidem
quòd non. Vnde circunſtantia non dans ſpeciem nunquã ag-
grauat infinitè: alioquin infrà eandem ſpeciem eſſet vnius ab
alio infinita diſtantia. Quæ etiam dat ſpeciem, nõ aggrauat
in infinitum ſemper: vt quando ipſa de ſui ratiõe eſt peccatũ
veniale: ſiue id, cui additur, ſit peccatũ, ſiue veniale, ſiue mor
tale: ſicut ad actũ gulæ eſt, qui properè, addit hæc circunſtã-
tia lautè, ſpecialem deformitatem, quę ex ſe faceret peccatũ
& tamen non aggrauat in infinitum. Aliquando tamẽ aggra
3 uat in infinitum, licet non ſemper. ¶ † Tertiò quæritur, quæ
ſint circunſtantiæ aggrauãtes infinitè? Et dico ex doctrina
eiuſdem ibi, quòd ſunt illæ quæ habent directè oppoſitionẽ
ad charitatem: quod oſtenditur ex hoc quod ſunt directè cõ-
tra præceptum legis, cuius finis eſt charitas. Et intellige, ſecũ
dum Scot. quando præceptum eſt ſpeciale: vt, non mœchabe
ris: non autẽ quando generale: vt, declina à malo. Idem Sanc.
Th. in de ma. q. vij. ſeptimo. in cor. item de veri. xxij. ſeptimò.
intellige etiam ſecundum S. Tho. iij. di. xxxiij. q. j. ar. j. q. vj. ad
ſecũdũ quãdo præceptũ ſpeciale eſt literaliter intellectũ &
nõ metaphoricè vel ſpiritualiter. Ex quo infero primò quòd
circunſtantia temporis non trahit in aliam ſpeciem, & conſe
quenter non aggrauat in infinitũ: vt dicit San. Tho. iiij. diſt.
xxij. q. vlt. ar. vlt. & etiam probaui diffuſè in Roſa aurea, caſu
lxiij. & in hoc errant Sũ. Ange. & Roſ. Infero ſecundò quòd
circunſtantia perſonæ ſimiliter non aggrauat in infinitũ, niſi
in tribus caſibus. Primò, ratione voti, quod ipſa fecit, in quo
includitur præceptum vt obſeruet illud. Vñ contrahere cum
moniali aggrauat infinitè. Secũdò ratiõe præcepti ſibi facti.
Vnde contrahere cum ordinato in ſacris, ſimiliter infinitè ag
grauat. Tertiò, ratione ſcandali eo caſu quo ſcandalizare eſt
ei mortale: & cõſequenter cõtra aliquod præceptũ. Quia ta-
men, inquit San. Tho. circunſtantia mutans ſpeciem, non eſt
iam vt circunſtantia peccati cõputanda, quia pertinet ad ſpe-
ciem actus, inquantum eſt mortalis, licet circunſtet ſubſtãtiã
actus: ideo dicunt magiſtri circunſtantiã nõ aggrauare in in-
4 finitum. ¶ † Quartò quæritur, quare circunſtantia loci variat
ſpeciem, cùm non aggrauet niſi ratione ſubiecti cui additur,
puta furti vel homicidij aut fornicationis? Et dico quòd imò
ex ſe circunſtantia loci aliquando aggrauat & repugnat ra
tioni, etiam ſi addatur actui bono, maximè ſtantibus ſtatutis
iuris humani: vt ſi iudex ſuſpendi iubeat furem: aut cædi capi
te proditorẽ in eccleſia: aut ſi vir vxori debitum reddat, niſi
fortè in caſu, de quo ĩ. Debitũ. §. iij. quia locum ſanctum de-
cet munditia, non ſolùm animę ſed etiam corporalis. Sed cõ
tra: quia idem erit de circunſtantia temporis: quod tamen S.
Tho. negat. So. imò non eſt eadem ratio: quia actio iniurioſa
vel indecens & immunda, tempus attingere aut maculare
nõ põt, niſi fortè ex interiõe operantis in deſpectũ ſacri tpis:
quo caſu mutaret ſpeciẽ, & aggrauaret infinitè: de quo ple-
nius in Ro. au. vbi ſ. ¶ Quinto quæritur, vtrũ circũſtantia
loci vel tpis aggrauat infinitè? Et de tpe qđe dico ꝙ nõ, vt
dictũ eſt, niſi ratione cõtemptus, vel ſi circa hoc fieret ſpecia
le præceptũ. De loco verò dico ꝙ ſic: q̃ a illa circunſtãtia va-
riat ſpeciẽ, ſaltẽ ſtante pręcepto eccleſiæ: & deinde ſuperuenit
præceptum eccleſiæ aggrauans actum infinité. Vnde ſecun-
dum hoc tres ſpecies ſacrilegij diſtinguũtur. de quo ĩ. Sacri-
legium. & in Roſ. au. caſu lxiij. infrà Confeſsio. j. §. ix. x. & xj.

## De Citatione.

*1 Citationis definitio, & quotuplex fieri queat?*

*2 Citatio vna peremptoria, num ſemper ſufficiat, vbi iura trinam deſiderant?*

*3 Citatio num aliquando nulla, ſiue inefficax ſit? Et quid ſi fiat die feriata, ad nõ feriatam diem, aut die nõ feriata, pro feriata?*

*4 Citatus, ſed corporaliter impeditus, num per alium comparere teneatur? Et an non comparens in primo termino, in expenſis per aduerſarium factis, condemnari debeat?*

*5 Sententia lata contra non citatum, an efficax ſit?*

*6 Excommunicatus num quis denuntiari poſsit, qui citatus nõ ſit?*

*7 Prælati religioſorum, num ſubditos ab officijs deponere. ſuſpendere, & in eos ſimilia, ipſis non citatis, exercere poſsint?*

CITATIO, † eſt vocatio iuridica ad iudicis conſpectũ. 1
Et quadrupliciter fieri poteſt, ſecũdum Guliel. de mõ.
lau. Primò, ſcilicet per nuntium vel literis citatorijs. Secũdò,
per præconem. Tertiò, per edictum. clemen. j. de iudi. Quar-
tò, ex iuris diſpoſitione. Fieri autem debet citatio tribus edi-
ctis, vel ex cauſa vno peremptorio: quod tantum debet tem-
poris continere quantum tria, niſi vrgeat neceſsitas. de dila. c.
j. cum glo. & tale peremptorium vim habet trinæ citationis.
C. quo. & quan. iud. l. tres denuntiationes. ¶ † Primò verò 2
quæritur, vtrum ſemper ſufficiat vna citatio peremptoria,
quando iura trinam requirunt? Et dico quòd hoc non ſufficit
in pœnalibus, ſiue vbi agitur ad pœnam incurrendam, ſecun
dum Ioan. And. in c. ex tuæ. de cle. non reſi. quia in pœnalibus
verba propriè & ſtrictè debent intelligi. de iureiu. in noſtra.
& idem Panor. in c. fin. de vita & hone. cle. Angelica tamẽ di
ſtinguit inter citationem & monitionem, quo ad ſufficere
vnam pro tria: ſed Panor. ſenſit contrarium, vbi ſuprà. ¶ † Se- 3
cundò, vtrum citatio aliquando ſit nulla, ſiue non valeat? Et
reſpondet gloſſ. in c. ſi epiſcopus. iij. q. ij. quòd ſic in octo caſi
bus. Primò, quia fit intra tempora anguſta. Secundò, quia nõ
exprimitur cauſa. Tertiò, quia nimis maturatur peremptorium. Quartò, ratione temporis, puta feriati. Quintò, ratiõe
loci, puta periculoſi vel inhoneſti. Sextò, ratione iudicis: vt ſi
eſt euidens, eũ non eſſe iudicem, qui citat. Septimò, ſi apoſto
licum reſcriptum non inſeritur in ea. Octauò, quãdo citatur
ſpoliatus. Et de his vide ibi diffuſè, vbi etiam dicitur quòd vbi
euidens eſt, citationem non tenere, non tenetur venire reus
etiam ad allegandum ſuum priuilegium: tutius tamẽ eſt vt
compareat, niſi conſtet eum non eſſe ſuum iudicem: vt ibi in
c. veniens. de accu. in gl. Imò ego dico quòd citatus in dubio,
an citatio teneat, ſemper tenetur comparere: arg. l. ſi quis a-
liena. ff. de iudi. vbi habetur quòd citatus tenetur venire, etiã
ſi ſit de alterius iuriſdictione: ſed intelligitur in dubio an ſit
de ſua nécne: vt ff. eo. l. ij. ¶ Tertiò, vtrum citatio facta die fe-
riata ad diem non feriatam valeat? Et Panor. in cap. fin. de fe
rijs. ſecundum opinio. Ioan. Cal. do. Card. & domin. Anton. &
Bar. in l. j. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nunt. cõcludit quòd non
valet de iure, per l. dies feſtos. C. de fer. vbi dicitur quòd ſilere

debet horrida vox præconis.& intelligit Panor.non ſolùm in ferijs introductis ad honorem Dei,ſed etiam in alijs introductis in fauorem hominum.Et idem putat in repentinis : nam Imperator mandat eas ſub eadẽ veneratione obſeruari , qua ſolennes. C .de fer.l.omnes.Et concludit nullum iſtorũ triũ actuum fieri poſſe die feriata,ſcilicet pręceptum de citando: executio præcepti,id eſt actus citationis:& proceſſus , qui fit vigore citationis.¶Quartò quæritur,vtrum valeat citatio facta die non feriata pro feriata ? Et dicit Pan.vbi ſuprà , poſt Cal.& Spe.& Ioan.Andr.quòd ſi ponitur,vſque,poteſt qualibet die comparere infra feſtũ:ſecus vbi ſimpliciter quis citatur vt ſimpliciter cõpareat tali die quæ eſt feriata: quia tunc prius venire non poteſt,nec debet, & illa die venire non tenetur:& ſię neceſſaria eſt noua citatio.& hoc tene,quicquid ſenſerit do. Ant.hæc Pan.Si tamen eſſet dubiũ vtrum citatio teneat nécne:debet citatus ire ad allegãdum priuilegiũ feriæ. iij.q.ij.ſi epiſcopus.& ibi glo.Si etiam quis citet nõ ad reſpondendum.ſed ad comparendum die feriata,bene tenet citatio. ff.de adul.l.miles.§.ſexaginta.¶†Quintò , vtrum corporali-
4 ter impeditus teneatur per alium comparere? Et dicit Pano. in c. in nomine domini.de teſta.quòd non:& actus geſtus eo abſente, perinde eſt,ac ſi citatus non fuiſſet. ¶Sextò,vtrũ citatus non comparens in primo termino, condemnari debeat in expenſis factis per aduerſarium?Et dicit Bar.in authen.qui ſemel.C.quomodo & quando iu.quòd ſic:nec debet expecta-
5 ri vt ſit contumax in ij.& iij.citatione. ¶†Septimò,vtrum teneat ſententia lata contra nõ citatum ? Et dicit Cardi.in cle. paſtoralis.de re iudi.in §.denique.quòd ſi nullo mopo fuit citatus:ſententia eſt nulla.de ma.& obe.inter quatuor.Si verò fuit citat⁹ aliquo modo:aut fuit citatus legitimè:& valet ſententia,ſi alia ſunt ritè geſta:ſi tamen citatus non fuiſſet cõtumax verè ſed fictè , ſubuenitur ſuper reſtitutionẽ.de re iudi. cum Bertoldus. Aut fuit citatus nõ legitimè : & tunc videtur quòd haberi debeat pro non facta:de deci.bonæ.ij.Aut dubitatur:& tunc dicit Pan.quòd præſumitur pars citata,ſi ſentẽtia tranſiuit in rem iudicatam.Nota tamen Pan.in c.cauſam quæ.de reſcrip.& in c.cum ſit.de app . quod in facto notorio poteſt ferri ſententia contra abſentem non citatum, quando certum eſt abſenti nullam competere defenſionẽ:quia citatio fit vt ſe defendat:nec in huiuſmodi notorijs requiritur ordo iudiciarius. Hoc tamẽ Sum. Ang.dicit fallere in ſententia excõmunicationis , quæ ferri non poteſt contra abſentem.& allegat c ſacro.de ſenten.excom. Sed illud eſt in oppoſitum
6 potius : quia loquitur vbi requiritur probatio. ¶† Octauò, vtrum quis poſsit denuntiari excõmunicatus non citatus? Et dicit Pan.in c.peruenit.de app.quòd vbi exceſſus non eſt notorius,debet iudex illum prius vocare,& recipere eo præſente probationẽ ſuper facto: & poſtea conſtito de facto,declarare illum incidiſſe in ſententiam excõmunicationis. Et hoc probatur in c.cum ſecundũ.de hære.lib.vj. vbi patet quòd ſi allegatur,aliquem in iuris ſententiam incidiſſe:non debet iudex prius ad executionẽ procedere quàm declarat illum incidiſſe.Ab hac tamen declaratione appellari poterit,licet nõ liceat appellare à ſententia iuris:vt in c.quia.de appel.qa ſententia iudicis declarantis eſt ſententia hominis,& nõ iuris.Si tamen exceſſus eſt notorius,nõ oportet hãc ſolennitatem adhiberi:ſed illum ſine citatione denuntiare poteſt. ¶†Nonò,
7 vtrum prælati religioſorum poſsint ſubditos ab officijs deponere ſuſpendere,& huiuſmodi ipſis non citatis? Et dico iuxta notata per doct.& maximè Pan.in c.cũ ſpeciali. &.c.quia.de appel.&.c.qualiter & quando.el.ij.de accu.quod ſic, ſi ita habẽt eorum cõſuetudo vel regula:nec eſt in eis ſeruandus ordo iuris vſquequaque,id eſt ad vnguem. vnde ſecũdum Hen. de Ganda.in ſuò quolib.religioſis non licet appellare vel reſiſtere prelatis,quandiu procedunt ſecundum iura cõmunia aut conſtitutiones vel cõſuetudines ſuas:cùm non habeant authoritatem vel iuriſdictionem ,niſi quam dant eis prælati. Fede.conſi.cv.dicit qnòd valent conſuetudines,per quas ſine iuris ordine etiã ex leuibus cauſis religioſi ex ſuis locis & administrationibus amouẽtur.& allegat d.c . qualiter.& d.c.cũ ſpeciali.& de ſimo .c.ꝑ tuas. Addit tamẽ vnũ valde notabile quòd pœna expulſionis,priuationis ,& remotionis . quãdoque incipit à crimine:& tũc locũ habet qđ dictũ eſt,ſcilicet quòd ſine monitiõe poſsint amoueri:qñque verò à cõtumacia vel inobedientia:& tũc vt locus ſit pœnę,neceſſaria eſt monitio.

## De Ciuitate & Ciue.

1 *Ciuitas iuxta politicen,item & iuxta canones, quid ſit ? Et quid ſub ſe contineat?*
2 *Ciuitas,vel vniuerſitas,quomodo quid facere dicatur? Et num ciuitate deſtructa,eius priuilegia omnia perempta videantur?*
3 *Ciuitas num minoris iure ſubnixa videatur?*
4 *Ciuis quiſnam dicatur? Et num quis ciuis efficiatur in eo loco, vbi dignitatem conſecutus eſt?*
5 *Ciuem nũ efficiat,ſi quis dicat:volo te habere pro ciue:ſi modò ad id authoritatẽ habeat? Et quid ſi ſtatuto dicatur,quòd ſcholares tanquã ciues tractari debeãt: quid notet dictio tanquã?*

CIVITAS† Philoſophicè loquẽdo eſt cõmunitas perfecta, ſecundum San. Tho.j.ij.q.xc.ſecundũ canones verò ciuitas propriè eſt oppidũ quod habet epiſcopũ.diſt. lxxx.in illis.Et ciuitatis nomine aliquando cõprehendũtur ſuburbia ff.de ver.ſig.l.ij.& aliquãdo mille paſſus à muro ciuitatis. ff.e.l.mille.& ff.de pe.leg.l.nã qđ.liquidæ.§.ſi ita legetur.& qñ horti.ar.ff.de procu.l.pręſes. Pan.autẽ in c.Rodulphus.de reſcrip.dicit quòd in materia odioſa ſeu ſtricta nõ venit ciuitatis appellatione aliud q̃; quod eſt intra mœnia: niſi quando diſpoſitio concepta nomine ciuitatis eſſet inutilis, vel poſſit fieri fraus:quia tũc continentur ſuburbia & continẽtia ædificia.& ſic intellige Io.And.in c.ſi ciuitas.de ſen.excõmunic.lib. vj.Sed in materia larga ſeu indifferenti nomine ciuitatis venit ciuitas cũ ſuo territorio,vt eſt text.in l.vnica.§.& vrbẽ. de offi.pręfe.vrb.Similiter in materia larga nomine ciuium niunt etiã illi de comitatu,& de toto territorio:vt in l.qui ex vico.ff.ad municip.& in l.nõ dubito.ff.de capti.& in l.qui continentibus.ff.de verbo. ſignificatio.& per Barto.in l. prima. ff.ad municip . pro quo vide gloſſam in cap.j.de vſur.lib.vj. in materia autem ſtricta ſecus:licet contrarium videatur tenere Barto.in d.l.j.& l.mille.& l.nam quod liquidæ. & alias quæ volunt quòd mille paſſus à muro comprehendantur.intellige quando ſubiecta materia in hoc ſpeciali requirit. ¶†Primò verò quæritur,circa ciuitatẽ quomodo ciuitas vel vniuerſitas dicatur aliquid facere? Et dico quòd non dicitur aliquid facere,niſi id ſit collegialiter deliberatum, etiã ſi maior pars illud facit.Et ita dicit gloſſa in l.ſicut.ff.quod cu.vni. no.& ſequitur Bart.in l.aut facta.ff.de pœ.& facit quod no. in c.felicis.de pœ.lib.vj.& glo.in l.aliud.§.refertur. ff.de reg. iur.Ex quibus patet,cõmunem opinionem tenere ſecundum Pan.in c.ij.de po.præl.& Io.And.in d.c.felicis.quòd vniuerſitas tunc dicitur delinquere,quãdo prius aliquid fuit deliberatũ in ipſa vniuerſitate pulſata cãpana & alijs requiſitis ad congregationẽ. Vnde ſi omnes alicuius vniuerſitatis facerẽt delictum,nõ diceretur factũ ab vniuerſitate,ſed per ſingulos vniuerſitatis:etiã ſi facerẽt pulſare cãpanam,vt leuarent vexillum:quia iſtud eſt factum ſingulorum.facit quod no.in cap. cum omnes.de cõſti. Pan.in c.dilectus.el ij.de ſim. ¶Secũdò, vtrũ deſtructa ciuitate deſtruãtur omnia priuilegia eius? Et dicit Inn.in c.ij.de noui ope.nunti.quòd ſi eccleſia vel ciuitas aut alia loca,ſiue ſacra,ſiue ꝓphana authoritate ſuperioris ꝓpter eorum delictum deſtruãtur,de cætero non debet vocari clericus illius eccleſię vel municeps illius ciuitatis:& ille locus priuilegiũ perdit:vt de cõſ.di.j.placuit.xvj.q.vij.& hoc dicimus.ar.ff.quãdo di.le.vſuſ.ce.l.j.Si autẽ eccleſia deſtruatur ab hoſtibus aut per tyrannidẽ,vel vt reædificetur:retinet omnia priuilegia.facit vij.q.j.paſtoralis.& xix.q.iij.qui ſemel. & idem videtur ſi authoritate ſuperioris trãsferantur ad aliũ locum , vel alij vniatur:vt no.in c.j.ne ſede va.de rel.do.c.qa monaſteriũ. Et idem intelligitur in ciuitate alijs locis ꝓpha-
3 nis.arg.ff.de contra.emp.l.æde ſacra. ¶Tertiò , † vtrũ ciuitas cenſeatur iure minoris?Et dicit Ioan.in c.j.de reſtit.in integ.quòd ſic. Eſt tamen in integrum reſtitutione differentia inter minorẽ eccleſiam,rempublicam & ciuitatem: licet dicat lex quòd reſpublica fungitur vice minoris.C. qui.ex cau. ma.l.pe.& C.de iure reipub.l.rempublicã.C.de ſac.ſanct.eccle.l.ſi.Hodie enim pupillo & minori nõ currit vſucapio aut præſciptio x.vel xx.annorum in rebus quæ ſeruando ſeruari poſſunt,ſiue ſint mobiles , ſiue immobiles.C.de admin.tu.l. lex quæ tutores . vnde ſuper eis non eſt neceſſaria reſtitutio in integrũ:licet ante tempus huius legis curreret contra minorem,nõ contra pupillũ.ff.de acqui.re.do.l.bonæ fidei. Cõtra eccleſiam verò & rempublicam & ciuitatẽ currit vſucapio & pręſcriptio,& temporales & perpetuæ præſcriptiones: ſed datur ei reſtitutio ſicut minori:quia prædicti fingũtur eſſe in vltima inſtantia minoris ætatis.Præſcriptio autem xxx. vel xl.annorũ certum eſt quòd currit contra omnes prædictos:ſed datur eis reſtitutio ex verbis generalibus edicti, quæ ſunt:ſi quid cum minore geſtum erit . Pupillus ab his præſcriptionibus ſeruatur illæſus.C.de præſcrip.xxx.annorũ. l.ſicut.Quod autem ciuitati detur reſtitutio in integrum,nõ placet Inno.vbi ſuprà,arg.l.nihil.ff. ad maced.ſed Bart. in l. Reſpublica.C.ex quib.cau.ma.poſt la.But.tenet quòd ſic,ſaltem ex clauſula generali : qa ex quo regitur per adminiſtratores,habet iuſtã cauſam petẽdi reſtitutionẽ.quod etiã tenet Bal.ibi:& eſt opinio verior,licet gl . in d.l.teneat cõtrariũ. & facit l.ſed & hi qui.ff.de publi.vbi ciuitas dicitur Reſpublica. Et ſequit̃ hoc Io.And.in addi.ad Spec.tit.de in integ.reſti.vbi poſt multas opiniones reſidet in opinione Odof. tenentis ꝙ non ſolùm ciuitas,ſed etiam caſtrũ & villa poſſunt petere reſtitutionem in integrũ:cũ ibi ſint multæ perſonæ viduæ & pupilli. Quod licet Bar.poſt But.in d.l.reſpublica.nõ admittat niſi in caſtro & villa populoſa.Bal.tamẽ & Iaco. de Are. tenẽt etiã in villa nõ populoſa:ex quo regit̃ per alios,& ibi ſunt minores & mulieres.Et hãc opinionẽ Pan.in c.j.de reſti. in integ.dicit æquiorẽ.Et facit quod no.in l.rempublicã. C. de iure reipu.& in d.l.ſed & hi.vbi dicit̃ quòd quodlibet mu-
4 nicipium dicitur reſpublica.¶Quartò†quęritur,quis dicatur ciuis?Et dico quòd natus in ciuitate.l.ciues.ff.de app.vbi glo. ſed intellige natus ex parẽtibus ibi habẽtibus domiciliũ: aliter nõ eſt ciuis.quanuis ibi natus,ſecundum Pan.in c. Rodulphus.de reſcript.& idẽ dicit Bart.in l.filios.C. de mu.& orig. ¶Quintò,vtrũ efficiatur quis ciuis in loco, vbi conſequitur dignitatem?Et dicit Bart.in l.j.ff.ad muni.quòd ſic:& facit l. municipes.§.miles.ff.eo.& quod no.doct.in c.quia in tãtum. de præben.vbi concludunt quòd clericus ſortitur domiciliũ vbi eſt beneficiatus,ſi reſidere ibi tenet̃:aliàs nõ:ſicut hi quibus diſpenſatum eſt ſuper pluralitate beneficiorum ¶Sextò,
5 †vtrum dicens,volo te habere pro ciue,efficiat ciuẽ,ſi habet authoritatem?Et dico ꝙ ſic .vnde ſtatutũ quod dicit, talis habeatur pro ciue,facit ciuem: argum.optimũ in cap.ex parte. de ſpõſa.& quod no.Bar.in l.ſi maritus.ff.de adul.& l.ſi is qui. ff.de vſuc.Et ratio eſt ſecundum Pan.in d.c.ex parte.quia vbi actus dependet à mera voluntate loquẽtis, paria ſunt dicere quòd vult talem habere pro vxore vel ciue,ſicut dicere,te duco in vxorẽ,vel facio ciuẽ.Et ſic ſi ſtatutum dicit ꝙ ſcholares tanquã ciues debeant tractari,ex hoc creati ſunt ciues ratiõe prædicta,vnde dictio tanquã,ponit veritatẽ , non ſimilitudinem.quod verum eſt,vbi verba & ſubiecta materia patiũtur.

CLANDESTINVM,infrà Matrimonium ij.§.xiiij.

## De Clauibus.

1 *Clauis materialis & clauis ſpiritualis quid ſint? Et item quotuplex ſit,quæ ſpiritualis eſt?*
2 *Clauis eccleſiæ vnáne ſit,an plures ? Et ibidem quòd ſcientia clauis non dicatur,ſed poteſtas actum ſcientiæ exercendi in iudicio pœnitentiario & confeſſionis.*
3 *Clauium vſus ad quid præcipuè conferat? Et quòd huiuſmodi clauis tripliciter claudat.*
4 *Sacerdos per claues qualiter ſoluere , aut ligare dicatur ? Et quid per claues operetur?*
5 *Claues & earundem vſum quis habere dicatur?*
6 *Sacerdos num claue vti poſsit pro animi voto, ligando ſcilicet atque abſoluendo?*

CLAVIS† materialis,eſt inſtrumentũ,per quod quis po- 1
teſt oſtium clauſum reſerare,& reſeratum claudere: & hãc qui tradit,puta horrei,videtur omnia quæ in eo ſunt tradidiſſe,ſecundum Inno.de fide inſtru.ca.ij.& ea data videtur data poſſeſsio omnium,quæ ſub ea ſunt, de cõſue.ex literis. Spiritualiter autẽ & tranſſumptiuè,inde dicitur clauis eccleſiæ:cuius diffinitionem videtur Sum.Ang.inducere de mẽte Richardi, quaſi ſit poteſtas ſupra naturalẽ facultatẽ,quæ eſt aliquorum actuum ſupernaturalium principium.Sed hæc diffinitio non cõgruit:quia cõuenit omnibus characteribus ordinum.ideo aliter diffinitur in iij.Senten.diſt.xviij.ſecũdum communem doctrinam Theologorum,& ſecundũ glo.Hiero.Matth.xvj.quòd clauis eccleſiæ eſt poteſtas ligandi atq; ſoluẽdi,quia iudex eccleſiaſticus dignos recipere & indignos excludere debet à regno.Et addit Petr.quòd poteſtas iſta ex duobus integratur,ſcilicet ex poteſtate ordinis,quæ eſt eſſentialis ei:& ex poteſtate iuriſdictiõis.Iuriſdictio enim dat materiam:& hæc eſt accidentialis.Pro quo etiam ſcito quòd triplex eſt clauis.Prima eſt authoritatis,quã ſolus Deus habet, qui ſolus authoritatiuè aperit cœlum,relaxãdo peccata.Secunda,excellentiæ,quam habet ſolus Chriſtus inquantũ homo,qui ſolus ſua paſsione cœlum aperuit,tollẽs impedimentum naturæ.Tertia,eſt miniſterialis, quã habet ſolus ſacerdos,qui ſolus miniſterialiter & diſpoſitiuè peccatum remittit,& gratiam tribuit .Et hæc tertia eſt duplex ſcilicet clauis iuriſdictionis & ordinis:quę fortè ſunt diſtinctę realiter ſecundum Petr.de Palu.quia licet clauis iuriſdictionis non ſit realis nec indelebilis:ſecus de claue ordinis , & ſecundam habet omnis ſacerdos,non autem primam , ſed ſolùm qui habet ſubditum.Et clauis ordinis adhuc eſt duplex,ſcilicet ſcientię & potentię.& de hoc in §.ſequenti . ¶Primò † verò
queritur , an clauis eccleſię ſit vna tantum vel plures?Et 2
dicit Sanctus Thomas in iiij.quòd eſſentialiter ſunt vna,ſed ratione plures diſtinctę,ſcilicet in ordine ad diuerſos actus. Nam dictus iudex ad dictum officium indiget iudicio diſcretionis , quo idoneitatem iudicet: & ipſo actu receptionis ad regnum , ad quorum vtrunque quædam requiritur authoritas vel poteſtas:& ſecundum hoc duę ſunt claues eccleſię:quarum vna pertinet ad iudicium eius qui eſt abſol-

uendus,reliqua ad ipſam abſolutionem.Quæ quidẽ duæ in
eſſentia authoritatis non diſtinguũtur:quia vtraque illorum
iudicio competit ex officio:ſed ex comparatiõe illorũ actuũ
quorũ vnus alium præſupponit: quia clauis quæ eſt poteſtas
ſoluendi immediatè aperit:quæ verò eſt ſcientia diſcernẽdi,
oſtendit cui ſit aperiendũ.Nec tamen ſcientia dicitur clauis:
ſed poteſtas exercẽdi actum ſcientiæ in iudicio confeſsionis.
Intendit autem S.Tho.quòd hæ claues ſint vna,id eſt chara-
cter ſacerdotalis.& idem ſentit Richardus & alij,dicentes ꝙ
ſunt vna in radice,ſed effectu plures.Sco.tamen tenuit cõtra
rium,cuius rationes,quæ cõtra communem doctrinam ſunt,
3 Capr.in diſt.xix.quarti,oſtendit eſſe friuolas.¶ Secundò † ad
quid ſit principaliter harum clauium vſus?Et dicit Pet.ꝙ eſt
ad claudendum,& aperiendum,ſicut & vſus clauis materia-
lis,ſed differenter:quia vſus clauis materialis principaliter
eſt ad claudendum,& ad aperiendum ex conſequẽti,vſus ve-
rò ſpiritualis principaliter eſt ad aperiendum,& ad clauden-
dum ex conſequẽti.Claudit autem,inquit,tripliciter.Primò,
quo ad culpã,non abſoluendo ab ea.Secundò, quo ad pœnã
ſenſus temporalem,ligãdo ad illam. Tertiò quo ad pœnam
damni per ſententiã excõmunicationis,& alias cenſuras:ſed
4 hoc eſt iuriſdictiõis.vide §.ſequẽti.¶ Tertiò † quæritur, qua-
liter ſacerdos per claues dicitur ſoluere aut ligare? Et dico
quãtum ex S.Tho.& alijs Theologis colligo, ꝙ ſoluit, Pri-
mò, oſtendendo ſolutũ.Secundò,de attrito faciẽdo cõtritũ,
ſi non ponatur obex in abſolutione.Tertiò,ſoluit abſoluen-
do à culpa.Quartò,remittendo pœnam æternam,& cõmu-
tando eam in temporalem purgatoriam.Quintò,minuendo
pœnã tẽporalem,vel aliquando totaliter abolẽdo.Vnde di-
cit Ray.ꝙ ſoluit,dum de pœnitentia ſibi debita dimittit.Vn
de & Pan.dicit in c.ſicut dignum.de homi.quòd poteſt diſpẽ
ſando aliquãtulũ minuere de pœna debita,vt eſt pulcher tex.
Aug.de pœ.di.j.quẽ pœnitet.Ligat verò primò,oſtẽdẽdo li-
gatũ.Secũdò ligat nõ faciẽdo de attrito cõtritũ ꝓpter pecca
toris indiſpoſitionem:ſicut etiã Deus indurat dum gratiam
nõ largitur.Tertiò,non abſoluendo à culpa,eadem ratione.
Quartò,non remittendo pœnã æternam.Quintò,obligãdo
ad pœnam temporalem.Et illis modis quibus ſoluit,dicitur
aperire: claudere verò his quibus ligat. ¶ Quartò quęritur,
quid ſacerdos per claues operetur?Et dico ſecundũ S.Tho.&
alios Theologos:Primò ꝙ remittit culpã,nõ principaliter,
ſed inſtrumentaliter,vel miniſterialiter:nec perfectiuè , ſed
diſpoſitiuè, inquantũ ſcilicet de attrito facit contritũ, quorũ
differentiam vide ĩ.Cõtritio.in prin.Secũdò, gratiã infundit
eodẽ modo,ſcilicet inſtrumentaliter & diſpoſitiuè tantũ:nõ
quia faciat gratiã:ſicut homo dicitur diſpoſitiuè dare animã
filio ſuo quam tamẽ ſolus Deus creat.Tertiò, auget gratiã
ei qui prius illam habebat.Quartò,remittit pœnã eo modo
quo in §.priore dictũ eſt.¶ Quintò,† quis habeat claues ? Et
5 dico quòd omnes & ſoli ſacerdotes,ſecundũ S.Tho.& alios:
qa eis ſolis data eſt dicta poteſtas à domino:vbi ait, Quorũ
remiſeritis &c.Io.xx.Nec ob.quòd ſoli Petro dictũ eſt, Tibi
dabo claues regni cælorũ.Matth.xvj.quia illud fecit, ſecũdũ
eũdem ad oſtendendũ vnitatẽ eccleſiæ: vt omnes à Petro &
eius ſucceſſoribus acciperent originẽ ſuæ poteſtatis,xxiiij.q.
j.quicunq;.&.c.loquitur.¶ Sextò quęritur, quis habeat vſum
clauiũ?Et dicit S.Tho.ꝙ ſacerdotes nõ habentes iuriſdictio
nẽ ſuper ſubditos,quantũ ad hoc nõ habent vſum clauium:
quia iuriſdictio materiã miniſtrat.Vnde ſacerdos malus,quã
uis ſit gratia priuatus,nõ tamen eſt priuatus vſu clauium, in
quo nõ eſt agẽs principale,ſed inſtrumẽtale tantũ:niſi ſit ab
eccleſia ꝑciſus:ſchiſmatici verò,heretici, & generaliter excõ-
municati,licet habeant quidẽ vſum in ſe quantũ ad eſſentiã,
tamẽ ille impedit ex defectu materiæ:quia talibus eccleſia
ſubtrahit materiã,id eſt ſubditos,vel ſimpliciter,vel ad tẽpus
vnde quãtũ ad hoc priuati ſunt vſu clauiũ.¶ Septimò,† vtrũ
ſacerdoti liceat vti claue,ligãdo & ſoluẽdo pro ſua voluntate?
Et dico ſecũdũ S.Tho.& alios Theologos, ꝙ nõ:quia ſicut
miniſter & inſtrumẽtum nõ habet efficaciã in agẽdo,niſi ſe-
cũdũ qđ mouetur à principali agẽte:ſic ſacerdos cũ operet
per iſtas claues inſtruitur: ſi eis vtitur arbitrio ꝓprio dimiſſa
rectitudine diuinæ motionis,peccat,& effectũ nõ conſequit
ſicut dicit Dio.in ſi.eccleſiaſticę hiera.Et ſubdit notabiliter
S. Tho.in iiij.diſt.xviij.q.j.ar.vlt.q.vl.& qa pœnæ ſatisfacto-
riæ infligẽdę vt medicinę ſunt:ſicut medicinæ in arte deter-
minatę nõ cõpetũt omnibus,ſed variãdę ſunt medicãtis arbi
trio ſequẽtis ſciẽtiã medicinæ,nõ propriã voluntatẽ:ita pœ-
nę ſatisfactoriæ determinatę in canone nõ cõpetunt oibus:
ſed variãtur arbitrio ſacerdotis diuino inſtinctu regulato:vñ
nõ ſemper totã pœnã vni peccato debitã iniungit:ne deſpe-
ret infirmus,& à pœnitẽtia recedat:ſicut nec ſemꝑ medicus
prudẽs dat ita efficacẽ medicinã,quę ad morbi curationem
ſufficiat,ne ꝓpter debilitatẽ naturę maius periculũ oriatur.

## De Clauſula generali.

1 *Clauſula generalis ſequens iuxta præcedentes ſpecies expreſ-
ſas intelligenda eſt.*
2 *Clauſula generalis,quando dicatur, remiſsiuè. Et ibidem duo
de clauſula generali ex Panor.dicta.*

CLAVSVLA † generalis ſequens, intelligitur ſecundũ
ſpecies præcedentes expreſſas.de capel.mo.dilectus fi-
lius.ſecundũ Inn.& facit cle.nõ poteſt.de procu. & l.fi. §.cui
dulcia.ff.de vino,tri.& oleo leg.† Quãdo autẽ dicatur gene
ralis,elice ĩ.Reſcriptũ.§.j.in prin.Et vt patet in c.ſedes.de re
ſcr.eſt vt enumeratis aliquibus perſonis dicẽdo,& quidã alij:
& ſimiliter enumeratis quibuſdã negotijs dicendo,& quędã
alia.Et circa hoc Pan.in d.c.ſedes dicit duo:Primũ eſt in ſum
mario tale:Per generalem clauſulam quidã alij,& quædam
aliæ,nõ includũtur perſonę,nec res maiores expreſsis,ſed pa
res,vel minores.Secũdũ.Hæc diſpoſitio,quę locũ habet ſpe-
cialiter in reſcriptis,ꝓpter odiũ reſcriptorũ, ſecundũ Io.An.
in cle.nõ pôt.de proc.non habet locũ in procurationibus &
alijs cõtractibus.Vnde ſi conſtituo procuratorem expreſſe
vno negotio,ſubiecta clauſula generali ſub ea cõprehẽdun
tur etiã maiora expreſsis.quod verũ eſt,ſi illud expreſſum
nõ requirebat ſpeciale mãdatũ:quia materia eſt fauorabilis.
Secus ſi exprimatur vnũ requirens ſpeciale mandatũ.Et hæc
eſt mens glo.in cle.nõ poteſt.de proc.quia tunc materia eſt
odioſa.Vide etiam ſuprà Caſus fortuitus.§.iiij.& ĩ.Generale.

## De Clerico primò quantum ad nomen & priuilegia eius.

1 *Clericus vnde dicatur? Et clericorum appellatione ſiue in odio,
ſiue in fauore, qui contineantur?*
2 *Monachorũ appellatiõe,num veniãt clerici ſeculares? & an ap
pellatione monaſteriorũ eccleſiæ quoq; ſeculares intelligantur?*
3 *Populi appellatione,an contineãtur clerici, ſiue clerus ipſe? Et
num laicorum appellatione clerici coniugati cõprehendantur?*
4 *Illegitimus diſpenſatus vt clericus fieri queat, an ita intelligen
dus ſit,vt ad minores duntaxat promoueri poſsit?*
5 *Priuilegia clerico conceſſa, ſiue clericali ordini quænam ſint?
Et ſub hæc quòd quatuordecim cõpetant,de quibus ſeriatim?*
6 *Priuilegijs, de quibus ſupra num gaudeat clericus cõiugatus?
Et quid ſi cum virgine contraxit quibus priuilegijs gaudeat?
Et quid ſi ſit conſuetudo vt in alijs quoque quàm hic enumera
tis gaudeat:num huiuſmodi conſuetudo per cap.vnicum.de
cleric.coniug.ſit ſublata?*

Cle



7 *Clericus num conſuetudinibus & ſtatutis laicorũ in ſuum com-
modum vti poſsit?*

1 CLERICVS † dicitur à κλῆρος Græcè, quòd Latinè
ſors dicitur,vel hereditas:quia de ſorte domini eſt.diſt.
xxj.cleros.& ſecundum Pan.in Rub. de vita & hon.clericor.
largo vocabulo appellatione clericorũ veniunt omnes ordi-
nes habẽtes,in quacunq; dignitate ſint,aut ordine,etiã in pri
ma tonſura.de æta.& qualit.cap.cũ contingat.ex quo ad ſer-
uitium Dei electi ſunt. Vnde omnes qui non ſunt laici, di-
cuntur clerici.xij.quęſt.j.cap.duo ſunt.facit dictũ cap.cleros.
in princ.& de prębẽ.cum ſecundũ.& in rubric.prędicta iun-
cto nigro. Vnde in materia fauorabili clericorũ nomine ve-
niunt epiſcopi,& etiã religioſi.Sed in materia odioſa & ſigni-
ficatione ſtricta, appellatione clericorũ nõ comprehendun-
tur epiſcopi,nec alij in dignitate conſtituti, nec etiam cano-
nici eccleſiarum cathedralium,nec monachi,ſeu religioſi.fa-
cit cap.quàm periculoſum.de ſentẽ.excom.lib.vj.& cap.fidei
feruorem.de hęre.libro vj.& cap.ſtatutũ.de elect.libro vj.&
gloſ.in clem.j.de ſup.ne.pręl.Et ratio eſt,quia in iſtis eſt qua-
litas ſuper alios,quę in clericis ſimplicibus nõ reperitur.Fa-
ciunt etiam ad hoc dicta Ioan.And.in dicto cap.ſtatutum. di
centis quòd in nomine eccleſiarum parochialium nõ veniũt
parochiales collegiatę,in materia ſtricta:quia habent quali-
tatem collegij ſupra caſum : ſed in materia non odioſa ſic.
Facit etiam quod not.idem Panorm.in cap.j.de inſtit.dicens
in materia fauorabili nomine eccleſię venire monaſteria,ſed
non in ſtricta.Infertur etiam,ſecundum Pan.vbi ſuprà,quòd
priuilegium attributũ clericis ſimpliciter, conceditur etiam
epiſcopis & religioſis: quia materia eſt fauorabilis. ¶ Primò
2 † verò quęritur vtrum ecõuerſo appellatione monachorum
veniant clerici ſeculares:& appellatione monaſteriorũ, ſecu
lares eccleſię?Et dicit Panor.in cap.j.de inſtit.quòd non,ſiue
materia ſit larga,ſiue ſtricta.xvj.quæſt.j placuit. Facit quod
not.Bartol.in l.j.ff.ad municip.dicens,nomine ciuium venire
comitadinos.l.qui ex vico.ff.ad munic.& nõ econtrario.facit
c.Rodulphus.&.c.ſignificante.& quod ibi not.de reſcript. Et
ita refert ac ſequitur Summa Ang.& male:primò quia dictũ
Bart.facit ad contrariũ:cùm ciues monachis tanquã dignio-
res dignioribus reſpondeant, & comitadini clericis ſeculari-
bus.& ſecundò,quia illud dictum eſt falſum,vt patet per no-
tata à Panor.in c.Rodulphus.vbi vult quòd in materia ſtri-
cta nomine ciuitatis & ciuiũ nõ veniunt diœceſis & comita-
dini,neq; econuerſo:ſed in materia larga vel ſaltem indiffe-
renti nomine illorũ veniũt iſta,& ecõtra.Vide ibi.¶ Secũdò,
3 † vtrum appellatione populi veniant clerici ſiue clerus ? Et
dicit Panorm.in cap.j.de vita & hon.cler.quòd non in mate-
ria odioſa:nec econtrario.facit cap.ſi ſententia.de ſenten.ex-
communic.libro vj.cum gloſſ.Et ſic limita textum Inſtitut.
de iure natur.gen.& ci.in §.plebiſcitum.dicentẽ quòd appel-
latione populi vniuerſi ciues ſignificantur, cõnumeratis etiã
patricijs & ſenatoribus:vt ſcilicet intelligatur de his,qui ſunt
eiuſdem profeſsionis.ſecus in alijs,vt probat dictus text.in d.
cap.ſi ſententia.cum ſua glo. In materia autẽ priuilegiatiua
dici poteſt quòd comprehendantur.& facit c.dilecti.cum ſua
materia.de fo.com.& quod not.Bart.in d.l.j.& quod notatur
in d.c.Rodulphus.nõ tamen intelligas econuerſo.arg.ſuprà,
§. ¶ Tertiò,vtrum appellatione laicorũ veniant clerici con-
iugati?Et dicit Ioan.And.in c.Ioannes.de cleric. cõiug.quòd
non,in materia odioſa.Vnde ſi ſtatutum epiſcopi certo caſu
excommunicat laicum, ſecũdum eum non comprehendun-
tur clerici cõiugati:cùm materia ſit odioſa:& illi nõ ſint lai-
ci puri,ſed quędã ſpecies miſta.& hoc ſequitur Pan.in c.j.de
4 præben.¶ Quartò, † vtrum ſi diſpenſetur cum illegitimo vt
poſsit fieri clericus, debeat intelligi vt promoueri poſsit ſo-
lùm ad minores?Et dicit gl. in cap.literas.de fi.presby.quòd
ſic,cùm ſit materia odioſa.& Panor in c. ſi quiſquã.de coh.
cler.& mul.dicit quòd permiſsio in genere, mediocritatẽ re-
ſpicit.l.vlt.§.j.C.com.de leg.ff.de leg.j.l.legato generaliter.
cum alijs concordantijs in gloſſ.d.c.literas. Ex quo conclu-
ditur cum prędictis, quòd ſolùm ad minores poterit promo
ueri:quia ordines minores ſunt medij inter primã tonſuram
& ordines ſacros.Item dicunt Ber.Hoſt.& Gofr.quòd quãdo
cùm aliquo diſpenſatur vt ad beneficia eccleſiaſtica promo-
ueatur:ſolùm intelligitur de beneficijs,quę nõ ſunt dignita-
tes aut prælationes.Prędicta tamen limita vt infrà Diſpẽſa-
tio.§.v.¶ Quintò † quęritur,quæ ſunt priuilegia cõceſſa cle 5
rico ſiue ordini clericali? Et loquẽdo in genere dicit Panor.
in c.epiſcopus.de prębẽ. quòd omnia priuilegia militum con-
gruentia clericis habent clerici:& de his habes in gl.l.j. ff.ex
quib.cauſ.ma.Et ratio eſt:quia ſicut illi Imperatoris, ita iſti
Dei milites ſunt.& facit cap.j. cum gloſſ.de cleric.ęgro. tex.
cum gloſſ.in cap.Chriſtianis.ij.q.j.& ſimiliter gloſſ.in c.mili
tare.xx.quęſt.j.& j.quęſt.iij.ſaluator.Et meritò dictũ eſt, cõ-
uenientia clericis:quia militi nõ imputatur ignorantia iuris,
cùm habeat armis vacare.l.j.& qđ ibi notatur. C.de iuris &
fa.ignor.non ſic autem clerico:cùm habeat vacare ſciẽtię: vt
dicetur infrà Clericus,ſecundo:& ſic de cęteris.Vnde non po
teſt conueniri pro debito vltra quàm facere poteſt:nec tene-
tur cedere bonis.l.miles.ff.de re iudic.niſi ſit ex delicto con-
tractũ,vt ſuprà Cedere bonis.Specialiter tamẽ Bern.enume-
rat quatuordecim priuilegia clerici,quę recitat Car.in cle.j.
de vita & hone.cler.¶ Primum,quòd non conuenitur coram *1. Priuile. cleri.*
iudice ſeculari.de foro compe.ſi diligenti.¶ Secundum,quòd
eum verberãs eſt excommunicatus.xvij.q.iiij.ſi quis. ¶ Ter-
tium,quòd nõ tenetur præſtare munera ſeu onera perſona-
lia vel realia.de immunit.eccleſ.nõ minus.Vide infrà Immu
nitas.j.§.v.¶ Quartum, quia poteſt vendicare rem cõceſſam
eccleſię ante traditionem.l.fin.C.de ſacroſanc.eccleſ.&.c.ex
literis.de conſuetud.¶ Quintum,quia eodem priuilegio gau
det familia eius.xj.quęſt.j.clericum.el j.xxij.diſt.eos & vtrò-
biq; in gloſſ. Sed intellige quo ad forũ:quia ſcilicet eſt eiuſ-
dem fori:vt patet in dictis gloſſ. ¶ Sextum,quia facientes ſta-
tuta contra clericos ſunt excommunicati.de immuni. eccle.
eos qui.lib.vj. ¶ Septimum,quia ſolũ clerici poſſunt obtinere
beneficium eccleſiaſticũ.de trãſactio.ex literis. ¶ Octauum,
quia per literas cõtra laicum impetratas cum clauſula gene
rali,conueniri non poſſunt:vt in cap.ſedes.de reſcrip.in gloſ.
¶ Nonum,quia non tenentur ſportulas dare.de vita & hone.
cler.c.cum ab omni.¶ Decimum,quia acquiſita etiã ſub pa-
tris poteſtate diſponunt vt volunt.authen.presbyteros.C.de
epiſc.& cler.¶ Vndecimum,quia pro rebus ſuis recuperandis
agere poſſunt ſine conſenſu patris,vt notat Archid.in cap.ſi.
de iudic.lib. vj.¶ Duodecimum, quia pro neceſsitate diſtrahi
nõ poſſent à patre.l.ij. C.de pa.qui fil.di. ¶ Decimumtertiũ,
quia ſeruus ſciente domino clericatus à ſeruitute & poteſta-
te dominica liberatur diſtinctio.liiij. ſi ſeruus.¶ Decimum-
quartum,quia poſſunt facere collegium.arg.cap.fin.de reli.
domi.vbi ſolũ noua religio prohibetur. quod laicis nõ licet:
niſi vt infrà Collegium.De multis autem alijs priuilegijs in-
frà Immunitas. ¶ Sextò , † vtrum prędictis priuilegijs gau- 6
deat clericus coniugatus?Et dico quòd non,licet ſi contraxit
cum virgine, & defert tonſuram, & veſtes clericales, ſolùm
gaudeat duobus, ſcilicet priuilegio canonis, ſi quis ſuaden-
te.& quòd pro crimine non poſsit ad iudicium trahi ſecula-
re,aut à ſeculari iudice prætextu cuiuſcunq; exceptus puniri
pecuniariter vel ꝑſonaliter,criminaliter aut ciuiliter.de cler.

coniug.cap.vnico. lib.vj.in alijs autem non retinet.Et ſi non defert tonſuram & veſtes,in nullo retinet.Sed circa iſtā materiam not.quòd iſte cōdemnari non poteſt à iudice ſeculari in cauſa criminali criminaliter,id eſt,agendo ad pœnam corporalem:nec ciuiliter, id eſt,agendo ad pœnā pecuniariam eo modo quo dictum eſt ſuprà in verbo, Cauſa: ſed in cauſa merè ciuili conueniri poteſt à iudice laico,ſecūdum Io.Andr. in d.c.vnico.vbi eum ſequuntur Ioan.Calde.&Gemin.nō tamen ab eo detrudi poteſt in carcerem ꝓ debito pecuniario, eo caſu quo gaudent iſti priuilegijs,ſecundum Gemin.ibi,& Lap.etiā ſi ſit caſus quo laici poſsint licitè detineri: quia iſte tex.ei reſeruat priuilegium canonis, eo modo quo prius habebant prima iura,cùm in nullo diminuatur: ꝑ quæ iura detineri non poterat ſine pœna excōmunicationis. de fo.com. c.ij.Si autem iſte iudex talem clericum nō diſtringat pro crimine,ſed condemnet tantum, nō incurrit excommunicationem,ſecundum Lap.& Gemi.quia ex ſola pronūtiatione ſententiæ nō incurrit quis excommunicationē. ¶Septimò quæritur,quid ſi ſit cōſuetudo particularis in loco,quòd gaudeat etiam in alijs:an ſit ſublata per iſtū textum? Et dicit Ioannes Mon.quòd non:quia iſte text.non tollit contrariam conſuetudinem.& conſequenter ſtabit per c.primum.de conſtit.lib. vj.Io.autem Andr.tenet contrarium,ſed Gemin.concordat: quia ſi conſtat vtentes hac immunitate intendiſſe inducere conſuetudinem nouam ſeparatam à diſpoſitione iuris communis:ſic illa cōſuetudo hodie valet. Si autem conſtat quòd non faciunt eo animo,ſed volunt ſeruare legem antiquā:tūc non valet:quia ex quo papa vult illam legem tollere,tollit omnem obſeruantiā legis hactenus vſitatę.Si autē eſt dubiū quo animo fiat:nō pręſumitur quòd voluerit nouam conſuetudinem inducere contra obſeruantiā legis,ſed tantū ex moribus vtentiū illam legem approbare:& ſic nō ſtabit.¶Octa-
7 uò,† vtrum clericus vti poſsit ſtatutis & conſuetudinibus laicorum ad commodum ſuum? Et dicit Panorm.in cap. fin.de vita & hone.cle. quòd ſic.& facit tex.in cap.ad noſtrā. de conſuet.attamen nō ligant in eius præiudicium.vide gl.in cap.j. ne ſe.va.& infrà Lex.§.xv.Quomodo autem perdatur priuilegium clericale,vide ſuprà Apoſtaſia. §.viij.& infrà Clericus.iij.§.iij.& ſequentibus.

## Rurſus de clerico.ij.qualem & qualiter ſe debeat habere.

1 *Clericus qualis eſſe,& qualiter ſe gerere debeat? vſq; ad nu.3.*
2 *Clericus in habitu agēdo aduerſus ea,quæ hic tradūtur,quādo mortaliter peccet?*
3 *Sacramenta ab ordinario in mortali peccato exiſtente,num quis licitè recipiat?*
4 *Clericus fornicator, num ita ſit ſuſpenſus, vt ob id in diuinis deuitari debeat? Et an oporteat à diuinis & ſacramentis eorum abſtinere,qui crimini obnoxij ſunt.*
5 *Peccatum notorium, an omnem præciſionem,ſeu ſuſpenſionem à canone,ſicuti fornicatio ipſa inducat.*
6 *Conſtitutio pœnalis etiam quo ad pœnam,num ad caſum ſimilem ex identitate rationis, ſi ratio in ea conſtitutione eſt expreſſa,extendatur.*
7 *Abſtinere à celebrando propter admiſſum carnis delictum,ad tempus etiam poſt confeſsionem quis debet.*
8 *Sacramenta à notoriè inuido, vel ſuperbo clerico, vbi alterius copia non ſuppetit,accipere licet.*
9 *Clericus fornicator ſuſpēſusne ſit,an verò irregularis celebrando efficiatur, aut quiuis aliàs peccator,remittit.*

1 CLERICVS ſecundò† qualiter & qualem ſe debeat habere? Dico quòd habere debet multas virtutes: vt xl. diſtin.per totum.& alia quęcunq; bonus Chriſtianus debet habere:ſpecialiter autē quædā propria.¶Primò enim debet eſſe literatus:vt patet diſt.xxxvj. xxxvij.& xxxviij. ꝑ totū.& xvj.q.j.ſic viue.& illiteratus omnino nō eſt ordinādus,ſecundum Inn.in c.cū in cunctis.de elect.poterit tñ ꝓmoueri parum ſciēs,ſi eſt ſpes ꝙ poſsit ꝓficere:nō aliàs,niſi ſint monachi:quia contēplatione magis indigēt quàm ſciētia. & facit qđ legit̃ xvj.q.j.vbi dicit Ioā.ꝙ ſufficit monacho ſi ſit bonus, licet ſit illiteratus.Si autē quęrit̃ circa hoc quę ſciētia ſit neceſſaria.dicit Inn.vbi ſ.ꝙ eſt requirēda ſecundū dignitatem, locū,& ordinē,ad quē aſſumit̃:vt in c.eccleſia veſtra.de elec. ſicut ad epiſcopatū ſciētia noui & veteris teſtamēti,cùm epī ſit iudex animarū:& ſciētia iuris,cùm debeat dicere ius. xj.q. j.de pſona.ad pſbyteratū aūt ſufficit ſcire canones cōmunes pœnitētiales & cætera,de qbus diſt.xxxviij.q̄ ipſis. cātor verò debet ſcire cantū:& ſic de omnibus ordinibus.De ſcientia tñ cōfeſſorū,j̃.Cōfeſsio iiij.Qui aūt ſuſcipit aliqđ officiū vel aliquā dignitatē,ad quam nō habet ſcientiā ſufficientē: dicit quòd peccat,& ſimiliter dans.Sed intellige niſi diſpēſetur ex cauſa rationabili:puta ꝓpter aliā idoneitatē: puta magnitudinē charitatis,q̄ ſupplet imperfectū ſcientię, de renū.c.niſi. maximè vbi ꝑ vicariū eruditū ſuppleri pōt.nō autē ꝓpter nobilitatē:quia eo caſu ſi nō habet idoneū vicariū,nō ſatisfacit: ſi habet,illa debet habere beneficiū,quia magis idoneus.¶Secūdò,debet eſſe hoſpitalis,xxiiij.diſt.per totū.ſed de hoc vide j̃.Clericus.iiij.§.xix.¶Tertiò,debet eſſe ornatus interiori ornamēto, ſcilicet virtutū, maximè ſacerdotes & p̄lati.xl.diſt. multi.& ſimiliter ornamēto exteriori,qđ cōſiſtit in quatuor, ſcilicet in cibo.de quo j̃.§.v.& in potu.de quo vide j̃.Ebrietas. §.j.& ĩ inceſſu,ſcilicet moderato & nō curſiuo,vt mētis prętendat maturitatē.xl.diſt.§.vlt.ſub quo etiā cōprehēditur vt oculos & linguā moderet̃ ſub frēno caſtitatis.vj.q.j.ex merito & vltimo in habitu.de vi.& ho.cler.clerici officia.vbi dicitur ſic:Clerici coronā & tōſurā habeāt cōgruentē:indumenta clauſa deſuper deferāt nimia breuitate vel lōgitudine nō notāda:pannis viridibus & rubeis nō vtātur: nec manicis aut ſotularibus cōſutitijs,frænis,ſellis,pectoralib9 deauratis,aut aliā ſuperfluitatem gerētibus vtātur;aut cappis manicatis in diuino officio:ſed nec alibi qui ſunt in ſacerdotio & pſonatibus cōſtituti:niſi iuſta cauſa timoris exigat habitū transformari:fibulas omnino nō ferāt,neq; corrigias auri vel argenti habētes ornamēta:nec annulis,niſi quibus cōpetit ex officio: nec pallijs diffibulatis in publico. Quod quidē capitulum in omnibus loquit̃ pręceptiuè,ſecundū Pet.ſed verius in aliquibus tantū,ſecundū Inn.& Pan.ibi in cle.etiā,qm̄.de vit.&ho. cler.ſic ſentētialiter dicit̃:Quicūq; clericus virgata vel partita veſte,id eſt,diuerſorū colorū vtitur ſine cauſa rationabili: ſi eſt beneficiatus,ſuſpēſus eſt à fructuū ꝑceptione ꝑ ſex mēſes:ſi non eſt beneficiatus,& eſt in ſacris circa ſacerdotiū,per idē tēpus eſt inhabilis ad beneficiū obtinendū. Et idē eſt de alijs clericis,ſi talē veſtē ſimul & tonſurā publicè deferāt clericalē.Si autē habet dignitatē vel perſonatū vel beneficium cum cura,vel eſt ſacerdos vel religioſus, eſt ſuſpēſus ꝑ annū à perceptione fructus beneficij habiti,& per idē tēpus eſt inhabilis ad obtinendum,quodcūq; beneficium eccleſiaſticum & idem eſt ſi iſti publicè portent in capite infulā ſeu pileum lineum:vel ſecundum gl.etiā ſericū à fortiori.per hunc autē pileū Matth. intelligit birretū & ſimiliter Card.ſi tamē ſub caputio portetur,nō eſt locus pœnæ ſecundum Doct. vtētes etiam epitogio ſeu tabardo foderato vſq; oram,& ita breui, quòd veſtis inferior notabiliter videat̃: tenētur intra mēſem dare pauperibus, ſi ſunt clerici vel religioſi adminiſtrationē habētes:nō habētes verò tenētur illud intra idem tēpus ſuis ſup



ſuperioribus reſignare,in pios vſos conuertendum: alioquin beneficiati ſuſpenſionis, cæteri verò inhabilitatis pœnas per idem tempus incurrūt.hæc omnia ibi.Dicitur etiam xlj.di. §.j. quòd ſacerdos ſe non debet ornare fulgidis nec ſordidis veſtibus:ex quo vidētur quidam moueri,vt patet in Sū.Cōf. lib.ij.tit.vij.q.j.vt dicant clerico non licere veſtem ex ſerico, ſed de lana non nimis pretioſa aut vili:nec veſtē inciſam ſeu lingulatam,id eſt,frapatam ad inſtar paruarum linguarum.
2 ¶† Pro intelligentia tñ omnium prædictorum, quæro quando in habitu clericus peccet mortaliter agendo contra pręditca? Et dico circa hoc difficile eſſe determinare:ſecūdū multos tamen,hoc eſt multis caſibus.¶Primò,circa tōſuram: qa clericus debet raſuram ferre ſuperius in modū coronæ & tōſuram inferius,ita vt aures pateāt:ſecūdū gl.in c.clericus. de vita & ho.cle.per quam tōſuram cōſtituitur clericus de æta. & qual.cùm contingat.Et horum rationem aſsignat S.Tho. in iiij.diſt.xxiiij.quia corona circularis ſignificat dignitatē regiam quam adipiſcitur qui diuinis miniſterijs applicatur, & perfectionē virtutis,quam debent habere : competit etiā eis ſubtractio capillorū ſuperior per raſurā, ne mens à contemplatione tēporalibus occupationibus obuoluatur: & inferior per tonſuram,ne ſenſus eorum tēporalibus obuoluātur:conuerſi autem tondentur quidem propter renūtiationem temporalium:ſed non raduntur , quia non occupantur in diuinis miniſterijs,in quibus oporteat eos diuina mente cōtemplari. hæc ex illo.quibus addit Pan.per gl.in cle.attēdentes. de ſta. re.quòd etiam moniales debent habere tonſuram capillorū inferius vſq; ad aures.Igit̃ peccat mortaliter, primò clericus indiſtinctè,ſecundum Pan.in c.ſi quis.de vi.& ho.cle.ſi nō deferat tonſurā.Sed hoc videtur durum.ſi tamen vis tenere,limita primò ſi exceſſus ſit notabilis vltra cōſuetū.Secundò,limita ſi eſt in ſacris vel beneficiatus.ad quod facit c.Ioānes.de cle.con.& quod ibi no.& in c.vnico.de biga.lib.vj. Si autē ſit in minoribus tantùm,& nō habeat beneficium, eam deferre non tenetur.ar.d.c.Ioannes.& in cap.vnico.eodem tit.lib. vj. & in gl.ſi.di. 50.¶Secūdò,peccat mortaliter quicunq; portat veſtem partitam aut dictū tabardum,ſi habet beneficiū,etiā ſi ſolùm haberet primā tonſurā:aut ſi nō habet beneficium, tamē tales veſtes portat ſimul cum tōſura clericali:aliàs nō. Et quòd peccēt mortaliter,tenet & probat Steph.per verbū, ſancimus:allegans xviij.di.§.j.& j.q.vij.ſi quis omnem.& hoc verum ſi publicè portēt,id eſt,ſpectante multitudine:ſicut dicitur publicus aleator vel vſurarius aut maledicus,de exceſ. præl.inter.de male.c.ij.de exce.exceptionē.xxxiiij.diſt.vidua. Sec9 ſi in domo,id eſt,ſecretè.Itē ſi ſine cauſa ratiōabili,quæ eſt timor:vt in c.clerici.el ij.de vi.& ho.cle.& peregrinatio lōga.xxj.q.iiij.epiſcopi.quo tñ caſu licet fortè habitum transformare omnino,ne clericus appareat,ſi deſit timor:cū ſtrictiſsimè hoc ꝓhibeatur:de ſent.excom.contingit.el ij.ſed licet habere veſtes breuiores & expeditiores:& idē eſt de ſimilibus.Si autē tabardum ſit breue quidem,ſed nō foderatum, Math.tenet locum eſſe dictæ pœnæ. Zen.verò tenet nō eſſe & ſimiliter glo .quia conſtitutio eſt pœnalis: quo ad culpam tamen fortè idem eſt:quia canon vult clericos habere veſtem talarem.xxiij.di.non liceat.el ij. ¶ Tertiò peccat mortaliter, qui viridibus aut rubeis veſtibus vtitur, ſecundum Panor. in d.cap.clerici officia.contra Inn.& probat quia dicta clemen. quoniam.ſub præcepto ampliatur etiā ad caligas : præcipiēs ne caligis ſcacatis,viridibus aut rubeis vtantur publicè. Nec obſtat quod dicit Cardinalis , caligas virides aut rubeas non prohiberi,niſi ſint ſcacatæ : quia oppoſitum ibi tenuit gloſſ. vnde tene hoc eſſe mortale.Et idem videtur dicendum de veſte lingulata,& quacūq; alia notabiliter irreligioſa aut ſcandaloſa vel pretioſa , niſi ſit pretioſa ad ſe confirmandum his quibus conuiuit,ne vileſcat:arg.diſtin.lxxx.epiſcopi.¶Quartò,peccat mortaliter qui nutrit comam,aut barbam:quia poteſt excommunicari:de vita & ho.cleri.ſi quis.& hoc ſine rationabili cauſa,ſecundum glo.& etiam intellige ſi ſit beneficiatus vel in ſacris.vide etiam infrà Habitus.§.ij. ¶Quartò, debet eſſe caſtus.de vi.& ho.cler.vt clericorum.& hoc nō ſolùm verè,ſed etiam apparenter.Primò vt non viuat incontinenter:vt in d.c.vt clericorum,Secundò,vt nō cōtrahat,ſi eſt in ſacris:vt de cle.cōiug.c.j.& per totum.Tertiò,vt non cohabitet mulieri ſuſpectæ,de coh.cle.& mul.ꝑ totum. Quartò, vt nec ad domum accedat mulierum ſuſpectarum.di.lxxxj.c. clericus.& duobus ſequentibus. Quintò , vt non frequenter monaſteria fœminarū,niſi ex manifeſta & rationabili cauſa: vt in cap.monaſteria.de vita & ho.cler.vbi dicit glo.quòd frequentare eſt vltra vnam vicem ire.xxv.q.ij. ita nos. ¶Peccat verò in iſtis mortaliter in multis caſibus.¶Primò,ſi contrahat exiſtens in ſacris,vel exiſtens ſolùm in minoribus,ſi habet beneficium & retineat illud.ad quod faciunt not.in gloſ. diſt. 50.c.ſi.& in c.tuæ.de apo.&.c.Ioannes.de cle.coniug.cū beneficium perdat ipſo iure poſtquam contraxit, ſecundum gl.& doct.in c.j.de cle.cōiu.Et ſi antequam vxor agnoſcatur intraret monaſterium,non propter hoc recuperaret,niſi cōcederetur ei de nouo:quia ius ſemel extinctū non reuiuiſcit, licet ceſſet cauſa extinctionis.vij.quæſ.j.quàm periculoſum. de conſe.diſt.iiij.quæris.Et ſimiliter etiam ſi matrimonium non tenuit:puta quia erat conſanguinea vel affinis, priuatur nihilominus ipſo facto,ſecundum Pano.in cap.j.quamuis alij teneant contra. vnde retinendo beneficium iniquè facit,& mortaliter peccat:cū illud nullo iure teneat,ſed ſit intruſus. ¶Secūdò,peccat mortaliter,ſi cohabitat mulieri,de qua poſſit eſſe rationabilis ſuſpicio,etiam ſi ſit conſanguinea vel affinis.Ad quod facit cap.j.de coha.cleri.& mu.& cap. interdixit.xxxij.diſtinc.& multo magis ſi cohabitat maſculo tali de quo rationabiliter ſuſpicari poſsit,arg.à minori. Eis autem, de quibus nulla poteſt eſſe ſuſpicio,licitè cohabitat,etiā non cōſanguineis,& huiuſmodi ſunt mater,ſoror,& amita,id eſt, ſoror patris,& matertera,id eſt,ſoror matris.xxxij.diſtinct.& diſtin.xviij.cum omnibus.& cap.cum à nobis.de coha.cler.& mul.&.c.cum in iuuentute.de præſump.Et idē dic de filia.Et ſimiliter de multum antiquis.diſt.lxxxj.fœminas.& in d.cap. interdixit.Et idē dic de omnibus, quibus ante ordinationem ſine ſuſpicione poterat cohabitare:vt ſunt vxores fratrum,& omnes de familia prius etiam cum eo habitātes,& huiuſmodi,vt in cap.cum omnibus.diſt.lxxxj.Et quia circa hoc in textibus & gloſsis multa leguntur, vt omnia reducātur ad paucitatem,dic quòd ratio huius prohibitionis quo ad inferiores epiſcopo eſt vel ſcandalū quod naſcitur ex ſuſpicione:vel periculum quod inde imminet perpetrandæ iniquitatis.Tamē altero horum ſtante illicita eſt habitatio,& vtroque ceſſante licita.Vnde matri aliàs ſuſpectę licitè nō cohabitat clericus. de cohabit.cleri.& mul.ca.j. conſanguineis autem non ſuſpectis etiam iuuenibus licitè cohabitat clericus bonæ famæ,ſecundum Panorm.ibi:non autem extraneis quantumcunque bonæ famæ:quia,inquit,extranearum commiſtio eſt periculoſa:non ſic conſanguinearum & idem ſentit glo.diſtin.xxxj. volumus.Sed intellige de conſanguineis non habentibus pediſſequas.Vtrum autem epiſcopus cohabitare poſsit matri, aut alij non ſuſpectæ:dom.Anto.dicit quòd non: ſed Panor. dicit quòd ſic,per textum expreſſum xxiij. diſt.interdixit. licet ius ciuile tenuerit aliter in authen. epiſcopo. C.de epiſc. & cleric.Primum tamen, inquit, eſt honeſtius maximè propter clericos epiſcopo commorantes.

¶Quin

¶ Quintò, debet eſſe ſobrius: vt in cap. à crapula. de vi. & ho.
cler. vbi dicitur eis vt vinum ſibi, & ſe à vino temperent. qđ
quanuis quidam ſic intelligant ꝙ peccent mortaliter biben-
do vinum ſine aqua: tamen doctores cõmuniter ſentiunt con
trarium: ſed ſufficit ſi bibant moderatè. vnde text. dicit quòd
debent eſſe trina potatione contenti: in cap. quando. quod pa
lea eſt. di. xliiij. quòd tamen intellige quando natura vltra nõ
requirit. Non licet etiam eis alios cogere ad bibendum. intel
lige vltra neceſsitatẽ: nec plauſus, vel planctus, & riſus incon
ditos, & fabulas inanes referre, aut cãtare, vel turpia ioca an-
te ſe fieri pati, nec laruas dæmonũ ante ſe fieri: quia diaboli-
cum eſt, & à ſacris canonibus prohibitũ. di. xliiij. nullus preſ-
byterorum. de conſe. diſt. v. nullus. Et debet menſam benedi
cere antequam comedat, & poſt cibũ gratias agere. xliiij. di.
non liceat. vbi & dicit quòd comedere non debet ante tertiã.
Licet autem clericis facere conuiuia ex charitate. xliiij. di. cõ-
uiuia. dummodo adſint quæ in omni eorum conuiuio debẽt
adeſſe. Primò ſcilicet lectio diuinarum ſcripturarũ. Secũdò,
quòd nulli detrahatur, nulluſq; irrideatur. Tertiò, quòd ina-
nes ſecularium negotiorum fabulæ nõ recitẽt: & multo mi-
nus aliud turpe. Quartò, quòd ſolùm pro ſuſtẽtatione & nõ
ſuperfluè cibum ſumãt. Quintò, ꝙ ante & poſt menſam ſol-
uantur Deo laudes: aliter autem non licet. Et colligũtur hęc
xliiij. diſt. in cap. conuiuia. & in cap. quando. & in cap. pro re-
uerentia. & in cap. nullus. & in cap. non liceat. Faciẽdo tamẽ
contra prædicta peccant venialiter tantùm: niſi quando cõ-
ſentiunt in rem de ſe mortalem, puta detractionem, aut volu
ptuoſam narrationem turpium: aut quando agunt cõtra ali-
quod præceptum ſibi ſpecialiter factũ: ſicut fortè quãdo lar-
uas dæmonũ ante ſe fieri conſentiunt: quòd ſacerdotibus ꝓ-
hibetur in d. cap. nullus. & ea. diſt. in cap. presbyteri. extendi-
tur ad omnes exiſtentes in ſacris: cæteros autẽ qui non ſunt
in ſacris, nõ credo peccare mortaliter, niſi vt laicos, id eſt, pri
mo modo tantùm. Sextò, debet ſolicitè exſoluere laudes di-
uinas. vide infrà Hora. Septimò, debet in ſuis beneficijs reſi-
dere. de cleri. non reſi. quia nõnulli. ſed de hoc infrà Reſiden
tia. per totum. Octauò, debet eſſe ſine crimine. xxv. diſtin. per
totum. id eſt, ſine omni peccato mortali: quanuis crimen ſtri
ctè ſit peccatum accuſatione & depoſitione dignũ. di. lxxxj.
Apoſtolos. diſ. xxv. §. nunc autem. Vnde ſecundum S. Thom.
in iiij. diſt. v. & ix. & xxiiij. exercendo officium ſuum in morta
li mortaliter peccat, quoties ſe exhibet vt eccleſiæ miniſtrũ
in aliquo ſpirituali: & toties quoties huiuſmodi actũ exercet:
vnde ſecundum alios etiam tangẽdo res ſacras quaſi ſuo fun
gens officio mortaliter peccat. Facit cap. fi. de temp. ord. & c.
quotidie. de conſe. di. ij. & cap. de homine. de cele. miſ. j. Inter
dictum. v. §. iiij. Secus autem ſi exercet in caſu in quo etiã lai-
co exequi liceret: ſicut baptizando in articulo neceſsitatis: vt
s. Baptiſmus iij. in prin. vel colligendo corpus Chriſti iaces in
terra: vel ſubdiaconus cantando epiſtolam ſine manipulo &
3 ſolennitate. ¶ Circa † hoc tamen quæritur primò, vtrũ ab or-
dinario exiſtente in mortali liceat recipere ſacramẽta? Et di-
cit S. Thom. in iiij. diſ. xxiiij. quòd non ſolùm hoc alicui licet:
ſed etiã hoc debet quandiu toleratur ab eccleſia: quia ad hoc
eſt ei obligatus: tum, inquit, nõ eſſet tutum quòd quis pręter
neceſsitatis articulum talem miniſtrum induceret ad aliquid
ſui ordinis exequendum durante cõſcientia quòd ille eſſet in
mortali: quam tamen deponere poſſet: quia in inſtanti homo
à diuina gratia emẽdatur. hæc ex illo. qui loquit᷑ de malo mi
niſtro & ſubdito eius. dicitur autem toleratus ab eccleſia, ſe-
cundum Pano. in cap. veſtra. de coha. cle. & mul. is qui nõ fuit
per ſententiã priuatus, nec eſt confeſſus, nec habet operis eui
dentiam, ſcilicet indubitatam & inexcuſabilem. ¶ Quæritur

† ſecundò, vtrum clericus fornicarius ſit ſuſpenſus ſic quòd
diuinis officijs debeat euitari? Et Panor. in cap. veſtra. & in
fin. de coha. cle. & mu. quòd quilibet pro mortali ſuſpẽſus eſt
quo ad ſe, non autem quo ad alios: ſic videlicet vt debeat e-
tari: niſi peccatum ſit notorium iuridicè, id eſt, per ſententiã
vel ſpontaneam confeſsionem. in notorio autem facti, vt qui
habet in domo concubinam, nec fuit condemnatus, aut in iu
dicio confeſſus: dicit caſum dubium & periculoſum: & dimiſ-
ſis iuris ſubtilitatibus ſic poſſet diſtingui. Si enim fornicatio
eſt ita notoria quòd nullam habet dubitationem, ſicut quan-
do concubinas tenent ita publicè ſicut vxores, & filios publi-
cè nutriunt, ita quòd nec ipſi audent diffiteri: tunc credo, in-
quit, omnino abſtinẽdũ eſſe ab eis ſine alia monitione. quod
probat text. in d. c. veſtra. in fi. ibi: nec habet operis euidentiã
& melius in c. tua. eo. tit. & directè in c. nullus. & in c. præter.
xxxij. diſt. quæ iura requirunt ſolam euidentiam facti, & non
ſuperioris monitionem: & præterea ex contrario ſequeretur
quòd nunquam vel rarò fornicatio poſſet eſſe notoria. Si ve-
rò fornicatio non habet iſtam operis euidentiã, ſed poteſt pro-
babiliter tergiuerſari: puta, quia concubina habitat cũ matre
clerici, & dicit illam eſſe pediſſequam eius: vel qđ ſimile: tunc
requiritur monitio. Et hanc puto, inquit, eſſe mentem iuris:
& videtur opinio communis. Et iſta ſunt de mente S. Thom.
in iiij. diſt. xv. dicentis quòd à notorio cõcubinario non eſt re-
cipiẽda cõmunio euchariſtiæ, ſiue ſit notorium: quia eſt con-
uictus vel confeſſus in iure: ſiue per euidẽtiam facti, quę nul-
la poſsit tergiuerſatione celari. Ab alijs autem occultis cõcu-
binarijs recipi poteſt. hæc ille. Hodie tamen circa huiuſmodi
eſt facta limitatio magna per concilium Conſtantien. quam
vide j. Excommunicatio. iiij. §. ij. Addit his autem Arch. quòd
non ſolùm ſacerdos, ſed etiam clericus in minoribus ex noto-
ria fornicatione eſt ſuſpenſus. Intellige quo ad ſe & alios ab
omnibus actibus ordinum ipſo iure, ſecundum Innoc. quod
notat Arch. xxxij. diſt. §. ad hæc. Quomodo autem incurrat ir-
regularitatem. j. Concubinarius. §. iiij. ¶ Quæritur etiam ter-
tiò, vtrum abſtinedũ ſit à diuinis ſeu ſacramentis aliorũ pec-
catorum in crimine iacentium? Et dicit Panor. vbi ſuprà, di-
ſtinguendum eſſe per tria membra: quia aut ſunt ſuſpenſi ab
homine ſiue præciſi: vt excommunicati, depoſiti, vel ſuſpenſi
ab officio: aut ſunt ſuſpenſi vel præciſi à iure aut neutro mo-
do. Si ab homine: non eſt licitũ ab eis recipere aliqua ſacra-
menta, vel audire diuina: quia nullo modo poſſunt dici tole-
rari, ex quo per ſententiam condemnati ſunt: vt in d. cap. ve-
ſtra. & ix. q. j. cap. j. & ij. & not. Inno. in cap. qualiter & quando
el ij de accuſa. Poſſet tñ dubitari de baptiſmo: & potius cre-
do, inquit, quòd licet: quia & ab hæretico in neceſsitate licitè
ſuſcipitur. pro quo vide textum in ratione eius. xxxij. di. §.
verum. Si verò à canone, ſubdiſtinguendũ eſt: quia ſi factum
eſt occultum: ſentiunt doctores in cap. veſtra. quòd abſtinen-
dum ſit à ſacramentis voluntarijs, niſi ſit ſcandalum: ſed non
à neceſſarijs. Sed ſi factum eſt notoriũ: nullo modo recipere
licet aliqua ſacramẽta à talibus, excepto baptiſmo, & corpo-
re Chriſti, quæ in neceſsitate licet ab iſtis recipere: ſicut dici-
tur de fornicarijs & ſimoniacis in ordine: vt in d. §. verũ. vbi
vide bonam gloſſ. quare potius permittantur iſta quàm alia.
Si verò nec ab homine neque à canone ſunt præciſi: poſſu-
mus ſine ſcandalo abſtinere à ſacramentis volũtarijs: nec tñ
non abſtinendo peccamus: quia nõ ſunt ſuſpenſi quo ad nos:
vt in cap. fin. de coha. cle. & muli. hæc omnia Panor. bene: cui
in hoc contrariatur dominus Ant. quando peccatum inducat
præciſionem vel non inducat: vt patet in quæſtione ſeq. Ad-
uerte tamen quòd quando Pan. dicit, aliqua ſacramenta ne-
ceſſaria à peccatore licitè ſuſcipi: ſemper limitandum eſt in
nece-



neceſsitate. id eſt, quãdo haberi iure & commodè nõ poſſunt
ab alio: quia cùm peccent mortaliter ſacramenta mini-
ſtrado, c. fi. de tẽp. ordi. nõ debeo eos ad hoc ſine neceſsitate
inducere: imò etiã ſi ad hoc eſſent parati, adhuc nõ licet ſine
cauſa rationabili ab eis ſuſcipere, quãdo habere poſſumus ab
alio: licet cõtrariũ teneat Sum. Ang. quia licet tũc eos nõ in-
ducamus: tñ eis peccantibus ſupponimus materiã vnius pec-
cati mortalis, qđ aliter non cõmitterent: ſicut peccat mulier
ſine cauſa ſupponẽs ſe oculis ei⁹. quẽ ꝓbabiliter credit para-
tũ cõcupiſcere omnẽ mulierẽ viſam: qa dat occaſionẽ vnius
peccati mortalis diſtincti à priore, vel ſaltem occaſionẽ cõti
nuãdi præcedens. Et idem dico de eo, qui cõmodè habere po
teſt mutuũ gratis, ſi accipiat à parato fœnerari. Non tamen
debet quis facilè credere aliquẽ eſſe in mortali: cùm ſubitò
5 conteri poſsit. ¶ Quæritur quartò, † vtrũ omne peccatũ no-
torium inducat præciſionẽ ſeu ſuſpenſionẽ à canone, ſicut &
fornicario? & dicit dominus Ant. in d. cap. veſtra. vt ibi recitat
Pan. quòd ſic: quia omne peccatũ notoriũ interdicit officiũ
ſiue diſpenſatione: de tẽp. or. c. fin. quam opinionẽ Pan. repro
bat per tex. in c. fi. de coha. cler. & mul. quia tex. ibi ſe reſtrin-
git ad peccatum notoriũ, quod eſt fornicatio. & idẽ dicit tex.
in c. nullus. diſtin. xxxij. ad c. autẽ fi. de tẽp. or. dicit ſe fateri ꝙ
ſacerdos peccat grauiter celebrando: nõ autem alij miſſam
audiendo. Sum. autẽ Roſ. dicit hanc opin. Pan. tenendã: quia
cùm materia ſit pœnalis, eã vltra terminos ꝓprios extẽdere
nõ debẽmus: vt j. dicet᷑ in tit. Lex. ſed Sum. Ang. cõtra dicit,
6 opi. do. Ant. eſſe veriſsimã: † quia cõſtitutio pœnalis etiã quo
ad pœnã extẽdit᷑ ad caſum ſimilẽ ex idẽtitate ratiõis ſi ratio
in ea cõſtitutione eſt exꝑſſa: vt in l. his ſolis. C. de reuo. do. de
quo vide j. Lex. §. xviij. diſt. aũt c. veſtra. ratione notorietatis
peccati cõcludit notoriũ concubinariũ ſuſpenſum: vnde erit
idẽ in omni mortali notorio. Tu verò dic primã opi. eſſe ve-
ram. & ad motiuũ Ang. dic quòd in d. c. veſtra. contrariũ non
ꝓbatur per notorietatẽ peccati in cõmuni, alioquin veniale
notoriũ illã inferret, ſed peccati, de quo mẽtio ꝓceſſerat ſcili
cet fornicationis. Et præterea nõ eſt ratio eadẽ de peccato
notorio ſpirituali & carnali: qđ habet maiorẽ elongationem
7 & irreuerentiã reſpectu ſacramẽtorũ ſpiritualiũ: vnde † pro-
pter peccata carnis etiã poſt cõfeſsionẽ debet quis à celebrã
do abſtinere ad tẽpus: vt j. Euchariſtia. iij. §. x. & xv. qđ nõ le-
8 gitur de ſuperbia. Dico † igitur, ꝙ vbi alterius ſacerdotis co
pia nõ ſuppetit, licitè capio ſacramẽta etiã non neceſſaria à
notoriè inuido, vel ſupbo. Vtrũ † autẽ clericus fornicator ſit
9 ſuſpenſus, vel efficiat᷑ irregularis celebrãdo, aut quicũq; aliàs
peccator, vide infrà, Cõcubinari⁹. §. iiij. & infrà Luxuria. §. iij.

## Rurſus de Clerico, tertiò quantum ad licita, quibus tenetur abſtinere.

1 *Clericus à quibus abſtinere debeat: & an negotiari poſsit? Et quid ſi egeat.*
2 *Artificium, aut negotiationem honeſtam aliquam exercere, num poſsit clericus?*
3 *Clerici negotiatores quænam ſit pœna? Et huiuſmodi clericus per quem, ac quoties, vt ab huiuſmodi negotiatione deſiſtat, admoneri debet?*
4 *Clericus num tabernarius, aut macellarius eſſe queat? Et quid ſi huiuſmodi officia exerceat ſeu nõ publicè, aut in perſona. Item quid de alijs viliorib9.*
5 *Clericus num hiſtrionem agere poſsit? Et an arma deferre?*
6 *Clericus num in laici manibus iurare poſsit?*
7 *Clericus matrimonium contrahere nunquid poſsit?*

1 CLERICVS † tertiò debet eſſe alienus à quibuſdam
ſecularibus actibus aliàs licitis: de quibus patebit per
ſequentes quæſtiones. ¶ Primò enim quęritur, vtrũ clericus
negotiari poſsit? Et dico quòd nõ, quo ad negotia ſecularia,
maximè inhoneſta: ne cler. vel mon. cap. j. de vita & hon. cler.
cap. fin. Sed tamen notandũ eſt ſecundũ Panormit. in rub. ne
cle. vel mon. ꝙ negotium ſeculare dupliciter dicitur. Primò
largè, vt comprehendat omne veniens ex carnali cõcupiſcen
tia non frenata ratione, id eſt, illud, per quod viuitur omnino
ſeculariter, ſiue ſecundum carnem & ſeculum: nõ ſecundum
ſpiritum & Deum. Et hoc innuit text. in d. c. j. in princ. & hoc
prohibetur etiã laicis: ſed magis clericis: vt in d. c. j. ¶ Secũdò,
ſtrictius vt comprehẽdat omne pertinens ad Rempublicam
mundanam & ſeculares homines: quod quidem licet ſit per-
miſſum laicis, tamẽ clericis nõ licet. vnde l. placet. C. de epiſ.
& cler. dicit text. quòd clerici nihil cõmune habent cum pu-
blicis actibus, vel ad curiam pertinẽtibus, cuius corpori non
ſunt annexi. per quod patet quòd nullum officiũ habere poſ
ſunt in Republica. ¶ Tertiò, adde tu quòd ſumitur ſtrictiſsi-
mè & proprijſsimè, vt negotiũ ſit exercitium mercatoris, &
negotiatoris, qui emit vt rem immutatã maiori pretio ven-
dat: de quo infrà Negotiatio. Igitur clerico negotiari non li-
cet. Primò intendendo rebus emendis & vendẽdis pretio ma
iori, vt inde lucretur: quod eſt propriè mercari & negotiari.
diſt. lxxxviij. fornicari. ne cler. vel mon. c. j. iuncta gloſſ. vbi &
dicitur ꝙ negotiari poteſt propter neceſsitatem. Sed intelli-
ge operando ſuis manibus, vel emẽdo rem vt habeat mate-
riam ad aliquid operandum. & vide ibi gloſ. in verbo, condu-
ctores. Quòd ſi clericus ſuccedit cõductori: licitè ſtare po-
teſt in illa conductione vſq; ad præfinitum tempus locatiõis.
Si etiã bladum emptum præter propoſitum ſuperſit, & ven-
dat carius: non eſt illicitum, ſecundum Hoſtien. Nec ſecũdò,
intendendo queſtionibus in iudicio ſeculari, ſcilicet aduocan
do & procurando. Vnde dicit Panor. in cap. ij. ne cle. vel mo.
quòd poteſt eſſe procurator generalis in cauſa eccleſiaſtica
coram iudice eccleſiaſtico: non autem in cauſis ſecularibus
in iudicio vel extra. Et hoc ſi habet beneficium, etiã ſi ſit in
minoribus. Et ſimiliter ſi beneficiũ nõ habet, ſed eſt in ſacris.
Et hoc niſi pro ſe & eccleſia & miſerabilibus perſonis. de po-
ſtul. c. j. vel niſi ſuam iniuriam proſequatur. iiij. queſt. vj. omni
bus. vel iniuriam ſuorum, aut quamcunq; honeſtam eorum
cauſam: ſi neceſsitas immineat. de poſtul. cũ ſacerdotis. Nec
tertiò ſuſcipiendo gubernationes aliarum rerum, ſeu procu-
rationes alienorũ negotiorum: poteſt tamen ſuſcipere tute-
las à lege impoſitas, ſi vult: licet nõ tutelam datiuam, id eſt,
quæ datur à iudice, quando non eſt per teſtamentum: ſed ad
tutelam cõmunem, & curam orphanorũ ac viduarum, quæ
indefenſæ ſunt, aut earum perſonarũ, quæ maximè eccleſia-
ſtico indigent adminiculo omnes clerici & monachi tenen-
tur. Recipere poſſunt etiam de licẽtia epiſcoporum guber-
nacula eccleſiaſticarum rerum: vt in cap. peruenit. diſtinct.
lxxxvj. de quo etiam infrà Tutela. §. iij. Nec quartò, exercen-
do quaſcunq; negotiationes. quod propter hoc verbum ma-
ximè notauit Panormit. in dicto cap. clerici officia. vt dicit
text. Clerici, officia vel commercia ſecularia non exerceant,
maximè inhoneſta. Vbi Gloſſ. dicit, imò nunquam de manu
ſua exeat pſalterium. de conſec. diſtinct. v. nunquam. Sed hoc
verum eſt quando non eget: ſecus ſi eget: quo caſu vti poteſt
negotiationibus honeſtis, & victum manibus quærere. xcj.
diſtinct. clericus. & cap. j. de celeb. miſſ. & in cap. j. ne cler. vel
mo. vbi dicitur quòd negotiari poteſt propter neceſsitatem,
quod intellige vt dictũ eſt: ſed de hoc in §. ſequenti. ¶ Secun-
dò † quęritur, vtrũ aliquod artificium vel alia honeſta nego 2
tiatio clerico liceat? Et dico, ſecũdum Ravn. quòd ſi clericus
eget, põt honeſto artificio quęrere neceſſaria. imò, ſecũdum
Arch.

Arch.ſine hoc,dũtamen propter hoc non deſit ab officio di-
uino.diſt.xcj.per totum.de conſec.diſt.v.nũquam.ne cler.vel
mo.c.j.Nec oſtat d.c.j.& lxxxviij.diſt.per totum.vbi clericis
omnis negotiatio prohibetur: quia, ſecundũ gl.in c.canonũ.
xiiij.q.iiij.emere chartã pro libro conſcribendo, vt ſic lucre-
tur victum,nõ eſt negotiatio propriè,ſed artificium: in iuri-
bus autẽ allegatis ꝓhibetur negotiatio propriè.Poteſt etiã
recipere poſſeſsiones excolẽdas ad quartam vel quintã par-
tem,& huiuſmodi,ſeu ipſas conducere ad ſuſtentationem ſui
& ſuorum.arg.diſt.lxxxvj.peruenit.in verbo, auaritiæ cauſa.
vbi hoc ſentit gl.& in cap.clericus. diſt.xcj. & ſatis concordat
Hoſt.&Pan.in c.ſecũdus.ne cle.vel mo.Poteſt etiam locare
animalia,vt oues&boues,ſcilicet ſi hęc habet ex decimis vel
ſucceſsione, aut aliàs ſibi data:aut ſi habens paſcua multa
emit ea vt illa depaſcerẽt ad ſuſtentationem ſuam: ſuorũ, &
pauperũ:nõ autem ſi emit vt traderet ad crementũ:vel aliud
ageret in fraudem negotiationis,ſecundũ gl.Rayn. & Sum.
Conf.Poteſt etiã vt addit Veruec.emere rem vt eam melio-
ratam vendat carius:puta equi pullum nutriendũ,vel tabulã
vt imaginem faciat:quia in talibus nõ eſt negotiatio, ſed ar-
tificium,vt notatur xiiij.q.iiij.canonum.de conſe.diſt.v. nun-
quam.& de his Sum.Confe.lib.ij.tit.vij.q.xlj.& tit.viij.q.ij.&
3 iij.¶Tertiò † quærit̃,quæ ſit pœna clerici negotiatoris pro-
priè?Et dico quòd mortaliter peccat ſecundũ mẽtem Doct.
maximè Pet.de Pal.&Arch.q hoc arguit ex pœna impoſita:
quia debet excõmunicari.extra ne cler.vel mo.ſecundũ.quia
pro quolibet mortali,à quo quis non vult corrigi, poteſt ex-
cõmunicari.xj.q.iij.nemo epiſcoporũ.aliàs incipit,ſecundum
inſtituta.& ſi ſe nõ correxerit,debet deponi.xcj.diſt.clericus.
extra ne cler.vel mo.ſed nec.ita tamen quòd religioſi diſtri-
ctius alijs puniãtur:vt in d.c.ſed nec.in foro pœnitẽtiæ iniun
gi debet vel ſaltẽ cõſuli vt lucrũ huiuſmodi pauperibus ero-
gent.xiiij.q.v.qui habetis.ad hoc tamen non tenẽtur, ſecun-
dum gl.Rayn.& Sum.Cõf.& hoc videt̃ ſequi Zenze. & Car.
in cle.j.de vita & hon.cler.licet Matth.ibi teneat quòd tenẽ-
tur.Poſtquam autẽ quis tertiò monitus non deſtiterit,perdit
priuilegium clericale.de vita &hon.cler.c.fin.Quãquam ve-
rò Doctores ſint varij:tamen credo quòd mortaliter peccet
negotiãdo religioſus,etiã cõuerſus:vt dicit Pet.de Pal.&cle-
ricus in ſacris:nõ autẽ clericus exiſtẽs in minoribus,ſiue con-
iugatus,ſiue nõ:quia poteſt impunè redire ad ſeculum, & lai
care:vt ſuprà Apoſtaſia.§.ij.maximè, ſi nõ habet beneficiũ.
Si tamen nõ eſt cõiugatus, cogi poteſt per priuationẽ priui-
legij clericalis fori,quo ſcilicet cauet̃ ne clerici vexẽtur exa-
ctionibus in pſona vel bonis:vt l.ij.C.de epiſ.& cler.& de vi-
ta & hon.cler.c.fin.nõ autẽ fortè per priuationem priuilegij
canonis,ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.etiam per trinã monitio-
nem:nec etiã per priuationem priuilegij fori, quo ad hoc vt
poſsint per laicũ condemnari pro criminibus vel exceſsibus,
criminaliter aut ciuiliter:quia clericus cõiugatus, quẽ opor-
tet ſecularibus negotijs intẽdere:vt in c.Ioãnes.de cle.cõiug.
his gaudet,ſi cõtraxit cũ vnica & virgine, & defert habitũ ac
tonſuram:vt in c.vnico.de cler.cõiug.lib.vj.Si verò ſit cõiu-
gatus,cogi non poteſt per priuationẽ dicti priuilegij quo ad
vexationẽ in perſona vel bonis: quia ipſo facto per cõtractũ
matrimonij illud perdidit:vt in d.c.vnico.Et ſicut exiſtentes
in minoribus,ita & religioſi,& clerici in ſacris compelli poſ-
ſunt per dictam priuationem.¶Quartò quæritur, per quem
& quoties neceſſarium ſit fieri dictam monitionem?Et dixit
Panor.in c.cõtingit.el ij.de ſent.excom. quod fieri nõ debet
per iudicem ſecularem:ſed oportet eam fieri per epiſcopum
vel per habentem iuriſdictionem epiſcopalem ſuper monen
dum:nec refert vtrum eã habeat ex priuilegio,vel conſuetu-
dine,vel à iure,ſecundum gl.in c.ſi clericos.de ſent.excõ.lib.
vj.Et dicit idẽ Pan.in c.cap.fin.de vita & hon.cler.quòd opor
tet eã eſſe trinam:quia vbicunq; agitur de pœna incurrẽda,&
ius exigit trinã monitionem aut citationem,non ſufficit vna
peremptoria:vt voluit gl.notabilis in cle.j.de vit. & hon.cle.
& Io.And.in c.ex tuæ.de cler.nõ reſiden. Et ſi obijciat̃, quia
vbi à iure requiritur trina citatio,ſufficit vna perẽptoria:quę
habet vim trinæ:vt in l.tres denũtiationes.C.quo.& quã.iu-
dex.Sum.Ang.ſoluit ꝙ in citatione ſufficit vna, nõ in moni-
tione:quia iura ita voluerunt:ſed quia Pan.de vtroq; promi-
ſcuè & indifferenter vbiq; loquitur quãtum ad hoc,ideo dico
quòd vbi agitur ad pœnam,non ſufficit vna monitio pro tri-
na,nec ſimiliter vna citatio, niſi vrgeat neceſsitas, vt dictum
eſt ſ.Citatio.§.j.Si tamen fieret monitio, etiã in pœnalibus,
per viam ſtatuti valeret:quia ſtatutũ habet vim legis& præ
latus poteſt ſtatuendo augere pœnã iuris, & infligere pœnã
ſine monitione verbali: aliàs requiritur monitio.de conſtitu.
c.ij.libr.vj.¶Quintò † quęritur,vtrũ liceat clerico exercere
officiũ tabernarij aut macellarij?Et dico ꝙ clericus nec mi-
niſtrare nec mãducare aut bibere debet in taberna, niſi cau
ſa neceſsitatis in peregrinatione.xliiij.diſt.c.nõ oportet.&.c.
nulli.&.c.clerici.ſi autem officium tabernarij aut macellarij
facit publicè,& pſonaliter:ſi tertiò monitus nominatim nõ
deſiſtat,ſeu ſi poſtquã deſiſtit,illud reaſſumat, perdit priuile-
giũ clericale omnino,ſi ſit cõiugatus,etiã illud,ſi quis ſuade-
te.Si verò non ſit cõiugatus,& non incedit vt laicus,ſed habi
tum defert,perdit in rebus tãtùm:& ſi omnino incedit,vt lai-
cus,perdit illud etiam in perſona,quãdiu prędictis inſtiterit:
vt in clemen.j.de vita & hon.cleric.Si tamen tale officium
dimittit,& habitum recuperat,recuperat vtrũq; priuilegium
tam coniugatus,quàm non coniugatus, ſecundum Imol.ibi
poſt dom.Ant.& idem Panorm.& gloſſ.Sed intellige quòd
non eodem modo reaſſumit priuilegium coniugatus vt non
coniugatus:ſed illud quo gaudet:vt in cap.vnico.de cler. con
iug.libro.vj.Et dicit gloſſ.in dicta clemen.in verbo,clericos.
quòd illa conſtitutio comprehendit etiam exemptos delin
quẽtes in loco non exempto:cùm per id ſubſint diœceſanis:
non autẽ exemptos delinquẽtes in loco exempto:cùm excu-
tet officiũ diœceſanorũ tãtum:maximè quia quãdo iura iſta
volũt ſuper exemptos iuriſdictionẽ tribuere, hoc exprimũt:
vt in dicta clem.quia regulares.de ſupplẽ.negli.præla.Et ſe-
cũdum Cardin.ibi,hæc monitio debet eſſe trina:nec ſufficit
vna pro tribus, & nominatim: nec ſufficit generalis & facta
clerico tale officiũ exercenti:nec ſufficit quòd fiat ante tale
exercitium:aut ſi exercet vnum horum officiorum, non ſuf-
ficit vt moneatur deſiſtere ab alio,nec erit locus pœnæ ſi ex-
ercet aliud.¶Sextò quæritur, vtrum ſit locus dictę pœnæ ſi
clericus exercere quidem prædicta officia, ſed non publicè,
vel non perſonaliter?Et dicit gloſſa in verbo,publicè. quòd
non:ſed illa duo,publicè & perſonaliter, coniunctim requi-
runtur: vnde ſi occultè,vel per alium hęc exercet,ceſſat pœ-
na,ſed non culpa.Geminianus autem in cap.j. eodem tit.lib.
vj.dicit quòd aut clericus vult habere tabernam,vt perſona-
liter adminiſtret in artificijs etiam inhoneſtis:& hoc eſt pro-
hibitum.diſtinctio.xliiij.nulli.Aut vult adminiſtrare in arti-
ficijs clerico permiſsis:& tunc poteſt habere:vt in gloſſ.diſt.
lxxxviij.negotiatorem. Aut vult eam habere:non vt perſo-
naliter miniſtret,ſed vt alij locet, qui exerceat ibi ſua artifi-
cia:& hoc non eſt prohibitum. Pro quo facit etiam text.in
cap.ſignificante.de appellationi.vbi canonici habebant ſtal-
los,in quibus carnes incidebantur.¶Cui etiam text conſo-
nare videtur dicens, non ſine miniſterio perſonaliter:qui ſi
voluiſſet prohibere etiam per alium, hoc potuiſſet. de deci.
cap.



cap.ad audientiam. Credo autem , quòd ſi clericus hæc per-
ſonaliter exerceret,ſed pro alio, adhuc teneretur hac cle.qa
ſubeſt horror & vilitas.¶Septimò, vtrum clerici poſsint ex-
ercere officia præfatis viliora:vt aptare pelles,& huiuſmodi?
Et dicit Pan.in d.cle.j.ꝙ non,ratione identitatis rationis.ra-
tio,quia in his ſtatus clericalis dehoneſtatur.arg.l.athletas.§.
ait Prætor.ff.de his qui no.infa.non tamen incurrũt pœnam
ſtatutam cõtra exercentes officium tabernariorum.Vñ cre-
do,ſi ſunt religioſi,vel in ſacris,quòd mortaliter peccent ex-
ercendo iſta publicè:ſecus ſi occultè pro artificio ad victum.
8 ¶†Octauò,vtrũ liceat clericis facere officiũ hiſtrionis?Et di
co ꝙ vt colligitur ex c.clerici.iuncta gl. de vita & hone. cle.
li.vj.qui dicuntur hiſtriones ſecundũ canones.vt de conſe.di.
ij.pro dilectione.dicũtur buſones ſecundũ vulgare Tuſcum:
ſecundũ Gallicum verò goliardi à gula,cui ſolẽt eſſe dediti:
& Latinè dicuntur etiam ioculatores,quaſi ioci latores in pu-
blicum.Faciũt enim ſpectaculum proprij corporis,cuius lu-
dibrio geſtus & habitus hominum repræſentant cum comœ
dijs vel ſine. Et de his dico,quòd ſi hanc ignominioſam artẽ
clerici per annũ exercuerint: ipſo iure carẽt omni priuilegio
clericali:& ſimiliter ſi minori quidẽ tẽpore,ſed tertiò moni-
ti nõ reſpuerint:vt in d.c.clerici. Vbi nota, ſecundum Gemi.
ibi,quòd vbi canõ pœnã imponit ipſo iure ex facto negatiuo:
monitio non requiritur,quando illi additur certum tempus:
vt ibi,ſi non deſiſtant intra annum:qui in hoc caſu requiritur
continuus & integer.Ex quo etiã nota quòd vbi lex vel ſtatu
tum dat certũ tẽpus,ad hoc vt pœna cõmittatur:intelligitur
de tẽpore continuo. Nota verò hic quòd Arch.quẽ ſequitur
Gemi.in d.c.clerici.dicit quòd clericus in ſacris & etiã mona
chus perdit priuilegiũ canonis,ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Ioã.
autẽ Monald.tenet,quòd perdunt ſolùm exiſtentes in mino
ribus:ſed primũ eſt verius.In occulto tamẽ,vt dicit ibi gl.vel
cauſa infirmitatis vel alterius honeſtæ rei cauſa ioci aliqd fa
cere non reprobatur.Et facit quod notat Ioan.de citariſtis,&
his qui varijs vtuntur inſtrumẽtis.lxxxvj. di.donare.in gl.hęc
gl.ex quo intelligit̃ quòd dicta pœna ligat ſolùm exercẽtes
artem illam publicè.¶Nonò,vtrũ liceat clericis arma por-
tare?Et dico quòd non,niſi pro defenſione eo modo quo di-
ctum eſt ſ.Bellum.ij.§.iij.Si autẽ relicto habitu clericali ar-
ma portauerint:& tertiò moniti illa non deponunt:perdunt
priuilegium clericale.de ſent.exc.in audiẽtia. Similiter ſi nõ
ſint moniti,& immiſcent ſe tyrannidi & enormitatibus:per-
dunt ipſo facto priuilegium clericale,ſi quis ſuadente,&c.de
ſent.excõ.perpendimus.&.c.cum non ab homine. de appell.
cap.j.in princ.priuilegium autem fori non perdunt, niſi poſt
monitionem,ſecũdum aliquos.& facit c.ſi iudex.de ſent.exc.
6 lib.vj.¶Decimò,†vtrum liceat clerico iurare in manibus lai
ci? Et dico quòd hoc nullo modo debet præſumere,ſcilicet
ad petitionẽ cuiuſcunque laici:niſi fuerint per iudicem eccle
7 ſiaſticum requiſitus.xxij.q.vlt.c.nullus.¶Vndecimò,†vtrum
clericus poſsit contrahere matrimonium?Et dico quòd ſi eſt
in ſacris,contrahendo eſt ipſo facto excommunicatus,& ma
trimonium nullum:vt ſ.Excommunicatio.ix.§.xl.Si verò eſt
in minoribus,contrahendo cum ſecunda,vel cum prima,ſed
nõ virgine:exuitur omni priuilegio clericali,& additur ſecu-
lari foro:& prohibetur ſub pœna excõmunicationis deferre
tonſuram.de bigam.altercationis.lib.vj.ſed contrahendo cũ
vna & virgine,deferendo tonſuram & veſtes clericales, reti-
net clericale priuilegium in duobus,vt dictum eſt ſuprà,Cle
ricus.j.§. vj.ſed iſta non deferendo,retinet in nullo . de cler.
cõiug .clerici.lib.vj.Vtrum autem clericus poſsit eſſe iudex,
ſ.Iudex.Vtrum autem poſsit eſſe Tabellio.ſ.Tabellio.§.iij.
Vtrum etiam poſsit venari.ſ.Venatio.§.j.

## Rurſus de Clerico quartò, quantum ad bona temporalia.

1 *Clerici bona multiplicis generis habere poſſunt,vt quibus proprium habere minimè vetitum ſit.*

2 *Clericus adminiſtrationem habens, an teſtari queat? Et an mortis cauſa donare? Et quid ſi adminiſtrationem non habeat,ſed beneficiatus ſimpliciter,an teſtari,inter viuos donare, & mortis cauſa poſſit.nu.3.*

4 *Clericus,quòd de acquiſitis perſonæ contemplatione & intuitu poſſit diſponere,an in omni clerico & caſu locum habeat?*

5 *Clericus cur quædam donare poteſt, legare non poteſt?*

6 *Clericus de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis,num diſponere poſſit? Et quid de acquiſitis ex pœnitentiarum iniũctione? Item quid de eo quod quis prælato,ipſius ſuaſione relinquit?*

7 *Relictum clerico prælaturam non habenti,aut adminiſtrationem, cultus contemplatione in dubio relictum eſſe videatur?*

8 *Clericus,qui rẽ eccleſiæ ſua propria induſtria meliorẽ reddidit, num de huiuſmodi melioratiõe diſponere, quaſi de re ſua poſſit?*

9 *Clericus in titulum patrimonium habens, num poſſit illud ad arbitrium circa ſolennitatem alienare?*

10 *Clerici & religioſi,num poſſint de bonis aduentitijs ſine patris conſenſu diſponere?Et quid de acquiſitis ante ingreſſum?*

11 *Clericus num de bonis eccleſiæ ſorores dotare, aut parentes alere poſſit?*

12 *Clericus patrimonium ſufficiens habens, num illud hæredibus ſeruare,& de beneficio viuere poſſit?*

13 *Clerico ab inteſtato quis ſuccedat?Et quid tum agendum eſt, ſi neſcitur,res eccleſiæ num fuerint, an perſonæ?*

14 *Clericus præbendatus,num de reditibus eccleſiæ & fidelium oblationibus, partes quatuor iuxta vetera iura, facere teneatur?*

15 *Clericus beneficij fructus in vſus minimè honeſtos conuertens, an peccet? Et qui malè ab eccleſiaſticis accipiunt,num ad reſtitutionem teneantur?Et cui?*

16 *Clericus officium temerè dimittens,fructus interim ab eccleſia perceptos num reſtituere teneatur?*

17 *Clericus,an quos in peccato mortali exiſtens, fructus percipit,reſtituere teneatur?Et quid ſi excommunicatus?*

18 *Clericus ex quibus,& quibus reſtituet,quæ ob eccleſiaſtica beneficia reſtituere tenetur?*

CLERICVS†quartò quantum ad bona temporalia,ha 1
bere poteſt bona multiplicia, quæ ad duo genera redu
cuntur:quæ ſunt bona laicalia,vt acquiſita intuitu perſonæ:
puta ex ſucceſsione cognatorum, vel amicorum donatione,
vel acquiſita ex induſtria:& bona eccleſiaſtica , cuiuſmodi
ſunt bñficia & acquiſita intuitu eccleſiæ vel ex facultatibus:
vt de teſtam.in c.j.cũ gl. Et aliquãdo clerici nõ habẽt admi-
niſtrationem:quod ſecundum Gemi,in c.præſenti.de offi.or.
tunc eſt,quando non habẽt beneficium,cui ſit aſsignata dos:
& tunc dicuntur ſimpliciter beneficiati:vt ſunt canonici,& ſi
miles,quibus id quod habent, obuenit ratione perſonæ:non
quòd habeant præbendam in eccleſia diſtinctam:quia ſic ha
berent adminiſtrationẽ.¶Primò verò quæritur, vtrũ clerici
poſsint habere propriũ?Et dico quòd ſic:vt patet xij. q.j,epi-
ſcopi.& ſi qua inueniãtur capitula cõtraria.intelliguntur ſe-
cundum ſtatum eccleſię primitiuæ, quãdo nihil propriũ poſ
ſidebãt:vel de religioſis q renũtiauerũt ꝓprijs.Tñ ſcd̃m Sã.
Th.ij.ij.q.clxxxv.clerici nõ ſic debent ꝓpriũ poſsidere,vt dũ
curãt illud,deficiãt ĩ ſpectãtib⁹ ad cultũ diuinũ.¶Scd̃ò†quę 2
rit̃,vtrũ cleric⁹ habẽs adminiſtrationẽ teſtari poſsit?Et dico,
ꝙ ſic,de laicalib⁹ indubitãter.xij.q.iij.c.j.& ij. & extra de te-
ſta.ad hæc.&.c.qa nos. & hoc etiã ſi clericus ſit in poteſtate
patris,aut aui cõſtitutus.C.de epiſcop.& cler. authent.pre-
byter

byteros.licet ſecus ſit in alijs perſonis : vt ĩ. Peculium. De alijs eccleſiaſticis autem immobilibus aut mobilibus teſtari nõ poteſt ſecũdum Inn.in c.cum in officijs. de teſtam.vt ibi. & in c.ad hæc.& in c.relatum.el ij.& xij.q.iij.cap.j. De conſuetudine tamẽ clerici alicubi teſtãtur de fructibus & rebus mobilibus eccleſiæ acquiſitis:licet de iure ſit contrariũ,vt dictum eſt.Et ſecundum Vlt.talis cõſuetudo valet: quia de his teſtari non eſt illicitum:niſi quia in fauorem eccleſiarum ꝓhibitum:vnde etiam quia ratio ſuadet oppoſitũ,vbi eſt conſuetudo,hoc poteſt ſecundum eum.Et hæc ſi ſint modica,ſecundum Panor.alioquin conſuetudo eſſet eccleſijs oneroſa. quod adhuc limita ſi piè & rationabiliter diſponat in foro animæ:& ſi diſpoſitio non ſe extendat ad ſacra vaſa diuino cultui mancipata,quæ cenſentur quaſi bona immobilia:vt ſ. Alienatio.§.vj.ſuper quibus nullam non ſolùm donationem, ſed nec alienationem facere poteſt.xij. quæſt.ij:cap.ij.& oppoſita conſuetudo eſſet irrationabilis:niſi vaſa eſſent ſuperflua,& tranſirent ad aliam eccleſiam:& de alijs mobilibus ſatisfieri neceſsitatibus nõ poſſet.Et idem videtur de alijs mobilibus pretioſis diuino cultui dedicatis.arg.cap. fin.de teſta. De rebus autem immobilibus conſuetudo non valeret:quia eſſet oneroſa & irrationabilis & reprobata à iure:cùm iſta alienari non poſsint ſine illa ſolennitate, de qua xij.q.ij. ſine exceptione.¶Tertiò quæritur,vtrum clericus habens adminiſtrationem,donare poſsit cauſa mortis vel inter viuos? Et dico quòd de bonis laicalibus donare poteſt,ſicut & teſtari.de teſta.quia nos.de eccleſiaſticis autem mobilibus & fructibus perceptis poteſt in ægritudine conſtitutus, modò ſit compos mentis,dare pauperibus,& religioſis loci, & his qui ſibi honeſtè ſeruierunt,ſiue ſint ſiue non ſint affines: vt in c. ad hæc.& in c.relatum. el ij.de teſtam. & idem poteſt ex iuſta cauſa dum ſanus eſt,dummodo temperatè. de dona.cæterum,& cap.ad apoſtolicæ. Nota tamen,ſecundum Panor.in cap.cum in officijs.de teſtam.quòd non poteſt clericus de rebus prædictis donare aut alio modo diſponere, niſi in quatuor caſibus.¶Primò,quando tantundem de ſuo expendit in vtilitatẽ eccleſiæ.xij.q.ij.ſi quis.& q.v.ſi epiſcopus. qa in hoc caſu poſſet etiã teſtari:imò ſi non teſtaretur,hæres poſſet petere.facit ca.de multa.& quod ibi notatur de præbendis.& l. quæ omnia.in fi.ff.de procu.& gl.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condict.indeb. ¶Secundò,quando hoc habet conſuetudo,ſecundum Hoſt.& Lau.in d.c.ſi epiſcopus.quod Panor.intelligit de rebus mobilibus & modicis:& tu limita etiã vt de teſtamẽto dictũ eſt §.priore. quo caſu etiã teſtari poſſet.¶Tertiò,quando donat intuitu eleemoſynæ: quam clericus etiam in ægritudine facere poteſt:vt in cap. ad hæc.& in c.relatum.el ij.de teſta.¶Quartò, quando vult remunerare honeſta ſeruitia,tam à cõſanguineis quàm ab extraneis recepta:vt in d.cap.relatum.§.licet.Sum.Ang.addit quintò quando dat locis pijs & religioſis ex d.c.relatũ. ſed hoc ſub tertio membro continetur.Nota verò practicam,ſecundum Pan. vbi ſuprà,quòd ſi clericus vult aliquo illorum quatuor reſpectuum vltimorum dare,faciat dum viuit, & nõ relinquat:qa non valet.d.ca.ad hæc.ſed hoc dictum fallit ratione conſuetudinis.De donatione autẽ cauſa mortis,vide ĩ. Donatio.iiij.

3 §.iiij.¶Quartò,†vtrum clerici non habentes adminiſtrationem,ſed ſimpliciter beneficiati poſsint teſtari? Et dico quòd Gemi.in cap.præſenti.de offi.ord.lib. vj.dicit quòd Archi.in cap.ſtatutum.de reſcrip.li.vj.tenet quòd clerici non faciunt fructus ſuos qui ſuperſunt deductis expẽſis: allegans ca.j.xij. q.iij. & ita intellexit Bartho.Brix.illum canõem, & ſic patet quòd res acquiſitæ de bonis eccleſiæ nõ ſunt clericorũ: quia clerici debẽt ea quæ ſuperſunt deductis neceſſarijs pauperibus erogare,aliàs iniquè agũt. Et quòd acquiſita ſint in prouiſione eccleſiæ,patet xij.q.j.epiſcopi.& cõſequẽter de acquiſitis ſolus vſus cõpetit eis:licet fateatur quòd clerici ſunt perceptorum fructuum domini:& habent eorum proprietatem quantum ad fidem & debitam diſpenſationem ſibi & ſuis faciendam.Et iſtam partem Archid.Gemi.veram credit,quam optimè probant iura quæ allegantur: quia non dicuntur domini,ſed ꝓcuratores.& pro hoc eſt tex.optimus xij.q.j.clericus.& iſtud tenet gl.in cap.quia nos.de teſtam.His igitur ſuppoſitis ad quæſitum ſic dicit Gemi.ſecundum gloſſ.in d.cap. præſenti.clericus non habens adminiſtrationem: ſed ſimpliciter & perſonaliter beneficiatus in vita & in morte cõparatur vſufructuario quantum ad faciendum fructus ſuos:& de ipſis perceptis teſtari poteſt & ei eccleſia ſuccedit quantũ ad hos abinteſtato.quam gloſſ.quidam ſic intelligũt,quòd quilibet habens beneficium ſimplex, teſtari poſsit.quod dicunt falſum eſſe:& contra c.relatum.quod loquitur in canonico & conſequenter habẽte beneficium ſimplex:qui tamẽ,vt ibi patet,teſtari non poteſt.& hoc,inquit, fateor:ſed gloſſ.recte intellecta eſt veriſsima:& id nõ dixit:ſed ad bñficiatum poſſe teſtari tria requirit.Primò,quòd nõ habeat adminiſtrationem. Secũdò,quòd beneficium ſit ſimplex. Tertiò,quòd illud ſibi obueniat perſonaliter tantùm,& conſequenter tales fructus ſint conceſsi ratione ſtipendij perſonalis:quibus concurrentibus poterit teſtari.Ex his infertur primò quòd canonicus habens præbendã diſtinctam in eccleſia de fructibus eius teſtari non poteſt:cùm habeat adminiſtrationem.& hoc expreſſe voluit Inn.in c.nouum genus.de decimis. & eſt caſus in d. cap.relatum.Et Secundò, ꝙ canonicus teſtari poteſt de quotidianis diſtributionibus : quia dantur propter ſtipendium perſonale,& pro diurno labore:vt in cap.j.de cleric.non reſi. li.vj.vnde de hoc teſtari poteſt, ſicut mercenarius & ruſticus de lucro operis diurni. Et ita intelligi poterit iſta gloſſ.quia talis quo ad iſtas diſtributiones eſt bñficiatus ſimpliciter & perſonaliter:quia dantur pro ſtipendio perſonali tantùm:nec habet rerum adminiſtrationem:vnde tales diſtributiones diuiduntur per capitulum ſingulis. Et hanc partem videtur tenere Panor.dicens quòd ea quæ recipit clericus intuitu ſeruitij perſonalis tantùm,tranſmittit ad ſucceſſores.Et tertiò quòd ſi præbendæ nõ ſunt diſtinctæ in eccleſia:quia omnia veniunt in communi:& poſtea diſtribuũtur ſingulariter tantum pro quolibet:quòd etiam de iſtis poſsit de iure teſtari.Et quartò quòd habens capellanias in eccleſijs ad nutum remouibiles quæ non dantur eis in titulum : ſed datur eis certũ ſtipendium in anno in pecunia:de tali ſtipendio teſtari poſſunt.c.quare. & cap.relatum.de teſtam.quia datur eis intuitu perſonæ pro ſuo labore.Et ſic alio modo intelligi poteſt d.glo.quia tales ſunt ſimpliciter & perſonaliter beneficiati abſq; alia adminiſtratione.Et quintò infertur quòd ſacerdotes, qui ſunt in conſortijs ciuitatum,ſicut Bononiæ,vbi habentes beneficium in ciuitate ponũtur in quibuſdam conſortijs & vniuerſitatibus & conueniunt in certis eccleſijs ad certam miſſam celebrandam:habentes poſſeſsiones illi conſortio deputatas: de quorum fructibus datur tãtùm venienti ad illã miſſam: poſſunt teſtari de talibus:quia dãtur ratione ſeruitij perſonalis,& non principaliter intuitu eccleſiæ.hæc ex Gemi. in d.c.præſenti. ¶Quintò,vtrum tales clerici nõ habẽtes adminiſtrationem donare poſsint inter viuos,& cauſa mortis? Et dico quòd ſic quantum ad ea de quibus teſtari poſſunt,quæ ſcilicet proueniunt eis ratione perſonę, ſiue inquantum non ſunt adminiſtratores:quia maius eſt legare quàm donare:vt patet ex dictis:& vlterius ſi qua habẽt,de quibus teſtari non poſſunt: quia reſpectu aliquorũ habẽt adminiſtrationem,de illis poſſunt



ſunt donare vtroque modo, eadem ratione qua & adminiſtratores,

4 ¶†Sexto quæritur,vtrũ id quod dictu eſt,clericum poſſe diſponere de acquiſitis intuitu perſonæ:puta ex ſucceſſione cognatorum, vel donatione amicorum, ſeu induſtria ſua:puta doctrina vel artificio, habeat locũ in omni clerico, & omni caſu? Et dico quòd Pet.vt refert Cy.in authen..licentiam.C.de epi.co.& cle.limitat hoc verum eſſe in clericis inferioribus, non autẽ in epiſcopo,etiam ſi eſſet Cardinalis,vt addit Bal.ibidem & idẽ de prælatis eccleſiarum regularium. & eſt text.in d.authen.qui ſolùm concedit quòd prædicti diſponere poſsint de acquiſitis ante epiſcopatum vel prælationem:& de acquiſitis in epiſcopatu vel prælatione per cognationem vſque ad quartum gradum:de reliquis verò qualitercunque acquiſitis diſponere non poſſunt:ſed acquirunt eccleſiæ.Communis autem opinio tenet contrarium:vt infrà Legatum ij.§.j.

*Caſus in quibus nõ licet clerico de ſuis diſponere.*

¶Clericus autem potens de aliquibus diſponere ad libitũ,hoc non poteſt in multis caſibus,in quibus eccleſiæ tenetur. Primò,ſi dolo vel culpa eccleſiã læſit:intelligendo tamen ſecũdum Inno.in d.c.cum in officijs. de culpa non leui:quamuis ipſum teneri etiam de leui culpa ſit text. apertus. C.arbitrium tute.l.quicquid.facit ff.de admi.tu.l. ſi res.& gl. in c.ea quæ.de off.ordi.& idem Hoſti.& tamen eadem gloſſ. dicit quod non tenetur de negligentia niſi craſſa, id eſt lata: quæ tamẽ negligẽtia eſt culpa. Vnde videtur quòd teneatur de leui culpa ſi delinquit ſcienter:& ſolum de nõ leui ignoranter,ſiue ex negligentia.& de hoc infrà Dolus . Secundò,ſi de bonis eccleſiæ alicui fecit gratiam,ſecundum Inno.vbi ſ. qui allegat l.cum oſtendimus.ff.de fideiuſ.tu.& C.eod.l.ij.& vlti. Tertiò,ſi paſſus eſt propter negligentiã ſuam rem eccleſiæ præſcribi,ſecundum Pan.in ca.ex præſentium.de pigno. qui allegat c.placuit.el ij.xvj.q.iij. Quartò,ſi reditus conuertit in vſus inhoneſtos.xij.q.iij.c.j.Quintò,in caſibus in quibus dicetur quòd clericus tenetur ad reſtitutionem.In iſtis enim caſibus primò tenet̃ eccleſiæ ſatisfacere,antequã aliud diſponat : quia prius ſunt reddenda debita, quàm beneficia præſtãda:ſicut magis tenetur homo ſoluere creditori cæteris paribus,quàm amicis bñfacere.

5 ¶†Septimò quærit̃,quæ eſt ratio quòd clericus aliqua donare poteſt,& nõ legare? Et dicit Panor.in cap.ad hæc.de teſta.hanc eſſe rationem, quia teſtamentum morte cõfirmatur.de cel.miſ.cum Marthæ.& conſequenter effectus confertur in tempus quo clericus non eſt futurus prælatus:ideo nõ poteſt de aliquo diſponere in teſtamento ex facultatibus eccleſiæ:quãdo autẽ vult diſponere dum viuit,non prohibetur : quia hoc facit tanquam adminiſtrator eccleſiæ.

6 ¶†Octauò quæritur, quid iuris ſit de acquiſitis intuitu dignitatis clericalis,puta pro miſsis dicendis? Et Panormi.in cap.cum in officijs.de teſta.recitat quòd Petr.vt refert Cyn.in d.authen.licentiam. C.de epiſcopis & clericis. voluit quòd de his clericus teſtari poſsit.quod Hoſt.& Inno. placet in cap.quia nos.de teſta.qui dicunt quòd ſi clericus aliqua ratione officij acquiſiuit:puta quia fuit capellanus alicuius principis,qui ei multa donauit : de talibus poteſt ad libitum diſponere. quòd Panor. vbi ſupra limitat,niſi qui dedit pro miſsis dicendis,dederit tanquam parochiali ſacerdoti: quo caſu diſponere non poſſet.Et ex hoc infert Panormit.ad quæſtionem,nunquid ex relicto pro miſsis dicẽdis debeatur epiſcopo canonica portio? Et dicit attendendas fore cõiecturas,an relinquẽs vel donans reſpectum habuerit ad eccleſiã vel perſonam:quia fortè relinquens ſicut donans ſuo parochiali,hoc non feciſſet niſi fuiſſet proprius parochialis.ſecus ſi nulla qualitas ſuggerat eccleſiam eſſe cõſideratam,ſed ꝑſonam duntaxat.¶Nonò, quid de acquiſitis per ſacerdotem ex iniunctione pœnitentiarum,quas imponit parochianis? Et dicit Inno.in cap.cum inter.de verbor.ſignifica.quòd debent eſſe eccleſiæ:ideoq; de eis diſponere non poteſt ad libitum. ¶Decimò quæritur,quid de eo quod quis ſuaſione prælati reliquit prælato,aliàs relicturus eccleſię,an illud ſit eccleſię, vt de eo prælatus diſponere nõ poſsit? Et dico quòd Cy.formans hanc quæſtionem in tutore,dicit quòd tenetur,ſi ad ſibi relinquendum induxit blando ſermone,argu.in l.fina.ff.ſi quis ali.teſt.pro.vbi patet talem non committere delictũ. Si verò induxit dolo ſeu fraude,eccleſiæ tenet̃ ad intereſſe.Panormi.autem in cap.ij.de pec.cle.dicit quoſdam tenere quòd nõ poteſt diſponere:ſed eccleſiæ reſtituere tenet̃,per l.quicquid.C.arbit.tut.& eſt tex.cum gl.quòd tenentur reſtituere ſimpliciter.xij.q.iiij.quicunque . vbi patet quòd prælatus tenetur eccleſiæ ad intereſſe,quando ei potuit quærere,& neglexit:ad inſtar tutoris:vt in d.l.quicquid.& in l.pupillorum. C.de admi.tut.nec eñ debet vtilitatem ſuam præponere vtilitati eccleſiæ:ſicut nec tutor vtilitatem ſuam vtilitati pupilli. l.tutor ſecundum dignitatem. §.j.ff.de admi.tu.l.ſi vt certo. §.commodatum.ff.commo.l.quod Nerua.ff.depo.vij.q.j.pręſentium.&.c.placuit.Panor. autem vbi ſuprà conſentit Cyn. cui & ego conſentio quantum ad tutorem:quia non tenetur plus pupillum quàm ſe diligere:aut bona eius,quàm ſua.arg. de iure iu.petitio.& de pœn.diſti.ij.charitas.Conſentio etiam oppoſitæ opinioni in clerico vel prælato,quando ſuam vtilitatem temporalem procurat cum iactura eccleſiæ:quo caſu propriè loquitur d.c.quicunque . quando ſcilicet clericus de rebus vel augmentis eccleſiæ auget propriam facultatẽ:ita quòd ea,in quibus ius habet eccleſia , vt deſeruiant cõmoditatibus eccleſiæ conuertit ad ſeruiendũ cõmoditatibus ſuis: vt ſi ex reditib⁹ eccleſiæ colat ſuas poſſeſsiões, eccleſiaſticas relinquens incultas:& idem in tutore. In præſenti verò caſu conſentio iterum Cy.& Pan.quia non eſt eccleſiæ ius acquiſitum propter ſolam intentionem teſtatoris:nec ipſe tenebatur tunc procurare bonum eccleſiæ,cùm ſine peccato facere potuiſſet:ergo potuit procurare ſuum: cùm nulli faceret iniuriam.

7 ¶†Vndecimò,quid de eo quod relictũ eſt clerico nõ habenti prælationem aut adminiſtrationem eccleſiæ? Et dicitur ſecundum Panor.in d.c.cum in officijs.& de teſta. requiſiti.quòd præſumitur factum intuitu perſonæ in dubio:quia non eſt veriſimile ꝙ intuitu eccleſiæ reliquiſſet ei qui eccleſiæ non habet adminiſtrationem.quod verum eſt niſi per cõiecturas contrarium probaretur:vt in cap.requiſiſti.de teſta. Secus autem ſi habet adminiſtrationem.

8 ¶†Duodecimò, vtrum clericus qui rem eccleſiæ ex induſtria meliorauit,poſſit de tali melioratione diſponere quaſi de re ſua? Et dico ꝙ non:ſed illa cedit eccleſiæ.facit cap.inquirendum.&.c.ſi quis. de pecu.cle.Et ratio eſt,quia ad hoc tenetur,ſi de eius fructibus viuit:ſecus autẽ ſi de ſuo melioraſſet.

9 ¶†Decimotertiò, vtrum clericus habens patrimonium in titulum, poſsit illud alienare ad libitum,ſine ſolennitate requiſita in alienatione eccleſiaſticorum bonorum:de qua xij.quæſt.ij.ſine exceptione.Et dico quòd ſecundum Ioan.& Gof. alienari non poteſt, ſicut nec aliena bona beneficij ſpiritualis : licet illi patrimonio non adhæreat ius ſpirituale ad hæredes non tranſmiſsibile:vñ mortuo clerico extinguitur cauſa priuilegij.ſicut fundus dotalis alienari non poteſt durante matrimonio:quo tamen matrimonio ſoluto tranſit ad hæredes.Sed Hoſtien.diſtinguit:qa ſi clericus eſt ordinatus ſimpliciter poteſt de patrimonio ordinare ad libitum:ſecus ſi expreſſe ordinatus eſt ad titulum patrimonij.Et idem videtur ſentire Gemi.in ca.ſi epiſcopus.de præben.lib.vj.dicẽs quòd clericus ordinatus ad titulũ ſui patrimonij,ſi expreſſe aſsignatur ei ſic quòd trãſierit in rem eccleſiaſticã,de eo diſponere non poteſt. Et idem

Ioan.Andr.& Io.de Li.ſi verò aſsignatur tacitè , tamen licet
epiſcopus nõ teneatur ei prouidere ex quo habet vnde viuat:
tamen illud vendere non poterit. Pan.tamẽ vbi ad illud or-
dinatur expreſsè excipit vnũ caſum,in quo licitè de eo diſpo-
nere poteſt ad libitũ,ſcilicet ſi deinde conſequatur beneficiũ
ſpirituale:quia eo caſu ceſſat ratio aliorũ,cũ poſsit ex bene-
ficio viuere.Et hæc ſecũda opinio de rigore iuris eſt verior,
licet prima ſit benignior & ęquior,ne mẽdicet in opprobriũ
cleri.Et ſentit Inno.in c.epiſcopus.de præben.quòd in aliena
tione talis epiſcopi conſenſus non requiratur. Et ſi quæratur
quid operetur ordinatio ad iſtum titulũ , ex quo fieri poteſt
hæc alienatio?Dico quòd ſatisfit iuri,vt nõvideatur ille pro-
motus ſine ſuſtentatione : & ſi deinde vendat , non reprobať
10 in clerico voluntaria,ſed coacta paupertas. ¶† Decimoquar
tò quæritur , vtrũ clerici & religioſi poſsint de bonis aduen-
titijs ſine patris aſſenſu diſponere? Et dico pro fundamento
quæſtionis,quòd ſecundum Pano.in c.quia nos.de teſta.& in
c.conſtitutus.de reſti.in integr.peculium quod in laico eſt ad
uentitium,clerico eſt quaſi caſtrẽſe:vnde licet ſit filiusfami-
lias,tamen vſusfructus nõ acquiritur patri.Et hoc tenuit Ho
ſtien.in d.c.quia nos. & caſus eſt in authen.presbyteros.C.de
epiſco. & cleri . vbi dicitur quòd res ad dominiũ clericorum
venientes ſunt eius , ad ſimilitudinem caſtrenſium,vt teſtari
poſsint.Quod Pan.dicit indubitatũ quando clericatus adhæ-
ret tempore delationis bonorũ : vt per eum patet in c.cõſti-
tutus.de in integ.reſti. ¶ Ad quæſtionẽ igitur dicit Pan.in c.
in præſentia.de proba.quòd ſi loquamur de bonis aduenien-
tibus ingreſſo monaſterium , indiſtinctè acquiruntur mona-
ſterio:tùm quia amplius nõ eſt filius in poteſtate patris,&ſic
non acquiritur vſusfructus patri: tum quia clerici & religioſi
ſunt priuilegiati ſuper bonis aduentitijs, vt ſint eis caſtrenſia
vel quaſi,per d.authen.presbyteros.Et fortè, inquit , idẽ dici
poſſet in bonis acquiſitis prius,vt ſtatim per ingreſſum gau-
deant illo priuilegio,per d.authẽ.Et ſic pater priuabitur vſu-
fructu illorum bonorũ etiã in vita ſua . quod intelligo quan-
dò filius hoc expreſsè diſponit:aliàs ſtabo diſpoſitioni authẽ.
ſi qua.C.de ſac.ſanct.eccle.nõ obſtante c.licet.de ſepul . libr.
vj. quia illud loquitur in laico , non in clerico , aut religioſo.
11 hæc ex illo. ¶†Decimoquintò , vtrũ clericus poſsit de bonis
ecclesię dotare ſorores,vel alere parẽtes?Et dicit Pan.in c.ꝑ-
uenit.de arbi.quòd ſic:vel etiã alias cõſanguineas. quod ꝓba
tur per c.j.de coha.cle.& mul. & per glo. cũ tex.in c. omnino
confitemur.xxx.diſt.vbi dicit glo. quòd clericus habens vxo-
rem vel filios,poteſt eos paſcere de reditibus eccleſię:& cõſe
quẽter à fortiori dotare:cũ cauſa dotis ſit fauorabilior quàm
alimẽtorũ: vt notat Cy.& facit quod notatur in l.cũ in plures.
§.pen.ff.de admi.tu.& in l.nõ omni.C.eo.ti.in gl. Hoc tamẽ
limita & intellige ſi ipſæ indigẽt:vt in glo.d.c.omnino.& nõ
ad põpam vel altũ ſtatũ,arg.eorũ quę no.xlij.diſ.in prin.quia
ſic tam dãtes quàm accipiẽtes tenẽtur ad reſtitutionẽ,xvj.q.
vij.peruenit.vt not.Matth.& Card.in cle.ij.de vi.& hono.cle.
Hoc tamẽ ꝙ accipiẽtes teneãtur ad reſtitutionẽ, limita quã-
do clericus nõ eſſet ſoluẽdo.aliàs non, ſi acceperint de rebus
quę alienari poſſent ad libitũ clericorũ,ſecundum Vlde.& placet
addito vel ſi ſoluere nollet : licet alij velint indiſtinctè quòd
teneãtur.quod eſſet tutius.Ratio aũt omniũ iſtorũ eſt : quia cleri
corũ bona ſuperflua ſunt pauperũ:inter quos primi ſunt con
iuncti cæteris paribus.vnde quod tenet Sum.Roſ.indiſtinctè
ſcilicet quòd clerici de bonis eccleſiæ poſsint conſanguineos
in ſtudio ſuſtẽtare,nõ eſt verũ indiſtinctè,ſed ſi indigẽt.¶De
12 cimoſextò† quęritur,vtrũ clericus habẽs ſufficiẽs patrimoniũ
poſsit illud ſeruare hæredibus,&viuere de beneficio?Et dico
ſecundũ Rich.in quolib.iij.q.xx.quòd habẽs patrimoniũ ſuf-

ficiens ad neceſsitatẽ naturæ ſolùm , poteſt recipere bñfi-
ſecundum exigentiã ſtatus & perſonæ.habens verò patrim-
nium ſufficiens etiã ad hæc,& ad eleemoſynas multas fac-
das:ſi recipiat beneficiũ:vt bene diſpenſet,nõ peccat , mo-
ſit idoneus:ſiverò recipit illud nõ intendẽs eccleſię deſerui-
ſed amicos ditare,& magis honorari,& viuere delicatiꝰ, m-
taliter peccat.facit.c.clericos.j.q.ij.&.c.ſeq.imò ĩ d.c.cleri-
dicit Ioan.quòd ſeruiẽdo eccleſiæ ſi bona eius cõſumit, &
cupiditate ſuum patrimonium ſeruat , peccat mortaliter,
facit tex.in c.quoniã.in fi.xvj.q.j.Aliàs autem ſeruiẽdo ecc-
ſiæ licetviuere de eccleſia,& ſuis hęredibus ſeruare patri-
niũ , ſecundum Innocen.in c.epiſcopus.de prębẽ. & cõmu-
ter hoc tenent docto.& idem Hoſt.& Pan.ibi,dummodo
neſtè viuat:& idẽ Veruec.addens ſi deſeruit eccleſię,cui ſi
deſeruiat,vel ſi in malos vſus expẽdat,peccat mortaliter.N
obſtat c.paſtor.j.q.ij.quia ſecundũ Innoc. intelligitur qu-
do clericus vellet de bñficio viuere, & auarè theſaurizar
patrimonio:ſecus ſi vult illud pro hæredibus conſeruare.
obſtat etiã c.vlt.xvj.q.j.vbi dicit Hiero. in fi. quòd quibus
parentum ſuſtentari poſſunt, ſi quod eſt pauperum accip-
ſacrilegiũ incurrunt:quia ſecundũ Veruec. intelligitur c-
extrema neceſsitas pauperũ hoc requirit: vel ſecundũ Ho-
ſenſus eſt quòd de ſupfluis debẽt clerici largas eleemoſy-
facere,etiã ſi neceſsitas nõ ſit extrema.& hoc magis cõgr-
alioquin nõ eſſet differẽtia inter clericos & laicos & eor-
bona. Quantum verò ad debitum perſonale, dicit domi-
Anton.in c.olim nobis.de reſt.ſpo. quòd illud ſoluere po-
de fructibus eccleſiæ.& facit c.peruenit.de fideiuſ.ſed Ar-
in c.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.tenet contrarium: cuius d-
Panorm.in d.c.olim.verum limitat quando debitum eſt c-
tractum pro delicto vel patrimonio : & ſic ſeruandum e-
¶†Decimoſeptimò quæritur,quis ſuccedat clerico ab in-
ſtato?Et dico quòd in bonis eccleſiaſticis ſuccedet eccleſi-
alijs cõſanguinei ſecundum ordinem iuris.xij.q.iiij.quicu-
& q.vltim.c.vltimo. quibus deficiẽtibus ſuccedet eccleſia
ſuc.ab inteſt.c.j.dicit tamen Panorm.in c.relatum. de te-
quòd acquiſita per canonicum intuitu eccleſiæ ſeu præb-
non cedunt ſucceſſori in præbenda:imò nec epiſcopo,ſec-
dum Piſa.ſed eccleſiæ capitulo.ſed vbi beneficiatus nõ eſt
congregatione,ſed habet beneficium omnino ſeparatũ
quia eſt rector eccleſiæ parochialis,vel præpoſitus,ſeu Ar-
diaconus non beneficiatus à capitulo:tũc bona acquiſita
tuitu beneficij cedunt ſucceſſori,& nõ capitulo. Ratio di-
ſitatis eſt quia canonico datur præbẽda ex bonis commu-
bus capituli principaliter,vt inde ſumat neceſſaria:non a-
vt ſit adminiſtrator eccleſiæ.vnde ſi qua remanent vltra p-
bendam,debẽt cedere capitulo,cuius ſunt omnia bona p-
bendarum:ſatisq; eſt vt ſucceſſor habeat corpus præbend-
& capitulum adminiſtrabit bona quæſita,ſicut alia bona
munia. Alij verò beneficiato per ſe extra congregationẽ
tur beneficium tanquam adminiſtratori eius ſeu eccleſię
de quemadmodum adminiſtrare habet bona communia
cleſiæ : ita & hęc intuitu eccleſię quęſita. ¶ Decimoocta-
quęritur,quid faciẽdum eſt in ſucceſsione ab inteſtato,ſi n-
ſcitur vtrũ res fuerint eccleſię vel perſonę?Et dico ex men-
Ioan.And.in c.vt vnuſquiſq;.de pecu.cle.& aliorũ doctoru-
quòd preſumuntur omnia eſſe eccleſię. poterit tamẽ hę-
probare quòd fuerint bona perſonę. Sed ſi conſtat cleric-
res habuiſſe quę non erant eccleſię,ſed perſonę,& dubita-
quę ſint illę: pręſumitur pro eo qui eſt in poſſeſsione re-
qua eſt quęſtio. Vnde ſi poſt mortem eccleſia eſt in poſſ-
ſione : probatio incumbit hęredibus : & econuerſo, ſi hę-
des ſunt in poſſeſsione,probabit eccleſia argu.xij.q.iiij.c.
quæ



quæſt.v.cap.j.in fi.Et ſi poſſeſsio eſt omnino confuſa , & ni-
hil probatur,ſed ſtatur in dubio:æqualis debet fieri diſtribu-
tio inter eccleſiã & hæredes: niſi fortè quis ex ſeruo eccleſiæ
factus ſit clericus:quia tunc fiet vt dicitur in c.ij.de ſucceſſ.ab
inteſta.ita quòd peculium decedentis in quatuor partes diui-
datur:quæ ſingulæ aſsignenť epiſcopo,eccleſiæ,pauperibus
& parentibus:& ſi non ſunt parentes,epiſcopus illam partem
14 recipiet in vſum eccleſię conuerſurus.¶Decimononò,†vtrũ
clericus præbendatus teneatur facere quatuor partes de redi
tibus eccleſiæ & oblationibus fidelium,ſcilicet epiſcopo,pau
peribus,ipſi ſacerdoti,ac clericis,& fabricæ:ſicut volũt anti-
qua iura:vt in c.quatuor.& in c. cognouimus.& ſeq.xij.q.j.Et
dico colligendo ex Pan.in c.j.de ec.ædi.quòd ſtandũ eſt con-
ſuetudini quo ad quartã epiſcopi & fabricæ: quæ valet præ-
fatis iuribus derogare:niſi quando fabrica remaneret dereli-
cta:quia tunc eſſet irrationabilis,& non valeret: & conſequẽ
ter teneretur dare quartã. & intellige quando reditus ſuper-
ſunt detractis neceſſarijs.Quantumverò ad quartam paupe-
rum,nulla valet conſuetudo in cõtrariũ quin teneatur : imò
plus dico quòd non ſolùm quartam,ſed omnia ſuperflua ne-
ceſsitati tenetur erogare pauperibus ſub pœna peccati mor-
talis,niſi in duobꝰ caſibus.Primò ſi egeat fabrica.vel ſecũdò,
ſi Dei cultũ in ſua eccleſia velit ampliare, nulla tamẽ extre-
ma neceſsitate occurrente.argu.eorum quæ no.in c.dudum.
el ij.de ele.& in c.cum ſecundum.de præben.Vnde & ſecũdũ
S.Tho.in quoli.& ij.ij.q.clxxxv.ſi iſta bona ſint diſtincta,ſcili
cet quæ debentur prędictis: & aliquid ſibi retinet epiſcopus,
quod debet pauperibus vel miniſtris vel in diuinum cultum
erogare:peccat mortaliter reſtitutioni obnoxius. Si verò di-
ſtincta non ſunt,eius fidei committitur:& erit veniale ſi defi-
ciat in modico quod bonæ fidei non repugnet:mortale verò
15 in exceſſu notabili.¶Viceſimò † vtrum clericus conuertens
fructꝰ beneficij in vſus inhoneſtos peccet? Et dicit Ray.ꝙ
ſi eccleſiaſtica bona det cõſanguineis diuitibus,ſcilicet vltra
ſtatum eorum,& nõ vt pauperibus, ſecundũ Veruec. & me-
retricibus aut hiſtrionibus & ſimilibus, pauperibus debita,
raptor eſt:quia quicquid habet pauperũ eſt. xvj.q.j.c.fi.vnde
peccat mortaliter:& reſtituere tenetur eccleſiæ,ſecundũ Pa
nor.in c.cum ſecũdum.de prębẽ.ſi habet de patrimonio vel
aliunde.xij.q.iij.c. j.& ij.quia de altari debet viuere,nõ luxu
riari:accepta luxuria ꝓ omni luxu ſiue illicita cõcupiſcẽtia.
diſt.xliij.in prin.imò reſtituere tenentur qui accipiunt ab eis
indebitè.Nec ſufficit ſecundũ Hoſt.quòd reſtituat de fructi
bus beneficij,niſi quatenꝰ ſubtraheret ſibi neceſſaria Et hęc
vera intellige in foro animę.nõ ſimpliciter & indiſtinctè: vt
tenet Sum. Ange.ſed quantũ ad peccatum mortale,limita ſi
ſit magnus exceſſus,ſecundum S.Tho.vt §.priore. quantum
verò ad reſtitutionem limita cõcurrentibus duobus.Primò,
quòd exceſſus ſit magnus:ſecus ſi modicus,ſecundũ Hoſt.in
Sum.de pœn.& re.& Aſten.lib.j.tit.xxxv.& Franc. de Pla.in
tract.de reſti . Secũdò, ſi bona ſunt diſtincta,vt §. priore.ita
ſcilicet ꝙ aliqua diſtinctè ſint pauperũ,ſaltem principaliter,
licet conſequenter ſint miniſtrorũ:vt bona hoſpitaliũ.& ali-
qua principaliter miniſtrorũ:vt bona præbẽdarum & bene-
ficiorum aliàs S.Tho.vbi ſuprà,& ij.ij.q.clxxxv. ar.vij. videť
tenere quòd nõ ſit de neceſsitate ſalutis reſtituere:ſed ſolùm
ꝙ ſit mortale.& idẽ Arc.in ij.parte.tit.ij.c.j.§.fi.& Veruec.&
idẽ Prępoſi.xliiij.diſt.vide Reſtitutio.ij.§.v.in prin.¶ Viceſi-
moprimò,vtrũ reſtituere teneãtur malè accipiẽtes ab eccle
ſiaſticis perſonis?Et dicit Ray.& Hoſt.ꝙ fornicarię & hmõi
turpes perſonę tenentur reſtituere eccleſię, niſi acceperint
cauſa eleemoſynę in ſumma neceſsitate, quod licuit lxxxvj.
di.paſce.& ſimiliter tenentur diuites & potẽtes, qui acceperũt

per fraudes minas,importunitates,& huiuſmodi:& clericus,
qui dedit redimẽdo ſuã vexationẽ,excuſatur.extra de ſimo.
dilectus.j.nõ tenẽtur verò ſi acceperũt propter aliã honeſtã
cauſam vel neceſſariã,vt ratione hoſpitalitatis vel eleemoſy
nę:vt quia caſu fortuito aliter habere nõ poterãt.Et idẽ eſt ſi
erat bene meriti & honeſti viri,præſertim qui iã impenderat
eccleſiæ ſeruitia defendẽdo,vel patrocinando,vel eleemoſy-
nas faciẽdo,quia talibus eccleſia rependere teneť.xij.q. ij.qui-
cunq;.Veruec.tñ dicit ꝙ qui extorſit per fraudẽ , minas vio-
lentiã,& huiuſmodi,tenetur etiam ſi clericus ſit ſoluẽdo:alij
verò ſolùm ſi clericus propter huius donationẽ factus ſit nõ
ſoluẽdo:adde vel ſoluere nolit.tutius tamẽ eſt ꝙ indiſtinctè
omnes teneantur.¶Viceſimoſecũdò quęritur, cui reſtituere
teneatur qui accepit indebitè ab eccleſiaſtico?Et dico ſecun
dum Ray.ꝙ ei qui dedit,quãdo nõ turpiter dedit,ſed timore,
vel hmõi aliàs autẽ authoritate iudicis pœnitentialis debet
fieri eccleſię cui ablatũ eſt:ita ꝙ nõ illi qui dedit, niſi in caſu
prædicto,ſed ſucceſſori vel ſuperiori vt dicit Hoſt.vel in vti-
litatem eccleſiæ cõuertatur:vel ſecũdum gl.Ray. detur pau
peribus illius loci,ſi videbitur expedire:puta quia eccleſia eſt
abũdans.Quod verò dicitur de authoritate iudicis pœniten-
tialis gl.Ray.limitat ſi ſuper talibus habet diſponẽdi pote-
ſtatẽ:vnde Piſanus habet authoritatẽ ſuperioris,ſed nõ cre-
do neceſſariũ.¶Viceſimotertiò,†vtrũ clericus dimittens of- 16
ficiũ ſine cauſa rationabili teneať reſtituere fructus interim
perceptos ab eccleſia?Et Io.Cal.in c.j.de cele.miſ.concludit
ꝙ ſic:tum quia iſte effectualiter nõ reſidet:nõ reſidens autẽ
priuatur beneficio& fructibus:de cle.non re.c.pe.tum etiam
quia propter officiũ datur beneficiũ.de reſcri.c.fi.li.vj .Vbi-
cunq; autem aliquid datur ob cauſam,cauſa non ſecuta illud
poteſt repeti.ff.de cõ di.ob tur.cauſam.quaſi per totum . Sed
Pan.in d c.j.hac opinionẽ nimis rigidã dicit:nec eã ſequi do-
minũ Car.quia iure nõ ꝓbatur.Et ad primũ cõtra poſſumus
dicere,ꝙ licet clericus nõ reſidens priuetur beneficio: nõ ta-
mẽ reperiť arctari vt fructus reſtituere teneatur,de cle. non
re.ex parte.patet de eo qui per annũ nõ reſedit , & occaſione
tituli quem habet,donec priuetur percipit fructus:& ſi nõ ſer
uiuit iſte dicẽdo officiũ,tamẽ ſeruiuit eccleſiæ vniuerſali in
ordine clericatus.Ad ſecundũ dicitur quòd beneficiũ nõ dať
ſimpliciter propter officiũ : ſed etiã vt clericus aſſumptus in
partẽ dñi de patrimonio domini viuat , & nõ mẽdicet. xciij.
diſ.diaconi.de prębẽ.c.ij.Alia tamẽ opinio tutior eſt in foro
animæ.hęc ex illo.Et ſic ſecundũ hęc determinat Sum. Roſ.
Sum.verò Ang.tenet ꝙ reſtituere tenetur:& ꝙ licet illa opi
nio ſit rigida,eſt tamẽ vera.nec reſpõſio Pan.ad Cal. eſt vali
da:quia licet dentur clerico reditus vt viuat:nõ tamen vt viuat
ſimpliciter,ſed ſecundũ cultũ Dei.Et idẽ inquit, tenet Laud.
in clerico vacãte voluptatibus.Ego verò dico ꝙ opinio Pan.
eſt vera:quia ſecundũ mentẽ S.Tho.in quolibet.clerico ma-
lo tenẽtur ſubditi exhibere decimas.quod etiam patet in c.tua
nobis.de deci.vbi decimæ mandãtur reddi clericis nequã:er-
go illas reſtituere nõ tenẽtur.Et quantũ ad rationẽ quã Sũ.
Ang.dicit inſolutã:dico verũ eſſe.ſed ego ſoluo,& dico pri-
mò ꝙ officiũ propter quod datur beneficiũ,nõ eſt ſolùm ho
ræ canonicæ:ſed eſt miniſtratio ſacramentorũ & conſiliorũ
& verbi Dei,& decantatio Diuinorũ tempore quo populus
cõfluit :quomodo dicitur quis ſuſpenſus ab officio ſeu iuriſ-
dictione vel adminiſtratione: & dico ſecundò quod datum
ob cauſam,ea non ſecuta poteſt repeti,quando erat cauſa to
talis,vel ſaltem principalis dandi: ſecus ſi fuit partialis aut
ſecundaria,vt in propoſito:quia beneficium non datur prin-
cipaliter ſacerdoti vel clerico vt pſallat : ſed vt celebret , &
abſoluat,ac cætera faciat ordinis ſacerdotalis. Vnde bene-

ficiati non ſacerdotes, vbi eſt cura intra certum tẽpus tenen
tur ordinari ad ſacerdotium. Et præterea beneficium nõ da
tur ſub conditiõe, ſed ſub modo: vnde modo nõ ſeruato ad-
huc fructus ſunt beneficiati. Et ita tenet Inno. I. And. & But.
in c.j. de cele. miſ. & Præpo. diſt. xcj. presbyter. & Pet. de Pa
lu. Archi. Franc. de Pla. Zaba. Io. de Lig. Cancel. Pari. & Feli.
17 & Hiero. Zane. & penè omnes. ¶ Viceſimoquartò † quæri-
tur, vtrũ clericus teneatur reſtituere fructus quos de benefi
cio percipit exiſtens in peccato mortali? Et dico quòd dom.
Anto. tenet omne peccatũ notoriũ inducere ſuſpenſionem
à canone: quam opinionẽ qui ſequuntur, vt Sum. Ang. tenent
quòd ſic: quia eſt ſuſpenſus: & idem eſt ac ſi nõ reſideret: quia
nullum & inutile idem eſt. c. inter corporalia. de transla. præ
lat. ſicut non ritè, & non fieri, paria iudicantur. de presb. non
bap. c. veniens. & ideò tenetur, ſicut & non reſidens. Sed Sum.
Roſ. tenet contrarium, ſcilicet quòd reſtituere non tenetur:
quia nec ſequitur dictam opinionem do. Ant. imò dicit quòd
fortè etiam in notorio fornicario, de quo ſcilicet non eſt du
bium quòd ſit ſuſpenſus, iſta locum non habent. ar. eius quod
no. gloſſ. in c. paſtoralis. de appel. vbi habetur quòd excõmu-
nicato non ſubtrahũtur reditus: niſi hoc ſit expreſſum in ſen
tentia. & idem in caſu noſtro. hæc Roſ. Ego dico duo. Primò
quòd non reſidens non tenetur reſtituere fructus, niſi cõde-
mnetur: vt patet ex dictis ſ̃. §. xxiij. nec hoc Sum. Ang. probat.
Secũdò, ꝙ hoc dato, nõ eſt ſimile in caſu de exiſtẽte in mor-
tali: quia in aliquo deſeruit eccleſię: & ritè deſeruit quantum
ad id quod eccleſia ordinauit: vt celebrando officiũ, & orãdo
vt eccleſia ſtatuit: licet nõ vt ordinauit Deus. ¶ Viceſimoqn-
tò quæritur, vtrum clericus excõmunicatus eccleſiæ ſuæ fru
ctus reſtituere teneatur? Et dicit Bern. quòd aſsignari debẽt
alicui, qui celebret pro eo, id eſt, loco eius. de appel. peruenit.
& ſi iniuſtè fuerat excõicatus, recuperabit fructus ſibi ſubla-
tos. ij. q. v. ſuper cauſas. & idem Ray. & Gofr. Si verò iuſtè, nõ
poteſt. C. de re. mi. l. cũ allegatis. lib. xij. quæ tamen Hoſt limi
tat, vt refert Aſten. quãdiu dormit in ſententia, id eſt, in mo-
ra eſt petendæ abſolutionis: quia non debet percipere benefi
cium, qui non facit ſeruitiũ. de appel. paſtoralis. in fi. Secus ſi
non eſſet in mora. de cõceſ. præben. quia diuerſitatẽ. Et ſi nõ
habet vnde viuat, ſecundum Aſten. poſt Ioã. prouidendũ eſt
ei interim de bonis eccleſiæ: quia etiã depoſitis prouidetur.
18 diſt. 50. ſtudeat ne in opprobriũ clericatus cogatur mẽdicare.
¶ Viceſimoſextò † quęritur, ex quibus & quibus reſtituet clę-
ricus reſtitutioni obnoxius propter eccleſiaſtica bona? Et di
co ꝙ ex bonis laicalibus ſi habet, vel habere põt: vel ex eccle
ſiaſticis, ſi ſibi aliquid ſubtrahat de eo quod licitè & cõſume-
re & nõ conſumere poterat, parcius viuendo. Reſtituet autẽ
arbitrio iudicis pœnitentialis, vel ſuperioris, licet hoc non ſit
neceſſarium, dando ipſi ſuperiori, vel ſeruãdo, ſucceſſori, vel
dando pauperibus, aut expendendo in vtilitatem eccleſiæ,
ſecundum quod videbitur: vt dictum eſt in ſimili ſ̃. §. xxij. De
fructibus beneficiorum habes multa ſ̃. Beneficium.

## De Coactione.

1 *Coactionem duplicem eſſe, abſolutã ſcilicet, & cõditionalem.*
2 *Coactè baptizatus, num baptiſmi characterem recipiat?*
3 *Coacta ſeruitia Deo exhibita, an Deo placeant?*
4 *Coactè matrimonium initum, an teneat?*

1 COACTIO † duplex eſt. Vna ſcilicet abſoluta, qua quis
cõtra voluntatẽ corporaliter ad aliquid ex toto cogitur
ſicut qui ligatur. & de hac di. 50. presbyteros. & ex hac aliqd
contra Deum faciens nõ peccat: ſicut ſi mulier opprimatur:
vt patet in d. c. & not. gloſſ. diſtin. v. ad eius. quod verũ eſt, ni-
ſi tunc vel poſt animus conſentiat. Alia eſt quæ dicitur cõdi-
tionalis: qua quis cogitur vnum è duobus eligere: de qua in c.
lectores. xxxij. diſt. & in gloſſ. prædicta: & hæc non excuſat in
peccatis: vt in c. ſacris. de his quæ vi metúsve cauſa fiunt: niſi
vt j. Metus. De his S. Thom. in iiij. diſtin. vj. q. j. articu. ij. q. ij.
¶ Primò † verò quæritur, vtrum coactè baptizatus recipiat
characterem baptiſmi? Et dico ꝙ ſic, ſi coactio fuit cõditio-
nata, quanuis non gratiam: vt ſ̃. Baptiſmus. non autem ſi fuit
abſoluta ſecundum gloſſ. in c. epiſcopus. diſtin. lxxiiij. & Inn.
in c. fraternitatis. de hæreticis. ¶ Secundò, † vtrũ ſeruitia coa
cta placeant Deo? Et dico quòd non: etiam ſi coactio ſit con
ditionata: puta ex metu pœnarum. xxiij. q. v. ad fidem. & xx. q.
ij. præſens. vtilia tamen ſunt facienti: tum quia diſponunt ad
ſalutem: tum quia ſi ſeruiens nõ omittit ſaltem tantum. & ſi
omittat non faciendo quod debet vt debet, id eſt ex amore.
¶ Tertiò, † vtrum teneat matrimonium per coactionem?
Et dico quòd non, ſi fuit coactio abſoluta: ſimiliter nec ſi fuit
conditionalis, & interuenit metus cadens in conſtantem vi-
rum: vt infrà, Metus. § . viij. & Matrimonium. vj. §. j. & Matri-
monium viij. § . xij.

## De Coadiutore.

1 *Coadiutor quis dicatur? Et quam poteſtatem habeat iuridi*
*cus coadiutor? Et quid de commiſſario?*
2 *Coadiutor quibus dandus ſit, & abs quibus commiſſarius*
*aſſumi queat? Et cuius authoritate ac permiſſu?*
3 *Epiſcopus grauatus, ſi nolit coadiutorem accipere, etiam à*
*capitulo requiſitus, quid agendum ſit?*
4 *Coadiutoris officium, quando expiret?*

COADIVTOR, † vt ipſum nomen ſonat, eſt qui in al
terius adiutoriũ datur, vel aſſumitur. Et habet coadiu-
tor iuridicus, id eſt, de quo mentio fit in iure, liberam & legi
timã adminiſtrationẽ. quod Sum. Ang. tenet indiſtinctè: ſed
Pan. in. c. de rectorib⁹. de cleri. ægro. limitat verũ, quãdo præ
latus eſt impeditus in ſpiritualibus & temporalibus. Si autẽ
in ſpiritualibus tantum, tunc coadiutor non adminiſtrat tem
poralia. Et eius officium eſt facere quæ pertinent ad officiũ
eius, cui datur, excepto quòd nihil immobile, vel mobile pre
tioſum poteſt alienare: vt in c. vnico. de cleri. ægro. lib. vj. iun
cta gl. & nõ ſolùm de bonis eccleſiæ, ſed nec prælati: vt in c.
paſtoralis. de cleri. ægro. li. vj. Nec debet aliquid de bonis ec-
cleſiæ, cui eſt adiutor, ſumere, niſi ſumptus moderatos: vt
ibidem. & ad hoc vij. q. j. ſcripſit. & ſi reditus nõ ſufficiunt, eos
habebit ille qui ſeruit, & infirmo ꝓuidebit epiſcopus ſecun-
dum glo. in c. de rectoribus. extra de cleri. ægro. Aliter tamẽ
ſenſit Panor. vbi ſuprà. Cõmiſſarius autẽ, qui ſemper aſſumi-
tur, nõ habet authoritatẽ, niſi quã illum aſſumens ei contule
rit. ¶ Primò † verò quæritur, quibus dari debet coadiutor: &
à quibus aſſumi poſsit cõmiſſarius? Et dico quòd ille dari de-
bet, ſecundum Innoc. in cap. niſi cum pridem. de renun. cui-
libet prælato, qui ſuum officium exercere non poteſt. vij. q. j.
quaſi per totum. & ſecundum eundem in cap. venerabili. de
offic. dele. dãdus eſt dilapidãti eccleſiæ bona. Iſte verò aſſu
mi poteſt ab epiſcopis & ſuperioribus prælatis: vt not. docto.
in dicto cap. vnico. imò & aliquo modo omnes qui poſſunt
vices committere: quia à commiſsione commiſſarius dictus
eſt. ¶ Secundò quæritur, cuius licentia vel authoritate dari
poſsit? Et dico quòd epiſcopis & ſuperioribus prælatis dari
non poteſt ſine licentia papæ: vt in d. c. vnico. quod tamen in
duobus caſibus fallit, vt ibi patet. Primò, quando epiſcopus
vel ſuperior pręlatus ſenio aut corporali valetudine ita gra-
uatus eſt, quòd perpetuò ſuum officium exercere non po-
teſt: quia tunc de conſilio & aſſenſu capituli ſui, vel maio-
ris partis vnum vel duos coadiutores poteſt aſſumere. Secun
dò, quando eſt amens, ita ꝙ velit nolit, exprimere neſcit: quia
tunc capitulum vel duæ partes vnum vel duos coadiutores
3 dare poſſunt. Alijs ergo dare poteſt ſuperior ꝓprius. ¶ † Ter
tiò quæritur, quid ſi epiſcopus grauatus vt ſuprà nollet aſſu-
mere nec habere coadiutorem, licet à capitulo requiſitus? Et
dico quòd nihil per capitulum innouetur, ſed in hoc caſu, &
etiam ſi epiſcopus eſſet demens, capitulum ſignificet quàm
citò poterit conditionem epiſcopi & eccleſiæ: vt in eo. c. vni-
4 co dicitur. ¶ † Quartò quæritur, quando expirat officium co-
adiutoris? Et dico quòd in morte eius cui datus eſt: vt nota.
doct. in c. grandi. de ſup. neg. præl. lib. vj. Et idem eſt de com-
miſſario, vt per ſe manifeſtum eſt.

## De Cogitatione.

1 *Cogitatio, num peccatum mortale eſſe poſsit? Et quid propriè*
*ſit cogitatio?*

1 COGITATIO, † poteſt eſſe peccatum mortale: vt ſi
ſit deliberata de malo mortali. diſt. xlix. hinc etenim. §.
ponderoſus. etiam ſi opus non ſequatur: ſed nõ meretur pœ-
nã ab homine, cùm ſuis terminis eſt cõtenta. de pœn. diſt. j. §.
cogitationis. in tex. & in glo. Aduerte tñ ꝙ cogitatio ꝓpriè
eſt ↄ̃patio intellectus: impropriè autẽ eſt ↄ̃patio voluntatis:
vt delectatio. & cõſentire dicitur cogitatio. Vñ q̃uo vtraq; ſit
peccatum néc ne, vide infrà Conſenſus: & infrà Delectatio.

## De Cognatione.

1 *Cognationem triplicem eſſe.*

1 COGNATIO, † triplex eſt, ſcilicet carnalis, quæ dicitur
conſanguinitas: ſpiritualis, quæ dicitur compaternitas:
& legalis, quæ dicitur adoptio. de quibus infrà Impedimen-
tum. v. vj. & vij. & ſuprà Adoptio.

## De Collegio.

1 *Collegium vnde dictũ ſit? Et quid ſit collegium eccleſiaſticum?*
2 *Collegium, num à ſocietate differat?*
3 *Collegium an facere liceat? Et num collegium rectorem vnum*
*ſibi conſtituere poſsit? Et an ſtatutum facere?*
4 *Collegium deſerentes, num in bonis collegij partem ſuam habe-*
*re debeant?*
5 *Collegio deſtructo, an eius quoque priuilegia reſtincta eſſe vi-*
*deantur?*
6 *Collegium, vel vniuerſitas, num ita reſtitutionem in integrum*
*petat, vt minor? Item quomodo ſuper re priuati diſponere*
*queant & quot debeant conuenire, vt aliquid efficaciter face-*
*re poſſint. remiſsiuè.*

1 COLLEGIVM † dictum eſt, quia ſimul aliqui colligun
tur, vel ſimul cohabitant, ſecundũ gl. in l. j. ff. quod cui.
vni. no. & eſt cõgregatio, quã ad minus tres facere poſ-
ſunt: vt l. Neratius. ff. de verb. ſigni. q̃a duo faciunt cõgrega-
nem: collegium tres: populum decem: turbam plus quàm de
cem. aut xv. gregem, v. porci, vel x. oues, vt not. Ber. de ele. c. j.
vide gl. in c. j. x. q. j. Sed paterfamilias dicitur qui habet domi
nium, licet filios non habeat. l. pronunciamus. ff. de verb. ſign.
Et dicitur eccleſiaſticum, ſi maior pars inæqualis eſt clerico-
rum, & ſimiliter data partium æqualitate, ſecundum Pan. in
cap. ex literis. de conſtitu. quia magis dignum trahit ad ſe mi
nus dignum. c. quod in dubijs. de conſec. eccle. vel alta. l. quod
2 maior. ff. de mino. no. Bar. in l. fi. ff. de colle. illi. ¶ † Primò ve-
rò quæritur, vtrum collegiũ differat à ſocietate? Et dicit In-
nocẽ. vbi ſ̃. quòd ſic: vt patet in l. j. ff. quod cui. vni. vbi dicitur
quòd ſocij alicuius congregationis poſſunt facere collegium
& conſequenter ſocietas non eſt collegium. Itẽ collegiũ re-
ſidet in vno. ff. quod cu. vni. l. ſicut. ſed ſocietas morte vnius ſo
3 cij ſoluitur. ff. pro ſocio. l. adeo. ¶ † Secundò quæritur, vtrum
liceat collegiũ facere? Et reſpondet Inn. in c. dilecta. de exceſ.
præl. licet aliter alij dicant, quòd homines cuiuſcunq; profeſ-
ſiõis: vt grammatici, vel negotiatores, & huiuſmodi, poſſent
ſimul conuenire propria authoritate, & facere ſibi rectorem
ac ſyndicũ, dũmodo coeãt, vel collegiũ faciãt ꝓ cauſa hone-
ſta: puta ad defenſionẽ ſuæ iuſtitiæ, vel ne in ſuis officijs fiat
fraus: & multo magis ſi faciãt cauſa pietatis vel religionis. Et
quòd liceãt alia collegia, patet C. de iuriſ. om. iud. l. fi. ff. quod
cui. vni. l. j. ff. ad Trebel. l. omnibus. & de procu. c. quia. & ff. de
colle. illi. l. j. §. j. vbi aliqua prohibendo lex videtur alia conce
dere. Vbi etiam & dicitur quòd ſenatuſconſulto illicita arcẽ
tur: & conſequenter licita conceduntur. Illicitum autem eſt
quod fit pro aliquo malo, & deſtruendum eſt. l. vlt. ff. de coll.
illici. Vnde Bar. in l. j. ff. de colle. illi. dicit quòd iure cõmuni
collegia quę fiunt cauſa religionis, ſunt permiſſa. l. j. ff. quod
cui. vni. ¶ Tertiò, vtrum collegium poſsit ſibi facere recto-
rem vnum, ſub quo poſsint omnes de collegio conueniri? Et
dico quòd ſic. text. eſt in l. fina. C. de iuriſdi. om. iudi. & tenen-
tur ei obedire: vt ibi. ¶ Quartò, vtrum collegium poſsit fa-
cere ſtatutum? Et dico quòd collegia licita & approbata in
his, in quibus habent iuriſdictionem: & quo ad pertinentia ad
ipſos collegiatos poſſunt facere ſtatuta: vt notatur in glo. fi.
C. de iuriſdi. om. iudi. & expreſsius C. de conſti. pecu. l. ij. in fi.
per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. ¶ † Quintò, 4
vtrum deſerentes collegium debeant habere partem ſuã bo
norum collegij? Et dicit Innocen. vbi ſuprà, quòd ſic, de his
quæ in eo conferunt ipſi de collegio. & ſic loquitur l. j. §. fina.
de colle. illi. facit pro hoc l. ij. §. viarum. ff. ne quid in loco pu-
bli. de cle. coniu. quod à te, vbi not. de hoc xvj. q. j. de lapſis.
ſed de alijs quæ legantur vel donantur vniuerſitati, non de-
bet habere partem. facit l. ſicut. §. ſi quod. ff. quid cui. vni. cum
alijs notatis in gloſſ. dicto §. fin. quę concordant cum Inno.
¶ † Sextò, vtrum deſtructo collegio extinguãtur omnia pri- 5
uilegia eius? Et dicit Panorm. in cap. ij. de poſtul. præla. quòd
ſic, ſi eſt eccleſiaſticum, & deſtruatur per ſuperiorem. Si verò
eſt ſeculare, ſunt opiniones: ſed verior, ſecundum eum, eſt
quòd durant apud ciuitatem vel locum, ſi ipſi ciuitati erant
conceſſa: ſicut in eccleſiaſticis durat apud eccleſiam. de quo
vide ſuprà Ciuitas. §. ij. ¶ † Septimò, vtrum collegium vel 6
vniuerſitas petat reſtitutionem in integrum, ſicut minor? Et
dicunt aliqui quòd ſic. quod verum limita in pijs: vt ſunt ho-
ſpitalia, & huiuſmodi, ſecundum Ioan. Andre. in cap. ij. de re-
ſtitu. in integr. lib. vj. ar. c. requiſiſti. de teſt. quod etiam ſequi-
tur Panor. in cap. j. de reſtit. in integ. allegans l. omnia. C. de
epiſco. & cleri. quæ dicit omnia priuilegia conceſſa eccleſijs
extendi ad hoſpitalia & pia loca. de quo vide ſuprà Ciuitas. §.
ij. Quomodo autem collegium diſponere poſsit ſuper re pri
uati, & quot debent cõuenire vt poſsint aliquid facere, vide j̃.
Statutũ. §. ij. & infrà Electio primò. §. j. & quomodo ſinguli
poſſent eſſe teſtes collegio, infrà Teſtis. §. primo & ſecundo.

## De Colono.

1 *Colonus an poſsit ſemen, aliáſve impenſas de iure deducere, ſi*
*de hoc ſpeciatim non cauerit?*

COLONVS, † accipiens terram colendam ad tertiam 1
vel quartam, vel alium reditum, ſecundum Innocen. in
c. tua. el ij. de deci. non poteſt de iure deducere ſemen,
aut alias expenſas, niſi per pactum ſpeciale aliud fiat: & ſi pa-
ctum non ſit, attendenda eſt conſuetudo, ſi eſt: quæ ſi non
eſt, ſtabimus iuri.

¶ COLVMBARIA. Reſtitutio, tertiò. §. quarto.

## De Colluſione.

1 *Colluſio, ac colludere quid ſint.*

COLLVSIO, † dicitur quaſi ſimul luſio, id eſt, duorum 1
ludus illudentium iudici. Et colluſio, ſecundum Ber. in

4 glo.in cap.audiuimus.de collu.&cap.cum clerici.de cenſi.eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, per quam alter in iudicio ſe ſuperari permittit: & qua interueniente,ſecundũ Hoſt.in Sũ.delicta aliquãdo remanẽt impunita,aut etiã cõmittuntur.Et colludere,eſt aliquẽ cũ ſuo aduerſario pecunia vel gr̃a mediante paciſci,vt pro ſe in cauſa vel iudicio pmittat ſentẽtiari.de collu.c.j.& ij. Quod quidẽ aliqñ fit impunè,ſcilicet in ciuilibus cauſis,ſcd̃m Azo. vt cũ qs per colluſionẽ patitur ſeruũ vel libertũ ingenuũ pnũciari,ne ſcilicet per tales degeneres inquinaretur amplius ordo ſenatorum.Vtrum autem liceat,vide ſuprà Accuſatio.§.viij.

## De Commenda.

1 *Commenda vnde dicta eſt,& quotuplex ſit?*

2 *Commenda eccleſiæ curatæ,aut parochialis,quomodo cõſtituẽda ſit? Et num commendatarius parochialis prælatus cenſendus ſit? Et an talis fructus eccleſiæ ſuos faciat?*

3 *Commendatarius parochialis ſi eccleſiam impetret, num de commendæ mentionem facere teneatur? Et num ad huiuſmodi commendam patronus vocandus ſit?*

4 *Commenda durante num ea reuocari, aut conferri poßit?*

5 *Epiſcopo ſi conceſſum fuerit, vt vſque ad certum tempus eccleſiarum vacantium fructus accipere queat,num hoc prætextu beneficium commendati fructus retinere queat? Et quanto tempore epiſcopus commendare queat?*

6 *Commendam finitis ſex menſibus, an poßit ordinarius alij committere? Et an commendantis morte commenda ipſa quoque finiatur?*

7 *Commendatas eccleſias an vnus plures habere curatas poßit Et quid de commenda eccleſiarum non curatarum?*

1 COMMENDA,† ſcilicet eccleſiæ,nunc per ſincopã dicitur quaſi comedenda:quia ſcilicet eccleſia,quæ eſt in commenda,comeditur & voratur:olim autem à commendãdo dicta eſt.quod quidem commendare ſumitur multipliciter,ſecundum Ioan.And.in glo.in cap.nemo.de elect.libr.vj. ſcilicet pro deponere:vt xxij.quæſt.ij. ne quis.& pro laudare: vt,non qui ſeipſum commendat,&c.ij.Corin.viij.Aliquando pro traditione ad cuſtodiam, vt hic. Duplex autem eſt commenda,ſicut & duplex eccleſia,ſcilicet eccleſiæ curatæ, & nõ curatæ.Et duplici ex cauſa cõmenda rationabiliter fieri conſueuit.Primò,ad vtilitatem eccleſiæ commendatæ. Secũdò, ad honeſtam ſubuentionem cõmendatarij:quia licet cap.nemo.de elect.lib.vj.dicat quòd non fiat niſi ex euidenti vtilitate ipſius eccleſiæ,tamen loquitur de curata. prælati autẽ curatarum ſunt propter populum vel eccleſiam:nõ autem populus propter prælatũ.vnde principaliter præfici debẽt propter vtilitatem eccleſiæ,non ſuam,ſicut dicit San.Th.iiij.di-
2 ſtin.xvij.q.iij.¶†Primò verò quæritur,quomodo facienda ſit cõmenda eccleſiæ curatæ vel parochialis? Et de hoc Greg.x. in cõcilio Lugdunenſi.& extrà de ele.nemo.li.vj. dicit ꝙ nemo deinceps parochialem eccleſiam alicui non conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio commẽdare præſumat,nec tali etiam niſi vnam & euidenti neceſsitate vel vtilitate ipſius eccleſiæ ſuadente.Huiuſmodi autem,inquit,cõmendam,vt præmittitur,ritè factam declaramus,vltra ſemeſtris tẽporis ſpatiũ nõ durare:ſtatuentes quicqd ſecus de cõmendis eccleſiarũ parochialiũ actum fuerit eſſe irritũ ipſo iure.hæc ibi. In alijs ergo cõmendis locũ non habet iſta cõſtitutio:ſed ſtat ius antiquum,ſecundũ glo.¶Secundò quæritur,vtrũ talis,id eſt, parochialis cõmendatarius ſit prælatus? Et dicit idem Io.An. quòd non,ſed tantum procurator:habet tamen legitimã adminiſtrationem.xxij.quæſt.j.relatio.ſcilicet quãdo debitè fit. ¶Tertiò,an talis faciat fructus ſuos? Et dicit idem quòd non, ſecundum Bar.quia cuſtos eſt,& ius in eccleſia non habet:licet teneat Archi.ꝙ ſi eccleſia indiget,poteſt præſentare clericum ordinandũ ad titulũ talis eccleſiæ,vt de iure pat.poſtulaſtis.imò nõ habet ius in fructibus,niſi ad colligẽdũ,gubernandũ,& prouidendũ ſibi & miniſtris,& quod ſupereſt in vtilitatem eccleſiæ cõuertẽdum:ſicut & de viſitatore dicitur di ſtin.xvj.obitũ.Et hoc tenet Hoſt.ſed contrarium fit de facto. ¶†Quartò,vtrum talis,ſi eccleſiã impetret, teneatur de cõmenda facere mentionem? Et dicit idem quòd ſic.arg.de cõceſ.præben.cum noſtris.&.c.literas. Sed intellige,ſi nõ impetrat eandem.¶Quintò,vtrum ad talem cõmendã vocabitur patronus? Et dicit idem ꝙ ſic ſecundũ Inn. Hoſt.& Gar.arg. xvj.q.vij.filius.& idem eſt in alijs,qui ex tali cõmenda læduntur:& ſi fuerint contumaces, vlterius nõ audientur. ¶Sextò, vtrum† durante cõmenda poſsit interim per ordinarium cõferri aut reuocari? Et dicit idẽ quòd non, ſecundum Gar.niſi ceſſat cauſa,ex qua fuerat facta.ar.de voto.magnæ.¶†Septimò quæritur,ſi conceſſum fuerit epiſcopo vt vſque ad certũ tempus percipere poſsit fructus vacantium eccleſiarũ,an hoc prætextu retinere poſsit fructus beneficij cõmẽdati? Et dicit idem quòd nõ,ſecundũ Guliel.nec interim dicitur talis eccleſia vacare:quia titulus iſte eſt canonicus,ſicut & alij. extra de elect.dudum.ij.¶Octauò,quanto tempore epiſcopus poſsit cõmendare? Et quidã,vt idem refert,dicũt quòd cõmendare poteſt ſolùm vſque ad illud tempus quo poteſt cõferre ſcilicet vſque ad ſex menſes:tamẽ ſecundũ Guliel.hoc eſt falſum: quia ſi ſecundo vel tertio die poſt vacationem cõmendaret, iam non duraret per ſex menſes: quod tamen poteſt per iſtã cõſtitutionem:vnde ſi fiat vltima die ſex menſium durabit p ſex menſes:ſi tamen totum tempus ordinarij elabatur, ſcilicet ſex menſes,nõ poterit deinde facere cõmẽdã.arg.de off. deleg.de cauſis.Vel dico quòd eo finito eã cõmendare poterit alicui ad cuſtodiendam & ſaluandam,donec prouideat ſuperior.ar.de appella.cum teneamur.¶†Nonò,vtrum finitis ſex menſibus poſsit ordinarius eam eidem vel alteri iteratò cõmendare? Et dicit idem videri quòd ſic:quia tempus Lateranenſis cõcilij nõ currit pendente cõmenda ex cauſa facta: ſed certè,inquit,mens dictæ conſtitutionis contradicit:aliter fieri poſſet ei fraus,& perpetuò fieri.& arg.de diuor.quanto. Vel diſtingue vtrũ cõmenda fiat intuitu eccleſiæ vel pſonæ: vt ſcilicet facta intuitu eccleſiæ, ſcilicet ad eius vtilitatẽ teneat,nõ autẽ facta intuitu pſonæ.hæc ille.Sed iſta diſtinctio videtur euacuari per textum, qui vult quòd fiat ſolũ intuitu eccleſiæ.vnde dic quòd poterit cõmendare,donec prouideat ſuperior.¶Decimò,vtrum expiret cõmenda morte cõmendantis? Et dicitur ꝙ non,ſecundum Guliel.vt de commo.c.j. ¶†Vndecimò,vtrũ vnus plures poſsit habere curatas eccleſias cõmendatas? Et dicit idem quod nõ:ſicut nec plures in titulum:vt patet in d.conſtitutione:niſi ex diſpenſatione Papæ in caſu vtroq;:ſed vnã intitulatam,& aliam cõmendatã curatas ab ordinario poteſt habere,ſecundũ antiquũ ius.xxj.q.j.ſi quis plures.ſed cum moderatione d.c.nemo. ¶Duodecimò quæritur,quid de cõmenda eccleſiarũ non curatarũ,quæ hodie viget in dominis Cardinalibus quãtũ ad multas abbatias? Et dico quòd ſicut licet ſubuenire clerico de bñficio curato vt honeſtè viuat:ita,& fortè magis,licet ſubuenire de non curato, ſi indigeat ad neceſsitatem aut decentiã. Vnde ſi abbatiæ habent ſuperflua,& ipſi ſunt indigẽtes,fieri poteſt,maximè vbi non poſſunt inueniri monachi regulares in numero pari reditibus:ſed eo caſu teneatur,ſecundum Panor.in c.de monachis.extra de præb.eccleſias conſeruare in ſolito ſtatu, & de ſuperfluo ſibi prouidere poſſunt ad neceſsitatem & decentiam.Circa hoc tamen mortaliter peccatur multis modis. Primò,ſi non indigent in veritate:ſed ſolùm ſecũdum ſuam pompaticam cõcupiſcentiam & laſciuiam:quia vſurpant ſibi ſanguinem pauperum.Secundò,ſi notabiliter minuũt cultum diuinum:vt ſi ibi cõſueuerãt officiare duodecim,& auaritia ducti retinent ſex:quia iniuriam inferũt honori diuino, & iniuſtè damnũ defunctis.Tertiò, ſi opponunt ſe cupiditate reformationibus abbatiarum eadem ratione. Quartò, fortè propter ſcandalum populorum hac occaſione blaſphemantium nomen Domini,& tepeſcentium in fide.



## De commiſsione.

1 *Commißio per Papam facta alicui,dignitatis nomine expreſſo facta mentione, quòd alibi reſideat, quid præſtet? Et quid ſi de confidentia mentio facta non fuerit?*

2 *Committere vices ſuas num quis poßit? Et quid vbi commiſſio facta eſt in genere de diſpenſando,an ad mediocrita tem reducatur? remiſsiuè.*

1 COMMISSIO† facta per papam alicui expreſſo nomine dignitatis faciẽdo mentionẽ ꝙ reſideat in alio loco, facit vt talis cognoſcere poſsit in loco reſidẽtiæ, ſecundũ Io. An.in c.exhibita.de re.permu.Sed ſi de reſidentia mẽtio non fiat:tũc cõmiſsio facta eſt in loco dignitatis expreſsè:nec extra illã diœceſim poterit de cauſa illa cognoſcere.c.ſtatutũ.
2 §.in nullo.de reſcri.lib.vj.& qđ ibi no. Vtrũ† autẽ quis poſsit cõmittere alteri vices ſuas:vide ĩ.Delegatus.& ĩ. Vicarius.& ĩ.Confeſſor.j. Vtrũ etiam cõmiſsio facta in genere de diſpenſando,ad mediocritatẽ reſtringat̃,vide ſuprà Clericus.j.§.iiij.

## De Commodato.

1 *Commodati definitio,& eiuſdem ſigillatim explicatio.*

2 *Commodari quænã res poſſunt? Et quis cõmodato dare queat?*

3 *Commodati natura. Et cõmodatarius ad quid teneatur? Et ad quid minimè. Et quas in re cõmodata expenſas factas repetat.*

4 *Commodãs num cõmodatum cum intereſſe commodatarij ante vſum expletum,reuocare poſsit? Et quid ſi cõmodatarius re commodata intra tempus tacitè, aut expreſsè præfinitum vti non potuerit,an alio tempore inuito domino vti poſsit?*

5 *Commodans vaſa vitioſa,equum aut quippiam aliud, num teneatur commodatario de damno,ſi quod inde ſecutum fuerit? Et ſi commodator rem æſtimatam tradat,num periculum in commodatarium tranſire faciat?*

6 *Commodatarius,an de omni culpa teneatur,ſi res deterioretur,aut pereat? Et quid de caſu fortuito?*

7 *Commodatarius rem commodatam per nuntium remiſit, & ea perijt,num commodanti de ea teneatur? Et quid ſi ſciens ad vſum nõ deſtinatũ cõtra domini voluntatẽ vſus ſit? nu.ſeq.*

9 *Commodatarius,num proprias rebus commodatis, ſi ſimul omnes ſeruare nequeat,præferre queat?*

10 *Commodatarius,aut depoſitarius & huiuſmodi, allegantes res commodatas,depoſitas, & id genus,reliquas deperditas, num id probare,& qualiter teneantur? Et quid ſi rerum probata amiſsione,contrà dolus aut culpa allegetur,cuinam probandi onus incumbat?*

1 COMMODATVM † ſiue contractus,per quem aliqd dicitur commodatum,eſt alicuius rei ad aliquẽ ſpecialem vſum gratuitò facta cõceſsio,ſecundum glo.in cap.vnico.de commo.& idem Hoſt.& dicitur quaſi vtentis commodo datum,ſeu cõceſſum.Dicitur autem gratuitò,ſiue gratis alioquin ſi merces interuenit pecuniæ,iam eſt locatio:ſi verò nõ interuenit merces pecuniæ,ſed aliud,eſt cõtractus innominatus Inſtitu.man.§.vlti.q quadrupliciter fit,ſcilicet do vt des.do vt facies.facio vt des.facio vt facies.ff.de præſ.verb. l.naturalis.vide ĩ.Contractus. Dicitur etiam ad ſpecialem vſum:quia ad incertum vſum nihil commodari poteſt, quia iam eſſet precarium:quod in hoc differt,quia precarium eſt ad incertum vſum quo ad tempus durationis, puta pro ſe & hæredibus ſuis.ff.de preca.l.cum precario. commodatum autem eſt ad vſum certũ:quia ſcilicet habet tempus tacitũ vel expreſſum,ante quod reuocari non poteſt. Et dico tacitum, puta commodaui tibi librum ad trãſſcribendum:habes tempus,in quo poſsit commodè trãſſcribi.ff.commo.l.iij.& l.iiij. & l.ſi vt certo.& l.vltima.ſecundum Inno.in d.c.vnico. ¶Pri-
2 mò † verò quæritur,quid commodari poſsit? Et dico quòd res immobilis, & res mobilis,& res corporalis, puta ſeruitus habitationis.ff.cõmo.l.j.vbi dicit text. poſſe cõmodari rem mobilem,& etiam ſoli,& etiam habitationem.Et intellige ſi bona fide poſsidemus.ff.commo.l.commodare.& etiã ſi mala fide,vt ibidem ad hunc ſenſum:quia fur aut prædo cõmodando peccat,& furtum committit,tamen dicitur poſſe commodare,quia habet commodati actionem,contra commodatarium.ff.commodati.l.vt ſi.niſi fortè cõcurrat dominus rei cum legitimis probationibus:quia tunc ei facienda eſt libera reſtitutio.C.de furt.l.in ciuilem.Res tamen mobilis,quæ vſu conſumitur,vt panis,& pecunia, commodari non poteſt niſi ad pompam vel oſtentationẽ.ff.cõmoda.l.iij.& ſequenti.ſed per oſtentationem & pompam intelliget omnem vſum,per quem res ex toto non cõſumitur:ſed eodem numero reſtitui poteſt: puta ſi commodetur aurum ad lætificandum:quia in omnibus eadem ratio eſt,vt infrà.§.iij.¶Secundò,quis poſsit commodare,& cui commodari poſsit? Et dico ſecũdum Mo. quòd ille qui poteſt contrahere:argum.l.Iulianus.§.antepen. ff.de actio.empt.& vend.vnde nõ ſolùm prælatus, ſed etiam œconomus poteſt commodare:quia is cõtrahere poteſt.x.q. ij.hoc ius.Vnde ſi pupillus commodet,non eſt obligatus: ſed alius ei obligatur.ff.de actio.empti.& vend.l.Iulianus. Si autem ei commodetur,obligatur pro quãto factus eſt locupletior,vel dolum commiſit:ſecundum gloſſ.in l.j. ff.commo. quod Bart.ibi limitando dicit quòd ſi ab initio non ſubſiſtit commodatum iure ciuili aut naturali:quia ſcilicet puer erat infans,vel à tutore recipit:tũc nullo caſu tenetur: quia ab initio non ſubſiſtit.d.l.j.§.impuberes.ſed ſi ab initio ſubſiſtit ſaltem naturaliter,quia ſcilicet pupillus erat proximus pubertati:tunc tenetur quatenus eſt factus locupletior:vel ſi dolum commiſit: vt in l.j.§.an in pupillũ.ff.depo.Dicitur autem factus locupletior,ſecundum aliquos:vt ibi refert Bartol.ſi nõ eſt factus pauperior.quod licet alij reprobent, tamen ipſe dicit reprehenſionem non eſſe iuſtam rectè intelligendo:quia ſi pupillus habet rem,cõuenitur vt reſtituat eam: & tenetur, quia reſtituendo non efficitur pauperior.Sic & ſi perſonæ, non eccleſiæ commodatum fuit,tenetur eccleſia inquãtum in vtilitatem eius verſum eſt.¶Tertiò † quæ ſit natura com- 3
modati? Et dicit Mona.hãc eſſe,vt res ipſa commodata reſtituatur:quia hoc eſt de iure naturali.diſtinctio.j.ius autem naturale.ſic quòd talis rei dominium non tranſit in recipientem,ſecundum gloſſ.in d.c.vnico. & in l.rei commodatæ.ff. commo.Nec tenetur commodatarius de re ſi perijt,niſi fuerit in culpa:ſed perijt domino:vt in d.c.vnico.& de hoc infrà §.vij.Nec etiam tenetur de rei deterioratiõe,ſi in ea re vſus eſt ad quam accepit,& ſine ſua culpa deterior facta eſt.ff.cõmo.l.cum qui rem.& lege fin.Et quod dicitur in lege,ſed mihi. ff.eo.quòd propriè res dicitur non reddita, quando deterior facta redditur intellige ex culpa ſua.d.l.eũ qui rem.Sed nec poteſt eam retinere ratiõe compenſationis,prætextu alicuius debiti.l.vlt.C.cõmo.huius tamẽ cõtrarium ibi communiter tenetur.& facit quod no.Pan.& in gl.in c.bona fides.de depo.quia ſolùm prohibetur compẽſatio in depoſito,per illum textũ.& l.fi.C.de cõpen.& cõſequenter in alijs cõtracti-

bus compenſatio admittitur:quia exceptio firmat regulam
in alijs.xxxiij.q.vij.dominus.Et hoc videtur tenere gl.in l.ſi.
C.com.& hoc vbi debitum ſit liquidum.Nec etiã poteſt re-
petere expenſas in re cõmodata factas naturali ratione:puta
cibariorũ,& huiuſmodi.ſed alias ſic:niſi ſint modicæ:vt impẽ
ſas valetudinis,aut fuge,vel hmõi:vt in l.in rebus.§. poſſunt.
ff.commo.vnde & Bar.dicit in l.diuortio.§.impendia.ff.ſolu.
matri.quòd ſi commodo tibi equum,& tu impendis in eo cu
rando:ſi quidem modica fuit impenſa,nõ repetitur,ſicut nec
cibaria.d.§.poſſunt.ſecus ſi magna.Et idẽ dicit de impẽſis fa
4 ctis in ſeruo curando.¶Quarto † queritur,vtrum cõmodãs
ſiue commodator reuocare poſsit commodatũ cum intereſ-
ſe cõmodatarij ante vſum expletũ?Et dico quòd nõ.de com
mo.c.vnico.& l. in cõmodato. §.ſicut.ff.eo. precarium verò
bene poteſt reuocare:qa non eſt ad vſum certũ.ff.de preca.l.
ij.§.j.& de prec.c.vlt.Et ſi reuocat ante tempus,tenetur com
modatario de dãno.l.in rebus.ff.cõmo . quod in conſcientia
verum limito,niſi cõmodans ſimiliter erat damnũ paſſurus,
ſi nõ reuocaſſet:& cõmodatarius etiam aliàs ſine re cõmoda
ta ſibi prouidere nõ potuiſſet:quia potius ex mea re mihi de
beo cõſulere:nec cõmodatarius poteſt dici deceptus, ex quo
aliàs ſibi prouidere nequiuiſſet.¶Quintò quæritur , ſi com-
modatarius vti nõ potuit re commodata intra tempus præfi
xum tacitè vel expreſſe ſine ſua culpa:vtrũ inuito commodã
te vel domino poſsit vti alio tempore?Et dicit Bar.in l.in cõ
modato.§.ſicut.ff.commo.& ſequitur Pan.in d.c.vnico.quòd
non:quia cùm dominus certet de damno vitãdo & ipſe de lu
cro captando:debet caſus potius cõmodatario imputari.fa-
5 cit l.ſi vno anno.§.item cum quidam.ff.locati.¶Sextò† vtrũ
commodans vaſa vitioſa,vel equum,aut aliud,teneatur com
modatario de damno,ſi inde ſequitur:vt quia oleũ perdidit?
Et dico quòd ſic,ſi hoc ſcienter fecit,ſecũdum doc.& gl.in d.
c.vnico.non autem ſi ignoranter.ff.commo.l.in rebus.§.poſ
ſunt.& §.item qui ſciens.& l.pe.In locatione tamẽ ſecus eſt:
quia tenetur locator ad intereſſe, etiam ſi ignorãter locauit
vas vitioſum.ff.loc.l.ſed addes.Et idem in vẽdito,ſi vas ſit vi-
tioſum occulto vitio:quia tenetur venditor nõ ſolũ de pre-
tio,ſed etiã de intereſſe.ff.de act.emp.& ven.l.tenetur. ¶Se
ptimò,vtrum commodator faciat tranſire periculum,ſi rem
commodatam tradat æſtimatã? Et dicit Bar.in l.ſi vt certo.
ff.commo.§.nunc videndum.poſt gl.ꝙ per æſtimationẽ ad-
dicitur gradus:& hoc in contractibus, de quorum natura nõ
eſt vt transferatur dominium:vt in commodato,depoſito,&
ſimilibus:vt ſi commodatarius tenebatur tãtum de lata, mo
dò tenebitur de leui:ſi de leui,modò tenebitur de leuiſsima:
ſi de leuiſsima,modò tenebit᷑ de caſu fortuito. Ex his infert
ad quæſtionem,quòd cùm ex natura talis contractus domi-
nium nõ transferatur:talis æſtimatio facit venire leuiſsimã:
per d.gl.Et hãc opinionem tenet Accur.& Hoſt.in d.c.vnico.
& Aſten.lib.iij.ti.vj. Sed Io.And.in d.c vnico.contrarium te-
nẽs dicit ꝙ in talibus contractibus æſtimatio non facit reci-
pientem magis teneri quàm expoſcat natura cõtractus , ſed
operatur ſolùm vt ſciatur verũ pretiũ rei,in caſu quo aut de-
terioraretur,aut perderetur.Et hæc opinio placet Pan . ibi,
quia pactũ generale non obligat ad caſus fortuitos . & ad §.
nunc videndum.dicit quòd loquitur quando expreſſe promi
ſit ſe præſtiturum æſtimationem:ſecus quando fuit ſimpli-
citer facta.Et idem dicas quando recipiens promiſit alterna-
tiuè rem vel æſtimationem:per l. quoties.ff.de iur.dot . hæc
6 Pan.vide etiam ſ.Caſus fortuitus.§.v. ¶Octauò † quæritur,
vtrum cõmodatarius teneatur de omni culpa, ſi res deterio-
ratur aut perijt?Et ſecũdum Gofr.& Ber.& communiter do-
cto.ſic diſtinguẽdum eſt.Nam ſi recipiens rem cõmodatam
recipit gratia ſui tantũ,vt cõmuniter accidit,tenetur de do-
lo & culpa lata,leui,& leuiſsima.d.c.vnico.& d.l.in rebus.&
d.l.ſi vt certo.§.commodato.quia in talibus adhibere debuit
diligentiam talem qualẽ & in rebus ſuis:nec hoc etiam ſuffi
cit ſi res diligentius potuit cuſtodiri.ff.de act. & obl.l.j.§.is
quoq; c. i.de caſu verò fortuito,quẽ etiã diligẽs & fidelis ho
mo præuidere non potuit,non tenetur,niſi in tribus caſibus,
vt §.ſeq.Si verò recipit gratia dantis tãtum,vt ſi commoda-
ui tibi veſtes & iocalia vt ornatior ad me venires:tenetur re-
cipiens de dolo tantũ.ff.eo.l.ſi vt certo.§.interdũ.vbi ſit men
tio de dolo tantùm.Sed Hoſt.addit quòd tenetur etiã de la-
ta culpa.& hoc tene,quia lata culpa æquiparatur dolo.ff.de-
po.l.quod Nerua.vbi etiã dicitur quòd lata culpa eſt , ſi cura
minor rebus alienis adhibeatur,quàm ſuis. Si autem recipit
gratia vtriuſque: vt cùm inuitamus communem amicum cu
ius curam ſuſcepiſti,& ego vaſa argentea commodaui:tene-
tur de dolo,& de culpa lata & leui,ſed non leuiſsima,ſecun-
dum gl.in d.§.interdum.& d.l.in rebus. & idem Hoſt.¶ No-
tat autem Pan.in d.c.vnico.hoc non eſſe ſpeciale in commo
dato:ſed generale in omnibus cõtractibus:vt in l.cõtractus,
& quod ibi notat.ff.de reg.iu.Sed fallit in precario : vbi quis
non tenetur niſi de dolo,quãuis fiat gratia recipientis tantũ.
Et diuerſitatis ratio redditur:quia precariũ poteſt ſemper re
uocari,non autem cõmodatum:ideoq; magis grauatur com
modatarius,facit l.quæſitum.§.illud.ff.de preca.& d.l.cõtra-
ctus.Fallit etiam ſecundum quod dicam infrà Locatio.§.vij.
Quid autem ſit culpa lata,leuis,& leuiſsima, & quãdo tenea
tur de lata culpa,qui tenetur de dolo,vide ĵ.Culpa, per totũ.
¶Nonò,vtrum commodatarius teneatur de caſu fortuito?
Et dico quòd non,niſi in tribus caſibus.¶Primò ſi caſus acci
dat culpa ſua:puta ſi accepit equũ iturus ad villam,& iuit ad
bellum, ibique caſu perijt.¶Secundò ſi interuenit pactum.
¶Tertiò,ſi fuit in mora reſtituẽdi.d.c.vnic.& d.l.in rebus.&
C.commo.l.j.ff.de act.& oblig.l.j.§.is verò qui.Aduerte ni-
hilo minus quòd licet moroſus teneatur,ſi res perijt:in cõſci
entia tamẽ,ſi eodem modo apud dominum erat peritura,nõ
tenetur niſi ad intereſſe,ſi quod dominus paſſus eſt propter
moram.de quo ĵ.Mora.¶Decimò,†vtrũ teneatur commo-
datarius,ſi rem commodatam per nũtium remiſit, & perijt?
Et dico quòd non,ſi perijt caſu fortuito.Et caſus eſt in l. ar-
gentum.ff.cõmo.& ibi gloſ.quod Bar.in l.eum qui.ff.eodem,
videtur limitare,ſi nũtius fuit idoneus aliàs ſecus.Et idem eſt
in depoſito.in mutuo ſecus:de pignori.ſignificante.Vnde di-
ctum c.non obſtat prædictis:quia loquitur in mutuo , quod
quia eſt debitoris,ſibi perijt:quia debitor eſt obligatus in ge
nere:& genus perire non poteſt.l.incendium.C.ſi cer.pet.res
verò commodata remanet in dominio commodantis: vnde
domino perijt.Si verò perijt culpa nuntij,vel ſi fuit infidelis
tenetur commodatarius,iuxta diffinitionem datam ſ.§.viij.
id eſt,ſecundum culpam,in qua fuit mittendo nũtium:vt pu-
ta,quia ſi cõmuniter habebatur idoneus,in nulla culpa fuit.
ff.cõmo.l.argẽtum. & ſic de alijs.¶Vndecimò,†vtrum re cõ
modata vtens ſcienter contra voluntatem domini aliter vel
ad alium vſum,teneatur ad reſtitutionem?Et dico quòd fur
tum committit contrectando rem alienam inuito domino:
& poſſet eſſe aliquando mortale:puta, quando eſt res ma-
gni ponderis & damni : vel ex intentione , quando face-
ret etiam in magno damno:ſicut dicetur de furto infrà.Fur-
tum. §. viij.Et tenetur ad reſtitutionem , ſi res perijt,aut de-
terioratur,dicta lege,ſi vt certo.& ff.de furtis.l. qui iumen-
ta.Si tamen credebat dominum permiſſurum , & erat iuſta
cauſa credendi : non committit furtum.ff. de fur.l.qui re.Si
verò dubitabat : rurſus furtum committit. ff.de furtis.l.qui
vas



vas.quia preſumitur dominus non permiſſurus, & inuitus, vt
ibi:& ſimiliter quãdo ꝓbabiliter nõ credit.Inſtitut.de oblig.
9 quę ex delict.naſ.in gl.¶Duodecimò,† vtrum cõmodatarius
res ſuas poſsit preferre commodatis, quando omnes ſaluare
non poteſt?Et dico quòd ſi res ſuę ſunt viliores,præferre eas
poteſt ſolùm ſi commodatum fuit gratia commodãtis. facit
d. §.interdũ.aliter non.facit l.quod Nerua.in fi.ff.depoſi.Sed
ſi erant eiuſdem pretioſitatis:ſi commodatum factũ eſt gra-
tia ſui,nõ poteſt pręferre ſuas.facit l.in rebus.ff.cõmo. Si ve-
rò eſſet factũ gratia commodãtis:poteſt pręferre ſuas etiam
viliores,vt dictũ eſt.Si verò eſſet gratia vtriuſq; ſimiliter po
teſt pręponere ſuas:quia cęteris paribus debet plus ſe & ſua
diligere,quàm alium & aliena,vt dictũ eſt ſ.Charitas.§.ij.Si
verò ſunt digniores: poteſt eas ꝑponere, etiã ſi cõmodatum
eſſet factum gratia recipientis tantùm:quia quilibet diligẽs
hoc faceret:& nõ tenetur facere niſi quod diligẽtiſsimus fe-
ciſſet.d.l.in rebus.Et ſic intellige d.l.ſi vt certo.§.qa verò ſene
ctute.Et hoc not.quia facit ad multa: vt qui tenẽtur de dolo,
poſsint præponere viliora ſua:qui de leui culpa,æqualia: qui
10 de leuiſsima,pretioſiora ſolùm.¶Decimotertiò,†vtrũ com-
modatarius,vel depoſitarius, vel huiuſmodi allegans res ꝑdi
tas,hoc probare teneatur,& qualiter?Et dicit Pan.in c. bona
fides.de depoſ.ſecundum Bart.in l.ſi quis ex argẽtarijs.ff. de
eden.quòd aut nõ poteſt probari rem ad iſtum perueniſſe: &
tunc ſtatur dicto eius ſaltẽ cũ iuramento.Aut probatur rem
perueniſſe ad illum:& tunc ſi tenebatur exhibere rẽ ex offi-
cio iudicis:ſtatur iuramẽto eius quòd illam rem nõ poſsidet.
C.de fid.inſtr.l.fin.Si verò tenebatur exhibere iure actiõis,vt
in cõmodato,depoſito,& ſimilibus:tenetur, dicens ſe rẽ per-
didiſſe, hoc probare:vel cõdemnabitur:vt in l.ſi creditor. C.
de pig.act.Qualiter aũt probabit,cùm quãdoq; intereat res
clandeſtinè:conclude quòd quidam ſunt caſus apertiſsimi:vt
incendium,vis hoſtium,tempeſtas,& huiuſmodi:& tũc tene-
tur apertè probare: vt in iuribus allegatis.Quidã verò ſunt
caſus occulti:vt latrocinium nocte cõmiſſum:vel derobatio
in campis:& tunc ſufficit probare per cõiecturas, habito re-
ſpectu ad qualitatem perſonę,& ſimiliũ:vt puta, reperit quis
de mane oſtium ſuę ſtationis effractum, vbi erant res depoſi
tæ:vel intrauit locum periculoſum equeſter,& rediuit pede-
ſter,& dicit ſe in latrones incidiſſe.¶Decimoquartò quęritur
ſi probetur amiſsio rei, & ex aduerſo allegatur culpa vel do-
lus:cui incumbat probatio?Et concluſio eſt Barto.quòd ſunt
quidam caſus,qui de facili non accidunt ſine culpa:vt incen-
dium,vel furtum in propria domo:& in iſtis eſt neceſſe pro-
bare caſum fortuitum:quaſi prima frõte pręſumptio ſit con
tra allegantem. Quidam verò ſunt vt plurimum accidentes
ſine culpa:vt vis hoſtiũ:& in iſtis pręſumitur culpam abeſſe:
vnde alleganti incumbit onus probandi.

¶COMPATERNITAS.Reqre ĵ.Matrimoniũ.viij.§.vij.

## De Compenſatione.

1 *Compenſationis definitio,& num ea ſicuti iudicis authoritate,ita & propria quoq; compenſantis fieri queat? & num.3.*
2 *Compenſatio num in omnis generis debitis fieri poſsit?*
3 *Compenſatio indirecta,num & ibi locũ habeat,vbi directa?*

1 COMPENSATIO † eſt debiti & crediti inter ſe con-
tributio:vt ff.de cõpen.l.j.Et hęc ſicut aliquãdo fit au-
thoritate iudicis ad inſtantiã debitoris excipientis de cõpen
ſatione, vt patet ex cap.bona fides. de depoſ.iuncta doctrina
Panorm.ita etiam aliquãdo fieri poteſt authoritate propria:
2 de quo vide infrà Furtum.§.xiij.¶Primò † autem quęritur,
vtrum admittatur compenſatio in omnibus? Et dicit Panor.
in c.bona fides.de depoſi.quòd ſic in omnibus quę in ſuo ge-
nere recipiunt functionem, id eſt, quando vna res fungi po-
teſt ex toto vice alterius : ſicut ſunt communiter quę conſi-
ſtunt in numero,pondere & mẽſura: in alijs autẽ ceſſat com
penſatio.Vnde ſi tu teneris mihi reſtituere equũ, & ego tibi
50.aureos:nõ fiet cõpenſatio:quia poſſet eſſe maior affectio
quam ad equum habeo,quàm pecunię quãtitas.Secus autem
quando nullum poſſumus intereſſe prętẽdere:vt ſi mutuaui
tibi pecuniam, & tu mihi quid ſimile. Item requiritur quòd
debitũ ſit liquidum,vel de proximo liquidandum.C.de com
penſat.l.fin.& in dict.cap.bona fides.in gloſſ.Non fit tamen
compenſatio in depoſito,ſecundum Panorm.vbi ſuprà:ſecus
in commodato,& alijs.¶Secundò† quęritur,vtrum compen 3
ſatio indirecta locum habeat vbi locum non habet directa?
Et dicit Panor. vbi ſuprà quòd ſic:puta, res tua venit ad me:
potero illam tenere donec mihi ſatisfacias pro debito meo.
de quo vide Cyn.diſtinguentẽ in l.ſi nõ ſortem.§.ſi centum.
ff.de condict.indeb. Innocen.autem in c.cum olim cauſam.
de reſti.ſpol.dicit quòd authoritate ſuperioris poſſum accipe
re ęquiualens,quando rem meam habere nõ poſſum. & alle
gat cap.dominus.xxiij. quęſt.ij.dummodo ſine fraude, men-
dacio,vel calumnia recuperem: aliter dicit quòd tenetur ad
reſtitutionẽ:allegans c.non ſanè.xiiij.q.v.quod credo verum,
quando calumnia vel fraus perſeuerat,aliàs non : quia licet
peccauerit in recuperando,non tamen peccat in retinendo:
niſi ſecundum quod dicam infrà furtum.§ . xiij.& hoc in foro
conſcientię:licet aliter fortè ſit in cõtentioſo:imò dico quòd
aliquãdo etiam ſine iudicis authoritate poteſt fieri compen-
ſatio in conſcientia,quando nõ poteſt quis ſuum habere per
viam iudicij:de quo in verbo,Furtum, dicetur in d.§.xiij.

## De Compoſitione.

1 *Compoſitio amicabilis in decimis & alijs contractibus ſpiritualibus,an interuenire poſsit?& qua ratione.*

COMPOSITIO † amicabilis an interuenire poſsit in 1
decimis & alijs ſpiritualibus contractibus? Dicit gloſſ.
in cap.ſtatuimus.de tranſact.quòd ſic:vt ibi, & de deci-
mis.ex multiplici.& capit.nuper.cum alijs.ita tamen intelli-
gendo quòd nullum tẽporale detur pro ſpirituali:quia ſimo
niacum eſſet,vt patebit.

## De Compromiſſo.

1 *Compromiſſum facere,& ſuper quibus rebus quis poſsit?*

COMPROMISSVM † facere poteſt quilibet ſuper 1
rebus,quas poteſt alienare:in alijs autem,quæ alienare
nõ poteſt ſine certa ſolẽnitate,etiã ſine illa ſolẽnitate cõpro
mittere non poteſt.Facit cap.cum tẽpore.de arbit. & Panor.
ibidem.facit etiam gloſſ.& Bartol.in l.nulli.ff.de tranſact. &
l.non ſolum.iuncta gloſſ.C.de prędijs.mi. non ali.vbi caue-
tur quòd tutor tranſigere non poteſt ſine iudicis authoritate
ſuper illis rebus,quas alienare non poteſt. Intellige quando
per tranſactionem ſequeretur alienatio.Sed ſuper fructibus
& alijs,quæ ſolus poteſt alienare, poteſt etiam traſigere. Ex
prędictis ergo ſequitur quòd prelati poſſent tranſigere de
fructibus beneficiorum: quia de illis poſſunt liberè diſpone-
re:vt notat Hoſtien.in Sum.de quo vide ſuprà Alienatio.§.
xviij.nec tales fructus dicuntur ſpirituales:ſicut nec fructus
decimarum:vt gloſſ.vult in cap.finali,de rerum permut.quę
dicit fructus decimarũ & vendi,& locari poſſe:ſed ius ipſum
nequaquam. De ipſis ergo fructibus compromitti poteſt in
laicum:ſimiliter & de rebus temporalibus,ſecundum Innoc.
in cap.contingit. de arbit.ſed tamen arbiter pro recompen-
ſatione alicuius ſpiritualis nõ poteſt ſententiando dare tem-
porale,ſecundum Pan.in d.c.ſi.quia cùm arbitrium videatur
quidam contractus:quemadmodum per viã contractus non
poteſt dari aliquod temporale pro ſpirituali ſine ſimonia:ſic

necper viam arbitri.vide ſ.Arbiter.§.xix.Quomodo etiam compromittens teneatur,vide §.vj.ibidem.De electione per viam compromiſsi,infrà Electio.ij.§.xj. & ſeq.

## De Communicatione.

1 *Communicare,quid ſit?*

1 COMMVNICARE,† eſt ſumere ſacramentum corporis Chriſti,ſiue illud mãducare: quod cõtingit duobus modis.vide infrà Euchariſtia.

## De Commutatione.

COMMVTARE, vide infrà Permutatio:& infrà Simonia:& infrà votum.

## De Conceſsione.

1 *Conceſſum quo ad mores, quatenus accipiendum ſit? Et quot modis in rebus quid conceſſum eſſe dicatur?*

2 *Conceſſum ob neceſsitatem,quatenus porrigatur? Et quòd concedens aliquid, neceſſariò concedere videatur, quæ ad ipſum conceſſum conſecutura ſunt. Et cõceſſo principali, acceſſorium quoq; conceſſum videri.*

3 *Conceſſum de gratia ſpeciali, in exemplum trahi non debet. Nec in generali conceſsione veniunt ea quæ quis veriſimiliter ſpeciatim conceſſurus non foret. Et an à Papa conceſſum,vel ab alijs,concedentum morte expiret?*

1 CONCESSVM† in moribus opponitur prohibito: &
idem eſt quod licitũ: & de iure cõmuni intelligit̃ con-
ceſſum omne nõ ꝓhibitũ arg.xxx.q.iiij.q ſpirituale͂.&
xvj.q.j.ſunt nõnulli.diſt.v.ad eius.ff.ex quibus cauſ.ma.l.nec-
nõ.§.quod eis.ff.de ꝓcur.l. mutus.§.j.ff.de teſtib.l.j.Et licet
cõtra hoc ſumantur multa in cõtrariũ,arg.de trãſla. epiſco-
porum.c.inter corporalia.& ibi ſoluãtur: tame͂ in cõſcientia
omne quod nõ inuenitur ꝓhibitũ aliqua lege,eſt conceſſum
& licitum:quia omne illicitũ ſiue peccatũ eſt tranſgreſsio le-
gis alicuius ſalte͂ naturalis. Cõceſſum verò in rebus triplici-
ter dicitur.Vnde ſecundũ Pan.in c.ſuper.de do.poſt di.re.cõ-
ceditur aliquid alicui tribus modis.Primò, in donatione vel
hæreditate:vt poſsit liberè diſponere,ſicut de re ſua.Secũdò,
in feudo: vt dominium vtile trãſeat in vaſallum:& directum
penes dominũ remaneat.de quo de feu.c.ij.Tertiò,donec vi-
xerit qui recipit:quo caſu cõceſſus videtur rei vſusfructus:&
2 talis ius poteſt alteri cõcedere in vita ſua. ¶Primò † verò no
ta quò conceſſum ꝓpter neceſsitate͂, vltra neceſsitatem non
extenditur,ſecundũ Panor.in c. Deus qui.de vita & ho.cler.
niſi quantũ neceſsitas expoſtulat. & ſic limitata cauſa limi-
tatum ꝓducit effectũ.arg.d.c. Deus qui in verbo, quantũ ad
hoc ſpectat.¶Secũdò, quòd cõcedens aliquid cõcedit neceſ-
ſariò omnia quę ſequũtur ex illo.viij.diſt.quo iure.& de offi.
deleg.cũ ſuper.de dolo & cõtuma.cũ dilecti.¶Tertiò, quòd
cõceſſo principali concedit̃ & acceſſoriũ:quia cõmiſſa cauſa,
cõmittũtur ea,quæ ſpectãt ad cauſam.de offic.deleg.preter-
3 ea.in tex.& in gl.infrà Delegatus.¶Quartò, † ꝙ conceſſum
de gratia ſpeciali,ab alijs trahi nõ debet in exemplũ.de priui
leg.ſanè.vbi de hoc.¶Quintò,quòd in conceſsione generali
non veniũt ea,quę quis nõ eſſet in ſpecie veriſimiliter cõceſ-
ſurus.de reg.iur.in generali.libro vj. Vtrũ verò cõceſſum à
papa,vel alijs,expiret morte concedentis, vide infrà Gratia.

## De Cõcilio gñali & cõgregatione ſynodali.

1 *Concilium vnde dicatur? & quid diſtet à ſynodo? Et conciliorum genera quot ſint?*

2 *Concilia generalia cœpiſſe quando primùm dicãtur? Et quot celebriora reliquis fuerint?*

3 *Concilium generale num poſsit ſummo Pontifici ſtatuendo legem præfigere? Et in ſpectantibus ad fidem, prælati vnius dictum, Papæ ſententijs, ſi melioribus ille & rationibus, & authoritatibus moueatur, præferendum ſit? Et ſub hæc, an concilium errare queat, concluſiones aliquot.*

4 *Controuerſia inter papam vt papam, & concilium de fide aut moribus diſceptantes, an eſſe perſeueranter poſsit?*

5 *Papa, num ſicut pro hæreſi, ita pro quolibet peccato notorio iudicari à concilio queat?*

6 *Concilium generale legitimè celebrari, quando dicatur?*

7 *Papa ſi ſit de hæreſi vehementer apud graues diffamatus, ac nolit emendare, vel purgare ſe, aut concilium congregare, inquirendi aduerſus papam ipſum facultas, ad quos tum pertineat? & quo iure? Et quid ſi duo de papatu ſimul cõtēderent?*

8 *Appellare à Papa, ad cõciliũ, vel ad ipſius ſucceſſore͂ nũ liceat?*

9 *Concilio prouinciali & ſynodali, quinam aduocandi ſint? Et quæ in concilijs expediri queant?*

10 *Concilio accerſiti, & in eo congregati, quam poteſtatem, & in quos habeant.*

11 *Cõciliũ ꝓuinciale, vel epiſcopale, quo te͂pore celebrari debeat?*

CONCILIVM † ſecũdum Iſid.in lib.Ety.dicitur quaſi conſiliũ:c trãſeunte in s:& cõſiliũ dicitur quaſi cõſidiũ: vnde à ſocietate multorũ in vnũ cõſidentiũ appellatur:ſynodus aute͂ Græcè,Latinè comitatus vel cœtus dicitur à coeũdo,& eſt ſynonimum cõcilio:licet cõſueuerit dici concilium congregatio gñalis facta ſub papa vel legato:ſynodus verò facta ſub aliquo inferiore:vt metropolitano vel diœceſano cum ſuo clero.Cõciliorũ aũt vel ſynodorũ tria ſunt genera: vt not.gl.diſt.xvj.in Summa.Vnũ eſt generale,qđ ſcilicet fit pręſente papa vel eius legato ad hoc ſpecialiter deputato,cõuenie͂tibus epiſcopis,& alijs prælatis,vt ipſe ordinauit, qđ ſolius papæ authoritate celebrari põt:aliàs eſt conciliabulũ & ſynagoga ſatanę:vt patet diſt.xvij.ꝑ totũ.&cõſentit S.Doct. ij.ij.q.j.art.x.& eius ſtatuta omnes fideles adſtringunt.Aliud eſt ꝓuinciale,qđ celebratur legato ſpecialiter ad hoc deſtinato,ſecundũ gl.di.iij.§.j.&à metropolitano cũ ſuis ſuffraganeis & abbatibus illius ꝓuincię,vel à primate aut patriarcha, qui eſt ſupra metropolitanũ: qđ celebrare põt metropolitanus ſine authoritate primatis.xcij.diſt.ſi qs epiſcopus. in quo fieri poſſunt cõſtitutiones & ſente͂tię fulminatorię,adſtringe͂tes oe͂s illius ꝓuincię vel metropolis clericos & laicos nõ exemptos:exe͂pti aũt adſtringuntur ad hęc,neq; adſtringi poſſunt ad veniendũ illuc. Aliud epiſcopale, qđ magis cõſueuit dici ſynodus & cõgregatio:quod epiſcopus celebrat cũ curatis & clericis ciuitatis ac comitatus,& religioſis & abbatibus, nõ exe͂ptis:qđ ipſe celebrare põt irrequiſito ſuo metropolitano:in quo fieri poſſunt cõſtitutiones ab epiſcopo cũ ſui capituli cõſenſu,ſcilicet canonicorũ eccleſiæ cathedralis,& ſente͂tię fulminatorię adſtringe͂tes omnes illius diœceſis,& non alios.De his duobus igitur diſt.xviij. & xix.per totũ. & ibi ad quid,& quo tempore,& à quibus celebrari debe͂t:& quo modo nihil exigere debe͂t epiſcopi. Adde quartũ genus,vel differentiã cõciliorũ,ſecundũ Ant.de But.& Io.de Imol.ſuper c. graue.de pręb.ſcilicet cõciliũ religioſorũ.de quo habetur de ſta.mo.in ſingulis. & cap.ea quę. ſed magis capitulũ dicitur, ¶Primò † verò quæritur,quãdo incœperint cõcilia generalia? Et dicit Gratianus diſt.xv.in prin.Iſidorũ aſſerere in lib. Ety.ꝙ à te͂pore Cõſtãſtini Imperatoris, quod fortè verũ eſt poſt dilatatã in ge͂tibus Chriſtianitate͂,nõ obſtãte quòd Melchiades,qui Syluestrũ pręceſsit,cõcilium fecerit. xiij.q.ij.placuit.quia illud fuit cũ paucis celebratũ.Si tamen altius repetamus,prima ſynodus facta eſt in Ieruſalem ſub primo ſummo pontifice Petro:vt patet Actuũ xv. Inter concilia autem generalia quatuor fuere celebriora cæteris. ¶Primum fuit Nicenum cccxviij. epiſcoporum à Conſtantino Imperatore

per



peractum: quo damnata eſt Arriana perfidia,de inæqualitate ſanctæ trinitatis. ¶Secundum cl.patrũ ſub Theodoſio ſeniore Cõſtãtinopoli:quo dãnatus eſt Macedonius negãs Spiritum ſanctũ eſſe Deum.¶Tertium Epheſinum centum epiſcoporũ,ſub Theodoſio iuniore : quo dãnatus eſt Neſtorius aſſere͂s duas perſonas in Chriſto: & beatã virginem nõ Dei, ſed hominis genitrice͂.¶Quartum Chalcedonenſe dcl.ſacerdotum:quo damnatus eſt Euticetes Cõſtantinopolitanus,aſſerens vnã eſſe Dei carniſq; naturam dãnauit & Dioſcorum eius defenſore͂ quodam Alexandrinum epiſcopũ , & Neſto-
riũ epiſcopũ cum reliquis hæreticis. De his xv.di.c.canones.
3 & S.Th.tertio libro de regi.princ.c.xvij. ¶Secundò,† vtrum
conciliũ generale poſsit põtifici ſummo ſtatue͂do præfigere
legem? Et dicit Abbas Sicu.ſiue Pan.in c. ſignificaſti.de elec.
quòd non:imò in omnibus ſtatutis cõcilij intelligitur tacitè
excepta authoritas papæ.de quo vide etiam bonum tex.ix.q.
iij.nemo.vbi dicitur quòd nemo iudicare poteſt primã ſede͂,
id eſt,papã:nec Auguſtus,nec populus,nec clerus.&.c.aliorũ.
& per iſtum tex.arguit Io.And. quòd ſententiæ papæ ſtandũ
eſt,quando contradicit ſententiæ totius cõcilij:& quòd ſolus
papa interpretari poteſt ſtatuta concilij. nec mirum:quia ſe-
cundum eũ,poteſt tollere & limitare:vt c.ſtatutũ.de reſcrip.
lib.vj.& gl.in c.vbi periculũ. de elec.lib.vj . dicit ꝙ licet non
ſit ei licitum reuocare ſtatuta cõcilij ſine cõcilij cõſilio: hoc
tamen poteſt,ſi vult.Sed tñ omnia prædicta limita vera,ſe-
cundum Pan.in his quæ depe͂dent à plena diſpoſitiõe papæ:
quia in his,quæ ſunt iuris poſitiui, indubitanter eſt ſupra cõ-
ciliũ,cùm ſit caput eccleſiæ.vnde poteſtas data eſt papę & to
ti eccleſiæ:ſed papæ vt capiti,à cuius diſpoſitiõe corpus mo-
ueri debet.Sed in his quæ à plena poteſtate papæ non depen
dent,non eſt ſimpliciter dicendum quòd ſit ſupra ſtatuta cõ-
cilij:ideò in cõcernentibus fidem cõcilium eſt ſupra papam:
nec huiuſmodi poteſt diſponere contra diſpoſita per cõciliũ.
Pro quo vide tex.cum gl.di.xix.Anaſtaſius.vnde conciliũ pa-
pam poteſt cõde͂nare de hæreſi.di.xl.ſi papa.& eſt iudex eius
in hoc ſecundũ doct.in c.fidei fauorem.de hære.lib.vj. In cõ-
cernentibus etiã vniuerſalem ſtatum eccleſiæ non poteſt pa
pa diſponere cõtra ſtatutum cõcilij generalis,ſi ſtatue͂do de-
coloraret̃ ſtatus ipſius eccleſiæ.j.q.vij.c.& ſi illa. in quo caſu
dicit ſe intelligere multas gl.quæ volunt quòd diſponere nõ
poſsit contra vniuerſalem ſtatum eccleſiæ:vt not.in c.literas.
de reſtit.ſpol.vnde ſecundũ Inn.in c.quanto.de conſue.nõ eſt
permittendus venire contra ſtatutum vniuerſale eccleſiæ, ſi
inde infamaretur eccleſia:ſecus ſi ex cauſa rationabili vult ve
nire,limitando ſtatutum eccleſiæ,ſeu tollendo ſtatutum cõ-
cilij ſuper ſtatu eccleſiæ.Et ſic intelligo,inquit,gl.in c.qui ad
perpetuã.xxv.q.j.hæc ille.Vnde dicit Pet.de Anch.quòd poſ-
ſet tollere hoc vel illud ſtatutũ iuris poſitiui,ſed nõ omnia ſi-
mul:quia hoc eſſet deſtruere vniuerſalem ſtatũ eccleſiæ.Pu
tat tame͂ idem Abbas,in his,quæ ſunt fidei, ſtandũ eſſe ſente͂
tiæ papæ,ſi melioribus moueretur rationibus & authoritati
bus,quàm concilium:quia & illud errare poteſt.ſicut aliàs er
rauit in facto matrimonij inter raptore͂ & raptã , inter quos
dicebat eſſe nõ poſſe matrimonium : & dictum Hieronymi
melius ſentie͂tis prælatũ eſt dicto concilij.xxxvj.q.ij.tua.iun-
cto c.placuit.Et facit quod legitur diſt.xx.c.j.Imò dicit quòd
in concernentibus fidem dictum vnius prælati præferendum
eſſet ſententijs papæ,ſi melioribus rationibus & authoritati-
bus moueretur.Nec obſtat ſi dicatur concilium nõ poſſe er-
rare,quia Chriſtus orauit pro eccleſia ſua ne deficeret: vt no
tatur de bap.maiores.xxiiij.q.j.à recta.& ca. pudenda.quia in
concilio vniuerſali non eſt verè,ſed repræſentatiuè vniuerſa
lis eccleſia:quia ipſa conſtat ex collatione omnium fidelium
terræ:ſaltem illa,cuius caput eſt Chriſtus, non autem papa,
ſed vicarius capitis,id eſt Chriſti.vt not.gl.in cle.ne Romani.
de elec.quæ etiã dicit ꝙ mortuo papa, eccleſia nõ eſt ſine ca
pite:quia non eſt ſine Chriſto. & iſta eccleſia eſt, quæ errare
nõ poteſt.de cõſec.di.j.eccleſia.Vñ poſsibile eſt ꝙ tota fides
remaneret in vno ſolo:& verũ eſſet dicere quòd fides nõ defi
cit in eccleſia.ſicut ius vniuerſitatis remanere poteſt in vno
ſolo,alijs peccantibus:vt patet in virgine Maria.hæc ex illo.
Cuius dicta approbo inquantum dicit papã ſubijci cõcilio in
his,quæ ſunt fidei manifeſtè:qa ſi errat in his obſtinatè,iã nõ
eſt caput eccleſiæ,ſed ſe deponit:& in his quæ cõcernũt vni-
uerſale͂ ſtatũ eccleſiæ ſuꝑ quo à Chriſto nõ habet poteſtate͂
in deſtructione͂,ſed in ædificatione͂:vt de ſe & alijs Apoſtolis
dicit Paul.ij.Cor.x.ſed in reliquis pono aliquas cõcluſiones
cõtra eũ.¶Prima.Cõcilium errare non poteſt perſeueranter
in ſpectãtibus ad fide͂ & mors ſicut nec eccleſia: vt de ea do-
cet S.Tho.in quolibet.ix.arti.xvj.& iſte concedit.qđ patet,tũ
quia ſi cõcilium poteſt errare, etiã poſſet eccleſia in cõſtitu-
endo de huiuſmodi:cùm ad hoc nunquam conueniat niſi cõ-
cilium vel papa.& tam illud quàm iſte ſecũdum iſtum errare
poteſt:tum etiã quia dicit S.Th.ij.ij.q.v.ar.iiij. quòd doctri-
nę eccleſiæ oportet inhærere,ſicut regulę infallibili,quæ do
ctrina non eſt alia quàm concilij:tum quia tunc non eſſet ve-
rum quod dicit S.Th.vbi ſ.piè credi quòd in canonizatione
ſanctorũ eccleſia non poteſt errare:quia hãc canonizatione͂
facit papa,qui ſecũdum iſtum poteſt errare, & cõcilium, vel
aliquid minus cõcilio,id eſt,collegium cardinalium.Nec ob-
ſtat ſi errauit in facto dicti matrimonij:quia hoc nõ fuit per-
ſeueranter,quaſi perſtiterit in errore , ſed fuit prima fronte:
ſed Chriſtus eduxit illud ab errore per dictũ Hieronymi:ſi-
cut etiam prophetæ,in quibus erat Spiritus ſanctus aliquan-
do errabant,ſed Spiritu ſancto reducebantur ad veritatem:
vt de Nathan patet ij.Regum vij.c. Non obſtat etiam ſi ali-
quando fides fuit in ſola virgine:quia nondum dixerat Chri-
ſtus,Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſe-
culi:nec venerat Spiritus ſanctus docturus omnem veritate͂.
¶Secunda.Si concilium & papa diſceptarent de fide,& papa
videretur habere meliores rationes:non eſſet ſtandum ſen-
tentię papæ propter meliores ratiões:tum quia ſi ſtaretur ei
oporteret iſtum dicere quòd concilium erraret in fide cõtra
præmiſſa:tum etiam quia eſſet aliqua controuerſia inter ho
mines,quæ iudicem nõ haberet in terra:quia nullus poſſet iu
dicare,quaſi ſuperior,quæ rationes eſſent meliores:& homi-
nes non eſſent ſufficienter ordinati à Deo. Nec valet dicere
quòd eſt iudex,quãdo habet rationes meliores: quia oporte-
ret apud aliquem iudicem probare quòd ſuæ rationes eſſent
meliores:quem non eſſet dare.Sed ſtãdum eſt ei,quia eſt ca-
put eccleſiæ habens determinare dubia in fide:cuius authori
tate ſemota cõciliũ nihil poteſt:vt infra,Fides.§.vij. & à quo
ſententia concilij confirmatur , ſecundum S.Tho.po.quæſt.
x.arti.iiij.quod etiam probat multipliciter dom. Io.de Tur-
re cremata.¶Tertia,ſicut non errat eccleſia perſeueranter,
ita nec papa quandiu eſt caput eccleſiæ & vt caput eccleſiæ,
id eſt,vtens adiutorio membrorum eccleſiæ per conſilia &
orationes & huiuſmodi:alioquin corpus eſſet viuum per fi-
dem,& caput mortuum:ſimiliter nec inquantum determi-
nat vt caput eccleſiæ:puta quando ad ipſum vt ad caput re-
curritur conſulendo de dubijs:quia error eius redundaret in
errorem eccleſiæ:cùm ad ipſum ſpectet fidei dubia decide-
re,vt dicit Sã.Thom.ij.ij. quæſt.j.artic.x. ¶Ex † his patet, ꝙ 4
non poteſt eſſe controuerſia inter papam vt papam & con-
cilium de fide aut moribus perſeueranter : quia neutra pars
poteſt errare.Si autem erret in fide,vt ſingularis ꝑſona, ſta-

tim

tim deſinit eſſe caput quo ad Deũ:licet nõ quo ad eccleſiam,
quouſq; per iudicium deponatur. Similiter ſi erret circa mo-
res perſeuerãter:quia error in moribus (vt ſi diceret fornica-
tionem non eſſe peccatum) reducitur ad hęreſim,cùm ſit cõ
tra aliquem textum ſcripturę,quæ de moribus ſufficiẽter do
cet. Nec obſtat,quòd quidã papa tædio victus ſubſcripſit hæ
reſi:quia nõ errauit in fide,ſed peccauit in fidei confeſsione,
errando in particulari eligibili,vt priuata perſona.vide ĩ.Fi-
5 des.§.vj.¶Tertiò† quæritur,vtrũ papa ſicut pro hæreſi,ita &
pro quolibet notorio peccato poſsit iudicari, ſcilicet à conci
lio? Et idem Pan.inducit gloſ.ſuper c.ſi papa.di.xl.dicentem,
quòd papa iudicari poteſt,ſcilicet à cõcilio,etiã pro quolibet
mortali notorio,in quo eſſet incorrigibilis,& ſcãdalizaret ec
cleſiã:quia talis cõtumacia reputatur hæreſis. Et hãc gl.ipſe
multũ probat:ſed vt dicetur ĩ.in ti.Papa.§.iiij.per Pet.de pal.
iſta gl.non eſt vera:nec illa pertinacia eſt hæreſis propriè &
ſtrictè,cuiuſmodi eſt hæreſis pro qua iudicari poteſt papa,vt
*Concilium Conſtantienſe.* importat errorẽ circa fidem. In concilio tamẽ celebrato Cõ
ſtãtiæ circa annos Domini M.CCCCXV. in quo ſedatũ eſt
ſchiſma quod annos xl. durauerat:in quodam decreto quod
incipit,frequens ſtatutum eſt quòd non ſolùm in cauſa hære
ſis,ſed etiam ſchiſmatis concilium poſſet de papa iudicare.&
rectè:quia ſchiſma propinquũ eſt hæreſi,differẽs ab eo ſicut
diſpoſitio ab habitu.quod Archi. nõ intelligit de omni ſchiſ-
mate:vt de eo quod oritur poſt electionem veri indubitatiq;
paſtoris propter receſſum aliquorum ab eius obediẽtia:ſicut
*Concilium baſilienſe.* conciliabulum Baſilienſe depoſuit Eugeniũ iiij.indubitatum
vicarium Chriſti:erigẽs idolum,id eſt, Felicem olim ducem
Sabaudiæ Amadæum:ſed de eo quod oritur in electione ipſius
ſummi pontificis:vt cùm probaliter dubitatur an electio ſit
canonica,an violẽta,& huiuſmodi:quale fuit ſchiſma in dicto
concilio Conſtantiæ ſublatũ:quod ortum eſt in electiõe Vr-
bani vj.ſucceſſoris Gregorij xj.quæ dicebatur facta per me-
tum cadẽtem in cõſtantem virum:vnde Cardinales poſt ali-
quot menſes recedentes creauerũt in ciuitate Fundorũ Cle-
6 mentem vij.¶Quartò† quæritur, quando dicitur concilium
generale celebratũ legitimè? Et dico quòd primò debet fie-
ri de mandato papæ,interueniẽte ipſo vel alio de eius ſpecia
li mãdato. di.iij.§.porro.& diſt.xvij.c.j.& ij.& conſentit San.
Tho. Et licet olim multa fuerint concilia per Imperatores
conuocata:quia id eccleſia non poterat propter hæreticorũ
fauorem:tamen quàm primum potuit hoc correxit,& per ſe
concilia cõuocauit:& aliquãdo per Imperatores eccleſia præ-
cipiente:aliquando rogãte & authorizante:vt di.xvij. per to
tum. Quia tamẽ poteſtas vnius propter negligentiam grada
tim deuoluitur ad alium.arg.de elec.c.cum in cunctis.de cõ-
ceſ.præb.cap.ij.dicunt quidam,quòd papa negligente & no-
lente cõuocare concilium ad locum idoneum pro ardua cau
ſa imminente,poteſtas cõuocandi illud deuoluitur primò ad
omnes Cardinales,qui ſunt omnibus alijs maiores clerici ar.
de ma.& obe.cap.j. Secundò ad patriarchas,præcipuè Cõſtã
tinopolitanum,cuius ſedes prima eſt poſt Romanã.diſt.xxij.
de Cõſtantinopolitanæ. Et intellige ſi eſt catholicus. Tertiò
ad Imperatorẽ. Quartò ad reges. Quintò ad alios principes.
Vel dicamus quòd duæ partes cõcilij cõgregatæ in loco ido-
neo poterũt alios cõuocare:iuxta not.per Inn.in c.ij.de noui
ope.nũt.quæ ſi nõ ſunt cõgregata,locum videtur habere or-
do ſ.poſitus. Vbi autem papa eſſet hæreticus, vel de hæreſi
ſuſpectus,ad eũ ſpectare non videtur poteſtas congregandi
cõcilium.arg.diſt.xl.ſi papa. hæc omnia Archi. Sed intellige
prædicta,quando papa eſſet iudicandus per concilium: aliàs
nulli competit illud cõgregare, quantũcunq; negligeret pa-
pa:ſed eſſet conciliabulum nullam hebens authoritatem cõ
cilij generalis. Secũdò vocandi ſunt de neceſsitate ſolùm epi
ſcopi & ſuperiores: vt not.Inn.& Ioan. Andr.in cap.graue.de
præbend.ad quod facit diſt.xviij.epiſcopus non debet.& cap.
propter.cum ſeq.& hos iuſtũ eſt vocari ex toto orbe:vbi agi-
tur de maximo præiudicio & rebus arduis:eſt tamẽ in pote-
ſtate papæ cõuocare,ſi vult,etiã abbates.arg. diſtinc.lxiij.A-
drianus.vbi fit mẽtio de abbatibus.& Gregorius decimus ad
concilium Lugdunẽſe vocauit beatum Thomã, qui nõ erat
prælatus. Imperatorem autem vel alios principes cõuocare
nõ tenetur,per §.huic etiam.diſtinct.xvij.quos tamẽ, ſi vult,
poteſt vocare,ad ſcandala ſedãda:vt diſtinct.lxiij.§.verũ. Sed
tamen videtur quòd vbi non agitur de fidei dubijs vel facto
papæ:ſummi põtificis arbitrio relinquatur qui & quò ſunt vo
candi:& hi ſunt concilium,iuxta id quod not. diſt.iij.§.porro.
& diſt.xvij.cap.j.& ij.in Sũma. Nec eſt curandum de numero
diminuto,propter illud Matt.xviij.vbi ſunt duo vel tres, &c.
Vnde aliquando in concilio fuerunt epiſcopi. DC. aliquando
CCC.aliquãdo CC.aliquãdo C.aliquãdo 50.aliquãdo xl.aliquã
do xxx.aliquando xx.aliquando xv. & in omnibus facti ſunt
canones. Sed tamẽ quãdo agitur de fide & hęreſibus vel ſchiſ
matibus extirpandis:quia cauſa omnibus catholicis eſt com-
munis & omnes tãgit:ab omnibus catholicis epiſcopis tracta
ri & terminari debet,& omnes ſunt vocãdi:quia quod omnes
tangit,debet ab omnibus approbari.de reg.iur.lib.vj.reſide
tamen cõcilij authoritas penes venientes, ſaltem ſi interſunt
duæ partes omnium epiſcoporũ orbis:per id quod legitur de
his quæ fi.à ma.par.ca.c.j.per Ioã.Andr.vel fortè ſufficit pars
maior:vt not.per Compo.in cap.quia propter.de elect.& vo-
cati non venientes ceſſante legitimo impedimento,peccant:
vt patet diſt.iij.per totũ. Ordo autem ſedendi in cõcilio, vel
ſubſcribẽdi,& huiuſmodi inter prælatos eiuſdem dignitatis
eſt ſecundum tempus ſuæ ordinationis. diſtin.xvij.§.illud de
clericis.quod tempus nõ ad eccleſias, ſed ad perſonas refertur
ſecundum Gratianum.hæc omnia Archid. ¶Sciendũ† tamẽ
quòd ſi papa eſſet diffamatus vehemẽter de hęreſi apud gra
ues,& nollet ſe corrigere, vel purgare, aut congregare con-
cilium: iam hoc ſpectaret ad Cardinales ad inquirendũ con
tra papam authoritate iuris diuini & humani:vt probat d.Io.
de Turre cremata,vel etiam ad alios prælatos, ſi negligerẽt
Cardinales. Et idem eſſet in caſu,quo aliter nõ poſſet proui
deri ſcandalo eminenti eccleſiæ ſine cõcilio,& papa nollet il
lud cõgregari:quia eo caſu eſſet ſuſpectus de hęreſi,vt colli-
gitur ex cap.error.diſtin.lxxxiij. ſecundum eundem. Vnde &
Paulus Gal.j.excõmunicauit Apoſtolos æquales & Angelos
maiores ſe,ſi aliter euangelizaſſent, authoritate Euangelicę
doctrinæ,ſecundum S.Thomã ibi:cuius authoritas habet vt
omnes ei contradicentes excludantur,ſecundum illud Ioan.
xij. Qui nõ accipit verba mea,habet qui iudicet eum. Sermo,
quem locutus ſum,ille iudicabit eum. Si autẽ duo contende-
rent de papatu, & vterque probaliter: neceſſaria videretur
congregatio concilij,iuxta cap.ſi duo.diſt.lxxix.quod verum
eſt,ſi nollent ſe ſubijcere iudicio alicuius:quia in iſto caſu cõ
cilium eſt iudex:& congregatio ſpectaret ad dominos Cardi
nales,ſi illi nollent cõgregare,etiam eis inuitis.& ſi Cardina
les nollẽt cõgregare,ſpectaret hoc ad alios prælatos, vel ad
Imperatorẽ. Si etiam Cardinales nollent eligere põtificem,
prouiſum eſt per cap.fundamenta.lib.vj.& cap.ne Romani
de electio. Sed ſi fugerent, aut deficerent, ſecundum do.Io.
de Turre crema.eſſet cõuocandum cõcilium propter Impe
ratorem pro maiori ſecuritate. Si etiam papa efficeretur de-
mens incurabiliter,per Cardinales eſſet vocãdum cõcilium
ad iudicãdum an alius deberet eligi vel dari coadiutor,ſecũ
dum do.Ioan.de Turre cremata. ¶Quintò, †vtrum appel
la-



lari poſsit à papa ad cõciliũ vel ad eius ſucceſſorem? Et dico
quòd non:ſed eſt hæreticũ hoc aſſerere. Nam qui priuilegiũ
Romanæ eccleſiæ à Chriſto traditũ (de quo infrà Eccleſia)
auferre conatur:hęreticus eſt.diſt.xxij.c.omnes. Sed qui ſic aſſe
rit,eſt huiuſmodi:quia cùm appellacio nõ ſit niſi à minori ad
maiorẽ,vt dictũ eſt:qui ſic aſſerit,primò aſſerit vel ſentit pa
pam nõ eſſe vnicũ & ſummũ caput totius eccleſiæ,nec habe-
re plenitudinẽ poteſtatis ſuper omnes,nec ſentẽtiã eius eſſe
ſtabilem & firmã,& incõcuſſè tenendã,nec carere iudice in
terris:quæ omnia ſunt contrà eccleſiæ priuilegia,vt patebit.
Et ſi proprio motu vt ſingularis perſona erraret in fide notoriè,
adhuc ab eo nõ eſſet appellandũ:ſed eſſet monẽdus per Car
dinales,qui in eius electione totũ corpus eccleſiæ repræſentãt:
quibus ſi nollet aſſentire,ſed erraret in fide perſeueraret,vel
potius obſtinatè:eo ipſo eſſet pontificatu deiectus in cõſciẽ-
tiam.xxiiij.q.j.audiuimus.deijciendus iuridicè per cõcilium.
9 ¶Sextò† quęritur,qui ſint ad conciliũ prouinciale & ſynoda
dale vocãdi? Et dico ex Ant.de But.& Io.de Imol.ſup. c. gra-
ue.de præb.quòd ad prouinciale vocãdi ſunt omnes epiſcopi
totius prouincię,& nõ alij neceſſariò.diſt.xviij.quoniã quidẽ.
&.c.ſeq. Si tamen alij prælati dictæ prouincię veniẽt volun-
tarij,ſunt admittẽdi. Et ſic intelligi poteſt c.fi.de his quæ fi.à
maio.par.capi. Poſſent etiã ex honeſtate vocari,ex quo agi-
tur de factis eorũ,& ſimiliter alij,quorũ conſiliũ eſt neceſſa-
rium.arg diſt.xliij.obeũtibus. Ad ſynodale autẽ vocãdi ſunt
abbates,ſcilicet nõ exẽpti:exempti enim accedere nõ tenen
tur:& ſacerdotes & clerus etiã ciuitatis & diœceſis.diſt.xviij.
decernimus. dũmodo ſic prouideatur quòd eccleſiæ magnum
non patiãtur detrimentũ in diuinis,arg.de cler. nõ reſi.c. vlt.
Vnde poſſunt aliqui relinqui in plebanatibus, præcipuè pro
ſacramẽtorũ adminiſtratione:& pręcipuè pro infirmis. Arch.
¶Septimò quæritur,quę poſſunt in concilijs expediri? Et di-
co ex eiſdẽ vbi ſuprà quòd in prouinciali poterit cognoſci de
cauſis quæ vertuntur inter epiſcopos & clericos.ij.q. vij.cap.
ſi epiſcopus.cum quatuor ſeq.& de omnibus cauſis clericorũ
delatis,ſcilicet quando factum eſt notorium, vel non diffini-
tur in breui poſſe liquidari:quas cauſas diffinire poterit epi-
ſcopus vel archiepiſcopus.vj.q.iij.ſcitote.& diſtinc..xviij.cap.
j.& ij.& hoc cum cõſenſu vel cõſilio maioris partis aliorum
epiſcoporum.de tempo.ordin.cap.ſi archiepiſcopus.& de ac-
cuſat.ſicut olim. De cauſis autem archiepiſcopi conciliũ co-
gnoſcere non poteſt,cùm in eum non habeat poteſtatem:vt
in caput:ſed ſuperioris iudicio relinquuntur. Cauſas autem
criminales epiſcoporum concilium poterit audire: diffinire
non poterit abſq; ſpeciali ſententia papæ.iij.quęſt.vj.accuſa-
tus.& de iudic.cap.j.niſi reperiatur aliud expreſſum in iure:
vt dicto ca.graue. Cauſas verò inferiores ab epiſcopis etiam
criminales concilium ipſum poterit audire & diffinire. xv.q.
j.cap.j.& ij. In ſynodali verò vel epiſcopali tractari poterunt
cauſæ ciuiles & etiam criminales clericorum: dummodo nõ
agatur ad pœnam depoſitionis ab officio:cùm epiſcopus ſo-
lus talem pœnam imponere non poſsit.xv.quæſt.vij.felix. &
cap.ſeq.& de re iudic.non poteſt. In generali verò,ſi pręſit in
eo papa,de omnibus cauſis poterit cognoſci, cùm habeat ple
nitudinem poteſtatis,& ſit ordinarius omnium, & totius or-
bis.ix.q.iii.cuncta.& cap.per principalem. Si verò pręſit alius
loco eius:tunc idem quod dictum eſt de prouinciali. Archid.
10 ¶Octauò † quæritur,qualem habeant poteſtatẽ congregati
in conſilio,ordinariam,vel delegatam,& in quos? Et dico ex
eiſdem quòd in prouinciali archiepiſcopus ibi pręſidens ha-
bet ordinariam:ad quod cap.ſicut olim.de accuſat. ſuffraga-
nei verò,ſiue ſint ibi vt iudices:vt quidã volunt per c.ſcitote.
vj.q.iij.ſiue vt aſſeſſores ſecundum alios: geſta per capitulũ
non valebũt ſine conſilio eorũ vel eis irrequiſitis: vt dicit ibi
Io.And.per ea quę habentur xv.q.vij.ſi quis.ſed dom.Ioã.de
Imol.dicit poſſe dici quòd ipſi epiſcopi in cognoſcendo ſunt
ordinarij cùm ipſi principaliter cognoſcãt:ſed in diffiniẽdo
ſunt aſſeſſores:quia ipſi principaliter nõ ſententiant,ſed aſsi-
ſtunt ſentẽtiãti:vt in cle.auditor.de reſcr. Vbi aduerte quòd
non ſolùm conſilium epiſcoporũ requiratur in archiepiſcopi
ſententia,ſed etiam eorũ aſſenſus vel maioris partis eorũ vt
dicit Io.de Imo.quia ſi requireretur ſolum eorum cõſilium,
quod geritur nõ cenſeretur geſtũ per ipſum conciliũ, ſed po
tius per ipſum archiepiſcopũ.de arb.cum olim. & ſi ſit cau-
ſa criminalis epiſcopi, requiritur conſenſus omniũ,ſi tracta-
tur ad finẽ vt deponatur ab officio:vt probatur in d. c. ſcitote.
In cauſis autẽ criminalibus ſacerdotis,diaconi, vel ſubdiaco-
ni,etiã ſi agitur ad finẽ depoſitionis,ſufficit conſenſus maio-
ris partis,vt not.Archid.in dicto cap.ſcitote. & xv.q.vij. epiſ.
ſecundũ Ioã.de Imol. In cõcilio verò ſynodali ipſe epiſcopus
ibi præſidẽs habet poteſtatẽ ordinariã, ſicuti archiepiſcopus
in prouinciali.diſtin.xviij.decernimus. In generali autem, vbi
præeſt papa,alij nõ videntur habere iuriſdictionem, ſed po-
tius videtur conſultores:cùm papa habeat plenitudinẽ pote-
ſtatis,& ſit cunctorũ ordinarius.ix.quæſt.iij.cuncta. & capit.
per principalẽ. Si verò præeſt ibi aliquis de mãdato eius, cẽ-
ſetur habere delegatã.de offi.deleg.per toutm. De alijs verò
qui interſunt ibi, videtur idẽ quod de aſsiſtẽtibus in prouin
ciali. Archid. Multa alia ſpectãtia ad cõcilia,parum tamen ad
forum cõſcientię facientia habes ab Archie.iij.parte.tit.xiiij.
¶Nonò † quęritur,quo tẽpore debeat celebrari concilium 11
prouinciale vel epiſcopale? Et dico quòd antiquitus celebraba-
tur bis in anno:primò ante Quadrageſimam: ſecũdò in Au-
tumno:vt patet diſt.xix.cap.j.& ij.hodie tamen per cap.gra-
ue.de pręb.capitulũ prouinciale ſingulis annis ab archiepiſco-
po cũ prædictis eſt celebrandũ:&, vt videtur, ſub præcepto:
vt patet de accuſat.ſicut olim.vbi dicitur in fine,quòd ſi quis
hoc ſalutare ſtatutũ neglexerit adimplere, à ſui executione
officij ſuſpẽdatur.quæ pœna tam grauis non imponitur niſi
pro mortali. Et à fortiori hoc verũ eſt de ſynodali,vel epiſco
pali,quia,ſecundũ mentẽ iurium,& omniũ religionum inſti-
tuta,capitula quanto minora,tanto crebriora fiunt:& maxi-
mè quia ceſſare ab iſtis inducit maximas relaxationes in mo
ribus clericorum:ſicut experiẽtia docet.

## De Concubinario, & Fornicatore.

1 *Concubinarius & fornicator, quo ad fœminam, qualiter ſe habeant. Et ibidem, quòd quandoq; fornicatio dicatur omnis actus illicitus.*

2 *Concubinatus num licitus ſit? Et an concubinarius cõcubinam ablegare à ſe nolens, abſolui poßit?*

3 *Meretrices adeuntes neſcientes hoc prohibitum eſſe, an ob ignorantiam excuſentur?*

4 *Sacerdos concubinarius, celebrãdo, an irregularis fiat? Et num id quod de ſacerdote dicitur, locum quoq; habeat in diacono, ſubdiacono, & in minoribus conſtituto?*

5 *Fornicatio ſimplex in clerico publicè tenente concubinam, num depoſitionem inducat, ſi monitus ſe corrigere nolit?*

6 *Pœnitentia quænam ſit clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi vxorem ducat?*

7 *Iniungendum alicui quippiam cum iuramẽto non eſſe, de cuius violatione & tranſgreßione veriſimiliter timeri poteſt.*

CONCVBINARIVS † & fornicator videntur ſe ha- 1
bere vt animal & homo quantum ad fœminã qua abu-
tuntur:quia fornicator propriè eſt,qui abutitur ſoluta:ſicut adul
ter,qui nupta: concubinarius verò, qui abutitur quocunque
modo

modò vxorio,id eſt,quæ ad vſum veneris illegitimæ tenetur
ita quòd de mente iuris non dicitur concubina, niſi teneatur
per modum vxoris.quod patet:quia ſi quis poſt vxorem ha-
buit concubinam,ordinari non poteſt.diſt.xxiij.ſi quis.quod
non eſſet ſi concubina diceretur à concubitu fornicario ſim-
Fornicatio. pliciter. Aliquando tamen fornicatio dicitur omnis illicitus
coitus:vt xxxij.q.ij. §.qui ergo.& q.iiij.meretrices. ſed ꝓpriè
eſt coitus naturalis ſoluti cũ ſoluta omni vinculo,ſcilicet cõ-
iugij,conſanguinitatis,affinitatis,ordinis, religionis ſeu voti.
Vnde Pet.de Palu.in quarto,dicit ꝙ fornicatio dicit omnem
illicitum coitum:fornicatio autem ſimplex dicit coitũ natu-
ralem ſoluti cum ſoluta.Credo autem quòd quantum ad ſu-
ſpenſionem,& euitari in diuinis officijs& ſacramentis, idẽ ſit
de notorio fornicatore,& concubinario:etiam ſi fornicator
ſit vagus impetens meretrices,& non tenens concubinam.
2 ¶Primò † verò quæritur vtrum cõcubinatus liceat? Et dicit
Io.And.poſt Hoſt.in reg.ſine culpa in mercu.& recitat Pan.
in cap.vt clericorum de vita & hon.cler.quòd non, etiam de
iure ciuili:quia ex quo ius canonicũ expreſsè prohibet. xxxij.
quęſt.iiij.nemo.imò Deus:vt in cap.meretrices.ea.q.& lex ci
uilis in ſpiritualibus ſubijciat diſpoſitioni iuris canonici: in
auth.vt cleri apud prop.epi.& in auth.de eccleſ.tit.facit c.cle
rici.de iudic.ergo &c.¶Secundò, vtrum abſolui poſsit con-
cubinarius nolens abijcere cõcubinam?Et dico quòd non, ſi
eſt periculum recidiui:quia non eſt contritus.xxiiij.q.ij.lega-
tur.vera etiam pœnitentia non eſt ſine exciſione cauſarum
peccandi.de pœn.diſt.iij.c.ſatisfactio.Siverò non eſt tale pe-
riculum recidiui,quod ſacerdotis arbitrio penſabitur, diſtin-
gue:quoniam ſi factum eſt notorium,abſolui nõ poteſt:quia
tenetur eam abijcere ad tollẽdum ſcandalum populi:maxi-
mè quando ſuſpicio eſt violenta de incontinentia: aliàs verò
ſi non eſt notorium,tenet Sum.Ang.indiſtinctè quòd poſsit
abſolui.Sed nõ eſt verum:quia ſi eſſet ſcandalũ vni vel duo-
bus,tenetur eã dimittere:vt patet per dicenda infrà de Scan-
dalo.& hoc niſi dictum ſcandalũ auferatur: ſed ſi nullum eſt
ſcãdalum,aut recidiui periculum,abſolui poteſt.Et quod de
concubinario,idem dico de concubina.Facit ratio prædicta:
3 & xxxiiij.diſtinct.audite.¶Tertiò,†vtrum adeũtes meretri-
ces,neſcientes hoc eſſe prohibitum,excuſentur propter igno
rantiam?Et dico quòd nõ:imò peccant mortaliter acceden-
do,& toties quoties:quia ignorantia iuris naturalis & diuini
in tali caſu claro neminem excuſat, quantumcunque agre-
ſtem.j.quęſt.iiij. per totum. maximè quia nullus hoc poteſt
ignorare ſine maxima negligentia quęrendi ſuam ſalutem.
Et ſimiliter peccant mortaliter ad hoc alios inducentes. de
pœn.diſtinct.j.noli.& ij.quęſt.j.notum. & ſimiliter qui hoc
perpetrare volentibus pecunias donant aut mutuant: quia
ſunt cooperatores. ¶Quartò,† vtrum ſacerdos concubina-
4 rius celebrando ſit irregularis?Et dicit Panormitan.in capit.
veſtra.de coha.cleric.& mu.quòd ſuſpẽſus eſt quo ad Deum,
& ſe cùm ſit in mortali:vnde celebrando peccat mortaliter:
vt dictum eſt ſuprà Clericus.ij.§.viij.nõ tamen efficitur ir-
regularis,ſi eſt occultus:vt not.Innocen.in cap.ſi celebrat.de
cler.excõmunic.min.Secus ſi eſt manifeſtus, ita vt nulla poſ-
ſit tergiuerſatione celari: quia tunc eſt ſuſpenſus ab officio.
xxxij.diſtinct.præter.cum non differat dicere, interdicimus,
& ſuſpendimus: quia non refert quid ex æquipollentibus
fiat.de teſti.licet.ff.de legib.l.non poſſunt. & hoc eſt clarum
diſtinct.xxxij.§.verum.Vnde ſi celebrat,eſt irregularis.cap.j.
de re iudic.libro vj.Eſt etiam ſuſpẽſus à beneficio:vt in dicto
cap.præter.iuncta gloſ.Secus ſi non habet talem operis eui-
dẽtiam.Et de hoc ſupra Clericus.ij.§.viij.Multi autem Do-
ctores volunt quòd requiratur monitio: aliter non ſit ipſo
facto ſuſpenſus,nec incurrat irregularitatem. Sed primũ eſt
verius. Et quòd de ſacerdote dicitur, dic de diacono, ſubdia-
cono, & cõſtituto in minoribus, ſecundum Archidiaconum
in §.hæc de malis.diſtinct.xxxij.& exercendo actum cuiuſ-
cunq; ordinis ſimiliter ſunt irregulares:& ſolus papa diſpen-
ſat.de re iudic.cap.j.libro vj.Et idem dic de quocunq; forni-
cario,etiam non tenente concubinam.Vnde Archidiaconus
in iij.parte.tit.xxviij.cap.iij.dicit quòd nõ ſolùm ſacerdos,ſed
etiã in quocunq; ordine conſtitutus etiam in minori, ex no-
toria fornicatione eſt ſuſpẽſus ab omnibus actibus ordinum,
ſecundum Innocen.ipſo iure:quod no.Archid.diſt.xxxij.§.ad
hæc. & tandiu ſtat ſuſpenſus, quandiu perſeuerat in vitio:&
interim ſi exequitur officia ſua,etiã ſemel efficitur irregula
ris,indignus diſpenſatione papæ ſecundum Innocẽ. & Hoſt.
& not.Archid.&anto.de Butr.Vnde etiam ſi ceſſaret à vitio,
& ante diſpenſationẽ vtitur officio ſuo,ſemper peccat mor-
taliter,quanuis nouam irregularitatem non incurrat. Si au-
tem ſuſpenſus non eſt executus officia ſua:nihilo minus in-
diget abſolutione à ſuſpenſione: quam poterit epiſcopus fa-
cere,ſecundum Innocen.imò idem dicit Summa Ang.innixa
opinioni domini Anto.de quocũq; peccato mortali. Sed hoc
improbatum eſt ſuprà Clericus.ij.§.viij. ¶Quintò † quæri-
tur,an ſimplex fornicatio in clerico publicè tenente concu-
binam inducat depoſitionem, ſi monitus nolit ſe corrigere?
Et dico quòd ſic: quia talis primò debet monitus ſuſpendi à
beneficijs & ſi ſe nõ correxerit,debet ex eis perpetuò remo-
ueri,ſiue ſit in ſacris.de coha.cleri.& mul.ſicut.ſiue non in ſa-
cris:vt ibi in c.ſi autem clerici.vbi etiam innui videtur quòd
requiratur monitio trina.Et quidem ſi tale crimen ſit noto-
rium,ſuſpẽſus eſt ipſo iure ab officio,vt dictum eſt §.priore,
& ſuprà Clericus.ij.Si verò ſit publicum ex fama tantum,ita
quòd meritò talis habeatur ſuſpicio quòd ſcãdalum genere-
tur,& ſi non appareat accuſator, erit purgatio indicenda,in
qua ſi defecerit, aut ſi ſe purgare noluerit, canonicè pu-
niatur de coha.cler.& mul.tua.& interim talis non debet in
officijs euitari.¶Sextò, † quæ pœnitentia ſit clerici in ſacro
ordine cõſtituti,ſi ducat vxorem?Et dico quòd priuari debet
ordine & bñficio eccleſiaſtico:& mulier,ſi libera erat,redigi
in eccleſię ſeruitutẽ.diſt.xxxij.eos qui.Si verò ancilla, vendi
debet.diſt.lxxxviij.quidã clerici.& filij inde nati in ſeruitutẽ
eccleſiæ redicuntur.xv.quęſt.vlt.multa& ipſe etiam excom-
municatus eſt ipſo facto: vt infrà Excommunicatio.ix.§.xl.
& quando ab ea ſeparatur, eam debet iurare, ſcilicet quòd
de cætero ad eam non accedat,nec bibat cum illa.nec in ea-
dem domo manebit:nec in alio loco, niſi tam publico quòd
mala ſuſpicio eſſe non poſsit:nec loquetur cum ea, niſi co-
ram idoneis teſtibus,& certa neceſsitate.xxxv. queſtio.vj.ab
iſto die.qui cler.vel vo.ex literarũ.tamẽ clericus habetur ſu-
ſpectus quòd forſitan iuramentum non ſeruaret, exigi non
debet:ſed per ſententiam interdicti vel ſuſpẽſionis, vel alio-
rum huiuſmodi,compeſcendus eſt.de coh.cler.& mul. cleri-
cos.& de his Sum.Conf.libro iij.tit.xxx.q.xiij.ſecũdum Ray.
& Hoſt.†Qui etiam addit quòd non eſt aliquid alicui iniun-
gendum per iuramentum,de cuius tranſgreſsione veriſimili-
ter timetur.Ibi etiam dicitur ſecundum Rayn.quòd ſi ducta
eſſet ancilla,& filij ſint paruuli,nõ vẽderetur,ſed truderetur
in monaſterium:ne propter matris abſentiam filij perirent.
diſt.xxxiiij.fraternitatis.vel, inquit, intelligitur illud c. quòd
non contraxit cum ea matrimonialiter.De materia fornica-
tionis,infrà Luxuria.& ſuprà Clericus.ij.§.vltimo.

## De Concuſsione.

1 *Concuſsio propriè & tranſſumptiuè ſumpta quid ſit?*
2 *Cõcuſsio ad mores relata, & put crimen eſt,abs quo cõmitti dicatur? Et num ſit peccatum mortale?*
3 *Concuſsionem qui commiſit,an neceſſariò quod accepit,etiam ſi in iudicio non ſit condemnatus, reſtituere teneatur.*

1 CONCVSSIO†propriè eſt motus violentus ex tractu
& pulſu re loco non mota cauſatus:ſicut arborem con-
cutit qui apprehenſam manu tremere cogit.Sed tranſſum-
ptiuè ad mores eſt aliqs ſimilis motus metu factus in animo
alterius,cui ſcilicet animo vis inferri nõ põt:ſicut cùm qs ali
cui minatur niſi ita vel ita faciat,aut à faciẽdo deſiſtat:vt pa-
2 tet j.q.j.cõcuſsiõis.in gl.¶Primò†verò quæritur,quis cõmit-
tat concuſsionis crimen?Et dico ꝙ generaliter incurrit illud
quicunq; metu pecuniã vel æquiualens indebitè extorquet
ab aliquo:ſed ſpecialiter quantùm ad pœnas legales:vt colli
giť ex l.iubemus.C.ad l.Iuli.rep. poſita j.q.iiij.& ff.eod.l.j.ij.
iij.iiij.v.& vj.& ff.de cõcuſsio.l.ij.Concuſsio eſt, cùm quis in
officio conſtitutus extorquet aliquid à ſubditis per metũ:aut
cùm nonvult facere quod tenetur,niſi data pecunia:aut cùm
extorquet vltra cõſtituta ſibi ſtipendia:aut cùm quis accuſat,
vel ab accuſando deſiſtit ꝓpter pecuniam.Et concordaţ glo.
Ray.vt patet in Sum.Conſe.li.ij.ti.v.q.cxxxix.vbi idem dici-
tur de militibus ſtipẽdiarijs,quod dictum eſt de officialibus.
vide j.q.j.iubemus.&.c.ſeq.¶Secundò,vtrũ concuſsio ſit pec-
catum mortale?Et dico ꝙ ſic,in re notabili:quia omne quod
eſt contra iuſtitiam,eſt mortale,ſecũdũ S.Th.ij.ij.q.lix.artic.
iiij.facit xxiij.q.j.militare. & pœna eius, ſi de hoc crimine qs
condemnetur,eſt infamia:vt nec teſtificari poſsit in publico:
nec iudex eſſe vel aduocatus. j.q.j.eadẽ.& præter ea puniť in
3 quadruplũ,vt ibi:in eũ.& xviij.di.qm̃.¶Tertiò,†vtrũ talis re
ſtituere teneatur neceſſariò qđ accepit, etiã ſi nõ cõdẽnetur
in iudicio?Et dico ꝙ ſic:& dãti qñ nõ turpiter dedit:vt ſi de-
dit vt faceret qđ debebat.xiiij.q.v.nõ ſanè.& ſecũdum Ray.
qui ſubdit,quòd ſi turpiter dedit,reſtituendum eſt,nõ illi,ſed
pauperibus.vel illi,in cuius iniuriam data eſt, iuxta arbitriũ
eccleſiæ:vt in d.cap.nõ ſanè.Sed glo.Ray.dicit quòd in foro
conſcientiæ hoc fortè magis eſt conſilium quàm neceſsitas.
¶Condemnatus ad mortem aut mutilationem an fugere
poſsit,vide ſuprà Accuſatus.§.xvj.

## De Conditione,modo, cauſa, & demonſtratione.

1 *Conditio quotupliter ſumatur: & quid ſit ea conditio, quæ per dictionem ſi,importatur?*
2 *Dictiones quænam ſint quæ conditionem importent, & dictioni ſi, æquipolleant?*
3 *Modus quinam per particulam vt, importetur?Et quibus vocibus modus deſignetur?*
4 *Cauſa quid ſit,ac quomodo cognoſcatur?remiſsiuè.*
5 *Demonſtratio quidnam ſit.*
6 *Demonſtratio falſa an legatum , vel hæredis inſtitutionem annihilet?Et quid ſi habens ſeruos duos, Stichum fullonem & Panphilum piſtorem vxori Stichum piſtorem legauerit?*
7 *Conditio tacita,num contractum conditionalem reddat?*
8 *Conditio,num aliquando contractum vitiet , aut econtrario quandoq; vitietur?Et quid in his quæ fiunt in vltima voluntate?Cæterùm de conditione in matrimonio,religione ſponſalibus,donationibus,& ea quæ omnino extitura eſt,remiſsiuè.*

1 CONDITIO†multipliciter ſumitur.& Primò impor-
tat ſtatum perſonæ:vt cùm dicimus iſtũ eſſe liberæ cõ-
ditionis aut ſeruilis.de ſer.non or.cap.vltim.xxxij. quæſt.iiij
liberi.Similiter cùm dicitur quòd conditio poſsidentis po-
tior eſt,vbi eſt par cauſa turpitudinis.ff. de condict. ob tur.
cauſ.l.ſi ob turpem. §.porrò . Secundò verò verum qualita-
tem:ſicut res aliquæ dicuntur liberæ aut ſeruilis conditiõis.
ff.& C.de ſeruit. per totũ. Tertiò,importat actionẽ repetẽ-
di aliquod datũ:de qua agitur in titulo de condi. ob cau.da.
& titulo ſequent.Quartò,importat ſuſpenſionẽ ꝓmiſsionis
vel alterius contractus:& de hac eſt hic intentio. Primò ve-
rò quæritur,quid eſt conditio, quàm importat ly ſi,aut ali-
quid æquiualens? Et dico quòd eſt diſpoſitionis,id eſt actus
vel contractus ſuſpenſio ex euentu in certo futuro ei appoſi-
to,in quem euentum eius diſpoſitionis facta eſt collatio.ff.
ſi certum peta.l.itaque.vt dicendo: promitto vel lego ſi Ti-
tius fuerit conſul.hæc em̃ diſpoſitio eſt conditionalis ex in-
certo appoſito,videlicet ſi Titius:& eueniente caſu quo Ti-
tius ſit conſul,purificatur, & non plus ſuſpenditur. Inſtitut.
de verborum obli.§.ex conditionali.& ff.de condi. & demõ.
per totum.Vel ſecundum glo.in rubr.ff.de condi.& demon.
conditio eſt legati cuius de futuro defectus ſeu confirmatio
pendet ſuſpenſio:vbi ponitur ly legati , exemplariter : & ſic
non reſtringit quin eueniat alijs contractibus à legato: quia
exempla regulã non reſtringunt. l. damni infecti ſtipula-
tio.ff.de damno infect.Vel ſecundũ Bart.in l.j.col.j.ff.de cõ-
di.& demon.cõditio eſt quidam futurus euentus,in quem di-
ſpoſitio ſuſpenditur.Et intelligitur de euentu in facto vel in
iure.l.multum.ff.de condi.& demon.ſiue conditionis aſſerti
uæ & negatiuæ.l.in teſtamẽto.eodem titulo.& dicitur futu-
rus:quia de præterito vel præſenti propriè non dicitur con-
ditio:quia non ſuſpendit.l.cum ad præſens . cum duabus ſeq.
ff.ſi certum pet.Vnde propriè eſt conditio,quando ſuſpendit
in futurum euentum: ſiue incertitudo ſit reſpectu rei , ſiue
diei.licet aliquæ gloſ.dubitauerint de die mortis.& ita tenet
gloſſa in l.in omnibus.ff.de regu.iur.text. eſt in l.quodcun-
que.§.primo.ff.de verborum obli. ¶Secundò†quæritur,qui 2
ſint termini vel dictiones æquiualentes ly ſi,& conditionem
importantes?Et dico verbi cauſa,ꝙ eſt ly cum,vt lego cùm
Titius fuerit cõſul.Et ly niſi:vt vendo tibi librum aureo, ni-
ſi alius intra menſem cõditionem fecerit meliorem.ff.de in
diem addic.l.ſecunda.quia ſenſus eſt,quòd ſi alius id fecerit,
non vendo.Et ly alioquin,& ly aliàs: vt ſcribes mihi librum
intra menſem : alioquin vel aliàs decem nomine pœnæ da-
bis.l.ſi finito.§.ex hoc .ff. de dãno infẽ. quia ſenſus eſt,ſi non
ſcripſeris,&c.Et ly ſiue:vt,promitto decẽ ſi nauis ex Aſia ve
nerit:ſiue Titius fuerit conſul.& quæ illarũ conditionum diſ
iunctiuarum fuerit prior,diſpoſitionem purificat.l.ſi ita quis
ſtipuletur.ff.de verborum obligationibus. Et ly aut,alterna
tiuum:vt relinquo prædia propinquis aut liberis. l. cum pa-
ter. §.pen.ff.de legat.ſecundo.quia ſenſus eſt ſi non ſunt pro-
pinqui,venient liberi. & in hoc ſumpto ſignificato ex maio-
ri affectione propinquorum , quibus teſtator primò relin-
quere voluit:vt patet ex ordine ſcripturæ. Et ly quandiu:vt,
lego decem annis ſingulis,quandiu res geſſeris hæredis mei,
id eſt,ſi geſſeris.ff.de condi.& demon.l.pater. Et ly quo ad,
donec,& quouſque:quia idem ſignificant? Et ly dum:vt,le-
go vxori dum erit cum filio meo.l.qui cõcubinam.ff.de leg.
iij. Et ly quando, quandocunque, vbi:vt, lego filiæ quando,
vel quandocunque,aut vbi nupſerit.Et idem eſt de alijs ſine
numero.¶Tertiò†quæritur,quis eſt modus,quẽ ſcilicet im- 3
portat ly vt,aut aliquid æquiualẽs?Et dico quòd,vt patet ex
legibus loquentibus de illo, modus gñaliter eſt omnis qua-
litas adiecta diſpoſitiõi.l.obligationẽ.§.modus. ff.de actio-
nibus & obligationibus. Sed ſpecialiter modus eſt modera-
men diſpoſitionis per oneris appoſitionẽ tanquã cauſæ fina-
lis:vt,promitto vel lego tibi vt facias illud. vel ſub alijs ver-
bis ſic diffinitur:Modus eſt inuitatio ad quãdam remunera-
tionem

tionem vel ad impletionem loco eius quod eſt factum:&
ideò nõ ſuſpendit,ſed clarificat. Vnde promiſſum ſub modo
poteſt peti de præſenti exhibita cautione de modo obſeruan
do.l.q hæredi.iuncta l.qbus diebus.§. Termilius.ff.de condi.
& demon.& quod not.in cap.verum.de cond.appo. ¶Quar-
tò quæritur,quibus dictionibus ſignatur modus, ſiue quæ di-
ctiones ſunt æquiualentes ly vt? Et dico ꝙ eſt ly dummodo,
quod eãdem habet ſignificationẽ.ff.de cõtrah.emp.l.cùm ab
eo.Et ly ne:vt,Titiũ hæredẽ inſtituo, ne fidei cõmiſſa ex te-
ſtamento Sempronij retineat:quia ſenſus eſt: vt nõ retineat.
l.cum pater.§.Titio.ver.planè.ff.de legat.ij.Et ly ad:vt,lego
mille ad monumentum meum ædificandum.Et ly pro:vt,le
go decem pro cura mei corporis ſuſtinenda.Et ly in:vt,lego
decem in monumẽto faciendo.Sed dicẽdo,lego vxori in tem
pus liberorum.ly in,facit cõditionem.Et idem ly nomine:vt
lego decem nomine dotis puellarum pauperum,vel redem-
ptionis captiuorum,vbi non ſignificatur cõditio, ſed modus.
l.mille.C.de epiſ.& cleri.& ratio,quia ſemper ſunt captiui &
puellæ pauperes.Secus ſi relinqueretur nomine dotis vel re-
demptionis certæ perſonæ : quia tunc faceret conditionem.
Et idem eſt de omni parte orationis, quæ ad hoc ſignificatũ
4 adaptari poteſt ex ſe vel ſubiecta materia.¶Quinto†quæri-
tur,quæ ſit cauſa:& quomodo importetur aut cognoſcatur?
5 Sed de hoc vide ſuprà,Cauſa.¶Sextò†quæritur ,quid ſit de
monaſterio? Et dico quòd eſt ex aliquo pręterito vel pręſenti
accidente vel qualitate rei,quæ geritur, certificatio vel liqui
datio:vel eſt verbum vel factum quo aliquid oſtenditur:cùm
demonſtratio ſit oſtenſio:vnde vice nominis proprij demon
ſtratio fungitur.ff.ſi cer.pet.l.certum.nec refert, vbi dicitur,
an proprio nomine res appelletur,vel demonſtretur digito.
Vnde dicendo, lego vxori meæ veſtẽ quæ cauſa eius parata
6 eſt:illa verba,quæ cauſa,ſunt demõſtratiua.¶Septimò†quæ
ritur,vtrum demonſtratio falſa annihilet legatum, vel inſti-
tutionem hæredis? Et dico quòd licet falſa demonſtratio nõ
ſit demonſtratio:ex ea tamen ſumitur quandoq; ſignificatũ
ad inualidãdum actum,qui aliàs ea nõ expreſſa eſſet validus.
Vnde dicendo,lego vxori meæ veſtẽ, quæ cauſa eius parata
eſt:ſi nihil ſit paratum,legatum nõ valet.l.Quintus Mutius.
ff.de aur.& ar.Secus ſi dicerem,veſtem meam purpureã,quæ
cauſa eius parata eſt:quia licet ſit falſa demõſtratio,quę cau-
ſa,&c.tamẽ apparet de re legata per verba præcedẽtia: cùm
verè talem habeam veſtẽ:vt in d.l.Quintus Mutius.Vnde fal
ſa demonſtratio nunquã impedit legatum , vbi conſtat de re
& volũtate.l.ſi ſit.ff.de leg.j.Igitur,verbi gratia,falſa demon
ſtratio inualidat legatum:primò dicẽdo,lego dotem.ſi nihil
ſit in dote:quia ſi demonſtratio eſt falſa,non demonſtrat,&
non apparet de legato,niſi per demonſtrationẽ.C.de fal.cau
ſa adiec.lega.l.iij.Secus dicendo,lego centum,quæ in dotem
accepit.Quia licet demõſtratio ſit falſa:tamen valet legatũ,
quia conſtat de re legata.Et ſecundò,inualidat dicendo, Ti-
tium filium meum hæredẽ inſtituo:in caſu, ſcilicet quo non
eſt ipſi teſtanti filius:quia licet conſtet de perſona,tamen vo
luntas teſtatoris fuit inſtituere filiũ,& cõſequenter Titiũ nõ
filium inſtituere noluit:& cõſequenter non valet:vt in l.ſi pa
ter.C.de hæred.inſtit.Et tertiò dicẽdo , inſtituo Titium fra-
trem meum,ſi ſciam eum non eſſe fratrem,licet vt fratrẽ di
ligam:non valet inſtitutio.l.nemo.§.j.ff.de hære.inſti.& hoc
intellige in foro cauſarum.Et quartò inualidat dicendo,lego
decem quæ ſunt in arca,ſi nihil ſit in ea:ſi tamẽ eſſent tãtùm
quinque,valeret ad illa quinq;.l.ſi ſeruus.§.qui quinq;.ff.de le
ga.j.Similiter valet dicendo:lego quinque quæ debeo,etiã ſi
nihil debeam:quia conſtat de re legata.l.ſi ſit.ff.de lega.j.Et
quintò inualidat dicendo,lego Titio decem, quæ Seius mihi
debet:ſi ille nihil debeat:vt in d.l.ſi ſit.Ratio,quia noluit le-
gare decẽ,ſed cedere actionẽ:quæ hoc caſu nulla eſt.Et ſex-
to dicẽdo,lego bouem meum:& nõ eſt bos,ſed equus.l.ſi qs
in fundi vocabulo.ff.de leg.j.valeret tamẽ ſi appareret de vo
luntate:vt quia equum vocare conſueuerat bouẽ ratione pi-
gritiæ aut veteris magni:vt in d.l.ſi qs.Similiter valeret dicen
do,lego hunc equum:& eſt bos.l.quæ extrinſecus.de ver.ob.
quia per demonſtrationẽ ad digitum conſtat de corpore:&
hoc niſi aliũde appareat quòd equum credidi,& bouem non
eram legaturus. ¶Octauò,quid ſi habes duos ſeruos,Stichũ
fullonem,& Pamphilum piſtorem,elegauit vxori Stichũ pi-
ſtorem? Et dicit text.in l.qui habebat.ff.de re.dub.quòd ſi te-
ſtator verè ſciuit nomen proprium vtriuſq; ſerui: ille ſeruus
debetur cuius nomen expreſsit:& dicetur erraſſe in artificio:
ſed ſi verè neſciunt nomina,debetur piſtor:& dicetur erraſſe
in nomine proprio. ¶Nonò,†vtrum conditio tacita faciat
contractum conditionalem? Et dico quòd non,facit l.condi-
tiones.ff.de cond.& de.de quo dic vt infrà Matrimonium.iij.
§.ij.& xj.& Matrimoniũ iiij.§.v.¶Decimò†quæritur,vtrum
conditio vitiet aliquando contractum aut vitietur? Et dico:
colligitur in tit.de condi.appo.per doct.& per Legiſtas in tit.
de condi.& demon.ff.& alijs locis,quòd aut conditio eſt con
tra ſubſtantiam cõtractus,aut non.Et dicitur eſſe cõtra ſub-
ſtantiam actus id,cum quo actus ſtare non poteſt:& econtra
nõ dicitur de ſubſtantia actus id,ſine quo ſtare poteſt actus:
vt communiter notant.doct.in cap.fin.de cond.appo.& facit
quod not.Bart.in l.j.ff.de libe. & poſt.& quod not.in l.j.ff.de
verb oblig.in princ.Si eſt contra:ſic vitiat contractum,& non
vitiatur:vt in d.cap.fin.de cond.ap.& facit l.cum hi.§.ſi Præ-
tor.ff.de tranſac.Quod verum eſt primò,ſi apponatur à prin-
cipio contractus:ſecus ſi poſt contractũ,quando iam ille pa-
tium voluntate diſſolui non poteſt:vt matrimonium.xxxij.q.
iiij.dixit.& capite ex literis.de diuor. Et ſimile eſt de voto,&
huiuſmodi.& facit l.per ſeruum.§.denique. ff.de vſu & habi-
ta. Et ſecundò verum eſt,ſi per ambas partes apponatur:de
quo vide infrà Matrimonium iiij. §.v.Si verò non eſt contra
ſubſtantiam contractus: ſed eſt aut impoſsibilis . aut turpis
quæ ſcilicet vt not.in d.cap.fin. quo ad hoc æquiparantur:
vitiatur,& reijcitur,& nõ intrat in contractibus ſpiritualibus,
puta matrimonio,& voto,& huiuſmodi:vt not.in d.cap.ſi in
contractibus autem temporalibus regulariter vitiat:vt not.
in glo.in d.cap.fin.per iura ibi allegata.Quod limita in con-
tractibus,qui fiunt inter viuos.In his autem,qui in vltima vo
luntate fiunt,diſtingue : quia aut cõditio impoſsibilis non
ijcitur in perſonam honorati : vt inſtituo Titium hæredem
& iubeo:vt digito tangat cœlum:alioquin det centum D.
& tunc vitiat,nec valet legatum de centum factum Dino.
ſtit.de lega.§.fin.not.gloſſ.in l.vnica.C.de his quæ pœ.&
tenet cum hac diſtinctione:aut adijcitur in perſonam hono-
rati,id eſt,eius cui fit legatum,vel inſtituitur hæres: quia
licet ſub conditione impoſsibili alicui fit legatum, vel
inſtituitur hæres:puta ſi Titius cœlũ digito tetigerit,eſto hæ-
res,vel habeto centum:& tunc fauore vltimæ voluntatis
citur conditio,& valet conſtitutio & legatum.Inſt.de hæ.
inſti.§. impoſsibilis.& communiter doctores in d.§.ſi
Bar.in l.j.ff.de cond.inſt.teneat contra prædictam diſtinctio-
nem. Si autem conditio nec turpis eſt,nec impoſsibilis,
contra ſubſtantiam actus,tunc vitiat:vt not.in cap.de illis.de
condi.appo.De conditione autem in matrimonio & in reli-
gione & in ſponſalibus & in donationibus,vide infrà Ma-
monium iij.per totum.& Religio. iij.§. vij.& Sponſalia
& Donatio.j.Et de conditione quæ omnino eſt extitura,
frà Matrimonium iij.§.j.& ſecundo.



## De Conductore.

CONDVCTOR quis ſit,infrà Locatio.in principio.Et
quomodo ſit excommunicatus , ſi Bononiæ conducat
domum doctoris vel ſcholaris ſine conſenſu inquilini , infrà
Excommunicatio.ix.§.iiij.

## De Confeſsione non ſacramentali.

1 *Confeſsionis multiplex acceptio. Et de qua hic agatur?*
2 *Cõfiteri delictum,num quis ad iudicis interrogationẽ debeat?*
3 *Cõfitens criminis conſociũ,an ſit aduerſus ſociũ teſtis idoneus?*
4 *Confiteri poſitionem,in qua lite conteſtata,actor petit xx.cùm*
*decem duntaxat habere debeat:vel cùm alicuius rei partem ha*
*bere debeat,integram petit,an quis cogatur:an verò poſsit ſal*
*tem totam petitionem negare? Et vtrum poſitio aliquam par-*
*tem falſam habens,negari in totum ratiõe partis falſæ,poſsit?*
5 *Confiteri poſitionem in qua abſolutè ponitur,quod ſub condi-*
*tione debetur,an quis cogatur?*
6 *Confeſsio iudicialis,an confitenti præiudicet? Et qualiter intel*
*ligatur,quòd in iure contra ſe confeſſus,pro conuicto habea-*
*tur? Et ibidem ad idem vulgarium verſuum explicatio.*
7 *Confeſsio extraiudicialis non contra partem,an præiudicet in*
*abſentia partis?*
8 *Confeſsio generalis non ſacramentalis facta contra peccatum*
*in miſſa,prima,vel completorio,& prædicatione,& huiuſmo*
*di,ad quid proſit? Et qui ſe omnia dicit peccata commiſiſſe,*
*an falſum dicat?*

1 CONFESSIO,†multiplex eſt.Primò,fidei.Secũdò,de
licti in ſacramento pœnitentiæ.Tertiò, delicti vel de-
biti extra ſacramentum pœnitentiæ , quæ dicitur confeſsio
non ſacramentalis:& de hac nunc eſt intentio.Et eſt duplex,
ſcilicet iudicialis & extraiudicialis. Et hæc etiam eſt duplex.
quædam ſcilicet,quæ eſt generalis ex intentione facta cõtra
peccata:vt quæ fit in miſſa:& quædam ſpecialis non facta ad
illum finem:vt quæ eſt in communi hominum locutione.
2 ¶†Primò verò quæritur,an ſit quis obligatus ad interroga-
tionem iudicis fateri delictum? Et dicit Panormitanus in ca.
cum ſuper.de confeſ.quòd ſi iudex procedit per inquiſitionẽ
ex mero ſuo officio,ſic tenetur quis reſpondere veritatẽ ſub
pœna peccati mortalis,ſi factum eſt notoriũ,vel infamia fla
grat,vel ſemiplenè probatum eſt,ſecundum Sã.Tho .ij.ij.q.
lxix.artic.j.text.eſt in cap.cum dilecti.de accuſ.& hoc verum
quando agitur ad pœnam ſpiritualem:de qua infrà Pœna.§.
ij.non aliam.Si verò factum non eſt notorium, nec flagrat,
non tenetur reſpondere.de accuſa.qualiter & quando.el pri-
mo.etiam ſi iuraſſet dicere veritatem,ſecundum Henric.de
Gand.in j.quolib.q.xxxiiij.nec eſt obediendum in hoc præla-
to:quia eſt contra charitatem.Et occulta non ſunt publican-
da,ſed Deo ſoli relinquenda.vj.q.j.ſi omnia.& cap.oues.&.c.
ex merito.Si autem iudex procedit ad inſtantiam partis:ſic
non eſt neceſſariò reſpondendũ,niſi id,de quo quæritur,ſit fa
moſum,id eſt,præceſſerit infamia,& impediat ordinis execu
tionem ſeu beneficij retentionẽ:de quo nec venit imponẽda
pœna temporalis. Mendacium tamen dicere non licet:ſed
vtendum alijs verbis duplicibus & ſimulatis.argu.xxij. q.v.§.
ex his.Vide etiam ſuprà Accuſatio.§.xiij.& infrà Inquiſitio.
3 ¶†Secundò quæritur, vtrum confitens conſocium criminis,
ſit teſtis idoneus contra ſocium? Et dico quòd non:vt nota.
glo.in l.ſi filium.C.de li.cauſa.vnde interrogari nõ debet de
conſocijs:vt in l.fina.& ibi per docto.C.de quæſtion. Sed in-
tellige quòd non debet interrogari tanquam teſtis:ſecus vt
per dictum eius veritas inueniri poſsit ab alijs.vide infrà Indi
cium.¶†Tertiò, vtrum teneatur quis confiteri poſitionem, 4
in qua lite conteſtata actor petit xx. cùm ſolum habere de-
beat x.vel debet habere partem alicuius rei, & petit totum:
vel certè poſsit totam petitionem negare: & ſimiliter quæri
poteſt vtrum poſitio habens aliquã partẽ falſam, negari poſ
ſit tota,ratione partis falſæ? Et dicit Bart.in l.ſi is qui ducen-
ta.§.vtrum.ff.de re.du.& in l.j.§.ſi ſtipulanti.de verb.obliga.
& not.Panormi.in c.vnico.de plus peti. quòd aut id,quod in
libello ſeu poſitione petitur,eſt falſum ratione qualitatis: &
tunc negari poteſt in totum: quia videtur aliud factum:vt
quia ponis me hodie comediſſe in eccleſia , poſſum negare
totũ,licet alibi comederim:quia verũ eſt,me non comediſſe
in eccleſia.Aut eſt falſum in quantitate, ſeu in parte ſummæ
vel rei:& tunc in iudicio negari non poteſt in totum: ſed cõ-
fitenda eſt pars debita.Et ratio eſt ſecundũ eum,quia petens
totum,petit quamlibet partem eius. Vnde petrus tenuit ta-
lem periurum:vt refert Bald.in d. l.ſi is qui ducenta.& facit
text.cum gloſſ.in l.pupillus.§.ſi.ff.de ver.ſig.vbi patet quòd
debitor negãs rem eſſe ſuam,negat ſibi & alteri ſcilicet pri
uato eſſe communem.& gloſſ.in c.ſi.xij.q.j.ibi tamen addit
glo.quòd res ciuitatis vel vniuerſitatis non eſt cuiuſlibet.xij.
q.ij.qui manumittitur.& in l.qui ſolidum.in princi.ff.de le.ij.
vbi petens totum,aduerſarium cõſtituit in mora in parte de-
bita.Et hoc eſt contra procuratores noſtri temporis. Ego au-
tem dico quòd debens decẽ,licitè iurat ſe non debere xx.nõ
autem ſe nihil debere:quia eſſet negare quamlibet partem.
¶†Quartò,vtrum teneatur quis confiteri poſitionem, in 5
qua ponitur abſolutè,quod conditionatè debetur? Et dico
quòd nõ:quia eſt falſa,ratione qualitatis.nam ſi confiteretur
debeo,ſed ſub conditione:actor accipere poſſet partem con
feſsionis pro ſe,ſcilicet debeo:& reus haberet aliam probare,
ſcilicet ſub conditione,ſecundum cautelam Panor. in c.j.de
po.præla.& Bart.in l.Aurelius.§.idem quæſiuit.ff.de lib.leg.
vbi dicit quòd ſi qs fatetur ſe hominem occidiſſe, ſed ad ſui
defenſionem,non credetur ei quòd propter ſuam defenſio-
nem occiderit:quia præſumptio eſt contra eum ratione ope
ris perpetrati , cùm ſit factum iure damnatum:& quia com-
muniter non contingit quòd aggreſſus occidat aggreſſo-
rem.Vbi verò hæc ceſſant,poteſt quis accipere pro ſe confeſ
ſionis partem,& partem refutare,quando confeſsio facta eſt
vnico conſtructu,ſecundum Archid.in c.j.de confeſ.libro vj.
¶†Quintò,vtrum confeſsio iudicialis præiudicet confitenti? 6
Et dicit Panormit.in c.ex parte.de confeſ.quòd ſic,ſi ſit ma-
ior xxv.ann.& fiat ſponte,& ex certa ſcientia, & expreſſa cau
ſa,& coram ſuo iudice,parte pręſente,& non ſit cõtra natu-
ram,nec contra ius,& fiat de re litigioſa,& non ſit contra li-
bertatem:aliàs non præiudicat. Vide diffusè in d.c.ex parte.
quia potius eſt fori contentioſi, de quo principaliter non in-
tendo.Direct.etiam li.iiij.dicit,quòd confeſſus in iure cõtra
ſe,habetur pro conuicto:& valet confeſsio , concurrentibus
tamen,quæ his verſiculis continentur: Maior,ſponte,ſciens,
dominus,pars,lis,ſed & in ſe Confeſſus certum, compos,pro
iudice,iure Damnatur:niſi ius, fauor, aut natura repugnet.
Dicitur autem maior ſcilicet xxv.ann.quia minor contra ſuã
confeſsionem ſine authoritate tutoris reſtituitur.ff.de con-
feſ.l.certum.§.minorem.Dicitur etiam ſponte,quia interue-
niente coactione non obeſt cõfeſsio.xv.q.vj.c.j.Et ſi quis per
anguſtiam tormentorum confiteatur:non obeſt,niſi in con-
feſsione perſeuerauerit poſt tormentorum depoſitionem.ff.
de quæſt.l.j.§.diuus. Vbi dicit Bart. confeſsionem factã per
tormenta,in qua ſit adhibita tortura:vel aliquo ligato & prę
cedẽtibus minis de tortura : vel in carcere fame & frigore
multùm affligente:nam tunc formidine tormentorũ videtur

ſacta. Ad aliquem autem perſeuerare in confeſsione, oportet per l.ij.C.de cuſto.re.quòd poſt dictam confeſsionem reducatur ad locũ publicũ,id eſt, coram notario & perſonis publicis confiteatur:debet tamen iudex arbitrari æquè vt reducat eum poſtquàm ceſſauerit tormẽtorum dolor:quia ſi reduceret eum ad bancum ſtatim inſtantibus doloribus : totũ hoc videretur tormentorum formidine factum,argu.l.quod ait.§.fin.ff.de adulter. Et ſecundũ Lud. Ro.in ſuis ſingularibus,officiales ſunt homicidæ:& tenẽtur de omni damno,qui ad torturam ſine indicijs ponunt homines,qui tormentorum metu confitentur perpetrata delicta:ex qua cõfeſsione deinde ſuſpenduntur:nec valet talis confeſsio ſine indicijs:vt in d. l.j.in princi.ff.de quæſt.nec confirmatur per indicia ſi ſupueniant:vt vult glo.ſingularis in l.maritus.ff.eo.de qua gaudet Bal.in l.fin.C.de accuſa.Dicitur etiam, ſciens:quia ſi errat,& ſuum errorem ante ſententiam probare poteſt:nõ obeſt ſibi confeſsio.de confeſ.cap. fin. Vnde etiam de aduocato dicit Azo quòd eius confeſsio quandocunq; ante ſententiam probato errore poterit reuocari. de cenſi.olim.vbi hoc not.Bar. Dicitur etiam,dominus:quia procuratoris confeſsio non nocet domino abſenti.ff.de cõfeſ.l.certum.§.ſi quis. nec obſtat quo minus intra triduum reuocare poſsit,etiã nudo verbo: non autem poſt triduum,niſi dominus veniens probare velit errorem ꝓbabilem antequam negotium finiatur:quia nemini nocet error facti.d.c.fin.Si tamen procurator confiteatur domino præſente,perinde eſt ac ſi dominus cauſæ cõfiteretur,niſi contradicat ea die. Dicitur etiam, pars:quia requiritur aduerſarium eſſe præſentem:aliàs non nocet parte abſente.d.l.certum.Dicitur etiam,lis:quia ſi confeſsio non fiat de re litigioſa,vel de qua poſſet eſſe lis:nõ nocet.ff.de inter.act. l.confeſsionibus.Dicitur etiã,ſed & in ſe id eſt contra ſe:quia ſi pro ſe cõfiteretur ei,non prodeſt,vt ei ſtetur,ſed ſolùm cõtra ſe.xiiij.q.ij.c.j. Dicitur etiã,confeſſus certum: aliàs ſuper incerta re non daretur ſententia.j.q.iij.graue. & ſi non vult reſpondere,vel reſponſionem ſuam declarare,habeatur pro confeſſo vel negato:ſicut ſi confeſsio vel negatio faceret cõtra ipſum:ſicut de eo dicitur,qui iuramentũ de calumnia præſtare non vult.de iura.calum.c.fi. Dicitur etiam,cõpos:quia confeſsio furioſi ei non nocet.de ſuc.ab inte.c.fina.& idẽ dici poteſt de confeſsione facta iracundiæ calore:quæ nõ nocet, niſi detur perſeuerantia:de diuor.ex literis.iuncta glo. Dicitur etiam,ꝓ iudice,id eſt,coram iudice ſuo: aliàs regulariter non præiudicat.C.eo.l.vna. licet caſualiter præiudicet facta exterius.de fide inſtru.ſi cautio.& in alio caſu,extra de exceſ. præla.quàm ſit.Dicitur etiam,iure,id eſt, iudice ſedente pro tribunali:aliàs perinde eſſet ac ſi coram priuato fieret, extra eo.c.ij.& vlt.Dicitur etiam,damnatur,ſcilicet ac ſi eſſet teſtibus conuictus.& ſic intellige nullas eſſe partes iudicis in confitentem,ſcilicet examinatorias: ſecus cõdemnatorias.d.c.ij. Dicitur etiam,niſi ius: quia iure repugnante non obeſt : vt ſi Chriſtianus fateatur ſe Iudæi mãcipium,quod iure prohibetur.extra de Iudæ.c.fi.Dicitur etiam,fauor,ſcilicet matrimonij:contra quod nõ valet confeſsio.de eo qui cogno. cõſang. vxo.ſuper eo.Sed ſi eſſet pro matrimonio,ſtaretur cõfeſsiõi, niſi alij præiudicaretur.Dicitur etiam, aut natura repugnet: qa ſi ſectus vel naturaliter frigidus fateaꝰ ſe adulteriũ cõmiſiſſe,vel impubes:nõ nocet.de frig. & male.quod ſedẽ. Confeſsio autem extra iudicium regulariter non præiudicat cõfitenti.

7 ¶† Sextò quæritur, vtrum confeſsio extraiudicialis non contra partẽ præiudicet in abſentia partis? Et dicit Pan.in c. ſi cautio.de fide inſtru.quòd quãdo promiſsio fit præſenti ſic: promitto tibi præſenti quòd dabo abſenti centũ:tũc obligatur naturaliter & de iure ciuili.Secus ſi diceret:promitto tali abſenti centũ:quia tũc nõ obligatur etiã naturaliter:qui[a] eſt cui acquiratur obligatio.& no.gl.& doc.in l.ſtipulatio[…] ſi quis inſulã.ff.de ver.oblig.& in l.j. ff.de pact. & in c.ſi[…] abſenti.de præb.lib.vj.Fallit hoc qñ quis dicit tutori pup[illi], curatori furioſi,actori vniuerſitatis,ꝙ ꝓmittit pupillo,fu[rio]ſo,vel vniuerſitati:qa obligaꝰ.l.eũ q.§.iiij.cũ tribus ſequ[entibus] de cõſtit.pecu.

¶† Septimò quæriꝰ,ad qd valeat cõfeſsio [genera]lis,nõ ſacramẽtalis facta cõtra pctm̃ in Miſſa & Prima[,] Cõpletorio & Prædicatiõe,& hmõi? Et dico ſecũdũ S.T[ho.] ꝙ valet ad remiſsionẽ veniali in toto vel in pte : & hoc[…] cõtritione cõfitentis,& humilitate cõfeſsionis, & oratiõe [ſa]cerdotis:imò & cuiuſlibet dicẽtis,Miſereatur:nõ autẽ cla[uium] poteſtate:& ſcd̃m Pe.ad remiſsionẽ pœnę debitę ꝓ mor[tali]bus,remiſſa prius culpa:nũquã tñ ꝑ hãc remittiꝰ culpa m[or]talis,etiã oblita,ſine cõtritiõe,ſecũdũ Arch.qa ſcilicet ib[…] tus clauiũ nõ facit de attrito cõtritũ:imò nec venialis,ea[…] tiõe.Qui aũt in hac dicit ſe oĩa peccata cõmiſiſſe,falsũ [di]cit:qa ſecũdũ Ray.loquiꝰ in pſona omniũ fideliũ. vel ſec[ũdũ] Aug.in vno peccato poſſent multa notari:vel intelligitur[…] de ſingulis generũ,ſed de generibus ſingulorũ,ſecũdũ Ar[ch.]

## De Confeſsione ſacramentali primò in ſe quid & qualis ſit.

1 *Confeſsionis ſacramentalis multiplex definitio.Et ibidem[…] tuplex ſit.Item,quid conferat poſt ſpecialem confeſsionem [ſa]cramentalem generalis confeſsio,quæ ſolet fieri.*

2 *Cõfeſsio legitima,qualis eſſe debeat, & quot cõditiões ei in[eſſe] debeant.Et de his verſuũ vulgariũ pulchra ac docta expoſi[tio]. Et ſub hæc,an huiuſmodi conditiones ſint omnes de neceſſita[te].*

3 *Confiteri peccata mortalia,num commodum opportunit[ate] habita,ſit neceſſarium? Et quibus caſibus. Item,num quis [te]neatur ſub peccato mortali, laborare, ne de peccatis præ[ſer]tim mortalibus,obliuiſcatur?vbi quòd ſatis eſt,quod veli[t,] proponat,cùm tempus ad id neceſſarium continget, confi[teri].*

4 *Confiteri peccata ſemel confeſſa,num quis teneatur? Et præ[lato] præcipienti,vt confeſsionem iteret, an quis teneatur? Et […] ad id legẽ Papa cõdere poſsit?Et ibidem multiplex limi[tatio].*

6 *Pueri ac puellæ tandem aliquando mortale eſſe cognoſ[centes] quod aliàs ſcienter confiteri,quòd eius grauitatem non in[telli]gerent,omiſerunt:an confeſsionem iterare teneantur? Et [ſub] hæc,peccati confeſsio quid importet?*

7 *Confeſſor ſecundus, num abſoluere poſsit à caſu reſeruato[,] primo,qđ ei ex obliuione in cõfeſsione nõ eſt detectu?Et ibi[dem] cõſiliũ ꝑ his,qui à Papa, vel legato,& hmõi abſoluũtur.Ite[m] religioſis abſolutionem in viſitationibus à ſuis prælatis,[ca]pitulis accipientibus.Et pro eiſdem quo ad reſeruatos caſu[s].*

8 *Confeſsionem hiſtoriæ narratio cum peccatis, ſi eò ſpecie[…] peccata declarentur & detegãtur,nullam nõ reddit.Et qui[d ſi] quis ex ſuperbia proprium confeſſorem erubeſcentia du[…] dire nolit?Et ibidem Sum.Ang.refellitur.*

9 *Confiteri alio propoſito, quàm ad veniæ conſecutionem[,] mortale peccatum ſit.Et quid ſi quis de peccatis à ſe non [com]miſsis,confiteatur:ac proinde in confeſsione mentiatur? Et [ſub] hæc,num ſacerdoti infideli confitendum ſit?remiſsiuè.*

10 *Confiteri circunſtantias peccatorum omnes,an neceſſarium[?] Et tacendo circunſtantiam quandoque quis ſe mortalis pecca[]ti periculo dupliciter exponit.*

11 *Confiteri circunſtantiam ſacri temporis,aut loci,an ſit neceſ[ſarium?] Et quid de circunſtantia ad vtrunque communi, ſcilicet qu[…] ties?Et quid importet huiuſmodi circunſtantia?*

12 *Confiteri peccata in numero expreſsè determinato , num q[uis] teneatur?*

13 *Sacerdotem diſcretum ac idoneum quærens,quid ab eo diſtet, qui non idoneum quærit?Et ibidem, quòd Iudas,qui non Apoſtolos,ſed Phariſæos adiuit,in deſperationem adductus eſt.*

14 *Confiteri peccata venialia ex vi ſacramenti,num quis teneatur?Et ad finem numeri,vtilitas ex venialium confeſsione. Et de contritione,& pœnitentia,remiſsiuè. Et de libertate , aut coactione confeſsionis,remiſsiuè.nu.ſeq.*

16 *Confiteri ad deuitandam verecundiam , per ſcripturam , vel interpoſitam perſonam,num quis poſsit?Et ad finem,quod confeſsio etiam ſine verecundia facta teneat.*

17 *Confiteri peccatrix ſacerdoti,cum quo peccauit,quamuis non debeat,ſi tamen confiteatur,& abſoluatur,tenet abſolutio.*

18 *Confeſsio nõ habetur,ſi quis alterius peccata,eo præſente,apud ſacerdotem dicat.Et quid ſi tandẽ peccator ad ſacerdotis quæſitum,de peccatis per ſe reſpondeat?Et quid erga huiuſmodi cõfitentem efficere ſacerdos debeat,cõſilium longè ſaluberrimum.*

19 *Confeſsionem diuidere,an liceat?Et quando id liceat?*

20 *Peccator ſi caſus reſeruatos habeat,quid agendum ſit?*

21 *Abſolutus à reſeruatis in mortis articulo,ſi deinceps euadat, ſuperiorem adire num teneatur?*

22 *Confeſsio ſecreta,ſiue confeſſorem,ſiue pœnitentem ſpectes, ſiue alium tertium,qualiter eſſe debeat?*

23 *Sacerdotes plures pueros doli capacis ſimul audientes,an mortaliter peccent?Et quid ſi plures vnum audiant?*

24 *Confeſsio lachrymabilis,an eſſe neceſſariò debeat?Et quæ lachrymæ in ea maximè ſpectandæ ſint?*

25 *Cauere velle à peccato,& credere quòd cauebit,diuerſa eſſe.Et qui nullam habet diſplicentiam etiã virtualem , vel cauendi volũtatẽ,quinimo actu nõ cauet,ſi cõfeſſus petat abſolui,mortaliter peccat.Et quid ſi hoc ſacramẽtũ ſuſcipet,vt tãdẽ doleret?*

26 *Confeſsio facta à ficto ſine contritione & charitate , an efficax ſit,& valeat?Et quid nomine contritionis accipiant Doct. hoc loco?Et quotuplex quo ad propoſitum ſit fictio?Et num recedente fictione,valeat præcedens confeſsio?*

27 *Peccatore fictionem ſuam exprimente,dicendo ſcilicet, ſe non proponere abſtinere,num illum abſoluere debeat ſacerdos?*

28 *Peccata aliena in confeſsione,aut alienam perſonam nominare temerè non licet.Et num aliquando perſonam alienam nominans , mereri poſsit?*

29 *Pœnitens non omnem pœnitentiã quã velit ſacerdos iniungere,acceptare tenetur?Et quid ſi acceptet , quamlibet dura ac grauis ſit?Et ſi non expleuerit an teneatur confeſsionẽ iterare.*

30 *Confitẽs ſi hîc à Deo vel in purgatorio nolit puniri ,an ſatiſfactionẽ,quã ſacerdos iniũgit,recuſare poſsit,& aliã expetere?*

31 *Confeſſor ſecundus , num pœnitentiam à primo iniunctam commutare poſsit?*

32 *Pœnitens,ſi id ſacerdos iniungat,num ad religionis ingreſſum teneatur?Et an religionis ingreſſus alicui iniungi poſsit?*

1 CONFESSIO† ſacramentalis dicitur,ſecundũ Direct. & Ray.quaſi ſimul:vel ex toto,vel vndiq; faſsio, id eſt, locutio.& is confitetur qui totum fatetur:quia ſicut ſententia,ſic confeſsio:quæ ſententiã generat,debet eſſe certa, dicente l certũ. ff.de cõfe.ꝙ certum cõfeſſus pro iudicato erit: & ſicut dicit S.Tho.iiij.diſtinct.xvij.cõuenientiſsimè diffinitur ſic ab Augu.Confeſsio eſt,per quã morbus latens ſpe veniæ aperitur.& ſic tãgitur materia,id eſt,peccatum,& act[u]s, id eſt,aperire:& finis eius,id eſt venia.Sed iſta diffinitio cõpetit etiã confeſsioni ſacramentali imperfectę,id eſt,quæ habet defectum:puta,quia non eſt integra,vel huiuſmodi.Cui concordat Petr.in iiij.d[i]cens quòd cùm tripliciter fiat confeſſio peccati,ſcilicet in foro animę interius coram Deo:in foro pœnitentiæ exterius coram Dei vicario: in foro contentioſo coram iudice:in prima peccatum non aperitur , quia Deo apertum erat:in tertia aperitur quidem,ſed non ſpe veniæ ſcilicet regulariter:ſed in ſecunda aperitur ſpe veniæ: & conſequenter ſi aperitur alio fine,ſcilicet ad conſultandum, aut ad leuitatem,aut ad laſciuiam,vel huiuſmodi:non eſt cõfeſsio,nec illud peccatum eſt dictum in cõfeſsione:nec,ſecundum Ray.ſacerdos tenetur illud tenere ſecretum,ſcilicet eo modo quo ſi dictum eſſet in confeſsione,vt dicetur infrà.Vel ſub alijs verbis à Rayn.ſic diffinitur confeſsio perfecta:Confeſsio eſt legitima coram ſacerdote peccati declaratio.id eſt confeſsio ſacramentalis eſt declaratio peccati:vt excludatur confeſsio facta Deo. coram ſacerdote:vt excludatur confeſſio iudicialis.Legitima,id eſt, ſecũdũ præcepta legis facta:vt excludatur confeſsio ſacramentalis,quæ non eſt integra,vel habet alium defectum.Confeſsio autem ſacramẽtalis eſt duplex, ſcilicet ſpecialis,qua quis ſpecificè peccata confitetur: de qua principaliter hic intenditur:& generalis,qua ſcilicet quis poſt ſpecialem omnium occurrentium memoriæ,dicit ſuam culpam de omnibus alijs commiſsis cogitatione,locutione,&c. & valet ad remiſsionem mortalium oblitorum,ſecundum docto.etiam ſi quis non eſſet contritus, ſed attritus ſolùm:quia ſecundum Archie.imò Sanctũ Thomam.& alios Theologos,in confeſsione fit quis de attrito contritus virtute clauium: & multò magis valet ad remiſsionẽ venialium ex quatuor,ſecundum Sanctũ Thomã,ſcilicet ex cõtritione confitentis , humilitate confeſsionis , oratione ſacerdotis,vt eſt publica perſona,& clauium poteſtate.Sed intellige, dummodo quis ſit de eis ſaltem virtualiter contritus vel attritus: alioquin ſtante voluntate ad illa,in hac vita remitti non poſſunt:quia eſſet cauſa ſine effectu,id eſt volũtas peccandi ſine peccato.Nec taman ex obliuione peccatorum, quæ quis ſic confitetur,& de quibus conteritur ſolùm in genere,reportat homo commodum,ſecũdum Sanctũ Thomam:quia nec tantum ſibi de pœna remittitur:nec tãtum meretur,ſicut ſi particulariter fuiſſet confeſſus.

*Confeſsio.*

¶ Primò † verò quæritur , qualis ſit confeſsio legitima:vel quæ ſunt conditiones confeſsionis legitimè vel requiſitæ ad eſſe legitimam?Et dico ſecundum Sanctum Thomã vbi ſuprà,quòd debent eſſe ſexdecim, his verſibus contentæ:Sit ſimplex,humilis confeſsio,pura,fidelis,Atque frequens,nuda,diſcreta,libens,verecunda, Integra,ſecreta,lacrymabilis,accelerata,Fortis,& accuſans,& ſit parere parata.Quorum expoſitio ſecundum ipſum & alios Theologos hęc eſt ſimplex,ſcilicet cõtinens ſolùm peccati grauitatem ſine miſtura hiſtoriarũ.Humilis,ſcilicet interius vt quis ſe miſerum ac infirmum cognoſcat , & fateatur etiã ex congruitate exterius:vt flexis genibus, capite diſcooperto,aut velato,veſte lugubri,& huiuſmodi.Pura, id eſt, recta intentione facta.Fidelis,id eſt, verax ſine falſitate:vel fidelis ſecundum alios , id eſt , in fide catholica & confidentia veniæ.Sed prima expoſitio eſt melior : quia fides & ſpes non pertinent ad eius conditionẽ vel qualitatem,ſed ad ſubſtantiam.Atque frequens,id eſt,crebra: & hoc eſt ad bene eſſe: & ſecundum Rayner.dupliciter poteſt intelligi, ſcilicet ſiue quo ad peccata nunquam confeſſa,vt crebrò cadens, crebrò reſurgat per confeſsionem:ſiue quantum ad confeſſa, vt denuò ac ſæpe dicantur.Nuda,id eſt, verborum obſcuritate minimè velata:ſed ita clara,vt confeſſor patẽter intelligat peccati ſpeciem & grauitatem:quãuis hic diſcretione opus ſit:vt in peccatis laſciuiæ verba ſint rara & pudica & ſobria & honeſta,quantũ eſt poſsibile:ita tamen quòd factũ clarè intelligatur:ne ſacerdos tangatur motu ſenſualitatis,ſecundum S. Thom.& Gul.Diſcreta,vt maiora maiori pondere dicantur:

2 *Cõditiones bonæ Confeſsionis.*

vel diſcreta ſecūdum Sum.Cōſe.ad ſciendū quærere idoneū
& diſcretū ſacerdotē.Libēs,id eſt,ſine coactione non ſolùm
abſoluta,ſed etiā cōditionata:ne ſcilicet cōfiteatur quis coa-
ctus humana verecūdia aut timore repulſiōis ab eccleſia vel
ſacramentis.Verecūdia,ne ſcilicet quis in recitādo peccata ſe
de illis iactet propter aliquam ſeculi vanitatē:ſed erubeſcat
de offenſa Dei intus,& etiam de ſacerdote extra:quia hoc eſt
ſatisfactoriū pœnæ.de pœn.diſ.vj.c.j.Integra,vt ſcilicet nihil
ſubtrahat qs de manifeſtādis.quod de mortalibus intellige:
quia quo ad venialia,ſecundū Petrū,dimidiari poteſt,niſi du-
bitētur eſſe mortalia Secreta ſcilicet quātum ad cōditionē
foris in quo de ſecretis cōſcientiæ agitur,quæ debēt eſſe ſe-
creta ex parte cōfeſſoris,ne detegat peccatorē: & cōfitentis,
ne detegat verēda patris ſui,velut Chanaan,Geneſ.x.niſi vbi
expediret.Lacrymabilis,ſcilicet ſaltē interius quo ad dolorē
de peccato.Accelerata,ne ſcilicet dietim differat:ſed ſtatim
poſt lapſum peccati,& feſtinè perficiatur.Fortis,id eſt cōſtās
ne quid propter timorē ſatisfactionis aut peccatorū verecun
diam ommittatur.Et accuſans peccatorē,& non alium.Et ſit
parere,ſcilicet ſacerdoti,parata.Hæ conditiones nō ſunt oēs
de neceſſitate,vt patebit per ſequētes quæſtiones,quibus de-
clarantur:ſed duæ ſunt de bene eſſe,ſcilicet quòd ſit frequēs,
& quòd feſtina:quæ ſic differūt:quia ex duobus æquè crebro
cōfitentibus,vnus accedit ſtatim poſt peccatū alacer & prō-
ptus:alter tardè,triſtis,& piger.vnde malè Supple.in quadri-
ga,has ſexdecim cōditiones reducit ad xj.quia omnes ſunt di
3 ſtrictę,vt patet ex dictis.¶ Secundò† queritur quantū ad feſti
nationem,vtrum neceſſariū ſit cōfiteri peccata mortalia ſta
tim habita opportunitate?Et dico quòd ſecundum S.Tho.in
iiij.diſt.xvij.ad confeſſionē in propoſito tenetur quis quādo
& ad contritionem tenetur,ſcilicet quādo peccata memoriæ
occurrunt.quod limita ſecundum Pet.de Pal.in iiij.ſi occur-
rant practicè,id eſt,ſicut materia delectationis aut deteſta-
tionis.Et hæc eſt etiam mens S.Bonauen.& Alex.de Ales:vt
patebit infrà Contritio.§.ij.Ad confeſſionem autem actuali
ter faciendam poſt mortale,Inno.in c.omnis de pœni.& re-
miſ.tenet indiſtinctè quòd homo tenetur ſtatim,ſiue pecca-
tū ſit publicū,ſiue occultū.Et idem videtur ſentire Archi. in
c.ille rex.de pœnit.di.iij.glo.autem de pœ.diſt.v. in Sum.vi-
detur limitare quādo peccatū eſt notoriū.S.Bon.autē in iiij.
diſt.xvj.idem ſentit de religioſis,quòd tenentur ſtatim: quia
totum tēpus eſt eis pœnitentiæ:& de clericis hoc dubitat:de
laicis verò aſſerit ꝙ teneātur ad ſtatim,quādo adeſt talis cō
moditas qua rationabiliter nō expectatur maior quo ad tē-
pus & ſacerdotē:quod quidem quia hoc videtur eis in quadra
geſima rationabiliter poſſunt id tēpus expectare.Et Supple-
mentum conatur ex verbis eius oſtendere ꝙ etiam ipſi laici
teneantur ad ſtatim,cùm eis occurrit opportunitas:& hoc
ipſe tenet in alio loco.Sed nullus iſtorū ꝓbat efficaciter di-
*Quādo cōfitendum.* ctum ſuū, & cōis doctrina eſt in cōtrariū.vnde firmiter tenē
da eſt opinio S.Tho.quòd nullus tenetur ſtatim, niſi in caſi-
bus qui dicentur:quia cùm præceptum de cōfitendo ſit affir-
matiuū,nō obligat niſi pro loco & tempore.quod dupliciter
contingit.Primò ſcilicet per accidens,quando aliquid immi
net faciendum,quod ſine peccato facere non poteſt, niſi con
feſſus.ſicut ſi debet quis cōmunicare:inde venit obligatio cō
fitendi ſemel in anno,quia ſemel cōmunicādum eccleſia ſta
tuit.Secūdò per ſe:& ſic nō tenetur homo ad ſtatim,ſicut nec
ad baptiſmum,quod eſt maioris neceſſitatis:quia eadē ratio
eſt de vtroque differendo,cùm vterque ſit ſacramentū neceſ
ſitatis:ſi tamen periculum mortis immineat, per ſe tenetur
homo ad confeſſionē,ſicut & ad baptiſmū:quia ea quæ ſunt
de neceſſitate ſalutis homo in hac vita tenet implere.Et hęc
opinio eſt probabilior,quamuis periculoſum ſit differre.Et
quod dicitur de religioſis,nihil eſt:quia ad alia non tenen[tur]
quàm alij homines,niſi ad quæ ex voto ſe obligarunt.hęc
S.Tho.intercisim:cuius opinionē ſequitur Pet.de Pal.Rich.
Durā.Ioan.de Neapo.in quolibet.Archi.& communis ſcho
la Theologorū & Canoniſtarū.Vnde ſileat hic Sūma Ange
lica & Supplementū ſectantes opinionem S.Bona.quam ta
men Sum.Roſ.nō ſequitur.Et licet ſit tutius ſtatim confite[ri]
quàm differre nō tamē eſt tutius tenere,quod ſic obligatur:
quia viri timorati haberent maximas occaſiones peccādi,
aliquando in mēſa,vel in platea recordari poſſent pe pecca
to,& habere confeſſoris copiam. ¶ Quatuor tamen ſunt ca
ſus,in quibus homo tenetur ad ſtatim cōfiteri,ſecundū Pet.
de Pal.& communiter docto. ¶ Primus, ſi habet commu[ni]
care,& adeſt copia cōfeſſoris.quod limitat Rich.niſi de pro
pinquo expectaret alium,cui deuotius & ſecurius cōfiteatur:
quod tamen credo S.Tho.nō approbaret niſi confeſſor præ
ſens eſſet talis quòd cenſeretur confeſſoris copiam nō habe
re infrà Euchariſtia.ij.§.& item Euchariſtia.iij.§.xiiij.Et ſimi
liter tenetur ſtatim,ſi habet recipere ordinem ſacrū,ſecundū
S.Tho.j.quol.q.vj.ar.ij.Et hoc quidam & Petrus de Pal.exten
dunt eadem ratione ad ſuſceptionem cuiuſlibet ſacramenti:
vide j.Matrimonium.j.§.j.in fi.Sed nō eſt eadem ratio: quia
ſuſcipiens ordinem ſacrū,ex more eccleſiaſtico cōmunicat:
non autem cōtrahens matrimonium.Pręterea oppoſitū hu
ius ſentit S.Tho.quia,ſecundū eū, ordines minores ſunt ec
cleſiæ ſacramentū:& tamē eos videtur excludere ab iſta ob
ligatiōe,cùm dicit, ſi habet ſuſcipere ordinē ſacrum:& nō di
cit ordinē ſimpliciter.Vnde in alijs ſi ſufficit cōtritio & ſum
ma purificatio,quæ eſt per cōfeſſionem,requiritur ſolùm in
ſummo ſacramento Euchariſtiæ,in quo nō ſolùm gratia,ſed
fons & auctor gratiæ ſuſcipit Chriſtus.Imò etiā hoc ſcilicet
hominē teneri ad ſtatim cōfitendum:Sum.Ang.dicit,ſecun
dum aliquos,extēdi ad eum,qui ſacramēta alijs adminiſtrat
vel actū ſolennē exercet in eccleſia:vt legere Euangeliū.Et
allegat Landul.& S.Tho.in d.quolibet.vbi ꝗcquid ſit de Lan
dulpho,ipſe S.Tho.hoc non dicit,imò Arch.dicit ſe nullū le
giſſe doctorem,qui hoc clarè dicat:vnde in talibus contritio
ſufficit.¶ Secūdus eſt,quando quis eſt in periculo mortis,ſci
licet notabili vel ꝓbabili:quod ſecūdū Pe.de Pa.tūc eſt quā
do quis eſt in tali caſu,in quo frequēter homines moriuntur:
vt in naufragio,bello,acuta febre,vel graui infirmitate:pro
pter qđ præcipitur medicis,vt vocati ad infirmos efficaciter
faciāt vt prius aduocentur medici ſpirituales.de quo j.Medi
cus.§.iij.¶ Tertius eſt quādo cōſcientia dictat ſtatim eſſe cō
fitēdū neceſſariò:quia vt dicit xviij.q.j.§.ex his. omne quod
eſt cōtra cōſcientiā,ſcilicet præcepti ſecundū gl.ædificat ad
gehennā.¶ Quartus,quādo ꝓbabiliter videt ꝙ illo anno co
piā idonei cōfeſſoris habere nō poterit.¶ Quintū addunt ali
qui quādo peccator poſt cōfeſſionē & cōionē in Paſchate re
colit ſe oblitū cōfiteri aliquod mortale:quia tenetur ſtatim
cōfiteri:nec pōt expectare futurā quadrageſimā, qa expone
ret ſe periculo obliuiſcēdi denuò.Sed hoc nihil eſt,quia obli
uiſci peccatū mortale non eſt peccatū mortale:vnde iſte nō
ſe exponit periculo peccati mortalis:nec tenet laborare ne
obliuiſcatur:alioquin teneretur ſemper deferre inſtrumēta
ſcribēdi peccata,quod eſt ſtolidū.ſed ſufficit quòd velit recor
dari,& proponat cōfiteri quādo alia vice tenebitur.¶ † Ter
tiò quæritur quātum ad frequentiam,vtrum aliquo caſu te
neatur quis denuò cōfiteri peccata confeſſa,& reiterare con
feſſionem?Et dico quòd licet ſit expediens eadē rite confeſ
ſa frequenter cōfiteri.de pœnitentia diſtinctione prima.cap.
quem pœnitet.quia hoc cōfert remiſſionē pœnæ ratiōe ve-
recundiæ,& actus de ſe boni, & ad augumentum gratiæ ra-
tione virtutis clauium:tamen hoc non eſt neceſſariū ſecūdū
omnes doctores:nec tenetur qs obedire prælato præcipiēti
vt reconfiteatur:imò ſecūdum Pet.de Pal.papa legē cōdere
non poſſet,quæ hoc præciperet.Fallit tñ hoc dictum in mul
tis caſibus,in quibus tenetur quis reiterare confeſſionē.¶ Pri
mò,ſecūdū S.Tho.Pet.Ray.Hoſt.& omnes ſi aduertēter ta-
cet mortale:vel qđ credit aut dubitat, ꝓbabiliter eſſe mor-
tale:aut circūſtantiā neceſſariā ex verecundia vel alia iniuſta
cauſa:quia mortaliter peccat ꝓpter fictionē & irreuerentiā
ſacramenti:& reiterare tenetur.Et ſimiliter,ſecundum dictū
Dur.tenetur ſi omiſit ex ignorantia craſſa,vel quæ ex ꝓpria
notabili culpa proceſſit,& cōſentit gl.Ray.ſub tit.de pœ. &
re.vt quia noluit de ſuis peccatis cogitare.Et idē eſt ſi omiſit
ex craſſa obliuione,ſecundū Ric.in iiij.di.xvij. Si tñ cōfitere
tur eidem memori peccatorū,ſecūdū S.Bona.vel ſaltē pœni
tētiæ impoſitæ ſecūdū Pet.de Pal.& Dur.ordinis mi.ſufficit
prius cōfeſſa recōfiteri in generali ſolū dicēdo:dico meā cul
pā de his quæ prius vobis dixi:ſicut ſi nulla fuiſſet abſolutio
de facto,quæ differri poteſt per multos dies, etiā ſi cōfeſſor
eſſet oblitus,dummodo prius taxaſſet pœnitētiā. quod ſi nō
feciſſet,oporteret ad memoriā reducere:vt fieret iuſta mo-
deratio. Et idē,ſecūdū eundē Pet.eſt in caſibus ſequentibus.
Si autē aliquid horū omittit ex iuſta cauſa,puta quia dubitat
probabiliter cōfeſſorem ſolicitare ad malum quod omittit,
vel reuelaturū confeſſionē,vel cogniturū aliqđ peccaū quod
confitens audiuit in cōfeſſione,videtur excuſari. Similiter q
omittit ex obliuiōe vel ignorātia probabili facta debita dili
gentia,quā cōmuni lege ꝑmittit humana fragilitas, ſecūdū
Richar.quæ eſt debita ſecundū Sco.quādo quis tantam adhi
buit ad memorandum,quantā quis apponeret in re ardua,&
quæ ſibi multùm eſſet cordi.Similiter qui ex neſciētia,puta
quia non credit eſſe peccatū,excuſatur: quia licet aliquando
non excuſet hoc quin talis peccet,dum talia agit contra legē
Dei aut naturæ:excuſat tamē ne peccet nō pœnitendo vel
non confitendo ſpecialiter:ſed ſolùm in genere confitendo
6 ignorata,id eſt,non cognita & oblita.Vnde† pueri & puellæ
nouiter cognoſcentes eſſe mortale quod aliàs ſciēter omiſe
runt confiteri ex neſcientia grauitatis eius,non tenentur ite-
*Carpit Sum. Ang.* rare cōfeſſionem:quod Sum.Ang.verum credit,etiam ſi tali
peccato erat annexa excōmunicatio. Sed hoc eſt magnus er
ror eius:vt patebit infrà Cōfeſſor iij.§.viij.¶ Secundò ſecun-
dum San.Thom.Pet.Rich.quando ex contemptu vel negli-
gentia non impleuit pœnitentiā pro mortalibus iniunctam,
ad quam ex pręcepto tenetur,nec implere poteſt qa eſt eius
oblitus:ſi tamē eam perficere poteſt tanquam memor reite
rare confeſſionem minimè tenetur,præcipuè quādo tempus
præfixum non fuit quod tranſgredi non poſſet, quāuis ei eſ-
ſet declaratū quo tēpore eam perficere deberet: imò etiā ſi
eſſet præfixum,licet illud tranſgrediēdo ſine iuſta cauſa pec
caret mortaliter.Similiter non tenetur iterare cōfeſſionem,
ſi talis pœnitentia erat iniuncta pro venialibus, ad quam nō
tenetur de neceſſitate,ſecundum S.Tho.nec ſimiliter ſi eam
omiſit ex impoſſibilitate, id eſt, maxima difficultate: puta
infirmitate,vel huiuſmodi: nec ſimiliter ſi eā nō acceptauit,
ſecundū Sco.de quo infrà §.xxiiij.nec ſimiliter ſi eā alius cō-
feſſor mutauit,ſecundū Pet.de Pal.etiā nō cognito peccato
pro quo erat impoſita.ſed de hoc infrà, §.xxvj.¶ Tertiò ſecū
dum S.Tho.Pet.& Hoſtien.ex parte confeſſoris,quando eſt
notabiliter ignorans,neſciens diſcernere inter mortale & ve
niale de omnibus peccatis:& præcipuè ſi pœnitens caſus ha-
bet intricatos.Hoc tamen Dur.ordi.mi.limitat.niſi ipſe pœ
nitens eſſet peritus,& inſtrueret confeſſorem.limitat etiam



Archid.quando confeſſorem alium non haberet,maximè in
articulo mortis:qa tunc eidē cōfiteri deberet.hæc ille.Ex q-
bus tñ non habetur quin habita opportunitate reiterare te-
neatur.Et ſimiliter eadē tenetur recōfiteri,qui ſcienter cofeſ
ſus eſt mortale ſacerdoti nō intelligēti: vel quia cōfeſſio nō
fuit nuda ꝓpter obſcuritatem verborū:vel quia dormiebat,
& huiuſmodi.Quia cōfeſſio peccati importat apertionē mor
bi,id eſt,reuelationem peccati,quæ nō poteſt eſſe niſi vno re
ferente & alio percipiente.Et idē Io.de Cathabrig.& Archi.
¶ Quartò,etiā ex parte cōfeſſoris, quando abſoluere nō po-
tuit,ſecundum S.Tho.Pet.Ray.& Hoſt.Quod dupliciter cō
tingere pōt,ſecundū Pet.de Pal.& Dur.ordi.mi.ſcilicet quia
poteſt abſoluere ab vno & nō ab alio,puta reſeruato:aut qa
abſoluere non poteſt ab aliquo. Et primo caſu cū pœnitenti
conſtiterit,reconfiteri tenetur ſolùm reſeruata,ſecundū Pe.
de Pal.Secundò verò caſu tenetur recōfiteri omnia,etiam ſi
ignorāter eſt tali cōfeſſus,ſecundū Inn.quāuis ſecūdū S.Th.
in quolib.ignorātia facti in his excuſet,quādiu homo ſe cre-
dit abſolutū.Pe.tñ de Pal.dicit hoc verū,quòd tenetur recō-
fiteri ſi ignorauit ſacerdotē abſoluere nō poſſe ignorātia iu-
ris:puta,quia ſciuit illum percuſſiſſe clericū:ſed credit poſſe
abſoluere.Secus,inquit,ſi ignorantia fuit facti: & impedimē
tū erat etiā alijs occultū.Sed tene dictū Inn.¶ Quintò,ſcđm
Pet.de Pal.vbi ex parte pœnitentis erat impedimētū ſcitum
vel oblitū vel ignoratū etiā probabiliter: vt quia erat excō-
municatus etiā minori,qua ligatus abſolui nō pōt à peccatis
nō obſtante ꝓbabili ignorātia,quæ excuſat à peccato & pœ
na irregularitatis:ſed nō facit nō eſſe excommunicatū.Vñ ſi
tūc eligeretur ad bñficiū, ignorātia nō faceret eius aliquod
acquiri:vt in c.apoſtolicæ.de cle.excom.mini.in gl.& multo
minus eſt capax ſacramentorū,à quibus directè excluditur:
vnde eſt abſolutio nulla:contra Sum.Ang.& Supple.de quo *Carpit Sum. Ang.*
infrà Confeſſor,primo.¶ Sextò,in recidiuante, qui ſecūdum
Inn.in c.omnis.de pœ.& remi. tenetur cōfeſſionē iterare ra-
tione ingratitudinis:ſed glo.Ray.in tit.de pœ.& remiſ.dicit
eo caſu ſufficere cōfeſſionē generalem de peccatis:quia pec-
catorū remiſſorū ingratitudo exprimatur ſub proprio nomi
ne vel circūlocutiuè.& cōſentit Sum.Confeſſorū.Sed hoc li
mita quando ingratitudo eſt circunſtantia talis, quam tenea
mur cōfiteri,id eſt, trahēs ad particularem ſpeciem peccati:
quod tunc eſt,ſecundū S.Tho.iij.q.xviij.art.iiij. cùm quis ali-
quod peccatū cōmittit in contēptum Dei & ſuſcepti bñficij:
non autem qñ eſt circunſtantia generalis conſequens omne
peccatū. Tenet etiā recidiuans iterare confeſſionē de pecca
tis ratione imponendæ ſatisfactionis pro præſentibus pecca
tis:de quo Sā.Tho.in iiij.diſt.xxij.dicit quòd directè reconfi-
teri non tenetur in ſpecie vel in genere,ſed indirectè,vt ſcia-
tur quæ ſatisfactio congruè poſſit iniungi:vt ſi ex aliqua oc-
caſione frequēter lapſum carnis paſſus eſt,illa per ſatisfactio
nē præcidatur.& ſic de alijs peccatis.Et ad hoc videtur ſuffi-
cere confeſſio generalis dimiſſorum quandoq; tamen ad ſpe
cialia deſcendere oportet,vt pœnitenti videbit opportunū.
hæc ex illo.¶ † Quartò,pro intellectu prioris §. quæritur an 7
ſecundus confeſſor abſoluere poſſit à caſu reſeruato ipſi pri-
mo,quod ex obliuione non eſt quis confeſſus primo?Et dico
ſecundū Pet.de Pal.in iiij. quòd ſi primus cōfeſſor habebat
authoritatem abſoluendi ab omni excōmunicatione & caſu,
& ſic intendebat abſoluere,ſecundus confeſſor abſoluere po
terit ab excōmunicatiōe & caſibus reſeruatis illi primo quæ
penitus eſt oblitus:quia nō poteſt eſſe amplius caſus reſerua
tus nec excōmunicatio,ſed ſolùm peccatū ſimplex. Vñ hac
ratione Mo.& Rodo.conſulunt quòd bene facit is,qui abſol-
uitur à Papa vel legato,& huiuſmodi, ſi faciat ſe abſolui ab

excommunicationibus & peccatis oblitis, & diſpēſari ſecum
ſuper irregularitatibus:quia ſi deinde recordetur,nō tenetur
tales adire,licet cōfiteri teneatur.Et hæc nota:quia faciūt pri
mò pro eligētibus ſibi confeſſorem authoritate apoſtolica,
vt ſe faciant abſolui quantū extenditur eorū authoritas:aliàs
oporteret recurrere ad eū qui poſſet abſoluere de iure . facit
c.officij.de ſēnten.excom.à contrario.&.c.ſuper his.de reſcri.
eſt clarū ſuper hoc.Faciūt ſecundò pro religioſis, qui in viſi-
tationibus & capitulis à ſuis prælatis abſoluuntur à cenſuris:
quia cū prædicta venerint ad memoriā vel notitiā,iam cōfi-
teri nō tenētur:niſi quo ad peccata,ſi qua interfuere:quæ ta-
men iam nō ſunt reſeruata. Faciunt tertiò ꝓ eiſdem quo ad
caſus reſeruatos:quia ſi ſuper his dant ſemel licentiā cōfiten-
di alteri:iam nūquam ſunt eis reſeruati, niſi alia cōmittātur:
quia ſi cedit authoritas eorū alteri per abſolutionē etiā quā-
tum ad obligata,à fortiori per licentiā maximè quantum ad
8 ſcita in generali ſaltem.¶†Quintò quæritur,quātum ad cō
feſſionis ſimplicitatem,vtrū annulletur cōfeſſio ſi in ea cum
peccatis narrentur hiſtoriæ prolixæ?Et dico quòd nō,ſi dicā-
tur hac intētione vt peccatū declaretur . quod in doctis adeſt
facile,difficulter abeſt:quia hoc eſt peccata cōfiteri:cū opus
à fine ſpeciem ſortiatur.tamē prudens confeſſor debet iuxta
poſſe huiuſmodi ſuperflua reſecare:& ſi qua indigent cōſola
tione vel cōſilio,conſuluit Guli.vt poſt factā abſolutionē re
ſeruentur:quod tamen generaliter nō eſt bonū:quia alij ma
gis congruit cōſolatio in ipſo conqueſtu quàm poſt:maximè
quia etiā talia ex parte confeſſoris ordinantur ad perfectam
curationē peccatorū:vt ſcilicet pœnitēs lætus in domino re-
cedat.¶Sextò, quantū ad humilitatē quæritur vtrū annullet
confeſſionē:quia ex ſuperbia nō vult adire ꝓpriū confeſſorē
erubeſcētia ductus?Et dico ꝙ nō,ſi totaliter & integrè con-
fitetur:licet dicat Hoſt. hoc non eſſe vtile,ſicut nec infirmo
medicos mutare:tenetur tamē ratione recidiui recōfiteri eo
modo quo ſ.§.tertio dictum eſt.Eſſet tamē hoc mortale,vbi
quis eſſet diſpoſitus & paratus nō dicere proprio cōfeſſori,ſi
alium non haberet:ſicut plerūq; faciunt imperfectæ mulier-
culæ,quæ volunt habere ad cōplacentiā vnū cōfeſſorē cōpa-
gnonū,cui dicūt omnē veritatē de laſciuijs : & ad reputatio-
nem vnū timoratū & bonæ famæ,cui poſt cōfeſſionē cū pri-
Carpit Sum. Ang. mo dicunt leuia tantū:imò talis hypocriſis poſſet eſſe morta
le.Hic tamē errorem magnū aſſerit Sum.Ang.Cōfeſſio j.§.
vij.ſcilicet quòd habens peccata reſeruata confeſſori ſolito,à
quibus ille abſoluere nō pōt:nō peccat mortaliter, ſi ne ſcā-
dalizet eum confitetur ſolita tantū,tacens de reſeruatis,intē
dens integrè confiteri ei qui poſſit abſoluere:quia,ſecūdū do
ctrinam omniū ſanctorū,petens abſolui nō præcedente inte
gra confeſſione dimidiat confeſſionē:vnde & ipſe ibi §.xxvj.
expreſſè contradicit S.Tho. qui dicit in quodam quolibeto,
ꝙ iſte tenetur totum cōfiteri inferiori,qui ꝓ reſeruatis mit-
9 tit illum ad ſuperiorē.¶†Septimò,quantū ad puritatē quæri
tur vtrū ſit mortale cōfiteri alio fine quàm ordinatū ſit,id eſt,
ad veniam conſequendā? Et dicò ꝙ qui principaliter confite
tur propter inanem gloriam, vel ne notetur in populo, aut
alium malum finē: peccat mortaliter petendo abſolutionē,
propter iniuriam quam facit ſacramēto,peruertendo finem
eius:& illud annullando.non enī valet talis confeſſio:nec eſt
ſacramētalis:quia de eſſentia eius eſt quòd fiat ſpe veniæ:ſi ta
men abſolutionem non petit,& non confitetur in ſpe veniæ:
ſed ſe præſentat ſacerdoti,ne ſit inobediens eccleſiæ, peccat
quidem mortaliter,non quia confitetur:ſed quia nō vult pœ
nitere & abſolui.¶Octauò quantum ad fidelitatē quæritur
vtrū ſit peccatū in confeſſione mentiri accuſando ſe de pec-
catis non commiſſis? Et dico quòd mendaciū in confeſſione
eſt mortale. Primò circa ea quæ ſunt de neceſſitate confeſ
ſionis,cuius ſunt mortalia peccata,& mortales circunſtan
non rite confeſſę habita copia idonei cōfeſſoris:quia hoc
inualidare ſacramentū,& confeſſionis integritatem abole
Circa alia verò non neceſſaria,circa quæ confeſſionem quis
dimidiare poteſt tacendo veritatem:vt ſunt venialia & circū
ſtantiæ eorū trahentes in aliam ſpeciem peccati,& omnia
te cōfeſſa,vel reſpectu quorū nō habetur confeſſor idoneus
iuxta dicta ſ.§.ij.caſu primo,nō eſt mortale mētiri:quia nec
ſacramentū inualidatur,nec minuitur eius integritas.Et ſecū
dò mendaciū eſt mortale in confeſſione,quando eſt pernicio
ſum proximo,vel etiam ſibi notabiliter:vt patet ex dicēdis
Mendacium.§.iij.Vnde accuſans ſe de peccato quod non fe
cit in confeſſione,ſecūdum multos peccat mortaliter:quod
verum eſt,ſi quis ſe accuſet in ſpeciali de mortali in caſu cer
to:quia ſe iniuſtè infamat.Et ſic intellige Richa.iiij.diſt.
& Direc.tit.de pœ.& remiſ.Nec obſtat c.ad eius.diſt.v.dicēs
bonarum mentium eſſe &c.quia intelligitur de agnitiōe du
bitatiua & formidoloſa.Non autē eſſet mortale ſe accuſare
peccatorem magnū in genere,nec ſe accuſare de veniali
cōmiſſo in ſpecie:imò nec de mortali in caſu dubio ad con
lendum cōſcientiæ,dummodo nō aſſeratur certè, ſed dub
vel probabiliter:etiam ſi quis plus iuſto aliqualiter ſe aggra
uet ad tutamen conſcientiæ:quia illa præponenda eſt famæ
Vtrum autem confitendum ſit ſacerdoti infideli,infrà Con
ſor,primò.§.vltimo.¶†Nonò quæritur, quantū ad nuditat
vtrum neceſſarium ſit confiteri omnes circūſtantias pecca
rum? Et dico primò quòd circunſtantias alleuiantes nulla
confiteri tenetur,ſecundum omnes doctores.quod limita
cundum mentem ſancti Bona.niſi vbi tacendo crederetur
apud confeſſorem accuſare de mortali quod eſt veniale:vt
dicat ſe non ieiunaſſe in die de præcepto,puta natiuitatis
taceat de infirmitate:ſed nec cōfiteri eas ē laudabile,ſed in
perfectionis:niſi vt dicit S.Bo. id fiat ad ſatisfactionē alien
inquiſitioni,aut ſcandalo.Circunſtantias verò ſpeciem mu
tes,ſecundum doc.neceſſe eſt confiteri.quod limita ſecun
S.Thom.in iiij.ſi trahant ad ſpeciem,quæ de ſe ſit peccatum
mortale:quia venialia confiteri non eſt neceſſe. Vnde eum
dicit ſe ex gula fregiſſe ieiuniū,non eſt neceſſe dicere quò
lautè comedendo fregit.mutātes autem ſpeciem & aggra
tes infinitè ſecundū omnes & ſine exceptione ſunt neceſſari
confitendæ. De aggrauantibus autem in eadem ſpecie ſu
opiniones:ſed ſecundū S.Bo.communior,& ſecundū S.Th
probabilior eſt quòd eas confiteri neceſſariū non ſit,ſed la
dabile tantū:imò vt dicit, aliquando laudabile eſt eas tace
vt in carnalibus quando vel confeſſorem vel pœnitentem a
licerent,ſecundū diſcretionē confitentis:ſi tamen etiā in ca
nalibus aggrauāt infinitè,ſunt neceſſariò cōfitendæ:qa,vt
cit gratia data in ſacramēto pœnitentiæ reſtaurat ſi quam
de inclinādo ad peccādū in ſacerdote vel cōfitēte ꝓueniat
tamen pœnitēs viderit ſacerdotē procliuē,petat licētiā cōf
tēdi alteri:quā ſi nō dederit,adeat ſuperiorē.hæc ille.Opinio
verò Antiſio.dicētis ꝙ neceſſariò ſunt cōfitendæ: ſicut qui
q furatus eſt mille aureos,nō ſufficit dicere ſe furtum admi
ſiſſe:nō eſt vera regulariter,ſed in caſu, vt colligi pōt ex Su
Cōfeſ.li.iij.tit.xxxiij.q.xj. ſcilicet qñ tales ſunt ꝙ eis nō ſcit
ſacerdos ſcire nō poteſt q̄d ſit acturus: vel ratiōe iuriſdictio
nis,ſi iniuria illata ſit in clericū:quia ſi ſit enormis , eſt caſus
Papalis:epiſcopalis verò ſi leuis.de ſen.exc.cū illorū.vel ratio
ne damni dati:quia aliqñ hoc oportet ſcire vt ſciatur modus
imponēdæ reſtitutiōis:& vt ſciat an talis quātitas ſit epiſco
po reſeruata:q aliqñ circa hmōi aliqua diſponit . Vñ in tali
bus dico idem de iſta circunſtantia ſicut de peccatis iam con
feſſis in recidiuāte: quia tenetur quis eā dicere indirectè in-
quantū ſ ne ea aliquādo nō pōt bene ſciri debitus ſatisfactio
nis modus:ideoq; periculū in hoc credo eſſe de mortali du-
pliciter.Primò,ſi ſacerdos interroget cōfitentē,& neget,vel
taceat ex cauſa iniuſta.Secūdò,ſi ipſe quantitatē ſui peccati
ſcit,& iniuſtè diffitetur aut tacet:quia exponit ſe ꝑiculo non
recipiendi congruā medicinā,ſeu ponendi obicem ſuæ iuſti-
11 ficatiōi.¶†Decimò quantū ad idē ſpecialiter quęritur, vtrū
neceſſarium ſit confiteri circunſtantiā ſacri tēporis aut loci?
Et dico quantū ad locum quòd ſic,ſolùm quantum ad tres
ſpecies ſacrilegij,de quib⁹ infrà:vt patet ex dictis §.priori.&
ſuprà Circunſtantia. §.v.Et hoc intelligo nō ſolùm ſi perue-
niatur ad actū:ſed etiā quo ad ipſas oculorū fictiones,& quo
ad ipſas cogitatiōes de luxuria,& furto & homicidio:quia eā
dem per ſe grauitatē habent, cogitatiōes & operationes,&
ad eam ſpeciem pertinēt:vt patet per S.Tho.j.ij.lxxij.maxi
mè ſi tales cogitatiōes nō ſolùm ſunt in eccleſia:ſed etiā ſint
de ſcelere perpetrato vel perpetrādo in eccleſia: quantū aūt
ad alias cogitationes,puta de ſuperbia: vel etiā quantum ad
alios actus,puta detractiones,nō eſt neceſſarium cōfiteri cir
cunſtantiam loci ſacri:quia licet iſta trahant in aliā ſpeciē,
tanquam habentia ſpecialem repugnantiā ad rationem irre-
uerentiæ ad diuina:tamē iſta ſpecies eſt venialis:quia de hoc
nulla eſt ꝓceptoria ꝓhibitio à Deo vel ab hominibus. Quā
tum verò ad circunſtantiā ſacri temporis ſiue feſti eſt opinio
Nicolai de Li.quam ſequitur Sum.Ang.& Roſ.& etiā Arch.
quòd ſit neceſſariò cōfitenda:ſed in Roſ. aurea oſtēdi quòd
eſt falſum.caſu lxiij.quia præceptum de ſanctificatione Sab
bati ſpecialiter & literaliter intellectū nō prohibet opus ſer
uile ſpirituale,id eſt,peccatū,ſecūdum S. Tho.in iij.ſcu. Ta-
Carpit Sum. Ang. men eſto quòd eſſet vera iſta opi.adhuc Sum.Ang.dicit ma-
gnum errorē,in tit.Interrogatio.§.vj.in fi.vbi vult quòd cir-
cunſtantiam feſti ſufficit , cōfiteri non ſpecificando ſpeciem
peccati:ſed dicēdo quòd in feſto toties peccauit: falſum eſt:
& infert contradictionem in dictis eius:quia ſi iſta circūſtan
tia eſt neceſſaria,aggrauat infinitè:ergo dat ſpeciē peccato:
ergo illud peccatum ſine tali circunſtantia non eſt diſtinctū
quantū ad ſuam ſpeciem: ergò nō eſt ſufficienter cōfeſſum.
cuius oppoſitum iſte dicit.¶Vndecimò quantum ad idē ſpe-
cialiter quęritur de circunſtantia,quæ eſt quoties,vtrū ſit ne
ceſſaria?Et dico ꝙ cùm ly quoties,dicat frequentiā & nume
rum,Sum.Roſ.dicit quòd frequentia eſt circunſtātia ponens
aliud paccatum:& idem Sum.Ang.& ratio vtriuſq; eſt: quia
qualibet vice nouum peccatū cōmittitur . Sed iſta opinio eſt
falſa:quia circūſtantia cōſuetudinis nullo ſpeciali præcepto
prohibetur à Deo vel hominibus:alioquin eſſet mortale aſ-
ſueſcere leuiter loqui vel otioſè. Ratio etiā eorum nihil eſt:
Carpit Sum. Ang. quia ſecundum peccatū nō eſt circunſtantia prioris:ſed aliud
ex toto ab alio diſtinctum.Quātum verò ad numerū & quo-
tam peccatorū,vtrū ſcilicet ſufficiat cōfiteri ſpecies peccato
rum explicitè,& numerū implicitè,dicēdo verbi gratia: ſum
fornicatus multoties.aut etiam oporteat explicare numerū
fornicationum dicēdo,bis,ter,&c.dico quòd ex ſacra ſcriptu
ra & iuribus humanis de hoc nihil habetur:niſi quod in c.o-
mnis.de pœn.& remiſ.præcipitur omnibus fidelibus poſt an
nos diſcretionis omnia ſua peccata cōfiteri:vbi ly omnia,di-
ci poteſt in ſpecie & non in numero diſtribuere : ſicut dici-
mus in aliquo eſſe omnia peccata mortalia . Ex doctoribus
etiā antiquis fere nihil habemus quòd teneamur ad cōfeſſio
nem omnium peccatorū in numero:ſed potius videtur ſecun
dum Arch.& Direc.qui eum refert, quòd ſufficit ſi quis dicat
ſe multoties peccaſſe,vel per annū in tali peccato perſeueraſ
ſe, & hmōi doctores verò moderniores, vt Archid . & Sum.



Ang.& Sum.Ro dicunt quòd tenemur etiam in numero cō-
fiteri:quem ſi quis nō habet in memoria, tenetur cōputare
quoties die potuit peccare : deinde in ſeptimana : deinde in
anno:& quāto tēpore fuit in peccato. Et iſtā concluſionem
Sum.Roſ.ꝓbat,ſcilicet ꝙ tenemur cōfiteri circūſtantiā quo
ties,quo ad numerū peccatorū:quia,inquit quilibet numerus
adiunctus alteri numero cōſtituit aliā ſpeciem,ſecundū Phi-
loſophum.hæc ille:qui nihil dicit:quia vnitas addita variat
ſpeciē numeri,ſed nō peccati:ſicut nec cuiuſcūq; rei cui addi
tur:alioquin vnus homo additus duobus,variaret ſpeciē ho-
minis.Dicit etiā circa hoc alia inepta, quæ nihil faciūt ad rē.
S.Tho.autem in tota Sum.& ſententijs & alijs ſuis operibus
de hac quæſtione nihil dicit.excepto quòd in opus xij. id eſt,
ad lectorē Biſunti.dicit ꝙ tenetur quis cōfiteri numerū pec-
torū ſicut poteſt.Et intelligo quòd ſic poteſt ſicut ea habet
in memoria,facta ſufficienti præparatione,ſecundū quod cō
ſueuit facere humana fragilitas. † Vnde circa hoc credo ꝙ 12
homo tenetur ad cōfitendū ſua peccata in numero determi Reſolutio.
nato explicitè dicēdo,hoc feci bis vel ter:eo modo quo tene
tur ad cōfeſſionis integritatē:ita quòd circa hoc eſt mortale
ſolùm ſi quis ſcienter ex cauſa iniuſta,puta erubeſcentia vel
hypocriſi tacet aliquid de vero numero quē habet in memo
ria ſi etiā quis ex lata culpa nō recordatur numerorū pecca-
torū:puta quia nihil omnino cogitauit : fortè nō cōſequitur
iuſtificationē:& peccat mortaliter de nouo faciēs irreueren
tiā ſacramēto quod annullat.Debet ergo peccator ſemꝑ ex
primere aliquē numerū certū,ſi illū nouit:vel incertū,ſi non
nouit certū:vt dicēdo,potuit hoc fuiſſe circa toties. q̄d ſi nō
facit cōfeſſor debet ſupplere: niſi vbi ex circunſtantijs verbo
rum cōfitētis cōfeſſor æquè noſcat numerū vt peccator:quia
tūc numerus eſt cōfeſſus implicitè.¶Duodecimò†quæritur 13
quātū ad diſcretionē,q̄d interſit īter eū qui idoneū ſiue diſcre
tum,& eū qui nō idoneū ſacerdotē q̄rit?Et dico primò ꝙ qui
quærit idoneū quantū poteſt,ſi erret in aliquo ad cōſiliū ei⁹
excuſatur:quia cōſuluit virū doctū:& cōſequēter ſua ignorā
tia eſt inuincibilis.quod limita niſi hoc ipſum,q̄d ei credit,ve
niret ex lata culpa ſua.ſecus de eo qui idoneū nō quærit. Se-
cundò quòd idoneus non ita inducit in deſperationē:quia nō
aggrauat irrationabiliter,ſicut nec contra iura . Vnde Iudas
ideo deſperauit:quia nō Apoſtolos,ſed Phariſęos adiuit.¶De 14
cimotertiò †quæritur quātū ad idē vtrū teneamur venialia
cōfiteri ex vi ſacramēti?Et dico ex doctrina S. Tho.iiij. diſt.
xvj.& xvij.& Sco.ibi di.xvij.& Pet.de Pal. & cōmuniter do-
ctores quod nō:quia nō obligamur de eis pœnitere aut cōte
ri: cū per ea naufragari nō poſſimus,id eſt,dānari:& pœnitē
tia ſit ſecunda tabula poſt naufragiū: imò ſecundū Sco.non
tenemur etiā vigore ſtatuti ſcilicet illius, omnis. de pœni.&
re.in caſu quo quis haberet ſolùm venialia, nō obſtāte opi.
Inn.q eſt in cōtrariū:quā ſeqtur Supple.q̄ papa obligat ha
bentes cōfitēda neceſſariò,id eſt,mortalia,quæ ſolùm diſtri
buit ly omnia,ſecūdū Sco.& gl.quia ſi diſtribueret venialia,
teneret ea cōfiteri etiā habēs mortalia:q̄d nullus dicit: imò
teneretur ad impoſſibile.Imò dicit Pe.de. Pal. ꝙ papa talē,
ſcilicet habentē ſolū venialia obligare nō poſſet ad cōfeſſio
nē venialiū:quia hoc eſſet mutare ſacramētū pœnitētię,id
eſt,materiā ei⁹,de venialibus faciēdo materiā pœnitētiæ ne
ceſſariā.vnde eo caſu ſufficit ꝙ ſe pręſentet ſacerdoti,vt ad-
mitti poſſit ad cōionem.Sed iſtæ opiniōes nō ſunt in verita-
te cōtrariæ,ſed verę:quia vna intēdit quòd nō tenemur cōfi
teri venialia,ſcilicet oīa & ſpecialiter,& numeraliter:alia ve
rò intēdit ꝙ ratione ſtatuti tenemur ea cōfiteri in generali,
dicendo nos quidē immunes à pctō mortali,ſecūdū cōſcien-
tiā noſtrā:in multis tñ alijs deliquiſſe,& petere abſolutionē,

Nec hoc eſt mutare materiam ſacramẽti:quia venialia ſunt
diſpoſitio ad mortale:vnde ad hoc põt eccleſia obligare „vt
per abſolutionẽ quis maiorem gratiã conſequatur. Et hanc
*Quã-* opinionem,ſcilicet ꝙ ad venialia confitenda ratione ſtatuti
*do ve* nõ tenemur,ſcilicet in ſpeciali,S Tho.tenet,licet videatur ſo
*nia-* lum recitare. Tenetur tamẽ quis veniale explicitè cõfiteri in
*lia cõ* aliquibus caſibus.¶ Primò ſecundũ S.Bon.in iiij.di.xvj.vt im
*fit.* ponit ei Sum.Ang.ratione periculi ad quod ducit:quia ſi ho-
*Car-* mo periculũ aduertat tenetur pœnitere de veniali: ſed nõ di
*pit* cit quòd teneatur q̃s cõfiteri, ſed pœnitere. ¶ Secũdò ratiõe
*Sum.* dubij,id eſt,quando dubitatur an ſit mortale aut veniale,ſe-
*Ang.* cundum S.Tho.Addit Sum.Ang.& Supple.¶ Tertiò ratione
profeſſiõis alicuius regulę ad hoc obligatis,ſed hoc nihil eſt:
quia ſi papa ad hoc nõ põt obgligare per ſtatutũ, vt etiã ipſa
tenet: multò minus obligare põt quicũq; alius.Et ſi ita eſſet,
religioſi teneretur ad impoſſibile,id eſt,omnia venialia cõfi
tendũ: & laberentur ſcrupuloſi omnes in deſperationẽ.Vnde
religioſi nõ tenẽtur cõfiteri de venialibus:ſed ſolùm de mor
talibus aut dubijs de mortali, vel periculoſis ducentibus ad
mortale,ſecũdũ aliquos.Et verũ eſt ſolùm ſi ratione periculi
tranſeãt in mortale:extra quos caſus ſufficit ſi ſe pręſentent
cõfeſſori tẽporibus ſtatutis,dicentes nihil ſe habere dicẽdum
neceſſariò,ſed ſe in multis leuib⁹ deliquiſſe: ſicut & de laicis
tenet cõmunis ſchola doctorũ.cõtra quã Supple. dicit ſe ne-
ſcire quomodo audeat ſe quis immunẽ à mortali exiſtimare
intra vnum annũ:ideoq; fatuum eſſe ſacerdotẽ qui ſic dicen
ti & nõ aliter cõfitenti Euchariſtiã miniſtraret.Sed plenè cõ
tra eũ eſt experiẽtia:& ſuus doctor Sco. qui in vltimis verbis
di.xvij.in iiij.dicit nõ eſſe incredibile,multos eſſe in eccleſia
tales,qui per annũ viuant ſine mortali:imò per Dei gratiam
multi multo maiori tempore ſine peccato mortali ſe cuſto-
diũt:& multa opa perfectionis exercẽt:de quorũ meritis the
ſaurus eccleſiæ cõgregatur.Eſt tamẽ bonũ,frequẽter venia-
lia cõfiteri,quãtũ colligi poteſt ex doctrina S. Tho.tum qa
ſemper in cõfeſſione gratia cõfertur vel augetur, ſi ritè fiat:
tum quia facilius corriguntur propter auxiliũ gratiæ & pro-
poſitũ bonũ renouatũ:tum quia citius eorũ pœna aboletur:
tum quia multa ſunt mortalia,quæ venialia reputãtur : tum
etiã,ſecundũ Pet.de Pal.quia nõ ſic firmatur habitus venialiũ
De cõtritione animi,& pœnitentia venialiũ, vide infrà Pec-
15 catũ.§.vj.& Pœnitentia.§.iiij.¶ †Decimoquartò,quãtum ad
libertatẽ quæri poteſt de eo qui cõfitetur coactus aliquo ti
more,de quo vide ſuprà.§.vj.Item vtrũ confeſſor interroga-
re debeat,vide infrà Confeſſor.iij. §. xiiij. ¶ Decimoquintò,
16 †quantũ ad verecundiã quæritur,vtrũ liceat declinare vere-
cundiam cõfitendo per ſcripturam vel interpoſitã perſonã?
Et dicit S.Tho.in iiij.diſt.xvij.quòd licet ad cõfeſſionẽ pro-
ut eſt actus virtutis,ſufficeret qualitercũq; fieret:ſecundũ ta
men quod eſt pars ſacramenti,habet determinatũ actũ,ſicut
habent alia ſacramẽta determinatã materiã:& ille eſt id quo
maximè cõſueuimus manifeſtare, id eſt,proprium verbum:
ſicut in baptiſmo aſſumitur illud elemẽtũ,cuius eſt maximè
vſus in abluẽdo,alij enim modi inducti ſunt in ſupplementũ.
Igitur ei qui nõ habet vſum linguæ,vt eſt mutus, vel qui eſt
alterius linguæ, ſufficit ꝙ per reſcriptũ aut nutũ aut inter-
pretem cõfiteatur:quia non exigitur ab homine plus quàm
poſſit.In abſentia tamen proprij ſacerdotis confeſſio fieri po
teſt etiam laico:ideoq; nõ oportet quòd per ſcriptũ fiat pro-
prio ſacerdoti:quia plus pertinet ad neceſſitatem confeſſiõis
actus,quàm ille cui fit cõfeſſio.Nec obſtat quòd baptiſmum
homo accipere nõ debet niſi in aqua:quia ipſa eſt omnino ab
exteriori,& nobis ab alio exhibetur:ſed actus cõfeſſionis eſt
à nobis:ideoq; quãdo non poſſumus vno modo,debemus ſe-
cundum quod poſſumus confiteri:vel, vt dicit in primo quo
libeto,de neceſſitate ſacramẽti eſt ꝙ quis ſua peccata ma
feſtet:nec poteſt in hoc aliquis diſpenſare: ſed quòd fiat ver
bo,non eſt de neceſſitate ſacramẽti,ſed ex inſtitutione eccle
ſiæ quod ad eũ qui põt,nõ ſolũ vt erubeſcat,ſed vt accipiat
id cuius vſus eſt cõuenientior.hæc ex illo.qui intendit quòd
per ſcripturã poteſt quis ſupplere defectũ linguæ,nõ defectũ
abſentiæ ſacerdotis.Dicit tamẽ Petr. de Pal.quòd licet ſi
præſentiã ſacerdotis habere nõ põt quis,licet nõ teneat cõfi
teri ſcripto:tamẽ hoc põt & ſacerdos ſimiliter ſcripto abſol
uere:licet hoc non ſit multũ conſulendum ratione ſcandali
poſſibilis accidere.Sco.tamẽ poſt Rich.quem ſequitur Sum.
Ang.& Ro.tenet cõtra S.Tho.quẽ ſequit̃ Supple. poſt Sum.
Piſ.& Arch.qui S.Tho.ſenſit quòd tenetur quis quãdo habet
ſacerdotem præſentẽ cõfiteri ore vel per ſcripturã aut inter
pretem de iure diuino,ſcilicet,ſemel ante mortẽ.& verumtamen
qa Deus præcepit abſolutè cõfeſſionẽ,quę fieri poteſt diuerſis
modis,quantũ eſt de neceſſitate ſacramẽti: & conſequenter
quandiu homo habet vnũ de illis modis,nõ abſoluitur à præ
cepto.Vtrũ autem idem ſenſerit de iure canonico vel eccle
ſiaſtico,ſcilicet ſemel in anno:vel etiã vtrũ ſit verũ:eſt dubium
vt dicit Pet.de Pal.ꝙ fortè quis nõ tenetur confiteri per in
terpretem,licet poſſit .Et ſatis videtur poſſe dici cum Sco.&
Rich.ꝙ nõ:quia nõ inuenitur expreſſum in iure:& præceptum
eſt graue,& efficeretur grauius.& cõſequenter talis nõ tenetur
cõmunicare in paſcha,niſi immineret periculum mortis:&
conſequẽter quis cõfiteri teneretur de iure diuino : tenetur
tamẽ cõfiteri q̃s ſcripto aut nutu ex præcepto eccleſiæ,ſi ali
ter nõ põt:qa iſta nõ augent, ſed minuũt difficultatẽ pręce
pti.Et inquantũ de iure diuino quis tenetur cõfiteri per inter
pretem, Sco.quẽ ſequitur Sum.Ang. & Roſ.cõtra iſta tenet
tria.Primò quòd nõ tenetur quis per interpretẽ cõfiteri,quia
cũ ſacerdote,ſi vellet malignari poſſet eſſe teſtis cõtra accu
ſatũ:quia,inquit,ad forũ ex ſua natura ſecretiſſimũ nõ tene
tur quis vt eſt aliquo modo publicus.Sed iſta ſua ratio cõclu
deret,ſi valeret,quòd etiã ſacerdoti nõ tenemur cõfiteri:quia
ſi vellet malignari poſſet eſſe teſtis cõtra cõfitẽtẽ:& ſic faceret
ret,probationẽ ſemiplenã:& cõſequẽter pœnitẽs aliquo mo
do publicaretur:maximè quia poſſet exhiberi torturæ:imo
poſſet inuenire aliũ teſtẽ malignãtẽ & falſum,& plenè pro
bare.Vnde ſufficit ꝙ iſte nõ poſſit venire in publicũ licitè &
iuridicè,vt in ꝓpoſito:quia tã ſacerdos quàm interpres cela
re tenetur.Pręterea oportet dicere ꝙ ſacerdos abſoluere nõ
poſſit peccatorẽ cõfitentẽ per interpretẽ:qđ nec Sco. nec ali
q̃s vnquã dixit doctorũ:vel ꝙ talis,qui aliter nõ põt cõfiteri,
tenetur per interpretẽ cõfiteri:quia vt ipſemet Sco . dicit in
ea.di.quicũq; gratiã amiſit, tenet̃ de neceſſitate pręcepti,ſi
licet diligẽs Deũ & teipſum,agere quãtũ in ſe eſt ad eius re
cuperationẽ.Et per hoc patet falſitas alia. Secundò enĩ dicit
ꝙ videt̃ eſſe cõtra rationẽ cõfeſſionis ꝙ quis ꝑ ſcripturã cõfi
teatur:quia omnis ſcriptura ex ſui natura eſt publica & aufe
rẽs verecundiã:& intẽdit,vt imponit ei Sum.Roſ.quòd licet
poſſit in neceſſitate confiteri ſcripto,ſi adeſt ſacerdos,vt pa
tet xxx.q.v.qualis.vbi dicitur quòd põt quis per ſcripturã cõ
fiteri: & exponit Io.quãdo cõfitens eſt præſens: tamẽ nullus
ad hoc tenetur.Sed cõtra hoc arguitur vt prius:quia vel iſto
modo non põt fieri cõfeſſio:vel iſte tenetur quãdo ſacerdos
adeſt.Nec obſtat quòd ſcriptura ſit publica:quia in tali caſu
rarò,& per accidens:ſicut & ipſæ voces confitentis,quæ audi
ri poſſunt ab alio.Non obſtat etiam ſublatio verecũdiæ:quia
ſine verecundia confeſſio facta, tenet ſecundum omnes do-
ctores.Et præterea ſi adeſt ſacerdos,adeſt verecundia, eti-
am in confeſſione per ſcripturam. Tertiò dicit quod ab-
ſenti non licet confiteri per ſcripturã.contra quod arguitur:
quia,vt ipſemet teſtatur,ſic cõfeſſus eſt S.Tho. Cãtuariẽſis:
17 nõ tamẽ quis ad hoc tenetur.¶ †Decimoſextò quęritur quã-
tum ad idem,vtrũ peccatrix cõfiteri poſſit ſacerdoti cũ quo
peccauit?Et dicit Gul.poſt Hug.ſuper c.omnes.xxx.q.j.quòd
ſacerdos eam nõ debet audire:quia tollitur erubeſcẽtia:quæ
eſt ſatisfactionis pars proxima.& idem eſt de omni peccato,
in quo ſacerdos fuiſſet cõſentiens vel cooperans: ſi tamẽ ab-
ſoluit, valet abſolutio.& cõcordat S.Tho.in iiij.infrà Cõfeſ-
18 ſor.iij.§.v.¶ Decimoſeptimò, † quantum ad idem quæritur,
vtrum ſufficiat ſi quis peccata alicuius dicat eo præſente co-
ram ſacerdote?Et dicit Monal.quòd nõ:ſed per ſeipſum de-
bet quis confiteri.de pœn.diſtinct.j.quem pœnitet. ſatisfacit
tamen ſecũdum Rod. qui ſacerdoti interroganti ad quæſita
reſpondet quantum ad ea,de quibus interrogatur:niſi talis
ſtatuiſſet potius tacere quàm ore proprio confiteri. quod eſt
peccatum mortale.Vnde prudens ſacerdos hoc aduertẽs fa-
ciat eum rectificare cõſcientiam ſuam, & de tali diſpoſitio-
ne dolere.Et ſimiliter cautè de ore eius educere debet pecca
ta,ſi qua videt eum velle celare.Et ſimiliter ſi qua eum obli-
uiſci ex imprępara tiõe probabiliter credit,aut nõ exiſtimare
peccata,debet ſacerdos occurrere:alioquin,ſecundum Arch.
19 ſcienter abſolueret indignum.¶ Decimooctauò, † quantum
ad integritatem quæritur vtrũ liceat diuidere cõfeſſionem?
Et dicit Sanct.Thom.in iiij.diſtinct.xvij.quòd non:ſed inte-
graliter tenetur quis omnia peccata ſua vni ſacerdoti confi-
teri:etiam,vt dicit idem in quolib.& Sco.ſi ille abſoluere nõ
poſſet ab omnibus.quod tamen limita primò ſi peccata ſunt
mortalia:quia quo ad venialia,ſecundũ Pet.de Pal.licet con-
feſſionem diuidere:cùm,vt dicit,non habeant connexionem
quo ad contritionem,cõfeſſionem vel abſolutionem.Secun-
dò,ſi ſunt in memoria poſt debitam diſcuſſionem, ſecũdum
Sco.quia tunc licitè tacentur oblita:quæ ſi poſt cõfeſſionem
redeant in memoriã,ipſa ſola tenetur cõfiteri explicitè, etiã
ſi confiteatur alteri,ſecundum S.Tho.Pet.de Pal.Sum. Cõf.
& omnes.alia tamen tenetur reconfiteri in generali, dicẽdo
quòd iſta fuit cõfitẽdo oblitus.Tertiò,ſi confeſſor modò eſt
idoneus ad omnia audienda: quia ſi eum nõ expedit aliquod
peccatum audire:vt quia inde ſolicitaretur vel ſolicitaret ad
malum,aut illud reuelaret,vel huiuſmodi,& non habet̃ alius
ſacerdos,licitè confeſſio diuiditur:vt ſ.§.iij.Et licet ad hoc S.
Tho.adducat ꝓbabilem rationẽ ex ſimilitudine corporalis
infirmitatis,quæ tota vni medico detegẽda eſt:quia morbus
morbum aggrauat,& morbo cõtrariatur:& cõſequẽter me-
dicina vni conferens,alteri nocet:tamẽ idẽ arguitur ex textu
c.omnis.de pœn.& remiſ.vbi præcipitur quòd omnia pecca-
ta proprio ſacerdoti:id eſt,vni,& nõ pluribus dicantur.¶ De-
20 cimononò,† quæritur quantũ ad idẽ,quid faciendũ ſit quan-
do peccator habet caſus reſeruatos ſuperiori? Et dico quòd
*De di-* ſi prius accedit ad ſuperiorẽ.ſecundũ Pet.de Pal.eccleſia Ro
*uiſio-* mana hũc habet vſum vt abſoluat à maioribus remittẽs pro
*ne cõ-* minoribus abſoluendũ.In quo facto ſupponitur quòd ita fie
*feſſio* ri poſſit.& illa cõfeſſio, vt dicit Capreo.eſt integra virtuali-
*nis.* ter ꝓpter intentionẽ cõfitentis: põt etiã abſoluere de omni-
bus,ſi omnia velit audire,non aliter.Si verò prius accedit ad
inferiorẽ ſecundũ S.Tho.in iiij.nihilo minus peccator debet
totũ dicere inferiori:& ille abſoluet à quibus poteſt, ad ſu-
periorẽ remittẽs in reliqs,arg.xxxiij.q.ij.latorẽ.& de pœn.&
re.ſignificauit.& ſi de facto abſoluit,nõ eſt abſolutus,ſecun-
dum S.Tho.quod intelligit̃ ſecundũ Pet.de Pal.ab his à qui-
bus nõ põt:quia in his ſentẽtia eſt à iudice non ſuo. Secus de
alijs: quia vtile ꝑ inutile nõ vitiatur in his,quæ capiũt diuiſio
nem.Eſt tamẽ ipe excuſatus ꝑ ignorãtiã facti,ſed non ſacer-
dos,cui ius ignorare non licet,ſecũdum S.Tho.Dicit autem
Henr.de Gan.in quolib.j.q.xxx.ſic poſſe fieri:quia id,quod in
confeſſione eſt,quantũ ad abſolutionẽ ex parte Dei nõ diui-
ditur, ſed totũ ſimul remittit in cõtritione:quod verò eſt ex
parte eccleſię,diuiditur:quia cùm ipſa duo abſoluẽdo faciat,
quia ſcilicet remittit parte ſatisfactiõis,& recõciliat eccleſiæ
militãti:primũ diuidi poteſt.Vt ſi dicat ſacerdos,fac hoc per
dies octo,& deinde regredere,& iniungã reliquũ. Et ſimili-
ter ſecundũ:ſicut patet de excõmunicato multis excommu-
nicationibus,qui abſolui poteſt primò ab vna,poſtea ab alia.
de ſent.excom.cum pro cauſa.& gl.in c.officij.eo.tit.& gl.in
c.ex parte.de offic.ordin.hæc ex illo.quæ habẽt locum quã-
do prius quis accedens ad inferiorem totũ cõfitetur.Sed ta-
men,quia ſecundum S.Tho.regulariter confeſſio debet eſſe
integra,quãdo peccator prius vadit ad ſuperiorẽ, ſecundum
Henr.quicquid ſenſerit Pet.de Pal.nõ abſoluit propriè eũ à
peccatis,niſi totũ dicat:ſed ab obligatione confitendi ſibi. Si
verò prius vadit ad inferiorẽ:abſoluit eũ à peccatis, ſed non
ab obligatione confitendi ſuperiori:& ſic, inquit, abſolutio
non diuiditur,imò nec cõfeſſio.& ita practicatur:& ita tene.
Dicit † autem Pet.de Pal.notabile verbũ,ſcilicet quòd abſo 21
lutus à reſeruatis in articulo mortis nõ tenetur,ſi euadat, adi
re ſuperiorem, niſi fuiſſet excõmunicatus:& ſimiliter extra
caſum neceſſitatis abſolutus à talibus ab eo qui poterat:etiã
ſi cõfeſſio fuiſſet ficta:ſi iterũ & pluries vult confiteri de eiſ-
dem caſibus reſeruatis,abſolui poteſt à quocunq;, etiã ſi non
haberet poteſtatem abſoluẽdi in illis.hæc ille.& idem Arch.
quod nota:quia eſt contra quoſdam religioſos,qui aliquibus
concedũt poſſe vti ſua authoritate quo ad peccata ſolùm per
tres dies aut quatuor,& huiuſmodi.¶ Viceſimò, † quantũ ad 22
confeſſionem eſſe ſecretã præter pertinentia ad ſigillum,de
quibus infrà Cõfeſſio.iij.per totũ.quæri poteſt quomodo de-
beat eſſe ſecreta ex parte cõfeſſoris & peccatoris?Et dico ſe-
dum Arch.poſt Pet.de Palu.ꝙ ſacerdos debet iniũgere pœ-
nitentiã ſecretè:ne audiatur ab alijs.& nullus præter cõfeſſo
rem & cõfitentẽ debet audire cõfeſſionẽ alicuius:alioqn gra
uiter peccaret ſciẽter hoc faciens:& celare tenet̃ etiã ſi caſu
audiat,etiam ſi ſit laicus,ſecũdum S.Tho.imò,vt idem dicit,
ſummo ſtudio celãda ſunt omnia dicta in cõfeſſione,etiã ad
eam nõ pertinẽtia:per quæ peccator aut peccatũ deprehẽdi
poſſet.Debet etiam ſecretè audire,ne ſcilicet audiat multos
ſimul,vel multi ſimul audiãt vnũ.de pœn.& remiſ.c. omnis.
in verbo,ſolus.& in verbo,ſacerdoti.† Vnde videnť peccare 23
mortaliter ſacerdotes ſimul audiẽtes plures pueros doli ca-
paces:quia cooperãtur tranſgreſſioni eccleſiaſtici præcepti:
licet tamen ſecũdum Richard.in articulo neceſſitatis, id eſt,
quando imminente morte vnus poſt aliũ cõfiteri nõ poteſt,
plures ſimul audire licet:nec euacuatur virtus ſacramenti.Si-
militer eadem ratione videtur peccare mortaliter plures au
dientes vnũ:licet ſecundũ eundẽ nõ peccent ſi hoc faciãt cõ-
ſentiente peccatore,vt ſaniori conſilio regatur: & abſolutio
tenet.Cuius tamen cõtrarium ſentit Sco.iiij.diſtinct.xvij.vbi
tenet quòd cõfeſſio facta pluribus,nõ eſt ſacramẽtalis: quia *Con-*
vnus eſt Chriſtus quẽ ſacerdos repræſentat.Sed primũ eſt ve *tra*
rius:quia illi duo nõ tenent locũ duorum,ſed vnius perfecti. *Sco-*
Peccator autẽ,ſecundum Arch.debet cõfiteri ſecretò.ne au- *tum.*
diat alius:liber tamen eſt ſecundum Io.And.ad publicè cõfi-
tendum,ſi id facere vult ex feruore,nõ obſtãte ly ſolus: quia
poſitum eſt vt ad cõfeſſionem quis liberius accedat.quod ſe-
cundum S. Tho.in iiij.diſt.xvij.in expoſitione literæ eſt ve-
rum ſi peccatum ſit manifeſtum:alias nõ licet publicè confi-
teri:quia talis humilitas præiudicaret ꝓximo, qui poſſet in-
de ſcandalizari:licet etiam eſt ad dicẽdum pœnitentiam ſibi

impoſitam,ſicut & ſua peccata cõfeſſa,ſecundũ Petr.de Pal.
quod tamen ſecundum Rich.intelligendũ eſt quãdo nec ſibi
nec cõfeſſori præiudiciũ facit:ſecus vbi ſe ſine vtilitate infa-
maret,vel cõfeſſorẽ:aut ei maleuolentiã acqreret:puta quia
iniunxit mulieri abſtinere à familiaritate alicuius viri, & hu-
24 iuſmodi.¶ Viceſimoprimò,† quantũ ad eſſe lachrymabilem
quæritur,vtrũ cõfeſsio neceſſariò ſit facienda cũ lachrymis?
Et dico quòd nõ cum exterioribus:quia illæ non ſunt in no-
ſtra poteſtate:ſed tñ tenemur confiteri cũ interioribus, quæ
ſunt diſplicẽtia peccati præteriti cum propoſito cauẽdi à fu-
turis,id eſt,contritio,vel ſaltẽ attritio:de qua infrà Cõtritio:
imò ſufficit ſi quis vellet habere diplicentiã & à Deo gratiã
cauendi in poſterũ:quia talis eſt attritus virtualiter,id eſt,di-
ſplicentiam habens:cùm nulli placeat diſplicẽtia rei placitę:
& habet etiam volũtatẽ cauendi,licet imperfectam.Vnde in
abſolutione virtute clauiũ iuſtificatur,niſi obicẽ ponat: quia
de attrito faciunt contritũ, ſecundũ doctrinam ſanctorum,
maximè S.Tho.in iiij.quolib.q.x. & Rich. Imò dicit fortius
ſecũdum Sco.quòd ſufficit quis velle habere talem diſplicẽ-
tiam nõ ſolùm formaliter,ſed etiã virtualiter eã volendo in
ſua cauſa,id eſt,in ſacramẽto pœnitẽtiæ iuſtificantę:quia in
iiij.diſt.xiiij.q.vlt.in art.iij.circa mediũ,tenet ꝙ ad cõſequen-
dam gratiã per hoc ſacramentũ nõ requirit attritio: ſed ſuf-
ficit volũtas ſuſcipiẽdi hoc ſacramentum ſine obice peccati
mortalis actualiter ſibi facto in vltimo inſtãti abſolutiõis,in
quo eſt vis huius ſacramẽti:ſicut in baptiſmo ad cõſequẽdam
gratiã nõ reqrit niſi volũtaria ſuſceptio baptiſmi ſine fictio-
ne,id eſt, intẽtio ſuſcipiẽdi quod cõfert eccleſia ſine actu aut
volũtate peccati mortalis.hæc ex illo. Sed aliquibus videtur
quòd cùm actus interior ſit pars eſſentialis huius ſacramẽti,
ſine pœnitẽtia nõ valet:ſicut nec matrimoniũ tenet eius,qui
vult contrahere matrimoniũ,ſed nõ vult conſentire.Sed iſta
nõ ſtant cũ dictis S.Tho.de confeſsione ficta,nec eorũ ratio
concludit:quia pars eſt cõtritio aliquãdo futura.ſicut aliquã-
do ſatisfactio præcedit ſecundũ Pet.de Pal.obex autẽ actua-
lis à Scoto dicitur,ſicut ſi quis actu tũc cogitaret peccatũ ali
25 quod mortale nõ relinquere.Aduerte † etiã ꝙ aliud eſt, ali-
quem ſe velle cauere:aliud,credere quòd cauebit à peccato:
cùm vnũ ſit volũtatis,aliud rationis.Vnde multi vellent ca-
uere,qui tñ credũt quòd nõ cauebũt:qui autẽ nullã omnino
habet diſplicentiã etiã virtualem,vel voluntatẽ cauendi, ſed
actu vult nõ cauere:ſi confitetur,& petit abſolui,mortaliter
peccat propter irreuerentiã ſacramẽti, & annullationẽ quã-
tum in ſe eſt.de quo §.ſeq.Secus ſi qs intẽdit ſuſcipere ſacra-
mentũ hoc vt doleat, ſecundũ mentem Scoti, vel ſaltẽ.ſecus
26 ſi eſt attritus.¶ Viceſimoſecũdò,† quantũ ad idem quæritur,
vtrũ cõfeſsio facta à ficto ſine cõtritione & charitate valeat?
Et primò dico quòd in iſta quæſtione doctores ſub nomine
contritionis intelligũt aliquãdo omnẽ diſplicentiã,etiã ſi ſit
attritio ſola:& quãdo intelligũt de cõtritione propriè, quæ
ſcilicet nõ eſt ſine charitate,loquũtur de ea in inſtãti in quo
complet hoc ſacramentũ,vel in ſequẽtibus:vt ſit ſenſus quæ-
ſtionis,vtrũ valeat illa confeſsio quæ terminat & cõplet ſine
contritiõe & charitate.¶ Secũdò dico ex Pet.de Pa. per Ca-
*Triplex fictio.* preo.colligi quòd triplex ſit in ꝓpoſito fictio.Prima eſt quę
ſiue ſit cõfeſſa ſiue nõ,facit ſacramẽtũ omnino eſſe nullũ, &
nihil tũc vel poſt valere:vt ſi quis nõ intẽdit ſacramentũ ſu-
ſcipere,ſed eccleſiã irridere:vel ſi intẽdit quidẽ ſuſcipere ſa-
cramẽtũ,ſed nõ dolet de peccato:aut illud cauere nõ vult,&
hoc actu cõſiderat.Secũda eſt,quę ſiue cõfeſſa ſit,ſiue nõ: tñ
in puncto abſolutionis deſinit eſſe fictio:& valet ſacramẽtũ,
etiã tpe quo ſuſcipitur:vt cùm quis inſufficiẽter quidẽ dolet:
ſed nõ adeò quin talis dolor ſacramẽto & vſu clauiũ pfici,&
in contritionẽ verã cõuerti poſsit. Tertia eſt,quã ſi quis con-
fitetur,abſolui nõ debet:& ſi de facto abſoluitur, dubium eſt
vtrũ imprimat ornatus:& valeat cõfeſsio fictione recedẽte.
Si quis verò eã nõ cõfiteatur,quia ſcilicet nõ occurrit: ſacra-
mentũ eſt verũ,& fictione recedẽte,valet præterita cõfeſsio
ratione ornatus:nec eſt iterãda, ſed ſola fictio cõfitẽda: ſicut
pœnitentiã quæ vſu clauiũ in cõtritionẽ verti nõ poteſt,& tamen
men latet peccatorẽ,nec occurrit ei vt cõfitẽda: vt ſi ex igno-
rãtia diuini iuris credit falsò ſe cõſciẽtiã ſufficiẽter diſcuſſiſ-
ſe:vel ſicut cũ quis dolet de pterito:& cauere nõ vult de fu-
turo,vel ecõuerſo.¶ Dico tertiò ſecundum Pet.de Pal. & ele-
mẽs S.Tho.ꝙ cùm ſacramẽta gratię gratiã cõferãt,nõ effe-
ctiuè,ſed diſpoſitiuè,quæ charitatẽ nõ imprimũt, ſimilẽ im-
primũt diſpoſitionẽ,quę dicit ornatus:q,cùm careat contra-
rio,eſt indelebilis:& iterato ſacramẽto intẽdit,nec tamẽ in-
tenditur gratia ſi deuotio minuatur.¶ Dico quartò quòd ad
præmiſſam quæſtionem multipliciter reſpõdetur.¶ Primò
quòd dicta cõceſsio nõ valeat ad remiſsionẽ culpę vel pœnę,
etiã recedẽtę fictione:& neceſſariò eſt iterãda.Et hoc ſentit
Goſ.Ray.Hoſt.Bona. Duran.or.minorũ. & Olchot & Vi.
in Spe.& cõmuniter Canoniſtæ:qui tñ in hoc falcẽ mittunt
in ſegetẽ Theologorũ.¶ Secũdò dicitur,ꝙ talis cõfeſsio va-
let ad remiſsionẽ culpæ recedẽte fictione:ſicut eſt de bapti-
mo:nec tenetur quis talẽ cõfeſsionẽ iterare. Et hoc ſentit S.
Tho.Petr.Rich.or.minorũ,Io.& Ber.in gl.& videt etiã eſſe
Gratiani,de pœ.diſt.j.mẽſurã.in.§.ſeq. dicentis non eſſe ne-
ceſſe ſemel ſacerdoti confeſſa denuò confiteri.Et iſta opi. eſt
vera.Nam ad omnẽ formã ſufficienter diſponentẽ ad aliquẽ
effectũ,ſequitur talis effectus ſublato impedimento.Exẽplũ
in naturalibus eſt:quia ſublata colũna ſuſtentante lapidẽ,ſe-
quitur motus deorſum à grauitate:& in ſupernaturalibus ſi-
cut remota fictione in baptiſmo ſequitur gratia à charitate.
Sed prædictus ornatus ſufficiẽter diſponit ad gratiã: alioq;
illam inſufficienter cauſaret pœnitẽtia:quæ illam non aliter
cauſat quàm diſponendo.Ergo ſublato impedimento fictio-
nis,ſequitur inde gratia:& confeſsio valet. Sed tamen ſecun-
dum Pet.de Pal.ſolùm in fictiõe tertio modo dicta locũ ha-
bet iſta opinio Sãcti Tho.& hoc patet: quia duæ primæ non
impediunt aſſecutionem charitatis.Poteſt autem tripliciter
intelligi & verificari iſta opinio.Primò,quando fictio eſt pri-
uatiua tantùm:quia ſcilicet peccator habet dolorem:ſed ta-
imperfectum,vt cum ſacramento non ſufficiat ad contritio-
nem:nec tamen ſciẽter celat fictionẽ,id eſt,peccatũ qd ſit
in non examinãdo cõſcientiam vt debuit:& tamen credit ſe
eſſe ſufficienter diſpoſitũ;qui error nõ tollit fictionẽ reſpe-
ctu vltimi effectus ſacramẽti:quia eſt iuris diuini:ſed tamen
tollit fictionem excludentẽ eſſentiã ſacramẽti eoipſo quòd
eſt error.Secũdò qñ fictio eſt quidẽ poſitiua:quam qui ſcien-
ter celaret,faceret ſacramẽtũ nullũ:& qui cõfiteret, abſolui
non deberet:vt ſi nõ dolet de pręterito:vel de futuro cauere
nõ vult.& tamẽ iſta fictio actu nõ occurrit ſibi vt cõfitenda:
& cõſequẽter perinde eſt ac ſi peccatũ fuiſſet per negligẽtiã
oblitũ:& eſt verũ ſacramentum nõ obſtãte ignorantia iuris
diuini,quam S.Thom.in iiij.diſt.xxj,dicit non excuſare à fi-
ctione:& conſequenter hunc dicit fictum.Tertiò verificatur
loquendo de eo qui confitetur eidem cui prius:quẽ nõ opor-
tet iterare confeſsionẽ fictè prius factã,etiam ſecundũ Petr.
ſi ſacerdos nõ recoleret peccata: quia nec quãdo cõfeſsio eſt
integra oportet quòd recolat à principio vſq; ad finẽ: maxi-
mè quia hic ſufficit abſoluere ab omnibus,& iniũgere pœni-
tentiam ſolùm pro fictione:pro alijs autem facere prius in-
iunctam.¶ Viceſimotertiò,† quæritur quantũ ad idem, vtrũ
peccatore exprimẽte ſuam fictionẽ, dicendo ſe non propo-
nere



nere abſtinere,ſacerdos debeat illum abſoluere ? Et omnes
dicunt quòd non:quia abſoluere nõ debet quẽ ſcit à Deo li-
gari ſi tamen abſoluat de facto, intendens cõferre verum ſa-
cramentum,ſecũdum Pet.de Pal.tenet abſolutio,& habebit
effectum quando conuertetur,vel ex pactione diuina , vel ex
ornatu impreſſo. Nec obſtat ſi dicatur ibi non eſſe materia,
id eſt,peccator cõtritus:& cõſequẽter nec ſacramentum:qa,
inquit,ibi eſt materia,ſed immũda:nec eſt cõfeſsio dimidia-
ta,niſi fictio occurrat vt cõfitenda.Quantũ ad fortitudinem,
28 vide ſ.§.xvij.¶ Viceſimoquartò † quantum ad ſui accuſatio-
nem,quæritur vtrum liceat in cõfeſsione dicere aliena pecca
ta,ſiue nominare perſonã alienã?Et dicit S.Th.in iiij.diſt.xij.
quòd in cõfeſsione debet quis,quantũ poteſt,famam alterius
cuſtodire:ſed magis ſuam purgare conſcientiam.Vnde ſi cir
cunſtantia ducens in cognitionẽ alienæ perſonæ ſit de neceſ
ſitate cõfeſsionis,vt quia trahit in aliã ſpeciẽ peccati morta-
lis,confitenda eſt:ſemper tñ,ſi fieri poteſt,occultando perſo
nam:puta non nominando perſonã:vel petendo licẽtiã con-
fitendi alteri,quo ex illa in perſonæ notitiã nõ deueniat.quã
licentiam ſi habere nõ poſſet,ſecundum Pet. confiteatur cir
cunſtantiã:niſi confiteri non poſsit ſine periculo alterius:qa
tunc,ſecundum Pet.omittẽda eſt,dicẽdo peccatum ſine illa.
Et idem faciendum eſt ſi ipſa ſit quidem aggrauãs,ſed nõ de
neceſsitate cõfeſsionis:niſi talis nominatio eſſet vtilis pœni
tẽti,vt ei melius cõſulatur:puta vt præſeruetur à recidiuo:qa
ſecundũ Rich.tunc expedit dicere : vel niſi ſit vtilis perſonæ
nominatæ:qa etiã tũc exprimi poteſt,vt dicit.Et ſi exprima-
tur ſine neceſsitate cõfeſsionis,aut vtilitate cõfitentis vel p-
ſonæ alienæ,ſcilicet gratia correctionis eius,ſecũdum S.Bo.
non effugit detractionẽ,nec confeſſor,ſi ad hoc cõſentit. Vn-
de ſecundum Ray.de tali circũſtãntia interrogare nõ debet,
niſi inquantũ eſt neceſſaria.Si tamen peccator exprimat eã
intentione bona,non vt prodat,ſed vt proſit: vt ſcilicet ſacer
dos pro ea oret,vel eam ſecretò emendet:nõ peccat,ſed me
retur.xxij.q.vij.hoc videtur.& cõcordat gl.Ray.vt in Sũ.Cõ-
feſ.lib.iij.tit.xxxiiij.ſed tamẽ debet exprimere extra cõfeſsio
nem,vel dare licẽtiã loquendi,ſi intendit correctionẽ.Simili
ter ſecundum Arch.non peccat confeſſor,ſi hac intentiõe,&
non ex curioſitate interrogat.Et idem Monal .¶ Viceſimo-
29 quintò † quantũ ad eſſe paratũ obedire, quæritur vtrũ pœni-
tens teneatur acceptare omnẽ pœnitẽtiam quam vult iniun
gere ſacerdos?Et Hoſt.dicit ꝙ non. & ſequitur Pan.in c.ſi-
gnificauit.de pœ.& re.ſed ſufficit ei,ſcdm Sco.in iiij.diſ.xvij.
propoſitũ acceptandi à Deo hic vel in purgatorio. Si tamen
acceptat,implere tenetur.Sed limita primò quòd non tenet
acceptare quod iniungitur,ſi dicat ſe velle puniri à Deo:niſi
illud eſſet ſatisfactio aliq̃ ꝓximo exhibẽda : imò hoc debe-
ret ſi eſſet poſsibile , pcedere cõfeſsionẽ,vt j.Reſtitutio.vj.§.
j.& ij.vel niſi illud eſſet iniũctũ pro neceſſaria cautela cõtra
recidiuũ aut illud peccatũ.Vnde ſecundũ Rich.poteſt ſacer-
dos interdicere familiaritates pręiudicãtes ſaluti pœnitentis
vel honori diuino: & ille obedire tenetur. & tertiò gñaliter
niſi illud eſſet impoſitũ per modũ declaratæ obligationis:vt
dicẽdo quòd reſtituat ablata:vel abijciat ancillã,cũ qua eſſe
neq; ſine periculo recidiui:aut cõmunicet in paſcha,& huiuſ
modi:quia in omnibus his tenetur obedire,nõ tamẽ tenetur
cõfeſsionẽ reiterare ſi nõ obedit .Eſt autẽ verũ quod hic dici
tur in his,quæ imponũtur pœnitenti per modũ exhortatiõis:
vt ꝙ frequẽter oret,& confiteatur:& in his quæ imponũtur
pro ſpeciali ſatisfactione peccatorũ,quæ tamẽ ſi acceptet,&
nõ expleat,nec explere poſsit,vt pote qa oblitus,tenet reite-
30 rare cõfeſsionẽ.¶ Viceſimoſextò † quæritur quantũ ad idem,
poſito quòd idẽ pœnitẽs nõ velit puniri à Deo hic vel in pur-
gatorio:vtrum poſsit recuſare ſatisfactionem quam ſacer-
dos iniungit,& petere aliam?Et dicit Rich. quòd ſic ſi indi-
ſcretam iniungit:qa ſacerdos abutitur claue ſcientiæ & potẽ-
tiæ.& hoc idẽ ſentit S.Tho.vt patet ex dicendis j.§.vlt.ſed ſi
iniungit rationabilẽ & diſcretã:tenetur acceptare,& ꝓ viri-
bus adimplere:qa ſacerdos clauibus vtit rectè, qbus ſcilicet
habet poteſtatẽ ligãdi ad pœnã,ſecundũ S.Th.& ſi ex delibe
ratione omiſit illã ſine cauſa legitima, mortaliter peccauit.
quod intelligendũ videt de pœnitẽtia, ad quã ſacerdos inten
dit ligare eo caſu,quo duas imponit:vnã ſcilicet breuẽ,quam
ſtatim qs explere poſsit in gratia:& aliã ꝓlixiorẽ ad bñ eſſe
per modũ volũtariæ ſatisfactionis.vbi autẽ ſacerdos ſic non
diſtinguit pœnitẽti:tenetur ſimpliciter ad impoſitã rationa-
bilę & diſcretã.Quã ſi grauẽ ſentiat aut periculoſam,ſua in-
firmitate penſata:adeat eundẽ confeſſorẽ, ſi aliũ habere non
poteſt:iuxta §.ſeq.¶ Viceſimoſeptimò † quantũ ad idẽ quæri 31
tur,vtrũ ſecũdus cõfeſſor mutare poſsit pœnitentiã iniunctã
à primò?Et dicit Monal.ꝙ ſic ſi iniũcta fuit ꝓ crimine,à quo
ſecũdus abſoluere poterat,& ſupior ſibi nõ reſeruauerat mu
tationẽ.Secus ſi reſeruauerat eã ſibi:vel peccatũ erat ſupiori
reſeruatũ:qa non põt,niſi neceſsitas vrgeat,vel ſuadeat vtili
tas:in qbus caſibus piũ eſt interpretari ꝙ ſuperior licentiam
cõmutandi vel relaxãdi cõceſſerat.Et intellige ſemp ꝙ hoc
fiat ex cauſa rationabili.Et his cõcor.Ray.cũ ſua gl.excepto
ꝙ ſi pœnitẽtia fuit publica,requiri debet is q iniũxit,ſi cõmo
dè põt,ne ſcandalizetur.Et quia,ſecũdũ Ray.hoc fieri nõ de
bet ab eodẽ confeſſore,vel alio,niſi examinata cauſa,ꝓpter
quã iniucta eſt:ideò requiri videtur cõfeſsio peccatorũ, pro
quibus principaliter iniuncta eſt. ¶ Viceſimooctauò † quæ- 32
ritur,vtrũ pœnitẽs teneat ad religionis ingreſſum,ſi hoc ſa-
cerdos iniungat?Et dicit S.Th.in xvj.di.iiij.in expoſitione li-
teræ quòd non:quia quod dicitur,pœnitentem debere ſe po
nere in iudicio cõfeſſoris : intelligitur de his q̃ ſacerdos, in-
quantum habet clauem ſcientiæ & authoritatis per iudicium
diuinum,& non ſecundum humanum errorem iniungit. In-
greſſus autem religionis,cùm ſit voluntatis,alicui nõ poteſt
iniungi:quod ſi aliqui canones faciunt, magis eſt conſilium
quàm præceptum:quia qualibet pœnitentia taxata leuiſsi-
ma religio eſt ſatisfactio maior, inquantum homo abdicat
propriam voluntatem,qua nihil eſt carius.

## Rurſus de Confeſsione ſecundò quantum ad neceſsitatem & vtilitatem eius.

1 *Confeſsio ſacramentalis ſecundò conſiderata, nempe ſecundum neceſsitatem & vtilitatem, ita ſe habet vt in ea tria concurrant, confitens ſcilicet, confeſſum, & is, cui confitetur.*
2 *Confiteri num is teneatur, qui ſuſcepto baptiſmo, mortale peccatum commiſit, an verò abſque confeſsione in actu, vel propoſito, ſola contritione ſaluari poſsit?*
3 *Confiteri de eo num teneatur, quod quis dubitat an ſit mortale? Et quid de ijs, quæ manifeſta ſunt, an ſacerdoti quis confiteri teneatur? Et quid de circunſtantijs peccatorum, & eorum numero ac frequentia. Item quid de venialibus, & ſemel confeſsis. ſi cõtingerit relabi, & an neceſſe ſit ſtatim cõfiteri? remiſsiuè.*
4 *Confiteri, quo iure adſtringamur? Et num omnes ad confeſsionem teneamur?*
5 *Papa num diſpenſare poſsit, ne ipſe aut alius confiteatur?*
6 *Confeſsionis effectus & vtilitas multiplex?* 1

CONFESSIO † ſecundò, vt intelligatur qualiter ad eã
teneamur:& quis eius effectus: ſciẽdum eſt quòd in cõ
feſsione tria concurrunt: ſcilicet confitens, confeſſum,& is
cui confitens confitetur. Quantum igitur ad confitentem
neceſsitas vel obligatio confeſsionis ligat omnem fidelem
vtriuſ

vtriuſque ſexus,qui eſt doli capax.de pœni. & remiſ. omnis.
Intellige ex vi ſacramẽti vel ſtatuti,aut ſi habet confitenda:
quantũ verò ad rẽ cõfeſſam ligat quantũ ad peccatũ actua-
le mortale proprium commiſſum poſt baptiſmum,ſecundũ
S.Tho.in iiij.diſtin.xvij.& mortales circunſtantias, id eſt, in-
finitè aggrauantes.de quibus titu.priore.§. ix.quantũ tamen
ad peccatum mortale cõmiſſum ante baptiſmum,Sum.Ro.
& Ang.imponunt Richar.contradictoria: quantum verò ad
eũ,cui quis confitetur,ligat & obligat,vt ille ſit ſaccerdos &
2 proprius:vt infrà Cõfeſſor.j.in princ.¶†Primò†igitur quæ-
ritur,vtrum is qui cõmiſit peccatũ mortale poſt baptiſmũ
teneatur illud confiteri,an poſsit abſque confeſsione in actu
vel ꝓpoſito ſola cõtritione ſaluari:id eſt, dolere de peccato
cum propoſito abſtinendi,& ſi non confitendi? Et dico quòd
Magiſter in iiij.diſtinct.xvij.& Gratianus de pœnit.diſt.j.per
totum.quæſtionem iſtam pertractant.& Gratianus poſt mul
ta:quia vtraque opinio viros habet ſapientes & religioſos,le-
ctoris arbitrio quid ſit tenẽdum relinquit:& ſic non determi
nat.& Theodorus in cap.fin.illius diſtinctionis,dicit Græcos
tenere confeſsionẽ vocalem non eſſe neceſſariam:ſed S.Th.
in iiij.diſt.xvij.in expoſitione literæ,dicit quòd hoc quod ab
vtroque pro opinione ponitur , nunc poſt determinationem
eccleſiæ ſub Innocentio tertio factam de pœnit.& remiſ.ca.
omnis.eſt hæreſis:non quia ſit explicitè contra aliquẽ articu
lum fidei,aut præcedẽs vel ſequẽs ad ipſum,ſed implicitè ali
quid continet fidei contrarium:quia ſequitur claues eccleſiæ
3 non eſſe neceſſarias ad ſalutem.¶Secundò†quæritur,vtrum
dubitans de aliquo an ſit mortale,teneatur illud cõfiteri? Et
dicit S.Tho.quòd ſic:aliter periculo ſe committit , & morta
liter peccat:ſicut etiam & qui aliquid committit vel omittit,
in quo dubitat eſſe mortale.Sed tamen notandum eſt ex do
ctrina eius & cõmuniter omnium,quòd aliud eſt ſcire,aliud
opinari & dubitare:quia ſcire,vt ex diffinitiõe eius patet,ha-
bet certitudinẽ ſine hæſitatiõe de oppoſito: opinari verò nõ
habet certitudinem ſine hæſitatione:ſed habet aſſenſum vel
credulitatẽ de aliquo cũ formidine de oppoſito:dubitare ve
rò non habet aſſenſum vel credulitatẽ alicuius:ſed ꝓpriè di-
citur quando aliquis aliquã ſententiam nec credit,nec decre
dit,ſed eſt in æquilibrio,non declinans magis ad vnã partem,
quàm ad aliam , ſaltem notabiliter:etiãſi aliqualiter cõiectu
ret leuiter ſine probabili ratione de altera earum. Qui ergo
opinatur probabili ratione de aliquo quòd non ſit mortale:
non tenetur illud confiteri? Et dicitur ratio probabilis ex lib.
Top.quę videtur vera omnibus hominibus,aut maiori parti,
vel omnibus ſapientibus,aut maiori parti, vel ſaltem præci-
puis eorum. Et qui crederet aliquam rationem eſſe talem,
poteſt ſe in ea fundare:quia non tenetur exhibere diſcutien-
dã præ lictis:cùm hoc vel impoſsibile ſit, vel difficile nimis.
¶Tertiò quæritur,vtrum quis teneatur cõfiteri peccata ma
nifeſta ſacerdoti? Et communiter tenent doctores in iiij.diſt.
xvij.quòd ſic:quia non ſunt ei manifeſta in forma iudicij, in-
quantum Dei vicarius eſt. Vtrum autem teneamur confiteri
peccatorum circunſtantias,& numerum,& venialia,& ſemel
confeſſa,ſi ſequitur recidiuum:& vtrum teneamur confiteri
4 ſtatim,vide titu.priore.¶Quartò,†vtrũ ad confeſsionem te-
neamur diuino iure vel humano ſeu poſitiuo ? Et dico quòd
Canoniſtæ videntur tenere quòd ſit de iure poſitiuo.& ad hoc
eſt glo.de pœn.diſtinct.v.in Summa . quæ vult quòd inſtitu-
ta ſit à quadã vniuerſali traditione eccleſiæ:ideò infert quòd
confiteri non tenentur infideles:nec ſimiliter Græci,ex quo
non acceptauerũt huiuſmodi cõſtitutionẽ:ſicut nec votũ ca-
ſtitatis.Sed Theologi tenẽt expreſsè,ꝙ vt eſt mentalis facta
Deo,eſt de iure naturali: vt autẽ eſt vocalis,eſt de iure diui-
no:non quidem veteris legis : quia tunc non tenebantur ho-
mines ad confeſsionem ſpecialem & diſtinctam:ſed tantum
ad gñalem & indiſtinctam,ad quã tenebãtur per determina-
tionem ſacrificiorum:ſed legis nouæ.Et hoc ſentit S.Tho.in
iiij.diſtin.xvij.& S.Bon.Rich.& Sco.Et hoc ex mente S.Tho.
probatur primò ex hoc quòd Chriſtus in Apoſtolis dedit ſa-
cerdotibus poteſtatem remittendi peccata, Ioan.xx.quia po-
ſito aliquo remedio,ſine quo peccata non remittuntur,tene-
tur fideles eo vti:huiuſmodi autẽ eſt iſta poteſtas abſoluendi:
quia ſi cõtritione ſola remitti poſſent, fruſtra Chriſtus de-
ſet iſtã poteſtatem,quæ ſine contritione nihil poteſt , ſed
requirit.Et iſta probatio elicitur iiij.diſtinct.xvij.quæſ.iij.
iij.q.j.ad primum. Probatur ſecundò ex hoc ipſo quòd pro-
batur Chriſtus omnia ſacramenta inſtituiſſe, tam neceſſaria
quàm nõ neceſſaria:licet de omnibus non legatur.ſicut et
multa alia tenet eccleſia ſibi ore tenus ꝑ Apoſtolos pro-
gata:de cele.miſ.cum Marthæ.nec apoſtoli vel eccleſia ta-
tum & tam periculoſum iugum populis induxiſſent,niſi ha-
buiſſent à Chriſto verbaliter. Et præterea ipſe Chriſtus di-
do,quorum remiſeritis peccata remittuntur eis: à contra-
ſenſu innuit,quòd quorum non remiſerint,non remittuntur:
quod declarat dicens,& quorum retinueritis,id eſt,non re-
ſeritis,retenta ſunt.¶Quintò,vtrũ omnes teneantur ad con-
feſsionem? Et dico ſecundum Richar.quòd tenentur omnes
ex vi ſacramenti: ſed ſecundũ quod præceptũ eſt ab eccleſia
vt ſemel in anno fiat,tenentur ſoli & omnes fideles,etiã pu-
ri cùm ad annos diſcretionis peruenerint, id eſt,quando ſunt
doli capaces,ſecundum glo.in cap.omnis.de pœ.& remiſ.vbi
ſit hoc præceptum.& hoc eſt in vij.anno, & ſupra:vt not.gl.
de deli.pue.cap.j.Et hoc verum eſt iuridicè & in pluribus:
foro tamẽ animæ ſunt aliquãdo doli capaces, & poſſunt de-
linquere etiam ante ſeptennium: vt docet S.Tho.in iiij.diſt.
xvij.vnde videntur obligari ad confeſsionẽ.¶Sextò,†vtrum
papa diſpenſare poſsit,ne ipſe vel alius cõfiteatur? Et dicit S.
Thom.in iiij.diſt.xvij.quòd non: quia tollere non poteſt ſa-
cramentorum neceſsitatem, ſicut nec inſtituere noua ſacra-
menta:diſpenſare tamen poteſt vt quis differat vltra annum
quod Supplementum limitat inquantum reſpicit cõſtitutio
nem eccleſię ne incurratur pœna.d.ca.omnis.non autem in-
quantum reſpicit legem diuinam,qua quis videtur teneri ſta-
tim poſt mortale habita copia confeſſoris.Sed iſta limitatio
improbata eſt tit.priore.§.ij.Vnde etiam ipſe papa confiteri
te netur:quiã licet non habeat ſuperiorem inquantum papa:
vel prælatus, habet tamen inquantum peccator. ¶Septimò
†quæritur quantũ ad vtilitatem vel effectum,quis ſit eius ef-
fectus? Et dico primò quòd liberat à culpa ſiue à morte pec-
cati,vt dicit S.Thom.in iiij.diſt.xvij.ſicut baptiſmus:etiam ſi
ſit in ſola voluntate.& ſecundò confert gratiam,vel eam au-
get ſi prius habebatur:& tertiò liberat à pœna mutãdo æter-
nam in temporalem purgatorij:& purgatoriam in tempora-
lem hic explebilẽ.Et hæc omnia ex vi abſolutiõis:& vlterius
ex natura actus confitentis,qui habet annexam pœnam eru-
beſcentiæ: etiam à pœna liberat tẽporali hic explebili in to-
tum vel in partẽ:imò ſacerdos poteſt dimittere de pœna de-
bita,ſecundum Panor.in cap.ſicut dignum.de homicid.& de
hoc infrà,Indulgentia.& conſequenter quartò aperit paradi-
ſum:quia remouet impedimenta introitus, id eſt, culpam &
pœnam.& quintò tribuit ſpem ſalutis:quia hęc ſpes nõ ineſt
nobis niſi per Chriſtũ: per cõfeſsionem autem homo ſe ſub-
ijcit clauibus eccleſiæ à Chriſti paſsione habentibus virtutẽ.

## Rurſus de Confeſsione tertiò quantum ad ſigillum.

1 *Confeſsionis ſigillũ neceſſarium. Et quis illud ſeruare teneatur,*
*vt de eo nihil prorſus reuelet? Et quid ſub idipſum cadat?*
2 *Pœnitẽs aut quiſpiã alius,num aduerſus ſigillum ipſum aut*
*præcipere,aut diſpenſare poſsit? Et num ſaltem aliquo caſu*
*ſacerdoti contra vim ſigilli propter aliquod damnũ,aut pec-*
*catum,vel periculũ vitandũ, confeſsionẽ reuelare liceat? Et*
*quibus,caſibus in confeſsione audita ſine ſigilli fractione pan*
*di vel manifeſtari queant?*
3 *Perſona cum qua pœnitens peccauit, an ſub confeſsione ſigil-*
*lum cadat? Et quid de debitis,creditis,vel depoſitis in confeſ-*
*ſione declaratis?*
4 *Confeſsionis ſigillum infringentis quænam ſit pœna?*
5 *Confeſsionem ſi quis ſacerdotẽ adſtruat reuelaſſe:is verò con-*
*trà neget,vel ſe quippiam quidem dixiſſe fateatur, ſed neget*
*id ſe per confeſsionem didiciſſe,cui probandi onus incumbat?*
6 *Cõfeſſor,num ob id pœnã aliquã incurrat,quòd dicat ſibi quẽ-*
*piam de peccatis confeſſum eſſe? Et quid ſi addat confeſſum de*
*multis,aut de magnis? Itẽ quid ſi iudex inſtet,vel exigat à ſa*
*cerdote iuramentũ,an ꝑ cõfeſsionẽ ſciat aliquid de tali facto?*
7 *Sacerdos parochialis ſi nouerit per confeſsionem nonnullorum*
*ſuorum parochianorum impedimentum circa matrimonium*
*iam cõtractum,an illud reuelare poſsit?*
8 *Sacerdos ſi aliquod mortale admiſerit,quod confiteri niſi con*
*feſsione reuelata,nequeat,an hoc caſu durãte cõfiteri debeat?*
9 *Abbas,ſi ꝑ confeſsionẽ prioris,aut alterius ſubditi peccatũ in-*
*tellexerit,per quod ille prioratũ,aut aliud officiũ obtineat,an*
*poſsit illud peccatũ ſine cõſciẽtiæ læſiõe impunitũ relinquere?*
*Et quid ſi quis ꝑ audita in cõfeſsiõe ſciat,vel credat quẽ ꝑla-*
*tiõe indignũ,& eius ꝓmotioni interſit, an reclamare queat?*
10 *Confeſſor,qui vnius confeſsione audita,peccatum alterius no-*
*uit,an poſsit illo altero confitente, & idem peccatum tacente,*
*de eo eundem interrogare?*
11 *Confeſsione audita,qui nouit confitentem excommunicatum,*
*num illum vel in ſecreto ſaltem euitare teneatur? Et quid ſi*
*ſacerdos per confeſsionem eccleſiam coitu pollutam, vel alia*
*ex cauſa ſciat,an epiſcopo reuelare poſsit?*
12 *Sacerdotem,ſi duo concomitantes inter ſe cõſtituerint occidere*
*ac mox alter pœnitentia ductus hoc ipſum eidem ſacerdoti*
*confiteatur:num vbi ad ſyluam deuentũ fuerit, retrocedere,*
*aut declinare poſsit, ſi ex hoc de confeſsione alteri innoteſcere*
*queat?*
13 *Confeſsionis ſigilli ratio,& ſecreti an par ſit?*

1 CONFESSIO † tertiò inquantum debet eſſe ſecreta
ex parte confeſſoris,ſiue quantũ ad ſigillũ, ſciẽdum ꝙ
de neceſsitate eius eſt ſigillũ,ſecundũ S.Tho.ĩ iiij.diſ.
xxj.quia exterius ibi geſta oportet ſignificare geſta interius,
vbi à Deo tegunt̃ peccata eius q̃ ſe ſubijcit: qđ quidẽ ſigillũ,
ſecundũ eũ ibi,eſt debitũ celãdi cõfeſsionem, ſicut clauis eſt
poteſtas abſoluẽdi.& ſcđm Sco.ea.di.eſt de iure diuino ratiõe
charitatis,fidelitatis,& vtilitatis: q̃a multi cõfitentur q̃ aliàs
nõ cõfiterẽtur.¶Primò verò quęrit̃ quis teneat̃ hoc ſigillũ
ſeruare,nihil cõtra illud reuelãdo? Et dico ſecundũ Sã.Tho.
vbi ſ.ꝙ hoc cõpetit ſacerdoti,inquantũ eſt huius ſacramenti
miniſter:tñ ſicut nõ ſacerdos in caſu aliq̃d de actu clauis par
ticipat dũ audit cõfeſsionẽ,ꝓpter neceſsitatẽ:ita aliquid par-
ticipat de actu dicti ſigilli: & celare tenet̃,quanuis ꝓpriè nõ
habeat ſigillũ cõfeſsionis.Igitur ad hoc ſigillũ tenet̃ primò
ipſe ſacerdos:& ſecũdò,ſecũdũ Richard.vbi ſuprà,& S. Tho.
is cui ſacerdos confeſsionẽ reuelauit de licẽtia cõfitentis, vel
ſine licẽtia.Vnde etiam papa iubente quòd reuelet,obedire
non tenetur.& tertiò,ſecundũ eundẽ,is qui audiuit à propo-
ſito confeſsionem confitentis alteri confeſſori: qui ſi doloſè
& inſidioſè audit,ſecundum Scot. peccat mortaliter. quartò
etiam is qui audit cõfeſsionem in neceſsitate,& nõ eſt ſacer-
dos.quintò interpres,ſecundum Rich.qui vna perſona cũ ſa-
cerdote reputatur. ſextò ſecundum S.Thom.& Ric.& gene-
raliter quicũq; audit peccata confitentis.quod limita, niſi de
mente confitentis eſſe conſtaret quòd poſſet ea loqui.¶Se-
cundò quęritur, quid cadat ſub iſto ſigillo? Et dico ſecũdum
S.Tho.in iiij.diſt.xxj.& Rich.eadẽ diſt. quòd ſub eo cadũt di
rectè omnia cadentia ſub confeſsione ſacramẽtali,id eſt,pec
cata.& hoc ſecundũ Inn.in c.omnis.de pœ.& re.etiam ſi quis
dicat ſe ab aliquo peccato nõ poſſe abſtinere,ſed de hoc do-
lere:indirectè verò ea per quæ peccatũ vel peccator depre-
hendi põt.Vnde,ſecundũ Rich.ibi,quicquid ꝑ ſe vel per acci-
dens,directè vel indirectè poſſet verecundiã vel cõfuſionem
vel malã ſuſpicionẽ vel aliud nocumentũ gñare pœnitẽti ex
peccato cõmiſſo,cadit ſub illo ſigillo:& locus, tẽpus,& oĩa
ex quibus deueniri põt in notitiã peccati, nõ ſimpliciter, ſed
relatiuè ad perſonã,quæ illud cõceſſa eſt:& nihilo minus ſe-
cundũ S.Tho.alia quę aliq̃ñ in confeſsione dicũtur,ſummò
ſtudio celãda ſunt ꝓpter ſcandalũ & pronitatẽ,quę ex cõſue
tudine poſſet accidere. Et durat hoc ſigillũ etiã poſt mortẽ
ſecundum Sco.tanquã pręceptũ negatiuũ,obligans etiam ad
ſemper.¶Tertiò † quæritur,vtrũ poſsit pœnitẽs vel alius cõ 2
tra hoc ſigillũ pręcipere,aut etiã diſpenſare? Et dico ꝙ præ-
ter pœnitentẽ nullus,etiã papa,in hoc diſpẽſare põt,& ſi pręcipe-
ciperet,etiã ſub pœna excõmunicationis reuelationẽ alicu-
ius cadentis ſub dicto ſigillo,ei nõ eſt aliquo pacto obedien-
dum:nec incidet in ſententiã excõmunicationis, ſecũdum S.
Tho.in iiij.diſt.xxj.& ſecundũ omnes Doct.quia,inquit,San.
Tho.hoc ſigillũ eſt de iure diuino,ſicut & cõfeſsio. vel ſecũ-
dum Pan.in c.dilectus.de exceſ.pręlat.quia ſacerdos in actu
confeſsionis eſt vicarius ſpecialis, papa verò gñalis: ſpecialis
autẽ quo ad illã ſpeciẽ maior eſt gñali.de offic.deleg. ſtudui
ſti.De pœnitẽte autẽ ſiue confitẽte dicit Sum.Ang. quòd de
licẽtia eius nõ licet ſacerdoti cõfeſsionẽ reuelare.fundans ſe
ſuper authore aureo.&Landu.& ſuper ratione:quia pœnitẽs
diſpẽſare nõ põt in lege naturę,aut in diuina, aut in eſſentia
ſacramenti.ſed cõtra hoc eſt Sum.Roſ.& ſupple.& cõmunis
doctrina ſanctorum.Vnde dicit Richardus quòd ei reuelare
licet illi ſolùm qui vtilis eſt ad perficiẽdum requiſita ad forũ
illud:quia adhuc gerit perſonã Dei.quod ſecundũ San.Tho.
Bona.&Pet.limita,niſi timeatur de ſcãdalo:puta quòd ſacer
dos ſit cõfeſsiõis reuelator.vel huiuſmodi:quia,vt dicit Sum.
Conf.& Aſten.cùm propter duo ſacerdos cõfeſsionẽ celare
teneatur,ſcilicet propter ſacramentũ,cùm celatio ſit de eius
eſſentia vel quaſi, & propter ſcandalum : primum tollitur
per licentiã cõfitentis,ſed remanet ſecũdum.Et idem tenet
Pan.in c.ſignificaſti.de adult.& in c. Matthæus de ſimo.vbi
non reprehenditur Cardinalis reuelans papæ ſecretò pec-
catum ſibi cõfeſſum:quia,inquit Panor.reuelauit de licentia
præſentis papæ qui poterat prodeſſe.Et idem ſentio quoties
reuelaret ex quacunq; legitima cauſa alicui vtili,& ſi nõ pœ
nitenti:quia pœnitens facere poteſt quòd iam illud ſciatur
extra cõfeſsionem.Ad motiuum dico quòd poſſum ego da-
re licentiam contra ius naturæ,& de his quæ dicta iura man-
dant in fauorem meum:vt quòd non teneatur mihi reſtitue-
re qui mihi furto vel rapina ſubripuit.Et quod additur de eſ-
ſentia ſacramenti:dico quòd ſecundum Sãct.Tho.& Docto.
ordinis ſui,pœnitẽs dando dictam licentiã facit vt ſacerdos
ſciat illud tale vt homo:& cõſequenter ſub ſigillo dicti ſacra
menti non cadit: vnde nihil fit contra ſacramentũ.Cõſilium *Bonũ*
tamen fuit Vlde.quòd cùm aliquid reuelandũ eſt de his quæ *conſi*
dicuntur in confeſsione, pœnitens dicat extra confeſsionem *lium.*
de peccatis ſuis quãtum placet reuelare confeſſori tanquam
hom

hominí:quia ſæpè cum quibuſdam circũſtantijs dicũtur pec
cata in confeſsione,cum quibuſdam nõ placeret pœnitẽti vt
alteri reuelarẽtur. ¶Quartò,vtrũ aliquo caſu liceat ſacerdo
ti confeſsionẽ reuelare cõtra dictũ ſigillum,propter aliquod
damnũ,aut peccatũ , vel periculum vitandum?Et dico ſecun
dum S.Tho.& Pet.&communẽ omnium doctrinã, quòd nõ.
quod limita ſecundũ Ray.& gl.eius in ti.de pœni.& re.quã-
do quis verè confitetur.Secus quando fictè,ad impetrandum
à cõfeſſore auxilium vel conſilium ſuper aliquo peccato:hoc
enim nõ eſt cõfeſsio,etiã ſi dicať,hoc tibi dico in cõfeſsione:
ſed cõfeſsionis deſtructio.& cõſentit Inn.in d.c.omnis.dicens
nõ eſſe verũ quòd tales dicãt in pœnitẽtia vel Dei miniſtro:
cũ animę conſiliũ nõ requirãt:ſi tñ aliquis pro bono animę
vel pro bono corporis,quod nõ repugnet bono animæ, pec-
catũ ſuũ ſacerdoti in cõfeſsione reuelet, etiã ſi ab eo eo nol-
let abſolui,ſed ſibi cõſulere:ſacerdos celare tenetur:quia eſt
dictũ in cõfeſsione,& auditũ,licet abſolutio nõ ſequať: ſicut
eſt in eo qui cõfitetur & nõ abſoluitur, vel quia eſt indiſpoſi
tus,vel quia caſus,de quibus cõfitetur,ſunt reſeruati:quia hoc
fit ſpe veniæ, ſaltem reductiuè & diſpoſitiuè & initiatiuè.
¶Quintò quęriť,quibus caſibus audita in cõfeſsione dici aut
manifeſtari,poſsint ſine fractiõe dicti ſigilli?Et dico hoc fie-
ri poſſe in caſibus multis.Primò,ſi pœnitẽs ſup hoc licentiã
tribuat,vt dictũ eſt ſ.§.iij.Secũdò,ſi ſacerdos indigẽs cõſilio
circa peccatũ auditũ,& ſic illud petat,quòd p eius dictũ nul-
lo modo veniri poſsit in notitiã peccatoris:de pœn.& remiſ.
officij.vbi nõ reprehẽditur legatus petẽs cõſiliũ de peccato
quod aſſerit ſe in cõfeſsione habuiſſe in vniuerſali:vnde non
peccant ſaltẽ mortaliter ſacerdotes ſi ad conſiliũ vel ad de-
teſtationẽ aut aliquo bono fine dicant in generali ſe aliquid
tale habere in cõfeſsione vbi nullo modo veniri poteſt in no
titiam perſonę:licet hoc ſit periculoſum,& plerunq; ſcanda-
loſum.Nec obſtat Pan.in d.c.omnis.dicẽs quòd iſte incurrit
pœnam d.c.quia eſt cõtra Sco. & communem doctrinam.&
fundat ſe in texu malè intellecto,in verbo,qui peccatum.qui
debet intelligi quando peccatũ refertur ad peccatorem, ſeu
per illud venitur in notitiam peccatoris.Et idem generaliter
eſt,ſecundum Rayn.de quocunq; quod non ſpe veniæ aperi-
tur:quia non eſt confeſsio:nec ſacerdos illud celare tenetur,
niſi ſit ſpe venię reductiuè ſaltem,vt §.priore.Tertiò, ſi quis
confitetur ſe velle facere aliquod malum,puta homicidium:
quia ſecundum Inn.& ſequitur Pan.in dicto cap.omnis.iſtud
non eſt dictum in pœnitẽtiali foro:nec ſacerdos illud celare
tenetur:quia peccatum non commiſſum,ſed cõmittendum,
non eſt dictum in pœnitentia.quod limita inquantũ eſt com
mittendum:ſecus,inquit Pan.ſi pœniteret de voluntate præ-
terita:quia tũc eſt cõmiſſum reſpectu volũtatis.Quod tamẽ
dictum eſt,ſacerdotem ad huius celationẽ non teneri: intelli
ge primò quando adeſt firmũ propoſitum cõmittendi. ſecus
ſecundum Mon.ſi quis confitetur ſuper aliquo tentari & ali-
quando cõſentire,& aliquando verò diſſentire: reuelare non
debet:& ſi adeſt dictũ propoſitũ firmum, ſecundũ eundem,
debet ſacerdos proteſtari quòd tale quid nec recipit nec reci
pere tenetur ſub ſigillo cõfeſsiõis ad ſcãdalũ euitandũ, quod
intellige niſi ex tali ꝓteſtatione ſequeretur malũ maius ſcã-
dalo confitentis,puta homicidium. Intellige ſecundò quãdo
illud peccatum committendũ vergeret in periculum vel da-
mnum cõmunitatis vel etiam priuatę perſonę: quo caſu non
ſolùm nõ tenetur celare,ſed tenetur manifeſtare,ſi id poteſt
cõmodè ſine damno ſuo,& cum proximi vtilitate,etiam pec
cãtis. Secus vbi qui confitetur ſe non poſſe abſtinere ab ali-
quo nulli niſi ſibi nocituro; vt ſacerdos ei conſulat & pro eo
exoret:quia talis confeſsio ad contritionẽ & conſequẽter ad
celationem peccatorũ in diuino cõſpectu diſponit ſecundum
Rich.in iiij.diſt.xxj.& talis reuelando etiã ad præceptũ ſupe-
rioris,peccat mortaliter,ſecundũ Henr.de Gan.in ix.quodlib.
vbi cõcludit quòd ſubditus recipiẽs ab aliquo aliquid in ſecre-
to nõ vergens in damnũ cuiuſquam,nõ tenetur illud reuelare
prælato petẽti vt reuelet.Quartò ſi quis dicat amico pecca-
tum,dicens ſe illud in pœnitẽtia dicere: quia dicẽdo illud non
dicetur reuelare confeſsionẽ,ſecundũ Inn.tum quia ille non
eſt ſacerdos:tum quia illud nõ dixit ſibi inquantum miniſtro
Dei,cùm abſolutionem non peteret,ſed reuelaret tanquam
amico:ſi tamẽ ille amicus ſacerdos eſſet,teneret ratione ſcan-
dali celare.Intellige tamen quòd laico nõ dicitur aliquid in
pœnitentia,niſi aſſumatur loco ſacerdotis in neceſsitate:
fiat ei vera cõfeſsio,ſicut ſacerdoti:tunc enim nõ debet reue-
lare,etiam tãquam teſtis:aliàs puniretur.HęcPan.& conſen-
tit Hoſt.in c.omnis.de pœ.& remiſ.dicẽs quòd eo caſu tene-
tur celare,ac ſi eſſet ſacerdos.& Pet.Hieremias dicit ſe cre-
dere quod eodẽ modo vt ſacerdos iurare poſſet ſe nihil ſcire
de auditis in cõfeſsione. Quintò cùm quis peccatum ſibi in
confeſsione detectũ habet per aliã viam,ſiue antè, ſiue poſt:
quia ſecundũ S.Tho.in iiij.diſt. xxj.& pet.&Bona.& Rich.&
communiorem opinionem illud dicere poteſt propter ſcan-
dalum:tamen illud dicere nõ debet,niſi primò pro neceſsita-
te vel vtilitate,vel ſecũdò niſi iurauerit dicere veritatem,ſe-
cundum Inno.in d.c.omnis.& recitat Pan.in cap.dilectus.de
exceſ.prela.nunquam tamen, vt dicit S.Tho.dicere debet
illud in cõfeſsione habuiſſe:quia ſecundũ Scot.peccaret mor-
taliter.Et idem dic ſi dicat aliquid inaduertenter, vel ex la-
inconſideratione plus, vel aliter quàm ſciat extra confeſsio-
nem:puta ſi extra ſcit ſemiplenè, dicendo plenè vt nouit in
confeſsione,peccat mortaliter:vel ſi extra habet dubiè,& re-
uelat certè.Sextò,quando id,quod dicitur,non eſt peccatum
nec circunſtantia peccati illius qui confitetur: quia tale quid
ſub huius ſacramenti ſigillo non cadit: niſi eſſet quid pote-
deducere ad manifeſtationem peccati.Vnde ſi quis cõfitẽs
inferat Germaniam nõ habere vina niſi rara:vel quòd ali-
debet centum ex cõtractu licito,puta emptionis,& huiuſmo-
di,quę nõ ſunt peccata,nec ducẽtia ad manifeſtationẽ pecca-
ti, ſecundũ Rich.poteſt manifeſtare cõfeſſor:niſi innoteſc-
illi talia dicta eſſe ſub ſigillo ſecreti:quia eo caſu dicere n-
poteſt,niſi ꝑut poſſunt reuelari ſecreta.de quo j.§.vij.Eti-
eſt,ſecundũ Scot.ſi res talis eſſet naturæ ꝙ meritò debe-
celari:vt quia ſine alterius ſcãdalo nõ reuelatur:quia eo ca-
niſi teneret ſecretũ,etiã ſi hoc peccator nõ diceret, peccar-
mortaliter.¶Sextò † quæritur, vtrũ perſona cũ qua pœni-
tẽs peccauit,cadat ſub cõfeſsionis ſigillo?Et dicit Rich.quòd
ſic,ſiue peccator potuerit ſuũ peccatũ cõfiteri ſine perſonæ
illius expreſsione,ſiue nõ.¶Septimò,vtrũ ſub dicto ſigillo ca-
dant debita,credita,vel depoſita,dicta in cõfeſsione?Et dicit
Veruec.ꝙ ſic,quantũ ad cõfeſſa in qbus peccatũ cõmiſſum
eſt:puta quia per furtũ habuit vel vſurã:vnde ſi de his fiat in-
quiſitio,ſacerdos reuelare nõ debet,etiã ſi papa ſub excõmu-
nicationis pœna pciperet cõtra ſcientes & nõ reuelãtes:quia
nõ ſcit vt homo:& eſſet cõfeſsionis reuelator: nec aliquã ſen-
tentiã incurrit nõ reuelando.Sed quantum ad alia,in quibus
non eſt peccatum,diſtinguendum eſt:quia ſi fieret inquiſitio
per eum qui poteſt,tenetur dicere veritatem:quia etiã ſi re-
cepit ſub ſigillo confeſsionis, de hoc caſu non cogitauit:vel
etiam ſi cogitaſſet aut promiſiſſet, vel etiam iuraſſet nõ re-
uelare:illicitum fuit promiſſum vel iuramentum:nec obſer-
uandum in prę iudicium iuris alieni.xxij.quęſt.iiij. inter cęte-
ra.ſed ſi iniuſtè aut per tyrannidem fieret inquiſitio,non de-
bet reuelare, ſed ſubterfugere, aut ſophiſticè reſpondere.
¶Oc



4 ¶Octauò,†quæ ſit pœna frangentis dictum ſigillum reue-
lando confeſsionem? Et dico quòd antiquo iure deponi de-
bet:& omni tẽpore ſuæ vitæ ignominioſus pegrinari.de pœ.
diſti.vj.ſacerdos.Sed hodie per d.c. omnis debet depoſitus in
arctũ monaſteriũ detrudi.quod intellige ſi ſit ſacerdos.ſi ve-
rò ſit laicus,ſecũdũ Hoſt.in d.c.alia eſt pœna puniendus,ſcili
5 cet arbitraria.¶Nonò,†cui incũbit ꝓbatio, ſi qs dicat ſacer
dotẽ reuelaſſe confeſsionẽ:& ille negat,vel dicat ſe qdẽ ali-
quid dixiſſe:ſed negat ſe illud per cõfeſsionẽ habere?Et dicit
Pan.in d.c.omnis.ſecũdũ aliquos, ſacerdotẽ abſoluẽdũ:cùm
nõ ſit illi minus credendũ quàm alij. Sed Hoſt.& idẽ Pan.te
nent ꝙ niſi ſacerdos doceat aliunde illud ſe habuiſſe quàm
per confeſsionẽ,præſumetur cõtra eum.ar.vj.q.ij.placuit.nõ
tamen punietur pœna ordinaria dicti c.omnis.quia nõ aper-
tè cõuincitur:ſed pœna arbitraria.& idem Rich.in iiij.¶De-
6 cimò,†vtrum incurrat dictã pœnam cõfeſſor,dicẽs aliquem
ſibi eſſe confeſſum de peccatis ſuis? Et dicit Aſtẽ.quòd talis
nihil reuelat occultum:quia confeſsio propriè non eſt niſi de
peccatis:ſi autẽ dicat illũ cõfeſſum de multis aut magnis pec
catis,vel huiuſmodi,reuelator eſt cõfeſsiõis.¶Vndecimò,qd
ſi iudex inſtat vel exigit iuramentũ à ſacerdote,an per cõfeſ-
ſionem ſciat aliquid de tali facto?Et dico ꝙ ſecundũ S.Tho.
& omnes doct.ſacerdos ſi ab eo quærať de aliquo abſẽte,an
aliquid ſciat quod audiuit in confeſsione: iurare poteſt ſe ne-
ſcire illud:quia non ſcit illud inquantũ homo nec ad mãdatũ
cuiuſcũq;,etiã papæ tenetur de hoc teſtari,aut aliqd dicere.
nec teneret excõmunicatio propter hoc lata contra eũ:ſed ſi
quęratur de eo non abſolutè an ſciat:ſed an ſciat aliquid per
confeſsionẽ,etiã adhibito iuramẽto, ſecũdum aliquos,debet
tacere.ſed hoc eſt malè dictum:quia indirectè proderet pec-
catorem.Vñ ſecundũ Veruec.ſi alio modo iniquũ iudicẽ de-
clinare non poteſt reſpõdere poteſt ſe nihil ſcire: quia ſubin-
telligitur vt homo,vel intelligitur,nihil ſcio tibi reuelãdũ.ſi-
cut Mar.xiij.filius dicit ſe nihil ſcire de die iudicij,ſcilicet ad
reuelandum generaliter.& cõſentit Rich.Bon.Sco.& Pan in
d.c.dilectus.ſed Sũ.Ang.dicit quòd melius ſubintelligirur ad
reuelandum,quàm ſubintelligatur vt homo : quia negari in-
quit,non poteſt quin ſciat vt homo.quod eius dictum eſt cõ-
tra omnẽ doctrinã ſuorũ doctorũ, & contra c.ſi ſacerdos.de
offi.ord.intellectũ iuxta communem doctrinam:quia ibi di-
citur ſacerdos hoc ſcire vt Deus. Ex quo ſequitur quòd illud
non ſciat vt homo:vel ſciat aliter quàm per confeſsionẽ:alio
quin eodem modo innoteſceret Deo & homini. ¶Duode-
7 cimò,†quid ſi ſacerdos parochialis ſciat per confeſsionẽ im-
pedimẽtum aliquorũ ſuorum parochianorũ circa matrimo-
nium iam contractum? Et dico quòd contra ſigillum confeſ
ſionis nihil facere aut dicere debet: vt patet ex dictis. Sed ſi
eo ſaluo loq poteſt,ſi ſcit,aut credit probabiliter impedimẽ-
tum poſſe probari,ſecundũ Mo. debet eis reuelare,vt procu-
rent diuortiũ:vel ſe habeãt vt frater & ſoror:vel vt dicatur ſu
periori ſubminiſtratis probationibus vbi oportet : quia cùm
ſit prælatus,teneť ad illud præceptũ, Si peccauerit,&c.Si ve-
rò ſcit aut credit probabiliter quòd probari nequeat:non te-
netur,ſecundũ eundem.eis dicere: niſi credat probabiliter ꝙ
parati ſunt ſuper hoc acquieſcere bonorũ cõſilio, ſiue emen-
dare:vt colligitur ex dictis S.Tho.de correctione fraterna.Si
verò matrimoniũ ſit cõtrahendũ,moneat ſecretè vt deſiſtãt:
& ſi contrahunt,benedicat nuptias,quando aliter facere non
poteſt,niſi manifeſtatione confeſsionis.ar.quod not.gl.& do
8 ctores in c.vnico.de ſeru.in or.fa.¶Decimotertiò,†quid ſi ſa
cerdos commiſit aliquod mortale,quod confiteri non poteſt
niſi reuelãdo confeſsionem?Et dicit Aſten.poſt Rich.& Sco.
quòd non debet confiteri eo caſu durante : ſed ſufficit con-
fiteri cum intentione confitendi quando ſine præiudicio po-
terit dicti ſigilli:quia fortius eſt vinculum ſigilli quàm cõfeſ
ſionis.¶Decimoquartò,†quid ſi Abbas ſcit per cõfeſsionem 9
peccatum prioris vel alterius ſubditi ſibi,cuius peccati occa-
ſio eſt prioratus vel aliud officium? Et dicit S.Tho.in iiij.di.
xxj.quòd prælatus abſq; læſione cõſcientiæ poteſt impunitũ
relinquere peccatũ quod ſcit vt Deus:nec vllum tenetur adhi
bere remedium,niſi eo modo quo defertur ad ipſum,id eſt,
tantùm in foro pœnitẽtiali monẽdo vt reſignet officio. Vel
poteſt ipſum ex aliqua alia occaſione abſoluere:ita tamen
quòd omnis ſuſpicio de reuelatiõe cõfeſsionis euitetur: aliàs
peccaret tanquam reuelans confeſsionem:vt dicit in v.quol.
Hæc ex illo.Sed adde ſecundum mentem Richa.quòd opor-
tet vitari ſuſpicionem cõfeſsionis:ſic quòd nec ipſe, nec alius
credat eum propter confeſsionem abſolutum: aliter ipſe vel
alius redderetur pronior ad celanda peccata.Et hoc ſequitur
Sum.Roſ.& innuit.Sum.Ang.ſed ego credo hoc verum quo
ad alium:non autem quo ad ipſum pœnitentem: quia vt pa-
tet ex San.Tho.in v.quol.quæſt.x.quando prælatus ſine ma-
nifeſtatione peccati poteſt eum amouere ab officio pericu-
loſo in poſterũ,hoc facere poteſt & debet : licet melius eſſet
eum ad ceſsionem inducere.Nec obſtat quòd efficaretur ꝓ-
nior ad celãda peccata:qa melius eſt cauere ne peccata fiãt,
quàm ne facta celentur:quia ſi non fiunt, non celantur: non
econuerſo.¶Decimoquintò , quæritur vtrum ſi quis per au-
dita in confeſsione ſcit vel credit aliquem indignum præla-
tione,& interſit ꝓmotioni eius,poſsit reclamare? Et dicit S.
Tho.in iiij.di.xxj.quòd ex multis cauſis alijs quàm ex pecca-
to redditur quis indignus prælatione:vt ex defectu ſcientiæ,
ætatis,vel huiuſmodi:vnde qui contradicit,nec ſuſpicionem
de crimine facit,nec reuelat cõfeſsionem.hæc ille.Poſito ta-
men quòd reuelãdo faceret ſuſpicionem de crimine: vt quia
nihil aliud ei obijci poteſt:& reclamans putatur nõ reclama-
re,niſi pro crimine occulto:reuelator eſſet confeſsionis.
¶Decimoſextò,†vtrum ſciens per confeſsionem Socratis, 10
ipſum cum Platone peccaſſe,qui hoc peccatum confitendo
non dicit:poſsit ipſum Platonẽ de hoc interrogare? Et dicit
Sum.Ang.quòd ſic in genere:licet dicere non poſsit ꝙ alius
ſibi reuelauerit.Sed tu adde ꝙ etiam hoc poteſt in ſpecie,qñ
non inſurgit ſuſpicio probabilis de confeſsione alterius:vt ſi
eſt de more confeſſorũ interrogare de talibus: tñ non licet
interrogare de perſona Socratis:quia iam ſuſpicio oriretur.
¶Decimoſeptimò,† vtrum ſciens per cõfeſsionem aliquem 11
excõmunicatum,teneatur illum euitare , ſaltem in ſecreto?
Et dicit Rich.ꝙ non.& caput,cum non ab homine.de ſentẽ.
excom.quod videtur ſonare contrarium , dicit illud intelligi
quando ſecretò ſcitur aliter quàm per confeſsionem. Scot.
tamen tenet quòd eum vitare debet,ſi põt ſine ꝓditione:ali-
ter non tenetur vitare,ſed tenetur nõ vitare:quia fortius vin-
culum eſt ad celandũ per legem naturæ & diuinã & eccleſia
ſticam , quàm ad vitandum. ¶Decimooctauò,quid ſi ſacer-
dos ſciat per cõfeſsionẽ,eccleſiã pollutam coitu vel alia cau-
ſa?Et dico ꝙ epiſcopo reuelare nõ põt,niſi ceſſante omni ſu
ſpicione criminis cõfeſsi:vt patet ex dictis.& ar.de adul.ſigni
ficaſti.& de off.or.ſi ſacerdos.Quidã autem dicunt ꝙ nec in
genere debet reuelare.quod verũ eſt, ſi ſit omnino occultũ
quia tũc reconciliatione nõ indiget.¶Decimononò,†quid ſi 12
duo aliqui cõſtituerũt occidere ſacerdotẽ comitãtẽ cum eis:
vnus pœnitentia ductus hoc illi cõfitetur:nũqd retrocedere
põt vbi ventũ fuerit ad ſyluã,aut declinare,ſi ex hoc reliquo
innoteſcat de cõfeſsionẽ?Et dicũt qdam ꝙ ſi aliã occaſionẽ
inuenire nõ põt,ex qua cõfeſsio nõ probatur,tenetur intrare
ſyluam:& ſi occidatur,erit martyr. Sed Scot.in iiij.diſti.xxj.
tenet

tenet quòd non tenetur intrare:nec debet reputari reuelator cõfeſsionis,niſi aliquid faciat quod ex ſui natura prodat peccatũ cõfeſſum:cuiuſmodi non eſt,à ſylua diuertere:nec eſſe illicitum confeſſori ſignũ de ſe indifferens ad ſignificandum tale peccatum eſſe confeſſum vel nõ ſignificandum:licet aliquibus ſit ſignum magis determinatum ex aliquo præſuppoſito,non ex ſe eſt ſignum reuelatiuum confeſsionis.quod quidem dictũ Sco.verum puto,vt dicit generaliter: niſi cũ ſigno indifferenti adeſſet intentio ad reuelandum. ¶Vigeſimò,

23 †vtrum ſit eadẽ ratio de ſigillo cõfeſsiõis & de ſigillo ſecreti? Et dico ꝙ ſecundum omnes doctores in hoc conueniunt iſta duo ſigilla,quòd quilibet habens aliquid ſub eis, illud celare tenetur:vt etiã innuit Scot.in iiij.diſtin.xxj.ſi ille.qui aliqua dicit,non exprimat ꝙ dicat ſub ſigillo ſecreti , dummodo hoc intelligatur:vel etiam ſi res eſſet de ſe talis naturę ꝙ meritò celari debet: vt quia eſt in ſcandalũ alterius, vel huiuſmodi:& reuelans aliquid cõtra hæc ſigilla,mortaliter peccat,& crimen proditionis incurrit, ſecundũ Rich. niſi fortè excuſet inaduertentia in re nõ magni põderis. Sed in hoc eſt differentia:quia ſigillum confeſsionis obligat in omni caſu: non autem ſigillum ſecreti:ſed reuelari poteſt in duobus caſibus,ſecundũ S.Bona.in iiij.Primò quando id exigit veritas: puta quia vergit in periculum aliorum.Secũdò , ſi obediẽtia cogit:contra quæ duo iuramentum vel promiſsio non valet. quod dictum S.Bon.ſic intelligo:quia ſi conſtat ſecretũ vergere in periculum aliorũ,ex debito veritatis ſiue iuſtitiæ qs non ſolùm poteſt,ſed debet propalare.Si verò nõ cõſtat, ſed eſt dubium: hoc poteſt,ſi obedientia requirat: quia in dubijs regulariter obediendum eſt,ſecundum S.Th. in quolſ.Si aũt cõſtat ſecretũ nulli preiudicare:nullus tenet̃ etiã pręcipiente ꝑlato,ſcd̃m Henr.de Gan.quoli.ix.& hoc vide j. Teſtis.§.viij.

## De Confeſſore primò quis ſit.

1 *Confeſſor, cui ſacramentalis confeſsio facienda eſt, quiſnã ſit? Et quibus ligandi atq; diſſoluẽdi poteſtas conceſſa licatur? Et num laicus quãdoq; legitimus confeſſor & idoneus eſſe poſsit?*

2 *Sacerdos proprius,ſiue confeſsionis propriæ legitimus auditor, quiſnam dicatur,& quotupliciter?*

3 *Sacerdos perſonarum eccleſiaſticarum,quis proprius ſit? Et quis ſecularium?*

4 *Confeſsionis audiendæ quis authoritatem & poteſtatem alteri committere,& de cuius licentia ac permiſſu confeſsionis audientia committi poſsit?*

5 *Ordinis executionẽ nõ habentes, num audiendæ confeſsioni cõmitti & deſtinari poſsint? Et quid de prædicationis,inquiſitionis,aut alius cuiuſuis officij munere delegãdo & cõmittendo?*

6 *Cõfiteri nõ proprio ſacerdoti,nũ quãdo liceat? Et quot caſibus?*

7 *Confitendi cui velit,qui ab epiſcopo facultatem habet generalem quandiu eadem vti poterit?*

8 *Confeſſorem eligere ſibi,quinam poſsint? Et qui minimè? Et an tantum conſuetudo,quantum priuilegium poſsit?*

9 *Confeſſoris electi ab eo,qui id poteſt, quatenus in abſoluendo eius poteſtas porrecta eſſe intelligatur?*

10 *Vagabundi,ſcholares, mercatores, mercenarij, ſtipendiarij & id genus homines,in aliqua parochia commorantes num ab eo abſolui poſsint,abſquo & parochiani,ſi ibi domicilium non cõtraxerint? Et an ſola habitatio quem alicuius eccleſiæ parochianum efficiat? Et quid de peregrinis,viatoribus & mercatoribus diſcurrentibus,& qui diuerſis locis commorantur?*

11 *Forum num quis ratione delicti ſortiatur?*

12 *Sacerdos proprius num ſubditũ ſuum vbiq; audire poſsit? Et quid de mẽdicantibus? Et an ſacerdos vnus parochialis poſsit alium audire & abſoluere?*

13 *Sacerdos proprius requiſitus à ſubdito,vt ipſi alteri confiteri liceat,an facilis in concedendo eſſe debeat? Et quid ſi ſubditus dicat parochiano ſacerdoti,ſe alteri confeſſum,an illi credere debeat,vt Euchariſtiam eidem tradat? Et qualiter debeat intelligi dictum de impedimento excommunicationis?*

14 *Sacerdos parochialis,num quoties confiteri voluerit ſubditus, audire eum ex præcepti neceſsitate teneatur? Et quid ſi audire noluerit?*

15 *Confeſsio ei facta,qui de iure beneficium non tenebat, an efficax ſit,& teneat?*

16 *Confiteri,num aliquo caſu, cuilibet ſacerdoti liceat, etiam præciſo,ſcilicet excommunicato,vel hæretico? Et an huiuſmodi quis confiteri teneatur? Et qui occultè & ſcienter excommunicato confitetur , extra neceſsitatis caſum,an peccet,& qualiter:& num debeat repeti & iterari confeſsio?*

CONFESSOR,† id eſt,cõfeſsiõis auditor,cui ſacramentalis cõfeſsio faciẽda eſt,quis ſit? Et dico primò ſecundum S.Tho.in iiij.di.xvij.& omnes doctores,quòd eſt ſolus ſacerdos regulariter:quia ſolis ſacerdotibus data eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi à domino dicente Ioan.xx.quorum remiſeritis,&c.de pœ.diſ.j.verbum Dei.quod de mortalibus intelligendum eſt:quia venialia remitti poſſunt per confeſsionem factam laico,ſecundum S.Thom.in iiij.vbi ſuprà.In caſu tamen neceſsitatis,puta mortis,fieri poteſt laico,etiã de mortalibus:quia ſicut baptiſmus ex hoc quod eſt ſacramẽtum neceſsitatis:habet miniſtrum duplicem,ſcilicet ex officio,& ratiõe neceſsitatis:ita & pœnitentia.Qui laicus licet abſoluere nõ poſsit:tamẽ ſupplet ſummus ſacerdos,ſecũdum eundem ibi.Et ſi abſoluit vt ſacerdos,nihilo minus reiteranda eſt confeſsio neceſſariò,quando poſsibile fuerit:& laicus,ſecundum aliquos,efficitur irregularis:ſicut & ſi celebraret. Sed tamẽ iſti nõ bene dicunt:quia nullus iudicari debet irregularis niſi vbi eſt expreſſum in iure.de ſent.excom.is qui.lib.vj. ¶Dico ſecundò quòd in neceſsitate confiteri laico de mortalibus non eſt præceptum,ſed cõſilium tantùm,ſecundũ Pe. Veruec.Sco.Richar.& Sum.Con.& Piſ.& conſentit S. Tho. dicens,ei fieri poſſe confeſsionem:nõ autem dicens quòd neceſſariũ vel debitũ.Et magiſter dicẽs,ei debere fieri loquitur de debito honeſtatis,vel de bene eſſe:nõ de debito neceſsitatis,vt videtur innuere.Vnde leuiter Sũ.Ang.adſcribit magiſtro & S.Thom. quòd ſentiant peccatorem ad hoc teneri. ¶Dico tertiò,ſecundum Sã.Thom. quòd non à quolibet ſacerdote poteſt quiſq; abſolui,ſed ſolùm à proprio,vel ab eo cui licentiam dederit proprius ſacerdos.de pœn.& re.omnis aut proprius prælatus,etiam ſi non ſit ſacerdos,ſecundũ Archid.Et ratio eſt: quia abſoluere nõ poteſt quis aliquẽ vel ligare,niſi ſuper eum habeat iuriſdictionẽ. Sed tamen hic nota ſecundũ Pet.de Pal.quòd ꝓprius ſacerdos dupliciter dicitur.Primò ſcilicet propriè & ſtrictè:& eſt ſolùm is,qui abſoluere poteſt iure ſuo ordinario, non habens hoc ex cõmiſsione.& ſic ſumitur cùm dicitur quis poſſe confiteri de licentia eius.& cùm dicit Hoſtien.quemlibet tres habere proprios ſacerdotes,ſcilicet curatum,epiſcopum,& papam. Et ſecundò largè:& eſt is,qui abſoluere poteſt iure ordinario vel delegato.quod dupliciter eſt:vt §.ſequenti. Et ſic ſumitur cùm dicitur quòd tenetur quilibet cõfiteri ꝓprio ſacerdoti. ¶Primò †verò quæritur,quis ſit proprius ſacerdos, largè, id eſt, propriæ confeſsionis legitimus auditor? Et dicit Richa.in iiij.di. xvij.quòd proprius ſacerdos tripliciter dicitur. Primò,ex iuriſdictione ordinaria,vt ſacerdos parochialis,epiſcopus,& papa. Secundò,ex iuriſdictione delegata: vt is,cui audiendi poteſtas cõmittitur ab aliquo iſtorum trium, vel legato papæ. Tertiò ex iuriſdictione à iure conceſſa vel permiſſa , quæ ſcilicet poteſt dici delegata pro quanto iſtam licentiam tales ſacerdotes alteri conferre poſſunt:vt ſunt,inquit,illi quos epiſcopi vel abbates exempti eligunt in confeſſores. de pœ. & remiſ..ne pro dilatione.Et idẽ eſt de eo qui audit in articulo neceſsitatis:& ſimiliter de parochiali,cui confiteri voluerunt vagabũdi,nullũ habentes domiciliũ:vel peregrini,q volentes cõfiteri de cõmiſsis poſtquàm receſſerũt à iuriſdictione illius,in cuius poteſtatẽ habẽt domiciliũ.ſed de hoc infrà. Ex his.& ex Pan.in c.omnis.de pœ.& re.& ex Card.in cle.dudum.de ſepul.collige ꝙ proprius ſacerdos largè dicitur. Primò, Papa in toto mũdo.Secundò,legatus,& eius pœnitẽtiarius in tota ſua prouincia.Tertiò,archiepiſcopus dum viſitat in tota diœceſi ſuffraganei ſui de pœ.& re.noſtro.& tunc poteſt alijs cõmittere,ſecundũ Dire.Quartò,epiſcopus in tota ſua diœceſi.Quintò,archipresbyter eccleſiæ cathedralis,qui in hoc cẽſetur vicarius epiſcopi.de off.archi.officiũ.Sextò,vicarius generalis epiſcopi, quorũ vterq; audire poteſt omnes de diœceſi.ar.l.cũ pretor.ff.de iud.& in d.c.officiũ.Septimò, presbyter parochialis in tota parochia.Octauò,vicarij ꝓpetui ſacerdotũ parochialiũ.Nonò, omnes vicarij prædictorũ, qui poſſunt habere vicarium:& eadem ratione omnes habẽtes licentiã ab eis.Decimò,is qui eligitur à prælato, cui à iure permittitur eligere cõfeſſorẽ.de quo infrà.§.viij.& ix. Vndecimò,ſacerdos parochialis reſpectu vagabundorum,id eſt, nõ habentiũ domiciliũ certum,vel habitationem,vt exponit glo.& Bar.in l.dies.§.prætor.ff.de dam.infec.& Pan.in c.fin. de foro cõpe.& idem de omnibus non habentibus proprium domicilium.Sed pro intellectu dictorũ in hoc §.vide ſequentes vſque ad octauum incluſiuè.

3 ¶† Secundò quæritur ſpecialius,quis ſit ꝓprius ſacerdos largè perſonarum eccleſiaſticarum? Et dicò quòd Papa in foro exteriori abſolui nõ poteſt: quia nec excõmunicatione ligari,cũ ſuperiore careat:in foro autem pœnitentiali ligari poteſt peccator. & Chriſtus eũ ſine remedio non reliquit,ſed habet confeſſorem quẽcũq; elegerit,q authoritate Chriſti poteſt eum ſoluere & ligare : qa ſicut à principio quilibet ſacerdos poterat quemlibet ſe ſibi volentem ſubijcere abſoluere:ita & nũc eſt quantũ ad eum qui nulli ſubijcitur.Qui verò ſunt de familia Papæ, propriũ habent ſacerdotem ſummũ pœnitẽtiariũ cũ Papa:quia nulli alij ſubſunt.Secus de capellanis eius per mundũ diſperſis: qa propter hoc ab alijs non ſunt exempti.Cardinaliũ autem cõfeſſor eſt,quem eligunt,ſi ſunt epiſcopi:& idem eſt ſi ſunt legati:quia ſunt prælati vel exempti.Si verò nec epiſcopi ſunt nec legati,ſed ſimplices Cardinales,ſecũdũ Hoſt.aliũ nõ habent quàm Papam & ſummũ pœnitentiariũ: tutius autẽ eſt eos habere à Papa licentiã eligẽdi confeſſorẽ.Familia verò cõmenſalis eorum,de licentia eorum poteſt eligere cõfeſſorem:quia de cõſuetudine ſunt eis ſubditi,ſiue ſacerdotes,ſiue alij:vel fortè ſummus pœnitentiarius eſt quaſi curatus reſpectu omniũ manſionariorũ curiæ.Patriarchæ verò,primates, archiepiſcopi,& epiſcopi habent confeſſores ſuos ſuperiores mediatos:epiſcopi quidem archiepiſcopũ:ille primatem: ille patriarcham:ille Papã:& hoc niſi ſint exempti:& nihilo minus quilibet iſtorũ poteſt eligere confeſſorem: extra de pœ. & re.c ſi.vt dictũ eſt. Familia autẽ epiſcopi vel archiepiſcopi ſecundũ Hoſt.ſi ſit in aliena diœceſi,idẽ videtur qđ de familia alterius principis laici.Si verò ſit in diœceſi propria, ei cõfiteri debet,vel illi,cui ipſe mandauerit: ſed & proprio ſacerdoti,de cuius parochia eſt,cõfiteri qs poteſt. Inferiores verò prælati non exempti habent pro cõfeſſore epiſcopũ,aut eius vicarium,ſi epiſcopo immediatè ſubſunt:ſicut abbates,decani,præpoſiti,& archipresbyteri rurales habent epiſcopum, quando ille decanatus eſt annexus curæ: priores verò qui ſubſunt abbatibus,illis,& epiſcopo ſubſunt.Non prælati verò ſuis ſubſunt immediatè curatis,ſiue abbatibus,ſiue prioribus,ſiue decanis,quãdo ſunt de collegio,vel ſimplicibus curatis,qñ in parochijs cõmorãtur : clerici verò chorales ſubſunt ei,qui præeſt choro in exterioribus , ſiue cantor ſit,ſiue ſubcentor:ſed quantũ ad forũ cõſcientiæ,ſolus decanus videt̃ curatus eorũ.hæc omnia ex Pet.de Pa.Quibus adde ex Pan. in d.c.ſi.ſiue ne,ꝓ dilatione.de pœ.& re.quòd ratio cõceſsionis eligẽdi cõfeſſorẽ fuit diſtãtia à ſuperioribus:quę tñ,inqt, non eſt ratio ſufficiens eligendi confeſſorẽ propria authoritate,cùm ibi opus fuerit priuilegio Papæ.quod intellige niſi in neceſsitate,id eſt,mortis articulo:& niſi quis ſit in itinere, vel alibi habeat domiciliũ aut habitationẽ,iuxta dicẽda in ſequentibus. De proprio parochiali infrà eod.§.xv. ¶Tertiò quæritur,quis ſit proprius ſacerdos largè ſeculariũ ꝑſonarũ? Et dico quòd rex habet epiſcopũ,in cuius ciuitate eſt ſedes regni,id eſt,in qua inungitur & coronatur, nõ in qua plus morat̃.Principes verò minores,ſi habent plures ciuitates ſub ſe, à ſede principali ducatus vel comitatus domiciliũ ſortiũtur: niſi qñ non habent ciuitatẽ vnã alia potiorẽ:quia tunc ſecundum Hoſt.ab vtroq; epiſcopo licentiã accipiũt,vel à Metropolitano.quòd dictũ quantũ ad Metropolitanũ nõ eſt verũ: qa nullus ſubditus ſuffraganei eſt ei ſubditus immediatè,niſi quando viſitat.De illo verò principe, qui habet dominiũ in diuerſis diœceſibus,ſed nõ ſuper ciuitatẽ,multo magis videtur ꝙ hoc poſsint petere ab epiſcopis, vel illo ſcilicet in cuius diœceſi principaliter habet dominiũ: vel ab vtroq;,ſi æqualiter in duabus:quia abſurdum eſſet ꝙ à tot curatis haberet hoc petere,quot in ſuo dominio includuntur.Domini verò in eadẽ diœceſi in diuerſis villis habentes dominiũ, & ita ꝙ nulla ſub ſe nõ cõtineat multas parochias, maximè ſi vna nõ ſit principalior:nulli curato ſubſunt, ſed immediatè epiſcopo:ſi verò in vna villa ſit principaliter dominiũ,in qua nõ ſit niſi vna,vel non ſint multæ principales:Curatus eſt ſibi ſacerdos proprius citra epiſcopũ. Balliui aũt ſi nullibi habent manſionẽ,niſi ſecũdũ quod aſsiſtere requirunt̃,vbiq; poſſunt confiteri epiſcopis ciuitatũ vel curatis,in quorũ parochijs eligunt hoſpitiũ:ſi autẽ alicubi principaliter degũt,habẽt parochianum loci.Et idẽ de præpoſitis & ſeneſchalis,licet habeãt domos parẽtũ extra balliuiã,præpoſiturã vel ſeneſchaliã:qa per hoc officiũ quaſi cõtrahendo forũ ſortiunt̃. Cæteri verò burgenſes,& alij laici in poteſtatibus nõ cõſtituti illis curatis ſubſunt,in quorũ parochijs degũt principaliter:vel ſi in duabus æqualiter:in qua manent tunc qñ volunt confiteri, illius parochiani ſunt.hæc Pet.de Pal.Quibus adde ſecundũ Hoſt. quòd Imperator & Imperatrix de antiquiſsima cõſuetudine cõfitentur capellanis ſuis,qui habent curã animarũ ſuarum. Sed,vt dicit Pet.de Pal.nulla cõſuetudine introduci poteſt vt præter proprij ſacerdotis licentiã aliqs poſsit ſibi eligere cõfeſſorẽ.de pœ.& remiſ.c.ij.lib.vj.niſi diſsimulatio Papæ ſit licentiatio.hęc ille.Et idẽ intellige ſi alius proprius ſacerdos det licentiã interpretatiuè,ſcilicet diſsimulãdo.Tutius tamẽ eſt in omnibus prædictis vt habeatur à Papa licentia eligẽdi confeſſorem.

¶† Quartò quæritur,quis poſsit licentiare ad audientiã cõfeſsionis? Et dico ſecundum Pet.de Pa.ꝙ omnis proprius ſacerdos qui iure ordinario poteſt confeſsiones audire,poteſt hoc alteri cõmittere:quia habet cauſam meri imperij.Eſt autem,ſecundum eum , ordinarius primò quicunq; habet curam animarũ per electionem. vnde licẽtiare poteſt quemlibet ſubditũ ſuum ad confitendũ alteri.Et ſecũdò quicunq; ex officio annexo hoc habet:licet nõ ſit per electionẽ. Et tertiò gerens vicem curati per legem aut conſuetudi- 4

nem, ſicut prior factus per abbatem, qui eo viuente erat delegatus non potens ſubdelegare: eo mortuo vel amoto, eius vices in omnibus obtinens eſt quaſi ordinarius, quantū ad hoc: vnde licentiare poteſt ſubditos de cōfeſſione. Et idem videtur de ſuperiore, amoto priore, vel vicario, cū conuentus non habet priorem. Et quartò archipresbyter, cū eſt vna præbēda ſacerdotalis, cui ex officio eſſet annexum officium audiēdi confeſſiones eorū de diœceſi extra ciuitatē: & multo magis ſi de ciuitate. Sed ſi pœnitentiarius non habet hoc officiū ex ſua præbenda, ſed ex cōmiſſione viuæ vocis epiſcopi: talis eſt delegatus, & non ordinarius. Et quintò legatus in vtroq; foro. Vn̄ ſicut in exterioribus dat iudices delegatos: ita etiā habet duos pœnitentiarios. Et ſextò ſummus pœnitentiarius in ſpiritualibus tantū bene habet pœnitentiarios ſuos: & cōcedit etiam licentiam eligendi cōfeſſorem: ſimplices autem pœnitentiarij Papæ quanuis ſint delegati Papæ, & poſſint omnes de toto mundo audire: non tamen poſſunt ipſi ſumere adiutores, nec dare licentiā confitendi. Et ſeptimò decanus ruralis, qui & archipresbyter dicit̄, ſi decanatus ſit annexus alicui ſpeciali curæ, reputatur ordinarius in parochijs ſui decanatus poſt epiſcopū: ſupra curatos etiam videtur ordinarius curatorū: & ſic curati de licentia eius nō ſolùm epiſcopi poſſunt confiteri. Si autē illum decanatū epiſcopus vel archidiaconus cōfert modò huic curato, modò illi, videt̄ delegatio: & hoc reſpectu criminū ſiue caſuum cōmuniū. Archidiaconus autem licet ſit iudex ordinarius de cōſuetudine: tamē nō in foro conſcientiæ, etiā ſi ſit ſacerdos: quia hoc accidit ſuæ poteſtati: vnde ſi audire poteſt, ex cōmiſſiōe eſt: & ſubdelegare nō poteſt. Si poteſtas iuriſdictionis vna eſt apud plures, & nō apud quemlibet inſolidū: vt ſi capitulum, ſede vacante, gerat vices epiſcopi in tēporalibus vel ſpiritualibus, & nullus eorū per ſe eam cōmittere poteſt, etiā decanus: vnde totū capitulū & nō vnus ponet pœnitentiariū. Secus ſi perfectè & inſolidū reſidet apud quēlibet: ita quòd vnus ſine alio per ſeipſum poteſt de cauſa cognoſcere: qa tūc vnus ſine alio cōmittere poteſt, etiā minor ſine maiore: ſicut curatus ſine epiſcopo. Vn̄ vicarius curati ſine licentia epiſcopi audit confeſſiones ſubditorū curato. hæc omnia Pe. de Pal. ſed vide infrà Delegatus.

5 ¶† Quintò quæritur, vtrū non habentes ordinis executionē licentiari poſſint ad audiendas confeſſiones à proprio ſacerdote, vel alio qui executionē ordinis dare non poteſt? Et dico quòd vt patet ex Arch. in c. perlectis. xxv. di. & Pan. in d. c. omnis. tripliciter dicitur qs nō habere ordinis executionē. Primò, quia non habet velle vel nolle, vt religioſus. Secundò, qa eſt excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus, & huiuſmodi. Tertiò, quia nō habet populum ſibi ſubiectū: ſicut religioſi à ſuis prælatis habilitati: & oēs ſacerdotes ſeculares nō habentes curā animarū. Primi, ſi ſunt exēpti, abſoluere nō poſſunt nec ligare ex licentia ſacerdotū parochialiū vel epiſcoporū, niſi à ſuis prælatis habilitentur. Vn̄ ſecūdū Arch. nō debēt ſine licentia ſui ſuperioris audire confeſſiones habētiū licētiā eligendi cōfeſſorē etiā à Papa: ſicut nec cōſentire electiōi de ſe factæ, extra de elect. ſi religioſus. lib. vj. niſi Papa nominatim religioſum exprimeret. Et idē eſt de prædicatione, inqſitione, vel alio officio. Si tn̄ eo caſu abſolueret ſine licentia prælati ſui, vt dicit Arch. nō oportet cōfeſſionē iterari. Secūdis verò dari non pōt licētia audiendi cōfeſſiones, niſi prius habilitentur ab eo, qui tale impedimentū remouere pōt. Tertijs autem cōcedi pōt audiendi licentia, non ſolùm ab his, qui habent curā, ſpecialiter ipſis cōmittendo: ſed etiā generaliter dando licentiam ſubditis ipſorū, vt quencūq; voluerint eligant confeſſorem. Nec obſtat glo. in d. c. omnis. & in cle. j. de priuil. quæ tenet quòd vigore talis licentiæ non poſſit: eligi ſacerdos religioſus vel ſecularis non habens curam. quod ſequitur Paul. diſtinguens: quia ſi proprius ſacerdos hoc cōmittat alieno: nō eſt vis vtrū habeat curā nécne: qa nō audit iure proprio, ſed tanquā delegatus. Si aūt dat licentiā ſubditis eligendi confeſſorē: procedūt dictæ gl. quia eo caſu cū ſacerdos alienus nō ſit delegatus proprij, oportet hoc eſſe per modum prorogationis ſiue extēſionis, quæ prorogatio fieri non poteſt, cū ille non habeat curā: quia priuatorū conſenſus nō poteſt facere iudicē eū, qui nulli præeſt iuriſdictioni. de fo. cō. ſignificaſti. quod etiā ſequitur Pan. in d. c. omnis. & d. cle. j. & dicit ſequi cōmuniter doctores. Nec obſtat, inquā: quia dico quòd quilibet ſacerdos, ex quo eſt ſacerdos habēs claues, habet poteſtatem ligandi & ſoluēdi, & iuriſdictionem in habitu: licet exercitiū nō habeat ex defectu ſubditorū ſiue materiæ: Vnde cùm ſibi materia exhibetur, per talē licentiā exercere poteſt ſuā poteſtatē quam habet, & abſoluit propria autoritate. Et facit l. j. ff. de iud. vbi patet quòd iuriſdictio nō habētium ſubditos actu, poteſt per alios prorogari. Et hoc tenet Hoſt. & Pan. dicit ſibi nouiſſimè placere. Iura autē in contrarium allegata loquuntur in nō habēte prorſus iuriſdictionem. Satis concordat S. Tho. in quarto, diſti xvij. dicens quòd idcirco alicuius confeſſionē audire nō poteſt, quia nō habet iuriſdictionem in ipſum audiendum, poteſt ei committi per quencunq; habentē iuriſdictionē ſuper illū: ſed ei qui audire non poteſt, quia non habet ordinis executionē, concedi non poteſt, niſi per eū qui hoc impedimentū poteſt remouere. addit S. Tho. quod non ſit iniuria proprio ſacerdoti, ſi per ſuperiorem, vbi plebi & honori diuino videtur expedire, alij huiuſmodi licentia cōcedatur: quia poteſtas iuriſdictionis eſt alicui cōmiſſa in ſuum fauorem: ſed in plebis vtilitatem ad honorem Dei. Nec tenetur ſubditus iterū petere licentiam à proprio ſacerdote: licet hoc dicat Ber. in quadam gl. in c. omnis. quæ gl. per Clementem quartū tanquā omninò damnata fuit, in quodā priuilegio Prædicatoribus & Minoribus indulto, quod incipit, quidam timere. vbi dicitur quòd hi quibus à ſuperioribus cōmittitur, audire poſſunt etiam ſacerdotibus parochialibus contradicentibus & inuitis. Et hoc etiam tenet Io. And. de pœ. & re. ſi epiſcopus. lib. vj. Similiter nec tenetur ei iterum illi confiteri: vt in extraua. Io. xxij. tur. Sed propter ſtatutū eccleſię de cōfitendo ſemel in anno debet ſe illo modo habere quo & habēs venialia ſolùm: licet declaret ſe confeſſū, vt ei ſacramēta miniſtrari poſſint: vt notatur ſecundum Pe. in Sum Con. lib. iij. titu. xxxiiij. qdē declaratio nō ſufficit ſi epiſcopo fiat, vt dicit Suppl. tum, niſi ille haberet ſacramenta miniſtrare: qa aliàs ceſſat ratio debiti præſentādi ſe illi, qui habet ſacramēta miniſtrare.

¶† Sextò quæritur an in aliquibus caſibus quis confiteri poſſit alteri q̄ proprio ſacerdoti ꝓpriè dicti, id eſt ordinario? Et dico ꝙ ſic in multis, ſcd̄m Arch. & Pet. de Pal. & Hoſt. ¶ Primò, propter ſacerdotis proprij indiſcretionem: ſcilicet eſt omnino indiſcretus & ignarus vel ineptus: ſub quo etiam cōprehēditur ſi ſit ſolicitator ad malum, vel reuelator confeſſionū, vel talis quòd ex confeſſione ſibi aut pœnitenti periculū immineret: quo caſu ſecundū Hoſti. habet ipſe licentiam adeundi alium, de pœni. diſt. vj. placuit. Sed alij dicunt quòd licentiā petere debet ab eo vel à ſuperiori: vt dicitur in d. c. omnis. quòd quādo ex iuxta cauſa voluerit alteri confiteri, licentiam petat à proprio ſacerdote: & hoc verum ſi ſit ex culpa ipſius ſacerdotis, ſecundū Petrū de Palude: culpa eius ſuperiori nocere non debet: ſicut proprio ſacerdote mortuo vel excommunicato, non eo ipſo licet alium adire, ſed recurrere oportet ad epiſcopum. Et debet ſacerdos credere pœnitenti, & alleganti ſaltem in genere iſtam cauſam: quia nō eſt veriſimile quòd quis cum fallacijs adeat pœnitentiam, ſecundum gl. in c. placuit. de pœ. diſt. vj. In hoc autē quòd petere licentiā debet ab ipſo, vel adire ſuperiorē, cōcordat S. Tho. Pet. Alberi. Inn. & Gul. & ſi ab eis licētia negatur: ſecundū eoſdē, idē eſt ſicut de eo qui eſt ſine copia cōfeſſoris, & liberè pōt aliū adire, ſecūdū Pe. Et intelligo ſecūdū eū, ſi habere nō pōt à ſuperiori inferiore ipſo papa: qa inquit ad papā nō eſt facilis recurſus. Et intelligo ſi nō pōt habere à curato proprio vel immediato prælato, & ſuperiorē cōmodè adire nō poteſt. quod ſi nec aliū habere pōt, ſecundū prædictos, cōfiteatur peccatū in genere, tacito eo ex quo malū prouenire poſſet. Cauſa tamē ſufficiēs ad petendū iſtam licentiā, qua negata poſſit aliū adire, eſt ex qua ſequi poteſt probabiliter malū corporis, aut animę, aut famæ: non autē ex qua ſequitur bonū: puta diligētior cuſtodia pecoris. Vnde hic multi falluntur credētes iuſtā cauſam eſſe: quia de cætero prælati eos ſuſpectos habebūt, & diligētius obſeruabunt, aut nō ita reputabūt. Vnde dicit Veruec. Nō credo ꝙ ſola erubeſcentia ſit cauſa ſufficiens quare pœnitens abſolui debeat quòd non confiteatur proprio ſacerdoti. ¶ Secundò, propter domicilij trāslationē: de quo j̄. §. x. ¶ Tertiò, cū quis eſt vagabūdus. de quo ſ̄. §. j. ¶ Quartò, quādo domiciliū quærit, qui nō habet quò ſe conferat quouſq; alicui ſe ſubdat: nā & is ſine domicilio eſt. ff. ad municipa. l. Labeo. in princi. & l. eius. §. Celſus. Et de peregrinis quidē & multis alijs dic vt j̄. §. ij. ¶ Quintò, ratione delicti commiſſi in aliena parochia. extra de rap. c. j. vj. q. iij. placuit. Quod verum eſt ſi concurrat excōmunicatio, ſicut ſit in furtis: quia ad excommunicatorem mittēdus eſt abſoluēdus, ſecundū Gofr. & Ray. & Tho. in eo quod dicitur quis forū ſortiri ratione delicti, vt in Sum. Con. li. iij. tit. xxxiiij. q. xxxiij. Si tamē peccatum ſit occultum, & nō cōcurrat excommunicatio: abſolui poteſt à proprio ſacerdote, ſecundum Arch. & Sum. Piſ. Sed de hoc infrà. §. xiij. ¶ Sextò, ratione ſtudij, vt ſcholares, etiam ſi non ſint niſi per annum in ſtudio moraturi: quia non habent licentiam de pluri: vel quia ſic volunt: vel quia de parochia in parochiam mutantur. ¶ Septimò ratione neceſſitatis: vt quia infirmatur ad mortem: vel debet intrare iuſtū bellū vel mare, & deeſt proprius ſacerdos: quia in mortis articulo omnis ſacerdos ab eccleſia nō præciſus authoritate iuris ſit ſacerdos ꝓprius. de of ſi. ordi. paſtoralis. imò ex hoc qd̄ habetur de cōſe. di. iiij. ſanctum. videtur quòd etiā laicus in huiuſmodi neceſſitate poſſit excōmunicatū recōciliare, ſi nō eſt ipſe præciſus: licet abſoluere non poſſit à peccatis audiendo confeſſiōes. ſ̄. Abſolutio, primò. §. v. ¶ Octauò, ſi ſacerdos nō eſt ꝓprius, ſpem ponat in ratihabitione: ſicut excuſatur qui alienum parochianū ordinauit ſpem ponens in ratihabitione. Sed iſte caſus cōmuniter non tenetur. Et rationem aſſignat Pet. de Pal. in iiij. di. xvij. q. iij. in fin. quia ratihabitio non confirmat ſacramētum quod nullum fuit. Nec eſt ſimile de ordināte, vt ibi patet: ſed tamen quidam rationabiliter diſtinguunt dicētes dictū Hoſ. non eſſe verū quādo iſta ratihabitio refertur ad futurum: puta ſi proprius ſacerdos contentabitur: quia abſolutio non poteſt eſſe conditionata: & iterum ratihabitio nō cōfirmat hoc ſacramentum, ſi nullum eſt ratione deficiētis iuriſdictionis. Eſt autem verū ſi refertur ad præſens: puta, quia ex cōiecturis rationabiliter puto quòd proprius ſacerdos eſt contentus. ſic enim etiam doctores concludūt epiſcopos vel alios in aliquo caſu poſſe vel non poſſe aliquē ſoluere aut ligare: ſecūdum quod ex aliquibus verbis aut coniecturis circa aliquem canonem coniectant de Summi pontificis intentione & voluntate expreſſa vel tacita. & de hoc eſt arg. j̄. eo. §. xv.

7 ¶ Septimò, † vtrum aliquo habente licentiā generalem ab epiſcopo vt cui voluerit confiteatur: facta vnica cōfeſſione expiret licentia talis: & an duret epiſcopo viuente ſolùm, vel etiā poſt mortem? Et quantum ad primum dicit Io. An. in c. nō poteſt. de præben. li. vj. quòd tutius eſſet exprimere, vt quoties voluerit confiteri, poſſit eligere: quia agitur de fauore animæ: poſt factum dicit poſſe teneri quòd ſi pluries fuerit cōfeſſus vigore licentiæ talis, valeat. Quantū verò ad ſecundū, Pan. in c. ſi. de off. le. dicit ꝙ extinguit̄ epiſcopo mortuo vel reuocato, ſi eam ſimpliciter dedit: quia illam in perpetuū dare nō poteſt cum præiudicio eccleſię parochialis ſine cauſæ cognitiōe & conſenſu capituli ſui: cùm eſſet irrogare perpetuū præiudiciū eccleſiæ parochiali: & ſic, ſecundū ipſum, durat ad minus in vita ipſius epiſcopi: licet ſit petita ſimpliciter. Quidā verò alij diſtinguūt prout habet̄ in c. ſi gratioſè, de reſcr. li. vj. quia ſi licētia cōceſſa eſt ad beneplacitū ſedis, eſt perpetua, niſi à ſucceſſore reuocetur. Si verò cōceſſa eſt ad beneplacitū concedētis: per eius obitū expirabit licētia, ſicut & beneplacitū eius. Et hoc videtur tenere Zab. in cle. dudū. de ſepul. ſed ſi mētio nō fiat de beneplacito, ſed ſimpliciter petatur & cōcedatur: verū eſt quod dicit Pan.

8 ¶ Octauò † quærit̄, qui poſſint eligere ſibi cōfeſſorē. Et dico ꝙ ſunt epiſcopi & p̄lati ſuperiores, vt archiepiſcopi, patriarchę, primates, cardinales, & papa: & ſimiliter prælati inferiores exēpti, vt abbates, & huiuſmodi. de pœ. & re. c. ſi. qui omnes, ſecundū Pet. de Pa. p̄nt vna vice vnū, & alia aliū eligere. qd̄ limitat Direc. dūmodo nō faciant in fraudem. Sed Pet. de Pal. nō limitat: & hoc tene, quia cōſtitutio eſt gratioſa. Et eligunt aliquē, ſcd̄m Pet. de Pal. eo ipſo ꝙ cū illo cōfitētur: quia plus eſt eligere factis quàm verbis. l. nō dubiū. C. de legib. & in c. legebat̄. de maio. & obedi. & in c. ſi. xv. q. vj. Notādū tamē quòd vt eligere poſſint prædicti inferiores, requiritur primò quòd ſint prælati, capiendo largè prælatos etiā pro ſacerdotibus curatis, vt dicit Pan. in d. c. ſi. qui largè dicūtur prælati: vt in c. tua. de cle. ægro. licet ſtrictè nomine prælati veniāt ſolùm habētes iuriſdictionē fori cōtentioſi. ꝓ quo vide gl. in c. ij. de iudi. & in cle. dudū. de ſepul. in ver. prælati. Secūdò requiritur quòd ſint exempti: quod in epiſcopo & ſuperioribus nō requiritur, ſecundum Pan. ibi. Tertiò, quòd ſint immediatè ſub papa: quia exempti habentes immediatè ſuprà ſe abbatē, vel generalē, & huiuſmodi, eligere cōmuni iure nō poſſunt, ſecundū Hoſ. quod ibi Pan. placet: cùm ratio cōceſſionis fuerit diſtantia localis. Et hoc ſequitur Sum. Ang. Sed Pet. de Pal. in quarto, tenet cōtrariū, dicēs quòd prior ſi eſt prælatus, & exemptus, licet ſubſit abbati & maioribus, hoc poteſt ſine licētia eorū: quia hoc priuilegium, inquit, de eligēdo cōfeſſorem, ęqualiter conceditur epiſcopis & minoribus prælatis exemptis: epiſcopus autem etiam nō exemptus licet immediatè ſubſit archiepiſcopo, hoc poteſt ſine licētia eius. hæc ex illo. Et hoc ſequitur Archid. & hoc tene: quia cōſtitutio eſt gratioſa, & latè interpretanda. Hoc autem priuilegium, ſecūdum Pet. de Palu. poſt Hoſtien. nō perdit epiſcopus, per hoc quòd vadit Romam: quia ibi non diſtinguitur vbicunq; ſit. ſed fortè perdit, ſi deſinit eſſe epiſcopus: vt quia cedit loco & dignitati: nō autē ſi loco, & nō dignitati. Et ſimiliter dicitur de inferioribus, quòd illud non perdunt quandiu ſunt in prælatione. ¶ Ex his autem patet quòd hoc priuilegiū non habent, ſecūdum eundem Petrum, primò exempti nō prelati: verbi gratia omnes ſubditi ſeculares vel regulares collegij exempti in capite & in membris, qui ſuis prælatis immediatè cōfiteri poſſunt: nō alij, niſi de licentia ipſorum. ¶ Secundò, nec abbatiſſa vlla quanuis exerceat iura epiſcopalia ponēdo officiales, & quātuncunque exempta: quia non eſt prælatus, cùm non habeat claues iuriſdictionis. hæc ille. Cui non obſtat quod

dicit Pan.de curato:quia habet aliquam iuriſdictionem quæ
ſexui fœmineo repugnat:puta clauium in foro pœnitentiali:
& quo ad excommunicare in caſu,puta furto.vnde nõ eſt ſi-
mile.¶ Tertiò nec qui præeſt quidem exemptis , ſed non eſt
prælatus:vt ſuperior in religione:vel prior non cõuentualis:
vel conuentualis quidem,ſed ſub abbate ex conſilio ſeniorũ,
& non per electionem poſitus vel inſtitutus:niſi fortè quãdo
mortuo abbatevel priore ipſi ſunt quaſi ordinarij:quia tunc,
inquit,actio ſubrogata priuilegiũ habet eius cui ſubrogatur.
Prior autem canonica electiõe inſtitutus & exẽptus illud pri
uilegium habet:vnde non oportet cõfirmantẽ dare ei licen
tiam eligendi confeſſorem,ſicut nec cõſecrantem epiſcopũ.
¶ Quartò,nec hi qui in dignitate ſunt conſtituti, ſed nõ ſunt
prælati:vt cãtor,theſaurarius,ſacriſta,& huiuſmodi:etiã ſi eſ
ſent exempti.¶ Quintò,nec prælati exempti,qui nõ ſunt prę
lati in foro pœnitentiali:ſicut ſunt archidiaconi de pari con-
currẽtes cum epiſcopis in foro cauſarum:ſed ſoli prælati ha-
bentes curam animarum,vt puto,inquit.¶ Sextò etiam ſecũ
dum Pan.in d.c ne pro dilatiõe.nullus habere poteſt hoc, vt
eligere poſsit confeſſorem vigore cõſuetudinis: per tex.in c.
ij.de pœ.& re.lib.vj.Vnde tãtum non poteſt cõſuetudo ſicut
priuilegium:tamen,vt dicit idem in c.cum quærẽte. de offi.
ord.hoc verum eſt quo ad ſubditos:is tamen,qui eſt in digni
tate,nomine dignitatis poſſet præſcribere hanc curã:& fie-
ri proprius ſacerdos.¶ Nonò quæritur,quid poſsit dictus cõ-
feſſor ſic electus?Et dico ꝙ ſecũdum Archi.qui refert Pet.de
Pa.ꝙ electus ab epiſcopis & ſuprà,abſoluere põt etiã à no-
torijs etiam epiſcopo inuito,etiam ab excõmunicatione etiã
maiore,& mutare vota,& relaxare iuramẽta, & omnia alia
propter quę non eſſet ſedes apoſtolica conſulenda,nõ obſtã
te quòd in dicta decretali mentio nõ fiat niſi de abſolutiõe à
peccatis:quia intẽtio papæ fuit ita per illũ confeſſorem pro-
uidere epiſcopis,quibus eſt graue ſemper ad archiepiſcopũ
recurrere:ſicut ꝓuiſum eſt ſubditis epiſcoporũ per ipſos epi
ſcopos:ideo ille in epiſcopũ põt quæcũq; poteſt epiſcopus in
ſub ditos : quia vbi eadẽ ratio,idẽ eſt etiã ius.Electus autẽ ab
inferioribus,poteſt abſoluendo & diſpenſando quicquid poſ
ſet epiſcopus,ſi ei ſubeſſent:imò dicit Hoſ.ꝙ ſi eligẽs eſt exẽ
ptus,electus habet authoritatem pœnitentiarij papæ quo ad
abſolutionem , *licet nõ quo ad diſpenſationẽ. Si verò eligat*
alius,habet poteſtatem iudicis,cui ſubeſt eligens, exceptis ta
men publicis & grauibus: vt in Sum.Cõfeſſ.li.iij.ti.xxxiiij.q.
lxj.per quæ grauia intellige ꝑcipua inter reſeruata epiſcopo
arbitrio electi:quæ cùm hoc ꝙ ſunt grauia,ſunt etiã publi-
ca:nõ aũt omnia reſeruata ei,vt intelligit Supplemẽtũ:alio-
quin Hoſt.diceret contraria:puta ꝙ haberet authoritatẽ iu-
dicis cui ſubeſt,puta epiſcopi,& non haberet : & ꝙ exceptio
fieret,& nõ eſſet à quo exciperetur.Intellige etiã quod dictũ
eſt de grauibus & publicis, vbi eſſet ſcandalũ : alioquin verũ
dicit Pet.de Pal.vt abſoluere poſsit à notorijs,ſi nõ ſit ſcãda
lum: & à grauibus ſi non ſunt notoria.¶ Fallit hoc primò in
ſententia illata à ſuperiore cõtra electorem: puta ab archi-
epiſcopo cõtra ſuffraganeũ ſuũ: vel ab abbate contra priorẽ
conuentualem ſubditũ ſibi:quia ab huiuſmodi abſoluere nõ
põt talis cõfeſſor.hæc Pet.Fallit ſecũdò ſecundũ Ray.iuncta
gl.eius,ſi electus ſit excõmunicatus maiori:qa abſoluere nõ
poſſet: ſecus ſi minori tantũ.ar.c.ſi celebrat.de cle.excõ.mi.
¶ Quidã tamen tenent ꝙ ſi electus abſoluere non poteſt ab
excommunicatione maiori,aut caſibus grauioribus,id eſt,re
ſeruatis epiſcopo,ſi eligens ſit exẽptus inferior epiſcopo.quã
opi.ſequitur Sum.Piſ.& Pan.in c.ſignificaſti.de foro cõpe.&
arguũt quo ad excõmunicationẽ:qa electus ab epiſcopo nõ
habet authoritatẽ,niſi ex electione epiſcopi.Et quo ad caſus
epiſcopales arguũt ex c.ſi epiſcopus.de pœn.& re.li.vj.Sed tu
tene primam opinionẽ,ſcilicet Pe.de Pal.Hoſ.& Arch. quia
eſt rationabilior,maximè qa cõſtitutio eſt gratioſa.Et aliqui
mũ in cõtrariũ dic ꝙ habet authoritatẽ nõ ab epiſcopo eli-
gẽte,ſed à iure cõmittẽte:ſicut electus ab eo, qui licentiã eli-
gendi habet per literas pœnitẽtiarij, authoritatẽ habet à pœ-
nitẽtiario,nõ ab eligente:ſicut etiã fratres electi à prioribus
quibus epiſcopi cõmittũt,cõmiſſarij ſunt epiſcopi , non eli-
gẽtis.Ad ſecũdũ verò dic quòd in illo c.dicitur quòd electus
confeſſor ex licentia epiſcopi abſoluere non poteſt à caſibus
ſpecialiter epiſcopo reſeruatis:cũ in generali cõfeſsione illa
nõveniãt,quæ nõ eſſet quis in ſpecieveriſimiliter cõceſſurus.
Ex hoc autẽ nõ probãt intentũ:ſed ſequitur ſolùm quòd ele-
ctus à prædictis ex licẽtia papæ,abſoluere nõ põt à reſerua-
tis papæ:quod verũ eſt,niſi fortè quo ad exemptos,ſecũdum
Hoſt.¶ Decimò† quæritur,vtrũ ſicut vagabũdi,ita & ſchola-
res, mercatores,mercenarij,ſtipẽdiarij,& hmõi cõmorantes
in aliqua parochia,abſolui poſsint ab eo, à quo & parochia-
ni:licet ibi nõ cõtraxerint domiciliũ?Et dico quòd circa illã
materiã tres inuenio differẽtias perſonarũ in genere,ſcilicet
nullũ habẽtes domiciliũ,vt vagabũdi:de quibus dictũ eſt ſ.§.
vj.& §.j.& habentiũ domiciliũ:& vltra illud etiã aliam habi-
tationem:vt iſti,de quibus eſt quæſtio:& habẽtiũ domiciliũ
in quo ſcilicet nõ ſunt,ſed nõ aliã habitationẽ,vt peregrini &
viatores.Sunt igitur in hac materia duæ ſolẽnes opiniones.
Prima eſt Inn.in d.c.omnis.ſic dicẽtis, Scholares,incolæ an-
nales, & mercenarij debẽt cõfiteri ſacerdoti parochiali quẽ
incolũt per annũ: & ab eo poterũt abſolui.ar.xvj.q.j. queſti.
vbi dicitur quòd ibi debẽt ſoluere decimas perſonales:qa ibi
recipiũt ſacramẽta eccleſiaſtica per anni circulum.Hãc opi-
nionẽ ſequitur Fede. Cõſi.ccxlvj.aſſcribens Inn. verba præ-
dicta quòd ſenſerit tales eſſe parochianos talis eccleſię,licet
ibi domiciliũ nõ habeant,id eſt,animũ perpetuò remanendi:
quia iura in hoc iure parochiali nõ ponderant domiciliũ,ſed
habitationem:vt in dicto c.queſti.Vnde ſi ſcholaris ciuis cu-
piens eſſe in ſocietate forenſiũ transferat ſe ad aliã parochiã
retẽto priori domicilio:illa eccleſia,vbi habitat,eſt ſua paro-
chialis:& non illa vbi habet domicilũ.Et idem de infantibus
qui ſępe transferuntur ad aliã parochiã.hęc Fede.Et hęc opi-
nio eſt cõmunis.Alia eſt,vt refert Inno.vbi ſuprà,quòd idem
eſt etiam ſi ad tempus minus anno conducant vel domos vel
dominos.argu.de deci.ad apoſtolicæ.maximè ſi prorogetur
ſine fraude cõductio vel habitatio vltra natiuitatem vel paſ-
cha:quia tũc ex pręcepto huius decretalis ſemper debet quis
confiteri & communicari.hæc Innoc. Et hanc opinionem te-
net Pan.in c.omnis.dicens quòd ille dicitur proprius ſacer-
dos præfatorum,in cuius parochia habitant de præſenti,nec
poſſent cõmodè adire proprium ſacerdotem.arg.c.ſi.de pa-
ro.vide etiam gloſ.hoc tenentẽ in cle.j. de priui. Et idẽ dicit
Pan . in c.cum cõtingat de foro compe.Ego autem concor-
dando dico quòd actus laici in ordine ad ſacerdotẽ ſunt du-
plices.quidam ſcilicet vtiles ſacerdoti, quibus exhiberet ali-
quod emolumẽtum directè vel cõcomitanter:vt ſolutio de-
cimarum,ſepultura,& huiuſmodi:& in his requiritur habita-
tio annalis vel quaſi.quod nõ intelligas quantum ad effectũ,
ſed quantũ ad effectum & intentionẽ habitandi:ſicut & dici
tur quis alicubi habere domicilium ſtatim: quando illuc va-
dit animo perpetuò habitãdi vel habendi domiciliũ . Et qui-
dam etiam vtiles pœnitenti,quibus aliquid ſuſcipit:vt confi-
teri,& cõmunicare,audire diuina,& huiuſmodi:& in iſtis eſt
vera opinio ſecunda,ſaltem quo ad caſus non reſeruatos epi-
ſcopo:ſed tamẽ cum duplici limitatiõe.Prima ſcilicet quòd
nihil fiat fraudulenter in præiudicium animæ propriæ: puta
fugien



fugiendo cenſuram proprij ſacerdotis volentis imputare oc-
caſiones peccatorum.Secunda,quòd talia ſacramenta ſint ne
ceſſaria. Tertia,ꝙ cõmodè tales nõ poſsint adire propriũ ſa-
cerdotẽ,& propriã parochiã honorare.Et ratio eſt:qa ſtanti-
bus iſtis proprius ſacerdos vel ſaltem ſummus prælatus vult
quòd ab alieno habeat ſubditus animæ ſuæ ſolatia:alioquin
eſſet iniquæ volũtatis:qa diſpliceret ei bonũ fratris ſibi nihil
præiudicans.& de hoc etiã.j.Domiciliũ.Et iſta fuit mẽs Pan.
qui in c.in noſtra.de ſepul.recitata opinione Fede.ponit qua-
tuor caſus,dicẽs quòd quis aliquando ex toto dimiciliũ tranſ
fert ad alienã parochiam:aliquando retẽto priori domicilio,
in aliena parochia cõſtituit nouum,ita quòd habet plura:ali-
quando retẽto priori domicilio conſtituit in aliena parochia
ſolùm habitationẽ ad tẽpus:& conſequẽter non cõſtituit ibi
domiciliũ:quòd nõ conſtituitur niſi animo habitãdi ꝑpetuò:
vt in l.ſi quis inſtructus. ff. ad muni. aliquando retẽto priori
domicilio,in aliena parochia non habet habitationẽ:ſed pe-
grinus ibi decedit.In primo caſu,inquit, indubiè ſecunda ec-
cleſia eſt parochialis:vt in c.ſi.de paro.in ſecundo, vtraq; ec-
cleſia eſt parochialis.de ſepul.c.ij.lib.vj. in quarto nõ dicitur
parochianus eccleſiæ ſecundæ:vt voluit glo.in c.in noſtra.de
ſepul.pro quo l.hæres abſens.ff.de iudi.&.c.Romana.in §.cõ
trahẽtes.de fo.cõpe.lib.vj.in tertio aũt eſt dubiũ.hæc ex illo:
qui deinde in forma ſic ſubiungit:Ego dicerẽ quòd ſola habi
tatio nõ facit propriè aliquẽ eſſe parochianũ iſtius eccleſiæ.
Vñ ex quo habet animũ redeũdi ad domũ ſuam:illa eccleſia
domicilij eſt ꝓpriè parochialis iſtius:vt in c.ij.& iij.de ſepul.
lib.vj.Sed propter neceſsitatẽ poterit iſte in loco habitatio-
nis,vel vbi eſt pegrinus,recipere ſacramẽta:ita quòd hæc ec-
cleſia habitationis nõ ſit propriè parochialis iſtius:ſed in de-
fectu propter neceſsitate ſuccedit in loco parochialis,quo ad
adminiſtrationẽ ſacramentorum.ar.optimũ in c.is qui.de ſe-
pul.lib.vj.Et ſic puto intelligẽdam gl.in cle.dudum.de ſepul.
Inno.in d.c.omnis.& ſic loquitur ſi bñ ponderetur:quia dicit
in fine illius quæſtionis,tutius eſſe vt ſcholares & pegrini ha-
beant licẽtiam à proprio ſacerdote,vt alibi poſsint capere ſa
cramẽta.Et nota dum dicit à proprio presbytero : quaſi ipſe
presbyter habitationis non ſit ꝓprius. Et ſic poteſt intelligi
c.j.de celeb.miſ.&.c.officiũ.de offi.archi.Et hoc cõuenit etiã
actibus ſimilibus.quia propter longã diſtantiã multa ꝑmit-
tuntur,quæ aliàs ſunt prohibita:vt in l.hæres abſens.ff.de iu-
di.vide glo.in c.cũ ex literis.de in integ.reſti. ſup ver. diſtan-
tia. Ex quo infero quòd ſi de loco habitationis ire põt com-
modè ad eccleſiã domicilij pro ſacramẽtis:non debet hic ac-
cipere,ſed in eccleſia domicilij:vt in d.c.is qui.Et hæc no.qa
apiunt intellectũ iuriũ multorũ.Hęc ille in forma,valde bñ,
excepto eo quod dicit de pegrino.de quo j.§.ſeque. excepto
etiam quod dicitur de intentione ꝑpetuò habitandi:quia iſta
non eſt ſimpliciter de ratione domicilij:alioquin nullus poſ-
ſet ſimul habere duo domicilia:ſed eſt de ratione eius ſubdiſ
iunctione: ſcilicet hic vel ibi.¶ Vndecimò quæritur quid de
pegrinis,viatoribus , & mercatoribus, diſcurrentibus; id eſt,
non habẽtibus alicubi manſionẽ,niſi in ꝓprio domicilio?Et
dico quòd ſi alicubi habitationẽ contrahant:fiat:vt §.priore
notatum eſt.Si verò non contrahant,& de licentia proprij ſa
cerdotis ſunt in via:poſſunt vbiq; recipere ſacramenta: quod
quantum ꝑtinet ad confeſsionẽ,ſecundũ Inno.& Gl.Ray.in-
telligitur de peccato nouo,id eſt,in via cõmiſſo,& de veteri
oblito:imò intelligo de quolibet peccato nouo & veteri:niſi
fortè ſit epiſcopo reſeruatũ:vel niſi aliquid fiat in fraudẽ vel
præiudiciũ proprij ſacerdotis:quia dando licẽtiam pegrinan
di vel huiuſmodi,dat licẽtiam prouidẽdi animæ ſuæ omni
meliori modo quo poteſt , ſaluis prædictis : alioquin eſſent
iniquæ voluntatis. Imò abſolui poſſunt peregrini etiam ha-
bentes caſus reſeruatos epiſcopo , ſecundum Veruec. & Ro-
do.ſi inſtet tẽpus gñalis cõmuniõis,vt in paſcha,etiã à ſimpli
ci ſacerdote:ſed iniũgi debet iterata cõfeſsio data copia epi-
ſcopi.Et hoc dictũ licet cõmuniter nõ teneatur: tñ poſt Pet.
de Pal.Archid.dicit quòd ſi epiſcopus peregrinãdi licentiam
ſibi non retinuit:videtur ex hoc dare licentiam communicã-
di & confitendi de caſibus etiã epiſcopalibus,ſicut curatus de
parochialibus.Vel hoc dictum ſic intelligitur, quòd poſſunt
quidem abſolui,ſic quòd liceat eis communicare:non tamen
poſſunt abſolui à reſeruatis.& hoc niſi in neceſsitate,id eſt,in
mortis articulo:quo caſu nõ tenentur reconfiteri,ſed ſolùm
ſatisfacere,ſi ſatisfaciendum eſt:vel ſe præſentare,ſi erãt ex-
communicati:vt ſuprà,Abſolutio iiij.Si verò ſunt in via ſine
licentia:nullibi confiteri aut communicare poſſunt,ſecundũ
Inn.& Hoſt.& Gul.& hoc niſi in neceſsitate,id eſt,in paſcha,
& in morte:&tunc recipiẽt hæc in eccleſia cathedrali:ar.c.of
ficium.de off.archipresb.& dicendorũ infrà Septultura.§.vij.
particula ij.niſi periculum eſſet in mora:quia ea reciperet in
parochia,in qua ſunt.Et licet Pano.in c.j.de ſepul.velit quòd
in neceſsitate poteſt ſacerdos parochialis ea miniſtrare pere
grinis,per c.j.de celeb.miſ.tamen illud c. nõ probat apertè:
nec illa neceſsitas,de qua loqtur,neceſſariò intelligitur quo
ad ſacramenta percipiẽda:ſed poteſt intelligi etiam de miſſa
audienda.Vnde primum eſt tutius & verius:niſi,vt dixi,peri-
culum eſſet in mora.Si autem aliqui prædictorũ,vt mercato
res,non habent domicilium,ſed ſemper nundinas ſequuntur:
idem eſt quod de vagabũdis: & idem eſt ſi in loco ſuo tenent
domiciliũ:ſed cõmuniter ad illud in paſchate non declinant:
quia ibi quo ad ſacramenta nõ videntur habere domiciliũ,ſe
cundũ Pet.de Pal.& Archid.Et idẽ ſecundũ eoſdẽ,eſt de fami
lia principis aut balliui:qui nũquã in eodẽ ſtatu permanent,
nec ad ſuũ hoſpitiũ niſi ad horam redeũt : qa & iſti cẽſentur
vagabundi.Et idem,ſecũdũ Pet.de Pa.eſt de familia laica e-
piſcopi,in qua nõ ſic habet ius ſicut Cardinalis : qa ſi ſunt de
diœceſi,de licentia eius cõfiteantur:ſed ſi ſunt de alia,ex quo
dimiſerunt hoſpitiũ,& per diœceſim vagãtur, reſpectu illius
diœceſis reputantur vagabũdi:vnde cõfiteri poſſunt de licẽ-
tia epiſcopi vel cuiuſlibet curati ad cuius parochiã veniũt.Sed
iſta intellige qñ quaſi cõtinuè diſcurrunt : ſecus ſi eũ epiſco-
po habẽt manſionẽ:quia tũc ſunt ſub cura eccleſiæ maioris.
¶ Duodecimò,quid de his,q in diuerſis locis morãtur?Et di-
cit Hoſt.quòd ſi ſe trãſferãt animo remanẽdi,fiũt parochiani
illius:ſi aũt non intendunt relinquere antiquũ domiciliũ, de-
bẽt confiteri ſacerdoti antiq domicilij.Sed hæc limita dupli
citer.Primò,qñ non veniunt animo remanẽdi ꝑ annum. ſe-
cus ſi per annũ:quia cõfitẽtur ſacerdoti nouæ habitatiõis eo-
dem modo quo dictũ eſt §.ij.qñ primum domiciliũ apparet
principalius:quia ſi in diuerſis locis morant æqualiter,aut ha
bẽt domicilia,nec apparet vbi principalius habeãt:dico quòd
ibi recipere poſſunt ſacramenta,vbi ſe inueniũt tẽpore rece-
ptionis exercendæ.ar.c.ex parte.de foro cõpe.& facit gl.in l.
ij.C.vbi de cri.agi.op.Vñ ſecundũ Pet.de Palu.qui in diuerſis
parochijs habet æſtiualẽ & hyemalẽ domũ: vtrobiq; forũ ſuc
ceſsiuè ſortitur,ſecundũ quod habitat hic & ibi:vt tũc hic ſa-
cramẽta recipiat quando hic habitat,aliàs ibi.Et ita ſe viden
tur habere nobiles & ciues Genueſes.Limita etiã tertiò iux-
ta dicta §.priore.¶ † Decimotertiò,vtrũ qs ſortiatur forũ ra 11
tione delicti?Et dico quòd ſic,quantũ ad forũ contentioſum:
vt in c.poſtulaſti.& in c.ſi.de foro cõpe.ſed quantũ ad forũ cõ
ſciẽtiæ dico ꝙ non:etiã ſi peccatũ eſſet notoriũ,ſecũdũ Pan.
in c.cum contingat.de foro cõpe.& no.per gloſſ.vj.q.j.c.j.&
quod notatur in cap.j. de rap. Et ratio eſt : quia pœnitentia

imponitur propter offenſam Dei & animæ propriæ ſecun-
dum Io.de Lig.ideoq; illi ſoli quis ſubijcitur,quem habet lo
co Dei,& qui eſt iudex animæ ſuæ.Vñ ſecũdũ gl.Ray.qñ ius
dicit aliquẽ ratione delicti forũ ſortiri,intelligẽdũ eſt quo ad
pertinentia ad forũ contentioſum:quia poteſt illic cõueniri,
iudicari,& puniri,de crimine ibi cõmiſſo.hæc ille. aliàs opor
teret aut confeſsionẽ diuidere confitendo delicta cõmiſſa in
diuerſis parochijs:aut oporteret de caſibus nõ reſeruatis cõ-
fiteri tot ſacerdotibus,quot eſſent dictæ parochiæ. Vñ Zab.
refert tenere Lau.quòd curati & fratres ad cõfeſsiões admiſ-
ſi ſecundũ formã cle.dudũ.de ſepul. poſſunt audire & abſol-
uere peccata cõmiſſa,etiã extra diœceſim:dũmodo confitẽ-
tes poſsint illis confiteri,id eſt,ꝙ ſint illius diœceſis vel paro
chiæ quo ad curatos.Ad quod etiã facit gñalis conſuetudo,
quæ eſt optima legũ interpres.ff.de legi.l.ſi de interpretatio
ne.quia videmus pœnitentẽ peccata , quæ toto terrarũ orbe
cõmiſit,vni ſacerdoti cõfiteri:& eos nunquã remitti ad ſacer
dotes locorũ,in quibus deliquerant pro abſolutione, niſi ra-
tione excõmunicatiõis,vel niſi peccatũ eſſet notoriũ:quo ca
ſu remittũtur aliquando cauſa ſatisfactionis & ſcãdali emẽ-
dandi,& nõ ratione abſolutionis.Facit etiam,quia ſpirituale
ſiue eccleſiaſticũ forũ nõ æquè facilè transfertur vt ſeculare:
vt patet in c.ſi diligenti.& in c.ſignificaſti.de fo.cõpe.& in ſpi
ritualibus forũ pœnitentiale non æquè facilè transfertur vt
iudiciale:vt no.gl.in c.ne pro dilatione.de pœ.& re. Vñ cùm
iura allegata ad probandũ ꝙ quis cõſequitur forum ratione
delicti,loquuntur in iudicialibus,vt patet intuẽti,ad pœnitẽ-
tialia hoc nõ debet extẽdi,niſi aliquo iure expreſſum probe-
12 tur.quod nõ eſt verũ.¶†Decimoquartò,vtrũ proprius ſacer-
dos vbiq; ſubditum ſuũ poſsit audire?Et dicit Hoſt.quod ſic,
ſiue intra territoriũ ſuæ parochiæ,ſiue extra:quia pœnitẽtia
eſt de iuriſdictione voluntaria.ff.de off.proconſ.l.ij.Vnde &
de loco nihil exprimitur in c.omnis.de pœ.& re.Sed Card.in
cle.dudum.de ſepul.dicit hoc verũ eſſe ſecundũ Laud.de præ
lato ordinario,ſiue perpetuo,ſiue temporali:quia in his quæ
ſiunt ſine ſtrepitu iudicij,nullius territoriũ lædit̃.arg.de offi.
leg.c.vlt.& penult.Confeſſor autẽ extraordinarius,vt mendi
cantes,audit confeſsiones de peccatis vbiq; commiſsis intra
territorium:ſed extra territoriũ abſoluere non poſſet,ꝑ ver-
bum d.cle.ibi:extra ciuitates &diœceſes.Et facit qđ no.Pan.
in c.cum contingat. de fo. cõpe. ¶Decimoquintò quæritur,
vtrum vnus ſacerdos parochialis alium poſsit audire ſacerdo
tem & abſoluere?Et dicit Veruec.quòd non,ſine licẽtia ſupe
rioris gñali vel ſpeciali expreſſa vel tacita. Nam ſi epiſcopus
ſcit cõmuniter ita fieri,& tacet:eo ipſo præſumẽdus eſt taci-
tè approbare & dare licentiã.Et idem Hoſt.addẽs quòd hoc
non expedit multũ.Et idem eadem ratione videtur de his, q
ſuis ſacerdotibus ſcientibus & non contradicentibus,cũ poſ-
ſent,alijs cõfitẽtur.ar.lxxxiij.diſt.error.& extra de verb.ſign.
intelligentia.Hoc tamen Arch.dicit nõ eſſe tutũ:quia decla-
ratũ eſt per nouũ ius in c.ſi epiſcopus.de pœ.& re.lib.vj.quòd
nulla conſuetudine poteſt introduci,vt quis ſibi eligat cõfeſ-
ſorem ſine ſuperioris ſui licẽtia.Sed intellige expreſſa vel ta
cita.Vide tamen ſ̃.§.vj.in fi.& quæ dicit Panor.ſ̃.§.viij.in fin.
13 ¶†Decimoſextò, vtrũ ꝓprius ſacerdos requiſitus debeat fa-
ciliter dare licentiam alteri confitendi?Et dicit San. Tho.in
iiij.diſt.xvij.quòd quia multi ſunt adeò infirmi , quòd potius
ſine confeſsione decederent quàm,confiterentur tali presby
tero:ideò dare debet.vnde illi qui ſunt nimis ſoliciti vt cõſci
entias ſubditorũ ſciant , multis laqueũ damnatiõis inijciunt,
& conſequenter ſibijpſis.Quod dictum Sum.Ang. credit ve
rum,niſi qñ propter hoc ſolicitant ſcire ne alios inficiant:vt
cæteri magis à peccatis præſeruentur. Sed tu dic quòd quo-
cunque fine id faciant, dummodo nimis faciant, malum fa-
ciunt:vt quãdo rationabiliter & probabiliter timere poſſ...
ne iſte,qui licẽtiam petit,ſi ei negetur nõ cõfiteatur verè:q...
non ſunt facienda mala vt veniant bona.Et dicitur in eadem
Sum.quòd requirendus eſt ſubditus cui velit cõfiteri:& ſi ille
eſt æquè bonus vt ſacerdos proprius, cõcedatur licẽtia alio.
quin ſi non eſt æquè bonus,negetur.Et ſi negari non põt,pu
ta quia ille alius habet alio modo authoritatẽ audiẽdi:cõſu-
latur quòd ad illum non accedat.Sed iſta nõ bene dicuntur:
quia nihil prohibet illum,qui eſt ſimpliciter, minus idoneu
confeſſor,eſſe magis idoneum quo ad iſtum, qui paratus eſt
illi & non alteri cõfiteri:vnde facilis debet eſſe paſtor in iſtis,
& ſemper minora mala præferre maioribus.Vnde dicit Sa.
Tho.in opuſcu.contra impugn. relig.c.iiij . quòd dato etiam
quòd ex tali confeſsione,qua aliquis alteri quàm proprio ſa-
cerdoti cõfiteatur,detur aliqua occaſio mali: tamẽ multò
præponderat quòd per hoc vitãtur multa alia mala maiora
& multis periculis obuiatur.hæc ibi.Intellige tamẽ quòd S.
Tho.dicit quòd licentiam petitam dare debet debito hone-
ſtatis,non autem debito neceſsitatis:qui eam poteſt bono ſi-
ne ex cauſa,quæ ſibi probabiliter conſtat,licitè negare:ne
ſubditus eſt ſine copia ſacerdotis,ex hoc quòd ſi confiteatur
prælato,de cætero habebit oculum ſuper eum:aut non vide-
bit eum libenter,& huiuſmodi. Vide ſ̃.§.vj.circa medium.
¶Decimoſeptimò,vtrum ſacerdos parochialis credere de-
beat ſubdito dicenti ſe confeſſum alteri, vt ei detur euchari-
ſtia?Et dicit S.Tho.in quoli.quòd non, ſi impedimentum eu-
chariſtiæ ꝑtinet ad forum iudiciale vt excõmunicatio,niſi ei
conſtet de abſolutione:quia in tali foro creditur homini cõ-
tra ſe,non pro ſe.Si autẽ impedimentũ pertinet ad forũ pœ-
nitentiale,vt peccatum:tenetur ei credere:& iniuſtè agit eu-
chariſtiam negãs:quia in tali foro creditur homini pro ſe &
contra ſe.& concor.Pet.& Hoſt.Sed glo.Ray.dicit ꝙ nõ te-
netur ei credere,etiã ſi dicat ſe cõfeſſum ſuperiori:niſi ei cõ-
ſtet ꝑ literas ſuperioris,vel alio modo legitimo.Sed Sũ.Cõſ.
concordat dicẽs ſecundam opinionẽ eſſe verã in manifeſtis
vel quando ſubditus ꝓbabiliter eſt ſuſpectus, quo caſu vide-
tur etiam quòd ei credere non tenetur etiam de occultis:qa
licet hæc ſint tantùm fori pœnitentialis, tamẽ non confiteri
pertinet ad iudiciale:cùm non confitens arceri ab eccleſia &
priuari debeat eccleſiaſtica ſepultura:vt in d.c.omnis.Notã-
dum eſt tamen quòd dictum S.Tho.de excommunicatione
intelligitur de ea quæ peruenit ad forum iudiciale,& in foro
iudiciali,propter quam & vbi poſſet eſſe præiudicium tertij:
ſed in foro conſcientiæ quando inde nullũ poteſt præiudiciũ
ſequi,credere debet.Et ſic intelligo dicẽtes quòd in conſciẽ-
tia credẽdum eſt:vt Io.And.& Pan.& alij in c.ſicut.ſuper gl.
j.de ſen.excom.Dicenti autem ſe habere licentiam à præla-
to ſuo confitendi alteri ſecundum Ric.credendum eſt.Et in-
tellige niſi per ſigna probabilia conſtaret quòd nollet verè
ſed fictè confiteri propter aliquem ſuum affectum. Et ratio
eſt:qa volẽs verè cõfiteri,ſi vellet ſine licẽtia cõfiteri,vellet
contradictoria.¶†Decimooctauò,vtrũ ſacerdos parochialis
teneatur audire ſubditum toties quoties voluerit cõfiteri,ex
neceſsitate præcepti?Et dicit Rich.in quarto,quòd ſic,ſi pœ
nitens de neceſsitate habet cõfiteri . Si verò ille non tenetur
de præcepto confiteri:nec ſacerdos obligatur audire, niſi de
conſilio.Si autem volentem pluries cõfiteri audire noluerit:
liberè poteſt alteri confiteri:& ille poterit abſoluere,niſi ſa-
cerdos proprius eum ad determinatum ſacerdotem miſerit:
quia ſi nec audire,nec alium determinatum aſsignare vult:
videtur ei tacitè dare licentiam, vt pro ea vice ille confitea-
tur,cui voluerit:ſed ſic electus abſoluere non poterit,niſi ab
his



his à quibus & proprius ſacerdos abſoluere potuiſſet. Quod
tamen dictũ nõ habet locum in proprio ſacerdote,qui ſub ſe
habet vicarios:quia abſoluere illi nõ poſſent ab his quæ ſibi
15 ille reſeruaſſet.¶Decimononò†quæritur,quid de cõfeſsione
facta ei qui de iure nõ tenebat beneficiũ?Et dico ad hui⁹ eui
dentiam ꝙ Pan.in c.nihil.de elec.ponit tres caſus. ¶Primus,
cùm talis gerebat ſe pro prælato:nõ tamẽ erat in poſſeſsio-
ne de iure.quia nõ cum authoritate ſuperioris:licet de facto
ſe intruſiſſet in beneficio vel poſſeſsione.¶Secũdus, cùm ha
buerit quidem confirmationẽ à ſuperiore:ſed cõfirmatio vel
electio non tenuit. Tertius,cùm fuit electus & confirmatus
per ſuperiorẽ:ſed pòſt aliquid egit,propter quod fuit priua-
tus ipſo facto prælatura:puta quia incidit in hæreſim. ¶Pri-
mò caſu geſta per eũ,indubitanter nõ valent:nec ea ſuſtinet
communis error,ex quo iuridica poſſeſsio deficit.Ad quod fa
cit l.Barbarius.ff.de offi.præ.quæ ſe fundat ſuper cõmuni er
rore & authoritate ſuperioris:quia iſte ſeruus,qui putabatur
liber,habuit officiũ à ſuperiore:& ſic concurrebant ibi duo,
ſcilicet cõmunis error, & ſuperioris authoritas.Secus autem
vbi adeſſet vnum tantum:vt tenet Inno. ¶Secũdò verò caſu
geſta per eũ retractari nõ debẽt,ex quo aliàs legitimè geſta
ſunt:cùm hic concurrat communis error & ſuperioris autho
ritas:vt in caſu d.l.Barbarius . ¶Tertiò verò caſu ſi priuatio
fuit occulta tenent omnia geſta. Et idem videtur quando de
priuatione dubitatur:quia ex quo tolerabatur in officio,tene
re debent omnia acta interim geſta:vt in c.nónne. viij.q.iiij.
Sed ſi ſuſpenſio vel priuatio eſſet notoria,vel præceſsiſſet ſu-
perioris inhibitio:nõ tenerẽt:vt in c.veritatis.de do.& contu.
hæc ex Pan.Ex his cõcluditur ꝙ confeſsiones factæ cũ excõ
municato occultè tolerato valẽt:nec ſunt iterandæ ſuperue-
niẽte ſcientia.Qui verò ignoranter confitẽtur intruſis , vel
huiuſmodi,qui nunquam habuerũt inſtitutionem à ſuperio-
re:ſaluantur quidem propter fidem ſacramẽti:ſed tamẽ ſi an
te mortem hoc ſcirent,iterũ tenerẽtur cõfiteri.Et licet talis,
ſcilicet excommunicatus non habeat aliquãdo iuriſdictionẽ
veram,habet tamen toleratam:quæ ſufficit ad cõfeſsionẽ va
16 lere.¶Viceſimò †vtrum aliquo caſu liceat confiteri cuilibet
ſacerdoti etiam præciſo:puta excõmunicato , vel hæretico?
Et dico quòd ſecũdum omnes in articulo mortis quilibet ſa-
cerdos nõ præciſus eſt proprius ſacerdos abſoluere potẽs ab
omni peccato & excõmunicatione:vt tenet gl.in c.paſtora-
lis.§.præterea.de offi.ord.quam communiter ſequũtur do-
ctores,ita quòd ſi quis euadat,non oportet eũ recõfiteri,etiã
de caſibus reſeruatis.arg.c.eos.de ſen.excõ.lib.vj.niſi eſſet ex
communicatio,pro qua iniungitur vt ſe præſentet ei, qui eũ
aliàs poterat abſoluere de iure:vt ſ̃.Abſolutio.j.§.v.Itẽ j̃.Ex-
cõmunicatio.vij.§.xxxj.Si autẽ ſacerdos ſit præciſus : vt quia
eſt hæreticus,ſchiſmaticus,vel huiuſmodi,ſecũdum Ray.nõ
tenetur quis in neceſsitate cõfiteri:ſed cõfiteatur Deo in cor
de,& ſufficit:imò cõſulerẽ,inquit,quòd eis nullo modo con
fiteretur:quia tales faciliter in errorẽ vel deſperationẽ indu-
cerent peccatorẽ , ſicut Phariſæi Iudã. Mat.xxvij. & de pœ.
di.vj.c.j.in tex.& in gl.& idẽ de excõmunicato maiore dicẽdũ
eſt:quia illi in articulo neceſsitatis nõ eſt cõfitẽdum,ſecundũ
Hoſ.& S.Tho.Imò hæretico,ſchiſmatico,vel excõmunicato
cõfiteri nõ licet:ſed eſt peccatũ mortale,ſecũdũ Arc.talibus
participãdo in diuinis.quod nõ intelligas,ſecundũ eũ,in caſu
neceſsitatis,ſed extra:& ſecũdũ eũ,tenetur quis iterũ cõfite-
ri:etiam ſecundum eos qui dicunt ꝙ fictè confitens reconfi-
teri non tenetur:quia ſecũdum Pet.de Pal.hoc verum eſt de
ficta per ſubtractionem neceſſarij,quæ eſt in attrito:nõ per
poſitionẽ contrarij impedientis abſoluentis poteſtatẽ.Dicit
tamen idẽ Pet.quòd in articulo mortis qui hæretico confite
tur ignorans illum hæreticum,veram recipit abſolutionem:
nec conualeſcentẽ neceſſe eſt recõfiteri:ſed & ſi hoc ſciat,&
in nullo ſuæ hæreſi velit aſſentire, ſed ſacramẽtũ neceſsita-
tis accipere cum hæreſi deteſtatione,videtur etiã abſolutio
vera:quia & de manu hęretici licet baptiſmũ in neceſsitate
recipere.Vnde quare non etiã pœnitentiã:cùm & ipſum ſit
ſacramentũ neceſsitatis,& ibi aliquãdo fiat homo de attrito
contritus?Hæc Petrus.Quod tamen,ſecundũ Arch.nõ eſſet
fiendum,niſi pœnitens eſſet intelligẽs & fortis in fide.& idẽ
ſentit Petrus Aureo.addens quòd quãuis in talibus ligata ſit
clauiũ poteſtas:tamen hoc nõ eſt verum in tali caſu:quia ne-
ceſsitas legi humanæ nõ ſubiacet:vt in c.quod nõ eſt.de reg.
iur.& idem tenet gl.in c.nõ eſt.de ſpon. Non licet autem in-
ducere talẽ ſacerdotẽ ad audiendũ,ſed licet eo vti,ſi ſit para
tus,ſecundum Sum. Ang.ſed hoc non bene dicitur:quia talis
ſacerdos in tali caſu habet iuriſdictionem toleratam:& cõſe-
quenter non peccat abſoluendo, ſed abſoluendo in peccato
mortali,ad quod non inducitur à peccatore:ſed ad abſoluen
dum tãtum,ſicut dicetur infrà de petente ad vſurã,quòd non
inducit vſurarium ad mutuandum ſub vſura quãdo petit mu
tuum,ſed ad mutuãdum tantùm.Vbi no.primò quòd ex his
non ſequitur quòd quis talibus teneatur in tali caſu cõfiteri:
quia ad motiuũ de Baptiſmo,dico nõ eſſe omnino ſimile:qa
poſt illum ad Chriſtũ quis ſtatim euolat tota pœna remiſſa:
& per illũ quis inſignit̃ charactere Chriſtiano:nõ poſt ſacra-
mentũ pœnitẽtiæ.Ad motiuũ etiã de attritiõe,dico ꝙ Deus
ſupplere creditur effectũ clauiũ,vbi quis ꝓpter obediẽtiã &
deteſtationẽ ſcelerum abſtinet ab vſu clauiũ, ne participet
prædictis.Not.ſecundò ꝙ qui excõicato occultè ſcienter cõ
fitet̃ extra caſum neceſsitatis,mortaliter peccat,& cõfeſsio-
nẽ iterare tenetur:nõ autẽ ſi ignoranter.ſed in caſu neceſsi-
tatis ꝑdicto nec peccat, nec:tenet̃ iterare.de quo §.priore.

## Rurſus de Confeſſore ſecundò,quis ſit ſpecialiter quantum ad Prædicatores & Minores,& de horum authoritate.

1 *Confeſſor in ordine prædicatorũ & minorum, quis ſit legitimus.*
2 *Confiteri vt quis poſsit prædicatorib.ac minorib.ex vi cõſtitutio nis,dudũ.de ſepul.in cle.ſine alia licẽtia,quot & q̃ requirãtur.*
3 *Præſentatio hodie vſurpata, quia videlicet priores cõuẽtuales aut gardiani prædictorũ ordinũ per ſe vel alios à Diœceſano pe tunt licentiã,vel ab eius vicario,exponendi fratres ad cõfeſsio nes audiendas,an fiat iuxta formam d.Clem.dudum.de ſepult.*
4 *Fratres,de quibus proximè,ſic præſentati,vt dictũ eſt, quid di ſtent à curatis,alijsq; fratribus ſic non præſentatis?Et quis ac quotuplex ſit effectus commiſsionis factæ iuxta prædictam formam aut aliam?*
5 *Fratres iuxta prædictam formam præſentati, à quibus abſolue re poſſint?Et in hoc opiniones duæ. Item quos audire,ac abſol uere queant?nu.ſeq.*
7 *Fratrum prædictorum præſentatio quibus & apud quos fieri debeat?Et quid ſi ſedes vacet,aut prælati copia haberi nequeat?Et quid ſi prælati præſentatos admittere nolint, aut de eorum numero,aut idoneitate controuerſia ſit?Aut ſi admiſerint, & licentiam dederint,ſed reuocauerint?ſeq.nu.4*

CONFESSOR † ſecundò,id eſt , cõfeſsionis ligitimus 1
auditor quis ſit in ordine Prædicatorũ & Minorum de
claratur in cle.dudũ.de ſepul.§.ij.vbi ſic dicitur : Statuimus
etiam & ordinamus authoritate prædicta,vt in ſingulis ciui
tatibus & diœceſibus,in quibus loca Prædicatorũ & Mino-
rum ordinum fratrum conſiſtere dignoſcuntur,& in ciuitati
bus & diœceſibus locis ipſis vicinis,in quibus loca huiuſmodi
non habẽtur,magiſtri, priores,prouinciales Prædicatorum

aut eorum vicarij:& generalis miniſter,& prouinciales miniſtri,& cuſtodes Minorum ordinum prædictorum ad præſentiam prælatorum eorūdem locorum ſe conferāt,per ſe, vel per fratres,quos idoneos ad hoc fore putauerint, humiliter petituri,vt fratres,qui ad hoc electi fuerint,in eorū ciuitatibus & diœceſibus confeſſiones ſubditorum ſuorum cōſiteri ſibi volentium,audire liberè valeant:& huiuſmodi confitentibus,prout ſecundum Deum expedire viderint,pœnitentias imponere ſalutares,atque eiſdem beneficiū abſolutionis impendere de licentia,gratia,& beneplacito eorūdem.Deinde præfati magiſtri prouinciales,miniſtri ordinum prædictorū eligere ſtudeant perſonas ſufficiētes,idoneas,&vita approbatas,diſcretas,modeſtas,atq; peritas,ad tam ſalubre miniſterium,& officiū exequendū:quas ſic ab ipſis electas repræſentent,vel faciāt pręſentari prælatis,vt de ipſorū licētia,gratia & beneplacito,in ciuitatibus diœceſibus eorundem , huiuſmodi perſonæ ſic electæ cōfeſsiones audiant,extra ciuitates & diœceſes,in quibus fuerint deputatæ, ꝑ quas eas volumus, & nō per prouincias deputari confeſsiones nullatenus audituræ.Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi exercēdum officium eſſe debet prout vniuerſitas cleri,& populi ac multitudo vel paucitas exigit eorundē . Et ſi ijdē prælati petitam licētiam confeſsionum audiēdarum cōceſſerint illam præfati magiſtri,miniſtri.& alij recipiant cū gratiarum actione.Quòd ſi fortè iam dicti prælati quēquā ex huiuſmodi fratribus præſentatis eiſdē ad huiuſmodi officium nollēt habere,vel non ducerēt admittēdum:eo amoto vel ſubtracto,loco ipſius ſimiliter eiſdē præſentandus prælatis alius poſsit & debeat ſubrogari.Si verò ijdē prælati præfatis fratribus ad confeſsiones:vt præmittitur audiēdas electis huiuſmodi exhibere licētiam recuſauerint:nos ex nunc ipſis vt confeſsiones confiteri ſibi volētium liberè liciteq; audire valeant,& beneficium abſolutionis impēdere gratiosè cōcedimus de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis.Per huiuſmodi autē conceſsionē nequaquam intēdimus perſonis ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatē in hoc impēdere ampliorē quàm in eo curatis,ſeu parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa, niſi forſan eis eccleſiarum prælati vberiorē in hac parte gratiam ſpecialiter ducerēt faciēdam.

2 hæc ibi.¶Primò † verò quæritur,quid requiratur ad hoc ꝙ quis ſine alia licentia poſsit dictis fratribus vigore dictæ cōſtitutionis cōfiteri? Et dico requiri primò ꝙ prædicti fratrū prælati vel ſuperiores accedant per ſe vel alios ad dictos prelatos petituri humiliter,vt fratres, qui fuerint electi , poſsint confeſsiones audire vnde ſi aſperè petatur,ſecundū Pau.non videtur ſatisfactum conſtitutioni:ſed eſſet iterū petēda propter omiſsionē formæ.Ex quo elicio quòd ſi prælati negēt licētiam aſperè petitam,fratres prædicti eam nō habēt à papa:ſi tamē electi ante petitionē licētiæ præſentētur ſecundū Zen.valet cōfeſsio ſi fiat:licet prælati exigere poſſent vt primò fiat petitio,ſecūdum aliquos.quod tamē ſecundum Car. non eſt verū:ſed electores eligere poſſunt ſine alia requiſitione.Vnde hoc primū eſt de bene eſſe.¶Secūdò, quòd dicti fratres eligantur & habilitentur per magiſtrum aut priores prouinciales,quo ad Prædicatores: vel per generalē,aut prouincialē miniſtrum quo ad Minores:horum autē vicarij aut cuſtodes eos non poſſunt eligere,ſecundum Car.& Paul.& gloſſ.licet poſsint dictā licētiam petere. & intellige propria authoritate:priores aut conuētuales quo ad Prædicatores:& gardiani quo ad Minores etiā peterent poſſunt,licet poſsint ad petēdum à prædictis,imò ex commiſsione poſſunt eligere:quia quod priores ꝓuinciales habēt à iure cōmittere poſſunt, cū ſint ordinarij. ¶Tertiò,ꝙ dicti electores ſi electos per ſe vel per alios præſentēt dictis prælatis.Vbi no.primū ꝙ ſecundum Sum.Roſ.cuſtodes poſſent facere iſtam præſentatione.allegās gl.in verbo,cuſtodes.Sed fallitur : qa ibi eſt ſermo de petitiōe licētiæ,nō de pręſentatione.Vnde Arc.ſentit cōtrariū,& bene,quia tex.eſt clarus.Nota ſecundò ꝙ Sum. Ang.dicit non eſſe neceſſe ꝙ iſti electi pręſentetur perſonaliter. cuius oppoſitū tenet gl.& rationabiliter :quia,vt patet in tex.pręlati poſſunt aliquos ex electis refutare,ſi nō fuerint idonei:& conſequenter debēt ſubijci examini eorum : quod ſine pręſentia eſſe non poteſt. Vnde ſi electi non pręſentati perſonaliter nō acceptetur,nō habēt ex hoc licentiā à papa audiendi. ſi tamē ipſi pręlati hoc nō exigant,ſatis factum puto huic legi:vt j.§.ij.¶Quartò requiritur, quòd dicti fratres non audiant extra diœceſim illius,cui ſunt pręſentati,ſecundum Car.quē ſequitur Sum.Roſ.& Ang . innitētes textui in verbo,extra.Supplementū verò tenet quòd dictæ diœceſis perſonas audire poſſunt vbiq;.Sed hoc dictum ſecundum eſt planè contra omnes doctores & contra textum.Primū verò indiget limitatione:quia quādo fratrū prædictorū loca ſunt vicina diœceſi,in qua vel pro qua præſentantur,& in quanō ſunt dicta loca,in ipſis locis audire poſſunt ꝑſonas talis diœceſis:vt patet in textu:alioquin oporteret cōfeſſores accedere ad cōfitētes,nō econuerſo.& de hoc infrà.§.iij.intra diœceſim autem vbiq; poſſunt audire,etiā in domibus ſecularium etiā contradicētibus curatis:quia ex quo prohibentur extra: permittuntur intra.ar.j.q.j.extra catholicam.nā quicquid eſt intra limites,cedit limitato.ff.de lega.iij.l.patronus. §.Sempronio.Poſſunt tamē iſti fratres præſentari prælatis extra diœceſim exiſtētibus ſecundū Paul.cùm ſit iuriſdictionis voluntarię.¶Quintò requiritur.quòd confiteri volētes prædicti ſint de iuriſdictione pręlati cui ſunt præſentati : vt patet in textu,niſi habeāt priuilegia.¶†Secūdò quæritur an præſentatio quotidie vſitata,qua ſcilicet priores cōuētuales vel gardiani doctorū ordinū per ſe vel per alios petūt licētiā à diœceſano vel eius vicario exponēdi fratres ad cōfeſsiones,ſit facta ſecūdū formā dictæ cle.dudū?Et dico ꝙ in ordine Prædicatorū,quia prouinciales dant prioribus conuētualibus licentiam exponēdi fratres ſiue præſentandi prælatis ꝓ cōfeſsionibus,dant eis licētiā faciēdi prædictā electionē: vnde prædicta præſentatio eſt facta ſecūdū formā dictæ clemētinæ, ſicut ſi fieret à ꝓuinciali,quādo prælati aliā ſolēnitatē nō requirunt:quia ſecūdū Mat.& Zen.ſufficit ꝙ ſeruet forma quo ad tria ſubſtantialia quæ peti debēt:quæ ſunt,audire confeſsiones,imponere pœnitentias, ac beneficiū abſolutionis impēdere.Vnde petēdo iſta tria ſeruata eſt forma:&valebit cōfeſsio pro præſentibus electis,vel etiā pro eligēdis, ſi hoc petatur:imò ſi petatur licētia ſolùm audiēdi,intelligūtur petita alia duo ad quę dicta auditio ordinat.Nec obſtat ꝙ ſecundū gl.dicta præſentatio debet eſſe perſonalis,eo ꝙ præſens dicit,qui præbetur ſenſibus corporis.ar.ff.de verb.obl.l.j.qa hoc eſt verū ſolùm quādo prælati hoc volūt & petūt.qđ patet:tū qa hoc eſt ſtatutū in fauorē prælatorū vt eis deferatur. cui renūtiare poſſunt:& ſi dicat ſtatutū vt examinēt:dico ꝙ examē hoc cōmittere poſſunt alteri,puta prælatis ipſorū,in quibus fidunt:tum quia quādo alicui imponit aliquod onus ſine determinatiōe,quo impleto ad aliquod bñficiū meretur admitti:quocūq; leuiori modo impleatur onus,cōditio dicit impleta:& ad beneficiū meretur admitti:vt ꝓbatur ff.de cō di.& demō.l.qđ traditū.Vnde in ꝓpoſito ſufficit ꝙ fiat præſentatio verbaliter,vel qualitercūq;.Et motiuū gl. nō valet: quia præſentatio perſonalis etiā fieri pōt per ꝓcuratorē.C. de proc.l.fi.& ſic præbet ſe quis ſenſibus per ſe vel per aliū.ff. de proc.l.præſens.Fratres tamen aliqui in hoc ſunt priuilegiati,vt omnes qui qualitercunq; ſunt expoſiti, intelligantur expoſiti ſecundum formā cle.predictæ.¶Tertiò † quęritur,

4 quæ differentia ſit inter fratres pręſentatos ſecundū dicta formā, & curatos ac alios fratres ſic nō pręſentatos? Et dico ꝙ dicti fratres poſſunt audire omnes de diœceſi, pro qua ſunt præſentati:ſed nō poſſunt cōmittere alteri audientiā, nec eā exercere extra diœceſim,ſecundū Lau.& Zab.niſi in caſu dicto:alioquin quo ad eccleſiā nō eſſet vera abſolutio:&cōfeſſio iteranda eſſet,ſecundū Arch.ſed curati nō poſſunt audire omnes de diœceſi,ſed parochianos ſuos tantùm: eorū tamē audientiā cōmittere poſſunt alteri,& exercere extra diœceſim ſuā vbiq;:quia in his quæ fiunt ſine ſtrepitu iudicij,& ſub ſilentio,nullius ledītur territoriū.ff.de offi.ꝓcon.l.ij.Et facit quod not.Pan.in c.cum cōtingat.de foro cōpet. Et ita tenet Card.Si tamē ſine dicta ſolēnitate cōmitteretur ab epiſcopo vel curatis, fratribus iſta authoritas audiēdi cōfeſsiones ſimpliciter:tunc ſecūdum Arch. poſſent etiā extra dœceſim audire,ſicut & alij vicarij eorū:& in hoc ſunt maioris poteſtatis quàm dicti electi,licet in alio ſint minores:quia nō habēt authoritatem, niſi quam dat eis epiſcopus vel curatus: electi verò habent eā quam dat pontifex ſummus.de qua infrà.§.v.¶Quintò quęritur,quis ſit effectus cōmiſsionis factę prædicto modo vel alio?Et dico ſecūdū Pe.de pa.in iiij.diſt.xvij.ꝙ ſunt quinq;,quos tamen nō habet in ꝑſonis ordinū reprobatorū,de quibus dicitur extra de relig.do.c.j.lib.vj. ¶Primus eſt,quòd cōmiſſarius audire & abſoluere poteſt nullius alterius licētia requiſita:& ſimiliter pœnitēs confiteri nō petita licentia aliqua,etiā à proprio ſacerdote,arg.efficax extra de priuil. in his quæ.lib.vj.Et idem dicit Ioā.And.in c.ſi epiſcopus.de pœn.& remiſ.lib.vj.& idē Paul.Vnde gl.Ber. oppoſitum dicens per clementē quartū tāquam falſa damnata eſt in quodam priuilegio,quod incipit, quidam temere. ¶Secūdus eſt,quia cōmiſſarius audire poteſt contra ꝓhibitionē alterius prælati inferioris vel ęqualis,& ſi nō ſupioris: inferior enim cōtra ſuperioris inhibitionē alteri committere nō pōt, ſicut nec per ſeipſum audire: econuerſo autē ſuperior contra inhibitionē inferioris ſicut audire,ita & cōmittere poteſt ſimiliter ſi eſſent duo curati,& vterq; inſolidum vnus contra alterius inhibitionē & audire & committere pōt: quia par in parē nō habet imperiū.¶Tertius, quia tenet curatus ei euchariſtiā & alia ſacramēta miniſtrare,ex quo dicit ſe confeſſum illi q potuit abſoluere.Vnde & ſecūdū S. Tho. in quoli. tenetur ei credere.quod limita ſecundū eundē,& Pet.prędictum,niſi eſſet excōmunicatus vel notorius peccator,aut generaliter aliquid habēs pertinēs ad forū cōtētioſum.quo caſu antequā euchariſtiā illi miniſtret,debet ei clarè de abſolutione cōſtare.¶Quartus eſt,quia peccata cōfeſſa habenti dictam cōmiſsionē non tenetur quis recōfiteri proprio ſacerdoti,vt etiā declarauit Io.xxij.in extrauagāti,quę incipit,vas electionis.¶Quintus,quia audiēs confeſsiones non iure ſuo perdit ſuam poteſtatē delegāte mortuo vel amoto.Et idem fortè eſt ipſo excōmunicato vel ſuſpēſo: quāuis probabiliter dici poſsit quòd ſi epiſcopus nō exiſtēs excōmunicatus vel ſuſpenſus inſtituit officialē & pœnitentiariū,& poſtea excōmunicetur:vterq; poteſt in ſuo officio procedere: quia vtit iure eius qui iuriſdictionē habet,licet nō vſum p ſe.vide tamen ſ. Abſolutio.ij.§.vj Si autē iam erat excōmunicatus:inſtitutio vel cōmiſsio nō tenuit.Si tamen cōmiſsio fiat ſecundum formam dictæ cle.dudum.ſecūdum Direc.& Card. non expirat per mortē cōcedētis:quia eſt papalis.Et hoc ſi fiat ſimpliciter,ſicut neceſſariò fit,ſi ipſi velint.arg.de trāſact.veniens.Si etiā ſit cōmiſsio aliàs facta ab epiſcopo: durat quo ad fratres Pręicatores:& conſequenter quo ad Minores: quia priuilegiati ſumus quòd epiſcopis mortuis,qui nobis ſuā authoritatem dederūt vel cōmiſerunt,ea poſſumus vti donec eccleſiæ prouiſum fuerit de paſtore.Si verò ſint deputati vſq; ad beneplacitū deputātis,ſecundū Card. poſt eius mortē nō durat commiſsio:quia hoc extinguitur morte,vt in c.ſi gratioſe.de reſcr.lib.vj.¶Quintò † quęro,à quibus poſsint abſoluere fra 5
tres præſentati ſecūdum formā dictæ cle.Et dico quòd circa hoc ſunt duę opiniones,quarum prima dicit quòd abſoluere nō poſsint à reſeruatis epiſcopo de iure vel conſuetudine aut volūtate,ita quòd ſicut curatis poteſt epiſcopus eis reſeruare caſus ad libitū ex cauſa rationabili, ſiue cōſtituendo ſiue aliter:&multo magis hoc pōt conciliū prouinciale & ſynodale,à cuius ſentētijs religioſi abſoluere nō poſſunt, vt dictum eſt.Et hanc opinionē Arch.recitat,& more ſuo in dubijs non videtur determinare,ſed hanc tanquam tutiorem conſulit. Sum.verò Piſ.nō videtur appoſuiſſe mētem ad ſpeculādum an dicti fratres habeāt aliquid plus quàm curati:ſicut fecerūt quidam ſequētes.Io.verò And.Zab.Laud.Paul.Steph. Ioan. Mo.& Zenze.hāc ſequūtur.Quorū motiua ſunt duo. Primò cle.religioſi.de priuil.vbi dicitur quòd religioſi à caſibus reſeruatis ordinarijs quenquā abſoluere nō pręſumāt. Secūdò, quia,vt dicit Io.Mo.ſi epiſcopus poteſt arctare poteſtatē ordinariam curatorū:multo magis arctare poteſt extraordinariam ipſorū fratrum.Tertiò adde quòd gratia,quam hic papa facit,ſuper qua ſcilicet opinio contraria fundat, habet locum ſolùm quādo ordinarij nolūt admittere fratres pręſentatos idoneos,vt patet in tex.¶Secūda opinio dicit quòd dicti fratres abſoluere poſſunt ab oībus caſibus exceptis præcisè reſeruatis epiſcopo in iure vel ſuperiori:quātūcūq; reſeruentur epiſcopo ex conſuetudine vel cōſtitutione vel bñplacito.quam opinionē videtur fundaſſe Gul.Spec.& Io.de Lig. efficaciter proſecutus eſt in c.omnis.de pœ.& remiſ.&ſequitur Pan.& cōmuniter omnes Summiſtæ & docto.ſequentes. & hoc rationabiliter &verè. Primò,quia data veritate primę opinionis,fratrū priuilegium truncari poſſet ex toto: quod eſſe nequit.c.quando.de priuil.Et ſecundò, quia diſpoſitio d. cle.dudum.totaliter poſſet euacuari & annullari,& fruſtrari eius intentio: quæ eſt vt populi libenter dictis fratribus cōfitentes habeant ſuas conſolationes in domino. quod nō eſſet, ſi epiſcopi ad libitū poſſent ſibi caſus reſeruare.Tertiò, quia gratiam,puta abſoluere poſſe ab omnibus, niſi reſeruētur à iure,quam cōcedit ſuperior,id eſt,papa, reuocare, vel arctare non poteſt inferior:vt patet per ſe. & in cap. inferior. diſt. xxj. Nec poteſt dici quòd papa eam concedit ſolùm in caſu iuxta tertium motiuum:ſed ſimpliciter etiā extra dictum caſum.quod patet primò,quia ſecundū Dire. iſta conceſsio vel licentia audiendi eſt papalis:& prælati in concedendo præbent nudum miniſterium, ſicut miniſter in baptizando, ſcilicet vt eis deferatur.quod patet: quia ſi non concederent, nihilo minus hoc haberent.Vnde papa eſt qui cōcedit,& in dicto caſu,& extra illum quādo prælati admittunt.Dicere autem quòd quando illi admittunt,concedit minus: & quando repugnāt,maius:nec eſt rationabile,nec habetur ex textu.Secundò,quia vt patet in fine textus,ibi:niſi forſan &c.hāc gratiam habent dicti fratres, etiam quando prælati vberiorem gratiam faciunt:& cōſequenter eā habent extra caſum, quo eos nolunt admittere.Vnde ſecurè tenēda eſt hæc opinio: & ſecundum eam practicādum eſt. quādo epiſcopi vel eorum vicarij ſunt inſolentes & duri in concedendo, ex auaritia vel æmulatiōe,vel alia iniuſta cauſa.ſuprà Abſolutio.j.§.iij.in fi. niſi caſui reſeruato ab eis eſſet per conſtitutionē annexa excommunicatio reſeruata diœceſano vel ſuperiori:quia tunc fratres prędicti nihil poſſunt,ꝑ d.cle.religioſi.ſ. Abſolutio.j.

§.iiij.Vnde ſe nõ intromittãt ſine epiſcopi licẽtia:quia eſſent
excõmunicati.Et idẽ ſentit gl.de ſentẽtijs ſuſpenſionis & in-
terdicti.de quo vide ĩ. Excõicatio.vij.§.xiiij.dubio x. Simili-
ter nec de votis diſpenſandis,aut iuramentis, aut de incertis
reſtituẽdis:niſi vt ĩ.Reſtitutio.vl.§.vj.Ad motiuũ primũ dico
illã cle.loqui de reſeruatis iure cõmuni,nõ ſtatuto vel cõſue-
tudine:quia ſicut hæc, ſcilicet cõſuetudines & ſtatuta cõtra-
ria excludunť per cle.dudũ.ita oportet ea excludi per cle.re-
ligioſi.ne leges fiant ludibrio.C.de bo.quæ lib.l.fi.§.vbi aũt.
& iura iuribus ſunt cõcordãda.l.vnica.C.de inoffi.do.de ele.
cum expediat.lib.vj.Ad ſecundũ dico ꝙ vtiq; illud põt, ſi ipſe
talem daret poteſtatẽ ex ſe tales ꝓmouendo:nõ autẽ ſi eam
dat ſuperior:quanquã talis poteſtas ſit ordinaria ſurgẽs à di-
cta cle.vt tenet Zen.& Laud.Sũt & alia motiua Mon.ſed in-
6 ualida. De prãte autẽ curatorũ,vide tit.ſequẽti. ¶Sextò † q̃-
ritur, quos audire & abſoluere poſsint dicti fratres? Et dico,
ſecundũ omnes Doct.ꝙ audire & abſoluere poſſunt oẽs,qui
abſolui poſſent ab illo prelato, cui ſunt præſentati, tam ex-
emptos quàm nõ exẽptos, tã eccleſiaſticos quàm ſeculares,
ſecundũ Card.nec cõtradictio curatorũ,aut quæcunq; excõ-
municationis ſententia cõtra hoc quicquã valet iure ipſo per
extrauagantẽ Mart.iiij.inſertã in rub. de priuil.imò, ſecun-
dum aliquos,abſoluere poſſunt etiã religioſos, qui ex ſtatu-
tis ſuorũ ordinũ abſolui nequeũt,niſi à ſuis prælatis:quia hęc
prouiſio eſt reſpectu omniũ volentiũ cõfiteri, & de plenitu-
dine poteſtatis, quæ ab alijs ſtatutis nõ depẽdet. Sed gl.tenet
contrariũ,dicens quòd per hanc conceſsionẽ illi nõ compre-
hendũtur.quod Pan.tenet:& Card.dicit verius:quia religioſi
nõ habent velle.de elect.ſi religioſus.lib.vj. & conſequenter
nec poſſunt dici volẽtes,ſcilicet niſi quatenus volũt prelati.
¶Septimò † quæritur, cui fiet iſta præſentatio, ſiue quis in-
7 telligať hic nomine prælatorũ? Et dico quòd ſecundũ Direc.
intelligũtur epiſcopi,& eorũ loca tenẽtes de iure vel cõſuetu
dine:vt ſunt qui de iure vel cõſuetudine ſede vacãte regũt ec
cleſias:& ſic nomen prelati accipitur ſtrictè, ſicut & de offi.
or.ſi epiſcopus.& de tẽp.or.cũ nullus.lib.vj.largè autẽ capi-
tur,de off.or.cũ ab eccleſiarum.Card.verò dicit hic nomine
prælatorũ intelligi eos,q in loco habẽt iuriſdictionẽ epiſco-
palẽ vel quaſi,ita quòd nulli diœceſano ſubſint ipſi,nec eorũ
ſubditi.qđ tenet Pan.& ſic quo ad tales nõ ſufficeret licẽtia
diœceſani.Et hæc opinio dicit idem quod prima, & aliquid
8 addit.¶Octauò † quęritur, cui fiet iſta præſentatio, ſi vacat
ſedes:vel haberi nõ poſsit copia prælati? Et dicit Pan. quòd
vacãte ſede fiet capitulo,ar.c.cũ olim.de maio.& obed.& nõ
habita copia prælati fiet,inquit,eius vicario in ſpiritualibus,ſi
habet.de tẽp.ord.cum nullus.lib.vj.Si verò nõ habet, & hoc
malitioſè facit:debet adiri ſuperior, qui eius negligentiã de-
bet ſupplere.arg.ix.q.iij.cũ ſimus.de conc.pb.quia diuerſita-
tem.& idẽ ſi eſſet excõmunicatus vel ſupẽſus:arg.in eo.c.qa
9 diuerſitatẽ.¶Nonò † quęritur, qd ſi dicti prelati nolint ad-
mittere præſentatos? Et dico quòd ex rationabili cauſa poſ-
ſunt reprobare aliquẽ ex electis,vt patet in textu: & hoc in-
tra triduũ à die præſentatiõis,ſecundũ cõſtitutionẽ,inter cũ-
ctas.quæ,quia ſublata eſt,ſecũdũ Laud. hoc eſt arbitrarium.
Et ſi loco repulſi alius ſubrogeť:etiã ille ſecundũ gl.ex cauſa
poterit repelli:nõ autem ſine cauſa. Si verò prelati abſolutè
nolunt dare licentiã dicto modo petentibus,nihil refert:quia
eis licẽtia authoritate apoſtolica cõceditur.vnde audire poſ-
ſunt cõfeſsiones.& hoc,ſecundũ Card. expectato cõgruo tẽ-
pore:quod,vt videť,eſt vſquequo viderint eorũ in hoc firmã
ſententiã.Si verò prelati nõ expectata preſentatione premo
nentes dicãt,nõ præſentetis aliquos,quia nõ admittemus: ſe-
cundum Card. audire poterũt ſine alia preſentatione.Si verò
expreſſe nõ recuſant admittere, ſed nõ dant licentiã, vel ne-
gligunt,ſecundũ gl.locũ habet hic priuilegiũ poſt trinã mo-
nitionẽ vel requiſitionẽ.de ſup.neg.prel.c.j.& facit de appel.
ab eo.lib.vj.¶Decimò,† qd ſi fiat cõtẽtio de numero admit-
tendorũ vel idoneitate? Et dico ꝙ ſi fiat de numero, ſecun-
dum gl.epiſcopus reijcere poteſt,ſi vltra modũ ſolitũ preſen-
tẽtur,nec hoc exigit populi multitudo: vnde recipiet nume-
rum qui ſibi videť:de reliquis erit recurſus ad arbitriũ boni
viri,id eſt,iudicis,q debet eſſe medius,ſecundũ Card. Si verò
ſit de idoneitate:& ꝓbabiliter cõiecturetur de malitia pre-
latorũ,ꝙ ideo ſcilicet cõtendãt,quia nolũt admittere: credo
quòd locũ habebit priuilegiũ,ſaltẽ in ſubrogato:quia nõ re-
fert an verbo vel de facto dicant ſe nolle dare licentiã. Vbi
verò prelati bene mouẽtur,licet cũ errore, verũ eſt qđ dicit
gl.eos repellere poſſe,etiã ſubrogatũ. ¶Vndecimò † quæri-
tur,quid ſi dederint quidẽ licentiã, ſed deinde reuocauerint?
Et dico quòd ſine cauſa hoc facere nõ poſſunt,ſecundum gl.
Paul.Zen.& Card.Vnde nihilo minus licentiã fratres habe-
rẽt: quia eſſet in fraudẽ legis: & idẽ quaſi abſolutè negaret.
Ex cauſa tñ videtur quòd hoc poſsint, ſecundũ mentẽ prędi-
ctorũ:vt puta,ſi aliquis ex doctis fratribus poſt licentiã ſcan-
daloſè:cõuerſareť,vel efficereť ſurdus,aut mẽte captus,& hu-
iuſmodi,quia textus reqrit perſonas idoneas,& vita ꝓbatas.

## Ruſus de Confeſſore tartiò,quantum ad eius qualitatem.

1 *Confeſſor qualis eſſe,& quot in ſe habere neceſſariò debeat? Et*
*quid de bene eſſe? Et de ſingulis fusè diſſerit.*
2 *Confeſſor caſus epiſcopales & papales indagare teneatur. Et*
*an ſic teneatur ſcire epiſcopales,ſynodales,archiepiſcopales?*
3 *Regulæ duæ pro exponẽte & exponẽdo ad cõfeſsiones audiẽdas,*
4 *Confeſſor in peccato mortali exiſtens, audiendo confeſsiones,*
*an peccet? & qualiter,ac quoties? Et num ſubditus à miniſtro*
*eccleſiæ in mortali exiſtenti ſacramenta extra neceſsitatis ca-*
*ſum tutò accipiat? Et qui dicatur neceſsitatis caſus?*
5 *Confeſſor à quibus abſoluere poſsit? Et an caſus, qui de iure*
*inferioribus competunt, epiſcopus ſibi reſeruare poſsit: & in*
*quibus caſibus?*
6 *Authoritas quam epiſcopus, vel alius ſuperior inferiori conce-*
*dit,quomodo,ac quatenus accipienda ſit?*
7 *Diſpenſare in votis,aut iuramentis,ſine mandato ſpeciali non*
*licere:ſed nec ab excommunicationibus à ſacerdotibus illatis*
*pro furtis ac damnis,quorum authores neſciuntur, abſoluere. Et*
*ibidem multa alia, in quibus ſpeciale mandatum requiritur.*
8 *Officialis epiſcopi,num in præſentijs authoritatem caſuum epi-*
*ſcopalium habeat?*
9 *Sacerdos, num eum abſoluere poſsit, quem non ipſe, ſed alius*
*audiat? Et num illam,cum qua peccauit? Et ibidem,an epiſco-*
*pus in ſimonia cum eo admiſſa diſpenſare queat. Et ſub hoc*
*quod diſpenſatio dignitatis ſit,abſolutio neceſsitatis.*
10 *Sacerdos in mortis articulo,num quilibet à quolibet quemuis*
*in abſentia propria ſacerdotis,abſoluere poſsit?*
11 *Sacerdos num illum abſoluere poſsit,qui ab aliquo deſiſtere non*
*vult,quod ſacerdos ipſe mortale credit?*
12 *Confeſſor,num à peccato abſoluere excõmunicatũ poſsit,quem*
*ab excommunicatione abſoluere nequit? Et de hoc opiniones*
*duæ recitantur.*
13 *Cõfeſſor,num de omnibus,quæ ſibi in confeſsione dicũtur,ẽã co-*
*gnitionẽ habere debeat,vt ſciat mortalia ſint nécne? Et quid ſi*
*caſus illi dubius occurrat? Et caſus dubius quot modis dicatur?*
14 *Confeſſor in confeſsione delinquens ex ignorãtia,pro qua cul-*
*pa teneatur?*
15 *Confeſſor videns pœnitentem pœnitentiã ſubire nolle, aut non*
*expleturum qua cautione ac prudentia vti debeat? Et quid ſi*
*pœnitens confiteatur,ſed à peccato abſtinere nolit, nec aliquid*
*facere velit,ad quod ex neceſsitate teneatur?*
16 *Curatus ſubditos habens ſurdos,mutos,furioſos,& huiuſmodi,*
*qualiter circa eos ſe geret?*
17 *Confeſſor videns confitentem ex imprudentia confitendo defi-*
*cere,num interrogationes ipſe facere debeat? Et quatenus de-*
*beat interrogationes mouere? Et de quibus? Et ibidem quòd*
*omittens facere neceſſarias interrogationes peccet mortaliter?*
18 *Confeſſor interrogationes in confeſsione, qua ratione propo-*
*nere debeat? Et quot in his faciendis neceſſaria ſint? Et ſub*
*hæc,quòd ſicut confitenti perſonam cum qua peccauit exprime-*
*re non licet,ita nec de ea confeſſori inquirere expedit?*



1 CONFESSOR † tertiò , qualis debeat eſſe, vt plenius
innoteſcat,colligo ꝙ debeat habere tria neceſſariò,ſci
licet potentiã,ſcientia,& prudẽtiã:& quartum de bñ eſſe, id
eſt,vitæ ſanctitatem.Quantũ verò ad potẽtiã ſciendũ eſt,ꝙ
auditurus confeſsiones in primis poſt poteſtatẽ characteris
ſiue clauis,debet etiã habere poteſtatẽ iuriſdictionis ordina-
riam vel delegatã,& bñ aduertere quantũ illa ſe extendat.
Nam ſecũdũ Arch. qui aliquẽ abſoluit in caſu in quo nõ põt,
quia erat reſeruatus,vel qa nullã habebat authoritatẽ, ſciẽ-
ter vel ex ignorantia iuris craſſa nõ incurrit quidẽ ex hoc ali
quam cenſurã,etiã ſi ſit religioſus,ſecundum Zab.& Zen.tñ
peccat mortaliter,ſecundũ Rich.in iiij.di.xviij.& ſic abſolu-
tũ de proprio errore teneť auiſare,ſi põt,ſcilicet cõmodè:li-
cet ille quo ad Deũ,dũ hoc ignorat,excuſeť. qđ intellige qñ
ſine ſcãdalo notabili põt auiſare.Vel petita ac obtẽta autho
ritate abſoluẽdi in caſu in quo abſoluere nequiuit,ſecũdũ Di
rect.& aliquos peritos vocato illo cautè de qbuſdã confeſsis
interroget,quaſi plenius informãdus, & an deinde aliqua cri
mina ꝑpetrarit:& ſic eum denuò abſoluat ab omnibus tũc &
prius auditis:vel ſi inde magnũ ſcãdalũ timereť:abſoluat ab-
ſentẽ,ſi ab vltima confeſsione adhuc crediť ꝑſeuerare in gra
tia:vel in hoc caſu,ſecundũ alios,cõmittat ſummo ſacerdoti
Chriſto,præſertim qñ multitudo eſt ſic neglecta:vel inter-
eſt multa diſtãtia loci.Præter hoc etiã ſi religioſus ſic abſol
ueret ab aliqua ſentẽtia excõmunicatiõis,ſuſpẽſionis, vel in-
terdicti,eſſet excõmunicatus.Hæc ex illo.Et adde ꝙ ſufficit
credulitas probabilis dictæ ꝑſeuerãtiæ in gratia, ſecũdũ iſtã
opinionẽ:cùm certa haberi nequeat,etiã de eo q præſentia-
liter confitetur. Aduerte tñ quòd ſi talis cõfeſſor abſoluere
potuit ab aliquibus,licet nõ ab omnibus: ſufficeret recõfite-
ri illa ſolùm,à quibus abſoluere nõ potuit,habẽti authorita-
2 tem.¶Ex † his elice quòd tenetur indagare qui caſus ſint epi-
ſcopales,& qui papales:alioquin periculoſè audiret:vt in cle.
religioſi.de priuile.Caſus autem epiſcopales, ſynodales, vel
archiepiſcopales ſic ſcire non tenetur,ſecundũ Dir.lib.iij.ti.
ij.vbi dicitur,quòd religioſus probabiliter ignorare põt hu-
iuſmodi inſtituta,quia in facto conſiſtunt:maximè,quia talia
cõſilia adire talis nõ tenetur:ideò ſecundũ Verue.excuſatur.
Et adde tu ꝙ tãto magis,quãto hodie ſi religioſi vel alij de
huiuſmodi inquirãt:etiã ipſi epiſcopi plerũq; neſciunt de hu-
iuſmodi docere,deberent tamen ſolicitè cõfeſſores inquire-
re,ſi quid in cœna Domini vel in alio tempore de huiuſmo-
di publicatur.¶Quantũ verò ad ſcientiã , notandũ eſt quòd
in confeſſore,ſecundũ S.Tho.in iiij.di.xvij.& in 1. ſcientia &
ſi nõ ſit maior,tanta debet eſſe vt ſciat diſtinguere inter pec
catum & nõ peccatũ, mortale & veniale:& ſi in aliquo eſſet
dubitatio,ſciat cõſiderare vt poſſet recurrere ad peritiores.hęc
ille.quam ſententiã S.Bona.eadẽ diſtinctiõe extendit dicens
quòd tantam ſcientiam debet habere confeſſor , quòd ſciat
diſcernere in peccatis communibus, quod veniale , & quod
mortale:& quòd ſciat ſemper ad quæ peccata ſua poteſtas ſe
poſsit extendere.Ratio,quia alia pœnitẽtia pro mortali,alia
pro veniali eſt imponẽda.Item qa ſi eſſet aliquod genus pec
cati,ad quod manũ extendere nõ poſſet:niſi illud cognoſce-
ret,audiret cõfeſsiones in periculũ ſui & confitentiũ ſibi: vñ
homines hoc cognoſcẽtes teneną cõſulere diſcretos : alioqn
vterq; grauiter peccaret.Et hoc voluit dicere Augu . de pœ.
di.j.qui vult.Eſt & alia ſcientia,qua quis ꝑ habitũ acquiſitum
ſcit diſcernere inter perplexitates peccatorum:& hæc eſt de
bñ eſſe:in talibus autẽ ſemꝑ debet eligere viam ſecuriorẽ,
& conſulere ſapientes.hæc ex illo.Alb.etiã dicit ꝙ ſacerdos
non tenetur ſcire diſcernere, niſi in cõmuni quæ ſint capita-
lia,& quæ mortalia cõmunia,& quæ venialia ex genere.quod
qui neſcit,peccat,inquit,mortaliter audiendo confeſsiones:
& plus peccat,qui eũ inſtituit aut ꝑmittit inſtitutũ miniſtra-
re.in perplexis autem quæſtionibus debet ſacerdos parochia
lis eſſe ita diſcretus,vt talia difficilia eſſe ſciat: nec procedẽ-
dum in eis ſine ſuperioris cõſilio vel authoritate.hæc ex illo.
& idẽ de omni confeſſore.Et per cõmunia intelligit ea quæ
communiter ab omnibus ſciuntur eſſe mortalia. Vñ,ſecun-
dum iſtos,ſufficiẽtẽ credo qui attẽtè legit,& intellexit Defe
cerunt:niſi ſit aut naturaliter ſtultus,aut præſumptuoſus,vt
nõ ſciat dubitare,vel nolit interrogare: qa talis habet dictã
communem notitiam.Durãdus autem ordinis Minorum ri-
goroſius loquitur,dicẽs quòd cõfeſſor ſcire debet vtrum ex-
preſſa per pœnitentẽ ſint peccata vel non,& vtrũ cõtractus,
quos facit,liciti vel illiciti:& quando reſtituere teneť,& quã-
do non: & vtrum debeat illũ à cõmunione ꝓhibere vel non:
quia ſi iudicat licitũ quod eſt illicitũ: vterq; in foueam cadit:
niſi eum excuſet probabilis ignorantia: puta,ſi habet aliquẽ
doctorẽ authenticũ,& famoſum,cuius opinioni innititť.Vn-
de ſi non ſit expertus in caſibus,ita quòd nec ꝑ ſe ſcit iudica-
re,nec dubitare nouit:cum periculo animæ ſuæ audit cõfeſ-
ſiones.hæc ille.Sed hoc dictũ eſt verũ in eo q voluntariè au-
dit:maximè ſi ingerat ſe ad hoc,vt dicit Arc. & patet ex ver-
bis do.Durãdi.qui præmittit ante prædicta,ꝙ cõfeſſor quo-
ties ſe ingerit ad cõfeſsiones,toties ſe offert ad reſpondendũ
de quolibet,& interdũ de caſibus inopinatis & aliàs inauditis
& valde perplexis.Deinde cõcludit:debet ergo confeſſor ſci
re,&c.Dictum verò S.Tho.Bona.& Alberi. quod in ſcientia
verum eſt,intelligitur in audiente ex obedientia & coactè:in
quo ſufficit ſcientia minor,ſecundum Petr.de Pal. ¶Ex † his 3
aũt omnibus elicio duas regulas.Prima quantũ ad exponen-
dum.Si is qui ex obedientia exponitur,certus ſit ꝓbabili cer
titudine ſe eſſe idoneum:ſecurè audit. Si verò ſcit ſe nõ eſſe
idoneum:peccat audiendo, maximè ſi videt exponentẽ mo-
ueri paſsione amoris vel cupiditatis,& huiuſmodi. Vnde ſe-
cundum Arc.non excuſatur à peccato,ſi in eo ſit tanta igno-
rantia,quòd neſcit etiam quod dicit S.Tho. & Albe. Si verò
dubitat:etiam ſecurè audit:quia regulariter ſecundũ S.Tho.
in quol.ſubditus obedire tenetur in dubijs. Secunda quãtum
ad exponentem.Si videt exponendum tantam habere gram-
maticã vt lecta intelligat:& vidiſſe Defecerunt,aut ſimilem
librum,& non eſſe ſic ſtolidum quin dubitet vbi eſt dubitan-
dum:nec temerarium vel præſumptuoſum in ſuo iudicio,ſe-
curè exponit:vt patet ex dictis. Quantum verò ad pruden-
tiam,ſciendũ eſt quòd ſtante poteſtate & ſcientia,ſi eſſet im
prudens,adhuc poſſet in multis caſibus præcipitare peccato-
rem:in quibus quid ei agendum ſit,patebit infrà. §.decimo.
¶Quantum † verò ad ſanctitatem vitæ ſciendum eſt,quòd 4
exiſtẽs in mortali,audiẽdo cõfeſsiones mortaliter peccat:qa
ſecundum S.Tho.& Alberi.omnis exiſtens in mortali,exhi-
bend

uendo ſe miniſtrum eccleſiæ in aliquo actu, mortaliter peccat: & toties, quoties huiuſmodi actum facit. non tamen ſemper requiritur confeſsio, niſi in euchariſtia: ſed ſufficit contritio. An autem poſsit quis confiteri tali exiſtenti in mortali: S. Tho. dicit ꝙ licet ſubditus teneatur recipere ſacramenta à miniſtro eccleſiæ etiã exiſtente mortali, quouſq; ab eccleſia toleratur, quia adhuc ei obligatur: tamen excepto caſu neceſſitatis non foret tutum huiuſmodi inducere ad executionem alicuius ſpectantis ad ſuũ ordinem durante conſcientia quòd ſit in mortali: quam tamẽ poteſt deponere: quia in inſtãti ex diuina gratia ſe poteſt emendare. Hoc tamen modificatũ eſt per conſtitutionem Conſtantienſem, quam habes infrà. Excommunicatio. v. §. iij. Hic tamen no. quòd caſum neceſsitatis appellat Sã. Thom. eum, in quo alius ſacerdos haberi non poteſt, & confeſsio imminet nõ ſolùm neceſſariò, vt videtur velle Supplementum, ſed etiam de bene eſſe pro cõmunione vel ſpeciali deuotione: quia ſi non peccat mulier vadẽs ꝑ viam ſuam ad eccleſiam cauſa deuotiõis obijciendo ſe oculis hominum, quos inde credit ſumpturos occaſione mali: pari ratione hic. Et licet talem inducere tali caſu: licet hoc neget Supplementum: quia hoc ſonant verba S. Thom. & hoc non eſt inducere illum ad malum faciendum, ſed ad bonum. & de
5 ſimili vide infrà, Vſura. primo. ¶ Primò † verò quæritur circa prædicta, à quibus poſsit abſoluere cõfeſſor? Et dico quòd de fratribus Prædicatoribus & Minoribus dictum eſt ti. priore. §. v. De curatis autem dico quòd Ioan. de Ligna. poſt Gul. in Spe. ſic dicit. Non obſtante ꝙ doctores ponant multos caſus epiſcopis reſeruatos, curati abſoluere poſſunt ab omnibus occultis, quæ in iure non ſunt epiſcopis reſeruata, & quæ non ſunt ipſis ſacerdotibus directè vel per conſequentiã aliquã interdicta. Licet ergo epiſcopi poſsint reſeruare certos caſus qui de iure competunt inferioribus: nõ tamen hoc poſſent ſimpliciter, niſi in duobus caſibus, ſecũdum Gul. ſcilicet directè: vt cùm aliqui fuerũt legitimè in crimine deprehẽſi, quod meritò fuerint tali poteſtate priuati. Secũdò indirectè per aliquam cõſequentiam: vt cùm aliquis caſus euenerit, in quo ad vtilitatem cõmunem expediat quòd talem caſum retineat: & aliter nõ. xxv. q. ij. de eccleſiaſticis. Nõ expedit vtilitati communi reſeruare tot caſus: ſed hoc eſt ponere laqueũ in viã ſalutis. hæc ex illis. Sed intelligo quòd hoc epiſcopi nõ poſſunt extra illos duos caſus ſine peccato: quia ſcilicet hoc non poſſunt ſine peccato, ex aliqua rationabili cauſa: quæ videtur ſemper aliquam illarum duarum reduci: abſolutè tamen hoc poſſunt ſicut per cõſtitutiones ſynodales: ita & ſimplici verbo. & abſolutio contra talem prohibitionem facta non teneret. Summa Ang. in tit. Caſus epiſcopo reſeruati, ad finem. dicit quòd licet epiſcopus pro communi vtilitate reſeruaſſet aliquẽ caſum: ſi ſacerdos videret in aliquo particulari nõ expedire ſaluti eius, ſed obeſſe ſi remitteretur: põt abſoluere, iuxta not. per Panor. in c. quod dilectio. de conſan. & affin. & in cap. at ſi clerici. de iudi. quod verum eſſe limita contra mentem eius eo caſu quo iſte ad ſuperiorẽ remitti nõ poteſt: vel quoties probabiliter præſumitur de tali caſu ſuperiorem non cogitaſſe: aliàs autem illud dictum eſt falſum: quia talis ſacerdos quo ad hoc habet claues ligatas, nec ſe põt impedire: nec tenet abſolutio. probatur in c. ſi epiſcopus. de pœ. & re. in vj. vbi dicitur quòd in hoc nullã habet poteſtatẽ. & in clem. dudum. verſic. per huiuſmodi. cum ibi no. de ſepul. & in cap. paſtoralis. de off. ord. niſi ſit in articulo mortis. de ſentẽ. excommu. quod de his. & capite, quanuis. Nec poteſt eo caſu ſacerdos iudicare vtrum expediat remiſsio nécne. diſtin. xxj. inferior. de maio. & obed. cum inferior. de appel. vt noſtrum. Et ſi dicatur quòd ſuperior reſeruat ad bonum, & hic remiſſio cedit ad malum: & dico quòd inferior hoc iudicare non debet, ſed remittere ouẽ ad principalem paſtorem. Panorm. autem loquitur vbi ſuperior agit in remotis, & periculũ eſt in mora: vel vbi euenit inopinatus caſus, de quo veriſimiliter creditur quòd ſi legiſlator aduertiſſet, conceſiſſet: nec cõſuli poteſt. Ibidem etiam tenet dicta Sum. quòd epiſcopus nõ poteſt ſibi reſeruare caſus quo ad curatos, niſi ex cauſa legitima. Licet alijs poſsit reſeruare pro voto, exceptis Prædicatoribus & Minoribus. Sed dic quòd cum peccato poteſt ſibi reſeruare ad libitum: & tenet reſeruatio: ſed ſine peccato reſeruare non poteſt, niſi ex cauſa rationabili: vt ſuprà dictum eſt. Quod autẽ dictum eſt de curatis, propter eandem rationem intelligendum eſt de religioſis alijs à prædictis. ¶ Secundò † quæritur, quomodo intelligenda ſit authoritas, quam epiſcopus vel alius ſuperior concedit.? Et dicit Ioan. And. de off. vica. ſuper cap. tua nobis. quòd ſi epiſcopus dedit vicarium generalem, & in mandato expreſsit aliquod de illis quæ requirunt ſpeciale mandatum, ſecuta generali clauſula, & omnia alia quę nos poſſumus, etiam ſi mandatum exigant ſpeciale, ſecundum Hoſt. ſatis videtur quòd talis etiam ſpecialia poſſit ad inſtar procuratoris. Secus ſi quid de ſpecialibus nõ fuiſſet expreſſum. hæc ibi. quod Archi. limitat verum de virtute verborum, & in foro contentioſo: in conſcientia autẽ in generali cõceſsione intelligerentur ſpecialia, nullo eorum expreſſo, ſi conſtaret quòd conferens authoritatem hoc intendebat. xxij. q. v. humanæ. Tu verò etiam limita, niſi ſpecialia eſſent maiora expreſsis. de mente Panormita. in cap. ſedes. de reſcript. Notandum eſt enim quòd, ſecundum aliquos, ſicut Sum. Ang. videtur imponere Mo. etiam expreſsis aliquibus caſibus reſeruatis, non conceditur caſus, qui eſt adeò grauis, quòd veriſimiliter in tali generalitate non venit: ſicut de violenta percuſsione clerici tenet Mo. quòd non venit niſi exprimatur. Sed primum eſt melius: quanuis dici poſsit quòd tũc etiam iſte caſus venit in ſpecie ſua, ſed non in numero, vbi talis fuiſſet exceſſus quod ſi epiſcopus hoc ſciuiſſet, non conceſiſſet: ſicut ſi fuit minutatim trũcatus, vel aliquid tale. Et idẽ, inquit Arch. dici poteſt de authoritate confeſſoribus ab epiſcopo data: quia dicẽdo, do vobis authoritatem meam in cõfeſsionibus: non intelligitur per hoc ſuos caſus conceſiſſe. Et ſecundum gl. Ray. etiam ſi ſpeciales caſus exprimeret in generali dicendo, vt poſsitis abſoluere in omnibus caſibus, in quibus nos poſſumus: adhuc non eſſet tutum extendere manum ad reſeruata: niſi conſtaret aliter de eius intentione. Sed dicendo, concedo iſtũ & illum & omnes alios meos caſus: intelligitur dediſſe totum, ſecundum archidia. Dicendo autem alicui, do tibi licentiam eligendi confeſſorem idoneum: non concedit eo ipſo abſolutionẽ à caſibus reſeruatis, niſi hoc exprimatur, vel conſtet euidenter per aliqua ſigna. de pœnit. & re. ſi epiſcopus. lib. vj. ¶ Et † nota quòd ſecundum glo. non licet diſpenſare in votis aut iuramentis ſine ſpeciali mandato: nec abſoluere ab excommunicatiõibus factis à ſacerdotibus pro furtis & damnis quorum ignorantur authores: cùm ſecundum quid pertineat ad forum cõtentioſum: & multo minus à ſentẽtijs latis in forma iudicij pro cõtumacia aut re iudicata vel offenſa, quantumcunq; epiſcopus cõmittat vices ſuas in generali quo ad forũ pœnitẽtiale: imò ego dico quòd non liceret abſoluere à quacunq; excommunicatione reſeruata, vel cenſura, etiã ſi caſus reſeruati aliqui eſſent enumerati: quia iſta non venient propriè ſub nomine caſus: & ſunt quid, quo ad abſolutionem, peccato maius. In tali autem cõmiſsione non veniunt maiores expreſsis: vnde eccleſia diſtinctè exprimit peccata & cẽſuras, & relaxationem iuramẽtorum, & huiuſmodi, ſ. Caſus. in princi. ¶ Tertiò †, vtrum offi-

cia



cialis epiſcopi habeat in pręſentijs authoritatẽ caſuũ epiſcopalium? Et dicit Hoſt. quòd nõ, niſi expſſe pateat quòd hoc voluerit epiſcopus: & ſi habet, & nõ eſt ſacerdos, debet alteri delegare. de ꝓcura. petitio. & ſecundũ Paul. in cle. j. de priuil. habet iſte officialis iuriſdictionẽ ſolùm in foro contentioſo: nec de ſpiritualibus ſe debet intromittere: vt in c. licet. de offic. vic. lib. vj. niſi, vt dictum eſt, aliud ex gratia habuerit ab epõ. Secus eſt autem de vicario generali epiſcopi in ſpiritualibus experientia teſte. de quo infrà Vicarius. Quãdo autem epiſcopus ad remotam ſe trãsfert regionem, & alium epiſcopum vicarium generalem relinquit: talis vicarius, ſecundum Hoſt. põt omnia, ſicut ille, qui ipſum inſtituit, poſſet, ſi eſſet
9 præſens. ¶ Quartò, † vtrũ ſacerdos abſoluere poſsit eũ, quem non ipſe, ſed alius audiuit? Et dicit Veruec. quòd non: quia ſacramentum pœnitẽtiæ diuidi non poteſt, ſicut nec alia. xxiij. diſt. quorundam. imò ſi vnius parochiæ ſint duo curati in ſolidum, a. & b: & b. audiat à propoſito vel à caſu confẽſsionem factam ipſi a: ſi a. moriatur ante abſolutionem, b. abſoluere non poteſt ab his quæ audiuit: quia in ſacramento pœnitẽtię neceſſaria eſt abſolutio ex parte confitentis & abſoluentis. Vnde cùm is, qui vni confitetur, nõ intendat cõfiteri alteri: non ſubijcit ſe clauibus eius: nec eũ poteſt aut abſoluere aut ligare. ¶ Quintò quæritur, vtrum ſacerdos illam poſsit abſoluere cum qua peccauit? Et dicit Veruec. quòd eam remittere debet ad aliũ ſacerdotem: ne tollatur erubeſcentia, quæ pars eſt maxima ſatisfactionis. & ſic not. Hug. xxx. quæſtio. j. ſuper c. omnis. circa presbyterum Græcum & vxorem eius, vt ibi habetur in glo. & idem eſt de omni peccato, in quo ſacerdos fuit cõſentiens vel cooperator. Si tamen in his caſibus abſoluat, valebit abſolutio. Concordat Sanc. Thom. in quarto. Nec eſt contra, inquit Veruec. quòd epiſcopus diſpenſare non poteſt in ſimonia cum eo commiſſa: quia diſpẽſatio, eſt dignitatis: abſolutio, neceſsitatis. Vnde non æquè facilè quis amittit poteſtatem abſoluendi, ſicut diſpenſandi. ſuprà Con-
10 feſsio. j. §. xvj. ¶ Sextò, † vtrum quilibet ſacerdos quemlibet à quolibet in mortis articulo poſsit abſoluere in abſentia proprij ſacerdotis? Et dico ꝙ ſic, ab omnibus peccatis & ſententijs. arg. de pœn. diſt. j. quem pœnitet. & de ſenten. excom. nõ dubium. quod Supple. tamen limitat, niſi ſacerdos ſit præciſus. Sed malè, vt ſuprà Cõfeſſor. j. §. vlt. Sed & ſi qs ſit in mortis articulo ex damnatione iuſtitiæ publicæ adiudicatus, audiendus eſt, ſi pœnitentiam petat, & abſoluẽdus: & officiales eccleſiaſtica cenſura cogendi ſunt vt hoc permittãt. de pœn. & remiſ. cum ſecũdum. in cle. Et ſi quis excommunicatus decedit cum ſignis pœnitentiæ manifeſtis, per quem non ſtetit quo minus recõciliaretur: is poſt mortẽ abſoluetur: ſic tamẽ vt eius abſolutio ab apoſtolica ſede quæratˀ, ſi dum viueret ab ea fuerat abſoluendus, ſecundum aliquos. vide ſ. Abſolu-
11 tio. j. §. v. ¶ Septimò † quæritur, vtrũ ſacerdos poſsit illũ abſoluere, qui nõ vult ab aliquo deſiſtere, qđ ipſe ſacerdos credit eſſe mortale? Et dicit Gof. in ix. quolib. ꝙ ſi confeſſor certus eſt illud eſſe mortale: quia ſcilicet nulla eſt de hoc inter doctores diuerſitas: nullo modo eũ debet abſoluere. Si verò nõ eſt certus: quia dubiũ eſt inter doctores, & diuerſa opinio: tũc ſi eſt eius ordinarius, eũ abſoluere tenetˀ: & ſi ipſe confeſſor nõ põt ſibi formare conſcientiã qn ſit peccatũ, in diuerſitate doctorũ: tũc nihilo minus dicat ei conſcientiam ſuam, informans eũ vt cõſulat peritos, & diſponat facere quod tenetur, & eum abſoluat: & ſi purè penitens nollet agnoſcere tale quid peccatũ: nihilo minus abſoluat eũ: quia hoc procedit ex ratione, non ex proteruia: & ordinarius ſequi debet commune iudiciũ eccleſiæ, & non ſuum. Si verò nõ eſt ordinarius: ſequi debet propriũ iudiciũ. Vnde ſi credit mortale, & conſcientiam deponere nõ poteſt: nullo modo poteſt eum abſoluere ſine peccato. Archi. tñ videtur ſentire indiſtinctè quòd cõtra cõſcientiã abſoluere nõ debet, ſiue ſit ordinarius ſiue non. Sed primũ videtur verius, niſi cõſciẽtia ordinarij dictaret ſibi quòd ipſe mortaliter peccaret ſic abſoluẽdo: quo caſu ꝓcedit dictũ Arch. aliàs verò Gof. quia ex quo ille credit opinionẽ, quam ſequitur, eſſe verã, innixus authoritati probabili: non videtur peccare mortaliter: & ſic debet abſolui.
¶ Octauò † quæritur, vtrũ cõfeſſor abſoluere poſsit à pecca- 12
to excõmunicatũ, quem abſoluere nõ poteſt ab excõmunicatione? Et dico de hoc eſſe duas opiniones, vt refert Rich. Anglicus in ſuo quolib. ¶ Prima dicit, quòd hoc fieri põt, ſi nõ ſtat per pœnitentẽ quin abſoluatur ab excõmunicatione: ita quòd nõ eſt in mora petẽdæ abſolutiõis: nec timetˀ quòd negligẽtior fiat ad eam petẽdam. Et hanc primò tenuerunt Veruec. Rod. & Mon. & ſecuta eſt Sum. Ang. & Supplemẽtũ, quorum motiua ſoluerentur hic, ſi eſſent alicuius momenti. ¶ Secũda verò tenet contrariũ, dicens quòd ſiue ſit quis excõmunicatus iuſtè ſiue iniuſtè, dũ tamẽ excõmunicatio teneat: ſiue ſtet per eum quòd non eſt ab excommunicatiõe abſolutus, ſiue nõ: quòd abſolui nõ poteſt à ſacerdote, vel ab homine à peccatis, excõmunicatiõe manẽte, etiã ſi eſſet minor: vt in c. ſi celebrat. de cler. excõ. mi. quãuis abſoluatˀ, ſi verò pœnitet, in iudicio Dei. Nam conſuetudo, quæ eſt optima legũ interpres, ſic obſeruat. Et hanc opinionem tenuit Rich. cuius ſunt prædicta verba: licet Sum. Ang. conetur adſcribere illi oppoſitũ. Hãc etiã tenet S. Tho. Pet. de Pa. Sum. Cõf. Hugo de Caſtro nouo, Io. de Notono, Iac. de Laude, & oẽs Theologi de hac materia pertractãtes in iiij. & oẽs Canoniſtę cõmuniter, & Sum. Roſ. & cõmuniter omnes Sũmiſtæ præter Roden. & Mon. Pro hac eſt ratio inſolubilis: quia, vt patet ex diffinitione excõmunicationis, omnis excõmunicatus etiam minori, eſt priuatus participatiõe ſacramẽtorũ paſsiua. Nec valet ſolutio Sum. Ang. dicentis quòd eſt priuatus cõpletiuè, non initiatiuè: primò, quia hæc gl. eſt voluntaria & præſumptuoſa: cùm in materia tã periculoſa detur hæc gl. ſine fundamẽto alicuius canonis cõtra diffinitionẽ excõmunicationis. Vnde pari modo & facilitate poſſem ego dicere quòd Iudęus nõ baptizatus põt confiteri & abſolui: quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorũ cõpletiuè, ſed nõ initiatiuè. Secundò, quia eſt cõtradictio quòd quis nõ participet ſacramentũ pœnitentiæ cõpletæ, & quòd abſoluatur à peccatis: quia illud ſacramentũ in tali abſolutione ita completur, quòd nulla pars eius deficit: vt patet ꝑ dicta Theologorũ in quarto: nec abſolutio ab excõmunicatione ſuperueniẽs ſiue maiori ſiue minori, eſt ſacramẽtũ, aut pars eius: ſed ꝑtinet ad forũ cõtẽtioſum: & fieri poteſt per nõ ſacerdotẽ: niſi quatenus habet annexam abſolutionẽ à peccato. Tertiò, quia excõmunicatio maior plus elongat à participatione ſacramentorũ, quàm à iure beneficiorũ: quia ab illa directè & immediatè excludit: & hoc eſt de eius eſſentia: ita ꝙ cõtradictio eſt, aliquem eſſe excommunicatũ, & participare ſacramẽtis: quia eſſent intus & extra. Sed à iure beneficiorũ ita elõgat, quòd ea ſtãte non eſt quis capax illius iuris initiatiuè: quia tali, etiã ſi eligatur, nullũ penitus ius acquiritˀ, etiã ſi excõicationẽ ignoret: vt in c. apoſtolicæ. de cler. excõ. mi. in gl. & in c. ſi celebrat. eod. tit. Ergo multo minus eſt initiatiuè capax participationis ſacramentorũ. Pro hac etiã eſt textus canonis in d. c. ſi celebrat. cũ gl. Pro hac etiã, ſecundũ Rich. eſt conſuetudo, optima legũ
interpres. ¶ Nonò † quęritur, vtrũ cõfeſſor teneatur ſcire de 13
omnibus, quæ ſibi dicuntˀ in cõfeſsione: an ſint mortalia nécne? Et circa hoc multa rigoroſè ſcribit Henr. in quolib. vt recitat Arch. tertia parte. tit. xvij. c. iiij. quæ nõ ꝓbat. Sed tu dic

quòd

quòd tenetur, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſuprà in princ.& non plus, nec tenetur ſemper audito quolibet peccato iudicare vtrum ſit mortale:quia vix reperiret in toto mũdo vnus confeſſor idoneus:ſed ſufficit ſi iudicet de his quæ ſcire tenet:de alijs autẽ difficilibus poteſt ſuſpẽdere iudiciũ: modò opportunum remediũ apponat,ne iterẽtur,ſi dubitat ea eſſe mortalia.¶Decimò quærit, quid faciet ſi occurrat ei dubius caſus?Et diſtinguo:quia caſus eſt dupliciter dubius. Primò, ipſi confeſſori qui propter ſuã imperitiã dubitat in re certa.Secũdò,in ſe,& non confeſſori:vt quia ipſe probabiliter quidẽ tenet determinatè vnã partem:tamẽ pœnitẽs vel alius dubitat propter rationes vel opiniones Doctorũ contrarias: ſicut de emptione iuriũ in mõte Floretiæ vel in Venetiarũ impræſtitis, aut locis Genuæ,&de decimis ſoluẽdis,vbi nõ exiguntur à paratis dare,ſi eccleſia peteret.quod Inn.dicit mortale.& beat.Tho.Io.And.& Arch.negãt.In primo caſu dico optimum eſſe in cõfeſſore,ſcire dubitare de ignoratis:quia cautius incedit.Vnde niſi legerit caſus deciſionẽ, vel habeat ratiões euidẽtes ſemp dubitare,& peritos cõſulere,aut ipſemet rem nouiter videre debet,ſi tẽpus hoc patit,dicẽdo peccatori ſe velle rẽ melius cribrare: alioqn ſi tẽpus nõ patit, abſoluat pœnitẽtem quantũ ſua ſe extẽdit authoritas, imponẽs ei vt ſuper re dubia conſulat talem vel talem peritũ vel peritos in genere,& pareat eis:ſicut medicus imperitus ægrũ ad peritiorem remittere debet.arg.c.qui vult.de pœn.diſt.vj.quod ſi neq; hoc poteſt:exigat à pœnitẽte quod ſit paratus facere omne quod tenetur,& cõſulat ei qđ tutius eſt:& quærat,quãtum poteſt,ſcire veritatẽ: & in dubio nõ deneget abſolutionem.&hoc ſufficit,quia ſi iſte eſt paratus ita facere:eſt cõtritus,&nihil habet abſolutioni repugnãs.In ſecũdò verò caſu, ſecundũ gl.Ray.nõ eſt præcipitanda ſentẽtia nec denegãda: ſed tutior via conſulenda, & terror incutiendus ex periculo: quod tũc videtur verum, quãdo pœnitẽs ex probabili ratiõe adhæret opinioni alicuius doctoris notabilis:quo caſu confeſſor relinqt onus ſuper conſcientiã eius, ſi nolit acquieſcere.Quãdo verò aliquis non habet in ſe bonã rationem quare huic magis,quàm illi opinioni hæret:& cõſequẽter remanet in dubio:propter quod,ſi dubiũ ſit in aliquo, à quo abſtinendum ſit,vtrũ ſcilicet ſit peccatũ,vel non: omnino abſtinendũ eſt:& eligenda eſt pars tutior,ne diſcrimini ſe opponat.Si verò non ſit dubiũ principaliter ſuper peccato: ſed vtrum quis teneatur ad aliquid faciendũ,vel dandum, vel pœnã ſubeundam:ſemper eligatur opinio benignior. ff.de eo qđ cer.lo.l. quod ſi Epheſi. Vnde,vt dicitur in c.fin.de trãſact.in his,ſuper quibus ius nõ inuenitur expreſſum,procedas æquitate ſeruata,ſemper in humaniorem partem declinãdo, ſecundũ quod perſonas,cauſas,loca,& tẽpora videris poſtulare. hæc ibi qđ & Bart.tenet in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. & in dubio regulariter dãda eſt ſentẽtia pro reo:niſi in cauſa matrimonij,dotis,ſeu libertatis,vel teſtamenti:vt in c.fin.de regu. iur.& in c.cum ſunt.& in c.odia.eod.tit.libr.vj. & ff.de legi.l. benignius. niſi fortè eſſet aliquid faciẽdũ,quod faciliter poſſet expediri:vt cùm quis abſoluitur ad cautelã.¶Vndecimò,
14 † quæritur,pro qua culpa teneatur confeſſor ex ignorantia in confeſſione delinquens?Et dico,eum,qui ſe ingerit,teneri de omni exacta diligentia.arg.ff.depoſi.l.j.§.ſæpe.vbi dicitur quòd qui obtulit ſe depoſito,tenetur etiam de leuiſſima culpa:vbi aliàs non teneretur,niſi de dolo & lata culpa.qui autẽ ſe non ingerit,ſed requiſitus aut compulſus exercet ex charitate fraterna:videtur non teneri, niſi inquantum ſcit vel poteſt commodè ſcire:cùm impoſſibilium non ſit obligatio.c. nemo.de reg.iur.lib.vj.vt de dolo, & lata culpa.Itẽ quia hic agitur ad merã vtilitatẽ alterius:ſicut & de depoſito dicetur.

¶Duodecimò,† qua prudentia debeat vti confeſſor vbi pœnitentem videt nolle ſubire pœnitentiam, aut non expleturum eam vel aliud quod promiſit?Et dicit Mon.quòd talem debet imponere,quam velit ſpõte & ſine murmure ferre:& non aliam,propter periculum.& cõcedat poſſe redimi impoſita ieiunia,& remiſſiones prælatorum illi prodeſſe:nec debet exigere iuramẽtum aut promiſſionem de abſtinendo in poſterum ab aliquo peccato,vel faciendo aliquo iniũcto:niſi in caſibus expreſſis à iure: de quo infrà Confeſſor.iiij.§.vij. Sed abſoluat eum ſine conditione ſimpliciter : proteſtando tamen quòd ſi non reſtituat vel faciat debitũ ſuum,fructum confeſſionis euacuabit: quanuis ſibi videatur quòd facturus non ſit illud ad quod tenetur.Cautius tamen eſſet, quãdo facultas adeſt, inducere eum prius ad ſatisfactionem: quod tamen ſi cõmodè non põt,ſufficit ſi ſatisfacere diſponat quàm primum poterit. Nunquam tamen peccatorem à ſe deſperatum abire permittat.Et his concordat Innocẽ. in cap.omnis. de pœn.& remiſ.& Veruec.& Scot. quòd ſi pœnitens cõfiteatur quidem,ſed à peccato abſtinere non vult, nec aliquid facere.ad quod ex neceſſitate tenetur:nullo modo abſoluẽdus eſt:quia vterq;,ſecũdum Richar.peccaret mortaliter: illi tamen aliquod bonum opus iniungẽdum eſt, cum exhortatione ad bona peragenda: quia eum dominus citius illuminabit:& ei valebunt ad multa,iuxta notata per Doctores in c. quod quidam.de pœn.& remiſ.infrà, Cõfeſſor.iiij.§.ij.in fin. ¶Decimotertiò † quæritur,quid faciet curatus, ſi habet ſubditos ſurdos,mutos,furioſos, & huiuſmodi? Et dicit Ray. quòd eos ad pœnitentiam inducere debet:vt poſſibile eſt,ſignis,nutibus,& orationibus ſuis & populi: vt ei non imputetur,cùm nihil de contingentibus omiſerit. facit de conſecr. diſtinct.iiij.ſolet quæri.& xl.diſtinc.Epheſis.Si tamen ex ſua negligẽtia proceſſit iſte caſus:licet faciat poſſe ſuum,nõ excuſatur ſecũdum Sum.Confeſ.ſcilicet quia imputetur ei præterita culpa,&ipſa aggrauetur ex præſenti caſu: tamen non peccabit in poſterũ.Et ſi iſta cõtingant poſtquã æger ſacerdotem petiuerat:puta quia loquelã perdit,aut furioſus efficitur:ad nutum pœnitentis, vel ad teſtimonium eorum, qui audiuerunt:illum pœnitẽtiam vel presbyterũ petere: debet ei quicquid poteſt humanitatis impendere, abſoluendo ſcilicet generaliter,& euchariſtiã præbendo, ſi id ſine periculo poteſt:vt infrà Euchariſtia.iij.§.v. Et in hoc ſufficit vnus teſtis:cùm nulli fiat præiudiciũ.¶Decimoquartò † quærit,an facere debeat interrogationes vbi videt peccatorẽ ex imprudentia confitẽdo deficere?Et dico ſecundum Veruec.quòd ſi ſcit vel ꝓbabiliter credit eũ aliqua peccata omiſiſſe: illa debet ad memoriã reducere:quia timere põt ne ſuper hoc habeat ignorantiã graſſam,vel debitam diligentiã nõ adhibuerit,ſcilicet ad recolendũ.Sed & de alijs formãdæ ſunt interrogationes,ſecundũ Ray.& Arch.& alios & eſt tex.de pœn. diſt.vj.c.j.nõ quidẽ in omnibus,ne moleſtetur:ſed in his quæ confeſſor nõ plenè intellexit,aut cõfitẽs nõ plenè dicit:puta quia non dicit circunſtãtias:aut etiã in his, quæ nec dicit, nec dicere nouit.Et hoc primò de excõmunicatiõibus in genere an aliquam habeat maiorẽ:à qua & laudabiliter ante omnia abſoluetur,ſi põt:ſecũdò de decẽ preceptis, ſcilicet vnũ colẽ Deũ &c. & tertiò de ſeptẽ vitijs capitalibus cõprehenſis hac dictione,ſaligia.&circũſtantijs eorum:& de articulis fidei & eccleſiæ ſacramẽtis, & operibus pietatis, & abuſu ſenſuum, & huiuſmodi. Imò aliquando ad hoc tenetur ſub peccato mortali:& non faciendo,mortaliter peccat.Quod Sum.Angel.dicit verum,primò quando ſine rationabili cauſa ſcienter omittit facere interrogationes neceſſarias pro validitate confeſſionis,credens probabiliter quòd pœnitens ex obliuione



uione vel negligentia omittit.ar.c.ſit rector.diſt.xl.Secus vbi credit quòd talia peccator ſcit & aduertit: qa credere poteſt quòd huiuſmodi non cõmiſit,vel de his aliàs eſt cõfeſſus.Secundò,ſi huiuſmodi omittit ex negligentia,tenetur: quia ex præcepto charitatis tenetur facere peccatori,quæ ſibi vellet rationabiliter fieri pertinentia ad neceſſitatẽ ſalutis : aliter agit cõtra præceptũ illud,Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. Sed Sum.Roſ.dicit quòd ſi ſacerdos non ſe ingeſſit:nõ tenetur plus quàm depoſitarius,id eſt,de dolo & lata culpa:quaſi dicat,quòd prædicta ſunt vera de eo qui ſe ingeſſit.Mihi autem videtur,quòd primũ ſit verũ,quãdo quis de facili & ſine magno tædio poſſet occurrere neceſſitati proximi, & nõ aliter:quia cõfitens ex quo facta diligentia debita nõ aduertit de illa circũſtantia,excuſatur:& ſic non eſt in extrema neceſſitate,vt neceſſariũ ſit facere illi ſpiritualem eleemoſynã cõſulendo:& ſimiliter ſecundũ multo minus eſt verũ,niſi in dicta limitatiõe:nec ly ſicut,importat æqualitatẽ, ſed ſimilitudinẽ,vt ſcilicet ꝓximus diligatur eodẽ fine nobiſcũ. Et dato quòd ſit verũ hoc ſecundum, non eſt verum ſimpliciter, ſed ſolùm ſi negligẽtia ſit magna,id eſt,lata, quę dolo ęquiparatur:ſecus ſi ſit leuiſſima,aut etiã leuis:& cõfeſſor nõ ſe ingeſſit:vt ſ.§.xj.vide etiam infrà,Culpa.ac infrà,Negligentia.Eſt etiã veniale eadẽ ratione,ſi omittantur ex inaduertentia vel obliuione:vel etiam nullũ peccatũ. Nec obſtat illud præceptum,Diliges:quia ſi rationabiliter deſidero mihi non extremè ſitienti dari potũ:non propterea eſt mihi mortale,ſi non tribuo eandẽ neceſſitatẽ patiẽti.Vnde non tenemur ſub præcepto omnia facere quæ,nobis volumus rationabiliter fieri: nec ly ſicut,ſecũdũ doctores dicit æqualitatẽ,ſed ſimilitudinem:quæ in hoc attenditur vt proximũ ad eundem finẽ dili-
18 gamus,vt dictũ eſt.¶Decimoquintò † quæritur, qualiter fieri debeant interrogationes?Et dicit S.Th.iiij.diſt.xix.& in l. ſic.Sacerdos debet perſcrutari cõſcientiam peccatoris in cõfeſſione,quaſi medicus vulnus,& iudex cauſam:quia frequẽter quæ pœnitẽs taceret prę cõfuſiõe, interrogatus reuelat: ſed tamen in interrogationibus faciendis tria ſunt attẽdẽda. ¶Primò,vt quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ conſueuerunt in hominibus illius conditionis abundare:non enim oportet quòd à milite quæratur de peccato clericorũ aut religioſorũ,aut econuerſo.¶Secundò,vt non fiat explicita interrogatio de peccatis,niſi de illis quæ omnibus manifeſta ſunt:de alijs autẽ adinuentionibus ita debet à longinquo fieri interrogatio,vt ſi cõmiſit,dicat:ſi nõ cõmiſit,non dicat. ¶Tertiò,vt de peccatis præcipuè carnalibus non deſcendat nimis ad particulares circũſtãtias:quia huiuſmodi delectabilia quanto magis in ſpeciali cõſiderãtur , tanto magis cõcupiſcẽtiam nata ſunt mouere:vt dicitur in iij.Ethi.& ideò poteſt cõtingere vt cõfeſſor talia quærens & ſibi & cõfitẽti noceat.hæc ille. Sic ergo ſunt faciendæ,ne peccator irrideat interrogantem imprudenter.puta militẽ de horis: & ne diſcat peccare:& ne ipſe vel cõfeſſor ꝓuocetur ad malũ.qbus adde ne etiã per plateas recitentur interrogationes de turpibus factæ imprudenter. Adde etiã quòd ſicut cõfitenti nõ licet exprimere perſonam cũ qua peccauit, niſi eo modo quo ſuprà Confeſſio iij.§.xvj.dictum eſt:ita nec ſacerdoti interrogare.

## Rurſus de Confeſſore quartò quantum ad actum eius,id eſt, impoſitionem pœnitentiæ, & abſolutionem.

1 *Confeſſor confeſſione audita,omnibusq; ritè examinatis , quid facere habeat? Et ibidem quòd in ſacramento hoc abſolutio ſit formale & completiuum.*

2 *Opera bona ſatisfactoria,quæ pœnitens agit,num ea efficaciora reddantur ad peccata diluẽda,ſi eadem faciat ex iniunctione ſacerdotis dicentis:quicquid boni feceris,ſit tibi in remiſſionem peccatorum? Et ibi quatuor dicta ex quoli.Beati Thomæ.*

3 *Pœnitẽtia quanã ꝓ peccatis ſingulis iniungẽda? Et quid ſi peccator magnã mereatur pœnitẽtiã, & dicat ſe eã facere nõ poſſe, qualiter ſe in imponẽda pœnitẽtia geret cõfeſſor? Et quid ſi ab odio,aut alio peccato deſiſtere nolit,aut rẽ reſtituere cùm poſſit, aut artem deſerere,quam ſine peccato exercere nequit?*

4 *Pœnitentia qualis,ac qualiter imponenda ſit? Et num mortis dolor pœnitentia peccatorum pœnam diminuens eſſe queat?*

5 *Sacerdos abſoluens de facto , qui de iure nequit, an mortaliter peccet? Et num quis abſens per literas abſolui poſſit? nu.ſeq.*

7 *Confeſſor, quibus caſibus ante abſolutionem, aliquam promiſſionem, aut ſatisfactionem exigere valeat?*

CONFESSOR † quartò,audita confeſſione & omnibus examinatis duo facere debet. Primò, ſcilicet iniungere pœnitentiã:quæ licet ſecundũ gl.in c.ſunt plures.de pœ.diſt. iij.pro quolibet mortali regulariter debeat eſſe ſeptẽnis: tñ ſecundũ doc.cõmuniter in c.Deus qui.de pœ.& re. hodie eſt arbitraria,per d.c.Deus qui.& per c.menſuram.de pœ. diſt.j. Et ſecũdò abſoluere iuxta formã datã ſ.Abſolutio. & ita iſte ordo ſeruandus eſt,ſecũdũ gl.Io.An.in cle.dudũ.de ſepul.vbi iniũctio pœnitẽtiæ abſolutioni præmittitur:vt primò audiatur cõfeſſio:ſecundò imponatur pœnitentia:tertiò ſequatur abſolutio:vt ſic abſolutionẽ præcedat cõtritio cordis,cõfeſſio oris:ſatisfactio operis,ſaltẽ in ꝓpoſito.hæc ibi.Si quis tamen poſt abſolutionẽ,antequã diuertat ad extraneos actus, imponeret pœnitentiã:videtur excuſari, & non obeſſet:quia quod ſit incontinenti:videtur ineſſe.C.de pactis.l.petens. Et horum ratio eſt:quia abſolutio eſt formale & cõpletiuum in hoc ſacramento,ſecundũ Theologos: ideò priuſquam inducatur,debet præparari materia,id eſt, quicquid eſt ex parte pœnitentis:maximè quia interdũ pœnitentiã,quàm deberet acceptare peccator tanquam ſalutarẽ, fortè recuſaret.¶Pri 2
mò † verò quæritur,vtrũ bona opera ſatisfactoria,quæ pœnitẽs agit,ſint efficaciora cõtra peccata diluẽda, ſi ea faciat ex iniunctione cõfeſſoris dicẽtis,quicquid boni feceris,ſit tibi in remiſſionẽ,peccatorũ?Et dico ꝙ circa hoc S.Tho.in quolib. quatuor dicit.¶Primum. Peccator debitor eſt ſatisfactionis ex peccato commiſſo ſacerdotis iniunctione. Vnde ſi imponatur minor quàm culpa requirit, aut hic,aut in purgatorio reſiduum ſoluet.Si verò imponatur maior:nihilo minus tenetur facere quod iniũctum eſt,ſi facultas adſit.quod intellige, ſi ſacerdos hoc vltimatè vult iniungere,& alium ſacerdotem peccator adire non poteſt:& res iniuncta nõ eſt exceſſiuè indiſcreta.¶Secundum. Opus iniunctum à ſacerdote valet ex natura operis,& clauium virtute:ita quòd ex his plus valet ad expiandũ peccata,quàm ſi faceret idem ex proprio arbitrio. ¶Tertium.Satisfactio valet ad expiationẽ præteritæ culpæ, & cautelam futurę.¶Quartum.Sacerdos põt ſatisfactionem iniungere arbitrio proprio,& alieno conſilio:& ita etiam arbitrio pœnitentis:vt dicendo:facias hoc ſi potes:& ſi non potes,facias illud.Et ſimile quid eſt cùm dicit, quicquid boni feceris,&c.& ſic quæ pœnitens facit , accipiunt vim maiorem ad expiationem præteritæ culpæ ex illa generali iniunctione,licet non ad remedium contra culpam futuram.In eo autem quod dicitur,quicquid boni feceris:includit etiã quicqd patienter toleraueris:quia pati malum,eſt facere bonũ: cùm ibi ſit bona operatio voluntatis acceptãtis malũ patiẽter.¶Se-
cundò † quæritur,quæ pœnitẽtia ſit pro peccatis ſingulis iniungẽda? Et dico ꝙ pro quolibet mortali regulariter eſſet iniungenda ſeptennis.xxij. q.j.prædicandum .xxxiij.q.ij. hoc ipſum. 3

ipſum.iuncta gloſ.& hæc magis vel minus aſpera ſecundum
qualitatem criminum & circunſtantiarum & compunctio-
num,ſecundum Hieron.ita quòd ſecundum Pan.in c.accepi-
ſti.de ſpon.duo.debet pœnitens ſemel bisvel ter in hebdoma
da ieiunare,ſecũdum diſcretionem ſacerdotis:cuius arbitrio
moderanda eſt.xxvj.q.vj.per totum. Hodie tamẽ omnes pœ
nitentię ſunt arbitrarię quantum ad intentionem & extenſio
nem ſiue durationem, conſiderata qualitate perſonarum &
rerum.de pœ.diſt.j.mẽſurã.& in c.Deus qui.extra eo.& xxvj.
q.vij.in cap.tempora.& per totum.Et hoc tenet Ray.Guli.&
Spec.& omnes doctores ac Summiſtæ. & conſuetudo eccle-
ſiæ generalis.Nec obſtat quòd in cap.falſas.de pœ.diſt.j.pœ
nitentiæ falſæ dicuntur,quæ non imponuntur ſecundum au-
thoritatem ſanctorum patrum,quia ſcilicet vltra dictam ſe-
ptennem ponunt alias maiores vel minores in diuerſis capi-
tulis decretorum,quæ ab vſu deciderunt:& quas vide ſi vis in
Sum.Con.li.iij.tit.xxxiiij.vbi ponuntur:quia ſecundum Ray.
hoc intelligitur cùm dimittuntur ſine cauſa rationabili:ſecus
ex cauſa rationabili:cuiuſmodi eſt ſecundum Arch. ind.ſpo-
ſitio pœnitentis.Vnde ſi meretur pœnitentiam magnam, &
dicit ſe facere nõ poſſe niſi paruam: iniungat ei illam quam
libenter ſuſcipiat.Et ſi gaudere nõ poteſt de omnimoda eius
purgatione,ſaltem gaudeat quòd liberatũ à gehẽna ad pur-
gatorium trãſmittat.Ita quòd ſecundum Hoſt. nullo modo
permittat eum à ſe recedere deſperatum.arg.xxvj.q.vj.preſ-
byter.Sed curet excludere cauſas & occaſiões peccatorũ:de-
inde potius imponat ei vnum pater noſter, vel aliud leue,&
alia bona quæ fecerit ſua ſponte.Et concordat S.Th.Et adde
quòd bonum eſt,ſacerdotem diſpenſare cũ eo in reſiduo pœ
næ,quam miſericordia diuina permittit,ſecundum mentem
Pan.iuxta dicta ſuprà Clauis.§.iij.Et hoc quidem ſanè intel-
lige,ſcilicet quãdo pœnitens dolet:&paratus eſt facere quod
tenetur:ſed dicit ſe onus pœnitentię ferre non poſſe:qa tunc
nunquam eſt ſine abſolutione dimittendus,ne deſperet:eſſet
tamen indicãda pœnitentia ſibi debita,ſecundum Pe.de Pa.
niſi etiã inde crederetur deſperare. Vbi verò dicit ſe non poſ
ſe deſiſtere ab odio vel alio peccato,vel nolle reſtituere cùm
poſsit:aut dimittere artẽ,quam ſine mortali exercere nõ po-
teſt,vel huiuſmodi:talis nullo modo debet abſolui,ſecũdum
S.Thom.& Pet.de Pal.& alios.Audienda tamen eſt eius con
feſsio.de pœ.& re.quod quidem,ne deſperet eſt ei aliquid in-
iungendum cum declaratione quòd non eſt abſolutus, licet
ſatisfecerit eccleſiæ præcepto de confeſsione annuali:& ſi o-
mninovult abſolui allegans ſcandalum & deſperationem:di
catur ei quòd abſolutio fieri nõ poteſt:& ſi fieret,nõ valeret:
4 & ſic dimittatur miſericordiæ diuinæ. ¶ Tertiò† quæritur,
qualis & qualiter pœnitentia ſit imponenda? Et dico quòd ta
lis iniungi non debet,quæ præiudicet tertio,maximè notabi
liter:puta ſeruo peregrinatio,vel ieiunium magnum:vel vxo
ri non habenti propria,eleemoſynę magnæ:nec pro occulto
peccato pœnitentia manifeſta,id eſt,talis vnde poſsit oriri ſu
ſpicio de peccato cõmiſſo.Etiam in dubio inter maiorem &
minorem imponẽdam:potius eligendum eſt periculum er-
randi in minus,quàm in plus:quia melius eſt reddere rationẽ
de nimia miſericordia,quàm nimia ſeueritate.xvj.q .vij.alli-
gãt.& exemplo Chriſti nunquam imponentis grauem pœni
tentiam,ſecundũ Ray.ſed dicentis, Vade,& amplius noli pec
care.Imponenda eſt etiam per contrariũ ad peccatũ, ſecun-
dum Ray.vt ſuperbo iniungẽda ſunt humilia:auaro eleemo
ſynæ:guloſo ieiunia:negligẽti ad verbũ Dei auditio aliqua-
rum prædicationum:& ſic de alijs:dummodo ſcilicet creda-
tur quòd poſsit facere , & velit. ¶ Quartò quæritur, vtrum
dolor mortis poſsit eſſe pœnitentia peccatorum pœnam di-
minuens? Et dicit S.Tho.in iiij.diſt.xx:quòd peccatum actua
le purgari non poteſt per mortem naturalem:qa illa eſt pœ
na conſequens peccatum originale,& iam quaſi in natura cõ
uerſa:per illatam tamen mortem purgari poteſt. Vñ patien
ter ferre illatam etiã pro alijs criminibus,valet ad diminutio
nem pœnæ,& liberationem etiam à tota,ſecundum quãtita
tem culpæ & patientiæ & contritionis. ¶ Quintò† quæritur
vtrum peccet mortaliter ſacerdos abſoluendo de facto vbi
de iure nõ poteſt? Et dicit Richar .in iiij.diſtin.xviij.quòd ſic,
ſi ſciẽter & deliberatè hoc facit:& ſimiliter ſi ex ignorãtia iu
ris affectata:& ſimiliter ſi ex craſſa:quia ſacerdotibus ſuũ of
ficiũ ignorare non licet.Et ſic locum habet illud.Si cæcus cæ
co ducatũ præſtet.niſi excuſet ignorãtia inuincibilis aut pro
babilis:quæ vtiq; illum non excuſat qui ſolicitior eſt in quæ
rendo conſilium pro equo,quàm pro paradiſo comparando.
Ad quid autem teneatur ſic abſoluens,vide ſ. Confeſſor,ter
tiò.in principio. ¶ Sextò† quæritur,vtrum abſens quis poſſit
abſolui per literas,Et dicit gl.Ray.quòd non:ſed præſens pœ
nitens à præſente ſacerdote.de pœ.diſt.j.quem pœnitet. Ex
quo patet quòd nec per nuntiũ. Secus de abſolutione ab ex
communicatione:quia fieri poteſt in abſentia:imò ignoran
te &inuito excommunicato:vt ſ. Abſolutio iij.§.iiij.dubio v
& vj.In caſu tamen de quo ſuprà.Confeſſor iij.in prin. dic
ibi:quia videtur ſufficere ſi præceſsit confeſsio in præſentia
& non per literas,aut nuntium. ¶ Septimò† quæritur,quibus
caſibus ante abſolutionem poſsit exigi aliqua promiſsio vel
ſatisfactio.Et dicit quòd in multis:vt patet in Summ.Conf.
lib.iij.tit.xxxiiij.q.cxxxvj. Ante abſolutionem enim in excõ
municatis requiritur iuramentum,vt ſ. Abſolutio.& ſatisfa
ctio,ſi fuerunt excommunicati pro offenſa notoria.&de ſen.
excom.ſolet.lib.vj. Et eſt ſingulare expreſſum in multis ca
ſibus excõmunicationum.In incẽdiarijs iniuſtis, & manda
tibus,& conſulentibus,ante abſolutionem requiritur ſatisfa
ctio,& iuramentũ de non incendendo.xxiij.q.viij.peſsimam.
In mutilantibusverò requiritur ſatisfactio.xxiij.q.viij.ſi quis
membrorum.quia &hi prædictis incendiarijs æquiparantur.
In manifeſtis raptoribus & violatoribus eccleſiarum idẽ re
quiritur:quia nec abſolui,nec ad pœnitẽtiam recipi debẽt in
vita vel in morte,niſi prius ſatisfecerint iuxta facultatem,vel
dederint cautionem de ſatisfaciendo.de rapto. ſuper eo.con
trito tamen viaticum non negetur: ita tamẽ quòd nullus cle
ricorũ interſit ſepulturæ eius, vel recipiat eius eleemoſynã.
Quod tamen,ſecundum Hoſt.eſt verum,quando raptor aut
violator prædictus fuit monitus reſtituere,& diu in cõtuma
cia permanſit:aliter nõ obtinet prædicta pœna.de ſepul.c.ſi
& de rap.in literis.In manifeſto etiam vſurario idem eſt:qui
nec abſolui,nec ad confeſsionẽ admitti debet niſi reſtituerit
vel de reſtituẽdo cautionẽ idoneã dederit. de vſur.quanquã
lib.vj.& teſtamentũ eius aliter factũ non valet. In ſacrilego,
qui ſcilicet aliquid de ſacro loco iniuſtè tulit,vel perſonis ec
cleſiaſticis iniuriam fecit:videtur quòd non ſit abſoluendus,
niſi prius monitus ſatisfecerit.xvij.quæſt.iiij.ſi quis intuentus.

## De Confirmatione humana electio- num & aliorum.

1 *Confirmatio humana duplex eſt, generalis ſcilicet & ſpecia-*
*lis. E quid vnaquæque?*
2 *Confirmatio electionis an ſit de neceßitate petenda?* Et de hac
*limitationes quatuor.*
3 *Pœna ob non petitam confirmationem, in quibus locum ha-*
*beat? Et ibidem, quòd Conſtitutio pœnalis ad coadiuuandum,*
*vel exequendum ius antiquum emanans, latè interpretatur,*
*vt in illo contenta concludit.*
4 *Confirmatio abs quo peti debeat? Et an prælatus ſuperior poſ-*
*ſit ſine capitulo confirmare?*
5 *Cõfirmatio quãdo peti, & quõ fieri debeat ab eo cui cõi vel ſpe*
*ciali iure cõpetit? Et in quibus ſeruãda ſint quæ hic dicuntur?*
6 *Electus adminiſtrans poſt confirmationem, quæ nulla fuit, an*
*incidat in pœnam, de qua ſuperius eſt dictum? Et an dicta*
*nullitas de qua proximè locum in poſtulatione habeat?*

1 CONFIRMATIO† humana duplex eſt. Prima enim
eſt confirmatio gñalis cuiuſcunq; ſtatuti,pacti,gratiæ,
priuilegij,& huiuſmodi:quæ propriè eſt quãdo ſuperior con
firmat factũ inferioris:nõ autem quãdo ſucceſſor cõfirmat
cõſtitutionẽ vel geſta prædeceſſoris,ſcdm Pan.in c.j.de loc.
poſt Hoſt.ſed potius eſt ratificatio vel innouatio. Hæc autẽ
humana confirmatio,ſi fiat à Papa ex certa ſcientia,facit vali
dũ qđ erat nullum reſpectu iuris poſitiui,ſecundũ Io.de Lig.
vt refert Pan.in c.cũ ſuper.de cau.poſ.& proprie.Et facit fir-
mum quod aliàs erat infirmũ:& ſolenne quod nõ ſolẽne,ſup
plẽdo defectus ſolennitatis omiſſæ.ij.q.j.in primis.de trãſac.
c.j.de conceſ.præben.quia.Si verò fiat in forma cõmuni,non
ex certa ſcientia,nihil iuris tribuit: ſed ſolùm vetus cõſeruat.
de confir.vti.vel inuti.dilecta.&.c.j.in gl.de conceſ. præben.
quia diuerſitatem.& de priuile.quia intẽtiõis . nec per ipſam
derogat iuri cõmuni.de offi.ord.licet de fide inſtru. inter di-
lectos.vide ſuprà Abſolutio ij.§.iiij.ibi:ſed pro his not.Secũ-
da verò eſt ſpecialis electorum ſiue electionum:& de hac in
ſequentibus erit ſermo. ¶† Primò verò quæritur,an ſit de ne
2 ceſsitate petẽda? Et dico quòd ſic in iure communi:ita quòd
electus ad regimen cuiuſcunq; eccleſiæ aut religionis ſi ad-
miniſtrationi dignitatis ante confirmationem ſe ingerit tã-
quã prælatus,vel procurator, aut œconomus, aut alio nouo
quæſito colore, in ſpiritualibus aut tẽporalibus per ſe vel p
aliũ:in toto vel in parte ipſo facto priuatur omni iure quod
per electionem in ipſa dignitate habebat:vt in.c.auaritiæ.de
elect.lib.vj. ¶ Fallit hoc primò in Papa,qui eligendo confir-
matur.diſtin.xxiiij.in nomine. ¶ Secundò,quando ſic admini-
ſtranti parcitur.extra de elect.noſti. ¶ Tertiò,quando abba-
tiſſa electa à maiori parte,nõ tamen à duabus partibus impu
gnatur,ne confirmetur:quia interim poteſt adminiſtrare.c.
indemnitatibus.§.ſi verò.de elec.lib.vj. ¶ Et quartò,quando
confirmatio à Papa petenda eſt,& electus eſt valde remo-
tus,ſcilicet vltra Italiam:quia tunc ante confirmationem ad-
miniſtrare poteſt in tẽporalibus & in ſpiritualibus,excepto
quòd nullam alienationẽ facere poteſt:vt in c.nihil.de elect.
quod verum fortè eſt,quando non eſt in mora petendæ con-
firmationis aliàs habebit locum pœna d.c.auaritiæ.Et quod
de vltramontano dicitur,de citramontano locũ habet ſecũ-
dum Hoſt.quando curia eſt vltra montes.Et idem ſentit Io.
An.in d.c.nihil.& Guli.in d.c.auaritię. ¶† Secundo quæritur,
3 in quibus habeat locum prædicta pœna? Et dico quòd in epi
ſcopo,ſecundũ Gemi.poſt Io.And.in d.c.auaritiæ.Ex quo eli
ce quòd conſtitutio pœnalis emanãs ad coadiuuationem vel
executionem iuris antiqui,interpretatur latè,vt includat con
tenta in illo:aliàs hoc non haberet locũ in epiſcopo:quia ap-
pell atione dignitatis,non cõprehenditur epiſcopalis, ſecũdũ
glo.in c.ij.de præben.li.vj.Sed hic ſic:quia iure antiquo inclu
debatur epiſcopus:vt in c.noſti.& in c.qualiter.de elect.Non
autẽ habet hæc pœna locum in Imperatore, ſecũdũ Hug. &
Io.in c.legimus.xciij.diſ.& vt tenet gl.in cle.vnica.de iureiu.
in ver.reges Romanos.poteſt adminiſtrare & omnẽ iuriſdi-
ctionem exercere imperij:quanuis Pau.ibidem teneat cõtra
4 rium. ¶† Tertiò quæritur,à quo debeat confirmatio peti? Et
dico quòd ſi electus eſt exemptus,peti debet à Papa vel eius
legato de latere,ſi quis eſt ſuper illa prouincia : vt in c.ſi ab-
batẽ.elec.lib.vj.quod limita ſi talis exẽptus ſubſit immedia-
tè Papæ.ſecus ſi habeat alium prælatũ mediũ:ſicut,p̃uincia-
lem in mendicantibus exemptis confirmat generalis. Pan.ta
men in c.j.de ſup.neg.præla.tenet quòd abbates exẽpti ſunt
per epiſcopos confirmandi.Si verò non eſt exemptus,confir
matur per ſuperiorem prælatũ ſuũ immediatè. Vnde epiſco
pus cõfirmat ſibi ſubiectos.de elect.cum ad monaſteriũ.ar-
chiepiſcopus epiſcopos ſuffraganeos ſuos.de elect.cum dile-
ctus.diſ.liiij.illud archiepiſcopum non exemptum cõfirmat
primas vel patriarcha:de ele.bonæ.el j.patriarchã verò Papa,
& ſimiliter Imperatorem.de elect. venerabilem. ¶ Quartò
quæritur,vtrũ prælatus ſuperior poſsit cõfirmare ſine capitu
lo? Et dico quòd non:nec valet confirmatio, ſi in abſentia ca
pituli fiat,ſecundum Arch.& Gemi.in c.quoniam.de ele.lib.
vj.quod verum eſt,niſi conſuetudo eccleſiæ haberet contra-
rium:quia tunc valeret confirmatio. de conſue.non eſt.li.vj.
¶† Quintò quæritur,quando debeat peti confirmatio? Et di 5
co quòd intra tres menſes poſt præſtitum conſenſum: aliter
ceſſante impedimento legitimo,ſi non petatur ab electori-
bus vel electo,vel alio pro ipſo:electio eſt nulla.de ele.quàm
ſit.lib.vj.In cathedralibus verò & regularibus eccleſijs, qua-
rum confirmatio à Papa eſt petenda , ſeruatur moderatio c.
cupientes.de elect.lib.vj. ¶ Sextò quæritur ,quomodo confir
matio fieri debet ab eo cui cõpetit cõmuni vel ſpeciali iure:
puta priuilegio, vel conſuetudine præſcripta? Et dico quòd
vocari dedet nominatim,ſi eſt aliquis coëlectus, vel apparet
oppoſitor:aliàs in eccleſia,in qua talis debet præeſſe,fieri de
bet vocatio aſsignato termino peremptorio,vt compareant
volentes opponere:& ſi nullus appareat,ſecundũ Hoſt. fieri
debet examinatio eligẽtium & electi.Conſuluit etiam ſupe
riori,vt electũ trahat ad partẽ:& de his,quæ impedire ipſum
poſſent, diligenter exquirat:& ſi impedimentum inuenerit,
non publicet vel infamat , ſed ſecretò ad renũtiandũ inducat
de ele.dudũ.el ij.in ſi.de ſimo.per tuas.in ſi.aliàs verò ſecũdũ
allegata &probata procedat.Nã ſi confirmat indignum,vel
ætatis illegitimæ,mortaliter peccat:& eſt ipſo iure priuatus
poteſtate confirmandi primum ſucceſſorem illius:& confir-
matio ipſo iure nulla eſt:quando non vocatis vocandis, ſi eſt
aliquis coëlectus,aut alius volẽs opponere electo vel electio
ni:& nõ diſcuſſo negotio ſit.Habentur hæc ex c.nihil.de ele.
&.c.ſi.eo.titu.lib.vj.cum ibi not. ¶ Septimò quæritur, in qui-
bus ſeruanda ſunt hæc? Et dico primò hæc ſeruanda eſſe in
omnibus bñficijs ſimplicibus, ſecundum Gemi.in d. cap.fin.
ſiue habeant curam animarũ,ſiue non : quia cũ in omni be-
neficio requiritur examinatio & confirmatio electi,ſeu præ
ſentati,vel poſtulati,ſecundum Ioan.And.poſt Hoſt. in c.p-
poſuit.de conceſ.præben.ſunt ſeruanda prædicta. Et ſecũdò
ſeruanda ſunt in hoſpitali,ſecũdum Gemi.& Lap. ſi datur in
bñficium per viam præſentationis vel electionis.Secus quan
do non datur in beneficium:quia tunc ſit commiſsio,nõ ele-
ctio,vel collatio,ſeu præſentatio : vt in cle.quia cõtingit de
relig.do. ¶† Octauò,vtrũ electus adminiſtrans poſt confir- 6
mationem,quæ fuit nulla, cadat in pœnam, de qua ſuprà in
principio? Et dicit glo.in d.c.ſi.quod ſi errauit in facto: puta
quia credidit factam vocationem & diſcuſsionem:non cadit,
ſed excuſatur.Si verò errauit in iure:à dicta pœna non excu-
ſatur.de regu.iur.c.ignorantia.libr.vj.cum concor. ¶ Nonò
quæritur,vtrum dicta nullitas confirmationis locum habeat
in poſtulatione? Et dicit glo.ibidem quòd ſic,in admiſsione
poſtulationis quæ ſit à ſuperiore, qui poſtulatum admitten-
do confirmat:ſecus in poſtulatiõe,quæ eſt in eo quòd poſtu-
latur monachus electus à prelato ſuo.Similiter habet locum

in præſentatione,vt ille, cui ſit præſentatio, ſeruet decreta-
lem d.c.ſi. Nec obſtat quòd conſtitutio videtur pœnalis:&
conſequenter non extendenda: quia non eſt pœnalis, cùm
non priuet iure quæſito,ſed quærendo.vide ibi Doct.

## De Confirmatione diuina,quæ eſt ſacramentum.

*1 Confirmatio diuina quid conferat ac præſtet?*
*2 Confirmationis diuinæ, quæ ſint ſubſtantialia? & quot nume-
ro? Et quis huius ſacramenti ſit miniſter? Et an Papa poſsit
ipſius executionem delegare?*
*3 Confirmationis ſacramentum,an ſit de ſalutis neceſsitate? Et
quis ſit eius effectus?*
*4 Confirmationis ſacramentum quibus,& quomodo conferri de-
beat? Et ibidem quòd Archiepiſcopus ſubditos ſuorum ſuffra-
ganeorum, dum viſitat, confirmare debet? Et quid ſi non ſub-
ditos confirmet,an irregularis efficiatur?*

1 CONFIRMATIO† diuina,id eſt, diuina lege ſancita,
quæ eſt vnũ ex ſacramentis eccleſiæ, vt dicit S.Tho.&
Pe.de Pal. gratiã confert:ſiue in ea gr̃a cõfert nõ ſolùm cõ-
muniter,ſicut in quolibet ſacramẽto cõfertur gratia emun-
dans à peccato:ſed robur & gratiã ſpecialẽ,ꝑ quã quis depu-
tatur ad officiũ ſanctitatis:& idoneus efficitur ad Chriſtũ cõ
fitendũ:vnde & de grato facit magis gratũ. Et vt dicit Mel-
chiades Papa in c.Spiritus ſanctus.de cõſe.diſ.v.valet ad aug
mentum gratiæ,ad cõfirmandũ in pugna cõtra vitia & dia-
bolicũ:& armat ac inſtruit ad huius mundi prælia & agones.
2 ¶†Primò verò quæritur,quæ ſint de ſubſtantia huius ſacra-
menti? Et dico quòd ſunt quinq;,ſecundum Pet. Duo ſunt ex
parte ſacramẽti. ¶Primũ, eſt materia chriſmatis cõpoſiti ex
oleo oliuarũ & balſamo,& cõſecrati ab epiſcopo cõſecrato,
& non electo tantũ,qđ ſcilicet debet eſſe illius anni:cùm ſit
minoris neceſsitatis cõfirmatio quàm baptiſmus: & vetus in
eccleſia debet exuri.ar.c.qm̃.de ſentẽ.excõ.lib.vj.&.c.ſi quis
de alio.de conſe.di.iiij. Vñ ſi quis etiã ab epiſcopo ſit vnctus
oleo pro chriſmate,ſecundũ Inn.& Hoſt.in c.vnico, de ſacr.
vnc.debet iterũ liniri chriſmate,repetita illa oratione.Signo
te &c.alijs orationibus præcedentibus & ſequentibus nõ ite-
ratis:ſimiliter ſi quis inũgatur ab epiſcopo & chriſmate,ſed
non conſecrato ab epiſcopo,nihil fit,ſecundũ Archi.& alios.
¶Secundũ,eſt forma verborũ,quæ ſecundum S.Tho.Pet. &
Al.eſt hæc:conſigno te ſigno crucis,& cõfirmo te chriſmate
ſalutis,in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti amẽ.Circa
quam intelligenda ſunt,ſecundũ Albe.omnia quæ dicta ſunt
de mutatiõe formæ baptiſmi. ¶Duo etiã ſunt ex parte mini-
ſtri. ¶Primũ eſt dignitas pontificalis:quia ſolus epiſcopus eſt
huius ſacramenti miniſter.de conſe.diſt.v.manus.&.c.nouiſsi
mè.&.c.vt ieiuni.Et ſi ſacerdos ſimplex ſine Papæ cõmiſsiõe
confirmet,nihil agit,ſecundũ omnes. Vtrũ aũt Papa eam cõ
mittere poſsit,ſunt opiniones.Et dicit Pan.in c.quanto.de cõ
ſue.ꝙ committere poteſt etiã ſimplici clerico,modò ipſe ſit
confirmatus.Et idem glo.ibi,& hoc ſequitur Sum.Ro.& An
gel.alij dicunt ꝙ etiam laico confirmato. quod videtur ap-
probare glo.in c.manus.de conſe.di.v.ponens regulam,quòd
ex delegatione Papæ quilibet põt cõferre ſacramentũ quod
ipſe recepit.Probabilior tamen eſt opi.S.Tho.& Pet.de Pal.
ꝙ ſacerdoti,& ei ſoli,poſsit Papa hoc ſacramentũ cõmitte-
re.Et hoc ſecuta eſt Sũ.Piſ.& glo.diſt.xcv.peruenit.& neceſ-
ſe eſt ita dici:vt patet per ea quæ diffuſè dicit Pet.de Pal.in
iiij.& ſimiliter Capreol.in diſt.vij. ¶Secundum, eſt intentio:
& de hac multa dicta ſunt ſuprà Baptiſmus.iij.§.xij.& ſequẽ.
¶Vnum etiam requiritur ex parte ſuſcipientis, ſcilicet ꝙ in
fronte chriſmetur,vt dicetur:& concordat San.Tho.& Albe.

3 ¶†Secundò quæritur,vtrum hoc ſacramentum ſit de neceſ-
ſitate ſalutis? Et dico ſecundum S.Tho.Pet.& Able.ꝙ ſic de
bene eſſe:quia adiuuat in ſpirituali pugna:non autẽ ſimpli-
ter ſiue abſolutè:quia baptizatus ſi ſtatim decedat,ſaluatur,
quãuis nõ cõfirmatus.de conſe.di.v.Spiritus ſanctus.cõtẽnẽ-
tñ illud ſuſcipere,mortaliter peccat:vt colligitur ex d.c.cum
ibi no.ex Ric.& prædictis doc.Tũc autẽ videtur quis eius c-
ſe cõtemptor,ſecundũ mentẽ Pet. de Pal.qui dicit ꝙ ſemel
tenetur quilibet confirmari ex præcepto eccleſiæ, qñ habi-
ſufficiẽti opportunitate ſine rationabili cauſa illud nõ ſuſci-
pit.Propter qđ etiã negligentia cõferendi illud in epiſco-
ſi ſit notabilis,videt̃ peccatũ mortale.ar.d.c.Spiritus ſanct.
Tertiò quæritur,quis ſit eius effectus? Et dicit Pet.de Pal.
poſt S.Tho.ꝙ eſt triplex. ¶Primus,eſt impreſsio characte-
diſtincti à charactere baptiſmi & ordinis præſuppõẽtis a-
eſſe characterẽ baptiſmi:& præſuppoſiti de bñ eſſe à chara-
ctere ordinis,vñ iterari nõ põt hoc ſacramẽtũ:qa characte-
eſt indelebilis:imò iterans ſciẽter peccaret mortaliter:ſec-
ignoranter vel in dubio: qa non dicit̃ iteratũ quod factũ n-
ſcitur. ¶Scdus,eſt gratia ſacramẽtalis diſtincta à baptiſmi
quia ꝑ hoc ſacramentũ deputatur homo ad aliqđ ſacrame-
tum,quod dignè ſine gratia fieri non põt:cũ non ſit ſpecio-
laus in ore peccatoris.Itẽ quia deputat ad opus arduiſsimu-
& maximę charitatis,ſcilicet ponere animã ꝓ Chriſto:& c-
fiteri fidẽ eius.Tertius,eſt cognatio ſpiritualis, nõ ſolùm i-
pediens matrimoniũ contrahendũ,ſed etiã dirimẽs iã cõtra-
ctũ. 4 ¶†Quartò quæritur,quibus ſit hoc ſacramẽtũ cõferen-
dum? Et dico ſecundum S.Tho.& Pet. quòd omnibus Chri-
ſtianis.de conſe.diſt.v.omnes fideles.Nam & pueris cõuen-
ter confertur:quia minus habent fictionis.Et licet non tu-
tamen fortè poſt habebunt confiteri. Tamen quia hoc ſa-
mentum non debet iterari:nec ſic præſumitur de conuerſa-
te inter Chriſtianos quòd ſit cõfirmatus ſicut quòd ſit ba-
zatus:ideò non expedit,ſecundũ Arch.quòd exhibeatur a-
ſeptennium:vt melius paruuli recordentur: gratia cuius-
tur alapa:imò gl.in c.quanuis.de conſe.diſt.v. videtur ten-
quòd dari nõ debeat ante annum duodecimum: ſed non
netur vera.Confertur etiam communiter maſculis & fœm-
nis:quibus cõmunis eſt pugna, & fidei Chriſtianæ profeſ-
Et mõſtroſis & hermaphroditis & mutis, quia ſigno poſſ-
confiteri:& ſurdis, quia confiteri poſſunt ore & ſpiritual-
pugnare:& infirmis ac morientibus:qui licet ſubtrahantur
pugna,tamen pergunt ad præmia militantiũ:vnde cõſeq-
ter accipiunt Chriſtianæ militiæ ſignũ. ¶Quintò quæritur
quomodo debeat conferri? Et dico primò quòd propter r-
uerentiã ſacramenti ieiunis dari debet & ſuſcipi.de conſe.
v.vt ieiuni.&.c.ſeq.ſed hoc non eſt de præcepto:vt patet in
c.vt ieiuni.&.in neceſsitate:puta qa epiſcopus eſt receſſur-
vel huiuſmodi:melius eſt cõfirmari poſt prandium quàm
quis confirmari non poſsit,ſecundũ Alb.& alios. Et idem
omni ſacramento intelligit Arch.vnde poſt prandiũ ſine
gna,inquit,& iuſta cauſa nõ eſſet facienda cõfeſsio, maxi-
de mortalibus. ¶Et ſcđò dedet dari confeſsio, ſi ſunt adul-
& cõmiſerũt mortale:vt in d.c.vt ieiuni.& idẽ de omni ſa-
mento dicendũ eſt:nõ tamen hoc eſt præceptũ,niſi in euc-
riſtia,ſed conſiliũ tantũ:præceptũ tamẽ eſt cõteri. ¶Et ter-
dari debet tantũ in fronte, extra de ſa.vn.c.j.quia datur vt
mo Chriſtum ſine timore & rubore audacter cõfiteatur:
potius debet fieri in frõte vbi magis apparẽt huiuſmodi p-
ſiones:quã frontẽ oportet ligari quouſq; deſiccetur chriſ-
& ſeptẽ diebus,nõ qdẽ ligaturã ferre,ſed caput à lotiõe ſ-
uare,ſecũdũ Arch.poſt Pe.de Pal. ¶Et quartò,ſecundũ
dari poteſt omni tẽpore.arg.c.omnes fideles. &. c.vt ieiu-



&.c.ſeq.de conſe.di.v.etiam tẽpore interdicti:ſicut poteſt da
ri baptiſmus,& chriſma confici.de ſen.exc.cũ ex eo.& eo.tit.
quoniam.lib.vj. ¶Et quintò in omni honeſto loco etiam ex
tra eccleſiã:licet chriſma ſolũ in eccleſia cõfici debeat:quia
inquit Pet.quod nõ eſt prohibitũ,eſt conceſſum:non debet
tamen epiſcopus ſecundũ Pet.de Pal.extra locũ ſuæ diœce-
ſis confirmare,ſicut nec alia ſacramẽta vel ſacramẽtalia mi
niſtrare etiã ſubditis ſuis:ſed nec Archiepiſcopus ſubditos ſuf
fraganeorũ ſuorũ debet confirmare dum viſitat, nec in ſua
diœceſi alterius diœceſani ſubditos.xvj.q.j. interdicimus.tñ
confirmãdo non ſubditos,licet peccet,nõ tamen efficitur ir-
regularis,& cõfert verũ ſacramentũ.hæc ille.Sed tamen ex-
cipe ſacramentum confeſsionis,quòd epiſcopus ſuo ſubdito
vbiq; põt cõferre. ¶Et Sexto debet conferri ei qui ab alio te-
neatur cõgruẽter:quia roborãdo baculus ſuſtentãs cõgruit:
quanuis hoc nõ ſit de neceſsitate ſacramẽti:quia ſine hoc da
retur:ſed eſt ex pręcepto,ſi adſit facultas.Quæ tẽtio fieri de-
bet ab vno tantũ.de cõſe.diſt.iiij.nõ plures.vel ab vna, ſicut
& in baptiſmo:vt ibidẽ.& ille debet eſſe cõfirmatus:alioquin
peccat:licet propter hoc nõ ſit irritũ ſacramentũ.ea.di.in ba
ptiſmo.nec contrahet iſte cõpaternitatem ſecundũ aliquos.
& concor.S.Tho.& Per.de quo infrà Matrimoniũ.viij.§.vij.
parti.xij.debet etiã eſſe alius ab eo qui tenuit in catechiſmo
vel baptiſmo ſecundũ conſuetudinẽ eccleſiæ Romanę niſi
cogat neceſsitas.de cõſe.di.iiij.in catechiſmo.hodie tñ qui te
nuit in catechiſmo,tenet in baptiſmo ſine peccato: quia eſt
conſuetudo.Si tamẽ plures ſunt tenẽtes,omnes efficiũtur cõ
patres ſuſcepti.de cogna.ſpi.c.fi.lib.vj.& ideo vir tenere non
debet vxorẽ,vel ecõuerſo,q̃a oriret̃ impedimẽtũ cognatio-
nis ſpiritualis:nec quis propriũ filium aut fratrẽ vel ſororẽ
quia ſufficit inter tales vinculũ carnale,ſecundũ Sum. Conf.

## De Confraternitate, Coniuratione, & Conſpiratione.

*1 Confraternitas,coniuratio,& conſpiratio, in quibus conue-
niant & quibus differant?*
*2 Confraternitas omnis,an licita ſit? Et an ſtatutum valeat,quo
cauetur,ne quis in fraternitatem recipiatur,niſi certam perſol
uerit ſummam.*
*3 Coniuratio & conſpiratio omnis,an ſit illicita? Et quæ coniu-
rantium, aut conſpirantium pœna ſit? Et nume.ſeq.*

1 CONFRATERNITAS,† id eſt multorũ ſimul fra-
ternitas:& cõiuratio,id eſt,multorũ ſimul iuratio:& cõ
ſpiratio,id eſt,multorũ ſpiratio,cõueniũt primò inuicẽ inquã
tum omnia hæc importãt voluntariã vnionẽ multorũ in ali
quo vno:& ſecũdò inquantũ nullũ horum dicit aliquid de ſe
malũ:ſed differũt primò quantũ ad nominis etymologiã, vt
patuit:& ſecũdò quantũ ad rem ipſam.Nam cõfraternitas vi
detur principaliter importare vnionẽ ad mutuũ amorẽ:& cõ
ſequẽter ad ea quæ amor requirit:puta defendendũ,& obſe-
quendũ: cõiuratio verò importat vnionẽ ad rebellandũ vel
impugnãdũ mediãte iuramẽto:cõſpiratio autẽ importat idẽ
ſine iuramẽto.Vnde hæc duo pro eodẽ crimine accipiũtur.
xj.q.j.cõiurationũ.ſed cõiurare eſt ſimul vel in vnũ iurare:&
cõſpirare,eſt ſimul vel idẽ ſpirare.ſecũdũ gl.in c.conſtitutio
nem.de ſen.excõ.li.vj.vnde omnis cõiuratio eſt conſpiratio,
nõ ecõtra.Et quia amor notitiam præſupponit:nõ dicũtur ſi-
mul ſpirare vel intendere vnum ij,quorũ vnus de alio notitiã
2 non habet,niſi per accidens. ¶Primò† verò queritur, vtrum
omnis cõfraternitas ſit licita? Et dicit Pet.de Peru.in trac.de
canonica portione,quòd licita eſt,ſi fiat ex licita cauſa. Et fa
cit gl.in c.ſi qui clericorũ.xj.q.j.dicens quòd fraternitates bo
næ admittuntur.xlij.diſtinc.ſi quis deſpicit.quæ autem fiunt
ad malum,prohibentur.C.de monopo.l.vnica. ¶Secũdò quę
ritur,vtrum liceat confraternitatum ſtatutum quo cauetur
ne quis recipiatur niſi ſoluerit certam ſummã? Et dicit Petr.
vbi.ſ.quòd ſic,ſi propter honeſtã cauſam fiat:puta pro alen-
dis pauperibus,& hmõi.ar.d.c.ſi quis deſpicit.& xvj.q.ij. non
exemplo.Nec obſtat quòd quidam dicũt illud illicitum,quia
excludit pietatem receptiõis:quia debet intelligi ſtatutum ſi
quis ſoluere poſsit.& ſi aliter intelligatur, eſt illicitũ. Et ſic
intellige:dicit Lud.de Ro.poſt Arc.quòd valet factum per
verba affirmatiua:nõ autem ſi fiat per negatiua,ſcilicet nul
lus admittatur,niſi &c.de ſimo.ad apoſtolicam. Et dicit idẽ
Ludo.ꝙ poteſtas inueniens ſocietatẽ in qua ſit ſtatutũ inho
neſtum:ſtatim poteſt eo ipſo caſſare ſocietatẽ, ſecundũ Bar.
in l.prætextu.ff.de extraordi.cri.& ſequitur Bal.in c.j.§.con
uenticula.de pa.te.in vſi.feu. ¶Tertiò† quæritur vtrũ omnis 3
cõiuratio vel cõſpiratio ſit illicita? Et dico quòd coniuratio
propriè & ſecũdum vſum cõmunem loquentium eſt illicita
ſemper:quia cõiuratio eſt quãdo aliqui rebelles authoritate
in vnum ſe colligẽdo iuramẽta inter ſe dederunt.xj.q.j.ſi qui
clericorũ.Conſpiratio verò eſt fraudulenta cõfœderatio fa-
cta in præiudicium alicuius perſonæ vel dignitatis.xxij. q.v.ſi
quis laicus.& eſt palea:& omnis talis fit ex ſuperbia & eſt illi
cita,ſecundum gl.in c.exhibita.de iud.Largè tamẽ & præter
communem loquendi vſum cõiuratio & conſpiratio dicitur
qua aliqui aut coniurant aut conſpirant in vnum quod de ſe
eſt bonum,vel ſaltem nõ malũ:& talis non eſt illicita: vt no.
gl.in d.c.ſi qui clericorum.& no.Inn.in c.cum I. & A.de ſen.
& re iud.& Pan.in c.exhibita.de iud.vt ſi canonici conſpirent
de non parendo epiſcopo excõmunicato, vel non eligendo
indignum.Quando ergo aliqui cõiurant vt rebellent præla
to vel obedientiæ,& huiuſmodi,ſi eſt cõiuratio vel conſpira
tio:& tales ſunt conſpiratores:vt patet in c.cõſtitutionem de
ver.ſig.li.vj.& de ſe hoc eſt mortale peccatũ.Si verò dubita
tur vtrũ conſpiratio licita ſit vel illicita ſemper in dubio præ
ſumitur mala & illicita ſecũdum Inn.de ſchiſ.c.j.&Vin.in c.
ſi.de teſti.co.& Io.An.in c.ij.de ver.ſig. ¶Quartò † queritur, 4
quæ ſit coniurantiũ aut conſpirãtium pœna? Et dico quòd ſi
eſt laicorũ contra epiſcopum: debent excõmunicari, ſecun-
dum gl.in c.fi.de teſti.cog.& ſecũdũ Ho.& Io.An.in vna libra
auri condemnari ſinguli in cõſtitutione Federici,de pa.tenẽ.
c.hac edictali.& ſi quis tumultũ contra aliquem fecerit,vel
ſeditioſas voces emiſerit,capitalis eſt pœna.l. denuntiamus.
C.de his qui ad ec.cõfu.l.j.& ij.C.de ſeditioſis.& ff. de pœnis.
l.aut facta.& C.de epiſco.& cleri.l.cõuenticula.vbi prohibet
cœtus vel turba cõgregari, niſi inueniatur expreſſe conceſ-
ſum.ff.de colleg.illici.per totũ.clerici verò debent deponi.

¶CONIVRATIO ſ.proximè in prin.
¶CONSANGVINITAS.vide infrà Matrimonium
viij.§.vj.

## De Conſcientia.

*1 Conſcientia, quid propriè ſit? Et applicatio ad aliquem actum
moralem quotupliciter fiat?*
*2 Conſcientia erronea,an ad aliquid faciendum liget? Et quo-
modo ligare dicatur? Et ſub hæc quòd conſcientiæ erroneæ ob-
ligatio maior ſit obligatione præcepti prælati.*
*3 Conſcientia in erroneam num quis deponere teneatur?*
*4 Subditus qualiter ſe gerere debeat, vbi prælatus aliquid, quod
ſubditus ipſe legi diuinæ aduerſari credit, præcepit. Et ſubin-
de quomodo ſcrupuloſa conſcientia deponatur?*

CONSCIENTIA† vt tenet S.Tho.in j.q. lxxix.nõ eſt 1
potentia propriè,quia deponi poſſet:nec habitus, quia
non eſſet aliquid vnum, ſed multa: cùm multi ſint habitus

cognoſcitiui, quibus dirigimur in agendis: ſed eſt actus ſyn-
tereſis, id eſt, applicatio ſciētie ad aliquid morale dijudicadũ:
vnde eſt, quaſi cōcluſio ſyllogiſmi, qua iudicatur aliquid eſſe
bonũ vel malũ, ſiue benè vel malè factum, & huiuſmodi, vn-
de dicitur cōſcientia quaſi cōcludens ſcientia. Quæ quidem
applicatio ad aliquē actũ moralem tripliciter fit. Primò ad
cognoſcendum an ſit factus nécne: ſicut dicitur Gen. xliij. nō
eſt in cōſcientijs noſtris quis poſuerit pecuniã &c. Secũdò, ad
cognoſcendũ an actus factus, ſit rectè factus nécne. Tertiò,
ad cognoſcendũ an ſit fiēdus vel non. Et ſic cōſcientia habet
tres actus ſecũdũ tres applicatiōes: qui ſunt primus quidē te-
ſtificari de peccato facto vel nō facto. Secũdus rep̄hedere, re-
mordere, & accuſare vel excuſare de peccato facto rectè vel
nō rectè. Tertius eſt ligare vel ſoluere reſpectu futuri: quia,
ſecũdũ oēs ſanctos, quod eſt contra vel præter conſciētiã, id
eſt, nō ſecũdũ quod ipſa dictat, eſt peccatum, etiã ſi ipſa ſit er
2 ronea. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum erronea conſcientia
liget ad aliquid faciendum? Et dico quòd ſecundum beatum
Tho. in ij. diſt. xxxix. conſcientia non ligat vel obligat virtute
propria, ſed aliena, id eſt, præcepti diuini. quod patet: quia nō
dictat aliquid faciendum vel non faciendũ, quia ſibi videtur
aut non videtur: ſed ſub hac ratiōe, quia eſt à Deo præceptũ
vel prohibitũ. Imò eſt idē dicere quod præceptum Dei liget,
& ſimiliter conſciētia: quia ſi quid ſit præceptum, & non ſit
in ſcientia ſiue conſcientia alicuius, non ligat illum, niſi qua-
tenus tenetur ſcire præceptum: vnde eadē eſt virtus, qua præ
ceptum & qua conſciētia ligat. Igitur ſi quid apprehendatur
vt directè cadens ſub Dei præcepto, & non fiat: vel ſub prohi
bitione, & nō omittatur: eſt contra conſcientiam, & peccatũ
mortale, ſecundum omnes doct. etiã ſi cōſcientia erret: quia
hoc eſt contēnere Deum & præceptũ Dei quod creditur eſ-
ſe, etiam aliquãdo ſi nō ſit. Si verò aliquid apprehēdatur qui-
dem vt faciendum vel omittendum, ſed nō quaſi cadens dire
ctè ſub diuino præcepto, ſi fiat, vel non omittatur, eſt præter
conſcientiã: nec eſt mortale, ſed veniale peccatũ, & aliquãdo
nullum: vt ſi dictet conſciētia bonũ eſſe vt fiat aliquod opus
conſilij. Vnde gl. ſuper illud Ro. iiij. omne quod nō eſt ex fi-
de, peccatum eſt. dicit ꝙ omne quod fit contra cōſcientiam,
ædificat ad gehennã. ¶ Secũdò quæritur, quomodo erronea
conſcientia liget? Et dico ꝙ conſcientia non ligat coactiuè,
quia voluntas eſt libera, & cogi nō poteſt. nec per modũ prin
cipalis authoris, quia ſic ligat Deus ſuis præceptis: ſed ligat
primò per modũ ſuppoſitionis ſeu cōditionis vel cōſecutio-
nis alicuius finis: quia ſcilicet qui ſalutē nō aſſequitur, niſi fiat
quod illa dictat ſi eſt recta, vel eã deponat ſi eſt erronea: &
per modũ inſtrumentalis agentis, eo modo quo præco iudici
præceptũ deducēs ad notitiã alicuius. Aliter tamē recta, ali-
ter erronea ligat ſiue obligat volũtatē. Primò, q̄a recta ligat
ſimpliciter & abſolutè ſemper in omni euentu nunquã depo
nenda: erronea verò ligat ſecundũ quid, id eſt, ſecundũ crede
re hominis. & ſub hac conditiōe, ſi durat, & ſolùm quãdiu du
rat. Secũdò, quia recta in præceptis vel prohibitis à Deo plus
ligat quàm præceptum prælati: quia præceptũ Dei, cuius vir
tute ligat, maius eſt præcepto prælati. In indifferētibus verò
econtrario plus obligat pręceptũ pręlati quàm propria con-
ſcientia: quia in huiuſmodi cōſcientia ſubditi habet ſupra ſe
non ſolùm Deum, ſed etiam prælatũ: vnde de eius præcepto
non habet iudicare. Obligatio verò erroneæ conſciētiæ ma-
ior eſt obligatiōe præcepti prælati, quia intēſior: ſed ex alia
parte eſt minor, quia ſolubilior: quia deponi poteſt erronea
cōſcientia: nō autem obligatio ſubditi ad prælatũ. Hæc Ar-
chid. & Ray. poſt S. Tho. in q. de veri. Dicit tamē S. Bon. quòd
erronea cōſcientia non ligat ad faciendum, ſed ad deponen-

dum. Sed intelligitur ꝙ non ligat abſolutè, ſed ſuppoſi[...]
duret. ¶ Tertiò † quæritur, vtrũ homo teneatur erronea[...]
ſcientiam deponere? Et dico quòd ſic: quia ea durãte e[...]
plexus, & extra viã ſalutis: quia ſi facit quod dictat, e[...]
contra legem Dei: ſi nō facit, cōtemnit Deum, etiam fa[...]
bonum: quia credit illud diſplicere Deo dictante errone[...]
ſcientia. Nullus tamē eſt perplexus ſimpliciter inter duo[...]
la: ſed ſolùm ex ſuppoſitiōe erroneæ cōſcientiæ, vt dictũ[...]
vel alicuius obſtinationibus: ſicut qui nō vult relinq̄re p[...]
perplexus eſt hoc ſuppoſito, & peccat ſiue cōmunicet in[...]
ſcha ſiue non: ſed vterq; horum poteſt & tenetur depo[...]
vnde nō eſt perplexus ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitiōe. ¶ Q[...]
tò quæritur, quomodo ſe debeat habere ſubditus, ſi præ[...]
aliquid præcipiat quod ſubditus credit aduerſari legi D[...]
nę? Et dico ꝙ, ſecũdum omnes, ſi certus eſt, illud eſſe co[...]
legem Dei: nō tenetur obedire: & ſecũdũ omnes, ſi eſt de[...]
dubius, quia ſcilicet nō pendet plus notabiliter ad vnam [...]
tem quàm ad aliam, tenetur obedire: ſi verò opinatur, [...]
nec ſcit, nec dubitat, ſed credit, diſtinguendum eſt: quia [...]
dit ex leuibus, tenetur tale iudiciũ deponere ad conſili[...]
præceptũ pręlati, & obedire: & ſimiliter ſi credit p̄babi[...]
& excuſatur propter obedientiæ bonũ: quia certus eſt [...]
tenetur obedire: nō autem eſt certus quòd hoc ſit contra [...]
gem Dei, ſed opinatur tãtùm. Cōfirmatur iſta determina[...]
primò, quia S. Bon. in ij. di. xxxix. dicit quòd tenetur conſc[...]
tiam deponere, niſi clarũ foret illud eſſe contra legem D[...]
& ſi neſcit iudicare, debet conſulere peritiores, vel Dei [...]
orationem. Et ſecundò, quia de ſen. excom. in c. inquiſit[...]
quærenti an alter coniugũ ſciens impedimentũ teneatur [...]
dere debitum. reſpondetur quòd nec tenetur, nec poteſt [...]
dere, ſi hoc ſcit pro certo, etiã ſi inde excommunicetur. Si [...]
rò hoc credit leuiter & temerariè: depoſita credulitate a[...]
ſilium paſtoris reddere & exire poteſt. Si verò credit p[...]
biliter & diſcretè, licet non euidenter, reddere, ſed nō exi[...]
re pōt, ne agat cōtra legē coniugij, aut cōſcientiæ iudici[...]
hęc ibi. Sicut autē tenetur ſubditus reddere debitũ præla[...]
ita coniunx coniugi. Quomodo aut deponatur ſcrupuloſ[...]
ſcientia, vide Archid. prima parte, tit. iij. c. x. §. x. pulcher[...]
& ſecurè: vide etiam ĩ. Scrupulus.

## De conſecratione prælatorum.

1 *Conſecratio epiſcoporum & ſuperiorum prælatorum qu[...] ſubſtantialia exigat.*
2 *Conſecratio prælatorum abs quo fieri debeat? Et vbi? num. [...] Et quando ſint prælati conſecrandi? nume. 4.*
5 *Conſecratio prælatorum qualiter facienda ſit?*

CONSECRATIO primò † epiſcoporũ & ſuperiorum
prælatorũ, quędã exigit quaſi de ſubſtantia ſua. Nã p[...]
mò cōſecrãdus inungitur chriſmate caput: & ſecũdò poni[...]
liber ſup ceruicē eius: & tertiò cōſecratur à tribus, quorũ vn[...]
eſt, principaliter cōſecrans totam cōſecrationē perficiēs, [...]
ter nihil fit: vt ſi vnus agat vnã partē, alius aliã, licet oēs co[...]
ſecrationem pronũtiēt: imò nihil agitur ſi vnus imponat m[...]
num, & alius benedicat: ſed oportet, ſecundum Hoſt. & G[...]
vnum principaliter totã conſecrationē perficere, & alij ſi[...]
quaſi coadiutores. Vel ſecundũ Hug. & gl. Ray. omnes cōſe[...]
crãt: & ſunt tres actiones, & vna paſſio: ſicut cũ tres ferũt la[...]
pidem: ſed primũ eſt melius. Et ſecundũ ac tertium, ſecũd[...]
Hoſt. ſunt de ſubſtãtia. Et intellige quod à fortiori primũ [...]
ꝙ ſine his nō cōſecratur epiſcopus. Vnde ſi cōſecretur à pa[...]
cioribus, nihil ageret, ſecundũ gl. in c. epiſcopi. de tēp. ord. [...]
ſecũdum gl. Ray. Vñ dicit Hug. di. lxvj. in c. porrò. ꝙ ſi in m[...]
do nō eſſent niſi duo epiſcopi, cōſecrari nō poſſet epiſcop[...]
donec papa aliud inſtituerit, vel eo mortuo generalis eccl[...]
ſia mutaret hanc formam traditam ab apoſtolis: & inſtitue-
ret ꝙ epiſcopus conſecraret epiſcopũ, vel etiã presbyteri, ſe
cũdũ Hoſt. Si autē nec epiſcopus nec presbyter eſſet: & tũc
dicit implorandũ eſſe diuinũ iudiciũ q̄d agendũ eſſet. Pet. tñ
de Pal. dicit in lib. de poteſtate Papæ, ternariũ numerũ nō eſ-
ſe de ſubſtantia cōſecrationis. Vñ & Greg. in hoc legit in An
2 glia nouiter cōuerſa diſpēſaſſe. ¶ † Primò verò quæritur, à
quo fieri debeat prælatorũ cōſecratio? Et dico ꝙ Papã cōſe-
crant epiſcopi cardinales, qui in hoc vicē obtinēt metropoli-
tani. xxiij. in nomine domini. vel etiã ille quē vult, cũ ſtatim
poſt electionē habeat plenitudinē poteſtatis, vt ibi: ex cōſue
tudine tñ, vt dicitur, eſt epiſcopus Hoſtienſis. Primates verò
& metropolitanos cōſecrant tres epiſcopi eorũ ſuffraganei,
omnibus alijs ſuffraganeis perſonaliter aduenientibus, niſi
eſſent neceſſitate impediti, quo caſu p̄ literas cōſentiãt. lxiiij.
diſt. quia. & diſ. lxvj. archiepiſcopus. & c. porrò. & de tem. ord.
ſi archiepiſcopus. & cũ primatis cōſenſu, ſi cōſecratur metro
politanus, diſt. lxv. placet. ita quòd ſine eo non recipit execu-
tionem cōſecratus: vt no. Inn. in c. ne epiſcopi. de tem. or. Et li
cet ſit de mero iure: hodie tñ, ſecundum Rayn. ex conſuetu-
dine, quaſi nullus archiepiſcopus, patriarcha vel primas cōſe
cratur niſi à Papa vel ab alio de eius mandato. arg. xxiiij. q. j.
pudenda. quæ tamen cōſuetudo, ſecundũ glo. eius non eſt ge
neralis. Et idē puto de cardinalibus. arg. c. pudenda. xxiiij. q. j.
& quod ibi no. & idem dicit Pan. in c. meminimus. de accu. de
quolibet prælato cōfirmato à Papa: quia b̄ndici aut cōſecra
ri non poteſt p̄ inferiorē, niſi de licentia Papæ: vt in c. cũ di-
ſtribuendis de tempo. ord. niſi aliud habeat conſuetudo quòd
ſi ab alio forſan cōſecraretur, parum prodeſſet: quia antequã
poſſent ſe archiepiſcopos vel patriarchas nominare, & plura
alia facere, oporteret eos palliũ habere à Papa: niſi fortè ha-
berēt ab aliquo de quatuor patriarchis principalibus. de quo
vide ĩ. Palliũ. & ĩ. Patriarcha. Epiſcopũ verò, ſi eſt exēptus, cō
ſecrat Papa, vel alius de eius mandato, ſecundũ Al. Si verò nō
ſit exemptus, eum conſecrabit archiepiſcopus cũ duobus p̄-
uincialibus epiſcopis, aut tres cōprouinciales epiſcopi ex iuſ
ſu archiepiſcopi: ita tñ quòd omnes epiſcopi comprouincia-
les ſunt per epiſtolam requirendi vt cōſentiant: vt in c. ne epi
ſcopi. de tempo. ord. vbi dicit Inno. quòd ſi quis epiſcoporum
cōprouincialiũ contemnatur in conſecratione archiepiſcopi
vel epiſcopi: poterit agere vt officij executiōe priuetur: ſicut
in electione agitur vt caſſetur. de ele. quod ſicut. arg. de elect.
cum in veteri. ad arbit. cũ olim. lxv. diſt. non debet. ¶ † Secũdò
3 quęritur, vbi fieri debeat prælatorũ cōſecratio? Et dico quòd
Papa in ſua eccleſia cōſecrandus eſt, ſi fieri pōt: aliàs in qua-
cunque etiam extra vrbem. diſt. xxiij. in nomine domini. pri-
mas verò, patriarcha & metropolitanus, in proprijs eccleſijs,
niſi aliud inducat neceſſitas: vt in d. c. pudenda. & in c. ſi archi
epiſcopus. de temp. or. vel niſi aliud habeat conſuetudo pro-
bata, etiam in conſecratione Papæ, ſecundum gl. Ray. & Sũ.
Confeſ. Epiſcopus autē conſecrandus eſt vbi metropolitanus
elegerit. diſt. lj. c. vlt. in fi. niſi aliter habeat cōſuetudo proba-
ta, ſecundũ glo. Ray. & ſi alibi fuerit conſecratus: debet ſecũ
dum Ray. intra tres mēſes à conſecratione ſe præſentare me
4 tropolitano ſuo. diſ. lxiij. cum lōge. ¶ † Tertiò quæritur quan
do conſecrandi ſint prædicti prælati? Et dico quòd die domi
nica, hora tertiarũ. diſt. lj. qui in aliquo. diſt. lxxv. quod die. &
c. ordinationes. & hoc intra tres mēſes à confirmatiōe: nec vl
trà differri debet, niſi ſuadeat neceſſitas. diſt. lxxv. quoniã qui
dam. vbi non dicitur poſt cōfirmationē: ſed tamē à confirma
tione hoc tempus incipit cōputari, ſecundũ gl. Ray. & Hug.
ibi, & nō à tēpore electionis: quia ante cōfirmationē cōſecra
ri nō potuit: ideoq; tempus illud cōputari nō debet: ſicut nec



tempus ſuſpenſionis in collatione beneficiorum: de conceſ.
præben. quia diuerſitatē. Ray. tñ tenet illud cōputandũ eſſe
ab electione. quod poteſt eſſe verũ qñ fuit negligens ad petē
dã confirmationē: quia & illud tēpus ſuſpenſiōis cōputatur
negligenti petere abſolutionē, ſecundũ gl. in d. c. quia diuerſi
tatē. Et ſi vltra differat, cōmunione priuatus expectatur per
duos menſes, intra quos ſi morã nō purgauerit: cedat metro
politani iudicio, nec ibi nec alibi poſtea cōſecrabitur: niſi fue
rit legitimè impeditus: vt in d. c. qm̃. & diſt. xlv. qm̃. ¶ † Quar- 5
tò quæritur, qualiter fiet prælatorũ cōſecratio? Et dico ꝙ eo
modo quē epiſcopi habēt in ſuis ordinarijs: de quo etiã xxiij.
diſt. qui epiſcopus. & diſt. lxxv. ordinatiōe. & de ſacra vnc. cum
veniſſet. Nec eſt neceſſe cōtinuare ieiuniũ à ſabbato vſq; ad
completam ordinationē fiendã in dominica nihil comededo:
quia etiã in ipſa dominica antè prandiũ intelligitur eſſe ieiu
nus, qui in ſabbato pranſus eſt ſecundum Ray. & Sum. Cōfe.

## Rurſus ſecundò de Conſecratione & Reconciliatione ſacrorum locorum.

1 *Conſecratio locorum ſacrorum triplex eſſe dicitur. Et an in conſecratione miſſa ſit de ſubſtantia?*
2 *Conſecrari eccleſia à quo qualiter & quando debeat? Et quis conſecrandi modus? remiſſiuè.*
3 *Conſecratam eccleſiam eſſe, quomodo præſumatur?*
4 *Conſecratione eccleſia quibus caſibus egeat, aut propter execrationem, aut non factam conſecrationem?*
5 *Conſecrata eccleſia polluta, quibus caſibus reconciliatione egeat? & ibidem quòd quinque caſibus: de quibus ſigillatim. Et an pollutio in ſomnis violet conſecrationem?*
6 *Eccleſia non conſecrata, quo modo violetur?*
7 *Eccleſia conſecrata, vel non conſecrata, ſi polluatur, quomodo reconciliari debeat?*
8 *Eccleſia à quo reconciliari poſſit?*
9 *Celebrantis in eccleſia conſecrata polluta, ante reconciliationem, quænam ſit pœna?*

CONSECRATIO † ſecũdò, ſcilicet ſacrorũ locorum,
eſt triplex. Prima ſcilicet cœmeterij, de qua ſuprà Cœ- 1
meterium: & ſecunda altaris, de qua ſuprà Altare, per totũ. &
tertia eccleſiæ, quæ alia eſt: vñ vna ſine reliqua fieri pōt. ex-
tra eo. c. j. Vñ nunc de conſecratione, execratione, pollutiōe,
recōſecratione, & recōciliatione eccleſiarũ agendũ eſt. Quæ
cōſecratione ſine miſſa eſſe nō debet. de cōſe. di. j. c. ij. & c. de
fabrica. in fi. tamen hoc non eſt de ſubſtãtia cōſecrationis, ſe-
cundũ Ber. & Hoſt. in c. quod ſicut. de elec. qui dicunt ꝙ miſ-
ſa ſecundũ cōſuetudinē eccleſiæ Romanæ dici debet à cōſe-
crante: tamē ſi aliter fieret teneret. Idem ſenſit Hugo, dicēs
ſufficere, ſi presbyter cantet. Et debet tunc, ſcilicet in conſe-
cratione epiſcopus ſupplere, ſi dotem cōpetentem nō petiuit
in lapidis primarij poſitione: quia ad hoc tenetur fabricator
& eius hæres: extra eo. cum ſicut. j. q. ij. placuit. & ad hoc com
pelli pōt ſecundum Pan. in c. cũ ſicut. de cōſe. eccle. vel al. Et
debet dos eſſe tanta quòd inde viuere poſſit vnus presbyter
cum miniſtro, habito reſpectu ad obuentiones ſpirituales.
¶ † Primò verò quæritur, à quo debeat eccleſia cōſecrari? Et
2 dico quòd à ſolo epiſcopo. de cōſe. diſt. j. nemo. ab epiſcopo.
inquam. proprio, & non alieno, niſi de licentia proprij: quia
extra p̄priã diœceſim epiſcopus eccleſiam nō cōſecrat: de
cōſe. eccle. vel al. tua fraternitas. nec hoc epiſcopus poteſt al-
teri delegare, niſi epiſcopo, ſicut nec recōciliationē extra eo.
aqua. licet ſecundũ Inn. de licentia Papæ ſacerdotes ſimpli-
ces recōciliare poſſint aqua prius per epiſcopum benedicta.
¶ Secundò quæritur, quando & qualiter debeat conſecrari?
Et dico quòd omni tempore tam feſtiuo, quàm non feſtiuo

conſecrari poteſt:vt in c.tua fraternitas.de conſe. eccle. vel
al.Modus aũt cõſecrandi eſt,qui traditur in epiſcoporũ paſto
rali.de conſe.diſt.j. omnes baſilicæ.ſed à paſtorali nõ eſt re-
3 cedendũ.¶†Tertiò quęritur quomodo eccleſiã eſſe cõſecra
tam præſumitur?Et dico ſecundũ Inn.& Ray.quòd præſumi
tur conſecrata.Primò quãdo apparet de hoc aliqua ſcriptu-
ra in dotatiõis inſtrumento,vel libris eccleſiæ,vt in columna
aut tabula marmorea,vel de dictitijs:vel etiã ſi appareat vnus
teſtis de viſu vel auditu.de conſec.diſt.j.ſolennitates dedica-
tionum.&.c.eccleſiæ.& xxiiij.q.ij.ſanè profertur.ibi, in ſacris
dictitijs.quę dictitiæ,ſcd̃m gloſ.Ray.ſunt columnæ eccleſię:
vel ſecundũ glo.in d.c.ſanè.ſunt tabulæ,dictæ à dico,dicis.Et
ſic ſerua regulã, quã ibi habes,quòd vbi nõ agitur de præiu-
dicio alterius,ſculptura in lapide,vel vnus teſtis fidẽ facit, &
ſufficiũt huiuſmodi probatiões ſemiplenæ.Secus vbi eſſet de
4 hoc cõtentio, per quam iſta probatio tolleretur.¶†Quartò
quæritur,quibus caſibus eccleſia indigeat conſecratione pro
pter execrationẽ vel nõ conſecrationẽ?Et dico ꝙ ſecundum
iura & doct.in c.propoſuiſti.de conſec.eccle.vel al.ſunt tres.
¶Primus eſt,ſi neſcitur vel dubitatur an fuerit cõſecrata:nec
apparet aliqua probatio de dictis §.priore.de conſe.diſt.j.ſo-
lennitatis.¶Secundus eſt,ſi fuit eccleſia cõbuſta,ita quòd cõ-
buſti ſint parietes,vel notabiliter decruſtati in toto vel parte
maiori.de conſe.diſtin.j.eccleſijs.cum glo.Ratio ſecundum
Panormit.in d.c.propoſuiſti.eſt:quia eccleſiæ conſecratio in
exteriori parte conſiſtit,vbi linitio & cruces fiunt.Secus aũt
ſi tectũ cõburatur:quia nõ eſt recõſecrãda:vt in c.in ligneis.
de cõſe.eccle.vel al.¶Tertius eſt,ſi parietes in toto vel in par
te maiori corruerint:ita ꝙ nouiter oporteat eos ſimul refi-
cere,etiã ex lapidibus eiſdem.de cõſe.di.j.de fabrica.Secus ſi
corruerit ſolũ tectũ:vt in d.c.in ligneis.Si verò parietes ſuc-
ceſſiuè ruant,& ſucceſſiuè reparẽtur per ſingulas partes par
uas ſeu minores:ſunt duæ opiniones.Nam prima dicit quòd
nõ ſit recõſecranda,ſed reconcilianda ſolũ cũ aqua exorciza
ta & ſolennitate miſſæ:imò etiã de reconciliatione non eſſe
ius expreſſum,ſed tantũ hoc tutius & deuotius eſſe : vt dicit
Hoſt.quã opinionẽ tenuit gl.in d. c. ꝓpoſuiſti.& Sũ.Cõfeſ.&
Sũ.Piſ.& Arch.& Pe.de Pal.& cõmuniter doctores priores.
Et ratio eſt,quia ſemper eſt eadẽ eccleſia.Sicut nauis tota re
parata,ſed ſucceſſiuè,dicitur ſemper eadẽ:vt in l.quod in re
rum.ff.de leg.j.Et ſicut populus dicitur ſemper idẽ, licet ali-
qui naſcantur, & moriantur alij : vt in l.proponebatur.ff.de
iudi. Secunda verò opinio dicit ꝙ indiget reconſecratione.
quam ſequitur Inno.in rub.eo.titu.& Pan.in d.c.propoſuiſti.
dicens quòd in iſtis ſpiritualibus cõſideramus veritatẽ & non
fictionem:in veritate autẽ nõ eſt illa eccleſia,ex quo nouiter
ex toto vel maiori pte refecta eſt,licet ſucceſſiuè.Et negari
non poteſt quin conſecratio,quæ in antiquis parietibus con-
ſiſtebat,ſublata ſit.Et hanc opinionem ſequitur Sum.Ang.&
Roſ.Sed in veritate prima opinio habet pro ſeueritatẽ.quod
patet:qa omnis conſecratio eſt indelebilis manẽte ſubiecto:
vt patet per San.Tho.ij.ij.q.xxxix.art.iij.q.lxiij.art.v.q.lxxxij.
art.viij.iiij.diſ.iiij.q.j.arti.iij.q.iiij.& in quarto contra Gentil.
c.lix.quod autem ſucceſſiuè reparatur,eſt eadẽ res nõ ſolùm
fictè,ſed verè:quia eſt eadem res non ſolùm ſecũdũ leges &
canones,ſed ſecundũ Philoſophos:vt de igne exẽplum ponit
Ariſtoteles:& idem patet de eodẽ homine, cuius partes cor-
rumpuntur per calorẽ naturalẽ,& generãtur per potentiam
nutritiuã.Et ratio eſt:quia ſemper pars addicta efficitur vnũ
cum priore,& eadem forma perficitur, & eodẽ nomine cẽſe
tur:ſicut in homine,qui à principio ſuæ cõceptionis fortè eſt
magnus vt muſca:vt in tanto cremẽto ſemper partes additæ
per animam informantur,& dicuntur caro humana. Secũdò
patet:quia in his quæ fiunt vnum, dignius trahit ad ſe minus
dignum.ſicut ſ.de aqua benedicta dictũ eſt. vide ibi. Nec tñ
ſi paruæ parti parietis eccleſiæ addatur magna,erit totus cõ
ſecratus:quia pars maior non accedit ad formã minoris,ſed
ecõuerſo:ſicut Tanagrũ & Ticinũ,& omnia flumina Lõbar
diæ trahuntur ad formã & nomen Padi.iuncta Pado:& non
econuerſo.Et quod dicit Pan. ſublatã cõſecrationẽ antiquã:
non eſt verum:quia addita vna parua parte parieti antiquo,
conſecratio ſtatim extenſa fuit ad illã quantũ ad virtutẽ vel
acceptationem diuinam, quæ data eſt parieti toti ad linitio
nem lapidum aliquorũ:& ſic de alijs.¶†Quintò quæritur,in
quibus caſibus eccleſia conſecrata polluta ſit indigens recon
ciliatione,& non conſecratione?Et dico quòd ſunt quinque,
licet reducãtur ab aliquibus ad pauciores. ¶Primus eſt,pro
pter homicidiũ de conſe.eccle.propoſuiſti.Intellige in eccle
ſia perpetratũ,cum voluntaria occidentis irreuerentia,etiam
ſine ſanguine.vt dicit glo.in c.vnico.eo.tit.lib.vj. Vt ſi Pote-
ſtas ibi furem ſuſpendat,etiã nullo ſanguine fuſo. Vnde non
violatur per homicidium caſuale:puta lapide cadente de pa-
riete,ſecundum Hoſt.&.Hug.ſimiliter nec per factum cõtra
ſeipſum ex amentia furiæ,ſecundum eoſdem.Secus ſi quis in
pſum ſanæ mentis ex ira occidat aut vulneret, & ſit publicũ,
ſecundum Gemi.in d.c.vnico.Nec ſi fiat ad defenſionẽ,ſecũ-
dum Inno.intellige præciſè.Secus ſi dominetur libido vindi-
ctæ vltra moderatam tutelam. Nec ſi cõpleatur in eccleſia
per vulnus alibi acceptum ſine irreuerentia eccleſiæ,etiam ſi
ſanguis fluat in eccleſia.Secus ſi vulnus accipiatur in eccleſia,
& mors alibi ſequatur,nullo ſanguine fuſo in eccleſia,ſecun-
dum Direct.& gl.vbi ſuprà.Nec ſi quis ſupra eccleſiæ tectũ
occidatur,ſecundum glo.vbi ſuprà,& Hug.quia factum vide-
tur extra eccleſiã. Et idem eſt ſi quis occidatur ſub eccleſia,
ſecundum glo.in cap.vnico.eod.tit.lib.vj.Nec ſecundum ali-
quos,ſi martyr ſit qui occiditur:quia taliũ ſanguine cõſecra-
tur eccleſia,& non polluitur:tamen verius eſt,quòd non pol-
luit eam ſanguis effuſus,ſed iniqua effuſio: & indiget recõci-
liatione,ſecundum gloſſ.in d.c.vnico.licet,vt dicit,lauandus
non ſit locus vbi ſanguis effuſus eſt.Et idem dic ſi tale homi-
cidium ſit ſine effuſione ſanguinis:quia iniuria eſt par. ¶Se-
cundũ caſus eſt propter ſanguinis effuſionem in eccleſia fa-
ctam.extra eod.propoſuiſti.Et intellige enormem & volun-
tariè irreuerentẽ ſiue iniurioſam.nõ autem ſi effuſio ſit mo-
dica,ſecundum omnes:quia,vt not.Panor.in d.c. propoſuiſti,
effuſio abundantiam ſignificat: pro quo vide bonum text.cũ
glo.in c.cum illorum.§.quod ſi clauſtrales.de ſent.excom.
nec ſi ſit facta à furioſo inſanæ mentis:vel à caſu, ſecundum
Hugo.de conſecra.diſtin.j.eccleſijs.& Hoſt.in ca. ſi eccleſia.
de conſecra.eccle.vel alta.Secus ſi quis ſanæ mentis ſeipſum
vulneret,ſecundũ Ge.vt dictũ eſt.Si autẽ vulnus fiat in eccle
ſia vel cœmeterio,& non effundatur ibi ſanguis, vel nõ laba
tur ad terrã,vt quia colligitur in ſcutella:eccleſia violatur,&
reconciliabitur,ſecundum glo.in d.c.vnico.& Pan.in d.c.pro
poſuiſti.vbi dicitur eccleſia violari reconcilianda propter ho
micidiũ & vulnera.non diſtinguẽdo an fuerit ſanguinis effu-
ſio néc ne:licet ſine ea vulnera nõ fiãt,vt dicit Pan.& ꝓpterea
alia iura faciunt mentionẽ de ſanguinis effuſiõe:vt extra eo.
c.ſi.& in d.c.vnico propterea etiam dicit.Panor.quòd ex cor
porali iniuria citra ſanguinem eccleſia non violatur,vt indi-
geat reconciliatione.¶Tertius caſus eſt propter adulterium
vel ſeminis effuſionem:extra de adulte.ſignificaſti.& de con
ſecratio.diſtinct.j.eccleſijs.Et intellige primo ſeminis huma
ni,ſiue fidelis ſiue infidelis:& ſecundò ꝙ ſit effuſio magna:
quia ſecundum Aſten.propter modicam humectationẽ non
eſſet reconcilianda : & tertiò cum irreuerentia voluntaria:
vt quo-



vt quoties illicitè fit per mollitiem, aut quencunque coitum
cum fœmina vel maſculo,ſecũdum omnes:& ſimiliter ſi fiũt
per licitũ coitum matrimonialẽ:licet in hoc ſint opiniones,
quibuſdã tenentibus quòd violatur:vt Ioã.& iterũ Io.An.&
hãc opinionẽ ſequutus eſt Archi.& Sum.Piſa.quibuſdã verò
dicentibus ꝙ nõ:vt no.gl.ſecũdum Hug.in c.eccleſijs.de cõſ.
di.j.quam opinionem ſequitur Sum.Roſ.cui repugnat Sum.
Ang.quæ tenuit primã:& ad aliud extremũ tendens contra
omnes doctores,hoc extendit etiã ad pollutionẽ in ſomnis,
& generaliter omnẽ humanã pollutionem.Vnde dico ꝙ pol
lutio in ſomnis nõ violat,ſecũdum Veruec.& omnes contra
Angelicam:& violat actus matrimonialis ſecũdũ prędictos:
& S.Tho.& Petrũ cõtra Roſ.qui etiã hoc falſo imponit Io.
imò nec Hugo hoc tenuit:qa ſecũdum Sum.Confeſ.videtur
loqui de recõſecratiõe. Nec valet motiuũ Roſ.Nã pollutio,
inquit,vigilantis eccleſiam violat:non autem dormientis,e-
tiam ſi ſit manifeſta:ꝙ ideo nõ eſt,niſi quia primũ eſt cũ pec
cato,ſecũdum non:& ſic eſt de actu cõiugali. Dico enim hoc
eſſe,quia fit cum irreuerentia volũtaria,etiã ſine peccato:ſi-
cut de iuſta occiſiõe dictum eſt.Vnde in caſu neceſſitatis,qui
ſcilicet irreuerentiã tollit:vt ſi cõiuges longo tẽpore in loco
ſacro obſidentur,& illicita emiſſione ſeminis ſibi timẽt:cre-
derẽ eccleſiam nõ violari:quia ſi nõ violat effuſio ſanguinis
facta ad cõſeruationem vitæ corporalis,ſecundum Inn.qua-
re violabit effuſio ſeminis ad cõſeruandã vitam ſpiritualem?
vide ſ.Debitũ.§.iij.De his tamẽ ſic dicit Archid.Quãdo vitia
hæc in eccleſia cõmiſſa,ſunt occulta,vt dicit Gul.& Hoſt.in
Sum.non indiget recõciliatione.& idem tenet Io.And.in vj.
eo.ti.licet Hoſ.in gl.magis ſuſtineat cõtrariũ.hęc ille.Et idẽ
tenet gl.in c.vnico.eo.ti.li.vj.& habetur ex d.c.ſignificaſti.in
ver.publicè.& fiunt hæc publica vel ex confeſſione eorũ qui
fecerunt,vel ex rei euidentia.Et hoc intelligo verũ nõ ſolùm
in effuſione ſeminis,ſed etiã in effuſione ſanguinis,& in alijs
caſibus,quibus polluitur.quod patet ex ratione Ioã.An.quia,
inquit,eccleſia non iudicat de occultis.¶Quartus caſus eſt,
quando in ea ſepelitur excommunicatus:quia ſi erat cõſecra
ta,reconcilianda eſt,& prædictorũ corpora proijcienda,ſi di-
ſcerni poſſunt ab alijs.de conſe.di.j.eccleſiam.de conſe.eccl.
vel al.cõſuluiſti Et idem ſi in ea ſepultus fuit paganus vel in-
fidelis:quo caſu nõ ſolùm corpus eijciẽdum eſt,ſed etiã ſunt
radẽdi parietes & tigna:vt in d.c.eccleſiã.ſecundum Io.And.
in d.c.propoſuiſti.imò etiam quando ſepelitur ibi excõmuni
catus,ſecũdum Hoſ.quod tamẽ Pan.non placet:quia per ab-
raſionẽ parietum violaretur conſecratio:& nõ eſſet reconci
liãda ſolùm,ſed recõſecrãda:caput autem,eccleſiã.loquitur,
vt dicit,in eccleſia nondũ cõſecrata:quo caſu ſeruãdũ eſt qđ
dicit Io.An.Et ſi paganus ſit in vtero mulieris fidelis ſepeliẽ
dę:vt quãdo moritur pugnans:ſecũdum Gof.& Ber.ſepelie-
tur in eccleſia:qa factus eſt pars ventris.de cõſe.di.iiij.ſi qua.
& hoc ſecũdũ Ho.ſi certũ eſt fœtũ eſſe mortuũ:nec inde ex-
humabitur.Sed ſi certũ eſt ꝙ viuat,aut dubitatur : ſcindetur
mulier.ff.de mor.infe.l.ij.idẽ Dir.¶Quintus eſt,ſi eccleſia,&
idem de altari & cœmeterio,ab epiſcopo publicè excõmuni
cato cõſecrentur,vel etiã benedicãtur:quia ante recõciliatio
nem nec celebrari nec ſepeliri ibi aliquis debet.ar.d.c.conſu
luiſti.& ibi Pan.reddit rationẽ poſt Hoſ.quia ſi ſepultura cor
poris excõmunicati polluit ipſum locũ à fortiori quãdo ipſa
cõſecratio tranſit per manus excommunicati notoriè.¶Se-
xtus eſt,ſcd̃m gl.in d.c.ꝓpoſuiſti.quãdo parietes ſucceſſiuè
reparantur:quo caſu ſecũdum Sum.Ang.eſt reconſecranda:
ſecũdum alios verius nõ eſt etiam reconcilianda neceſſariò:
6 quia hoc nullo iure cauetur.& de hoc ſ.§.iiij.¶Sextò†quæri
tur,quomodo violetur eccleſia nõ conſecrata? Et dico quòd
violatur ſeminis & ſanguinis effuſione.de cõſe.eccl.vel alta.
c.ſi.Item quãdo in ea ſepelitur excommunicatus:vt patet de
cõſe.diſt.j.in c.eccleſiam.iuxta intellectũ Pan.Itẽ quãdo ab
epiſcopo excõmunicato notoriè benedicitur ſiue recõcilia
tur:quia ſecundum regulã Pan.in d.c.conſuluiſti.ea quæ cõ-
ſiſtunt in exterioribus benedictionibus & cõſecrationibus fa
cta per notoriè excõmunicatum,nõ debent per fideles exer-
citari ante reconciliationem.Per reparationẽ autem parie-
tum aut eorũ diruptionem vel cõſtructionem cœmeterium
violari,nec legi,nec credo.¶Septimò † quæritur, quomodo 7
reconciliari debeat eccleſia conſecrata, vel nõ conſecrata,ſi
polluatur?Et dico quòd conſecrata recõciliari debet eo mo
do,quo dicitur in paſtorali:& ſimiliter cœmeteriũ: de recon
ciliatione verò nõ cõſecratæ Gre. ix.in c.ſi.de conſe.eccl. vel
alt.iũcta gl.dicit,ꝙ ſi eccleſia nõ cõſecrata fuerit ſeminis aut
ſanguinis effuſiõe polluta:aqua protinus exorcizata lauetur
ne diuinæ laudis organa ſuſpendantur.eſt tamẽ quàm citius
poterit conſecrãda.hęc ibi.Ex quibus patet, vt ibi dicit Pan.
ꝙ ea polluta ibi ſuſpendũtur organa clericorũ:ita ꝙ ante re-
conciliationẽ nedum miſſa,ſed nec vllum diuinũ officiũ ibi
celebrari debet.¶Octauò † quæritur, à quo poſſit eccleſia 8
reconciliari?Et dico loquendo de conſecrata,ꝙ eam reconci
liare poteſt epiſcopus proprius per ſe vel per aliũ:poteſt etiã
vnus epiſcopus aquã benedicere,& alius recõciliare:per ſim-
plices verò ſacerdotes huiuſmodi reconciliatio fieri nõ põt,
etiã ſi ſit cõſuetudo:vt dicit Ray.& Al.extra eo.aqua.& hoc
ſecundum Inn.niſi ex cõmiſſione papæ,qui pluribus nõ epi-
ſcopis hoc cõceſſit:aqua tamẽ prius per epiſcopũ benedicta.
Hanc enim recõciliationẽ papa ſimplici ſacerdoti poteſt cõ
mittere,ſecundũ gl.in d.c.& Pan.ibidẽ,vbi regulam habet,
idẽ dicendũ eſſe in omnibus quæ ſunt iuris epiſcopalis ex di-
ſpoſitione humana:quia in his papa habet plenitudinẽ pote-
ſtatis:vt in c.propoſuit.de cõceſ.præben.quæ autẽ ex diſpoſi-
tione diuina certo ordini ſunt cõmiſſa,nõ habenti ordinẽ il-
lum cõmitti non poſſunt,etiam per pontificem ſummum,ſe
cundum gl.in c.peruenit.diſt.xcv.Loquẽdo verò de non con
ſecrata,dicendũ eſt ꝙ per ſimplicem ſacerdotẽ reconciliari
poteſt,ſecundũ gl.in c.ſi.extra eo.quia ſi Gre.intendiſſet ibi
lotionẽ fiẽdam per epiſcopũ:hoc expreſſiſſet,ſicut in c.præ-
cedẽti,cùm idẽ eidẽ ſcripſerit.Itẽ qa ibi dicitur ꝙ lauetur aq̃
exorcizata,ſcilicet tãtũ,quę ſcilicet fit ꝑ ſimplicẽ ſacerdotẽ:
& nõ cũ aqua benedicta,vino & cinere,cũ qua reconciliatur
eccleſia cõſecrata.Itẽ quia dicit,ꝓtinus:quod fieret ſi oporte
ret expectare epiſcopi mãdatũ, vt aliqui dicunt.Nonò† quę 9
ritur,quæ ſit pœna celebrãtis in eccleſia cõſecrata poſt pol-
lutionem ante reconciliationem?Et dico ꝙ quamuis ante re-
conciliationem non debeant ibi officia diuina celebrari,aut
aliquis ſepeliri:tamẽ nec eccleſia eſt propter hoc interdicta:
nec cõtrariũ faciẽs etiã ſciẽter,eſt irregulares:de ſen.exc.c.is
qui.li.vj.nec tenetur Hoſt.dicẽs contrariũ:ſed Inn.& alij qui
ſentiunt cõtra eũ. Dicit tamẽ Lap.quòd talis ab ingreſſu ec
cleſiæ ſuſpenſus eſt de priuile.c.epiſcoporũ.lib.vj.Et ſi cũ ta
li ſuſpenſione in eccleſia diuina celebraret vt prius ſuo fun
gens officio,erit irregularis: vt in d.c.is qui.

¶CONSECRATIO altaris.vide ſ.Altare §.j.

¶CONSECRATIO cœmeterij.vide ſ.Cœmeterium,
in prin.& §.iiij.

¶CONSECRATIO vaſorũ ac veſtiũ.vide ſ.Bñdi.ꝑ totũ.

## De Conſecratione virginum & veli.

1 *Velum quintuplex eſſe Et an id quod virginibus datur, viduis
quoque dari poſſit, aut contra? Et an ſit ſextum & quale?*

2 *Conſecrãda quænã virgo ſit? Et quid de ea, q̃ violẽter cognita
eſt? Itẽ quid de ea q̃ occultè: an à certis officijs abſtinere debeat?*

3 *Velum dare, ſiue virgines conſecrare quiſnam poſsit? Et quid
de viduis?*
4 *Conſecrandæ virgines qualiter ac quando ſint? Et num poſsint
extra tempora, ſi neceſsitas ingruat, conſecrari?*

1 CONSECRATIO † virginũ atque velatio, vt plenius
innoteſcat, ſciendum eſt ſecundũ Pet. de Pal. in iiij. diſt.
xxxviij. ꝙ velum ſcilicet nigrũ eſt quintuplex. Primũ eſt pro
feſsionis, quod fœminis datur xij. anno cõpleto. xx. q. ij. puel-
la. & hoc portant in religionibus omnes profeſſæ, ſiue virgi-
nes ſiue viduæ. Secundũ eſt conſecrationis, quod datur anno
xxv. ætatis. xx. q. j. placuit. Tertium eſt ordinationis, quod da-
tur anno xl. xxvij. q. j. diaconiſſam. quę ſcilicet ideo ſic dicitur,
quia datur ei aliqua benedictio, ex qua accipit officiũ incho-
andi horas in choro, & legẽdi homiliam: quod alijs nõ licet.
Vnde epiſcopus dat ei ad tãgendum Breuiariũ, in quo ſunt
homiliæ de Euangelijs in matutinis: quod quidem adhuc ſer
uatur poſt virginum cõſecrationem in eodem officio niſſę:
ſed non cõſueuit dari velũ in hoc, nec expectari illa ætas: ſed
ex cõmuni cõſuetudine hoc fit quando cõſecrantur ſeu velã
tur: quod etiam fit ante xxv. annũ. Quartũ eſt prælationis qđ
dabatur abbatiſsis lx. ætatis anno. xx. q. j. iuuẽculis. ſed hodie
fieri poteſt abbatiſſa xxx. anno cõpleto. de elec. indemnitati
bus. lib. vj. nec datur velũ ſecundũ pontificale: ſed fit officiũ
quoddam & benedictio: vt ibi no. Quintum eſt continẽtię &
obſeruationis, quod eſt viduarũ. xxvij. q. j. vidua. & poteſt etiã
dari virginibus: licet virginale dari nõ poſsit viduis etiam ex
diſpenſatione epiſcopi. xx. q. j. deuotis. Sextum addunt quidã,
ſcilicet probationis, quod in monaſterio datur in receptione
2 habitus ante profeſsionẽ: quod cõmuniter album eſt. ¶ † Pri
mò verò quæritur, quę virgo ſit conſecranda ſeu cõſecratio-
nis velo velanda? Et dico ſecundũ Arch. ꝙ ſola religioſa pro
feſſa tria eſſentialia vota in religione probata: nec tamen
omnis talis: quia nec moniales mẽdicãtium, nec quædã aliæ
conſecrantur ab epiſcopo: nec corrupta violenter, ſecundum
Al. licet virginitatẽ vel aureolã nõ perdat: quia difficile eſt,
inquit, voluntatẽ tunc ita reniti vt aliquem cõſenſum nõ eli
ciat: vnde cùm de pleno diſſenſu cõſtare nõ poſsit ecclesiæ,
ſtatutũ eſt vt humiliter à conſecratione abſtineãt. lxxxij. q. vj.
illę familiæ. xv. q. j. ſi quis non iratus. & concordat S. Tho. nec
ſimiliter corrupta occultè, etiã ſi inde ſequeretur ſcandalũ:
licet hoc aſſerat Gul. quia ſecundum Alb. & S. Tho. propter
vitandum ſcandalũ mutãda nõ ſunt eccleſiæ ſacramẽta, nec
etiam ſacramentalia, cuiuſmodi eſt virginũ cõſecratio: bene
tamen poſſet epiſcopus vti aliqua cautela, vt ſeruatis quibuſ
dam ceremonijs quæ nõ ſunt de eſſentia veli virginalis, alia,
quæ ſunt de ſubſtantia, mutentur: puta, verba dicenda in veli
impoſitione: vt in forma mutato nomine virginitatis, in no-
men caſtitatis. & concor. Gof. & Hoſt. non obſtãte quòd Pet.
de Palu. dicat iſtã cautelam eſſe fictionem in facto rei ſacra
mentalis, & non licere: quia ſicut loquẽs poteſt verbis ex cau
ſa, & ſine mendacio decipere, quando nõ tenetur reſpondere
ſecundum intẽtionem interrogantis, vt dicitur j. Mendaciũ.
§. ij. ita & hic eſt: quia epiſcopus non tenetur exhibere ſigna
ſecundũ intentionem vel opinionem videntiũ. Quod confir-
matur per c. j. de his quæ vi met. cau. fi. & ſecũdũ Sum. Conf.
corrupta carne poteſt ex diſpẽſatione epiſcopi aut eius vices
gerentis ſuſcipere modum veli virginalis, & nõ aliter. Et ad-
de gl. [illegible] ꝙ huiuſmodi occultè corrupta ante vel poſt con
ſecratiõe, abſtinere debet ab officijs, quæ ſecundum cõſue
tudinem monaſterij ſolent conſecratis virginibus cõpetere,
donec cum ea ſuper hoc fuerit per epiſcopum diſpẽſatũ. No
tandum eſt tamen quòd ſecundũ Pet. liceret iſta cautela, vbi
epiſcopus hoc ſciret ſolùm occultè in confeſsione vel aliter:
quia eo caſu nõ tenetur, nec debet talem publicè repellere,
ſed admittere: licet ipſa peccet, & ſimiliter quę illã ſcienter
ad hoc ſolicitant: nõ autẽ ſi permittãt, cùm eſt occultũ. Po-
teſt autẽ ſe excuſare nõ manifeſtando peccatũ, ſed ſe ex hu-
militate excuſando. ¶ Secũdò † quæritur, quis poſsit dare ve-
lum ſeu virgines cõſecrare? Et dico ſecũdũ Archid. poſt Pet.
de Palu. quòd velũ cõtinentiæ ſeu viduarũ dari poteſt etiam
à ſacerdote: vt etiam dicit glo. xxvj. q. j. vidua. imò etiã vidua
per ſeipſam hoc accipere poteſt ab altari facta profeſsione
corã ſua prælata: velare autẽ virgines nullus poteſt niſi epi-
ſcopus. xx. q. j. deuotis. quia ipſe eſt quaſi paranymphus deſpõ
ſans virgines Chriſto: imò hoc epiſcopus demãdare nõ poſ-
ſet non epiſcopo: quia hoc eſt conſecrationis & ordinationis
epiſcopalis, ſicut cõſecrare eccleſias: & nõ iuriſdictionis. de
cõſe. eccle. vel al. aqua. Ex quibus inquit apparet, quòd prę-
lati mendicantiũ ſuas moniales velantes cum epiſcopali ſo-
lẽnitate excepta coronatiõe & datiõe anuli, nõ benefaciũt,
niſi hoc habeãt ex cõceſsione papæ: quia vſurpãt officiũ epi
ſcopale. Et cõcordat S. Tho. in iiij. diſt. xxxviij. dicẽs quòd vir
gines per ſolum epiſcopũ conſecrantur: viduæ autẽ poſſent
etiam à ſacerdote benedici. & ibi huius aſsignat rationem.
¶ † Tertiò quæritur, qualiter & quãdo ſint virgines cõſecrã-
dę? Et ad q̃liter, dico quòd vt in ordinario ſiue paſtorali doce
tur: ad quãdo verò dico ſecundũ Hoſt. ꝙ in die Epiphaniæ,
& in tota reſurrectionis hebdomada, in natalibus Apoſtolo
rum, & in diebus dñicis: vt etiã no. xx. q. j. §. velamẽ. & c. ſeq.
ſed tamẽ in neceſsitate, puta imminẽte lãguore pñt tẽpore
quolibet cõſecrari. xx. q. j. deuotis. de tẽp. or. c. j. & cõcor. Gof.

## De Conſenſu & ratihabitione.

1 *Cõſenſus & aſſenſus quarũ poteſtatũ eſſe dicãtur? Et quotuplex
cõſenſus ſit? Et quando mortale peccatũ, aut veniale inducat?*
2 b *Regulæ iur. Qui tacet conſentire videtur, qui ſit intellectus? Et
ibidem deciſiones multæ in materia taciti conſenſus & non con
tradictionis, atq; tolerantiæ & patientiæ actum ſubſequẽtis.*
3 *Conſentire ne quis videatur in actu negatiuo, an proteſtatio
neceſſaria ſit? Et ibidem, quando vni propoſita ſint duo, ſi
vnum ſolum neget, alterum affirmare videtur.*
4 *Culpabilis num ſit is, qui in conſilio exiſtens, in quo malũ ali-
qđ tractatur, tacet? Et an religioſi vocẽ in cap. habẽtes ſi huma
no reſpectu voci ſuæ & ſuffragij ferẽdi facultati renũtiẽt, peccẽt.*
5 *Conſenſus ſingulariter præſtitus ac non collegialiter, in actu
qui communem ac collegialem requirit, an ſit efficax?*
6 *Ratihabitio, vt actum præcedentem confirmet, quid deſide-
ret? Et ibidem, in factis malè quænam ratihabitio ſufficiat? Et
an vbi certum tempus eſt de actus ſubſtantia, ratihabitio ad
id, actu poſteà ſecuto, retro trahi poſsit? Et quando non poſsim
ratum habere quod meo nomine geſtum eſt? Et de his requiſi-
tis, ad finem vſque num. 7. & 8.*

CONSENSVS † vt probat S. Tho. j. ij. q. xv. pertinet ad 1
virtutẽ appetitiuam, quę eſt voluntas: & eſt eius cõpla
cẽtia in aliquid: licet ab Augu. ſuper Geneſ. attribuatur ra-
tioni inquantum ſcilicet in ea includitur voluntas. Aſſenſus
autem propriè pertinet ad virtutẽ cognoſcitiuam, id eſt ra-
tionẽ, licet attribuatur impropriè voluntati. Eſt autem du-
plex cõſenſus, ſcilicet in opus & cogitationẽ propriam: & ſi-
militer in opus & cogitationẽ alienam. Primus eſt duplex,
ſcilicet deliberatus expreſſe ſiue explicitè, qui declaratione
nõ indiget: & deliberatus implicitè tantũ, ſiue tacitè: qui ſecũ-
dum mentẽ S. Bona. ij. di. xxv. & Petri de Tarã. in ij. di. xxiiij.
videtur eſſe, cũ ratio ſufficiẽter aduertit de mala cogitatio-
ne & eius periculo, & eam reprimere negligit poſt tem-
pus ſufficiens humanæ fragilitati ad deliberandum ex com-
placentia vel ex negligentia ſiue cõplacentia. Dicit enim ſic;
Cõplacentiã ſurgentẽ in ſenſualitate circa luxuriã vel aliud
quod eſt mortale ex genere ſuo: aut ratio ſuperior cõſidera-
tione diuini pręcepti vel offenſę Dei ſtatim reprimit: & non
eſt niſi veniale. Aut nõ ſtatim reprimit: & tũc aut exp̃ſſe con
ſentit: & ſic eſt mortale: q̃a vir comedit, id eſt, ratio ſuperior
cõſentit: aut nõ exp̃ſſe, ſed negligit reprimere. Aut ergo ma-
net talis cõplacentia poſt ſufficientẽ deliberationem & ani-
maduerſionẽ periculi: & tũc eſt mortale: & mulier comedit,
ſcilicet tacitè & interp̃tatiuè. Aut nõ manet: & ſic eſt venia-
le. hæc ex illo. qui ꝑ ſufficientẽ deliberationẽ intelligit tẽpus
ſufficiẽs ad deliberandũ, poſtquam ratio aduertit: quæ tem-
pore in deliberãdo indiget. Negligẽtia tamẽ repellẽdi com
placentiã cum diſplicentia rationis de ea ſecundum S. Bona.
eſt conſenſus interpretatiuus, quod nõ eſt peccatũ mortale,
ſecundũ multos magiſtros, vt recitat: licet, vt dicit, ſanũ cõſi-
lium ſit vt quis de hoc ſicut de mortali pœniteat. De cõſenſu
etiã in delectationẽ, j. Delectatio. §. j. Secũdus autẽ, id eſt, con
ſenſus in factũ aut cogitationẽ alterius, eſt quadruplex, ſcili-
cet negligẽtię, cùm quis debet corrigere delinq̃ntẽ, cõſilij,
cooperationis, & authoritatis aut palliationis, vel defenſionis:
& primò ac ſecũdo cõſentiens punitur minus quàm faciens.
Ver- tertio ęqualiter. quarto plus. vnde verſ. Cõſequẽs ſpernit, ſua-
ſus. *det, iubet, atq; tuet.* Hic minus, ille minus, luit hic æqualiter,
hic plus. De hoc gl. optima in c. j. de offic. deleg. ſuper verbo,
pari pœna. & tex. xj. q. iij. qui cõſentit. vbi duo mẽbra ſub vno
2 concludũtur. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo intelligi-
tur illa regula iuris in vj. Qui tacet, cõſentire videt̃? Et dico
quòd cõſentire videt̃ ſecundũ Inn. in cap. in Geneſi. de elec.
quãdo quis tacet in actu honorabili ſeu cõcupiſcibili: ſed in
actu vituperabili & p̃iudiciali, & in quo loqui & cõtradicere
verecundum eſſet: plerunq; videtur diſentire. l. filiusfamiliàs.
§. inuitus. & ibi gl. ff. de ꝓcur. & eſt gl. in l. qui patitur. ff. man
da. qđ limitat gl. in c. plerũq;. ij. q. vij. Io. de Imol. in c. veſtra.
de loca. & gl. in c. diaconus. diſ. xxvij. & in d. l. qui patitur. quã-
do actus qui fit in pręiudiciũ, valet etiam eo cõtradicẽte: ſe-
cus ſi nõ valet, niſi prius conſentiat: quia tũc tacens habetur
pro conſentiẽte. Exemplum primi. Vendo rem alienã domi-
no præſente & tacente. & ſic non valet: quia etiã eo abſente
vel contradicente vendi potuit in pręiudicium vendentis: vt
not. in l. rem alienam. ff. de contrah. emp. ſicut & legare quis
poſſet rem alienam in pręiudicium ſui hæredis: vt no. in cap.
filius. de teſt. Exemplũ ſecundi. Impignorat quis rem alienã
pręſente domino, & ſic valet, vt not. in l. Caius. ff. de pig. act.
Et de hac diſtinctione habes tex. ſingularem in. l. ſępe. §. cur
autem is. ff. de re iudic. facit l. ſi ſeruus cõmunis. ff. de don. in-
ter vir. & vxor. vbi fratre donante rem cõmunem ſibi & fra-
tri præſente fratre, & non cõtradicente, tenet cõceſsio. facit
c. continebatur. de his quæ fiant à pręla. vbi ſi pręlatus cõtu-
lit beneficiũ pręſente capitulo, & non contradicẽte, collatio
tenet. facit qđ not. Bald. in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integ.
reſtit. non eſt ne. vbi dicit quòd ſi quis ſcit aliquem ſe gerere
pro eius procuratore: tunc ſi contradicẽdo poteſt illud im-
pedire, ſi tacet, conſentit: ſecus ſi nõ poteſt impedire. Similẽ
deciſionem ponunt domini da Rota in habentibus cauſam
communem: ſi vnus illorũ procuratorẽ conſtituit, vt conſen
tire videãtur ſi poſſunt impedire. Et quod not. Bald. in l. ij. §.
ſi viæ. ff. ſol. mat. vbi dicit quòd quãdo cõſenſus requirit̃ ad
habilitandã perſonã. nõ contradictio habetur ꝓ conſenſu: vt
in l. quo em̃. §. j. ff. rẽ ra. ha. vbi dicit glo. quòd nõ cõtradicere
ratihabitioni par eſt. Ex quo arguit Bal. quod ſatisfactum eſt
ſtatuto Florentinorũ requirenti cõſenſum conſanguineorũ
in contractibus, ſi conſanguinei ſciunt, & non contradicunt



pro quo facit illud ſingulare dictũ Bald. in l. potuit. in vlt. q.
C. de iure delib. vbi vult quòd ſi pupillus maior infante vnà
cum tutore ingreſſus eſt poſſeſsionẽ: quòd ꝑ hoc hæreditas
eſt legitimè comprehenſa: nec obſtat quòd authoritas debet
pręſtari verbis exp̃ſsis: vt facit l. j. ad fi. ff. de autho. tuto. quia
hoc eſt verũ circa actus expreſſos: ſed in tacitis tacitè loqui-
mur rebus iſtis & factis, iuxta illud: & factis loquimur. arg. in
l. de quibus. ff. de legib. & l. item quia. ff. de pact. Facit quod di
cit idem Bald. in l. mandatum. C. man. in ij. col. quòd ſocietas
cõtracta cum patre, intelligitur cum filio renouata, ſi inter-
ueniat patientia tutori. item aliud dictum in l. poſt mortem.
ff. de adop. vbi dicit idẽ Bald. quòd ſi filius vixit ſeorſum à pa
tre negotiando vt emancipatus per x. annos patre ſciente &
patiente, pręſumitur emancipatus. vide infrà Electio. ij. §. xij.
¶ Secundò † quęritur, vtrũ in actu negatiuo requiritur pro- 3
teſtatio, ne quis videatur cõſentire? Et dico quòd in actu ne-
gatiuo abſtinens & tacens non habetur pro conſentiente. Et
facit quod not. Hoſt. & Innocẽ. in c. olim inter. de reſtit. ſpol.
& quòd not. in clem. vnica, de procur. iuncta gloſ. in l. fi. ff. de
procura. Similiter nota quòd quando duo proponuntur vni,
& ſolùm negat vnum, videtur alterum affirmare: vt in capit.
nónne bene. de pręſump. ¶ Tertiò † quęritur, vtrum exiſtens 4
in conſilio & tacens quãdo aliquod malum tractatur, ſit cul-
pabilis? Et dico quòd quando obuiare poteſt, & non facit, in-
uoluitur peccato: & de dãno tenetur: quia qui tenetur loqui
& tacet: cõſentit in eius pręiudicium, l. de ætate. §. qui tacuit.
ff. de interrog. acti. & cap. ſi poſt pręſtitum. de confeſ. lib. vj.
Quilibet autem de vniuerſitate tenetur votum ſuum expri-
mere in concernentibus facta cõmunitatis ex debito officij.
arg. in cap. j. de his quę fi. à ma. par. cap. vbi dicit Innoc. quòd
niſi cõtradicat, ſi ibi aliqua malè agerẽtur, habetur pro con-
ſentiẽte quo ad peccatum & pœnam. Quod quidem vniuer-
ſaliter quo ad culpam habeo indubitatum de quolibet potẽ
te obuiare peccato, & non obuiat. arg. xxij. q. v. hoc videtur.
ſed de pœna nõ credo, niſi in his, quibus ex officio competit:
vt in pręlato & habentibus vocẽ in capitulo: arg. eorum quę
notantur in c. negligere. ij. q. vij. vel niſi quis dolosè taceat, &
non prohibeat. arg. eorum quę not. in c. quantæ, de ſen. excõ.
Et ſecũdum hãc diſtinctionem limitat Bart. in l. vtrum. ff. de
parrici. vbi vult quòd ſolùm teneatur obuiare, qui eſt ſubie-
ctus illi, qui debet offendi: ſicut ſeruus & filius & glo. in l. cul
pa caret. ff. de reg. iur. & tex. Inſtit. de pub. iudi. §. alia. qui vult
quòd conſcius, quamuis extraneus, puniatur. quod intellige
quando tenetur ex officio, vel quãdo dolosè nõ prohibet vel
in crimine læſę maieſtatis. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. ma. Et ita
dictũ Inno. limitat Sum. Ang. Sed melius eſt vt ſimpliciter &
ſine limitatiõe ſit verũ, vt ſcilicet pręſens in collegio & tacẽs
incurrat pœnã in damnatis & iniquis: & approbat Pan. in c. j.
de his quæ fiunt à ma. par. cap. & in c. cõtinebatur. de his quæ
fiunt à præl. & c. in cauſis. de elect. & c. ij. de loca. & Feli. c. cũ
Bertoldus. de re iudic. & c. cum omnes. de conſtit. imò & ipſa
Ang. Excommunicatio. vij. caſus v. Et ratio eſt, qui quilibet
debet habere curam boni communis. Vide tamen infrà Ele-
ctio. ij. §. xij. Ex his patet quàm malè faciãt religioſi habẽtes
vocẽ in capitulo, ſi humano reſpectu renũtiẽt voci ſuę, quod
eſt tacere, quando vident quòd authoritas prouidẽdi per hoc
remanet penes eos qui zelo carẽt. ¶ Quartò † quęritur, vtrũ 5
actus qui expediri debet per conſenſum in communi pręſti-
tum, valeat ſi conſentiãt ſinguli vt ſinguli, nõ collegialiter?
Et dicit Panor. in c. cum in eccleſia. de cauſ. poſſeſ. & proprie.
quòd non: vt in c. in Geneſi. de elect. & l. ij. C. de decur. nec eſt
ſpeciale in electione: quamuis gloſ. dicat contrarium in cap. j.
de reb. eccl. nõ alie. lib. vj. Vnde tenendum eſt quòd non va-

let:quod etiam ſentit poſtmodum ibi Ioan.And.in nouel.& firmat Io.Cal. in c.cùm omnes.de conſtit.& Bar.in l. omnes
6 populi.ff.de iuſti.& iur.ſuprà Ciuitas §.j.¶Quintò † quęrit, quid requiratur,vt ratihabitio cõfirmet actum præcedentẽ? Et dico quòd oportet primò illũ eſſe factũ nomine meo: vt in regula,ratum.lib.vj.& dicitur factus nomine meo, quãdo mea contemplatione factus eſt, ſecundum gl.in c.cum quis. de ſent.excõ.lib.vj.¶Secundò oportet quòd habeã ratũ tanquam geſtum nomine meo.nam poſſum ratũ habere factũ & nõ qualitatẽ eius,ſcilicet quòd ſit factum nomine meo. l. cũ interdicto.C.arbi.tu.& not.in l.Põponius.ff. de neg. geſt. Et iſta opinio Iac.de Are.approbata in.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar.& per gloſſ.ſecundũ Bart.ibidem,in §.ſed & ſi cum quis.licet ſecundum Bald.ſit gloſſ.cõtraria ibidem in §.quoties.Aduertendum eſt tamen quòd nõ ſolùm ratihabitio expreſſa ſufficit in maleficijs,ſed etiã tacita:vt puta,quia nõ reuõcat poſtquam ſcit quòd eſt factũ nomine eius,aut nõ contradicit:vt lit.nõ cõteſt.c.j.de offic.deleg.cum olim.el j.C.de ince.nup.l.cum ancillis.C.de ſer.l.j.quia tunc eſt ratihabitio. præſumpta.ij.q.j.notum. ſecus autem eſſet in nõ maleficijs. ¶Tertiò,oportet quòd actus præſentiam nõ requirat: quia quæ pręſentiam requirunt,ratihabitio confirmare nõ poteſt. Inſtit.de autho.tut.§.tutor. ¶Quartò, requiritur ſecundum Pan.in c.j.de cõuer.in fi.quòd extrema ſint habilia ad illum actum perpetranda, ſcilicet tẽpus in quo actus geſtus eſt,& tempus ratihabitionis: nam ſi vnũ iſtorũ deficit ratihabitio non procedit, quia cùm ipſa ſit fictio iuris, procedere non poteſt ſuper impoſsibili:de quo plenè per Bart.in l.ſi is q pro emptore.ff.de vſuca.Exemplum. quidã nomine infantis interfecit:maior factus ratũ habet.Non enim talis ratibabitio retro trahitur:quia tunc temporis impoſsibile erat talẽ mãdare.Exemplum de alio extremo. Ab aliquo terminũ habebam ad aliquid agendũ:amicus meus nomine meo fecit:ego poſt terminũ ratũ habui.Nõ enim retro trahitur: quia ſicut poſt terminũ nõ potuiſſem verè facere:ita nec fictè. Reſpondeo,quia vbi certum tẽpus eſt de ſubſtantia, ibi oportet obſeruari tẽpus:aliàs actus ipſo iure nullus eſt.ff.de excuſ.tut.l. ſcire oportet.§.cõſequens.quia recedere à tempore,eſt recedere à forma.ff.de verb.oblig.l.qui Romę.§.Augerius.Facit quod no.Card.in cle.quod circa.de elect.vbi dicit,fictionem non poſſe id quod ſecũdum naturam eſt impoſsibile.Exemplum Inſtit.de adop.§.minorẽ.vbi quis eum non poteſt adoptare,quẽ non antecedit per tot annos quòd eũ generare potuiſſet. Similiter fingi nõ poſſet quòd viueret hodie qui ccc. annis præteritis mortuus eſt.Inſtit.de excuſ.tuto.§. ſed ſi in bello.¶Quintò,requiritur ſecundũ Inn.in c.prudentiam. de offic.leg.quòd illud quod quis facit,valeat vt ſit aliquid:quia quod nihil eſt,ratũ haberi nõ poteſt.Vnde hæc eſt eius theorica,ꝙ vbicũq; actus eſt nullus ex defectu ſolennitatis,& ſuppletio nõ dependet à mea volũtate: nõ poſſum habere ratũ quod nomine meo geſtũ eſt.Secus vbi ſuppletio ſolennitatis depẽdet à poteſtate volẽtis ratificare ſententiã nullam: ſicut in papa qui iuris diſpoſitioni nõ ſubijcitur:vnde ratificare poteſt ſententiã nullã.Vnde ſi quis excõmunicet nomine alterius,nõ valet,licet ille ratũ habeat:niſi excõmunicet ipſe qui poteſt.Similiter ſi quis iuriſdictionẽ faciat nomine iudicis,nõ poteſt ratũ haberi:quia quę facti ſunt,& ſolẽnitatẽ requirũt, rata haberi non poſſunt.Vnde cùm ſentẽtia à nõ ſuo iudice lata nulla ſit,de iudic.at ſi clerici.& cũ alię ſolẽnitates requirãtur,quas ipſemet,qui ratũ habere vult,ſi omitteret, nõ teneret quod facit,ratũ habere nõ põt,ſi ab alio omittantur.Si verò actus ſit nullus ex defectu cõſenſus:bene ratificare poſſum quod nomine meo geſtũ eſt,per nouũ cõſenſum.Et pro

Requiſita ad ratihabitionẽ.

hoc textus in c.cũ nos.de his quæ fiũt à pręl.Imò dicit Sum. Roſ.in tit.Excõicator.§.viij.ꝙ per nouũ conſenſum ratũ habere poſſum q̄d nõ eſt geſtũ nomine meo.& allegat gl.in c. cum ad ſedẽ.de reſt.ſpol.quę hoc dicit quidẽ,ſed vt falſum cõtra regulã iuris,ratũ.lib.vj.¶Sextò,† requiritur quòd poſ ſit mãdatũ ꝑ aliũ fieri:alioquin nõ retro trahitur:vt ſi faciat quis adulteriũ nomine meo,ratũ habere nõ poſſum,ſecundũ gl.in l.j.§. quoties.ff.de vi & vi ar.& Cy.in l.nõ dominus.C. de accuſ.& in c.ſciãt cuncti.de elect.lib.vj.q̄d limita verũ in alijs,quæ nõ ſunt delicta:ſed quo ad delicta licet nõ proprie cõmittat,ſed interꝑtatiuè,eadẽ pœna punietᷣ,tãquã eiuſdem delicti particeps & mãdator:vt no.Bal.in l.vnica.§.ne aũt. de cad.tol.¶†Septimò,requiritur ꝙ lex nõ requirat niſi dictum ſimpliciter:quia ſi requireret maleficiũ,& ꝑ prius machinationẽ ſeu tractatũ,non ſufficeret ſola ratihabitio.Fac. gl.& Io.And.in c.j.de cõuer.cõiug.Ex quo patet ꝙ licet mulier habeat ratũ homicidium viri poſt mortem: tamen quia requiritur machinatio per prius,nõ impediet matrimonium ſequens cum occiſore,ſecundũ Gemin.in cap.cũ quis. de ſen.excõmunic.lib.vj.Secus quãdo lex requirit ſolũ factum.

¶De materia Conſenſus,vide infrà Delectatio.§.j.& ſequentibus.

## De Conſeruatore.

1 *Conſeruatoris definitio.* Et *ſub hac, quòd conſeruatores iudices delegati reputentur.* Et *conſeruatorum genera tria eſſe.*

2 *Conſeruator quis & à quo dari poſsit?* Et *quot modis inter ſe diſtent conſeruator & delegatus.*

3 *Conſeruator ex officio ſuo de quibus cognoſcere poſsit?* E *ibidem ad finem, prædicatorum ac minorũ Conſeruatores in quacunque cauſa poſſe procedere.*

4 *Cõſeruator qua ratiõe,ac modo in his,de quibus notionẽ habet procedere debet.* Et *ad hoc octo ſubijcit concluſiones & dicta.*

5 *Conſeruator,ſi non iuxta formã proximè traditam nõ procedat,cui pœnæ ſit obnoxius.* Et *ibidẽ Hoſt. in ſumma refellitur.*

6 *Conſeruatoris officium, quandiu duret?*

CONSERVATOR,† eſt iudex datus ad defendẽdum aliquos cõtra manifeſtas iniurias, iudiciali nõ vtens indagine.de offic.deleg.ſtatuimus.lib.vj.& ibi de cõſeruatoribus agitur.cap.j.ij.& vltimo.qui reputantur iudices delegati à papa ſecundum Archid.Et ibi Ioan. And. in gloſſ.cap.j.ponit genera tria conſeruatorum:quia aliqui dantur contra latrones vel pręd ones:aliqui contra infringentes priuilegia:& aliqui cõtra iniurias & offenſas manifeſtas.& in nullo dictorum caſuum habent iudicialem indaginem:id eſt,procedere nequeunt per viam iudicij ad inueſtigãdam veritatem quaſi dubij de iuſtitia.vnde habet gloſſa in verbo,indaginẽ,id eſt, cauſæ cognitionem,ſeu examinationem, quia dubia ſunt.

¶Primò † verò quęritur,quis & à quo dari poſsit conſeruator?Et dico quòd eſſe poſſunt epiſcopi & eorum ſuperiores aut abbates,ſeu illi in cathedralibus vel collegiatis eccleſijs obtinent dignitates vel perſonatus:alij verò eſſe nõ poſſunt nec poteſt aliquis eſſe conſeruator ſui conſeruatoris,nec ſui domini,ſub cuius dominio eſt vel diſtrictu eccleſiaſtico vel temporali:exceptis conſeruatoribus datis regibus vel reginis.de offic.delegat.hac conſtitutione.libro vj. Dari autem poſſunt huiuſmodi cõſeruatores ſolùm per Romanum pontificem,ſecundum Ioã.Andr.quod probat d.c.j.dũ dicit concedimus.& dicto cap.fin.vbi ab apoſtolica ſede cõceditur:& ſic legatus hoc non poteſt.¶Secundò quæritur,quę ſit differentia inter cõſeruatorem & delegatum?Et dico quòd Ioan. Andr.in gloſ.dicti c.hac conſtitutione.ex ipſo textu multas aſsignat. ¶Prima eſt, quia iudex delegatus põt eſſe canonicus



cus eccleſiæ cathedralis:cõſeruator non.¶Secunda,quia eius qui eſt mihi iudex delegatus,poſſum eſſe iudex delegatus in alia cauſa,ſaluo iure recuſationis:ſed in conſeruatore ſecus, etiam ſi nõ opponatur exceptio.¶Tertia,quia ſaluo iure recuſatiõis ſubditũ mihi bene poſſum impetrare delegatũ:ſed non conſeruatorem.¶Quarta,quia delegatus à principe poteſt cauſam ſibi cõmiſſam in totũ vel in partẽ cõmittere.de offi.dele.paſtoralis.ſed non conſeruator.nec tenetur Gul.cõtrarium dicẽs in Speculo:cùm textus iſte cõtradicat.¶Quinta,quia dato quòd ſe intromittat legatus de his quæ non ſunt iuriſdictionis,non propterea in illum locũ habet pœna d.c. quia nõ inuenitur expreſſum:ſecus de conſeruatore.¶Sexta poteſt addi,quia & ſi cõſeruator haberet ex priuilegio quod poſſet alteri delegare:hoc tamẽ nõ poteſt,niſi habentibus cõditiones ſupradictas:ſed delegatus ſubdelegare poteſt ei,cui potuiſſet delegari.In omnibus alijs prædictis exceptis æquiparantur cõſeruatores alijs iudicibus delegatis ſecundũ eundũ Io.An.in gl.
3 ¶Tertiò†quæritur, circa quid poſsit aut non poſsit cõſeruator ſe ex officio ſuo intromittere?Et dico primò,ꝙ de manifeſtis iniurijs ſolùm,& violentijs habet ſe intromittere,& cõſequenter cognoſcere:vt in d.c.ſtatuimus.& in c.hac cõſtitutione.Et intellige manifeſtis,ſecundũ Io.An. id eſt,notorijs,& ita patẽtibus quòd nulla ꝓbabili tergiuerſatione celari poſſunt:vt de ver.ſig.ex parte.Si autẽ ſe de dubijs intromittat incurrtint,pœnam,de qua j̄.§.v. quod intellige vbi conſtiterit ea eſſe dubia an ſint facta notoriè nécne:& an ſint rectè facta nécne:etiã ſi de notorietate cõſtaret: quia tunc requiritur indago. Secus ſi à principio dubitet,an res ſit dubia,ſiue ſui fori:quia poteſt inquirere vt ſciat an ſua ſit iuriſdictio,vt ſtatim dicam.¶Dico ſecundò quòd ſi is,qui iniuriatus eſt,neget offenſam notoriã:licet negatione res videatur fieri dubia.C.qui.ad li.procla.non licet.l.iij.tamẽ hoc nõ obſtante conſeruator bñ recipiet probationes,an factum illud ſit notoriũ:vt ſic videat an ſua ſit iuriſdictio:vt in c.ſuper literis.de reſcript.aliàs officium eius eſſet inutile : quod etiã q̄libet iudex poteſt ſcilicet cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. l.ſi quis.ff.de iudi.& ſi factum notorium inuenerit,procedet: alioquin deſiſtet:quia non habet poteſtatem defendẽdi iniuriam ſimpliciter,ſed qualificatã,id eſt,notoriã.¶Dico tertiò conſeruator debet vocare reum:& ſi confiteatur factum,bñ quidẽ:ſi neget,ſuper notorio probationes recipiat,vt dictum eſt.Si verò confiteatur quidem factũ,licet dicat ſe ſuo iure feciſſe:ſecundũ aliquos ſe vltra intromittere non debet: ſecundum alios verò ꝓbationes recipiet ſuper offenſa notoria. Ad q̄d de elec.bonæ.aliàs facile eſſet cõſeruatoris officium deludere:vnde ſi videatur ei negatio probabilis, non procedet: aliàs puniat ſicut notorium. ¶Dico quartò, quòd ſecundum Io.An.defendere poteſt ab iniuria notoria,non ſolùm illata, ſed etiã inferẽda:vt ſi quis ſit paratus inferre iniuriã his, quorum eſt conſeruator:prohibere poterit,excõmunicare,& punire:vt in c.ſacro.de ſen.exc.In cõmiſſa verò compellet ad ſatiſfactionem per diſtrictionem eccleſiaſticam:vel etiam brachium ſeculare inuocando.quod ſecundum Ber.inuocare poteſt:vt de offi.or.c.j.hæc omnia Io.An.in gl.ſuper c.j.Sed adde primò quòd ſi reus factum cõfiteatur,ſed neget illud eſſe notorium procedet cõſeruator ad ſentẽtiã:quia per eius cõfeſſionem factum eſt notoriũ.de cohabi.cle.& mu. veſtra.& cap.ſi.& idem Sum.conf.lib.ij.titul.v.q.cliiij.Adde ſecundò etiã ſecundũ eum Io.An.quòd quia cõſeruator nõ cognoſcit niſi de notorijs,nõ poterit recuſari:ſicut nec appellari poteſt in notorijs.Adde tertiò quòd ſi conſeruator citatũ contumacem excõmunicauerit,& deinde inuenerit illum iniuriatum fuiſſe,ſed nõ manifeſtè,ſecundum Inn. non erit verè excommunicatus:quia iuriſdictionem non habet niſi de manifeſtis: ſecũdum alios verò,vt Alb.erit excõmunicatus. ſed primum eſt verũ,ſi fuit excommunicatus pro facto:ſecundum verò ſi pro cõtumacia.Adde quartò,quòd Prædicatores & Minores ſunt priuilegiati,vt eorum conſeruatores procedere poſsint in quacunq; cauſa. ¶Quartò†quæritur quomodo procedere debet conſeruator?Et dico primò ſecundũ Inn.quod licet 4 principaliter non habeat iudicialem indaginẽ:habet tamẽ illam in notorijs:quia omnia ſine quibus eius iuriſdictio non poſſet explicari,intelligunt ei eſſe cõmiſſa.ff.de iur.om.iu.l. ij.Vnde põt citare & punire cõtumaces.de off.deleg.de cauſis.ff.ſi quis ius di.l.j.Et ſi maleficium eſt notoriũ alijs,& non ſibi:quærat & cogat teſtes.ij.q.j.in primis.extra de teſt.c.ij.& de teſt.coga.c.j.& per totũ.¶Dico ſecundò quòd quia in notorijs eſt aliqs ordo neceſſarius.de iureiu.ad noſtrã. oportet ſimiliter quòd procedat ad inquiſitionẽ,quando factũ eſt notoriũ,& neſcitur quis fecerit,ſecundũ Inno.¶Dico tertiò,ſecundũ eũdem,quòd ſi reus,qui fuerat condẽnatus & excõmunicatus,intra annũ compareat,& dicat ſe velle ſatisfacere:cognoſcet cõſeruator de quãtitate damni,& huiuſmodi.¶Dico quartò quòd procedere non poteſt cõtra aliquos extra ciuitates vel diœceſes,in quibus fuerit deputatus,vel alibi quàm in ciuitatibus ſeu locis inſignibus vbi poſsit haberi copia peritorũ:nec poſſet aliquẽ citare vltra diætã à fine diœceſis eius vt in d.c.hac conſtitutione. ¶Dico quintò quòd per ſeipſum debet procedere:nec poſſet cõmittere vices ſuas,exceptis citationibus & ſententiarũ denuntiationibus:niſi aliter eis cõmitteretur per literas.quo caſu cõmittere poſſet intra loca, in quibus fuerit deputatus,& perſonis prędictis:vt in d.c.hac cõſtitutione.¶Dico ſextò ꝙ ꝑ excõmunicationẽ cogere poteſt brachiũ ſeculare,ſiue Poteſtatẽ ad ſuffragãdũ cõtra pręd ictas iniurias,ſecundũ Ber.& Sum.Cõfeſ.cùm hoc ſit acceſſoriũ ad officiũ cõſeruatoris.xxiij.q.v.adminiſtratores.¶Dico ſeptimò quòd circa munera & expenſas aſſeſſorũ & notariorum tenetur obſeruare quod in delegatis ſtatutum eſt.de quo vide j̄.Iudex.j.§.viij.& ix.¶Dico vltimò quòd de off.deleg.c.quia põtificalia.lib.vj.ſtatuitur,vt quadã modeſtia conſeruator aut iudex contra epiſcopos procedens vtatur,vt ſcilicet primò ingreſſus eccleſiæ vel ſacerdotale interdicatᷣ officium.ſecũdò verò ſuſpendãtur ab officio.tertiò,aggrauaretᷣ eccleſiaſtica cenſura cõtra eos:niſi fortè aliter fieri ſuaſerit nimia cõtumaciæ ꝓteruitas:quia ſcilicet,vt dicit gl. iniurias & contumelioſa verba proferunt in iudicem.Si tamen iudex non ſeruata hac forma ſtatim ſuſpendat vel excommunicet epiſcopum aut eo ſuperiorẽ:ſententia tenet,ſecundũ gl.licet iudex ſit reprehendẽdus.ij. q.iij.c.j.¶Quintò†quæritur,quæ 5 pœna ſit,ſi aliter quàm dicto modo procedatur? Et dico ꝙ quicq̄d cõtra præmiſſa vel eorũ aliquid attẽtari cõtigerit:totum eſt irritum & inane:vt in d.c.hac conſtitutione.& cõſeruator ſi de alijs quàm de manifeſtis iniurijs & violentijs ſciẽter ſe intromiſerit,ſeu ad alia,quæ iudicialem indaginẽ exigunt,ſuã extẽderit poteſtatẽ,eo ipſo per annũ eſt ab officio ſuſpenſus:vt ibi,ſecundũ gl.etiã à bñficio,quod eſt officij ſequela:vt xxxij.diſt.præter.& idem eſt,ſi ignorantia eſſet iuris vel craſſa vel affectata,ſecundũ gl.vt de ſent. & re iud.ignorãtia.imò dicit Sum.Ho.quòd eſſet excõmunicatus:ſed fallitur.nec hoc dicit gl.quã allegat:pars tñ,quæ hoc fieri procurat,bene ſententiã excommunicationis incurrit,vt ibi patet: à qua abſolui non poteſt,vt ibi dicitur,niſi prius integraliter ſatisfecerit de expenſis, ſcilicet legitimis, & propter cauſam iſtam factis,ſecundũ Gemi.& ij.quæſtione.j in primis.Si autem alius,quàm is,cuius eſt cõſeruator hoc procuret, nõ incidit in hanc ſententiã,ſecũdum Gemi.niſi participaret cum par

parte poſtquam excommunicata eſt:quia tunc ligaretur eadē ſentētia,participādo in crimine crimino ſo. Abſolutio tñ ab hac ſententia epiſcopo conuenit ſecundum Io.An.& Arc. & Mon.quia conditor canonis non ſibi reſeruauit. ¶Sextò
6 †quæritur,quantum duret conſeruatoris officium? ¶Et dico quòd expirat in obitu cōcedentis conſeruatorem,quo ad negotia nō cœpta:vt in d.c.hac conſtitutione.Sed intellige niſi aliter exprimeretᷣ in literis:ſed quo ad cœpta non expirat, ſecundū mentem illius textus & Doctorū:imò ſecūdum gl. vt patet ex c.cum plures.de offi.del.li.vj.quando ſunt plures conſeruatores deputati pro vno prælato vel monaſterio ſeu eccleſia,quo ad negotium cœptum per vnum illorum,ꝑpetuatur iuriſdictio in alijs non obſtante morte concedentis.

## De Conſilio & Obligatione ad illud.

1 *Conſilij acceptio triplex.*

2 *Conſilium acceptum,num quis ſequi teneatur?*

3 *Conſilium in facto dubio à pluribus non modò ſapientibus,ſed inſipientibus expetere vtile quandoq; eſſe.Nam ſtultis loquentibus,ſapienti plerunque noui conceptus ac ſubtiles inſurgunt.*

4 *Conſilium expetere adſtrictus, num illud ex verborum ſignificatione propria.ſequi teneatur? Et an conſilium conſenſus naturam induat,vt obligare poßit ad ſui implementum?*

5 *Conſilio alicuius,qui aliquid agere tenetur, an poßit ad actus perfectionem procedere,ſi ille,aut mortuus eſt,aut abſens,aut alioqui conſulere nolit?*

6 *Actus geſtus,conſilio non expetito, quod peti oportuit, & potuit,an efficaciter geſtus ſit? Et quid ſi petere debens,ſe in temporis anguſtias,vt ſic petere non valuerit, coniecerit?*

7 *Cōſiliū petere debēti,an ſatis ſit, ſi poſt actū geſtū illud petat?*

8 *Conſilium ſequi obligatus,an malum ſequi debeat. Et num quis ex conſilio dato teneatur?*

9 *Conſilij capiendi cauſa,qui aliquid proponunt, quo proximi iniuſtè damnum ſubire cogantur,vel iniqua vt fiant ſtatuta, præter mortale,quod incurrunt,ad reſtitutionem tenentur.*

10 *Papa ſi collegio mandet,vt quempiam in prælatū eligāt,quorundam conſilio petito,an ſi vnum ex his,quorum conſiliū requirendum eſt,eligere velit,expetere ab eodē conſiliū oporteat?*

11 *Conſilio,vel conſenſui præſtando,vbi plures ſimpliciter eliguntur,vel officio cuipiam exercendo, quod maior pars conſtituit & efficit,valet,modò minor non contemnatur.*

12 *Statutum ſi cautum ſit,ne mulier ſine duorum conſanguineorū quicquam alienet,ſi vni ex his,altero cōſenſum præbente,alienet,num efficaciter alienet? Et quid de filio,cum quo pater litigat,ſi ſtatuto caueatur,ne filius ſine patris conſenſu litiget?*

1 CONSILIVM,†quantū colligitur ex doctrina, & mēte S.Th.ſumitur dupliciter. Primò pro cōcluſiōe facta per diſcurſum rationis circa res agendas aut vitandas.Et ſecundò pro ipſo diſcurſu:& iſto modo dicit xij.q.xiiij. per totum.quòd eſt inquiſitio eorum tantū, qui ſunt ad finem operabilium à nobis,nō minimorum,nec indifferentiū.Sumitur etiam tertiò pro re vel actione,ad quam faciendam aut fugiendam conſiliū inducit.& ſic dicitur xiiij.q.j.in c. quod præcipitur,quòd conſilium eſt voluntatis:præceptū verò neceſ-
2 ſitatis ¶Primò†verò quæritur,vtrū teneatur quis datum ſibi conſilium ſequi,quando circa aliquid tenetur cōſilium petere? Et dico quòd tenetur qlibet cōſiliū petere ſiue quærere, vbi à iure cauetur:& tenetur expectare tēpus donec cōſulat ſapientes:aliàs nō valeret ſi fieret quod mādatur fieri cū cōſilio:tamen conſilium ſequi non eſt neceſſe,ſed honeſtū:niſi addatur de cōſilio & aſſenſu.extra de ele.ne pro defectu.vbi de hoc in gl.&.c.cū in veteri.eo.ti.&.c.cum olim.de arb. Vbi quærit gl.ad quid petitur conſilium,ſi illud ſequi nō eſt neceſſe? Et dicit tale conſilium eſſe vtile:quia inde moueri prælatus ad aliquid poteſt,quod per ſe forſitan non feciſſet:quia quod à pluribus quæritur,facilius inuenitur.xx.di.de quibus. & vt habito conſilio deliberet,an illud ſequi expediat. ¶Vn-
3 de†dicit Pano.in c.ad noſtrā.de conſe.eſſe vtile in facto dubio à pluribus exquirere conſiliū ſapientibus & inſipiētibus:quia plerunq; parū ſapiētes in certa re habent intellectū eleuatū,& acutius omni ſepiēte diſcurrunt:ſicut narrat Io.And. de fatuo Pariſius,qui tabernario cum paupere cōtendēte & extorquēte pecunias quia panē comederat ad odorem aſſati:determinauit quòd ſolueretur ei per ſonum monetę.& de Bar.dicitur ꝙ conſilium daturus ſuper aliquo articulo,conferebat de materia cum mercatoribus. Adde etiam quòd dū loquuntur ſtulti,inſurgūt ſapienti plerunq; noui conceptus ſubtiles.De hoc tamē etiam §.ſeq.dicetur. ¶Secundò†quæ-
4 ritur,an ex propria ſignificatione vocabulorū ſit verū quòd adſtrictus cōſiliū petere illud ſequi nō teneatᷣ? Et dicit Hoſt. quòd ſic:quia conſiliū ex proprio ſignificato non obligat ad hoc:ſed,ſupple,obligat verbū aſſenſus,vel cōſenſus.quādoq; tamen fit impropriatio vrgēte ſubiecta materia:quod quādo ſit,latius declarat Pan.in d.c.cū olim.de mēte Bar.in l.j.§.ſi plures.ff.de exerc.Cùm enī quæritur an conſilium ſapiat cōſenſum:dicit quòd ſic. Primò ſi impedimentū eſt nō habēdi integrū iudiciū rationis:vt in l.impuberibus.ff. de ſuſpe.tut. Vnde ſi ſtatuto cauetur vt pupillus certum quid faciat cum duorum agnatorū conſilio: ibi capitur conſiliū pro cōſenſu: quia pupillus non habet diſcretum iudicium. ¶Et ſecundò ſi ſit quidem impendēdum conſiliū habenti integrū iudicium rationis:ſed is,qui habet impēdere,eſt particeps eiuſdē officij.& iſte propriè eſt caſus c.venerabilis.de offi.deleg.ſecūdum vnum intellectū,vbi dicitur quòd prælatus, cui datus eſt coadiutor,nihil facere debet ſine coadiutoris conſilio, id eſt cōſenſu:aliter ſuum officiū eſſet ſuperuacuum.Si autem nō ſit particeps officij,vt conſiliū ſtat propriè:& ſatis eſt requirere: vt in d.c.cū olim.ſicut ſi ſtatuto cauetur vt mulier teſtari nō poſsit ſine conſilio duorū cōſanguineorū: ſatis eſt conſilium requirere:cū facultas teſtādi ſoli mulieri cōpetat. Et hoc tenendum eſt:nec diſtinguendum an dicatur de cōſilio,vel cū cōſilio:vt voluit Cy.in l.id quod.C.de epi.& cle. vt ſcilicet teneatur quis ſequi,vbi dicitur de cōſilio:non autē vbi dicitur, cum conſilio:quia hanc differentiā non approbat Io.And.in regula,nullus.in mercu.nec Bar.vbi ſ.Secus ſecūdū Io.An. ibi,ſi dicatur,iuxta vel ſecūdum conſiliū talis:quia tūc tenetur quis illud ſequi. ¶Adde prędictis quod no.Bar.in l.ſi cum dotem.§.eo autem.ff.ſol.ma.ꝙ ſi conſanguinei requiſiti nolunt cōſentire,ad iudicis officiū pertinet examinare cauſam cōtradictionis.& ſi quidem eſt iuſta,bene:aliàs iudex permittet mulieri contrahere aut teſtari:vt in d.§.eo.autem. ¶Adde etiam ſecūdum aliquos,quòd tenetur ſequi tertiò quādo petendum eſt ab eo, à cuius poteſtate dependet principaliter actus:vt ꝙ clericus non conueniatur corā alio epiſcopo ſine cōſilio proprij.& iſte eſt caſus in c.j.de foro comp.cum gl.Si verò nō depēdet actus ab eo,ſed vnà cum alijs debet intereſſe:etiam ſequi tenetur,ſi per alia iura debet ſequi.& ita ꝓcedit glo.in c.ij.de cor.vitia.ſecundū intellectū Hoſt.quod etiā patet in c.ſtudet.di.50.quod requirit cōſiliū aliorum epiſcoporū in depoſitione ſacerdotis:& intelligitur quòd ſequatur propter c.ſi autē presbyteri.xv.q.vij.non autē ſi non appareret per alia iura,niſi ſit ibi participatio officij,vt dictū eſt.Et idē eſt ſi petendum eſt ab habente ius : ſicut ſi mādatur ꝓuidēri alicui de eccleſia requiſito cōſilio patroni:qa debet illud ſequi,cùm habeat ius in tali ꝓuiſione.Dictū eſt Io.An.in c.dilectus.de off.leg.& in c.j.de capel.mo. ¶Et quartò tenetur ſequi,ſi hoc habet materia:etiam ſi petatur à nō habente ius: puta,ſi cōſulatur alicui ne ordinetur propter irregularitatē: & ita ꝓcedit tex.in cap.ad aures.de æta.& quali.& ita eū in-
5 telligit Ioā.And.in d.reg.nullus. ¶Tertiò † quæritur, vtrū is qui aliquid agere tenetur cū alicuius cōſilio, ꝓcedere poſsit ad actus cōſummationē,ſi ille eſt mortuus,vel abſens,vel cōſulere nō vult? Et dico vt ex Gemi.colligitur in c.j.ne ſede va.lib.vj.&Pan.in c.ex parte.de cōſtit.quòd aut cōſiliū debet peti ex ſtatuto vel cōſuetudine:&tunc ꝓcedere poteſt in triplici illo caſu quando periculoſum eſt expectare.Si verò peti debet ex mādato alicuius:dicit Gemi.ibi quòd procedere nō poteſt:ſed debet ad mandantē referri.Quod limita ſecūdum Vinc. & Cōpoſte.niſi cōpromiſsio facta fuiſſet ſub nomine dignitatis: quia expectabitᷣ ſucceſſor,ſi ille eſt mortuus,arg. c.quoniā abbas.de offic.deleg.Si autē facta eſt expreſſo nomine proprio, mandatū expirat, ex quo forma ſeruari nō potuit:ſed expectari debet ſecūda iuſsio.arg.in ca.cū dilecta.de reſcrip. Limita etiā,ſecundū Pan.niſi immineat periculū ex dilatione.l.ſi longius.§.ſi filius. ff.de iudi.& in l.ſi cū dotem. §.ſed ſi latitat.ff.ſolu.matrimo.quod ſentit Bar.in l.j.§.ſi plures.ff.de exer. Ratio,ſecundū eum,quia mandatū ſecundum iura debet intelligi.arg.c.ex literis.de cōſtit.&.c.ij. de reſcri. De mente autē iuris eſt quòd habeatur,ſi haberi poteſt:& ſi non poteſt haberi,procedatur ad conſummationem actus,ſi
6 periculum ſit in mora:vt in d.c.j. ¶Quartò quæritᷣ, † an valeat actus geſtus quādo petendum fuerat conſilium,& poterat peti,& nō eſt petitum? Et dicit Pan.in c.ex parte.de conſtit.quòd ſi mādator ex forma mandati voluit requiri conſilium:& nō tenet actus,niſi requiratur:vt in c. cum in veteri. de elect.Si verò eſt ex diſpoſitione legis:tūc ſi lex à principio cùm dedit poteſtatem,mādauit conſiliū requiri:ſimiliter nō valet ex defectu poteſtatis : quia habuit illā modificatā & qualificatā.& ſic intelligerem c.nouit.de his quæ fiūt à præl. ita ꝙ ſine clauſula decreti actus eſt nullus.Aut habenti prius poteſtatē mādauit ſuperior vt procedat cum conſilio: & tūc tenet,licet ſit puniēdus.arg.c.dilectus.el ij.de præb. Vide gl. ſingularem in clem.j.de iure pat.quòd ſi mandatur aliàs habenti poteſtatē vt aliquid faciat ſub certa forma:tenet actus, licet forma nō ſeruetur,per d.c.dilectus.Sed eſt alius tex. ſecundum Pan.de conceſ.præb.lib.vj.in c.ſi capitulo.vbi dicitur quòd ſi mandatur canonicis aliàs poteſtatem habentibus vt conferant certum beneficiū:dato executore,vt illis negligentibus exequatur:per ſolam literarū præſentationem afficiuntur manus canonicorum: & prouiſio alteri facta nō valet:quia ex quo ſuperior transfudit poteſtatē in executorem defectu illorum quibus mandauit:adimit illis poteſtatem in caſu contumaciæ.Notat etiam idem in cap.cum in veteri. de elect.quòd ſi is,qui tenebatur petere cōſilium,arctauit ſe ad extremitatem: actus ſine cōſilio geſtus non valet: licet propter extremitatem temporis non potuerit habere cōſilium: quia ſibi eſt imputandum.Secus ſi debito tempore petiuit,& debito tempore expectauit reſponſum:quia tunc ſi cōſiliarij plus debito differunt vel nolunt dare conſilium:procedi poteſt ad actus conſilio eorum non expectato:vt in dicto c.no-
7 tatur. ¶Quintò†quæritur,vtrum in caſibus, in quibus debet peti cōſilium,ſufficiat illud petere poſt actum? Et dicit Pan. in d.c.cum in veteri.quòd non:ſed poſtulari debet in ipſo tractatu actus.Et facit ad materiam epiſcoporum, qui tenētur negotia eccleſiæ regulariter promouere cum cōſilio capituli:quia debet conſilium in actu requiri,& non poſt:nec tenētur canonici præcipitare ſentētiam:ſed petere poſſent tempus ad deliberandum congruū. Et idem dic de iudice, qui ex forma ſtatuti teneretur requirere conſilium ſapiētis:quia nō ſatisfacit ſtatuto ſi prius ſententiam ſcribit, & poſtea conſilium petit:vel ſi nō vult expectare cōſultorē tēpore debito. ad quod facit c.licet.de reg.vbi nō licet accipere licentiā ex poſt facto. ¶Sextò †quęritur,vtrum obligatus ad ſequēdum 8
conſilium,debeat ſequi conſilium malum? Et dicit Pan.poſt Hoſt.quòd non:quia conſilium importat quòd ſit iuſtū:vt in l.Titiū & Meuiū.ff.de admi.tut.& not.Bar.in l.j. §.ſi plures. ff.de exer.Nec excuſatur faciens actum cum malo cōſilio,ſecundum eundem Pan.de mēte Compoſtel. quia conſiliū nō obligat.&idem Bar.& ſecundū eundem Hoſt.poſſet contrariam proferre ſentētiam.quod Pan.dicit veram de æquitate: ſecus de rigore iuris.Sed dictū eius limita,niſi periculū eſſet differre:quia tūc dare poſſet etiā de rigore iuris,vt dictū eſt. ¶Septimò quæritur, vtrū teneatur quis ex conſilio dato? Et dico quòd aut dedit delinquēti,aut contrahenti. Si dedit delinquēti:dico quòd indifferenter inuoluitur, quo ad culpam, ſiue peccatū:ſed ad pœnā ſiue reſtitutionē, diſtinguo. Nam aut talis erat facturus etiā ſine conſilio:& tūc ſi dedit cōſiliū & opem,tenetur.Inſtit.de ob.quæ ex delic.naſc.§.at vbi ope. ff.de fur.l.ſi quis vxori.§.j.etiam ſi conſiliū nō adhibuit principaliter,ſed ſecūdariò.ff.de fur.l.ſi pignore.Inſtit.de furt. §. ope.vt puta,accōmodauit ſcalam ad aſcendendum, vel huiuſmodi.Si verò dedit quidem cōſilium aliàs facturo,ſed ſine ope,non tenetur.d.§.at vbi ope.non obſtante l.j.§.ſi quis. ff. de ſer.cor.quia eſt caſus ſpecialis,in quo debet augeri malitia ſerui,laudādo:vel poteſt dici quòd ibi nō ſolùm ille conſuluit,ſed etiā laudādo incitauit:quod maius eſt.Pro quo facit quod not.in l.ſæpe.§.fin.ff.de verb.ſig.Aut nō erat facturus:& tūc tenetur.l.ſi remunerādi gratia.§.planè.ff. manda. ſed nō ei cui dedit cōſilium,ſecūdum gl.in regula, nullus ex cōſilio.de reg.iur.lib.vj.ſed ei cōtra quē:& eius maleficij nomine:puta,ſi fecit homicidiū,homicida eſt:imò in cōſciētia tenetur ei,cui malum conſuluit,quantū poteſt, cōſulere bonum,vt eū reducat:arg.vj.q.j.deteriores. ¶Si verò dedit conſilium cōtrahendi:diſtinguo.Nam aut conſiliū eſt fraudulētum:& tūc tenetur indiſtinctè.ff.de dolo.l.quod ſi cū ſcires. vbi ille q.doloſè & ſui lucri cauſa cōſuluit mutuare debitori non idoneo:tenetur actione de dolo ei cui dedit cōſilium.& ad idem ff.pro ſoc.l.ij.Aut non eſt fraudulentum:& tūc non tenetur:vt in d.regula,nullus ex cōſilio.ff.de dolo.l.& elegāter.Et hoc verum eſt ſi eſt ſimplex conſiliū:quia ſi eſſet mādatum,quanuis nō fraudulētum:ſi eſt deſignata certa perſona:puta,mādat quis tibi vt Titio pecuniā tradas:tenetur indiſtinctè,etiā ſi aliàs eras facturus.ff.māda.l.ij.§.tua & aliena.& ff.de neg.geſt.l.iij.§.fin.Si autē nō eſſet deſignata certa perſona:tunc tenetur ſi aliàs nō erat facturus.ff. mand.l.ſi
remunerādi gratia.§.planè. ¶Octauò † quæritᷣ,quid de pro- 9
ponentibus in cōſilio aliquid,quo proximi damnificētur iniuſtè:vel quo fiant iniqua ſtatuta? Et dicit Dir.quòd tenētur ad reſtitutionem in ſolidū vltra mortale,quādo ſine eorū propoſitione factum nō fuiſſet. ¶Nonò† quæritur, quid ſi papa 10
mandet collegio vt eligant prælatū cum aliquorum conſilio,ex quibus vnū volūt eligere:an requirendū ſit eius conſilium? Et dicit gl.in d.c.cum in veteri. quòd non eſt neceſſe: quia conſentiendo poſtea electioni, ſatis videbitur præſtare conſiliū:& ſi ante electionē cōſentiret, caſſanda eſſet ꝓpter vitium ambitionis.de elect.poſt petitam.Sed Ioan.And.dicit hoc eſſe probabile:ſed tutius eſſe requirere etiam huius conſilium vt mandati formæ ſatis fiat:quia eius cōſilio fortè eligent meliorem.Sufficit autē ſi cōſilium petatur in genere; ſcilicet de quo vos conſulitis &c.Si verò petatur in ſpecie de perſona ſua,ſecundum Gof.debet reſpondere, aliorū iudicio relinquo.ſed ſecūdum Hoſt.hoc eſſet ambitioſum:vnde po-

teſt

teſt cum bona conſcientia dicere:non eligatis me, quia non
ſum dignus.Et ſic pōt eligi: & ſi eligatur, poterit cōſentire.
Quod autem debeat iſtius cōſiliū requiri ſaltem in genere,
cōmuniter tenetur per Doctores,vt dicit Pan.in d.c.cū in ve
teri.Si verò papa mandaſſet,de cōſilio & aſſenſu:an poſſent
eligere vnū illorū.Hoſt.dicit quòd ſic: quia ſatis eſt quòd ex
tribus electis duo conſentiant, modò tertius nō contēnatur.
vt patet in arbitris & iudicibus ſimpliciter electis, in quibus
valet ſentētia maioris partis:vt in.l.duo ex tribus.ff.de re iu-
11 dic.Et † not.ſingulariter hoc dictū:quòd vbi eligūtur ſimpli
citer plures ad conſulendū vel cōſentiendū, vel aliquod offi-
cium extra iudicium exercendum,valet quicquid facit maior
pars,modò nō cōtemnatur minor,ſecundū Panorm.in dicto
cap.cum in veteri.Si aūt mādet papa eligi prælatum cū con-
ſilio & aſſenſu concordi illorū triū:nullus eorū poſſet eligi,
ſecūdum Hoſt.& Pan.vbi ſuprà,quia nullus cōſentire poteſt
in ſeipſum.Et idem eſſet,ſi mandaſſet cum cōſilio & aſſenſu
12 tertij:quia oporteret eum ante electionē cōſentire: & nota-
retur ambitionis:vt in dicto cap.poſt petitam.¶Ex † his pa-
Corollariū. ter quòd ſi ſtatuto cauetur ne mulier alienet ſine conſenſu
duorum agnatorum:ſi alienet vni de cōſenſu alterius, tenet
alienatio, & ſtatuto ſatisfactū eſt: quia is,qui emit,alienatio-
ni videtur conſentire.Et idem ſi cauetur ſtatuto, ne filius liti
get ſine conſenſu patris,& pater litigat cum eo.

¶CONSPIRATIO,ſuprà Coniuratio.

¶CONSTELLATIO,infrà Superſtitio.§.vj.

## De Conſtitutione.

1 *Conſtitutio quæ cum lege eadem eſt, à quo propriè fiat? Et quid diſtet à decretis & ordinationibus collegiorū conſtituendi authoritatem non habentium?*

2 *Prælatus ſi quid præter collegij præſentiam,ſed per ſe decernat & ordinet,quandiu duret?*

1 CONSTITVTIO,† infrà Lex,diffusè declatur: quia
eſt idem legi:dicta à con,& ſtatuo:quia vt dicit Panor.
in rubr.eodē tit.propriè conſtitutio fit à principe cū ſuis con
ſiliaribus.largè autem à collegio,in quo multi ſimul aliquid
ſtatuūt: & de eius natura eſt quòd ſit perpetua, niſi reuocet̃,
ſecundum Archiep. Vincen.clxxxiij. vnde differt ab ordina-
tionibus quas faciunt collegia nō habentia authoritatē con-
ſtituendi:quæ non ſunt perpetuæ. Vnde dicit idē Archie. in
in iij.parte.tit.xxiiij.ca.ij.§.iiij.quòd in capitulis generalibus
& prouincialibus fiunt ordinationes ſeruādæ,quæ dicuntur
acta:quæ obligant ad ſeruandum vſq; ad ſequens capitulum
poſtquā fuerint promulgatæ.hæc ille.Et dato quòd ſint per
petuæ,vt aliqui dicunt,quod tamen eſt falſum, nō obligant,
poſtquam non practicantur in obſeruādo:& à fortiori quan
do no ſunt in memoria quia abrogari poſſunt multò fortius
quàm conſtitutiones.Et ita eſt de actis capitulorum genera-
lium:multò fortius hoc eſt verum de omnibus ordinationi-
bus factis collegialiter in ordine prædicto:alioquin non dif-
2 ferrent à conſtitutionibus.Si † quid tamen aliquis prælatus
ſingulariter ſine collegio ordinaret,duraret durāte eius præ-
latione præciſè:niſi eſſet gratia facta authoritate papæ, vel
authoritate propria ſine præiudicio ſucceſſoris. de qua infrà
Gratia.§.ij.& infrà Indulgentia.§.v.partic.vij.

## De Conſuetudine & More.

1 *Conſuetudinis ac moris finitiones, & acceptiones multiplices. Et ſcripto,quod conſtat,cuius nomine contineatur?*

2 *Conſuetudo rationabilis,& irrationabilis quænam dicatur? Et ſub hæc,quod cōſuetudo eo caſu rationabilis eſt,quo & lex ſi recens conderetur.*

3 *Lex à rationabili voluntate legiſlatoris, id eſt Dei, procedit, quantum ſcilicet ad legem naturalem & diuinam: vel homi-nis quantum ad humanam.Et ſicut verbo,ita facto rationabi-lis voluntas in agendis demonſtratur.*

4 *Conſuetudo præſcripta,quæ ſit?*

5 *Conſuetudinem, prout ad præſens negotium pertinet, quis indu-cere vel facere poſſit? Et conſuetudinem iuris ſpeciem eſſe.*

6 *Conſuetudo,vt inducatur, quæ requirantur?*

7 *Conſuetudinis appellatione, quænam propriè accipienda ſint: an pueri,mulieres,furioſi, & huiuſmodi ſint de numero habi-lium ad legem inſtituendam?*

8 *Conſuetudo qualiter interrumpatur,aut tollatur?*

9 *Conſuetudo,num legem poſitiuam abolere queat?*

10 *Conſuetudo ſemel lege reprobata, non poteſt amplius indu-ci & huius limitatio.Et ſubinde,num conſuetudo legem vincat?*

11 *Cōſuetudinē ſcire pſumitur ciuis.Et ſi ciuitas ſtatutū cōtra cō-ſuetudinē faciat,licet de ea mētionē nō faciat,tollit cōſuetu-dinem?*

12 *Conſuetudo legi poſitiuæ & præceptiuæ, an derogare poſſit? Et in legibus pœnas infligentibus ipſo facto, num locū habeat conſuetudo contraria:& quid in his,quæ pœnas infligi edicunt?*

13 *Conſuetudinem,an inducat non vſus,& legem tollat? Et an in his,quæ meræ facultatis ſunt,conſuetudo inducatur.*

14 *Conſuetudo,an legem diuinam aut naturalem abolere poſſit? Et quid de præceptis ceremonialibus, & iudicialibus? Et quid de moralibus?*

15 *Conſuetudo cōtra Canones,cur valeat,at non æquè in ſtatu-to? Et cur laicis aduerſus leges Imperiales ſtatuere liceat: eccle-ſiaſticis autem contra pontificia decreta non liceat?*

16 *Statutū cōtra canonē ex cauſa vrgēti,nec à canone veriſimili-ter pūiſa,fieri poſſe.Et an ex noua cauſa legatus generalis de-legato papæ phibere poſſit,ne in cauſa ſibi cōmiſſa procedat?*

17 *Lex aut ſtatutum excommunicationis ſententiam habens num tollatur per conſuetudinem.*

18 *Conſuetudo,num ab huius ſeculi pœnis,ſi praua ſit,excuſet: & quid quo ad Deum? Et an conſuetudo communis dicta propriè ad mortale obliget?*

19 *Conſuetudinem ſuā num quis ſeruare teneatur, in his, quæ li-berè facit:ſeu,num in his, quæ more facultatis ſunt,conſuetu-do induci queat,prout ius priuatū eſt in facientis præiudicium?*

20 *Cōſueta in omni pacto,num quis ſeruare teneatur? ſeu mauis, num in omni pacto actū eſſe intelligatur, quod conſuetum eſt?*

21 *Conſuetudinem, qua quid temporale pro ſpirituali exigitur, num quis ſeruare obligetur? Et quid de ſtatutis quorundā ciui-tatum,vt bona filiorū & vxorum,ſed & filij quoq; ipſi ob de-lictum fallentiæ, id eſt, quando pater foro cedit, capi poſſint?*

21 *Conſuetudo,aut ſtatutum,num valeat,vt homicida,vel huiuſ modi crimino ſus in pecunia puniatur,cum iure diuino corpore delictum luere debeat? Et an valeat ſtatutum, quo cauetur,vt patris interfectorem,aut ad faciem cedentem interficere liceat?*

23 *Conſuetudo num in iudicio contentioſo ſpectetur, vt ſecundum eam,quamlibet iuri ſcripto contrariam iudicandum ſit: Et ſe-cundum quam conſuetudinem iudici delegato,ſit iudicandum?*

24 *Iudex arbiter in quē cōpromiſſum eſt,vt ſecundū iura pronun-tiet,num poſſit ſecundum conſuetudines & ſtatuta iudicare?*

25 *Conſuetudo & præſcriptio quotupliciter differant? & ibidem ſex traduntur ordine & fusè differentiæ.*

CONSVETVDO † & mos,vt plenius intelligātur ſciē
dum quòd mos ſecundū Iſid.in v.Etym.eſt longa con-
ſuetudo de moribus tantummodo tracta.Et ſecūdum Arch.
in Roſ.mos aliquādo eſt nomē qualitatis,id eſt,habitus mē-
tis:aliqñ verò eſt nomē iuris.Et ſecūdū.S.Tho.in iiij.di.xxiij.
mos primò ſignificat cōſuetudinē,id eſt,frequētiā actuū, qui
ſunt in noſtra poteſtate:& ſecūdò inclinationē appetitus,quę
aliquando eſt à natura.vnde & beſtiarum dicuntur mores ali
quando à conſuetudine,aliqñ ab infuſione.Et ſecundū Arch.
mors triplici ſumitur.Primò,pro omni lege,quaſi genus.Se-
cūdò,pro actu frequētato,pręcipuè ſecundū rationē.Tertiò,
pro iure humano nō ſcripto.Ex quibus omnibus elicio quòd
mos ſumitur multipliciter.Primò,pro actu volūtatis elicito
vel imperato:& ſic de moribus Iſido.dicit trahi cōſuetudinē.
Secūdò,pro habitu cauſato à talibus actibus:& ſic eſt nomē
qualitatis,ſecundū Arch.& etiā cōſuetudo vnius hominis tra
cta de moribus.Tertiò,pro ipſa frequentatione actuum,quę
aliquādo eſt ſine habitu cauſato:vt cùm idē populus,ſed non
idem homines frequenter idē faciūt:puta oblationē regi no-
uiter aduenieti:& iſto modo eſt nomen iuris, ſecundū Arch.
& cōſuetudo longa tracta de moribus,ſecundū Iſido.nō qui-
dem conſuetudo vnius hominis,ſed vnius collegij. Quartò,
pro omni iure.Primo igitur modo nō eſt cōſuetudo,ſed eius
cauſa.Secūdo modo eſt cōſuetudo facta in vno homine.Ter
tio modo eſt conſuetudo multitudinis.Et de hoc more & de
hac cōſuetudine,vt ſunt nomina iuris,nūc loquimur, non de
conſuetudine vnius hominis, quæ aliquādo eſt ius priuatū,&
non publicū ſicut iſta:vt in l.de quibus.& l.cum de cōſu.ff.de
leg.Igitur cōſuetudo eſt ius quoddā,ſcilicet non ſcriptū mo-
ribus,id eſt,aſsiduis actibus conſtitutū:quod pro lege ſuſcipi-
tur cùm deficit lex.di.j.cōſuetudo.quod autē in ſcriptis reda-
ctum eſt,vocatur lex,aut cōſtitutio,vel huiuſmodi. ¶Primò
2 †verò quæritur,quæ cōſuetudo ſit rationabilis? Et dico ꝙ cō
ſuetudo rationabilis,ſecundū cōmuniorē opinionē Inn.Arc.
& Canoniſtarū,eſt quam non improbant iura,ſed ſuſtinēt:ir
rationabilis verò,quæ nullo iure ſuſtinetur. Verum tñ quia
nō ſufficiēter deſcribitur,nec eſt regula vniuerſalis,vt patet
intuēti:ideò dicit Ho.iudicis arbitrio relinquendū quæ cōſue
tudo ſit rationabilis,& quæ nō.Sed neq; hoc videtur bene di-
ctū:quia ſi duorū iudicium eſſet contrariū arbitriū vel iudi-
ciū de rationabilitate cōſuetudinis aduerſantis legi poſſent
de eadē cauſa cōtrarias ferre ſentētias:vnus ſecūdū legē:aliꝰ
ſecundū contrariā legi conſuetudinē. Vñ dicit dom.Ant.in c.
fi.de cōſu.& refert Gemi.in c.licet.de cōſt.lib.vj.quòd cōſue-
tudo in tantū eſt rationabilis,in quantū participat de fine iu-
ris:qui in canonico,eſt felicitas animæ:in ciuili, bonū publi-
cum:vt no.gl.de iureiu.cùm cōtingat. Vnde cōuenire debet
religioni,diſciplinæ,& ſaluti.Et ſi prędictis eſt cōtraria:puta,
quia nutritur peccatū:de ſe eſt irrationabilis:& ſeruari nō po
teſt ſine peccato.di.viij.quæ cōtra.etiā ſi cōueniret iuri ciuili:
quia bonū animæ prępōderat bono tēporali:ſicut cōſuetudo
mutuandi ſub vſuris,quæ pro bono publico permittebantur.
Vnde dicit Pan.in d.c.fi.quòd cōſuetudo dicitur rationabilis
qñ aliquo bono fine inſtituitur : licet ſit contra ius quod eſt
rationabile.ſicut rationabile eſt quòd epiſcopus eccleſiæ ne
gotia pertractet cū capituli cōſilio.c.nouit.&.c.quāto.de his
quæ fi.à pręla.quia firmius eſt iudiciū plurimorū.c.prudētiā.
de off.dele.& di.xx.de quibus.& tñ conſuetudo poteſt intro-
ducere contrariū:vt in c.non eſt.de cōſu.lib.vj.quæ tamē erit
rationabilis alia ratione,ſcilicet vt negotia citius expediātur.
Et hæc oīa ſunt bñ dicta,ſed inſufficiēter: qa ſi cōſuetudinis
finis eſſet bonus,& haberet alias circūſtātias malas: nō eſſet
rationabilis:ſicut nec lex,vt dicetur ĩ.Lex:qa & ipſa cōſuetu-
do eſt lex.Vñ dico ꝙ eo caſu eſt rationabilis cōſuetudo,quo
rationabilis eſſet lex,ſi cōderet̃ nouiter,mutata lege priori,
ſi qua erat:vel non mutata,ſi non erat . ita ꝙ conſuetudo ha
bens cōditiōes legis bñ poſitæ eſt bene & rationabiliter in-
troducta. Pro cuius notitia & fundamento dicēdorū not. ꝙ
3 S.Th.j.ij.q.xcvij.art.iij.virtualiter ſic habet:† Lex pcedit à ra
tionabili voluntate legiſlatoris,id eſt, Dei quantum ad legē
naturalem & diuinam:vel hominis, quantum ad humanam.
Sicut autē verbo,ita & facto manifeſtatur rationabilis volū-
tas in agendis: quia hoc quiſq; videtur eligere vt bonū,quod
ope implet.Vñ ſicut in verbo humano,ita & actibus maximè
multiplicatis,q cōſuetudinē faciūt, mutari pōt lex humana,
& exponi,& aliqd cauſari quod legis virtutē obtineat: inquā
tum ſcilicet per exteriores actus multiplicatos,interior volū
tatis motus & cōceptus rationis efficaciſsimè declaratur:qa
quod multoties fit,videtur ex deliberato rationis iudicio pro
uenire:& ſecundū hoc cōſuetudo habet vim legis,& eā abo-
let,ac interpretatur.¶Secundò † quæritur,quæ ſit cōſuetudo 4
præſcripta? Et dicit Ho.ꝙ ſecūdū Canoniſtas eſt illa quæ eſt
xl.anno.de ele.c.Cumana.de cēſi.olim. de præſc. auditis. qđ
intelligēdū eſt in præſcriptiōe rei vel iuris eccleſiaſtici:vt pa
tet in iuribus allegatis.ſecundū leges autē diuerſitas eſt:quia
dicunt aliqui tantū expectandū eſſe tēpus, ꝙ in contrarium
memoria nō exiſtat.Alij aūt verius,quod ſufficit tēpus x.an-
norū inter pręſentes,& xx.inter abſentes:quia clarè patet.C.
de pręſc.lō.tē.quod lōgū tēpus quo inducitur præſcriptio,di
citur x.annorū inter præſentes,& xx.inter abſentes.¶Tertiò
† quærit̃,quis poſsit facere vel inducere cōſuetudinē,de qua- 5
loqmur,id eſt,habētē vim legis.& dicit S.Th.vbi ſ.ad tertiū.
Multitudo,in qua conſuetudo introducitur,ſi libera ſit quæ
poſsit ſibi facere legem,plus eſt cōſenſus totius multitudinis
ad aliqd obſeruandū,quē cōſuetudo manifeſta,quàm autho-
ritas principis,qui non habet poteſtatem condendi legē, niſi
inquantū gerit pſonā multitudinis. vñ ſingulæ perſonæ non
poſſunt condere legē:tamē totus populus condere poteſt.Si
verò multitudo non habeat liberā poteſtatē condendi legē,
vel legē à ſuperiori poteſtate poſitā remouēdi:ipſa cōſuetu-
do in tali multitudine præualens,obtinet vim legis, inquātū
per eos toleratur,ad quos pertinet multitudini legē impone
re.ex hoc eñ ipſo videntur approbare quod cōſuetudo indu
xit.hæc ille. Cōſuetudinē ergo facere pōt multitudo libera
ad cōdendū legē,& non libera ex tolerātia eius qui condere
poteſt.A quo enim remouetur genus,id eſt, poteſtas cōdēdi
legē:& ſpecies remouetur,id eſt,poteſtas inducēdi cōſuetudi
nem.l.filius.ff.de don.& l.iuris gentiū.ff.de pact.in gl. Con-
ſuetudo enim eſt ſpecies iuris.Inſtitu.de iure natu.§.conſtat.
¶Quartò † quæritur,qualiter inducatur,id eſt,quæ requirā- 6
tur ad inducendam vel faciendam conſuetudinem de qua lo
quimur,quæ ſcilicet habet vim legis? Et dico quòd ſecundū
Sum.Ro.gl.in c.fi.de cōſue.enumerat multa:& tamē in fine
videtur exigere duo ſolùm.Primò, ſcilicet quòd ſit rationa-
bilis.& ſecundò ꝙ ſit præſcripta,id eſt,obtēta p curſum tpis
ad præſcriptionē requiſiti.Sed gl.malè adducitur:quia nō lo
quitur de inductione conſuetudinis,ſed de virtute eius abro
gandi legē ad quod plus requiritur quàm ad habere vim le-
gis:vt patebit ſtatim hic in ſecundo requiſito.& ĩ.§.vj.Vnde
dico requiri primò quòd ſit rationabilis: quia de ſubſtantia
legis eſt quòd ſi rationabilis.di.iiij.erit autē.Vnde conſuetu-
do ratione carens nunquā habet vim legis.¶Secundò,requi-
ritur tempus debitum:de quo,licet ſint variæ opiniōes,Pan.
tamen in c.fi.de conſue.dicit illud ſibi videri quòd iure ciui-
li requiritur tempus x.annorum:quia ad introducendam cō-
ſuetudinem iura requirunt longum tempus.C.quæ ſit long.
conſue.in rubro & in nigro.& arg.in l.ij.C.de ſerui.longum
autem tempus eſt x.annorum.C.de præſcrip.long.temp.per
totum.& in glo.d.rubricæ.C.quæ ſit long.conſue.Et hoc te-
net Bartolus in l.de quibus.ff.de leg.& Cyn.in d.l.ſecūda.Iu
re verò canonico ſi conſuetudo eſt præter ius, ſufficit tēpus
decem annorum.Facit glo.in capite fin.de conſue. libro.vj.
& in cap.conſuetudo.xij.diſt.quod limita, ſecundum Inno.in

c.cum

c.cum dilectus.de conſue.niſi detraherent iuri alicuius eccle
ſiæ particularis:quia requiritur tempus debitum ad præſcri-
ptionem:imò idē dicit Pan.in d.c.fi.de eccleſia vniuerſali cō
tra Inn. quia non minus debet eſſe fauorabile totū corpus ec
cleſiæ,quàm membrū.Si verò eſt contra ius,requiritur tēpus
xl.annorū: quia oportet eam eſſe præſcriptam:vt in d.c.fi.&
in c.iij.deconſue.lib vj.quod ſecundum domi. Anto. limita,
niſi papa ſciret: quia ſufficeret tempus x.annorum.Si verò
conſuetudo ſit cōtra ea quæ ſeruata ſunt principi in ſignum
ſpecialis priuilegij:tam iure ciuili quàm canonico requiritur
tempus,de cuius initio memoria non ſit:vt eſt text.in c.ſuper
quibuſdam.de verb.ſign.¶Tertiò requiritur, quòd mores &
actus hominū,per quos ſolùm introducitur, vt in d.l.de qui-
bus.ſint tot,& ita notorij,ſecundum communiorem opinio-
nem,vt dicit Pan.vbiſ.quòd veriſimiliter tranſierint in noti-
tiā populi:& quòd ſint tales,vt eiuſdē populi arguant cōſen-
ſum:vt in d.l.de quibus.quia tacitus populi conſenſus eſt,qui
conſuetudinē facit. Vñ vbi ille ex coniecturis habetur,nō cu
ratur de actuum frequētia magna. Quot autem requirātur:
Pan.vbiſ.dicit quòd ſecundum Bar. in d.l.de quibus non ſuf-
ficit vnus,quantumcunque notorius: quia conſuetudo indu-
citur ex frequentia actuum:quæ ceſſat vbi eſt vnicus:tū quia
eſt contra ſubſtantiā,& ſignificationem vocabuli: cùm dica-
tur conſuetudo quaſi communis aſſuefactio:tum quia ex vni
co actu,quantumcunq; notorio, non poteſt dici populi con-
ſenſus:quia fortè per errorem vel gratia ſcandali euitādi pri
ma vice populus non contradicit.Vnde malè videtur ſentire
Sum.Ang.quòd per vnum actū inducatur conſuetudo,ſi ap-
pareat de expreſſo conſenſu populi volentis per illum indu-
cere conſuetudinem:quia de ratione conſuetudinis eſt plura
litas actuum:vt ex definitione patet:vnde eo caſu nō eſſet cō
ſuetudo,ſed eius principium.Diſtinguit tñ idem Pan.quia ſi
actus vnicus habet cauſam ſucceſsiuā,& continuationē tēpo
ris habilis ad conſuetudinē inducendam,ſufficit, & conſuetu
do inducitur:vt in cap.cum de beneficio.de præben libr.vj.&
ſi beneficium ſeculare cōfertur regulari, & ab eo poſsidetur
tempore prędicto:efficitur regulare,licet vnica interuenerit
collatio.Et idem dic ſi ædificaretur pons in publico,& habe-
ret cauſam ſucceſsiuam per dictū tempus. Et ratio eſſe pōt:
quia ibi actus eſt quidem vnus ratione rei factæ,quæ eſt vna:
ſed eſt,ſaltem virtualiter,multiplex,ꝑpter temporis diutur-
nitatem,in qua poſſent eſſe multiplices,& de facto ſunt:cùm
non continuè artifices operentur.Duo autem actus ſufficiūt
ad conſuetudinem inducendam.xxv.q.ij. ita nos. Et ita tenet
Sum.Piſ.cui ſupplementum addit:nō tñ efficacem: cùm de-
beat eſſe rationabilis & præſcripta:vt.extra.eo. in cap.fi.niſi
illi actus eſſent ꝑmanētes tempore legitimo ad præſcriptio
nem.hæc ille.Sed ineptè:quia ea,quæ dicit,requirunt̃ ad hoc
vt cōſuetudo abroget legem:non ad hoc vt ſit lex. Vñ dictū
Piſ.limita verū eſſe in tribus. ¶Primò in criminalibus:vt di-
cit gl.in d.c.ita nos.nō autē in ciuilibus, niſi vt ſtatim dicam.
Non tamen propriè eſt cōſuetudo:quia ſecundum Pan. in c.
7 j.eo.tit.¶Appellatione†cōſuetudinis,intelligitur ea,quæ te-
net & præſcripta eſt:vt in c.Cumana.de elec.Secūdò in acti-
bus iudicialibus:vnde ex duabus ſententijs,& lapſu temporis
congruo,accedente cōſenſu populi à principio vel ex poſt fa-
cto,tacitè præſumitur conſuetudo:quia habent aptitudinem
ad conſuetudinem inducendā.ff.de inoff. teſt.l.nam & his.&
ff.ad Silla.l.ſi qs.§.quod ſub eodem tecto.Tertiò in actibus,
quos populum latere non eſt probabile:ſicut ſecundum Gul.
de Cug.& Bar.in d.l.de quibus.ſi vnus pōtem vnum faciat de
domo ad domum in platea communi,& alius alium:quia iſti
duo actus adeò ſunt populo notorij, quòd comprehenditur
eius conſenſus:& ſtat frequentia actuum ſiue pluralitas:quæ
duo conſuetudinem inducunt. In alijs autem non ſimilibus
prædictis:vt ſunt,vendere,locare:& actus priuatorū,ſicut vē
dere in porticibus ſuper viā publicā,nō ſufficiunt duo actus,
ſed requiritur frequentia magna,vt totus populus ſciat.l.ſed
& ea.ff.de legibus.& l.nā Imperator.ibidē.& ff.de inſti.act.l.
ſed & ſi pupillus.duo tñ vel tres actus tuent̃ aliquem in poſ-
ſione,quouſque ſit dubium.xviij.q.ij.ſcrutinium.Quartò,re-
quiritur quòd ſit introducta ex certa ſcientia potentis cōde-
re legem:quia ſi talis ſit error,qui tollat cōſenſum,nō poteſt
eſſe conſuetudo:quia deficit cauſa,id eſt,conſenſus:vt in d.l.
de quibus.Nec ſufficit certa ſcientia,ſed oportet adeſſe intē-
tionem ſeruandi aliquid ea mēte,vt de cætero ſit cōſuetudo.
ar.ff.de iti.actuq; priua.l.vl.Quintò,requiritur ſecundū Pan.
quòd maior pars populi ſit tali conſuetudine vſa,vel ſupple
vſum approbauerit tacitè vel expreſsè: imò oportet ꝙ ſint
duæ partes populi vel collegij: vt in l.nulli. & in l. plane.ff.
quod cuiuſq; vni.Aliter ſicut legem,ita & conſuetudinem fa
cere nequirent.Sed tamen intellige de parte maiori habente
cōſenſum habilem ad inſtituendam legem.Vñ pueri,mulie-
res,furioſi,& huiuſmodi,non cōputantur:quia legem conde-
re non poſſent.ff.de legibus.l.j.Multa alia requiruntur,ſecū-
dum alios,de quibus Panor.de cōſue.in c.fi.¶Quintò†quæ-
ritur,qualiter conſuetudo interrumpatur ſiue tollatur?Et di-
cit Pan.in c.fi.de cōſue.quòd ſi eſt cōpleta & perfecta,requi-
ritur tempus x.annorū.Et ſic intellige Io.An. ibi aliàs etiā
plures alios actus non frangitur.ſi verò non ſit cōpleta:ſuffi-
cit vnus actus cōtrarius:ita quòd oportet vt de nouo incipia-
tur.ar.l.vbi duo.ff.de reg.iur.¶Sextò†quæritur, vtrum con-
ſuetudo poſsit legem poſitiuā abolere?Et dico quòd S.Tho.
j.ij.q.xcvij.art.iij.ad ſecundum,volēs declarare quomodo ſi-
ne peccato conſuetudo humanam legem tollat,dicit:Leges
humanæ in aliquibus caſibus deficiunt, in quibus ſcilicet eas
ſeruare non expedit bono communi.Vnde poſsibile eſt ꝙ
præter legē agere,in caſu ſcilicet in quo deficit lex:& tamē
actus nō erit malus.Et cùm tales caſus multiplicētur ꝑpter
aliquam hominū mutationem:tunc manifeſtatur per conſue-
tudinem quòd lex vlterius nō eſt vtilis:ſicut etiā manifeſta-
retur,ſi lex contraria verbo promulgaret̃.Si autē adhuc ma-
neat ratio eadem,propter quam lex prima vtilis erat:nō con-
ſuetudo legem,ſed lex cōſuetudinē vincit:niſi fortè propter
hoc ſolùm lex inutilis videatur,quia non eſt poſsibilis ſecun-
dum conſuetudinem patriæ:quæ erat vna de conditionibus
legis.difficile enī eſt,conſuetudinē multitudinis remouere.
hæc ille.Sed,vt hæc magis explicent̃,quantū collegi ex Bar.
in d.l.de quibus.& Pan.in c.fi.de cōſu.in fi.& in c.j.de treu.&
pa.ſic diſtinguo. Nam ſi conſuetudo eſt contra legem poſiti-
uā,vt cōtra leges ſeu canones vel ſtatuta:aut eſt cōtra liber-
tatem eccleſiæ,vel cōtra publicam vtilitatem: & non valet,
ſecundum Bar.in d.l.de quibus.ſicut nec lex valeret.Aut con-
tra vtilitatem priuatam,vel in nullius præiudicium: & tūc ſi
ſuperior ſcit,& tolerat,conſuetudo abrogat legē.Facit gl.in
c.j.de treu.& quod ibi no.Goſ.Et non requiritur alia præſcri-
ptio,ſecundum do.Ant.quia ex quo ſuperior videt,& tolerat,
non videtur velle inijcere vinculum.& Pan.ibi dicit quòd ſuf-
ficit binus vel trinus actus,vt tollatur.Si verò ſuperior igno-
rat:diſtingue.Nam aut lex habet clauſulā derogatoriā ad cō
ſuetudinem:& ſic ſecundum Bar.conſuetudo nō valet l.ea.
C.de vſuris,quia lex ſemper loquitur.l.Arriani.C.de hære.Et
ex hoc infert Pan.quòd † conſuetudo ſemel lege reprobata
non poteſt amplius induci. qđ limitat niſi ſubſit ratio noua
quæ non ſuberat tempore legis damnantis conſuetudinem:
quia tunc poterit nouiter induci.ar.optimū in l.ſi hominem.
ff.manda.& tex.eſt,iuncta glo.in d.cle.ſtatutū.vel ſecundum
Gem.in c.licet.de conſti.li.vj.niſi lex tantum reſiſteret ad fi-
nem,vt tolleret conſuetudinem præteritā:quod patet quādo
non facit mentionē de ea,niſi vt eam tollat,quādo aliter nō
tolleretur:vt patet in d.c.licet. quia tunc induci poteſt noua
conſuetudo.Et ita poteſt procedere glo.in d.cle.ſtatutum.&
ꝑpterea etiā tenet Pet.de Peru.in tractatu de canonica por-
tione,circa finem.quòd induci poteſt noua cōſuetudo cōtra
cle.dudū.de ſepul.Si verò nō habet clauſulam derogatoriā:
ſi lex conſuetudinem pręcedit,cōſuetudo valet contra legē.
arg.l.ex facto.ff.de vul.& pup.ſub.& ſi eſt generalis,vincit ge
neraliter & vniuerſaliter:non autem ſi ſit particularis.C.quę
ſit lōg.conſue.l.ij.ſed vincit ſolū vbi cōſuetudo viget.ff.com.
prædi.l.venditor.§.ſi conſiſtat. Vnde,vt no.Pan.in c.cū olim,
de conſue.conſuetudo locū habet vbi viget:ideoq; nocet pri
uilegijs ſtudij generalis in loco vbi viguit,non in alio.Prædi-
ctam tamē victoriā intellige,dūmodo cōſuetudo ſit rationa
bilis & præſcripta,quantū ad tollēdum ius canonicū:vt in c.
fin.de conſue.Quantum verò ad abrogationem iuris ciuilis,
nō oportet eam eſſe præſcriptam: ſed ſufficit populi tacitus
conſenſus:quia ſeculares hebent ius condendi legem etiā cō
trariā legi Imperatoris ab ipſo Imperatore.l.omnes populi.
ff.de iuſti.& iure.ideoq; poſſent inducere cōſuetudinē. Non
autem ſic eſt circa ius canonicū:ſed oportet cōſuetudinē eſſe
præſcriptā,& nō eſſe tale ius quod præſcribi non poteſt. Vñ
quia laici nō poſſent præſcribere ſpiritualia,nō poſſent etiā
inducere cōſuetudinē,quæ ſcilicet ſit lex.c.Meſſana.de elec.
etiam ſi nō eſſet memoria de eius initio:vt no. Io.An.in c.ij.
de præbē.lib.vj.Si verò conſuetudo præceſsit,& lex cōtraria
ſequitur:tenet Bar.quòd conſuetudo legē nō vincat: ſed per
legem ſequentem tollatur.allegās l.ij.ff.de ſepul. viola.dicit
tamen,Canoniſtas tenere oppoſitū:& videtur caſus in cōtra-
rium in c.j.de conſti.lib.vj.vbi dicitur,quòd lex Papæ nō tol
lit cōſuetudinem rationabilem certi loci cōtrariā: niſi de ea
fuerit mentio facta:quia Papa nō præſumitur tales cōſuetu
11 dines ſcire.Ex†quo infero quòd ſi ciuitas faciat ſtatutū con-
tra ſuam conſuetudinem:tollitur conſuetudo, licet de ea mē
tio non fiat:quia ciuis præſumitur ſcire ſuam cōſuetudinē:vt
notatur in d.l.omnes populi.Vide etiam §.ſequenti.in princ.
12 ¶†Septimò quæritur,vtrū conſuetudo derogare poſsit legi
poſitiuæ etiam præceptiuæ?Et dicit Pan.in c.j.de treu.& pa.
ꝙ lex poſitiua etiā præceptiua nō obligat ad peccatū,ſi rece
pta nō fuit moribus vtentiū,vel ſi abijt in deſuetudinē.quod
etiam tenet Goſ.Inn.& Hoſt.in Sū.licet in d.c.j.ipſemet con
trariū tenuerit,motus,quia lex præceptiua à principio liga-
uit contrauenientes ad peccatū:& conſequenter ꝑ nō obſer-
uantiam non tollitur eius diſpoſitio:quia tempus nō eſt mo-
dus tollēdi obligationē.Alij verò diſtinguūt:quia in legibus
apponentibus pœnas ipſo facto nō habet locū cōſuetudo cō
traria:cū ſtatim cōtrafaciendo inciderint in pœnā & in factū
damnatū.xxiiij.q.j.audiuimus.ſecus in his quæ mādāt pœnas
infligi.Dominus autem Anto.diſtinguit,quia ſi emanauit in
fauorē priuatū,conſuetudine tollitur:ſicut pacto,& renuntia
tione.d.l.de quibus. Si autem emanauit in Dei honorem,aut
fauorem publicum:non ligat ſi ſubditi non obſeruauerunt,
ſciente & conſentiente ſuperiore:nec alia præſcriptio requi-
ritur:quia nō videtur velle quòd ſua lex vinculum inijciat:ſi
autem ignorat contraueniendo peccat.Sed contra iſtos vide
tur tex.in d.c.fi.de conſue.habens quòd conſuetudo rationa-
bilis & præſcripta tollit omnem legem humanā: nō quia eā
tollat priuatus:ſed ſuperior in hoc quod ſic ſtatuit. Vnde di-
ſtinguo & dico,quòd talis lex non ligat,ſi nunquam fuit ſer-
uata,ſciente & non contradicente ſuperiore,cùm poſſet:nec
requiritur ad hoc tempus præſcriptionis: ſed ſufficit binus
vel trinus actus in contrariū:qa nō agimus hic de præſcribē-
do contra legem:ſed de impediendo vinculum eius,ne liget,
mutato ſuperioris conſenſu:quod per binū vel trinū actū cō-
ſtat.Si autem aliqui ſeruauerunt, & aliqui non in loco eodē,
non excuſantur nō ſeruantes:vt in c.cū iandudū. de præben.
quod intellige ſi ſint pars minor: quia tunc locū habet illud
multa per patientiā tolerantur,&c.Si verò ſuperior ignorat:
præſcriptio & rationabilitas cōſuetudinis ſimul legē tollit,
non alterū tantū.Nec obſtat quòd nō ſeruantes in principio
peccauerint:tum quia hoc nego, quādo ex rationabili cauſa
moti ſunt:tum quia ſaltem non peccauerunt ſucceſſores pri
mò peccātiū:quia exiſtimare potuerūt anteceſſores rationa
biliter motos.In conſuetudine autem inducenda in ſacramē
talibus,requiritur tacitus conſenſus Papæ: aliter nō ligat:vt
voluit glo.notabilis in c.vir.de ſecun.nup.hæc Pan.Adde ſe-
cundū Fran.de Are.conſi.xj.& Car.in c.j.de treu. & pa.quod
ſi ſtatutum ſuperioris non recipiatur à ſubditis, ſed cōtrariū
ſeruetur eo ſciente & non contradicente: tollitur ſolùm per
contrarium vſum ſine præſcriptione conſuetudinis. Et idem
ſentit Anto.de But.quem nō allegant:& idem Abb.in c.quia
circa.de conſan.& affi.ſi lex recipiat̃ à minori parte tantùm.
infrà,Lex.§.vj.¶Octauò†quæritur, vtrum non vſus inducat 13
conſuetudinem,& auferat legem?Et dicit Pan.in c.Ioannes.
de cle.coniu.poſt Io.And.quòd non,quando nō vſus non ha-
bet actum tacitum in ſubſtantia vel in forma contra diſpoſi-
tionem iuris:ſicut ſi per mille annos non accideret caſus her
maphroditi,non eſſet abrogata lex dicens,eum eſſe iudican-
dum ſecūdum ſexum præualentem.l.quæritur.ff.de ſtat.ho.
quia nihil actum eſt contra legem:ſicut etiam ſi paſſus dam-
num,agere noluit:non eſt abrogata lex concedens illi poſſe
agere actione legis Aquiliæ:nec contra illam inducta eſt cō
ſuetudo:quia lex ad vſum non neceſsitat,ſed dat agendi facul
tatem.Vnde concludit quòd in his,quæ ſunt meræ facultatis
non inducitur conſuetudo:quia in his caſibus nihil agitur cō-
tra legem punientem.Si verò nō vſus habet in ſe tacitum a-
ctum contra diſpoſitionem iuris: tunc inducitur conſuetudo
vt in d.ca.Ioannes.quia ibi non deferendo tonſuram cōmitti
videtur contra legem,quæ tonſuræ delationem iniungit.
¶Nonò†quæritur,vtrum conſuetudo poſsit abolere legem 14
diuinam aut naturalem?Et dicit S.Th.j.ij.q.xcvij.ad tertium
ſic:Nulla conſuetudo vim legis obtinere poteſt contra legē
diuinam aut naturalem:quia conſuetudo procedit à volunta
te humana:dictæ leges à diuina.hæc ex illo.Sed hęc intellige
ſanè iuxta mentem eius,j.ij.q.xciiij.art.iiij.& v.& q.xcv.ar.ij.
vbi habet ꝙ in lege naturali ſunt tria, ſcilicet prima princi-
pia,quæ nūquam deficiunt à rectitudine,vt nulli noceatur &
primæ concluſiones deficientes rarò deductæ ex illis princi
pijs:vt,non occides:& quædā determinationes quorundā cō-
munium à dicta lege deriuatæ: ſicut lex naturæ habet quòd
peccās puniatur:ſed quòd tali vel tali pœna puniatur,eſt de-
terminatio legis naturæ,quæ vt dicit in d.q.xcv. ex ſola hu-
mana lege habet vigorem.Vñ iſtas determinationes cōſuetu
do mutare poteſt,non autem primas concluſiones:ſed inter-
pretari ſolùm:vt infrà Papa.§. xvj. principia verò nec muta-
re nec interpretari poteſt.Et iuxta hæc intelligo dicta Cano-
niſtarum & Legiſtarum.Nam dicit Panor.in cap.ſin.de con
ſuetu.quòd conſuetudo valet contra Dei præcepta ceremo-
nialia,vt quòd tali tēpore immolaretur agnus:& iudicialia,
vt quòd furatus ouem redderet quadruplum: quantum ad
moralia autem,quæ ſunt de lege naturæ,vt non occides, nō
furaberis:conſuetudo poteſt diſtinguere,limitare,& augere,
ſi ratio naturalis ſuadet: nec erit peccatum tranſgredi:quia

præſumitur hoc voluiſſe ipſum Deum: cùm noluerit omnes caſus diſtinguere: ſed dederit regulas gñales, ſcilicet determinabiles & applicabiles ad multos caſus: & poſtea dedit vicario ſuo generalem authoritatem dicens, Quodcunq; ligaueris, &c. vbi autem nulla ratio naturalis ſuggerit ius diuinũ diſtinguere aut limitare: nec lex, nec conſuetudo valet: ideo etiam dicitur quòd Papa errare poteſt, quando diſponit contra ius diuinũ ſine cauſa. & ſic intellige text. in c. ſunt quidã.
15 xxv. q. j. ¶† Decimò quæritur, quare contra canones valeat conſuetudo, & non ſtatutũ: & quare laicis pſonis licet ſtatuere contra leges imperiales: non autem eccleſiaſticis cõtra canones põtificales? Et dicit Pan. in d. c. fi. iſtam fuiſſe rationẽ: quia ius ciuile finaliter tendit in bonum publicũ, & vtilitatẽ priuatorũ: vnde ſi populus vult ſibi præiudicare cõdendo legem: Imperator non curabit: quia poteſt populus in hoc renunciare fauori ſuo: vt in c. ad apoſtolicã. de regu. Item quia mores hominũ ſunt diuerſi: ideo voluit Imperator vt quiſq; populus poſſit facere cõtra legẽ, non tñ contra honeſtatem, nec contra principi reſeruata: ſed in præiudiciũ eorũ duntaxat. Ad quod d. l. omnes populi. & quod ibi no. Bar. Sed ius canonicum principaliter intendit dirigere homines in Deum: & venit ad bonũ publicũ eccleſiaſticũ. Vñ ſtatutũ cõtra edictũ ab inferioribus, præſumitur temerariũ & ambitioſum, & fini æterno contrariũ. Vñ noluit Papa dare poteſtatẽ ſtatuendi contra canones: conſuetudo tamen toleratur: quia cõſurgit ex tacito conſenſu: nec præſumitur ambitio tanta. Di
16 cit † tamen Bar. vnũ ſingulare per l. ſi hominem. ff. mãd. ꝙ ex cauſa vrgenti, & veriſimiliter nõ præuiſa à canone fieri põt ſtatutũ cõtra canonẽ: & multũ bene facit illa lex, vbi dicitur quòd ſi dedi mãdatum ſpeciale alicui vt aliquẽ ſeruũ manumittat: certè poteſt ꝓcurator generalis domini ex noua cauſa non conſiderata per dominũ interdicere procuratori ſpeciali, ne manumittat, veniẽdo cõtra mandatũ ſpeciale domini. Et ita in propoſito. Et per hoc dictũ & illã legẽ tene mẽti hoc ſingulare: quòd ex noua cauſa poteſt legatus generalis prohibere delegato Papæ ſpeciali ne ꝓcedat in cauſa ſibi cõmiſſa, quanquã in illa cauſa delegatus ſpecialis dicatꝰ maior generali: vt in c. ſtuduiſti. de offi. leg. Sed hoc admittitꝰ ex no-
17 ua cauſa non conſiderata per Papã. ¶† Vndecimò quæritur, vtrũ lex vel ſtatutũ habens annexã ſententiã excõmunicationis, tollatur per conſuetudinẽ? Et dico quòd, vt colligitur ex Card. in prologo cle. Inno. domino Ant. & Pan. in c. j. de treu. & pa. quidam tenent ꝙ contra facientes nõ excuſantur, etiã ſi eſſet ſolũ præceptiua: ex quo principio ligauit ad peccatũ. Sed quia hoc ſuprà ſolutũ eſt §. vij. ideo dic quòd cõtra facientes non incurrunt excõmunicationẽ: ex quo ꝑbinũ actũ factum eſt contra, legiſlatore ſciente & valente cõtradicere, & non contradicente: vbi autẽ ignorat, requiritur, ſecundũ aliquos, tempus xl. annorũ. ſi eſt ius canonicũ: ſed ſi eſt ſtatutũ epiſcopi, credo quòd ſufficiant x. anni, ante quos ligabuntur
18 pœna & culpa delinquẽtes ſine cauſa rationabili. ¶† Duodecimò quæritur, vtrũ conſuetudo excuſat à pœnis huius ſeculi. ſi ſit praua? Et dicit gl. in c. denique. diſt. iiij. quòd ſic, ſi conſuetudinis prauitatis nunquã eſt declarata per ius. Secus quo ad Deum. quod tñ intellige quo ad Deũ, ſi cõſuetudinis prauitas ſit ſcita vel ignorata ignorãtia craſſa: puta, cõtra ius naturale. xxxij. q. vij. flagitia. Secus vbi eſſet probabile dubiũ ſuper conſuetudinis validitate: quia tunc ignorantia legis non eſt peccatũ: vt in l. regula. ff. de iur. & fac. igno. & in c. cũ dilectus. de conſue. & quod no. Inno. in c. per tuas. de ſimo. & gl. in c. vno. de poſtu. præl. lib. vj. in ver. de cætero. ¶ Decimotertiò quæritur, vtrũ cõmunis conſuetudo propriè dicta obliget ſub peccato mortali? Et dico quòd quilibet tenetur ſeruare conſuetudinem ſuam: & non omnes obligantur ad vnam & eandem, etiam ſi eſſet Romanæ eccleſiæ vbi verſatur extra fidẽ & articulos eius, nec Papa mandat vt ſeruetur. Vide glo. in c. j. de ſum. Trini. lib. vj. & c. nolite. diſt. ij. facit c. qm̃. de ferijs. & ibi Pan. Vbi autẽ conſuetudo obligat: non ſemper obligat ſub mortali, quãuis ſit lex, aut habeat vim legis: qa nec omnis lex obligat ad mortale: ſed tũc ſolùm qñ ea intentione introducta eſt vt ſit præceptiua aut prohibitiua ſub mortali: quod ꝑpendi poteſt, qñ cõmuniter tenetur ab omnibus ſapientibus quod faciens contra peccet mortaliter. ¶† Decimoquartò quæritur, vtrum obligetur quis ſeruare conſuetudinem ſuã in his quæ liberè facit, ſiue vtrũ in his quę ſunt meræ facultatis inducatur conſuetudo, prout eſt ius priuatiũ & præiudiciũ facientis? Et dico quòd non, neque ex donatione merè facta: vt no. in l. j. ff. de ſeruitu. & ꝑ Cy. in l. ij C. quæ ſit long. conſue. & per Io. And. in c. j. de cler. coniu. & facit quod not. Inno. in c. bonæ. el ij. de poſtu. præla. vbi dicit quòd recepto de longe venienti, non acquiritur quaſi poſſeſſio, nec cõſuetudo, licet pluries fuerit receptus. & Bar. in l. cũ de in rem verſo. ff. de vſuris. & l. operas. ff. de oper. lib. dicit quòd licet ruſticus dederit vnum par caponum per decẽnium ex liberalitate, ſimiliter ſi iuit quis ad vnum molendinum, non inducitur conſuetudo: quia iſti actus ſunt meræ facultatis.

¶† Decimoquintò quæritur, vtrum obligetur quis in omni pacto ſeruare conſueta: ſiue vtrum in omni pacto intelligat actum quod eſt conſuetum. Et dico quòd ſic: l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. tex. eſt in l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil. edic. ff. de aqua. plu. arcend. l. ſi prius. §. placuit. C. loca. l. licet. & ff. de leg. commiſſ. l. iiij. quę incipit, ſi fundus. argu. ff. de præſcrip. verb. l. ſi tibi. propter quod dicit Bald. in l. liberto. C. de oper. libr. quòd qui conduxit operarios aliò non expreſſo, tenetur eis prouidere in expenſis & ferramentis ſecundum quod eſt conſuetum, & non aliter: allegans d. §. placuit. & Bart. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. re. dicit ꝙ ſi conſuetudo eſt quòd doctor legat per ſubſtitutum, intelligitur quòd iſtud poſſit, licet non ſit actum. ¶† Decimoſextò quæritur, vtrum obligetur quis ad ſeruandam conſuetudinẽ qua exigitur aliquod temporale pro ſpirituali? Et dico ſecũdũ Pan. in c. ſuam. de ſimo. quòd ſine ſimonia ex conſuetudine iſta exactio poteſt introduci, quando exactio non præceſſit conſuetudinẽ, ſed ex mera liberalitate & deuotione populi talis conſuetudo eſt introducta. facit c. ad apoſtolicam. de ſimo. vbi dicit compellendos ad laudabilem conſuetudinem obſeruandam. Si verò præcedẽns exactio dedit cauſam conſuetudini, non valet: quia habuit initium vitioſum. Et ſic intelligitur text. in cap. cum in eccleſia. de ſimo. bene ponderatus. Hæc tamen limita, vt infrà Simonia §. xj.

¶ Decimoſeptimò quæritur, vtrum obligetur quis ſeruare conſuetudinem aut ſtatuta, quæ in aliquibus ciuitatibus vigent: vt bona filiorum & vxorum, & etiam ipſi filij poſſint capi pro delicto fallentiæ, ſcilicet quando pater fallit ſeu cedit foro? Et dicit Panorm. in c. ex parte. de conſue. quòd hæc defendi poſſunt per caſum ſimilem in l. fi. C. de primipil. lib. xij. vbi bona vxorum & filiorum obnoxia ſunt pro culpa mariti primipilarij, id eſt, deferentis in bello prima pila, id eſt, prima tela, contra quem ſtatutum fuit: vt ſi quis huiuſmodi condemnatus quòd ſe prauè geſſiſſet in officio, nõ haberet vnde ſolueret, extendi poſſet manus ad bona vxorum & filiorum. quod ſtatutum fuit, quia propter eorum gemitus iſti ſuũ male gerebant officium: nam amore cõiugis & filiorũ homines ſæpe trahũtur ab illa fallentia. Sunt tñ, inquit, iniqua illa ſtatuta, quando quis ex neceſſitate inducitur ad fallẽdũ: ſed quia multi à propoſito fallunt, ideo emanarũt. An autem ceſſa-

te ra



te ratione ſtatuti, illud ſit obſeruandũ cũ tanta iniquitate & damno filiorum & vxorum. Pan. remittit ſe ad no. per Inn. in cap. quia plerique. de immu. ecc. ¶ Decimooctauò † quæritur,
22 vtrũ valeat cõſuetudo vel ſtatutũ quòd homicida vel ſimilis criminoſus puniatur pecuniariter, vbi diuino iure venit puniendus perſonaliter? Et dicit Hoſt. quòd non: quia hoc inducit pronitatem peccãdi. quod dictũ ſaluari poteſt per prædicta: quia ſcilicet papa nõ põt ius diuinũ vel naturale limitare aut mutare, vbi nulla ratio naturalis hoc ſuggerit. Vnde notãter dicit Abb. in c. fi. de conſue. nõ valere ſtatutũ vt liceat interficere interfectorẽ patris, vel percutientẽ in facie. Quod dictũ nota: quia facit contra ſtatuta permittẽtia cõſanguineis conſanguineos vindicare: quia videtur illicita. quod Ioã. And. in addi. Spe. videtur limitare quãdo ſtatuta dant hãc facultatẽ vt ex rãcore animi fiat vindicta. Secus ſi datur vt miniſtro legis ad faciendam iuſtitiam: quia ſtatutum poteſt illos cõſan-
23 guineos facere legis miniſtros. ¶ Decimononò † quæritur, vtrum in iudicio cõtentioſo ſit iudicandũ ſecũdum conſuetudinem, etiam cõtrariam iuri ſcripto, & ſecundũ quam? Et dico ꝙ gl. ſuper c. cõſuetudo. di. j. hoc pertractat. & Bar. Brix. tandem concludit quòd ſic, quãdo eſt rationabilis & pręſcripta. Adde verò tu quòd etiam ſi nõ ſit præſcripta, dummodo ſit à principe ſcita, & tolerata ſpõte: quia eo etiam caſu derogat legi. Ad quam autẽ conſuetudinem ſit recurrẽdũ, vtrum ad cõſuetudinem terrę aut loci prouinciarũ vicinarũ, aut Romanæ: reſpõdet deinde gl. ꝙ iudex, maximè delegatus iudicabit primò ſecũdũ canones: quibus deficiẽtibus iudicabit ſecundum leges: de no. ope. nun. intelleximus. & diſt. x. ſi in adiutoriũ. & deficiẽte iure iudicabit ſecundũ conſuetudinẽ generalem, vel particularem, ſi generalis deſit: licet tunc quidam dicant recurrendum ad Romanã: deficiente autẽ iure & cõſuetudine, procedet de ſimilibus ad ſimilia. xx. diſ. de quibus. ff. de leg. b. l. non poſſunt. oĩbus autẽ deficientibus, ad Romanã cõſuetudinẽ procedet: vt ff. de leg. & cõn. de quibus licet ſit argumentũ, quòd ad conſuetudinẽ vicinarum prouinciarum ſit recurrendũ: extra de cen. ſuper eo. ¶ Viceſimò quęritur ſecundum quã cõſuetudinem iudicandũ ſit iudici delegato, eſt alia & alia delegantis, rei & actoris? Et tandẽ dicit gl. ſuper c. illud. di. xij. iudicandum eſſe ſecundũ conſuetudinem delegantis, quando litigantes ſe ſpõte ſubijciũt alicui, vel petunt delegatũ: & ſecũdum conſuetudinẽ litigantium, ſi datur inuitis: & potius rei quàm actoris: quia ſcilicet fauorabilior eſt reus. quod Arc. ibi limitat verũ, niſi in duobus caſibus. Primò, cum actoris cõſuetudo eſt magis conſona iuri & veritati. Secũdò, ſi magis abſolutionem quàm condemnationẽ adducit: quia magis ſequendũ eſt quod conſonat veritati. nego. tij. ij. q. vij. iudicẽt. & promptiores eſſe debemus ad abſoluẽdũ. xxxv. q. ix. veniã. Melius tamẽ diſtingui poteſt, vt in d. glo. ſubiungitur. Nam ſi iudex per appellationem obtinetur: delegatus ſequi debet cõſuetudinẽ loci, à quo appellatur: quia iudex appellationis tenetur ſequi conſuetudinem prioris ſententiæ: vt in authen. vt cum de ap. cog. in prin. col. viij. Si autẽ ſine appellatione iudex impetretur, ſequẽda eſt cõſuetudo delegãtis ar. ff. de cond. & demon. ſecundũ Io. ſed ſecundũ Bar. Brix. iudicabit ſecundũ conſuetudinem rei: cũ actor forũ rei ſequatur. de fo. cõpe. cum ſit generale. niſi ratione cõtractus vel maleficij ſit factus de foro alterius: quia tunc ſeruabitur cõſuetudo loci vbi cõtraxit vel deliquit. di. viij. quæ cõtra morem. & de fo. compe. c. fi. ¶ Viceſimoprimò † queritur, vtrum
24 iudicare poſſit ſecundũ conſuetudines & ſtatuta iudex arbiter, in quem compromiſſum eſt vt ſecundum iura pronũtiaret? Et dicit Gui. de Suza. in q. ſtatutorum fuiſſe determinatũ quòd nõ, ſaltem ſi illa ſint iuri cõtraria: quia appellatione iuris intelligitur iuris cõe Romanorum. Inſt. de iur. na. gen. & ci. Sed contrariũ tenuit domin. Ant. in c. Quintauallis. de iureiur. & hoc Pan. placet: qa cõſuetudo eſt quoddã ius nõ ſcriptum. Itẽ quia cũ nõ ſimus in materia odioſa, verba generalia debent verificari in qualibet ſpecie contenta ſub genere. de reſcr. ſciſcitatus. Cõſuetudines aũt & ſtatuta ſunt iura quędã. Addo ego tertiò quia etiã ipſa populorũ ſtatuta & conſequenter cõſuetudines, quæ ſunt cõtra aliquod ius cõmune Romanũ, ſunt ſecundũ aliud, id eſt ſecũdũ legẽ, omnes populi. ff. de iuſti. & iure. quæ lex cõcedit populis poſſe condere ſtatuta cõtra legem. Qui autẽ poſſunt condere aliquid per ſtatutũ, poſſunt & per cõſuetudinẽ: vt patet ex dictis. Ad rationem verò in contrariũ & ſimilia, dici poteſt quòd loquuntur quãdo de vnico iure diſpoſitio eſt intelligenda. Vel dico ego ꝙ loquũtur de principali ſpecie iuris: quia illa eſt ius Imperatoris: iura verò ſpecialium populorũ ſecundo loco ſunt iura.

¶ Viceſimoſecundò quæritur, quæ differentia ſit inter cõſuetudinem & præſcriptionem? Et dico ꝙ ſecũdũ Hoſ. ſunt ſex.

¶ Prima, quia præſcriptio locum habet in rebus mobilibus, corporalibus & incorporalibus. de præſcri. auditis. & in c. ſeq. conſuetudo verò in incorporalibus tantũ: vt in ſeruitutibus, iuriſdictionibus, electionibus, & huiuſmodi. ¶ Secunda, quia præſcriptiõe acquiritur ius ſingulari & priuato: ſiue illud ius ex publico ſiue ex priuato trahatur: vt dicit Pan. in d. c. fi. conſuetudine verò nõ acquiritur ius magis iſti quàm illi: nec alicui priuato, ſed publico: etiam ſi trahatur ex priuato, ſecundũ Panor. vt in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cõ. præ. vbi patet induci poſſe conſuetudinem, ꝙ quiſque poſſit dato pretio effodere lapides ex fundo alterius. ob quã l. idem Pan. in c. dilecti. de arbi. infert ad quęſtionem, vtrũ induci poſſit cõſuetudo vt nobiles alicuius caſtri poſſint incidere ligna, vel animalia paſcere intra limites alterius caſtri vel in fundo alterius caſtri, vel in fundo alterius? Et dicit ꝙ ſic, dũmodo cõſuetudo nõ ſit inducta per violẽtiã. ad quod c. ſuper quibuſdam. de verb. ſign. quia quemadmodum præſcribi vel acquiri poſſet tota res: ita & vſus rei. Sed hæc videtur repugnare dictis ſuprà §. xiij. & §. xiiij. de his quæ ſunt merę facultatis: niſi dicatꝰ ꝙ ibi erat ſermo de actibus: vt eſt, dare: hic verò de paſſionibus: vt eſt, permittere. ¶ Tertia, quia in pręſcriptione exigitur titulus & bona fides. de pręſcr. ſi diligenti. in conſuetudine verò nõ requiritur titulus, ſed ſolùm tẽpus. ff. de vſur. l. cũ de in rem. & in d. l. de quibus. ¶ Quarta, quia pręſcriptio & priuilegiũ nõ cõcurrunt. de fi. inſtru. inter dilectos. §. cęterũ. de pręſcri. veniẽs. cõſuetudo verò & priuilegiũ bene concurrunt. extra eo. cũ dilectus. & de ver. ſi. abba. ¶ Quinta, quia præſcriptio eſt excluſio actionis ſiue petitionis: cõſuetudo verò eſt actionis ſiue iuris acqſitio. de ele. cõſtitutus. & c. in Geneſi. in fi. licet & ipſa poſſit negatiuã reſpicere, vbicũq; probari poteſt, ſcilicet ꝙ tale qđ fieri nõ debeat. ar. de ele. cũ eccleſia Vulterana. & in Sum. Cõfe. li. ij. ti. v. q. cc. viij. ¶ Sexta, quia cõſuetudo erronea nihil iuuat. Secus verò in pręſcriptione: quia titulus putatiuus, & ſi verus nõ ſit, dum tamẽ probabilis error excuſet, dat cauſam præſcribendi. ff. pro ſuo. l. vlti. Vtrum cõſuetudo inducat excommunicationem. j. Excõmunicatio primo. notabili j. in fi.

## De Contemptu.

1 *Contemptus à Contemno dictus, aut negatiuè, aut poſitiuè ſumitur: etiã ſi ad legem referatur. Et idem aut actualis eſt, aut habitualis, & interpretatiuus dicitur: Et ibidẽ de vnoquoque.*

2 *Cõtẽptu num is peccare dicatur qui ex aliqua cauſa cõtra legem frequẽter agit, aut eius trãſgreſſionẽ in cõſuetudine habet.*

3 *Contemptus omnis, an mortale peccatum ſit?*

CONTEMPTVS † à cõtẽno dicitꝰ: qđ eſt, nõ appꝛtio, vel 1
nõ magnifacio. qđ dupliciter cõtingit. Primò, negatiuè

ſeu contradictoriè,quãdo ſcilicet aliquis de aliquo nõ habet
curam vel æſtimationem,nullam tamẽ irreuerentiã aut iniu
riam irrogans.Secundò poſitiuè ſeu cõtrariè,cum ſuppoſita
tali non æſtimatione,irrogatur irreuerẽtia vel iniuria verbo
vilificando:aut factis non obediẽdo,vbi obligatur:ſicut etiã
albedini negatiuè opponitur nõ albedo:& cõtrariè nõ albe-
do,quæ eſt nigredo:& pręceptum de dilectiõe proximi quis
tranſgreditur negatiuè non amando,& poſitiuè odiẽdo.Igi-
tur cõtemptus legis,de quo loquimur dupliciter dicitur. Pri
mò ſcilicet propriè ſiue poſitiuè:& ſic eſt volũtas trãſgredi-
endi legem,ex hac ſola cauſa,quòd quis nõ vult ſubijci legi.
Secũdò impropriè ſiue negatiuè:& ſic eſt volũtas trãſgredi-
endi legẽ ex aliqua alia cauſa,puta ex concupiſcentia,vel,ira,
vel ignorantia,aut conſuetudine:quomodo omnis peccator
Dei legẽ cotemnit.Et ſi adſit intentio cõtinuandi tranſgreſ-
ſionem,dicitur cõtemptus interpretatiuus.de quo infrà,Re-
ligio.j.§.iij.& §.xij.Iuxta hęc intelligo S.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.
ar.ix.ad tertiũ,ſic dicentem:Tunc committit aliquis vel trãſ
greditur ex contemptu,quãdo voluntas eius renuit ſubijci or
dinationi legis vel regulæ:& ex hoc procedit ad faciendũ cõ
tra legẽ vel regulã.Quando autẽ econtrario propter aliquã
particularem cauſam,puta cõcupiſcentiã,vel iram,inducitur
ad aliquid faciendum cõtra ſtatuta legis vel regulæ:nõ pec-
cat ex contemptu,ſed ex aliqua alia cauſa, etiã ſi frequenter
ex eadẽ cauſa vel alia ſimili peccatũ iteret:ſicut & Aug. di-
cit in lib.de natura & gratia,quòd nec omnia peccata cõmit
tuntur ex cõtẽptu ſuperbiæ:frequentia tamẽ peccati diſpo
ſitiuè inducit ad cõtemptum:ſecũdũ illud Prouerb.xviij.Im
pius cùm in profundum venerit peccatorũ,contemnit.Sed &
Colle.in c j.de conſti.cõcordat dicens quòd contemptus eſt,
quando ex ſola volũtate nõ vult quis ſubijcere ſe ſtatuto,vel
obedire præcepto. Sed ſi quis trãſgreditur præceptum ex cõ
cupiſcentia,ira,vel negligentia,aut alia particulari cauſa,nõ
peccat ex cõtẽptu.Et idẽ tenet Stepha.vt refert Card.in cle.
eos.de ſepul. & facit c.excellẽtiſsimus.xj.q.iij.vbi ponit aliud
eſſe,peccare ex neceſsitate:aliud,ex ignorantia:aliud, ex con
temptu.De vtroq; cõtemptu tangit S.Tho.in de ma.q.ij.ar.j.
ad decimum,dicẽs:Nõ ſolùm in omiſsione,ſed nec etiam in
trãſgreſsione ſemper eſt neceſſariũ quod ſit actualis contẽ-
ptus,ſed contẽptus quidã habitualis & interpretatiuus : quia
ſcilicet interpretamur aliquem cõtemnere,qui nõ facit quod
iubetur,vel facit qđ prohibetur.hęc ibi. Et interp̃tatiuus ma
ximè locum habet,vbi adeſt intẽtio tranſgreſsionis in poſte-
2 rum,& continuitatis prædictę.¶ Primò † verò quæritur,vtrũ
is,qui ex aliqua cauſa agit contra legẽ frequẽter,ſiue habens
trãſgreſsionem in conſuetudine,peccet ex contemptu?Et di
co quòd ſic,ſecũdũ Collectariũ.Oppoſitũ tamẽ tenet do.Io.
de tur.cre.dicens,hoc poſſe eſſe ex fragilitate & negligẽtia.
Sed dico quòd prima opinio eſt vera de primo cõtemptu ne-
gatiuo & improprio:& ſecundò etiã de contrario & proprio
quantum ad pręſumptionẽ ſeu interpretationẽ, ſed nõ quan-
tum ad veritatem.diſponit tamen conſuetudo ad cõtemptũ:
vt no.S.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.ar.penult.ad vltimum.¶ Secundò
3 † quæritur,vtrum ſemper ſit mortale peccatum omnis con-
temptus?Et dico quòd contẽptus negatiuus eſt peccatũ mor
tale,ſi Dei lex quã violat,eſt præceptiua,vt patet: aut venia-
le,vel nullum,ſi eſt conſultoria tãtum: quia talis cõtemptus
ex ſe nõ irrogat iniuriam legi:ſed ſolùm ratione eius quod
mãdatur fieri vel omiti.Contemptus aũt poſitiuus & cõtra-
rius ſi ſit cõtra legẽ Dei,& cuiuſq; potẽtis de iure præcipere,
ſemp eſt mortale:& omnis tranſgreſsio ex tali contẽptu eſt
ſemper mortalis de ſe,quantũcunq; aliàs eſſet venialis:qa ta
lis contẽptus eſt formaliter ſuperbia:vt infrà diceť:poſſet ta-

*Contemptus interpretatiuus.*

men eſſe veniale peccatũ ratione motus indeliberati. Et iſte
eſt contẽptus,de quo principaliter loquũtur cõſtitutiones or
dinis Prędicatorum,dicẽdo quòd nõ obligant ad culpã,niſi
ratione pręcepti vel contemptus:quanquam illud dictum ſit
verum,fortè etiam de cõtemptu negatiuo,quo quis ex maxi
ma indeuotione ſtatuta ordinis nõ magnifacit:ſed tunc cul-
pa non eſt mortalis.¶ Tertiò † quæritur,vtrũ peccet morta-
liter qui ex contemptu facit contra exhortationẽ ſuperioris?
Et quantũ ex doct.colligi põt,dico quòd aut facit cõtra,quia
authorem contẽnit & negat:& ſic mortaliter peccat,quia cõ-
temptus eſt poſitiuus,qui grauior eſt contra ſuperiorẽ quàm
contra legẽ,cum qua mitius agitur quàm cũ legis miniſtro,
ſecundũ iura.l.Celſus.de arb.gl.in c.dolentes. de cele. miſſ.
gl.in c.propter.xviij.di.& qui vos ſpernit,me ſpernit.Luc.x.
Et talis tranſgreſſor vltra mortale puniri debet vt hęreticus,
ſi ille ſuperior ſit papa:vt dicit gl.in c.generali.de elec.lib.vj.
& Pan.in cle.j.de æta.& quali.& eſt infamis:vt no.glo.vj.q.j.
infames.Et talis contẽptus eſt laqueus magnus religioſis diſ-
ſolutis & indeuotis, & multùm ſe æſtimãtibus.Si verò nõ cõ
temnit authoris poteſtatẽ,ſed obſeruantiã cõſilij & exhorta
tiõis:peccat venialiter ſolùm,ſi cõſiliũ eſt reuerentiæ:puta,
qa prelatus nõ vult pręcipere,ſed cõſulere,& tamẽ ſubditus
deberet facere,ſed nõ teneť neceſſariò: vt ſi moneat feruen-
tius ſurgẽdũ eſſe ad vigilias matutinas.Si aũt cõſiliũ ſit neceſ
ſitatis: licet fortè ꝓpter ſcãdalũ præcipere nolit:vt quia mo
net cauendas eſſe cõuerſationes ſcandaloſas:aut nõ eſſe era
gãda latẽter bona monaſterij:ſic mortaliter peccat:vt no.in
c.ad aures.& in c.ſi.de tẽp.or.Sed ſi cõſiliũ ſit perfectiõis:vt,
quia monet facere quæ ſine culpa pñt omitti: puta, graues
diſciplinas,& longas contẽplationes,nõ peccat etiã veniali-
ter:vt no.Arch.in c.teſtamẽtũ.di.vj.& di.xxv.§.aliàs.Et ſic in-
tellige glo.& iura quę allegat in d.c.generali.& Gemi.ibi.

## De Contentione.

1 *Contẽtio,quæ in ſermone cõtrarietatẽ ac cũ alio in collocutione*
*pugnãtiã innuit,put variè ſpectatur,ita varia & multiplex.*
2 *Contentio ex parte contendentiũ,quomodo triplex efficiatur?*
*Et ibidẽ Ambroſij definitio. Et quæ cũ peccato fiat,& quæ non?*
3 *Contentio æmulationis, quomodo peccatum ſit? Et nunquid*
*mortale ſit? Et quòd exterminandi forent, qui beatum Domini*
*cum, aut Franciſcum,amplius diligunt,quàm Ieſum Chri-*
*ſtum: vt qui totius Chriſtianitatis correctionem impediant.*
4 *Contentio diſputationis , quanquam laudabilis eſſe poteſt , in*
*mortale tamen tripliciter incidere ſolet? Et quid de contentione*
*litigioſa? nume.5.*
6 *Conſtitutiones religionum contentiones punientes, de qua con*
*tentione loquuntur?*

CONTENTIO † importat cõtrarietatem in locutiõe,
ſicut diſcordia in volũtate quo ad intentionem vel mo
dum,ſecũdũ S.Tho.ij.ij.q.xxxviij.ar.j.Et omiſſa ea quæ dici-
tur metaphoricè,& eſt color rhetoricus, dupliciter diſtingui
poteſt,ſcilicet ex parte contendentiũ,& ex parte materiæ de
qua contenditur.Sed loquendo & diſtinguendo ex parte con
tendẽtium eſt triplex:vt patet ij.ij.q.xxxviij.arti.j.ſcilicet im
pugnatio veritatis ſcitę,cum modo indebito,vt cũ clamore,
vel huiuſmodi:& impugnatio falſitatis cum modo indebito:
& falſitatis debito modo.Diſtinguẽdo verò ex parte mate-
riæ de qua cõtẽditur,ſimiliter eſt triplex.prima ſcilicet æmu
lationis:vt q̃ eſt efferẽtiũ diuerſos p̃dicatores, vel doctores,
ſeu præceptores,& hmõi.ſecũda diſputatiõis in ſcholis.tertia
litigationis in foro.¶ Primò † verò quęritur,quõ ſit pctm̃ tri-
plex cõtentio ſumpta ex parte cõtendẽtiũ?Et dico ꝙ prima
eſt bona:& ſecũda eſt cõtẽtio ſecũdũ quid,id eſt,ratione mo



di tantum:vñ & meretrices coram Salomone contendebant.
iij.Reg.iij.& tamen vna neceſſariò dicebat veritatem.& hæc
eſt peccatum veniale.Prima autẽ eſt contẽtio ſimpliciter:&
ab Ambro. diffinitur ꝙ eſt impugnatio veritatis cũ confidẽ-
tia clamoris.& ſecundũ S.Tho.eſt peccatum mortale. Vnde
& Apoſtolus eam ponit inter opationes carnis,quæ q agunt,
regnum Dei nõ conſequentur:vt patet Gal.v.Quod Arch.&
bene,intelligit qñ eſt de rebus importãtiæ:vt de ptinentibus
ad fidẽ vel bonos mores,vel vtiles doctrinas. Secus ſi ſchola
res contendant:an prædicamentalis ordo ſit realis nécne:vel
vtrum epiciclus Veneris maior ſit omni epiciclo planetarũ,
& huiuſmodi,quorũ ignorantia nõ eſt ꝓximo nociua graui-
ter.Vñ dicta cõtentio etiã ſi eſſet ſine clamore,eſſet peccatũ
mortale,quia eſt contra honorẽ Dei,& ꝓximi vtilitatẽ:licet
3 fortè tũc nõ haberet rationẽ cõtentiõis.¶ † Secũdò quęritur,
quomodo ſit peccatũ cõtentio æmulationis?Et dico ꝙ de ſe
non eſt mortale peccatũ:frequenter tamen eſt occaſio mor-
talium:vt detractionũ,& odiorũ, quæ ſequunť inter religio-
ſos.Vnde exterminandi eſſent iſti,qui plus beatũ Dominicũ,
aut beatũ Franciſcum diligunt quàm Ieſum Chriſtum,& re
ligioſi eis aures præbẽtes:quia iſti ſunt qui impediuerũt cor-
rectionem totius Chriſtianitatis,dum illorum diſcordiam ſe
4 minarunt & nutriunt. ¶ † Tertiò quæritur , quid de conten-
tione diſputatiõis?Et dico quòd poteſt eſſe laudabilis ad ex-
ercitium,cũ moderamine & reuerẽtia:licet hoc ſit rarò, niſi
inter condiſcipulos:& poteſt eſſe peccatũ veniale, ſi quis de-
fendat veritatem cum modo aliqualiter indebito, aut etiam
falſitatem nulli præiudicantẽ.& poteſt etiã eſſe mortale tri-
pliciter.¶ Primò,quia eſt contra veritatẽ Deo honorificam,
vel vtilem proximo:vt in ſpectãtibus ad fidem,aut mores,vel
vtiles doctrinas:puta medicinam . Vnde proculdubio nullus
ſine mortali ſuſtinere poteſt poſitionẽ Auerroys de vnitate
intellectus:quia pręiudicat ſaluti plurimorũ,qui inde efficiũ
tur increduli vel dubij circa hoc . Et idem dico de inq̃ſitori-
bus,q negligunt negligentia magna hoc prohibere: cũ poſ-
ſint,& ex officio teneantur . ¶ Secundò, qa eſt cũ modo ex-
ceſsiuè indebito,vel ſcãdalo magno:de quo certa regula da
ri non poteſt , niſi quando interueniunt contumeliæ vel op-
probria,& huiuſmodi,quæ cõſtat eſſe mortalia,maximè reli
gioſis ratione ſcãdali: licet fortè interdũ intẽtio nõ ſit mala.
¶ Tertiò,ratione materiæ ꝓhibitæ diſputari publicè : cuiuſ-
modi ſunt pertinentia ad fidem,niſi diſputetur à doctis in ne
ceſsitate cõtra infideles:vel ſine neceſsitate cũ fidelibus,quã
do veriſimile eſt nullum aſtantiũ inde effici dubium: ſicut ſi
ponantur concluſiones de creatione vel æternitate mũdi ab
eo qui ita gratioſè ſolet diſputare:vt reſponſiones ſint æquè
vel magis efficaces quàm argumentationes.Et cõcord.Alex.
de ales.xxij.de cõtentione,dicens quòd contentio verbalis in
his,in quibus nullum eſt periculũ , facta ex quadam leuitate
5 non eſt peccatum mortale.¶ † Quartò quæritur, quid de cõ
tentione litigatiõis? Et dico quòd poteſt eſſe peccatũ morta
le tripliciter.¶ Primò,ratione iuſtitiæ:puta,quia eſt cõtra iu
ſtitiam:& de hoc non eſt dubium ,ſi fiat ſcienter vel ex igno-
rantia non excuſante. ¶ Secundò,ſi ſit pro iuſtitia:ſed nimis
prolongetur ad exhauriendas facultates clientulorum:& de
hoc etiam non eſt dubium.¶ Tertiò, ratione ſcandali actiui,
6 ſiue puſillorum:de quo infrà Scandalum.x.§.ij. ¶ † Quintò
quæritur,de qua contentione loquuntur religionũ conſtitu-
tiones punientes grauiter contentiones? Et dico quòd nõ lo
quuntur de ea quæ de ſe eſt mortalis:quia illæ nõ prohibent
prohibita diuino aut naturali iure nihil commemorãdo: ſed
de ea quæ eſt etiam cum veniali peccato ſolùm quia intẽdũt
tanquam finem reuerentiam & ſubiectionem debitam ad
prælatos:quæ eſſe non poſſet,ſi etiam veritas clamoſè, aut
deſpectiuè,ſeu deriſoriè defenderetur.

¶ CONTESTATIO litis,infrà Lis.§.ij.

## De Contractu & Quaſi contractu.

1 *Contractus, à verbo contraho dictus, quod à cõ & traho coale*
*ſcit iuris nomẽ eſt, & ibidẽ ipſius, & quaſi cõtractus definitio.*
2 *Cõtractuũ ſpeciẽ triplicẽ eſſe, de quibus ſpeciatim hic traditur.*
3 *Contractus bonæ fidei quinam ſint, & qui ſtricti iuris? Et cur*
*bonæ fidei dicantur?*
4 *Cõtractus, quinã ſint, in quibus dominiũ trãsferať, aut id mi-*
*nimè? Et ibidem , qui contractus inter ſe correſpondeant, &*
*vicini ſint?*
5 *Contractus aut nominati ſunt, aut innominati. Et hi quorum*
*naturam ſequantur?*
6 *Contractus appellatione, quid veniat, & quomodo contraha-*
*tur? Et vnde vim contractus ipſi deſumant? Et ibidem, depoſi-*
*tarius ſecundum iura, ad quid teneatur?*
7 *Contractus iuxta loci conſuetudinem, geri dicuntur: ex quali-*
*tate tamen & natura contractus verba contra propriam ſigni*
*ficationem accipiuntur?*
8 *Contractum emptionis, vel alium quoq; in alterius arbitrium*
*collatũ ſi ipſius pſona incerta ſit, nõ valere. Et huius limitatio*

CONTRACTVS † ex cõ & traho dictus eſt, quoties di 1
ſtãtia in vnũ adunanť:& eſt nomẽ iuris,qñ illa quæ adu
nantur,ſunt volũtates:& id in quo adunanť,eſt aliquid pecu-
nia menſurabile,& cũ obligatiõe:nomẽ verò facti,qñ obliga
tio nulla naſciť.l.Labeo.§.cõtractũ.ff.de ver.ſig.& ibi p Bar.
Eſt autẽ cõtractus ſcđm Veruec.vltro citroq;,id eſt, hincin-
de,vel ex vtraq; pte obligatio,ex volũtate ptiũ ſurgẽs.Qua-
ſi cõtractus aũt eſt obligatio,nõ qdẽ veniẽs ex cõtractu, aut
maleficio,vel q̃ſi:ſed qua qs obligať alicui ex aliquo officio
vel facto licito & honeſto:licet nõ interuenerit expreſſa vo-
lũtas vtriuſq;:vt tutela,vel cura,aut negotiorũ geſtio, & hu-
iuſmodi:qa licet pupillus habẽs tutorẽ,aut furioſus habẽs cu
ratorẽ,aut is,cuius ignorãter gerit qs negotiũ, non expreſsè
cõtraxerit:tñ tutor,curator,& negotiorũ geſtor,obligantur
quaſi cõtraxiſſent.Et de his Inſti.de obli.per totũ.& in tit.de
obli.quę ex quaſi cõtra.naſ.p totũ.De cõtractu ſub cõditiõe,
ĩ.Matrimoniũ iij.p totũ.Quomodo etiã dolus annullet con-
tractũ,ĩ.Culpa.§.vj.&vij.¶ † Primò verò quæriť,quot modis 2
ſumiť cõtractus:Et dico Bal.notare triplicẽ eſſe cotractũ,ſci
licet ꝓpriũ,impropriũ,& improprijſsimũ.¶ Primus,eſt qñ vl
tro citroq; naſciť obligatio.§.cõtractũ.in l.Labeo. prælle-
gata.vt in emptiõe & locatiõe.¶ Secũdus, eſt qñ ſolũ vna ps
obligať:vt in donatione ſolus donãs obligať ad tradendũ,&
aliquãdo de euictione:vt no.in l.Ariſto.ff de don.cauſa mor.
Et in mutuo,ſolus recipiẽs obligatur ad tantũdẽ reſtituẽdũ.
ff.ſi cer.pet.l.ij.Et in ſtipulatione,qñ ſolùm vna pars obliga-
tur.Et ita intelligitur glo.Inſti.de diui.ſtip.§.cõuentionales.
quæ eſt ſuper verbo,cõtrahẽdarũ. ¶ Tertius eſt,qñ ex nulla
parte oritur obligatio:ſed potius diſſoluitur obligatio facta:
vt eſt trãſactio facta nudo pacto, ex qua nõ agitur ante con
plemẽtũ cõditionis.de quo Sali.in l.ſiue apud acta.C.de trãſ-
act.Vt etiã eſt liberatio p acceptilationẽ, id eſt imaginariã,
ſiue fictã & nõ verã ſolutionẽ,qua quis ſimulat ſibi debitorẽ
ſoluiſſe.Inſti.qui.mo.tol.obl.§.j.& in l.vbi pactũ. C.de trãſa.
p Bar.¶ † Secũdò quæritur,qui ſunt cõtractus bonæ fidei, & 3
qui ſtricti iuris? Et dico ꝙ bonæ fidei contractus ſunt em-
ptio,venditio,locatio,cõductio,mandatũ,depoſitũ, ſocietas,
pignus,cõmodatum,& permutatio: qui dicuntur ideo bonæ
fidei,primò quia ſi dolus cauſam dedit,nõ tenẽt:ſecũdò,qa ve
niũt vſuræ ex mora:& iudex æſtimare põt ex bono & æquo

quid venit recompēſandum,vel reſtituendum.Non ſic in cō-
tractib⁹ ſtricti iuris:vt ſtipulatio,mutuū,& ſimilia:& de hoc
infrà Dolus.vide gl.in §.actionū.Inſti.de act.Et adde,ꝙ con-
tractus ſtricti iuris ſtrictiſsimè ſunt interpretādi.l.quicqd ad
ſtrigēdæ.ff.de verb.obl.& ꝙ in contractibus verba interpre-
tāda ſunt cōtra ꝓferentē,qñ ſunt dubia.l.veteribus.ff.de pac.
4 Debuit eñ apertius legē dicere. ¶† Tertiò quærit̃ q ſunt cō
tractus,in qbus transfert̃, & in qbus nō trāsfertur dominiū?
Et dico,ꝙ in rerū trāſlatione de ꝑſona in perſonā, quatuor
modis dominiū transfert̃. Primò ſcilicet,ꝑ donationē libera
lē, id eſt,ex qua nō expectat̃ retributio alicuius menſuralis
pecuniæ,quę dicitur donatio.Scđò,ꝑ donationē illiberalem,
qua ſcilicet expectatur aliqd tale:& qđ fit multis modis.Pri-
mò,in ꝑmutatiōe,cū trāsfertur dominiū rei vtilis ꝓ alia re
vtili:puta,frumēti ꝓ vino,vel pāni pro lana:quæ omnia vul-
go dicunt̃ barratti: vel pecuniæ aureæ ꝓ argētea, qđ cābiū
dicitur. Secūdò,in emptione,quæ eſt permutatio pecuniæ cū
re vtili,& vēditione,quæ eſt permutatio rei vtilis cū pecunia.
Tertiò,in mutuo,quod eſt ꝑmutatio pecuniæ cum pecunia,
cū tēporis expectatiōe,ꝑ quod trāsfertur dominiū pecuniæ
in accipientē mutuū.Et omnes hi cōtractus ſunt liciti,ſi debi
tè fiant.¶ Sunt verò alij contractus prædictis quaſi reſpōden
tes,in quibus dominiū nō trāsfertur:ſed vſus rei tantūmodo.
Nam donationi reſpondet contractus dictus Cōmodatū:qđ
ꝓpriè eſt rei,quæ vſu nō cōſumitur penitus:puta, equi,libri,
domus.Permutatiōi verò rerū reſpōdet cōmodatio rerū mu
tua:vt cōmodo tibi equū meū,tu mihi bouē tuū:& licitū eſt
niſi in rebus quæ vſu cōſumūtur:qa nō licet cōmodare pecu-
niā,vel frumētū ꝓ equo:ſed eſt vſura:vt dicetur ĵ.vſura,j.Em
ptioni verò correſpōdet cōductio,& venditioni locatio:quæ
poſſunt eſſe de rebus nō cōſumptibilibus penitus ipſo vſu,tā
mobilibus,q̄ immobilibus:puta,agris ad affectū,vel ſub cer-
ta parte locatis. Mutuo verò aliqualiter aſsimilatur pignus.
5 ¶† Quartò quęritur,qui ſunt contractus nominati,& qui in-
nominati?Et dico,quòd nominati ſunt hi, qui habent nomi-
na propria,& eis ſolis cōuenientia,vt venditio,locatio,& hu-
iuſmodi:innominati verò ſunt quatuor,ſcilicet do vt des,do
vt facias:facio vt facias:facio vt des.Qui ideò dicuntur inno-
minati,quia eorum nomina poſſent alijs nominatis cōtracti
bus cōuenire.Et iſti ſequūtur naturā cōtractuū nominatorū,
quibus aſsimilant̃. l.naturalis.§.ſed ſi facio.ff.de præſcri.ver.
6 ¶† Quintò quæritur quid veniat nomine contractus? Et di-
co,quòd nomen cōtractus gñaliter prolatū,cōtinet tam no-
minatos quàm innominatos:vt eſt gl.ſuper ver.in ſuo nomi-
ne.in l.iuris gentiū.ff.de pact.& generaliter omne,ex quo na
ſcitur obligatio.l.ſi ab eo.ff.de leg.ij. quod intellige de vali-
dis.Sed ſi in ſtatuto fiat mentio de contractu:intelligitur de
propriè dicto tantū:quia verba ſtatutorū ſunt ꝓpriè intelli-
genda.l.j.§.ſi igitur quia nauē.ff.de exerci.ac.& hoc,niſi dice
ret omnem cōtractum:vt in gloſſ.§.contractum.præallega.
¶ Sextò quæritur,quomodo contrahatur?Et dico quòd qua-
tuor modis:re,verbis,literis,& cōſenſu.Inſti.de obli.in fin.de
quo dic vt infrà Obligatio.¶ Septimò quæritur, vtrū cōtra-
ctus trahāt virtutem obligatiuā ſolùm à lege? Et dico quòd
non,ſed ex pactis quę,ſecundū vulgares,frangunt leges:vnde
contractus ex conuentione legem accipere dignoſcuntur.de
re.iur.contractus.lib.vj. Vnde ſecundū iura,depoſitarius ſo-
lùm tenetur de dolo & lata culpa:tamen ſi interueniat cōuē
tio vt teneatur de leui & leuiſsima culpa,& caſu fortuito,illa
ſeruabitur.de depo.c.ij.Quod intellige de cōuentione hone-
ſta,& non contra bonos mores. Vnde ſi conueniatur vt præ-
ſtetur dolus:conuentio nō valebit,ſecundū Io. And. vt ff.eo.
8 l.contractus.¶† Octauò quęritur,vtrū contractus intelliga-
tur geri ſecundum conſuetudinem loci? Et dicit Pan.in cap.
cum M.de conſti.quòd ſic.no. Bar. in l.nemo eſt qui neſciat.
ff.de duo,re.ſti.& facit ſuprà Conſuetudo.§.xvj.Sed no.ꝙ ſi-
cut dicit glo.in l.ſi vno anno.in ver.ſed tranſactio.ff.loca.ex
qualitate & natura cōtractus verba accipiuntur cōtra ꝓpriā
ſignificationē:vt ibi donatio ꝓ tranſactiōe accipit̃.facit lex,
in lege.eo.tit.& no.de regu.iur.l.non videtur.& ita talia ſunt
prędicata,qualia ſubiecta eſſe oſtendūt,& ecōtra.xxxij.q.vij.
Apoſtolus.¶† Nonò quæritur,vtrū valeat cōtractus emptio-
nis,vel alius collatus in alterius arbitriū? Et dico quòd nō,ſi
perſona,in cuius arbitrium cōmittit̃,eſt incerta.l. ſi merces.
ff.loc.niſi in caſu,qñ ſimiliter fuit cōmiſſum in arbitriū bo-
ni viri:quia tunc intelligitur in arbitriū iudicis. l. vir bonus.
ff.iudi.ſol.& ſic videtur cōmiſſum in certam perſonā.Si verò
perſona,cui cōmittitur,ſit certa:tūc,licet varia ſit opinio in l.
in ementis.C.de cōtrah.empt.tamen dic ſecūdū do.Lucā de
Graſsis in l.ſi quis arbitratu.ff.de ver.obli.quòd ſiue ſubſtan-
tialia cōtractus cōmittantur in arbitriū certę perſonæ,puta,
pretiū in venditione,& ſimilia:ſiue accidētalia, puta,vēditur
ſeruus,ſi rationes reddiderit,& huiuſmodi:valet cōtractus,ſi
ille voluerit arbitrari:quia ſicut ſubſtātiale vltimæ volūtatis
pōt ferri in hæredis arbitriū.l.ſi ſic.ff.de leg.j.ita in cōtracti-
bus.l.ſeruū filij.§.eū qui.ff.de leg.j. Et pro hoc videtur caſus
in l.ſi libertus iurauerit.ff.de ope.li. vbi valet ꝓmiſsio liber-
ti facta de operibus ad arbitriū patroni.& ſi malè arbitratus
fuerit:cogi poteſt vt arbitretur ſicut bonus vir. Et ſic in pro-
poſito.Qui ſi arbitrari aut nō vult,aut non pōt:nō valebit,ſ.
ꝓtiū.Inſti.de empt.& vē. Si verò mortuus fuerit alter cōtra-
hentiū,ſi fuit cōmiſſum ſuꝑ cōtractu perficiendo,non pote-
rit arbitrari:ſi verò ſuper perfecto,nō expirat eius arbitrium:
ſed ſi contractus tranſit ad hæredem:ita & obligatio de ſta-
do arbitrio eius,ſecundum Bart.in d.l.ſi quis arbitratu.

## De Contritione.

1 *Contritio à contero dicta, quid importet: & quotupliciter ſu-
matur: & quid attritio innuat, & inter ſe qualiter differant.*
2 *Contritionis dolorē de peccato, quantū intenſiuè peccator habe-
re debeat? Et is dolor quotuplex ſit. Et quātū extenſiuè,nu.4.*
3 *Mors vltimū terribiliū: & qui mallet mori, quàm Deū mortali-
ter offendere, contritus eſt. Et ibidē quòd nimius dolor eſſe pōt.*
5 *Contritionis dolorem qualem teneatur, & debeat peccator ha-
bere? Et ibidem ſcrupuloſorum hominum reprehenſio. Et quid
quo ad contritionis principium ſufficiat?*
6 *Contritionis cauſa, & quis effectus ſit?*

CONTRITIO † à con & tero,ſecūdū nomē,importat
confractionē,vel cōminutionē alicuius frāgibilis vſque
ad minima:quaſi ſimul ex toto tritio.& metaphoricè ſignifi
cat deſtructionē ꝑfectā malæ voluntatis apperētis peccata:
quæ cōteri dicit̃,qñ ab eis ꝑfectè totaliter reſilit ꝑ diſplicen-
tiā.Et dupliciter ſumit̃.Primò,ſcilicet vt eſt actus virtutis,q
pœnitētia dicit̃:& ſic,ſecūdū Pet.& alios,eſt dolor,ſcilicet ꝑ-
fectus volūtariè aſſumptus ꝓ peccatis. Secūdò,vt eſt pars ſa-
cramēti pœnitētiæ habēs reuelationē ad alias ptes: & ſic eſt
dolor volūtariè aſſumptus ꝓ peccatis, cùm ꝓpoſito cōfitendi
& ſatisfaciēdi.Attritio verò,ſecūdū nomē importat cōminu-
tionem aliqualem alicuius frāgibilis:& metaphoricè ſignifi-
cat deſtructionem imperfectam malæ voluntatis:vt cùm do-
let de peccatis,ſed imperfectè,id eſt,non tantum quātum re-
quiritur ad gratiam diuinam acquirendam. Vnde in duobus
differunt attritio & contritio.Primò, quia attritio eſt dolor
imperfectus:contritio verò perfectus. Secundò, quia attri-
tio eſt ſine gratia , quaſi non remittens peccatum, ſecus
de contritione. Vnde comparantur ſicut aurora & me-



ridies.Non quaſi vnus numero actus,qui eſt attritio,fiat con
tritio:ſed vnus ſpecie.Hæc omnia de mēte S.Tho.in iiij. di.
xvij.& omniū Theologorum.¶ Primò † verò quæritur,quā
2 tum dolorem cōtritionis de peccato homo habere teneatur
intenſiuè:& quantum habere debeat?Et dico,ꝙ dolor cōtri
tionis eſt duplex:vnus ſcilicet intellectualis,qui eſt diſplicen
tia voluntatis:& alius ſenſualis,qui cauſatur à primo.Primus
eſt eſſentialiter cōtritio,ſecūdum Pet.de Pal.& alios Theo-
logos.Et ipſe ſolus,tanquam exiſtens in noſtra facultate, re-
quiritur,& ſufficit ad contritionem:ſicut complacentia volū
tatis requiritur,& ſufficit ad peccatum:quia,ſecundū Chryſ.
vnumquodq; per quaſcūque cauſas naſcitur,per eaſdem diſ-
ſoluitur.de re.iur.c.j.Et Deus à nobis exigit,vt ſit tantus iſte
dolor & iſta diſplicentia,quāta debet eſſe complacētia Dei,
quem perdimus per peccatū,id eſt,vt peccatum ſuper omnia
diſpliceat:& ꝙ iſte dolor ſit maximus in genere,id eſt,reſpe
ctu mali naturæ & pœnę:ita ꝙ tenetur quis,ſi vult eſſe cōtri
tus,eſſe paratus ſuſtinere omnem pœnā in generali:licet ad
hanc,vel illam in particulari deſcēdere nō teneatur:puta,di-
cendo,ſuſtinerem ignem,præcipitium,gehennā,& huiuſmo
di ante quàm peccarem mortaliter:imo ſtultè faceret,qui ſe,
vel alium ſuper huiuſmodi ſolicitaret.Vnde ſecūdum Pet.de
Pal.à pœnitente requirendū eſt ſi pœnitet:& ſi non ſufficiē-
ter dolet,an hoc ſibi diſpliceat,& vellet ſufficienter dolere.
Et hoc,inquit,ſufficit.quod valde nota:quia ſic diſpoſitus eſt
contritus,vel ſaltē attritus,vt poſsit abſolui.Et nō poteſt eſ-
ſe nimius:quia nec charitas,à qua procedit,poteſt eſſe nimia.
Hęc omnia Pet.de Pa.& eſt mēs S.Tho.& S.Bon.& omniū
3 Theologorum.Quibus † addo,quòd cum mors ſi vltimum
terribilium,ſecundum Philoſophum:qui potius vellet mori,
quàm Deum offendere mortaliter,eſt contritus.¶ Secundus
verò,id eſt,ſenſibilis,nō eſt eſſentialiter cōtritio,ſed effectus
eius conſequens dolorem volūtatis ex neceſsitate naturę, eo
modo,quo vires ſuperiores redūdantes in inferiores, mouēt
illas:vel ex electione voluntatis illum excitantis.Et ad cōtri
tionem non requiritur neceſſariò,ſed ſolū de bene eſſe: quia
non eſt in noſtra facultate.Et eadem ratione,imò à fortiori
non oportet illum eſſe maximū.Et poteſt eſſe nimius, ſicut
& afflictio exterior:puta ieiunij,& huiuſmodi:quia in his o-
mnibus pro regula accipienda eſt cōſeruatio ſubiecti,& bo-
na habitudo ad operandum ea , quæ ſibi incūbunt ſecundū
ſtatum ſuum.Hæc omnia idem qui ſuprà:& eſt omnium do-
4 ctrina.¶ Secundò † quęritur,quantū dolorem cōtritionis te-
neatur homo habere extenſiuè,ſeu duratiuè:& quantū habe
re debeat?Et dico ꝙ ſecundū S.Tho.in iiij.diſt.xvij.homo te
netur habere iſtū dolorē de peccato actuali,non de origina
li,licet de eo poſsit eſſe aliqua diſplicentia:& de mortali, nō
de veniali:quia cùm eius cōplacentia mori poteſt, ac ſalua-
ri,& de proprio,nō de alieno: & de præterito , vel præſenti,
non de futuro.Et tenetur iſtū dolorē incipere quā primùm
peccatum cōmiſſum occurrit ſibi memoriæ. quod ſecūdum
Pet.de Pal.intelligitur,quando occurrit practicè,id eſt , ſub
ratione deteſtabilis , vel delectabilis:nō autē ſi ſpeculatiuè
ſolū:ſicut nec tenetur qs diligere Deū,niſi de eo recordetur
practicè,id eſt,ſub ratiōe diligibilis vel odibilis:alioquin nul
lus ſine mortali poſſet ſpeculari de eo,qui diligi nō pōt, niſi
practicè cōſideratus.Et tenetur illum in tota vita cōtinuare
primò,habitu,ſecundū S.Tho.id eſt ſic,ꝙ ſemper ſit taliter
diſpoſitus,ꝙ doleret de peccato,ſi practicè recordaret̃:ſiue,
quod idē eſt,ſic,ꝙ ſemel doluerit,& nunquā de cætero habue
rit actū formaliter,aut virtualiter in cōtrarium:& ſecundò,
actu,nō ſimpliciter,ſed ſic ꝙ nūquā ſibi actu placeat pctm̄,
& ſemper actu diſpliceat,quādo memorię practicè occurrit,
nō tenetur aūt,licet hoc debeat debito cōgruitatis,conari,ad
iugiter & continuè memorādū & dolendū,quātū eſt poſsi-
bile,ſeruatis actibus aliarū virtutū,& ſanitate.Poſt mortē au
tem,cōtritio nō durabit:quia eſt cū dolore,gratia,& merito
quę tria ſimul in nullo mortuo inueniuntur.Hæc omnia de
mēte S.Tho.& Pet.de Pal.& cōiter omniū ſanctorū.¶ Ter-
tiò † querit̃ qualē teneatur homo habere dolorē cōtritiōis, 5
& qualē habere debeat?Et dico,ꝙ dolorē intellectualē, ſal-
tem attritionē,oportet habere actualē de ſingulis peccatis
memorię occurrētibus,quātū ad principiū cōtritionis,id eſt,
quādo homo primò cōteritur de peccatis nondū remiſsis: li-
cet quātū ad terminū,qui eſt dolor gratia informatus,poſtea
quàm remiſſa ſunt,ſufficiat vna gñalis cōtritio de omnibus:
& idē dicendū eſt de oblitis,ſiue quæ actu ſpecialiter memo
riæ nō occurrūt:quia nullus tenetur ad impoſsibile.Oportet
etiā,ꝙ ſit maior de maiori peccato.Dolorē verò ſenſibilem
cōueniens eſt maiorē eſſe de maiori:quia ei debetur maior
pœna:tamē hoc nō eſt neceſſariū:qa nec ipſe eſt neceſſarius.
Hæc de mēte Pet.& cōcor.S.Tho.Sed adde pro ſcrupuloſis,
qui non credūt ſe actualiter doluiſſe de ſingulis peccatis oc-
currētib⁹ memorię,niſi actu reflexo dixerint,doleo:ꝙ fallū
tur:quia ſicut luxurioſus habitualiter fornicator,ſucceſsiuè ſi
ne interuallo vidēs multas mulieres pulchras poſsibiliter cō
placeat ſibi in omnibus abſq; hoc ꝙ dicat,cōplaceo.ita in ꝓ-
poſito,qui habitualiter dolet quādo ponit ſe ad actu dolēdū
de offenſa Dei,extēdit actū habitus ſui ad omne obiectū do
loroſum ,id eſt,in quo recognoſcet̃ dicta offenſa actualiter,
obiectū potētiæ,abſq; hoc ꝙ dicat,doleo.Adde etiā ꝙ quan
tū ad contritionis principiū ſufficit attritio,quātū ad hoc ꝙ
homo ſine peccato ſubijciat ſe clauibus per cōfeſsionē & ab-
ſolutionē ſine nouo peccato:ſed nō quātū ad hoc , quòd ho-
mo nō peccet quia tenetur conteri quoties practicè recorda 6
tur,vt dictū eſt.¶ Quartò † quęritur,quæ ſit cōtritionis cauſa:
& quis eius effectus?Et quātū ad cauſam,dico quòd ex parte
Dei,eſt eius miſericordia & gratia:ex parte verò noſtri,ſecū
dum Ray.ſunt ſex cauſæ diſpoſitiuę. Prima,eſt recogitatio
peccati.Secunda,eſt recogitatio pudoris. Tertia , deteſtatio
vilitatis peccati,Quarta,timor iudicij & inferni. Quinta,con
ſideratio amiſsionis patriæ,& offenſæ tanti patris.Sexta,eſt
ſpes,ſcilicet veniæ cōſequēdę,gratię recuperādę,glorię expe
ctandæ.Quantū verò ad effectū,dico quòd ſecūdum S.Tho.
effectus ei⁹ primus,eſt remiſsio culpæ.& cōcor.Ray.& Hoſ.
qui addit,quòd ſi cōtritus deinde tempore ſuo nō exequatur
propoſitū,quod de cōfeſsione & ſatisfactione cōceperat,non
redeunt quidem dimiſſa peccata,ſed tamē mortaliter peccat
omittēdo.Secūdus verò eſt remiſsio pœnæ.de pœ.di.iij. per
totū.quod Sum.Ro.limitat verū,quātum ad partē,nō quan-
tum ad totū.aliàs,inquit,nō eſſent neceſſarię indulgētię præ
latorū.Sed tu dic,ſecundū S.Tho.& Pet.de Pal. quòd tantū
intendi poſſet ex pte cauſæ,id eſt,charitatis,& ex parte effe
ctus,id eſt,doloris ſenſibilis,ꝙ pœna tota remitteretur:& ni
hilo minus requiritur cōfeſsio,& iniūctæ pœnitentiæ exple-
tio,ꝓpter præceptū,& incertitudinē remiſsiōis totius pœnæ.
An autem quis debeat cōteri de venialibus,ĵ. Peccatū. §.vj.

## De Contumacia.

1 *Contumacia vnde dicta, ad quid referatur: & quid ſit?*
2 *Contumaciam variè committi, ad tres tamē id modos coërceri.*
3 *Contumaciæ cauſa excōmunicatus, abſolui num debeat ante,
quàm de expenſis ſatisfaciat, & de ſiſtendo in iudicio caueat?*
4 *Teſtes cōtra cōtumacē, nū recipi poſsint, vt ꝓcedat̃ ad ſentētiā.*

CONTVMACIA,† ſicut & cōtumax,à contumeo dici 1
tur,quod eſt ſuper verbis,aut aſpectu tumere:vel à con
temnendo. Et dicitur in ordine ad ſuperiorem , propriè

vt eſt iudex:& in obedientia voluntaria, qua quis monitio-
nem iudicis implere contemnit: vt elicitur ex capi.ij.de do-
lo & contum. iuncta gloſſ.in verbo, contumaciter. Et pro-
priè conſiſtit in nõ faciendo voluntariè, quod facere quis ſcit
2 ſe debere:vt ibi patet.¶ Primò† verò quæritur, quotuplex eſt
contumacia? Et dico, quòd fit multis modis:ſed omnes redu-
cuntur ad tres, quos ponit Ray.poſt S.Tho.in iiij.diſtin.xviij.
¶ Primus eſt in nõ comparendo ante iudicem. & hic modus
à Ray.diuiditur in tres. Et vnus eſt, ſi quis citatus perẽptoriè
venire cõtẽnit. Alius ſi malitioſè ſe occultet, ne citet᷑. Alius,
ſi citationem impedit, ne feratur ad eũ de quibus extra vt
li.nõ conte.quoniã frequẽter.¶ Secundus eſt, quando citatus
comparet quidem, ſed ſine licẽtia cõtumaciter recedit ante
finem cauſæ.xj.q.iij.certum.¶ Tertius eſt, quãdo nõ vult pa-
rere ſententię.de ver.ſig.ex parte.in fi. Et in prædictis modis
al quãdo eſt cõtumacia vera, id eſt, expreſſa:vt ſi quis citatus
dicat iudici, vel miniſtro, ſe nolle cõparere:aut ſi illicẽtiatus
recedit. Aliquãdo eſt ficta, id eſt, tacita:vt, ſi quis citatur, & nõ
venit:vel ſi latitet, aut impedit ne citetur. Additur nõnunquã
& contumacia euidens. Vide Gof.de ſen.exc.§.excõmunica-
tio fieri habet.in Sum.& Gul.in Spe.tit. de cõtumacia.& gl.
fi.in cle.vnica de dolo & cõtu.& Inn.in c.querelam.de proc.
& Bar.in l.ſi.ff.de in integ.re.& in l.ex cõſenſu.§.ij.ff.de app.
& Cy.& Pet.poſt Ia.de But.in l.properãdum.§.ſi autẽ reus.
3 C.de iud.¶ Secũdò† quęritur, vtrum excõmunicatus pro con
tumacia abſolui debeat ante quàm ſatisfaciat de expenſis, &
caueat de ſiſtendo in iudicio? Et dicó quòd nõ, ſi fuit verè cõ-
tumax. Secus ſi præſumptiuè, puta, quia impeditus:tamẽ nõ
dum cõſtat ſi hoc allegat:quia ſi petit, abſolui debet.de ſent.
4 exc.venerabilibus.§.idem eſt etiã.li.vj.¶ Tertiò † quæritur,
vtrum lite non cõteſtata poſsint aliquo caſu teſtes recipi cõ-
tra contumacem, & ad ſentẽtiam diffinitiuam procedi? Et di
co quòd ſic, ex aliqua ſpeciali cauſa: puta ſi quæſtio moueat᷑
ſuper alicuius electioe, ne propter longã morã eccleſia patia
tur in ſpiritualib⁹ & tẽporalibus læſionẽ. Itẽ, ſi moueat᷑ quæ-
ſtio ſup copula maritali, ne viro aut mulieri fornicatiõis oc-
caſio præbeat᷑. extra, vt lit.nõ cõteſt.qm̃ frequẽter. & id ẽvi-
det᷑ in oĩbus, in q̃bus piculũ magnũ ſpirituale eſſet in mora.

## De Contumelia, & iniurijs.

1 *Contumelia, quæ quaſi tota verbis tumens ex ſuperbiæ ſpiritu,*
*ſicut & contumacia dicta eſt, quid notet. Et quid iniuria? Et*
*quot modis committatur?*
2 *Contumelia & iniuria quid inter ſe differant? Et an ſint pec-*
*cata mortalia? Et num ſine peccato dici poſsint, correctionis*
*cauſa? Et qui prædicta iniuſtè ac temerè infert, num ad ali-*
*quam ſatisfactionem teneatur? nu.3.*
4 *Offenſio ſi ſecreta fuerit, petatur autem ſatisfactio publica,*
*num ad eam offendens teneatur?*
5 *Contumelias obiectas, num teneatur homo ſuſtinere?*

1 CONTVMELIA † à cõtumeo dicta eſt, quaſi tota ver
bis tumẽs ex ſpiritu ſuperbiæ, ſicut & cõtumacia. & pri
mò quidẽ ſignificat dehonorationẽ per verba principaliter,
aut ſecundariò per ſigna importantia culpã: ſed vulgus etiã
ad conuiciũ & improperium contumeliæ non extendit. In-
iuria verò dicitur quaſi non iure facta:& deinde ſpecialiter
iniuria dicitur culpa:vt ff.de iniu.in l. Aquilia.& tertiò iniu-
ſtitia vel iniquitas iudicãtis:vt Inſti.eo.ti.in prin.& quartò cõ
tumelia:vt ff.de iniur.l.j.in prin.& l.apud Labeonẽ.e.ti. Et fit
iniuria tribus modis, re, verbis, & literis:vt ff.de iniur.l.j.§.j.
& l.lex Cornelia.§.ſi quis verborũ. Sed nũc de ea, quę fit ver-
bis aut literis, eſt ſermo:& ad tria reducitur, ſcilicet cõtume-
2 liam, conuicium, & improperium. ¶ † Primò verò quęritur,
quæ ſit differentia inter prædicta? Et dico, quòd ſecundum
San.Tho.ij.ij.q.lxxij.& lxxiij.cõtumelia eſt dehonoratio fa-
cta palam per verba, aut alia ſigna importantia culpam:vt
ſi aliquis ſuper faciem opprobrioſè dicatur fur. cõuicium ve
rò, eſt dehonoratio facta palã per verba, aut ſigna importan
tia culpam, vel etiam pœnam:vt ſi quis in faciem appelletur
fur, aut cæcus. Vnde omnis dicens contumeliam, dicit conui-
cium, nõ ecõtra:quia qui aliquem cęcum appellat, dicit qui-
dem conuicium, non autem contumeliam. Improperium ve-
rò, eſt dehonoratio facta palam per verba, aut ſigna impor-
tantia egeſtatẽ:maximè ſi cõmemoretur beneficiũ factum
in neceſsitate. Hæc omnia de mente S.Tho.qui etiã dicit ꝙ
vnum horum quandoq; pro alio ſumitur. ¶ Secundò quæri-
tur vtrum prædicta ſint peccata mortalia? Et dicit S.Tho.&
Alex.de Ales, ꝙ peccata verborum ex intentione ſumũt gra
uitatem:vnde iſta ſunt mortalia, primò, ſi animo dehonorã-
di notabiliter fiant:quia nõ eſt minor honoris iactura, quàm
rerum. & ſecundò poteſt eſſe mortale, etiam ſi nõ adſit intẽ-
tio talis:& tamẽ talia ſunt ita grauia, quòd grauiter dehono
rant & cõtriſtant:ſicut grauiter percutiens ludo, poſſet pec-
care mortaliter. Sunt autem peccatũ veniale, ſi iſta nõ multũ
dehoneſtent, nec proferãtur ex firmo propoſito grauiter de-
honeſtãdi:ſed ex aliqua leui ira, aut alia leui cauſa, & intẽtio
ne leuiter tantum contriſtandi, vel dehoneſtandi: ſicut etiã
leue damnũ rerũ, non eſt mortale. hæc de mẽte illorũ. ¶ Ter
tiò quæritur, vtrum prædicta dici poſsint ſine peccato cauſa
correctionis? Et dicit S.Tho. ꝙ ſic:ſicut etiã licet verberare
cauſa diſciplinæ:aut inferre damnũ in rebus. Et ſic dominus
diſcipulos ſtultos Luc. vl.& Pau. Galatas dixit inſenſatos,
Gal.iij. Et intellige etiã ſi puniens iraſcatur:dũmodo corre-
ctio ſit principalis cauſa improperãdi:ita ſcilicet ꝙ remota
hac cauſa, non inferret iniurias. Aliàs, ſi ira ſit principaliter
in cauſa, erit peccatũ graue:&, vt videtur, mortale: ideo iſta
ſunt periculoſa. Vnde dicit Aug. In libro de ſermo.do.in mõ
te, quòd raròd & ex magna neceſsitate obiurgatiões ſunt ad-
hibendę:in q̃bus nõ vt nobis:ſed vt dño ſeruiamus, inſtemus.
¶ Quartò † quęritur, vtrũ inferẽs prędicta iniuſtè teneat᷑ ad
ſatisfactionem aliquam? Et dicit Nic.de Lira, ꝙ tenetur per
ſe, vel interpoſitam perſonã dicere iniuriato culpam ſuam,
vel ſaltem æquipollentia ſigna oſtendere, niſi comprehẽdat,
ꝙ ei remiſerit iniuriam:puta, quia cum eo ridet, & huiuſmo
di. Excipitur tamẽ prælatus & paterfamilias: qui licet corri-
gẽdo excedat, tamẽ veniã petere non tenetur, ſecundũ Au-
gu.in regula.quod limita, niſi fecerit à propoſito, & potius li-
uore vindictæ.de quo dic vt j̃. Correctio.§.xiij. Addit Vmb.
in expoſitione regulę, ꝙ qui intulit iniurias, tenetur ſatisface
re citò, ſi põt:quia ſicut in reſtitutiõe, quod ſine die certo de-
betur, omni die debetur:ita & hîc. Et debet eſſe ſatisfactio
petendo veniam, vel etiã ſe proſternẽdo, aut ſeruiẽdo plus &
minus:ſicut in rebus, ita & hîc, ſecundum quantitatẽ damni,
vel in dubio ad arbitrium boni viri. ¶ Quintò, † quid ſi offen
ſio fuit ſecreta, & petitur ſatisfactio publica? Et dicit Arch.
quòd non tenetur, niſi occultum fuiſſet publicatum: ſicut
fur qui latenter ſurripit, non tenetur reſtituere publicè. Sed
ſi econtrario offenſa fuit publica, & exhibetur occulta ſatiſ-
factio non ſufficit:argumentum à Paulo, qui publicè condẽ-
natus ad carcerem, noluit occultè liberari, ſed publicè Act.
xvj.ca. Et idem eſt ſi contumeliando mendacium dixit:quia
non ſufficit dicere ſe malè dixiſſe, niſi dicat ſe mentitũ, vel
dixiſſe falſum, vel dubiũ:ſi ſcit, vel credit eſſe falſum, vel in-
certum quod dixit. ¶ Sextò † quæritur, vtrũ homo teneatur il
latas contumelias ſuſtinere? Et dicit S.Tho.quòd ſic, quan-
tum ad præparationẽ animi, ſi opus eſſet, ſicut & alia dam-
na:non autem ſemper, quantũ ad actum: ſed quãdoq; tene-
mur nõ ſuſtinere. Primò, qñ hoc cederet in bonũ irrogantis:
vt puta ad reprimendum eius audaciã:iuxta illud Prou. xxvj
Reſpóde ſtulto iuxta ſtultitiã ſuã. id eſt, ſecundũ qđ eius ſtul
titia meret᷑. Secũdò, qñ ex ſufferẽtia aliorũ profectus impe-
diretur. Et hæc eſt ſentẽtia Gregor.homil.ix. ſuper Ezechie.

## De Conuentu.

1 *Conuentus multiplex, ac varia acceptio.*

1 CONVENTVS † à cõueniẽdo dicitur. & ſumit᷑ aliquã-
do participialiter paſsiuè:& ſic cõuẽtus eſt idem quod
citatus. Aliquãdo vero nominaliter: & ſic eſt æquiuocum. Et
primò quidem ſignificauit capitulũ ſiuę collegiũ regulariũ.
clem.j.de reb.eccl.nõ alie. Pan.in c.innotuit.de elec.collegiũ
regulariũ:ſed deinde apud mẽdicantes, quorũ domus nõ ha-
bent propriũ nomen, ſicut domus monachorũ, quæ vocãtur
monaſteria, cõuentus dicitur propriè locus habitationis capi
tuli:& ſic habet vſus loquẽtium. In pœnalibus autem, ſi ver-
ba conueniunt tantũ capitulo, ſtat pro capitulo:ſi tãtùm lo-
co, ſtat ꝓ loco:ſi vtriq;, benignior fiet interpretatio, ſecundũ
regulam iuris:maximè ſi ex cõiecturis hoc appareat:ſicut in-
terdictum cõuentus, iudicabitur locale tãtùm: niſi in ſuppli-
catione, vel narratiõe fiat mẽtio de loco:in dubio aũt ſtabit
pro loco:quia vſus loquẽdi debet attendi, de ſpõſa. ex literis.
& in l.ſi libellorũ.ff.de leg.iij.& ſecundũ Bart. præfert᷑ pro-
prio ſignificato vocabuli, etiã in materia ſtricta. quod etiam
ſequitur Bart.vt plenè habes per Panor.in prooemio primi.

## De Chorea.

1 *Chorea & ludi, quanquam indifferentes ſunt poſſunt tamen*
*tripliciter malè fieri, de quibus hic.*
2 *Chorea & ludi, vt citra peccatũ fiant, quot requirant? Et an*
*tempore deuotionis, aut pœnitentiæ ſine mortali peccato fieri*
*queãt? Et ibidem in hoc dictum Auguſtini, quòd melius face-*
*rent Iudæorum fœminæ, ſi lanam filarent, quàm tota die in*
*Neomenijs impudicè ſaltare.*
3 *Choreas, ludos, vel ioculationes inſpectare, quando ſit peccatũ.*
*Et quid de inſpectoribus alearũ & torneamentorũ. remiſsiuè.*

1 CHOREA, † vt dicit Ala.in iiij.diſtin.xvj.& huiuſmodi
ludi, nõ ſunt mali ſecundum ſe:quia poſſunt aliqñ bene
fieri:ſed triplici de cauſa poſſunt fieri mali. Primò, ſi fiant ad
prouocãdũ libidinẽ, & hmõi, id eſt, ſi fiãt malo fine. Secundò,
ſi nõ cõueniũt ꝑſonæ:vt clericis, religioſis, & huiuſmodi. Ter
tiò, ſi fiant tp̃e nõ cõgruo, id eſt, triſtitiæ vel pœnitẽtiæ. Si ve
rò fiãt ex cauſa alicui⁹ honeſtæ lætitiæ, à ꝑſonis ſecularibus,
cõgruo tẽpore & loco, & cũ alijs debitis circunſtãtijs: nõ eſt
illicitũ. Adde, ꝙ etiã poſſent eſſe illiciti ex diſpoſitione ꝑſo-
narũ choreizãtiũ:vt q̃a aliq̃s exponit ſeipſum periculo oꝑis,
vel cogitatus illiciti:vel ꝓbabiliter dubitat ſe ad hoc expoſi-
2 turũ aliũ. ¶ Primò † verò quærit᷑, quot requirãtur, vt licitè,
id eſt, ſine peccato mortali, fiãt? Et dico ꝙ multa, ſed omnia
*Requiſitũ vt choreæ licitè fiat.* reducũtur ad ſeptẽ. ¶ Primò, debitũ tẽpus:puta, nuptiarũ, vi-
ctoriæ, liberationis patriæ, vel hominis, aduentus amici diu
expectati, & hmõi:vñ ſecundũ mentẽ Ala. eſt mortale hæc fa
cere tẽpore deuotionis aut pœnitẽtiæ: puta ab Aduẽtu vſq;
ad Epiphaniã:& à Septuageſima vſq; ad paſcha: qđ verũ pu-
tarẽ:niſi fierẽt occultè, vel ex inſolita honeſta lætitia:puta vi
ctoriæ:vel à talibus, quos, excuſaret ignorantia:vel vbi eſſet
cõſuetũ ꝓpter lætitiã feſti pręcipui. Et etiã mortale ſecũdũ
magiſtros, vt refert Rich.in iiij.diſt.xxxvij.in diebus domini-
*Carpit Sum. Ang.* cis ꝓpter dictũ Auguſt. qđ melius facerẽt fœminæ Iudęorũ,
ſi lanã filarẽt, quàm tota die in neomenijs impudicè ſaltare.
quod Sum.Ang.verũ limitat, qñ ꝓpter hæc Miſſa, aut Præ-
dicatio, ſeu Veſperæ omittunt᷑:vel per maiorem partẽ diei.
Sed limitatio eſt nimis auſtera:quia ſi iſti ludi cũ tãta hone-
ſtate fierent, quòd nõ haberẽt circũſtantiã malã, ꝓpter cir-
cũſtantiã tẽporis:dico quòd idẽ erit omittere Veſperas pro-
pter ludum pilæ aut ſchacorũ, & propter hæc. dictum autem
Aug.intelligitur, quãdo hæc impudicè fiunt:vt patet intuen-
ti.¶ Secundò, debitus locus, id eſt, profanus. vnde hæc viden-
tur mortalia in eccleſia, & alijs locis ſacris vel religioſis.arg.
c.decet.de immu.eccleſ.li.vj.¶ Tertiò, ꝑſona cõueniens, qua
ſcilicet ſit talis, quòd inde nõ ſubeat ꝑiculũ animæ:nec iſta
ſibi ſint indecẽtia, & ꝓhibita ſicut prohibentur eccleſiaſticis
perſonis.xlvj.diſt.clericum.de conſec.diſt.v.nullus.presbyte-
rorum. ita quòd iſtis, vel cũ iſtis, hæc facere, videtur mortale
ratione prohibitionis & ſcandali:niſi fortè qualitas & modi-
citas operis excuſet:vt ſi fiãt in ſecreto, & parum, quod quaſi
nihil putatur. ¶ Quartò, modus honeſtus. honeſtas enim eſt
iuris præceptũ. Inſtit.de iuſti.& iur.§.iuris præcepta. Vnde eſt
mortale, ſi fiãt habitu, geſtu, cantu, aut quouis modo notabi
liter laſciuo: ſicut cùm fœminæ inuerecũdæ pectora exceſ-
ſiuè notabiliter nudãt:& viri, partes pudẽdas indecenter co-
opertas oſtentant, de hoc tñ exceſſu, difficile eſt iudicare q̃m
ſit mortale, cùm ſit reſpectiuus ad cõditiones patriæ, & per-
ſonarũ præſentiũ. ¶ Quintò, recta intẽtio, puta, honeſta: non
neceſſaria recreatio:vnde ſi fiãt cauſa libidinis, vel alio fine,
quæ ſit peccatũ mortale, erũt mortalia:venialia verò, ſi ſit ve
niale.arg.ca.vide.j.q.j.& xxiij.q.j.noli.&.c.militare. ¶ Sextò,
ſtabilitas choreizãtis:ne ſcilicet inde periculũ immineat:vñ
qui ꝓbabiliter inde ſibi vel alteri periculũ timet oꝑis vel co-
gitatus mortalis, mortaliter peccat, niſi deſiſtat:quia q̃ amat
periculum, peribit in illo. Eccleſiaſtici iij. ¶ Septimò, raritas
huiuſmodi ludorũ. Vnde ſecundũ Rod.ducẽs choreas ex con
ſuetudine, mortaliter peccat. Sed hoc intellige verũ: quia in
tali ſemper, vel quaſi ſemper reperit᷑ aliqua de præmiſsis cir
cunſtantijs malis:quę omnes ſi abeſſent, ſola cõſuetudo nihil
faceret ad hoc, vt eſſent hæc mortalia. Ex quibus omnibus
etiã patet quot modis iſta ſunt mortalia. ¶ Secundò † quęrit᷑ 3
vtrũ inſpectio chorearũ, ludorũ, vel ioculationũ ſit peccatũ?
Et dico generaliter quòd quęcũq; licitè fiũt, de ſe licita vidẽ
tur, vt patet. Vnde inſpectores chorearũ nõ peccãt mortali-
ter, niſi ex aliqua circũſtantia mala:puta, ex mala intẽtione:
vel ratione periculi inde ſibi vel alij imminẽtis: vel quia ſua
præſentia eſt cauſa ludi, vel ꝓpter aliquid huiuſmodi. De in-
ſpectoribus alearum & torneamentorũ infrà in locis ſuis.

## De Correctione & Punitione.

1 *Correctionem duplicem eſſe, & quid vnaquæq;?*
2 *Correctio fraterna, num adeò in præceptis ſit, vt qui eã omit-*
*tit, mortaliter peccet? Et eius omiſsio quot modis contingat?*
*Et quando cum mortali coniuncta ſit, & quando non?*
3 *Præceptóne eodem teneamur inquirere, quos corrigamus? Et*
*an ſubditi ad prælatorum correctionem eodem quoq; præcepto*
*teneantur? Et num omnes eo ligentur?*
4 *Præcepto hoc eodem, num omnes ligemur ad correctionem alie-*
*nam iuxta ordinem à domino traditum, qui Matth.xviij.ha-*
*betur. Et in hoc beati Thom.regula. Et num quandoq; contra*
*factum ſit, aut fieri poſsit? Et Petri exemplum.*
5 *Doctus quibus regulis poſsit decidere caſus omnes innumerabi-*
*les, qui cõtingere poſſunt circa fraternæ correctionis ordinem?*
*Et ibidem, quòd multorum bonum, vnius bono præponi debet.*
6 *Peccétne mortaliter, qui cõtra ꝑdictũ ordinẽ aliquid ꝑlato de*
*nũtiat ex ſimplicitate, malitia, leuitate, aut illo etiã ꝑcipiẽte?*
7 *Peccatũ alterius, vel etiã ſuũ, num quis cõtra dictũ ordinẽ ad*
*prælati præceptum publicare teneatur, ſi peccator occultus ſit,*
*peccatum autem publicum? Et quo caſu prælatus id poſsit?*

*8 Epiſcopus,vel alius prælatus ſi præcipiat reuelationē alicuius occulti,vt puta furti,ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,an nō reuelans in eam incidat? Et quid ſi quis alium puniat ſcienter pro crimine læſæ maieſt.quòd is illud non denuntiarit,cū probationibus careret,condemnato ad quid teneatur?*

*9 Correctio ad prælatos pertinens,nō omittenda eſt,ob eius turbationem qui corrigitur. Et quid de correctione fraterna?*

*10 Correctio num prælatis ſit in præcepto? Et quid ſi non corrigant & emendent,cùm poſſint?*

*11 Correctio ſiue punitio qualis eſſe debeat? Et quid ſi prælatus in corripiendo modum excedit? num.12.*

*13 Multitudo quādo in ſcelere ē qualiter in correctiōe pcedēdū ſit?*

*14 Cauſæ licitè diſſimulādi,& nō corrigēdi peccata, quot ſint?*

*15 Prælatus,vel ſubditus exiſtens in peccato mortali, alium corrigendo,num mortaliter peccet. Et huius limitatio.*

*16 Corripiendo qui alium iudicat,ſi in eodem peccato ſit, licet ſeipſum condemnet,non tamen ex hoc ſemper nouā damnationis cauſam ſibi adijcit.*

1 CORRECTIO † dupex eſt,ſecundū S.Tho.in iiij.diſt.
xix.q.ij.Vna ſcilicet oſtēſiua & directiua tātùm,quæ di-
citur ꝓpriè correctio:& eſt admonitio fratris de emēdatiōe
delictorū ex fraterna charitate:& hæc pertinet ad omnes tā
ſubditos quàm prælatos.Alia eſt coactiua,quæ dicit̃ propriè
correptio,illa enim rapi dicūtur,quę auferunt̃ ſubdito:& hęc
eſt punitio peccatorū à prælato facta ad cōſeruationē iuſti-
tiæ:vnde cōuenit ſolis prælatis:quorū verba vim coactiuā ha
2 bēt,quæ de cætero vocet̃ punitio. ¶Primò † verò quæritur,
vtrū fraterna correctio ſit in præcepto,ſic ꝙ eā omittēs pec
cet mortaliter? Et dicit S.Tho.in iiij.vbi ſ.& ij.q.xxiiij. ꝙ eſt
in pręcepto.& idē tenet Rich.& omnes Theologi, per illud
verbū domini.Mat.xviij.Si peccauerit,&c. Sed quia hoc prę-
ceptū eſt affirmatiuū,nō obligat ad ſemꝑ,ſed ꝓ loco & tem
pore.Omiſſio verò eius,ſecundū eoſdē,tripliciter fit,primò,
meritoriè:vt qn̄ tēpus opporunū expectat̃:vel timetur inde
ne peccator fiat peior,aut alios impediat ad bonū. Secundò,
omittitur cū peccato mortali: vt quia timet̃ iudicium vulgi,
aut carnis cruciatio,vel perēptio:dū tn̄ hæc ita dominent̃ in
animo quòd fraternæ charitati pręponātur.tertiò cū venia-
li quādo ſcilicet timor & cupiditas tardiorē facit ad corrigē-
dum:nō tn̄ ita quòd ſi cōſtaret, fratrē poſſe à peccato retra-
here propter hæc dimitteret qui in animo prępoſuit charita-
tem:vt dicit Aug.Cōcord.Rich.in iiij. diſt.xix.Sed limita, ꝙ
hæc omiſſio eſt cū mortali in peccato mortali, & in veniali
periculoſo de mortali,& nō in quolibet tali:ſed in habēte ꝑ-
ſeuerātiā:quā ſi nō habet:ſolus prelatus corrigere tenet̃, ſe-
3 cundū gl.in c.qui aliū.de hære. ¶Secūdò † quęrit̃, vtrū hoc
præcepto ligemur ad quęrendū quos corrigamus? Et dicit S.
Tho.quod nō:quia beneficia quæ nō debemus certæ ꝑſonæ,
ſed omnibus cōmuniter tēporalia vel ſpiritualia ſufficit im-
pēdere nobis occurrētibus:alioqn oporteret nos facere con
tra illud Prou.xxiiij.Ne quęras impietatē in domo iuſti. Vn̄
patet ꝙ nec religioſos oportet exire ad corrigendū delinquē
tes. ¶Tertiò quæritur, vtrū hoc præcepto ligētur ſubditi ad
corrigendū prælatos? Et dicit S.Tho.quòd ſic,correctiōe hu
mili,ita quòd cū māſuetudine & reuerētia:non autem corre
ctione punitiua,aut increpatiua:iuxta illud,Seniorē ne incre
paueris.j.Tim.v.niſi manifeſtè errēt in fide:quia tūc ſi nō eſ-
ſent ſuperiores volētes iudicare,inferiores increpare poſſent:
quia hæreſis reddit hęreticū omni catholico inferiorē,etiam
quantū ad forū extrinſecū.facit ij.q.vij.ſecuti.&.c.Paulus. Et
idē eſt,ſecūdū aliquos,quādo haberet mores inordinatos pu-
blicè & ſcādaloſè. ¶Quartò quæritur,vtrū hoc pręcepto li-
gētur omnes? Et dicit S.Tho.quòd correctio quę dicit̃ corre
ptio,& eſt actus iuſtitiæ tēdens ad bonū cōmune,pertinet ad
ſolos pręlatos:ſed ea quæ dicit̃ ꝓpriè correctio, & eſt actus
charitatis tendēs ad fratris emēdationē,pertinet ad quēlibet
habētē charitatē.Vtrū aūt eā poſſit exercere peccator,j.§.
vlt. ¶Quintò † quęritur,vtrū hoc præcepto ligemur ad cor-
rigēdū ſecūdū ordinē traditū à domino,Mat.xviij. Si pecca-
uerit,&c.Et dicit S.Th.ꝙ ſic.Sed quātū ex eo & alijs Docto-
ribus cōcorditer colligit̃,ordo ipſe eſt talis:Pro fundamēto
enim habēda eſt regula,quā ipſe tradit de virtu.q.iij.& ſecū
dum eā omnia dicēda,ſunt mēſurāda,ſcilicet quòd cū proxi
mus noſter duo habeat,cōſciētiā & famā:debemus vtrāq; ſer
uare,ſi poſſumus.alioquin fama ꝓ cōſciētiæ ſalute cōtēnen-
da eſt.Et deinde dicēdū,quòd ordo illius ſecretæ monitionis
nō habet locū in peccato futuro propter verbū, peccauerit:
quia ſtatim denūtiari poteſt vt impediat̃:niſi obuiare poſſit
ipſe qui nouit:quia tūc denuntiare nō debet, ſi inde ſequatur
infamia,per regulā prædictā.Nō habet etiā locū, ſecundū S.
Tho.in publicis,q̄ nō fiūt in te,id eſt, cōtra te,& te ſolo ſci-
te,ſed ſtatim denuntiari poſſunt:quia pēr hanc peccans lædit
cōſcientiā ſuā,& aſtantiū:vnde vtriq; ſuccurrēdū eſt ꝑ denū-
tiationē:& etiā ſi ſperaretur emēdatio peccātis:qa etiā opor
tet à ſcādalo cauere.Si tn̄ quis poſſet vtriq; illorū ſatisfacere
æquè bene vt pręlatus,etiā nō eſſet denūtiandū, vt cōſeruet̃
fama peccātis apud pręlatū,& alios neſciētes:licet eſſet obe-
diendū pręlato,ſi exigeret veritatē:quia aliter derogaret iuri
ſuo,quo iudex eſt publicorū.Nō habet etiam locū,ſecūdum
S.Tho.in ocultis, quæ proximis damnum corporale vel ſpi-
rituale inferūt,vel ſunt illatura:quia illa nō ſunt ſolùm in te
ſed in alios. Vnde ſtatim poteſt qs denūtiare eū, quē ſcit vel-
le ꝑdere ciuitatē,aut aliquos in fide corrūpere: niſi firmiter
ſperet ſe dictis malis poſſe obuiare,ſecundum regulā prędi-
ctam.Habet ergo locū ſolùm in peccato occulto,nocēti ſo-
lùm peccāti,& ei qui ſcit:vel quia læditur ab eo, vel ſaltē ei
ſola notitia:& tūc dicit S.Tho.quòd debet,ſi pōt,ſic emēda-
re fratrē,vt fama eius cōſeruetur:& ſic de neceſſitate pręce-
pti eſt,quòd ſecreta monitio publicam denūtiationē præce-
dat:quæ ſecreta monitio debet ſemel vel pluries fieri, quam-
diu ſpes de correctiōe ex ea habetur probabiliter. Et deinde
procedendū eſt ad teſtiū inductionem, ad oſtendendū quod
malum ſit de quo frater arguitur,ſecundū Hier.vel ad con-
uincendum de actu,ſi iteretur,ſecūdum Augu.vel vt ſint te-
ſtes,quòd corrigens fecerit debitū ſuum,ſecundum Chry.&
hoc niſi fortè probabiliter exiſtimaretur, quòd hoc ad emen
dationem fratris nō proficeret:quia tūc nō eſſent inducendi:
tamen ante quàm inducantur,ſecūdum Auguſt. prius oſten-
di debet pręlato vt ſingulari perſonæ:& ſi ſic nō corrigitur,
in publico cōuincendus eſt.hæc ille.Igitur eſt ordo, ſecundū
Arch.vt primò moneatur ſecretò.Secūdò,dicatur prelato vt
priuatę perſonæ.Tertiò,inducant̃ teſtes.& hæc omnia intel-
lige,ſi emēdatio probabiliter ſperatur, & nō aliter.Quartò,
ſi probari poteſt,& ſperat̃ correctio,accuſandus eſt eccleſiæ,
id eſt,pręlato,vt eſt perſona publica:vel ſi probari nō poteſt
denuntietur ſecretò.Prælatus autē habita ſufficiēti proba-
tione,præcipiat ei vt deſiſtat, quod ſi nō facit,eccleſiā nō au
dit: & propter cōtumaciam excommunicandus eſt quo fa-
cto,erit vt ethnicus,& vitandus:& non antè,etiā ſi eccleſiam
non audiret.arg.ij.q.j.multi.hæc ille.Quòd autem quidam
ſancti vidētur contra prædictum ordinem accuſaſſe, vel pu-
blicaſſe peccata,Sanct.Thom.ſoluit dicens, Ioſeph,qui fra-
tres accuſauit,creditur prius eos monuiſſe. Vel dici poteſt,
quòd publicum erat peccatū inter fratres.Vnde dicitur plu-
raliter,Accuſauit fratres.Petrus etiam,qui publicè denun-
tiauit



tiauit peccatum occultum Ananiæ & Sapphirę ſine monitio
ne.Act.v.hoc fecit,vt executor Dei,cui etiam occulta ſunt pu
blica:eius reuelatione peccatum cognouit, & puniuit.Chri-
ſtus etiam cum eadē ratione peccatū Iudæ prodere poſſet,
hoc non fecit:ſed verbis obſcuris admonuit. Religioſi etiā ſi
ſine monitione proclamantes in capitulo,hoc de leuibus tā-
tum modò faciūt,quæ non ſunt infamatoria.Sed de his j̃.De-
nuntiatio. ¶Sextò † quæritur, quibus regulis vir doctus poſ-
4 ſet decidere omnes caſus innumerabiles,qui accidūt circa or
dinem fraternæ correctionis? Et dico,quòd tribus. Prima eſt
Sancti Tho.in q.de quolibet,quæ eſt valde generalis,ſcilicet
quòd ſeruanda eſt in omnibus his charitas.Secūda ſpecialior
in q.de virtu.ſcilicet quòd ſeruanda eſt fratris conſcientia, &
fama ſimul,ſi fieri poteſt:alioquin conſcientia ſola,contem-
pta fama.Tertia eſt Richardi in iiij.ſcilicet quòd vtrum pro
babiliter ſperanda ſit emēdatio peccātis,perpendi poteſt cō-
ſiderando ſi peccat ex electione,ſeu malitia: cuius ſignū eſt,
conditio peccātis,& frequēs ſine fræno actus iteratio:aut ex
paſſiōe ſeu infirmitate,cuius ſignum eſt,ſi ſemel ruit oblata
occaſione,& deinde triſtatur,& erubeſcit:ille enim difficul-
ter,& iſte faciliter emēdatur.Quarta,eſt eiuſdē,ibidem ſcili-
cet,quòd ſi peccatum eſt occultū,& non ſperatur emēdatio,
aut eſt infectiuū aliorum:& tunc denuntiandum eſt prælato,
vt caueat gregi:quia bonum multorum debet pręponi bono
vnius:vnde & negligi debet vnius fama, vt innocētia vel fama
multitudinis cōſeruetur. Aut vergit in damnū corporale al-
terius:& tunc fieri debet comparatio illius damni,ad dānum
famæ iſtius:& illi damno,quod præponderat,magis obuian-
dum eſt.hæc ille. Ex quibus elicio,quòd aliquādo ſi peccatū
ſit in me ſolùm,& nō ſit ꝑciſè præteritū in ſe & ſuo effectu,
ſed ex eo mihi damnum in poſterū immineat,vel quia noce-
bit,vel quia nocuit,& nō emendabit:poſſum ſtatim denūtia-
re,ad cauendum mihi,ſi damnum illud nō ſit leue,ſed præfe-
rendū,meo iudicio,famæ illius, licet fama ſit diuitijs pretio-
ſior:quia ipſe ſibi nocet voluntariè.Sicut etiā poſſum pro re-
rum defenſione inferre detrimētum ſanitati,& bono naturæ
per vulnera & percuſſiones:licet illud bonū ſit nobilius:quia
me inuadens,ſemper deſiſtere poteſt,& ſuam,ſi vult,ſeruare
ſanitatē.Vnde ipſe eſt,qui infamat,& percutit ſe in cauſa in-
5 famiæ & percuſſionis, ſicut aper in veru. ¶Septimò † quæri-
tur,vtrum peccet mortaliter contra prædictum ordinem ali
quid prælato denuntians ex ſimplicitate,vel malitia, aut leui
tate,vel illo præcipiente? Et dicit S.Th.in q. de quolib.quòd
ſi quis intendens emendationē,ſcit ſe correcturum fratrem,
denuntiare nō debet:ſi tamen hoc melius fieret per prælatū,
& ille ſit pius,diſcretus,ſpiritualis,non habens rancorem:po
teſt ei denuntiare:nec tamē dicet eccleſiæ:qa dicit illi vt per
ſonæ priuatæ,& ad correctionem proficienti.Sed tamen qa
propter diuerſas conditiones ſubditorum & prælatorum,ge
neralis regula dari non poteſt:Pro regula tenendū eſt,quòd
ſeruetur charitas,& quod melius videtur.& non erit peccatū
denūtiare.Qui aūt denūtiat prælato,aut amico, vel cuicūq;,
ex malitia,vt quis cōfundatur & deprimatur:peccat mortali
ter.Qui aūt ex incautela hoc alicui dicit,ita tamē quòd in-
famia,aut vituperiū non eueniat delinquēti:non peccat mor
taliter.hæc ex illo.Sed adde ex ij.ij.q.lxxiij.ꝙ ſi inde ſequat̃
notabile damnū honeſtati,& famæ proximi:erit mortale ta-
lia dicere prælato,vel alteri,etiā ſi nō malo fine,vel ſi incau
tè fiat:quia debuit & potuit aduertere.Quādo autem præla-
tus præcipit circa huiuſmodi,omnibus,vel alicui ſpecialiter:
intelligēdum eſt præceptum ſecundum S.Tho.ij.ij.ſaluo or-
dine fraternæ correctionis:contra quem,ſi expreſsè præcipe
ret,peccaret:quia non eſt iudex occultorum: & non eſſet ei
obediendum:quia obedire oportet Deo magis quàm homi-
nibus,niſi inquantum per aliqua indicia peccata manifeſten
tur:puta infamiam,præſumptiones,& huiuſmodi: quia tunc
poteſt prælatus præcipere,ſicut & iudex alius exigere iura-
mentū,hæc illæ.Et idē eſt, ſi ſemiplenè probatū eſt:puta qa
eſt vnus teſtis: quia in his duobus caſibus tenet̃ qlibet ſubdi-
tus deponere quicquid ſcit:licet non præceſſerit monitio,vel
probare non poſſit:quia tunc non venit vt denūtiet,ſed vt te-
ſtificetur.Facit ca.j.de teſti.cogen.cum ibi not. Imò eo caſu,
quo prælatus eſt talis,quòd ei fieri poteſt ſecreta denūtiatio
ante monitionē ſine peccato,ſi ipſe, iubet, vt ſic fiat,tenetur
obedire ſubditus:quia tenetur in omnibus quæ pertinent ad
officium prælati,& non ſunt cōtra Deū. Fallit autem quod
ſ.dictum eſt,in parentibus & filijs,qui nec etiam volentes,cō
tra ſeipſos in teſtimoniū admittuntur.C.de teſti.l.parētes.&
iiij.q.iij.§.itē parentes.Et intellige de aſcendētibus & deſcē-
dentibus ſolùm,non de collateralibus,ſecūdū gl.in d.§.item.
Non debet etiā compelli vxor cōtra virū, nec ſocer cōtra ge
nerum,priuignum,ſobrinum,ſobrinā,& à ſobrinis natum,&
eos,qui in priori gradu ſunt.iiij.q.iij.§.item lege Iulia.Quod
intellige,vbi criminaliter proceditur:ſecus,vbi ciuiliter,ſecū
dum gl.in c.j.iij.q.v.vbi dicitur,quòd in ciuili cauſa licitè ad-
mittitur frater contra fratrem,vel pro fratre:ſed idē non cre
do de filio contra patrem, & vxore contra virū , etiā in cau-
ſa ciuili:præſertim ſi animarum vel corporum periculū im-
mineret:quia pater & filius reputantur pro vna perſona,ſe-
cundum gl.in c.ſuper eo.el.ij.de teſti.Et idem dic de vxore &
viro,qui effecti ſunt vna caro.Et ſi filius vel vxor reuelarēt il-
lorum delicta,ſubijcerent ſe periculo mortis,vel huiuſmodi.
Eccleſia autē nullū videtur obligare cum ſcandalo.de pœ.&
remiſ.officij.Si autem non erat infamia contra aliquē,ſed in
generali,quæritur,vt fieri ſolet:ſeruet̃ ordo prædictus.Vide
etiam infrà,Denuntiatio.§.iiij. ¶Octauò † quæritur, an con- 6
tra prædictum ordinem teneatur quis ſuum vel alterius pec
catum publicare ad præceptum prælati,ſi peccator ſit occul
tus & factum publicum? Et dico quòd S.Th.in quodā gene
rali capitulo,cùm eſſet baccalaureus , legitur ſenſiſſe ꝙ ſic:
ſed omnes magiſtri fuerunt contra eum. Secundùm ea verò
quæ reliquit nobis in ſcriptis,dicendum videtur,quòd nō te-
netur,ſecundū regulas ſuperius aſſignatas,niſi ſeruato ordi-
ne prædicto:qa eo caſu poſſibile eſt ſatisfieri cōſciētiæ delin
quentis,per ſecretam monitionem : & conſcientiæ eorū,qui
ex facto publico ſcandalizantur , per modum qui dicetur:&
conſequenter ſeruanda eſt fama. Sed cōtra,videtur quòd te-
neatur. Primò,quia peccatum eſt publicum. Sed dico ſtultū
eſſe dicere,quòd peccatum ſit publicum,& quærere notitiā
eius per præceptum.Vnde dico,quòd ſecundum Pet.de Pal.
in iiij.di.xix.q.iiij.peccatum dicitur publicum,qn̄ publicū eſt,
quis fecerit illud:nō autē ſi eſt publicus effectus peccatoris,
vel peccati:quia peccatū non eſt id quod videtur,puta cada-
uer:ſed actio peccatoris,puta,occiſio quæ nō videt̃.Secundò,
quia oportet ſatisfacere conſciētiæ eorū, qui inde ſcandali-
zantur in publico,quod ſubditus non poteſt, ſed prælatus,&
non niſi ſibi dicatur.Sed dico,ꝙ eo caſu prælatus debet præ
cipere ſuper veritate dicēdā,& ad inquiſitionem procedere:
Sed præceptum intelligendum eſt,ſaluo ordine prædicto:&
ex tali inquiſitione ſatisfit ſcandalo,& iuſtitiæ publicæ: cùm
iam res ſit in iudicis voluntate punita,quātum punire potuit.
Pro quo nota,quòd eo caſu prælatus poteſt communiter &
indeterminatè præcipere: quia de peccato procedit infamia
ex euidentia facti,indeterminata tamen: ita quòd iſte nō eſt
determinatè infamis:ſed iſte,vel iſte,indeterminatè. Nō au-
tē poteſt præcipere ſpecialiter iſti , vel illi,niſi ſit ſpecialiter
infam

infamatus, aut ſemi conuictus. Vnde ſiue ſic, ſiue ſic præci-
piat: non tenetur obedire, niſi qui eſt infamatus, vel ſemi con
uictus, aut qui talẽ nouit. Et quod dictũ eſt de prælato & pręcepto intellige de iudice & iuramẽto.
7 ¶ Nonò † quæritur, qđ ſi epiſcopus, vel alius prælatus, præcipiat reuelationẽ alicu-
ius occulti, puta furti, ſub pœna excommunicatiõis latæ ſen-
tentiæ? Et dico quòd qui de hoc eſt infamatus vel ſemiconui
ctus, ſi non reuelabit, incidet: & ſimiliter qui hoc ſcit: etiam ſi
ſit de his, qui ad teſtimonium contra talem cogi non debẽt,
q̃a licet peccet prelatus ſic intendens adſtringere, & ſentẽtia
ſit iniqua, non tamen eſt nulla: vt patet ex dicendis infra, Ex-
communicatio.ij.§.j.&§.iiij.dubi.viij. Si verò nulla ſit de hoc
contra aliquem ſpecialiter infamia vel probatio: licet ſentẽ-
tia ſit iniuſta, tamẽ reuelare tenetur ipſe reus: niſi ſentẽtia eſ
ſet nulla ex intolerabili errore expreſſo, vel alia cauſa: quive
rò hoc ſcit, curet vt reus obediat. Quod ſi non facit: ipſe reue
let: ſaltẽ in ſecreto, ſi probare nõ poteſt: alioquin incidet. Li-
cet hoc videatur negare Sum.Roſ. tum quia ſententia nõ eſt
ex hoc nulla: tum quia nõ eſt præſumẽda correctio per indu
ctionem teſtium, quando non timetur eccleſiaſtica cẽſura tã
magna: & ſi exigatur ab eo vt denuntiet iuridicè: nõ tenetur
cùm probare non poſsit. Et ſic intellige glo. in c. ſacerdos. de
pœn.di.vj. quia tunc requiritur vt denuntiator, non vt teſtis.
Et per hoc infert Ioan. de Pla. Inſti. de pu. iudi. quòd puniens
ſcienter aliquem pro crimine læſæ maieſtatis, quia non denũ
tiauit, cùm probare non poſſet: tenetur ei ad omne intereſſe
& idem Bal. in quodam conſilio, quod incipit, quanquam al-
legata. Vnde quando dicitur, qui ſciuit: intelligitur de ſciẽtia
probabili. l. qui accuſare. C. de eden. facit C. de calum. l. & ſi in
monito. Vnde talis nõ reuelãdo, nõ incidit. Intelligitur etiã,
ſecundũ aliquos, exceptis caſibus, in quibus non tenetur quis
ad teſtificandũ, iuxta dicta ſ.§. viij. etiam ſi in comminatoria
exprimeretur, quòd teneatur licet nequeat probari: quia con
8 tineret intolerabilem errorẽ. ¶ Decimò † quæritur, an vten-
dum ſit fraterna correctione prælato iubente vel non iuben
te, circa eum, qui habet peccatũ vel impedimentũ, quod ego
ſcio, & ille ignorat: vt quia ignorat ſe ordinatum, vel baptiza
tum non ritè, vel excõmunicatum, & miniſtrat vel habet vxo
rem, quam de iure habere non poteſt, & huiuſmodi? Et dicit
Veruec. loquens, quãdo hæc probari non poteſt, quòd qui hu
iuſmodi ſcit, tenetur eum auiſare, quem credit corrigibilẽ, ſi
laborat ignorãtia craſſa: aliter peccat: quia ille nõ excuſatur.
Similiter, ſecundum eundem, ſi laborat ignorantia probabi-
li, licet excuſetur ignorantia facti, tenetur, propter periculũ
& damnum alienum, aut ſacramentorum iniuriã. Si verò ſit
incorrigibilis, & de ſcandalo timetur: ſufficit ſi prælato de-
nuntiet: non accuſando, vel denũtiando, ſed ſimpliciter ſigni-
ficando, ſi fortè remedium conueniens poſſet adhiberi. & cõ
cord. Mo. & Rodo. Si autem ꝓbare poteſt, tenetur ſi eſt præ-
latus ſuus ſecũdum Rodo. & Mo. Quod intellige, ſi credit ſe
poſſe illum corrigere, ſaltem per vim. Secus vbi nihil ꝓfice-
ret, ſed efficeretur peior. Si verò nõ ſit eius prelatus, & ſperat
de correctione, aut ſi non ſperat, ſed tamen inde aliorũ peri-
culum vel damnum immineat: tenetur ſecũdum eoſdem. Et
hoc, ſecundum Arch. limita, ſi credit iudicem exhibiturum iu
ſtitiam: ſecus vbi non eſt periculum aliorum, aut damnũ: vel
probare non poteſt. ar. ij. q. vij. plerique. vel etiam ſi iudex re-
medium non adhiberet hoc probato. arg. xj. q. iij. quando. Et
idem videtur de denuntiatiõe fienda prælato ſuper crimine,
quando inde non prouidet: quia inutilis videtur & fruſtra. Si
autem nec correctionem ſperat, nec alij inde periculũ immi
neat, vel damnũ: nõ tenetur, ſecundũ Mo. & Ro. Et iuxta hæc
9 intellige S. Thom. dicentem in ij. ij. quòd † non eſt dimitten-
da correctio pertinens ad prælatos propter turbationem
eius qui corrigitur: tum quia & ſi ſponte propria emendari
non velit, corrigẽdus eſt ꝑ pœnas vt peccare deſiſtat: tũ etiã,
quia & ſi incorrigibilis ſit, prouidetur bono cõmuni, dũ ſer-
uatur ordo iuſtitiæ: & vnius exemplo alij deterrentur. Secus
autẽ de correctione fraterna; vt dictũ eſt. ¶ Vndecimò † quæ-
ritur, vtrũ correctio ſit prælatis in præcepto? Et dico quòd
ſic, ſecundum S. Tho. & omnes doct. loquẽdo de correctiõe,
quæ eſt correctio & punitio: quia ſubditus tandẽ tenetur di-
cere prælato, vt puniat etiam ille tenetur corrigere peccatũ
manifeſtũ, ſub pœna æternæ mortis. ar. lxxxiij. diſt. per totũ.
& ij. q. qui nec regiminis. Quando tamẽ videtur nõ expedire
communitati, nec corrigendo, nõ tenetur corrigere: quia illę
ſunt cauſæ, propter quas corrigimus, vt patet xxiij. q. v. pro-
deſt. remota autẽ cauſa, remouet̃ effectus. Nec tenetur, nec
debet corrigere, ſi cõmunitati nec nocet, nec prodeſt corre-
ctio: & eius omiſsio prodeſt delinquẽti ad emendationẽ: quia
cauſa corrigendi eſt emendatio. Quando verò ecõuerſo, cor
rectio non expedit delinquenti, imò fortè nocet, & tñ com-
munitati prodeſt. corrigere tenetur: quia bonum cõmunita-
tis eſt melius bono iſtius. Si verò loquamur de correctione
fraterna: multò magis tenetur quàm alij, ſiue peccatũ ſit ſe-
cretum, ſiue publicum: ſecreta tñ, ſecretè corrigere debet. Si
verò nõ corrigit & emendat, cùm poteſt, mortaliter peccat,
xliij. diſ. ſit rector. quod intellige in mortalibus, & iuxta dicta
§. priore. ¶ Duodecimò † quæritur, qualis debet eſſe corre-
ctio, ſiue punitio? Et dico, quòd debet eſſe nõ ex odio. lxxxvj.
diſ. odio. quia ſi fieret animo deliberato nocendi notabiliter,
eſſet peccatum mortale: nec etiam ex ira præcedẽte rationẽ
deliberantem, quid faciendũ eſt, ſecundũ Aegi. de regi. prin.
quia non audit rationẽ. vj. Ethi. ſed ex charitate, vt delinquẽs
corrigatur, vel ſaltẽ timeant alij ſimilia facere. xxiij. q. v. ꝓ-
deſt. & non debet eſſe remiſſa: ſed debet eſſe cũ ira, quæ ra-
tionem ſubſequitur, vt miniſtra, ſecundũ Aegi. ita quòd ante
iudicium rationis reprimenda eſt ira per manſuetudinem: &
poſt iudicium, econuerſo manſuetudo eſt excitanda per irã
vt dicit: quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquẽdi,
xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. & cap. ſequent. Nec debet prælatus cor
rigere lenitate patris, vt Heli, q̃ & ſcd̃m Hier. dãnatus fuit,
ſed authoritate pontificis: quia debet prælatus miſericordiã
præſtare pœnitentibus, non autem impœnitentibus, & incor
rigibilibus. xxiij. q. iiij. non poteſt ita tamen, vt ſeueritas le-
nitati miſceatur. diſt. xlv. diſciplina. & potius ad beneuolẽtiã,
quàm ſeueritatẽ declinandum eſt. ea. di. licet. & diſt. 50. pon-
deret. Memor tamẽ debet eſſe prælatus eius quod dicit Aug.
cõtra epiſtolã Parmeniani. Tãto inquit, eſt efficacior emen-
datio prauitatis, quanto diligentior fuerit obſeruatio charita
tis. ¶ Decimotertiò † quæritur, quid ſi prælatus in corripien-
do modum excedat? Et dico quòd ſi nõ excedit à propoſito:
in nullo tenet̃, per c. olim cauſam. de reſt. ſpol. Intellige pri-
mò quantum ad pœnas humanas: ſed non quo ad Deum qui
etiam venialia minima punit, ſecundum docto. Secundò, quo
ad humilitatẽ veniæ petẽdæ ab offenſo, à quo eam petere nõ
tenetur, ſecundum Aug. in regu. & lxxxvj. diſt. quando neceſ-
ſitas. Si tamẽ ex malignitate, vel odio excederet, veniã pete-
re teneretur: quia tenetur iniuriarum. ff. de leg. Aquil. l. quẽ-
admodũ. §. magiſtratus. vt not. in gl. in d. c. quando. & tex. eſt
in l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. Siue autẽ à propoſito, ſiue
non, modum excedat: ſubditus poteſt appellare, ſaltẽ ad pa-
pã: & ſi nõ ſemper in ſuo ordine, vt ſuprà, Appellatio. §. vij.
¶ Decimoquartò † quæritur, qualiter in correctione proce-
dendum ſit, quando in ſcelere eſt multitudo? Et dicit S. Tho.
ij. ij. q. cviij. quòd debet ſumi de ea vindicta, vel quantum ad
totum: ſicut Aegyptij ſubmerſi ſunt in mari rubro: & Sodo-
mitæ vniuerſaliter perierunt. Vel quantum ad magnã mul-
titudinis partem: vt Exod. xxxij. in pœnam eorum qui vitu-
lum adorauerunt. Quando verò ſperatur multorum corre-
ctio, vindicta exerceri debet in paucos principaliores, quibus
cæteri terreantur: ſicut Dominus Numeri xxv. mãdauit ſu-
ſpendi principes populi pro multitudinis peccato. Si autem
nõ tota multitudo peccauit, ſed pro parte: tũc ſi mali ſeſcer-
ni poſſunt à bonis, debet in eos exerceri vindicta, ſi fieri põt
ſine ſcandalo aliorum: alioquin parcendum eſt multitudini,
& ſeueritati detrahendum. Et eodem modo tolerandũ eſſet
peccatum principis, ſi puniri non poſſet ſine ſcandalo multi-
tudinis: niſi fortè eſſet peccatum tale, quod magis noceret
multitudini ſpiritualiter, vel temporaliter, quàm ſcandalum
14 quod timetur. ¶ Decimoquintò † queritur, quot ſunt cauſæ
licitè diſsimulandi, & non corrigendi peccata? Et dicit Vld.
quòd ſunt quatuor: Prima, cùm mali diſcerni non poſſunt à
bonis. Secũda, cùm multitudo tãta eſt, vt ſine eccleſiæ ſchiſ-
mate, vel bonorum inuolutione fieri nõ poſsit. Tertia, quan-
do de emẽdatione probabiliter præſumitur: vt quia ex infir-
mitate, vel ignorãtia peccatur. Quarta, ſi mali eccleſiæ pro-
ſunt exercitando bonos: & non obſint. probantur hęc x. diſt.
comeſſationes. & diſtinct. 50. vt conſtitueretur. xxiiij. quæſt.
iiij. ipſa pietas. & cap. cum quiſq;. Vltimum tamen intellige, ſi
15 non ſperatur correctio malorum. ¶ Decimoſextò † quæri-
tur, vtrum peccet mortaliter ſubditus aut prelatus corrigen
do exiſtẽs in mortali? Sed quia circa hoc multi multa loquũ
tur, dico tria breuiter reſoluendo mentem Sancti Tho. ij. ij.
quęſt. xxxiij. & iiij. diſtinct. xix. ¶ Primum eſt, quòd prelatus,
ſ. pro ſi ſit in mortali publico vel occulto, peccat corrigẽdo ex offi
poſ. cio ſuo vt prelatus, vel quicquid aliud faciendo: quia indignè
vtitur ſuo officio: & ſecũdum Pet. de pad. peccat mortaliter:
quia ſuſpenſus eſt coram Deo. Ad quod facit ij. quæſt. vij. qui
nec. & de conſec. diſtinct. v. cap. fin. Sed limitat idem Petr. in
prelato ſpirituali: quia temporalis, puta iudex, nõ peccat mor
taliter, ſuſpendẽdo furẽ, licet ipſe ſit in mortali. ¶ Secundum
eſt, quòd ſiue prelatus, ſiue ſubditus corrigendo, non vt mi-
niſter eccleſię, ſed ex zelo charitatis, peccare non poteſt, niſi
ratione ſcãdali, quod ſolùm in notorio locum habet: vnde
non peccat etiam exiſtens in peccato notorio, ſi cum humili
tate corrigat. quod nõ eſt intelligendum cum humilitate, id
eſt, cõtritione, vt exponit Supplementum: quia ſic nõ eſſet in
mortali: ſed, ſicut ipſe videtur ſe declarare in quarto, cum hu
militate, id eſt, non per modum corripientis, ſed rogantis: vt
exẽplo ſuo nõ incitetur ad malum? Et ratio eſſe poteſt: quia
tunc nõ corrigit vt eccleſiæ miniſter: nec etiam cum ſcanda-
lo: quia illud auertit humilitas exterior in verbis. ¶ Tertium
eſt, quòd exiſtens in peccato notorio peccat: & intellige mor
taliter, docendo ex officio prelationis: ſicut qui prędicat, do-
cet, cùm nulli hoc liceat, niſi prelato, vel eius authoritate: vel
docendo ex officio magiſterij, ſicut docent magiſtri Theolo
giæ: quia vterq; impedit finem ſcripturę: qui eſt peruentio ad
æternam vitam. Qui autem eſt in peccato occulto, peccat do
16 cendo primo modo, non ſecundo. Et † licet, qui alium corri-
piendo iudicat, ſi in eodẽ peccato ſit, ſeipſum condemnet,
id eſt, condemnabilem oſtendat: non tamen ex hoc ipſo no-
uam cauſam damnationis ſemper adijcit. De materia huius
tituli plura habes infra Pœna: & infrà Percutere. infrà Scan-
dalum. vtrum ſcilicet propter illud ſit dimittendã correctio
& ſuprà Contumelia. vtrum ſit dicenda cauſa correctionis: &
de correctione permiſſa doctoribus, infra Excommunicatio.
vj. §. iij. vide etiam infrà Denũtiatio, de iſta materia, & infrà
Inquiſitio. j. & ij.



CORPORA ſanctorum de loco ad locũ transferri non
poſſunt ſine licentia epiſcopi. de conſec. diſt. j. corpora.
quod verum eſt, quando iam tradita erant perpetuæ ſepultu
rę. ff. de re. & ſumpt. fu. l. vlt. de quo vide infrà Reliquiæ. per
totum. & Excommunicatio. vij. §. xlj.

## De Corporalibus, & Pallis altaris. & Veſtibus ſacris.

1 *Corporalia, & pallæ prout ad diuina referuntur, quid ſint.*
*Et quot pallæ in altari aut eſſe debeant, aut ſufficiant.*
2 *Corporalia, pallæ, & hmõi à quibus lauanda, aut tractanda*
*ſint? Et an poſt lotionẽ ſint recõſecrãda, vel rebenedicẽda? nu. 3.*
4 *Caſula de veſte alicuius matronæ num fieri poſsit? Et vtrum*
*veſtes ac manutergia eccleſiaſtica poſsint ad laicorum vſus*
*conuerti? num. 5.*

CORPORALIA, † ſeu corporale altaris, dicitur pan- 1
nus, quo immediatè corpus Chriſti in Miſſa cõtinetur,
& cõtingitur: quod ſemper debet eſſe benedictũ. Palla verò
eſt veſtis ſiue cooperimentũ altaris, ſupra quod immediatè
extẽditur corporale, quam in neceſsitate nõ oportet eſſe be
nedictam, vt ſuprà Benedictio. §. v. Et vtrunq; horum debet
eſſe de panno lineo ſimplici, non de ſerico vel intincto. xxv.
diſtinct. perlectis. de conſ. diſt. j. conſulto. Et debent eſſe ipſæ
pallæ tres, ſecundum aliquos, in repręſentationem Trinita-
tis. Vnde dicit Sum. Roſ. quòd ſufficit vna triplicata. Sed hoc
non bene dicitur: quia ſi ideo deberent eſſe tres, vt repręſen-
tarent Trinitatem: nõ liceret ibi habere quatuor, contra tex.
de conſe. diſtin. ij. ſi per negligentiam. Vnde ſecundum Petr.
de pal. requirũtur ad minus duæ, & ſufficiunt, vt reſpondeãt
linteaminibus, quibus inuolutũ fuit corpus Chriſti quæ plu-
raliter nominãtur. & intellige duæ, excepto corporali. ¶ Pri-
mò † verò quęritur, qualiter & à quibus hęc ſunt lauãda aut 2
tractanda? Et dico quòd veſtimẽta ſacra nõ niſi à ſacratis ho
minibus tãgi debẽt. de cõſ. diſt. j. in ſancta. & duobus c. ſequẽ-
tibus. & pro corporalibus lauãdis miniſtri, ſcilicet diaconi ha
bere debẽt nouã peluim: & aquã in ſacrario ꝓijcere: ſcilicet
ſaltẽ quantũ ad primã lotionẽ. de cõſe. diſt. j. nemo. nec laua-
ri debẽt per fœminas, nec tangi, etiã ſi ſint ſacratæ, id eſt, mo-
niales. xxxiij. diſt. ſacratas. & de conſ. diſt. j. nemo. el ij. & idem
ibidem dicitur de alijs altaris paramẽtis, vt ſunt pallę, vaſa, &
huiuſmodi. quod ſecũdum Hoſt. in Sum. tit. de Eucha. intelli-
gitur, quãdo ſunt per pontificem benedicta. de relig. do. c. iij.
Hoc tamẽ per cõtrariã cõſuetudinẽ abrogatũ eſt, quam Sup
plemẽtũ dicit nõ valere; quia cõtinet diuinam irreuerẽtiam.
Sed dicit Sum. Roſ. & Ang. quòd valet. Et hoc tene: quia hoc
nõ eſt irreuerẽtia, ſed nõ reuerentia tanta. Imò dicit Petr. de
Pal. quòd excuſat moniales lauãtes corporalia: & à fortiori in
alijs. Sed dico q̃ non valet quo ad corporalia ꝓpter rationẽ
poſitam in d. c. nemo. ne ſcilicet fragmẽta vel pulueres dñici
corporis malè tractentur, aut à profanis contingantur: circa
quod nõ poteſt eſſe cõſuetudo rationabilis. Et idem videtur
de purificatorijs, quibus interdũ ſtillę ſanguinis imbibuntur,
& reliquię corporis adiungũtur. Si autem iam ſint lota: puto
ſecundũ mentẽ Pet. de Pal. quòd poſsint per moniales repa
rari ſi ſit cõſuetudo. ¶ Secundò † queritur, vtrũ poſt lotionẽ 3
ſint predicta reconſecrãda vel rebenedicenda? Et dico quòd
non: quia formã nõ perdunt, etiã ſi diſcindat amictus & repo-
natur: & idem dico ſi reſarciuntur, dummodo non fuerit tãta
fractura quòd formã corrumperet: quod tũc eſt quãdo tãta
eſt, quòd eis arbitrio boni viri pro corporalibus quis vti non
poſſet, pro quo faciunt not. in cap. j. de conſec. eccle. vel alta.
¶ Tertiò † queritur, vtrum de veſte alicuius matronę fieri 4
poſsit caſula? Et dicit gloſſ. in cap. ad nuptiarum. de conſecr.
diſt.

diſtinc.j.quòd non.& idem Arch.poſt Hug.in Roſario,quod Arch.dicit eſſe honeſtius,ſed nõ reperi alicubi expreſſe prohibitum.Ego verò dico quòd propter benedictionem.& dedicationem ad cultum diuinũ inde omnis macula purgatur: quia non ſunt magis profana quàm templa idolorum, quæ Deo conſecrata leguntur.Facit cap.non liceat.xvj.queſt.vlt.

5 ¶Quintò † queritur,vtrũ veſtes & manutergia eccleſiaſtica deputari poſſint ad vſus laicorũ?Et dico quòd non.de rerum permut.mãcipia. quod intellige ſi erãt dedicata immediatè cultui diuino.ſecus ſi erãt immediatè ad vſum miniſtrorũ extra miniſteriũ:quia beatus Martinus epiſcopus dedit pauperi tunicã ſuã.De hac materia vide multa ſuprà Benedictio.

## De Corpore vitiatis.

1 *Corpore vitiatus,ſiue nouũ,ſiue vetus ſpectamus teſtamentũ, quiſnã dicatur?Et quo.tpe ſpectata ſunt magis corporis vitia?*

2 *Corpore vitiati,num ſint ad ordines ſacros promouẽdi.Et ibidem de hoc reſolutio?Et quid de mutilato?nu.3.& ibidẽ quid ſi mutilatio,aut huiuſmodi defectus,promoto iam ſuperuenerit?Et quid de membra ſuperuacanea habente?num.4.*

3 *Membrum ſi quis ſibi ex indignatione,vt puta dentem, aut quoduis aliud truncauit: an irregularis ob id fiat? Item quid de claudo,cæco,oculis maculato ab ortu,aut ſine culpa: item de gibboſo?Et quid de leproſo,aut abſtemio & vinum non bibente, de furioſis, caducis, dæmoniacis & hermaphrodito: & quis in prædictis diſpenſet?vſq; ad finem.*

1 CORPORE †vitiatus in ordine ad ſacros ordines noui taſtamenti,ſecundũ Aſten. & alios Canoniſtas dicitur, qui eſt mutilatus vel debilitatus membro, id eſt, qui caret mẽbro:vel habet quidem membrũ,ſed inefficax: vt oculum cæcum,manũ aridã, & huiuſmodi.Quantũ verò ad ordines veteris teſtamẽti multa erãt corporalia vitia,de quibus Leuit.xxj.quę hodie ab ordinibus nõ repellunt.vij.q.j. qualiter. Et ratio eſt,quia ſacerdotiũ tunc erat magis figurale,& magis corporale quàm modò: vnde magis cõſiderabãtur cor-

2 poralia vitia,quæ erãt ſpiritualiũ ſigna.¶Primò †verò queritur in generali,vtrũ corpore vitiati ꝓmouẽdi ſint ad ordines ſacros?Et dico ꝙ non,ex duplici cauſa ſecundũ iura. Primò,propter inhabilitatẽ ad officiũ exequendũ:Secũdò propter deformitatẽ ad ſcandalũ tollendũ.Vnde hoc generali-

Reſolutio. ter tenendũ eſt quòd vitiũ corporis quocũq; ꝓuenerit,ſi reddit inhabilẽ ad frangendũ vel contrectandũ hoſtiã, impedit promouendũ,& promotũ ꝓhibet miniſtrare,& ſimiliter omne vitiũ notabile in oculo vel manu vel humeris ſcãdalum generãs,iuxta ea quę dicẽtur.§.ſeq.Hoc etiã tenendũ eſt ꝙ ſua culpa corpore vitiatus repellitur,nõ autem vitiatus ſine culpa,ſecundũ Ray.niſi timeatur ſcandalũ ex deformitate, vel ex debilitate periculũ.Et ſi dubiũ ſit vtrũ inde ſcãdalum generet,néc ne,ſecundũ Gof.& ſimiliter ſecundũ Inno.in c.j. de cor.vitia.iudicabit epiſcopus.& allegat c.ij.eod.tit.qđ videtur velle vt hoc iudicet Archiepiſcopus cũ ſuffraganeorũ cõſilio.Sed dici põt ꝙ ille archiepiſcopus erat epiſcopus reſpectu corpore vitiati:& quod additur de ſuffraganeis, dic quo ad epiſcopum ſufficere Archidiaconi conſiliũ.arg.ibidẽ iuncta gl.Hęc tamẽ Sum. Ang. limitat quo ad nõ exẽptos.in religioſis aũt exemptis dicit quòd iudicabit ſuus prelatus ordinarius.Sed hoc nõ bene dicitur: quia ille nõ habet ordines cõferre,ſed epiſcopus:nũquã aũt artifex inferior vel nõ ſuperior iudicat de materia circa quam ſuperior operatur vel formam inducit,ſicut qui dolat lapides ad domũ cõpaginãdam, nõ iudicat quales eſſe debeant:ſed hoc accipit à cõpaginato-

3 re:& ipſe exequitur vt ille iubet.¶Secũdò † queritur,ſpecialiter,vtrũ mutilatus ſit promouẽdus?Et Archi.cum alijs Canoniſtis ſic diſtinguunt: Aut enim eſt mutilatus ſeu priuatus mẽbro magno & manifeſto,quod ſcilicet inducit deformitatem notabilẽ,vt eſt priuatio naſi:vel inhabilitatẽ ad exequẽdum officiũ,vt priuatio manus,& huiuſmodi: & tũc impeditur promoueri:& cũ tali defectu promotus deijcitur,ex quacunq; cauſa prouenerit,iuſta vel iniuſta,naturali vel accidentali.Si tamen talis defectus ꝑmotio ſuperuenit, & nimis deformem nõ reddit:exequi poterit officia,ad quę ex illo defectu non impeditur:ſicut ſacerdos cæcus non celebrabit miſſam,aut aliàs in altari miniſtrabit:prędicabit tamẽ, & audiet confeſſiones:nec à beneficio remouebitur,ſi non fuit in culpa:quia afflicto addi nõ debet afflictio.vij.quæſt. j.cum percuſſio.Dabitur tamẽ ei coadiutor ſi tale beneficium eſt, cui ipſe deſeruire nõ poſſit.de cleric.ęgrot.cap.iij.Aut eſt mutilatus membro paruo vel occulto:& ſubdiſtinguitur. Nam ſi hoc fuit ſpõte,& ſine iuſta cauſa:repellit̃ indiſtinctè à promotione,in quocunq; membro,ſiue à ſe ſiue ab alio:& iam promotus deijcitur:etiam ſi ſe caſtrando putabat obſequiũ preſtare Deo.extra eo.ſignificauit.etiam ſecũdum Innoc.ſi non totum membrũ amiſit, ſed partem, quæ aut deformitatem ſcandaloſam generet.extra eo.capit.j.aut inhabilẽ redderet ad officium exequendũ.extra eo.Thomas. Secus in alijs,ſcilicet partibus:vel etiam ſi dentem excuteret,ſcilicet totũ.Si autem ſponte quidem,ſed ex iuſta cauſa:puta, propter vitæ periculum,ne reliquum corpus inficeretur,fecit ſibi amputari,vel ipſe,cùm chirurgicus eſſet,amputauit membrũ occultum:puta,virilia:vel manifeſtum, ſed paruum:vt digitũ non neceſſarium:ſcilicet ad ſignum crucis faciendum:nec repellitur à promotione,nec promotus deijcitur.Et idem eſt ſi ex cauſa iniuſta,non autem ſponte, ſed inuitus:puta, ab amicis ſit caſtratus eſt:vel ſi ſit ſic natus.Nec eſt neceſſariũ, ſecundum Hoſtien.quòd talis caſtratus ſecum teſticulos deferat: vt aſtruũt imperiti vulgares.Non deberet etiam ſe incidere clericus chirurgicus,ſecundum Rayn.niſi in neceſſitate,alio deficiente.Si autẽ caſu in tale aliquid lapſus eſt:diſtingue, quia ſi dando operam licitę rei:puta, ſi dolando ligna amputauit ſibi partem digiti minimi:nec repellitur,nec deijcitur.Si verò illicitę rei operam dabat, & à caſu membrum amiſit, à promotione repellitur:licet miſericorditer,id eſt, ex epiſcopi diſpenſatione toleretur in ſuſceptis, ſi membrum vel pars membri deformitatem modicã generaret. Trahuntur prædicta ex dictis Rayn.Guliel.Innoc.& Bern.& ex diſtinct.lv.ſi quis abſciderit.& ex alijs capitulis:& extra eo. ſignificauit.& cap. final.ex quo iuncta gloſſ. per cõtrarium ſenſum elicitur quòd amittens vngulam pollicis caſualiter dando operam illicitæ rei,ſine diſpenſatione celebrare non poteſt. ¶Tertiò † quæritur, quid de habente membra ſuperflua? Et dico quòd habens ſex digitos in pede indubitãter promouetur ſecundum Archidia. etiam ſecundum Hoſt. ſi habeat in manu:vel ſi digitos habeat coniunctos:dummodo ex hoc non ſit impedimentũ in vſu membri.ff.de ædil.edict.l.item:Offilius. adde etiã dummodo non inducat nimiam deformitatem. Et dicit gl.in c.partẽ.diſt.lv.quòd habens ſuperfluos digitos poteſt ſibi præſcindere:ſicut & dentes vel vngues nimis prolixos. Sed dubitatiuè loquitur:& verum puto quando inde nullum vitæ periculum immineret.Nec talis propriè eſſet colobus aut mutilatus:quia talia non ſunt propriè membra,ſed monſtra. ¶Quartò † quæritur, quid de eo qui ex iniuſta cauſa, puta ex indignatione, ſibi dentem euulſit, vel membrum quodcunq; truncauit?Et dico ſecundum Innocentium,in cap. ſignificauit . de corp.vi. quòd non eſt irregularis, niſi membrum vel partem amiſerit generãtem deformitatẽ:ſi tamen non generet deformitatem,& ſit notorium, abſciſsionem ex indig-

indignatione proceſſiſſe:nec promoueri,nec in ſuſceptis miniſtrare ſine diſpẽſatiõe poteſt.Et ſimiliter ſi ſectio tãta fuerit vt claudicationẽ inducat,repellit̃ tanquã corpore vitiatus. ¶Quintò, quid de claudo? Et dico ꝙ eum cõſuetudo nõ repellit: niſi talis ſit quòd ſine baculo altari nõ poſſit aſſiſtere. ar.de cõſe.di.j.null⁹.& di.xlv.diſciplina. Sed intellige de claudo naturaliter,vel ſine ſua culpa:de alio aũt dic iuxta dicta ſ. §.ij.& iij.in fi.¶Sextò,quid de cęco vel oculis maculato à natiuitate, aut ſine culpa,vel etiã de gibboſo? Et dico quòd cęcus etiã ex vno tãtùm oculo repellitur, ſcđm Archi.qđ probat per c.ſi euangel.ca.di.lv.oculo verò maculatũ,ſi deformitas nimia inde generetur:nec ius admittit nec cõſuetudo.extra eo.cum de tua.facilius tamẽ in religione quàm extra promouetur,ſecundũ gl.Ray.vnde promoueri nõ poteſt, niſi diſpẽſetur per papã,vel efficiatur religioſus, ſecundũ Inn.c.cũ de tua.& idẽ Aſtẽ. Si autẽ deformitatẽ non inducit,non prohibetur promoueri.Quod quidẽ archiepiſcopus cõſiderabit: vt in d.c.cũ de tua.vbi mẽtio ſit de cõſilio ſuffraganorũ : qđ Archiepiſcopus tenetur quidẽ exquirere:aliter nihil faceret: ſequi tamen non tenetur,ſcđm Vin.& Ber.extra de arb.cum olim.de quo vide ſ.Cõſiliũ.§.ij.vel fortè etiã videbit epiſcopus:vt ſ.§.j.Si verò in oculo nõ ſit macula,ſed alter altero ſit groſſior,aut certè vterq; prominẽs,ſecundũ Aſten.talis promoueri nõ prohibetur. ff.de ædil.edic.l.qui clauum.in princ. Gibboſus quoq; minimè repellitur.niſi ſit deformitas nimia vel debilitas,ſecundũ Archi.¶Septimò,quid de leproſo , aut vinum omnino nõ bibẽte?Et dico quòd leproſus promoueri non debet,ſecundũ Hũg.di.xlix.§.hinc etenim:ſed & promotus populo celebrare nõ debet propter ſcandalũ:ſi tamẽ non ſit deformitas nimia, nõ eſt prohibẽdus priuatim celebrare: vel etiã leproſis in publico,ſi ſit potẽs,preſertim indigẽtis:nõ autẽ ſanis.Similiter nec ꝓmoueri poteſt qui vinũ non bibit: quia celebrantem oportet ſanguinem ſub vini ſpecie ſumere: ij.q.vij.ipſi Apoſtoli.j.Leproſus.§.vj.¶Octauò,quid de furioſis,lunaticis,caducis,& dæmoniacis? Et dicit Gũl.& gl.diſtin. xxxiij.in c.communiter . quòd nullus talium promoueri debet,etiam poſtquam fuerint liberati: & adde etiam ſi cadens morbo caduco ſemel tantùm cecidit:vt in c.maritũ. ea.diſt. Si autem iam ſunt promoti:aut ſunt omnino & ex toto liberati:& tunc exequi poterunt officium ſuũ:& ad probandũ expectari debet tempore arbitrio pẽſatis cõditionibus morbi & perſonæ.Aut nõ ſunt liberati omnino & ex toto: & tũc ſi patiuntur frequenter aliquam harum paſſionum , omnino ceſſare debet ab officio miſſæ.vij.q.ij.in literis.ſi autẽ raro : tũc aut cum ſpumectatione & vocis confuſione: & ſic iterũ debẽt abſtinere:aut ſine huiuſmodi,& tũc ab officio miſſæ nõ prohibentur,dummodò habeant iuxta ſe alium ſacerdotem qui ſuppleat in defectu.vij.q.j.illud.Quidam tamẽ hoc de dæmoniacis nõ admittũt:dicẽtes quòd oportet omnino eos liberos eſſe.Sed mihi videtur ꝙ licet fuerint de hoc opiniones,vt no. in d.c.cõmuniter.ſi tamen p annũ ſteterint liberi , miniſtrare poſſent ſecundum diſcretionẽ epiſcopi:non autẽ promoueri vt dictũ eſt.Omniũ autem prædictorum ratio dicta eſt ſ.§.j. ¶Nonò quæritur,quid de hermaphrodito & muliere?Et dico ꝙ licet hermaphroditus magis in maſculinũ ſexũ vergat: tamẽ nec ordinari,nec ordinatus miniſtrare debet,licet characterem ſuſcipiat. Si autem magis in fœmininũ ſexum, aut in vtrunque æqualiter vergat:non ſuſcipit characterem,ſecundũ Guli.& multo minus fœmina:quę tamen presbytera dicitur:vt in d.c.presbyter. di.xxxij.non quia habeat ordinem ſacerdotij,ſed quia vxor ſit ſacerdotis, & diaconiſſa quia homiliam legit.¶Decimò quæritur,quis in prædictis poſſit diſpẽſare?Et dico quòd ſecundũ Aſten.de mẽte Hoſt. in apparatu



epiſcopus diſpenſare poteſt cum ſponte mutilato,quantũ ad membrũ occultũ,excepto caſtrato. Vnde dicit quòd cũ religioſo diſpenſare poteſt vt celebret cũ ligneo pede:ſed ſi membrum apparet:cum eo diſpenſare non poteſt niſi papa,quando fuit in culpa vitiationis.de cor.viti.cap.j.& clẽ.pu.in duel. c.j.De hoc tamen vide ĩ.Diſpenſatio.c.j.

¶CORPVS Chriſti.vide ĩ.Euchariſtia.

CRAPVLA eſt ciborũ ſuperfluitas,ſecundũ gl.in cap.à crapula.de vi.& ho.cle. Vnde dicitur crapula quaſi cruda epula:de quo vide ĩ.Gula.

¶CREDENS hæreticorum,ĩ.Hæreſis.j.§.viij.

CREDVLITAS duplex eſt: vt not.in c. inquiſitioni. de ſenten.exc.vna ſcilicet temeraria & leuis:puta quando quis audiuit aliquid à leuibus vel paucis pſonis,quibus credi nõ debet:hæc ad cõſilium ſui paſtoris deponenda eſt. Alia probabilis & diſcreta:puta,quia videt ſolum cum ſola in latebris:vel quia ita cõmuniter dicitur.Prima eſt ſuſpicionis vel ſcrupuli:ſecunda verò opinionis.

## De Crimine.

1 *Crimen iuxta Gratianũ tripliciter ſumitur.Et quarto modo & propriè dictum quid ſit?*

2 *Crimen prout in merè eccleſiaſticum, ciuile,ac mixtum diducitur,quid ſit iuxta quamlibet ſuam ſpeciem?*

3 *Crimina,aut enormia præter ſuperiorẽ diuiſionẽ,ſunt,aut mediocria aut minora.Et quid vnumquodq;.Et quæ promouendũ impediant aut promotum deijciant,& quæ minimè.*

4 *Crimen quoque tertiò in publicum,priuatum & exceptum diducitur.Et ibidem quid vnumquodque.Et quòd damnatus de quocũque crimine ab eccleſiaſtico iudice infamis efficiatur,ſicut & de crimine publico damnatus:cum huius limitatione.*

5 *Crimina quænã ſuſpenſione,depoſitione, aut degradatione digna ſint?*

6 *Criminoſus per acta pœnitẽtia,num ſine diſpenſatione celebrare.aut promoueri poſſit?*

CRIMEN †ſecundũ Gratianũ diſt.xxv.c.vnũ.§. tũc autẽ,ſumitur tripliciter.Primò generaliſſimè pro quolibet peccato etiam veniali.Secũdò,pro peccato commiſſo ex deliberatione,quod ſcilicet diuiditur contra cõmiſſum econtra ex ignorãtia vel infirmitate,ſiue ſit mortale,ſiue veniale. Tertiò,ꝓ peccato mortali.Adde quartò , ꝙ iuridicè ꝓpriè ſumitur pro peccato quod depoſitionẽ vel irregularitatẽ inducit.vñ in c.Apoſtolus.lxxxj.di.dicitur quòd crimẽ eſt peccatum accuſatione & dãnatione digniſſimũ: & de iſto eſt hic 1

intentio principaliter.¶Primò †verò quæritur , de diuiſione criminis in merè eccleſiaſticũ,& ciuile ac miſtũ.Et dico quòd eccleſiaſticũ crimẽ eſt,qđ ptinet ad eccleſię iuriſdictionẽ: vt hęreſis,ſacrilegiũ, ſimonia,piuriũ, ſura,adulteriũ.xij.q.ij.in ſum.di.lxxvij.j.de fo.cõp.cũ ſit generale.& ibi de hoc p doct. Crimẽ eccleſiaſticũ merè eſt,qđ principaliter ortũ à canonibus ſumpſit,& ſolùm corã eccleſiaſtico iudice habet cognoſci:laicus aũt de eo ſe intromittere nõ põt:vt,crimen hęreſis. Crimẽ verò merè ciuile ꝑ oppoſitũ eſt delictũ ciuili lege ꝓhibitũ,aliàs in ſe nõ peccatũ:vt,ciuitatẽ noctu poſt ſignũ peragrare . Crimẽ verò miſtũ eſt, qđ ſpectat ad vtrũq; forũ : vt ſacrilegiũ.de cuius pœna etiã ſecularis iudex cognoſcere poteſt,illudq; punire,ſcđm gloſ.in verbo, audiuimus.in cap.felicis.de pœn.libr.vj.& de hoc eſt gl.ſum.xj.quæſtione prima. 2

¶Secundò† quæritur , de diuiſione criminum in enormia & mediocria & minora?Et dico quòd ſecundum Hoſtienſem & glo.Rayn.criminum quædam ſunt enormia:inter quæ ſunt, homicidium,ſcilicet voluntarium : & idem de caſuali præcedente culpa:& ſimonia in ordine & beneficio. Et idem dicit 3

Gof.

Sot.addens vitium hæreſis.j.q.j.ventum. Et hæc etiam poſt
pœnitentiam impediunt promouendum,& iam promotum
deijciunt,etiam ſi ſint occulta.j.q.j.ventum eſt.de.hær. qui-
cunq;.&.c.ſtatutum.lib.vj.de temp.or.quæſitum.de ſimo.rā-
ta.& gnaliter idem eſt de omni crimine inducente irregula-
ritatem:alia verò enormia occulta,poſt pœnitentiam nō im
pediunt promouendum,nec promotum deijciunt: vt in d.ca.
quæſitum.vide j.Enormia. Quædā verò alia ſunt mediocria.
Dicuntur autē,ſecundū Arch.mediocria exēplificando adul
terium,furtum ſacrilegium,periurium,fraus,cum dolo,ince-
ſtus:multo magis vitiū Sodomiticum.de exceſ. præl.clerici.
& ſimilia adulterio maiora: & idem de fornicatione notoria
cum incorrigibilitate poſt monitionē. de coha.cle.& mu.ſi-
cut. In his igitur diſtinguendū eſt.Nam ſi ſunt manifeſta:im
pediunt promouendum,& promotum deijciunt.Et intellige
manifeſta per ſententiam vel cōfeſsionem in iure,aut euidē-
tiam facti:vt in d.c.quæſitum. quòd ſi ſunt manifeſta ſolùm
per famā, indicitur purgatorio:qua præſtita quis abſoluetur:
& ſi in ea defecerit,deponetur.de adul.ſignificaſti.& de pur-
ca.c.ex tuarum.Si verò huiuſmodi crimina ſunt occulta:poſ
ſent tales poſt pœnitētiam manere in ſuſceptis,& ad ſuperio
res ordines promoueri.de temp.ord.c.ex tenore. &.c.quæſi-
tum.Minora verò dicuntur reſpectu grauiū:vt venatio in cle
rico,ludus aleæ,& ebrietas.diſ.xxv.cap.j.facere ſtrepitum in
ſynodo.v.q.iiij.in loco.& ſimilia.Et huiuſmodi etiā manife-
ſta non impediunt promouendum,nec deijciunt iam promo
tum.Si tamē poſt monitionem ſequitur incorrigibilitas,effi
cientur grauiora.Et idem Hoſtieſ.vide etiam j.§.v.¶Tertiò
4 †quæritur de diuiſione criminis in publicum & priuatum,&
exceptum? Et dico quòd crimē publicum eſt,cuius executio,
id eſt,denūtiatio vel accuſatio datur cuilibet de populo:quo
niam ad publicā vtilitatem ſpectat ne crimina maneāt impu
nita:vt ſunt homicidia, parricidia, adulteria, poſt quadrage
ſimā tamen diē:vt in l.iure mariti. C.de adul.& ſimiliter cri
men læſæ maieſtatis. Priuatum autem dicitur,cuius executio
pertinet ad illos tantùm,quibus infertur iactura:vt furtum,il
lata damna,& iniuriæ.Exceptū verò eſt, ad cuius accuſatio-
nem & teſtificationē etiam laici contra clericos admittūtur,
ſi zelo bono ꝓcedant:vt crimen ſimoniæ,hæreſis,læſę maie
ſtatis,& ſacrilegij:de quibus vide cōcor.in gl.ſum.ij.q.vij.vbi
additur crimen dilapidationis:& cap. cum P.Manconella.de
accu.Aliquando tamen dicitur crimē publicum,quod ad pu-
blicum iudicium ſpectat:vt ſunt quæ notantur ff.de publ.iu.
l.j.&ij.Et ibi Bar.in l.j.dicit iudiciū tripliciter dici publicum.
Primò largiſsimè,vt omne quod fit ad publicam vindictā vel
vtilitatem.Et ſecundò,quando quilibet de populo poteſt ac-
cuſare.pro quo dat regulam,quod in omni iudicio non reſpi
ciente offenſam certæ perſonæ quilibet de populo poteſt ac
cuſare:vt ſi quis iuret cōtra ſtatutū prohibens iurare per cor
pus Chriſti,quilibet accuſare poteſt, licet talis non puniatur
pœna infamiæ. Tertiò ſumitur ſtrictè,quando damnatus ſta
tim efficitur infamis:vt in l.j.ff.de his q not.infam.hæc ex il-
lo.Secundum ius tamen canonicum omne crimen dicitur pu
blicum,quia ad publicum iudicium ſpectat puniendum:vt in
cap.crimina.de collu.iuncta gl. Et damnatus de quocunque
crimine ab eccleſiaſtico iudice,efficitur infamis: ſicut dāna-
tus propter publicum crimen. quod limita verum ſi damna-
tur propter dolum,non ſi propter culpam:vt not Ang.Aret.
5 Inſti.de ſuſpe.tu.§.ſuſpectus. ¶Quartò † quæritur,quæ crimi
na digna ſunt ſuſpenſione,quæ depoſitione,& quæ degrada-
tione? Et dico quòd ſuſpenſione digna ſunt,ſecundū do.Ant.
in c.at ſi clerici.de iud.omnia,ex quibus quis de facto eſt infa
matus:quòd intellige quando populus ſcandalizatur.de pur.
ca.c.ij.etiam ſi ſit epiſcopus.Ioan.And.poſt Arch. in cap.j.de
accu.in glo.Depoſitione verò digna ſunt,ſecundum do.Ant.
vbi ſ.omnia delicta cauſantia irregularitatē , quæ doctores
enumerant in cap.niſi cum pridem.§.propter conſcientiā.de
renūt.in gl.magna.de quibus j.Irregularitas.Item ſi ſint diu
continuata.lxxxj.di.presbyter.in gl.Item fornicatio notoria,
vel diu cōtinuata,vel ſcandaloſa.de exceſ.prę l.quàm ſit.De-
gradatiōe autē dignū eſt omne crimē.de quo j.Degradatio.
¶Quintò † quæritur, vtrū criminoſus celebrare aut promo-
ueri poſsit peracta pœnitentia ſine diſpenſatiōe? Et dico hoc
patere ex dictis in §.ij.Secundum glo.enim & Inn.in c.ex te
nore.de temp.or.hoc eſſe poteſt ſi crimē eſt occultum:dūta
men verè pœniteat.text.eſt in cap.fin.de temp.or.quia ſuffi-
cit abſolutio ſacerdotis ex clauiū poteſtate:& hoc niſi crimē
ſit tale,quod executionem impedit poſt pœnitētiam:vt in d.
c.niſi cum pridem.§.j.vt in eo qđ irregularitatē inducit.Vel
iſta de mediocribus intellige,vt patet ex d.c.ex tenore.Si ve
rò crimen eſt manifeſtū aliquo triū modorū qui dicti ſunt,
quanuis nō ſit enorme,ſed mediocre:ſine diſpēſatiōe hoc fie
ri nō pōt,etiā peracta pœnitētia.Nec obſtat c.presbyterum.
&.c.peruenit.diſt.50.quia per illud nō eſt ablata facultas di
ſpenſandi cū verè pœnitētibus,maximè vbi ſcandalū nō im-
minet.di.50.vt cōſtituereť.&.c.dño ſancto.Et hæc vera ſunt
in criminibus capitalibus,quæ dicūtur mediocria:ſecus in le
uibus,de qbus j.Enormia.De hac materia criminū, habes j.
tit.Accuſatio.& tit.Correctio.& j.tit.Denūtiatio,& ti.Inqſi-
tio.& tit.Inſcriptio.& tit.Peccatum.& tit.Pœna.& tit.Vitiū.

¶Chriſma,vide j.oleum ſanctum.

¶Cruce ſignatus:vide j.Indulgentia.§.x.

## De Culpa & Dolo.

*1 Culpa,quæ eſt in moribus peccatum,in quo à peccato differat? Et quid à caſu fortuito? Et ibidem de dolo,& quotuplex ſit.de calliditate,fallacia,ac machinatione,de ignorantia affectata.*

*2 Culpæ iuridicè loquendo,quot ſpecies. ſeu differentiæ ſint? Et quot iuxta canonum doctores? Et ibidem cuiuſque ſpeciei deffinitio,& exempla.*

*3 Culpæ prædictæ ſpecies qualiter diſtinguantur: an ex diuerſa diſpoſitione delinquentis, an verò ex ipſius rei natura? Dolus autem iuxta delinquentis interiorem diſpoſitionem per ſigna expreſſa,vel præſumpta.ſpectatur.*

*4 Culpa lata num dolo æquiparetur? Et id in quibus actionibus? Quid autem ſi lex, aut ſtatutum non requirit dolum,ſed ſimpliciter loquatur,an lata culpa dolo æquiparetur?*

*5 Culpæ cuius occaſione, quis ex contractu teneatur? & pro qua ex officio , & pro qua ex maleficio? Et de his ſpeciatim.*

*6 Culpam eſſe,non prouidiſſe, quod à diligenti prouideri potuit.*

*7 Dolum in contractum tripliciter venire.*

*8 Dolus,an contractum ſpiritualem,puta votum,& huiuſmodi annullet? Et quid de contractu temporali? nu.ſeq.*

*10 Dolum allegans,probare debet. Et ibidem, quòd vbi contractus ratione doli nullus eſt,ſi tamen vult deceptus poteſt contractui perſtare:ne doloſo dolus proſit?*

*11 Mediator alicuius contractus,an poſsit in contractu eodem teſtis eſſe?*

*12 Bona alicuius,quæ ex ſtatuto ꝓpter alicuius delictū prouenerunt,num quis tenere poſsit,ſi idem doloſè egit, vt ille delictū committeret. Et nū quis paciſci queat,vt de dolo non teneatur?*

*13 Pœnam ſpiritualem, num quis ſine dolo incurrere poſsit? Et quid de pœna corporali? Et in cauſa ſtatus, ſanguinis, vel famæ,quis dolus requiratur? Et an lata culpa dolo æquiparetur?*

*14 Iuris ignorātia,nū à dolo,& cōſequenter pœna, ad quā incurrendam dolus requiritur,excuſet? Et ad hoc ibidem, quid vbi ius vel ſtatutum verum dolum requirit,ignorans non incurrit pœnam eius, quamlibet ſit culpabilis. Et quid vbi requirit dolum præſumptum?*

*15 Ignorantiam iuſtæ cauſæ à dolo excuſare.*



1 Cvlpa † eſt peccatū in moribus,ſiue volūtarium: vnde
cùm aſsimiletur peccato in hoc quòd vterque eſt deor-
dinatus actus,id eſt,non congruens debito fini:in hoc ab illo
differt,quòd peccatū eſt in operatione naturæ,artis & volun
tatis:ſed culpa in operatione voluntatis tantum.& patēt iſta
xij.q.xxj.ar.ij.Iuridicè tamen loquendo culpa ſecūdum Pan.
in c.vnico.de cōmo.eſt deuiatio ab eo quod eſt bonum:& per
hominū diligentiam poterat præuideri. Vnde in hoc vltimo
differt à caſu fortuito,qui præuideri nequit.extra de homici.
c.Ioannes.Dolus autem aliquando bonus & licitus eſt, ſumi
turq́ue pro ſolertia. Vnde dicitur quis bonæ indolis, id eſt,
bonum dolum intus habens,id eſt,bonum ingenium & ſoler
tiam.Sicut Salomon iudicando meretrices adhibuit bonum
dolum,id eſt,ingenium:de præſump.afferte.Et idem genera
liter eſt,quoties quis ſimulat vt ſe vel ſociū ſeruet indemnem
à proximo:vt in l.j.ff.de dolo.vbi gl.exemplificat de capto à
Genuenſi qui ſe cōtractū ſimulauit:quod quidem licet: vt ff.
de nego.geſt.l.at qui natura.§.cum me.& ff.de leg.ij.l.cum
pater.§.Titia.& ff.ſi quis om.cau.teſta.l.quia aūt.§. ſi patro-
nus.Et de hoc infrà Simulatio. Aliquando verò eſt malus:&
ſic cōmuniter ſumitur:& diffinitur in d.l.j.à Labeone,quòd
dolus malus eſt omnis calliditas,fallacia,machinatio ad cir-
cunueniendū,fallendū, & decipiendū alterum adhibita. Vbi
ſingula ſingulis reddenda ſunt:vt ſcilicet calliditas ſit ad cir-
cunueniendum,fallacia ad fallendum,machinatio ad decipi-
endum.Et calliditas quidē cōmittitur in animo , tacendo.ff.
de act.empt.& ven.l.j.Sicut ſi venditor ſciuit rem alienā aut
obligatam,& tacuit.Fallacia autem in verbo, mentiendo.ff.
de fur.l.falſus.§.ſi quis. Machinatio verò fit arte verborū.ff.
de act.empt.& vend.l.Iulianus.§.idem.xxij.q.ij. quæcunque.
nam machinatio eſt occulta inſidiatio.Hoſt. autē dicit quòd
dolus eſt inſidioſa machinatio:vt ſi cōmodatarius ſurripi fe-
cit rem commodatam.ff.de dolo.l.j.vbi machinatio ponitur
prout etiam includit mendacium & calliditatem cum inten-
tione nocendi.Adde autem,ſecundū Gemi. in c.ſi cōpromiſ-
ſarius.§.ſi verò.de elect.lib.vj.quòd doloſè facit quis,quando
ſcienter rem ſibi prohibitam facit . Adde ſecūdò quòd igno-
rantia affectata,quæ ſcilicet eſt quando quis noluit aut diſsi-
mulauit ſcire de tem.or.eos.lib.vj.eſt dolus & non culpa. Dif
fert autem dolus à fraude: quia illa propriè eſt per facta:iſta
2 verò p verba & facta.¶† Primò verò quæritur, quot & quæ
ſint ſpecies ſeu differentiæ culpæ loquendo iuridicè? Et Bar.
in l.quod Nerua.ff.depo.videtur dicere quòd ſunt quinque:
quia vltra leuiſsimam & leuem ponit latiſsimā , quæ eſt idē
quod verus & manifeſtus dolus:& latiorē,quæ eſt dolus præ
ſumptus:& latam,quæ eſt nō intelligere quod omnes intelli
gerent,vel pars maior.tex.eſt in l.latæ culpæ.ff. de verb.ſig.
& hoc videtur ſequi Sum.Roſ.contra Ang.& Supple.Sed eſt
notandū quòd cōmuniter glo.nō ponunt niſi latam culpam,
non autem latiſsimam:quia illa non ponit in numerum cum
dolo vero,nec latiorem. Vnde tex.in d.l. quod Nerua.ponit
latiorem pro lata:& ſic collige ſecundū gl.in d.l.quod Ner-
ua.quòd nomine doli non cōprehenditur propriè qui ex cul-
pa fecit:cùm differat re & nomine dolus & culpa: qa dos eſt
à propoſito.ff.de dolo.l.j.§.dolum.non autē culpa. ff.man.l.
ſi procuratorem.§.dolo.Intellige tamē à propoſito,id eſt in-
tentione nocendi.quia dolus eſt cùm voluntate nocendi:cul-
pa cum ſcientia ſine voluntate,niſi per accidens:negligentia
ſine vtroque.Vnde & Bal.in l.quid ergo.§.pœna.ff.de his qui
no.infa.ſentit dolum non eſſe regulariter culpam: quia dicit
quòd mitius agetur, ſi quis accuſetur de homidio doloſo,&
probetur culpa . Verum eſt tamen quòd lata culpa eſt dolus
præſumptus:ita quòd vbi quis tenetur de dolo,venit etiam la
ta culpa:tamen non eſt verus dolus:vt no.gl.in c.bona fides.
de depo.& in conſcientia,vbi præſumptio ceſſat : lata culpa
non habetur pro dolo.Igitur diſtinguendę ſunt tantū modò
tres ſpecies culpæ:ſicut diſtinguūt cōmuniter omnes Cano-
niſtæ:Et ſunt culpa lata leuis, & leuiſsima : inter quas,ſi qua *Tres ſpecies culpæ.*
media culpa inciderit ad alterum extremorum rationabili
iudicis arbitrio retrahenda eſt.Lata culpa, eſt deuiatio incir-
cūſpecta ab ea diligētia,quā cōmuniter habēt homines eiuſ-
dem ꝓfeſsionis.Vn̄ ignorare quod cōmuniter ſcitur: eſt lata
culpa.Vbi notanter dicitur incircunſpecta, inconſiderata:ad
differentiā doli,quæ eſt inſidioſa machinatio. Vnde ſi deuia
tio eſſet ſerioſa, iam ibi eſſet dolus. Exēplum huius eſt,ſi li-
brum cōmodatū dimiſiſti extra domū ſuper bancho,& ſubla
tus eſt,quia ibi eſt lata culpa,eo quòd tuæ profeſsionis homi
nes hoc non feciſſent,ſciētes ibi librū periculoſè locari. Si ta
men error eſſet in eo quod nō ſciunt communiter homines
vnius profeſsionis vel artis,ſed ſolùm excellentiſsimi:non eſ
ſet lata culpa,ſecundum Bar.in d.l.quod Nerua.Sicut ſi pecu
niam depoſuiſti apud cāpſorē,qui cōmuniter habebatur bo-
næ conditionis,& non erat:ſicut etiā ſecundū Bal. in l.pigno
ris.C.de pigno.act.non eſt lata culpa,ſi beſtias incurſu hoſtiū
ꝑdidi accedēs ad molendinū:ad quod maior pars ſecurū cre-
debat acceſſum.Leuis autē culpa, eſt deuiatio incircūſpecta
ab ea diligentia,quam cōmuniter habēt homines diligentes
illius profeſsionis.Vbi notāter dicitur,diligentes, ad differē-
tiam latæ culpæ.Vnde leuis culpa,eſt omittere quod diligēs
homo nō omiſiſſet:vel facere quod diligēs nō feciſſet. Exē-
plum huius eſt,ſi fœnerator pignoratas veſtes nō excuſsit eo
tempore quo diligēs excuſsiſſet:vel ſi cōmodatarius rem cō
modatum locauit quidem in camera,ſed oſtiū reliquit aper-
tum ex incircunſpectione.Leuiſsima autē culpa,eſt deuiatio
incircunſpecta à diligētia,quàm cōmuniter habent homines
diligētiſsimi:vnde leuiſsima culpa eſt nō præuidere quod di
ligentiſsimus præuidiſſet.l.ſi putator.ff.ad legem Aquil.vel
omittere qđ diligētiſsimus nō omiſiſſet.l.diuus.ff.de off.prę
ſi.vel non facere quod faceret diligentiſsimus.Exemplū hu-
ius eſt,ſi cōmodatarius rem cōmodatā in camera & in arca
locauit:ſed non firmauit arcam claue,& ſublata eſt.¶† Secū-
dò quæritur,vtrū iſtæ culparū ſpecies diſtinguantur ſolùm 3
ex diuerſa diſpoſitione delinquētis,vel ex rei natura? Et dico
quòd nullo modo diſtingui poſſunt ex parte delinquētis ſo-
lùm:tum quia diſtinguūtur in vtroque iure humano,quæ nō
reſpiciunt interiorem diſpoſitionē delinquentis foris nō ap-
parentem,quātum ad forum iudiciale, ad quod maximè iſta
deſeruiunt:tū etiā quia ex parte delinquētis tam leuis quàm
grauis,id eſt,lata vtraq; poteſt eſſe leuis:vt ſi grauem admit
tat ignoranter:imò leuis poteſt eſſe grauis,& etiam dolus ra
tione voluntatis nocendi. Vnde diſtinguuntur ex natura rei,
non quidem ratione obiecti,vel rei,cùm in re leui poſsit eſſe
culpa lata:ſed ratione modi agendi.Dolus autem attenditur
ſecundum diſpoſitionem interiorem delinquentis apparentē
per ſigna expreſſa vel præſumptiua. Vnde quàm primum in
culpa apparēt ſigna machinationis,id eſt, malæ intentionis,
tranſit in dolum,& deſinit eſſe culpa.Et hęc faciunt ad dicta
ſuprà Clericus iiij.§.vj.caſu j.¶† Tertiò quæritur,vtrum la- 4
ta culpa æquiparetur dolo? Et dico quòd loquendo de actio-
nibus deſcendentibus ex delicto vel quaſi, non æquiparetur
dolo quantum ad pœnam corporalem, vt infrà. §. xj . & xij.
Quantum verò ad pecuniariam,etiam nō æquiparatur ei, ſi

lex aut ſtatutum expreſsè dolum requirit:vt dicit Bar.in l.in
actionib⁹. ff.de in lit.iur.& gl.in §.ſuſpectus.Inſtit.de ſuſpe.
tu.Vnde dicit Bal.in l.ſi qs id quod.in finali col. ff.de iuriſdi.
om.iudi.quòd quando delictum circunſcribitur per dolum,
non ſufficit culpa:ſecus in his,in quibus culpa venit puniēda.
Allegat.l.ſenat⁹.C.de his q̃ ſibi adſcri.ali.in teſta.& l.plagij.
criminis.C.ad leg.Fa.de plag.Et vt no.Ang.in l.ſi quis.§.do
li.ff.de iuriſ.om.iud.vbi mentio fit de dolo, requiritur verus
dolus.Si verò lex aut ſtatutū dolum nō requirit,ſed loquitur
ſimpliciter:ſic æquiparatur lata culpa dolo.ff.ne vis fi.ei.l.j.
Similiter ei æquiparatur in actionibus deſcendentibus ex cō
5 tractu vel quaſi:vt in d.l.quod Nerua. ¶†Quartò quæritur,
pro qua culpa teneatur quis ex contractu,& pro qua ex offi-
cio,& pro qua ex maleficio,id eſt damno dato? Et quidē quā
tum ad primū quæſitū patet ſuprà Cōmodatum.§.viij.Quā-
tum verò ad ſecundum,Pan.in c.cū cauſa.de teſti.dicit quòd
iudex tenetur de dolo & lata culpa,nō autē de leui:quod ve-
rum eſt,quando officiū non aſſumpſit vel quęſiuit:ſed à ſupe
riore impoſitū acceptauit.Secus de eo,q̃ quæſiuit,cùm alius
diligentior fuiſſet:quia tenetur etiam de leui.Similiter tene
tur ſolùm de dolo & lata culpa agrimenſor,& alij aſſumpti
ad calculum,vel concordiam.& eſt tex.in l.fi. & ibi Bar.ff.ſi
menſ.fal.mo.dix.& in l.fi.ff.de var.& extraor.cog.& no.glo.
in c.quia indicante.de præſcri.& idē videtur eſſe in omnibus
artificibus. Quod tamen fallit in exercentibus artem aliquā
tanquam peritis,id eſt,qui ſe peritos & magiſtros profitentᷣ:
quia tenentur de leui & leuiſsima ſecundū quantitatem cul-
pæ & imperitiæ.Facit quod no.gl.Inſti.de obli.quæ ex quaſi
delic.na.& tenet Pan.in d.c.quia indicante. de præſcri. quod
verum putarem quādo aliàs diligentem quæſiuiſſet, niſi fuiſ
ſet deceptus ex profeſsione iſtius:quia etiam tenetur de leui:
aut diligentiſsimū:quia tūc tenetur de leuiſsima. Quantum
verò ad tertiū,dico quòd in foro contentioſo pro culpa qua-
cunq;,vel de dolo.Vtrum autē in foro animæ teneatur quis
damnum reſarcire,quod ex ſua culpa intulit proximo.Inno.
in c.quia plerīq;.de immu.eccl.vt ei adſcribit Sū. Ang. licet
hoc in eo ibi non legā expreſsè,ſed eſt in c.ſicut dignū.de ho
mi.vult quòd teneť ſolùm de dolo & lata culpa:quod multi
doctores habent pro dicto ſingulari:tamē dico, inquit,quòd
tenetur pro quacunque culpa,pro quo tenetur iure canonico
vel etiam ciuili,per ea quæ dicam,inquit,infrà Lex. §.iiij. Et
pro hac opinione eſt gl.cum tex.in c.conſuluiſti.ij.q.iiij.quæ
dicit quòd occidens nolens occidere, tenetur, ſi fuit in culpa
licet leuiſsima.ff.ad leg.Aquil.l.ſed & ſi quicunq;. §.ij.& l.in
6 lege.Culpa†autem eſt quod à diligenti potuit prouideri,&
non eſt prouiſum.ff.eo.l.ſi putator. & tenetur etiam quantū
ad Deum,vt hic,& diſt.50.clerico.& xxxiiij.q.ij.in lectū.non
tamē punitur ratione homicidij,ſed ratione negligentiæ: vt
xv.q.j.inebriauerunt.hæc ille.& facit c.fin.de iniu.& dam. da.
quod loquitur indefinitè.Et hoc eſt tutius,inquit, cū ipſe In-
no.nullo iure dictum ſuum probet :quia d.c. inebriauerunt.
quod pro ſe adducit, aut nihil, aut contra eum facit, ſi rectè
inſpiciatur.cum hoc autem concor.Ioā. And.in c.quoniā cū-
tra.de proba.quem ibi ſequitur Pan. Sed his non obſtātibus,
dictum Inno.placet magis:& eſt opinio cōmunior,quàm ſe-
quitur Io.de Ana.in d.c.ſicut dignum.& Pan.ibi, & in c.j.de
conſti.& in c.dilecti.de arbi.&.c.ſi egreſſus.de iniur.&.c.cum
cauſam.de teſti.& in multis alijs locis:& Lud.de Ro.& Roſ.
vt ſuprà Aduocatus.§.xxiij.Sed de his infrà, Reſtitutio.iij.in
7 pluribus §.& maximè.§.viij.¶†Quintò quæritur, quot mo-
dis dolus veniat in contractu? Et dico quòd tribus. Primò,
dando cauſam contractui per contrahentem : vt puta , dolo
te induxi vt venderes mihi, quod aliàs non eras venditurus:
vel per alium mediatorem inducentem vel vendendum.Se-
cundò, non dando cauſam: vt quia eras venditurus, ſed per
dolum te induxi vt minori pretio venderes. Tertiò, nec ſic,
ſed re ipſa euenit ſine dolo & facto partis:puta,ſi ambo igno
rabant iuſtum pretium.

¶†Sextò quæritur,vtrum dolus annullet contractum ſpiri-
tualem:puta votum,& huiuſmodi?Et dicit Panormi.in cap.
cum dilecti.de emp.& vend.quòd non: nec poteſt quis exci-
pere de dolo, quando fuit inductus ad bonum : quia non eſt
propriè dolus:puta,dolo induxi te ad religionem:vnde tenet
ingreſſus.facit quod not.in cap.cum dilectus.quod met.cau-
ſa.Vide etiam glo.in l.à diuo.ff.de ritu nupt. quæ hoc tenet
etiam in matrimonio.& idem Veruec.

¶†Septimò quæritur,vtrum dolus annulet cōtractum tem-
poralem:puta,venditionem & huiuſmodi? Et dico ſic:Si do-
lus per contrahentes dat cauſam contractui,non tenet in cō-
tractibus bonæ fidei,ſecundum glo.Panormi.in cap.cum di-
lecti.de empt.& vend.& gloſſ.in l.ij.C.de reſcind.vend.& gl.
cum Barto.in l.& eleganter.ff.de dolo. & placet, licet Petr.
teneat contrarium :in contractibus autem ſtricti iuris tenet
quidem contractus:ſed agens ex eo eliditur ope exceptionis.
ff.de verbo.obliga.l.ſi quis cum aliter.& C.de pac.l.cum po-
ſtea. Si verò dolus per alium à contrahentibus dat cauſam
contractui,etiam bonæ fidei:tenet contractus:ſed agitur cō-
contra mediatorem de dolo.d.l.& eleganter.§.j.ff.de prom-
net.l.ij.& iij.tenetur etiā is,pro quo factus eſt,ſi deeſt ſolnē-
do is qui dolum dedit. quod intellige inquantum factus eſt
locupletior:vt l.finali.ff.de eo per quem.fac. erit in princip.
& non plus.Si verò dolus non dedit cauſam contractui ,ſed
incipit in contractum:tenet quidem contractus:ſed in con-
tractibus bonæ fidei agitur ex eo contractu , vt ſuppleatur
pretium.ff. de act. empti.& vend. l. Iulianus. §. ſi venditor.
erit tamen in emptoris arbitrio,vel ſupplere pretium,vel re
ſtituere rem,ſi deceptio ſit vltra dimidium iuſti pretij.c.cum
cauſa.de empt.& vend.& C.de reſcind.vend. l.ij.imò in foro
conſcientiæ etiam ſi deceptio ſit minus. dimidio. In contra-
ctibus verò ſtricti iuris agitur de dolo.d.l.& eleganter.§.nō
ſolum. in fin. Si autem dolus nec dedit cauſam,nec incidit,
ſed re ipſa euenit:ſic nō eſt peccatum:nec reſtituere tenetur,
niſi repetatur,ſi à principio non plus emiſſet,etiam ſi ſciuiſ-
ſet plus valere:puta, quia non expediebat ſibi plus emere:ſi
autem plus emiſſet à principio ſi ſciuiſſet,& deceptio eſt no
tabilis:tenetur reſtituere rem , vel pretium augere: vt d.l.ſi
quis cum aliter.vbi æquiparatur deceptio veniens re ipſa, &
ex propoſito:& dicto capit.cum dilecti. ſecus in modico. Si
verò vtraque ſciebat rei valorem:dic vt infrà Emptio.§.viij.
Et iuxta prædicta intellige l.ij.C.de reſcind.vend. & l.cauſa.
§.Pomponius.ff.de mino.& capit. cum dilecti. & capit.cum
cauſa.de empt.& vendi.vbi dicitur licere contrahentibus vſ-
que ad dimidium ſe decipere in contractibus bonæ fidei.

¶†Adde prædictis primò quòd dolum allegans , dolum ha-
bet probare:vt infrà Locatio.§.xix. ¶Et ſecundò ex Pano-
mita.in dict.capit.cum dilecti . quòd vbi contractus ratione
doli eſt nullus:tamen deceptus,ſi vult, poteſt ſtare cōtractu
ne dolus proſit doloſo:quia illa nullitas cauſatur in fauorem
dolum paſsi,non decipientis.de rerum permuta.cum vniuer
ſorum.& de hoc niſi contractus eſſet iure prohibitus:vt in l.
à diuo.iuncta.glo.¶†Et tertiò adde ſi quæratur vtrum ta-
lis mediator poſsit eſſe teſtis in tali contractu per eum cele-
brato.quod Panor.in c.ex literis. de tranſact. dicit media-
rem alicuius contractus deſcribi poſſe vt teſtem in inſtrumē-
to contractus: non autem viua voce teſtificari : vt notat
in capit.j.de teſtib.libro ſexto. Et diuerſitatis ratio eſt quia
in inſtrumēto deſcribitur de conſenſu partis vtriuſque:item
12 tollitur ſuſpicio propter fidem inſtrumenti.¶Octauò†quę-
ritur,vtrum poſsit quis tenere bona alicuius quæ venerūt ad
eum ex ſtatuto propter delictū alicuius,ſi ipſe doloſè egit vt
ille committeret delictū?Et dicit Pan.in c.poſtulaſtis.de cō-
ceſ.præben.quòd nō.Et bene facit tex.ibi in fi.cum ſua gloſ.
¶Nonò quæritur,vtrum poſsit quis paciſci vt non teneatur
de dolo?Et dico quòd non:vt eſt tex.in l.j.§.cōueniat.ff.de-
po.quia conuentio hæc eſt cōtra bonam fidem,& bonos mo
13 res:ideoq; nec ſequendam tex.ibi dicit.¶Decimò†quęritur,
vtrum ſine dolo incurrere poſsit quis pœnam ſpiritualem,id
eſt,excommunicationem prolatā à iure,vel corporalem? Et
de excōmunicatione quidem dico vt ĩ.Excommunicatio,vl-
ti.§.iij.De pœna verò corporali dico quòd nunquam ſine do
lo imponenda eſt,ſecūdum gl.& Bar.in l.in actionibus.ff.de
in lit.iur.& Bal.in l.data opera. C. qui accuſa.non poſſ.& d.l.
in lege.Vbi dicit Bart.ꝙ in pœnis corporalibus vel irrogāti
bus infamiam lata culpa nō æquiparatur dolo:& gl.in d.l. in
actionibus.approbata communiter:& Bar.in l.quòd Nerua.
ff.depoſi.& d.l.in lege.dicit quòd in cauſa ſanguinis , ſtatus ,
vel famæ,lata culpa nō æquiparatur dolo:ideoq; in his verus
dolus requiritur:nō obſtante quod Ange.in d.l.in actionibus.
tenens contrarium,dicat Patauinum conſilium cōtra Barto.
cōſuluiſſe in hoc:quia ſi cōſideretur l.j.C.de noxa.verior eſt
opinio Bart.& iura quæ Angelus adducit in cōtrarium conti
14 nent caſum ſpecialē.¶Vndecimo†quæritur,vtrū iuris igno
rantia excuſet à dolo,& cōſequenter à pœna,ad quam incur-
rendam requiritur dolus?Et dicit Cy.in regula,ignorantia:li.
vj.quòd ſic:quia licet iuris error ſit lata culpa,nō tamē eſt do
lus:vt ff.de his qui no.infa.l.j.vbi eſt gl.ſingularis.facit l.j.ff.
de abige.& quod no.Bar.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.vbi
dicit quòd minor credens ſibi licere,rem ſuā ſine cuiuſcunq;
authoritate occupans:non incurrit pœnā d.l.ſi quis. quia nō
eſt in vero dolo.& allegat l.j.C.ſi aduer.delic.& ſequiť d.An
to.in c.j.de do.& cōtu.allegās l.ſi ex cauſa.§ . ſi commiſſum.
ff.de mino.Et pro hoc etiā,ſcilicet quòd ignorantia excuſet
à dolo,eſt tex.& ibi Barto.in l.ſed & ſi lege.§.ſcire.ff.de pet.
hær.vbi error iuris excuſat ab inuaſiōe,ne quis dicať prædo.
Idē tenet Sal.in l.ſenatus.C.de his qui ſibi aſſer.aliq.in teſta.
& Ang.in l.ſi qs id.§.doli ff.de iuriſ.om.iudi.vbi allegat But.
fortius dixiſſe,quod etiam ignorātia iuris naturalis excuſat à
vero dolo.Et ad l.ij.C.de in ius voc.quæ videtur cōtraria,di-
cit quòd ibi nō requirebatur verus dolus,ſed præſumptus.Et
ita tenuit d.But.in regula.ff.de iur.& fac.ign. Quod Ang. li-
mitat in l.ij.ff.qđ quiſq; iur.verū,niſi ſit doctor vel aſſeſſor,
cui turpis eſt iuris ignorātia.Et idē Ang.dicit in d. l.ſenatus.
ꝙ creditur alleganti ſe ignoraſſe ius,ad excludēdum dolū,&
conſequenter pœnam quæ eſſet imponēda propter dolum.
& dicit ibi eſſe caſum. Ex prædictis omnibus collige ꝙ vbi
ius vel ſtatutum requirit verum dolum,ignorans nō incurrit
pœnam eius,quantumcunq; ſit culpabilis, licet alio modo ſit
puniendus ſecundum modum culpæ.Vbi verò ius vel ſtatu-
tum requirit dolum pręſumptum, ignorans craſsè & ſupinè
non excuſatur:quia eſt in dolo præſumpto.quod patet in cē-
ſuris eccleſiaſticis,quæ cùm requirant dolum præſumptū,ta
liter ignorans nō euitat illas:vt patet in c.vt animarum peri
culis.de conſtit.lib.vj.Secus ſi eſſet in leui culpa ignorantiæ.
15 ¶Duodecimò quęritur,† vtrū ignorātia iniuſtę cauſę excu-
ſet,à dolo?Et dico ꝙ ſic:& quemlibet:vt no.Bal.in c.vt ani-
marum.in princip.ſecundæ colum.de conſtit.lib. vj. vbi dicit
quòd perturbans aliquem in poſſeſsione ex iniuſta cauſa,pu
tans ſibi licere,excuſatur à pœna ſtatuti punientis in cētum
quod dolum requirit : per notata in l.plagij criminis.C.ad
leg.Fauiam de plag.notat etiam Ioānes And. in tit.de arbi.
in additio.ad Specu.& idem not.in capi.j.de elect.lib. vj. &
Bald. in authen.generaliter.C. de epiſco.& cler.& ſequitur
do.Ludo de Ro . in rubr. de arbit.colum.xxviij . & pro hoc
gloſſ.in l.vnica.§.fin.in magna gloſſ.ff.ſi quis ius di.non ob-
temp.& Bartolus & Ange.in l.j.in fin.ff.de abige.Innoc.in c.
de ſeruorum.de ſeruis non ordi.

CVPIDVS non eſt ordinandus. vide infrà Ordo.iij.
§.ſecunda.

## De Cura animarum.

1 *Cura animarum duobus modis dicitur. Et quid ſecundum quemlibet modum?*

CVRA† animarum dupliciter dicitur.Primò quidē ſtri 1
ctè:& ſic ſecundum Inno.in cap. cum ſatis.de offic.ar- *Cura*
chi.eſt poteſtas ligandi,& ſoluendi in foro pœnitentiali,quę *ani-*
nulli conuenit prælato,niſi ſacerdoti:vt probatur xxj.diſtin- *ma-*
ctio.in nouo.de pœn.& remiſ.omnis.& quam etiam quilibet *rum.*
ſacerdos ſimul cum ordine accipit : licet non iſtos vel illos,
qui ſibi non ſunt commiſsi.Et ſecundò largè:& eſt poteſtas
eijciendi & recipiendi in eccleſia , cogendi & puniendi ex-
ceſſus.xxj.diſtinctio.§.j.ſub qua etiam excommunicare , in-
terdicere,ſuſpendere, & huiuſmodi,quæ ſunt ad morum cor
rectionem.de ele.dudum.el ij.Et de vtraque harum intelli-
gitur c.de multa.de præben.

CVRATOR quis ſit,vel eſſe poſsit,& quomodo diffe-
rat à tutore:vide ĩ. Tutor.

CVRIALIS dicitur, qui nexibus curiæ ligatus, princi-
pibus adulatur.xxxvij diſtinctio . nónne. & diſt. lj . qui
in aliquo.Curiales etiam dicuntur aduocati in cauſa ſangui-
nis:vel milites ſeu officiales exercentes ſæua.diſt.lj.aliquan-
tos.& capitulo ſeq.Hi etiam quandoque prohibentur ordina
ri:vt ĩ.Ordinandus.§.ij.

## De Curioſitate.

1 *Curioſitas definitio,& circa quæ verſetur curioſitas?*
2 *Curioſitas vitium,quomodo poſsit eſſe in cognitione intellectiua? Et cognitionem veritatis,quæ de ſe bona eſt,ſex modis ratione alicuius conſequentis mala eſſe poteſt.*
3 *Curioſitas circa cognitionem ſenſitiuam , quonam modo eſſe queat?Et ibidem ſtudium circa ſenſibilia,quot modis vitioſum eſſe poſsit?*
4 *Curioſitas in parte intellectiua & ſenſitiua ſimul, ſeptem modis peccatum mortale fit:de quibus ſigillatim.*

CVRIOSITAS†ſecundū Sanctum Tho.ij.ij.q.clxvij. 1
eſt vitium circa inordinatum cognitionis appetitum:
& eſt in vtraque cognitione poſsibiliter,ſcilicet intellectiua
& ſenſitiua:eſt etiā ſecundum Supple.curioſitas ſuperfluum
ad aliquod peragendum . quod probat : quia idem Sanctus
Thomas ij.ij.q.clxix.dicit quòd artifices ornamētorum pec-
cat inueniendo ſuperflua & curioſa. Sed fallitur: quia talia
non dicuntur curioſa in ordine ad artifices: niſi ſuperfluè ve
lint cognoſcere & experiri:ſed in ordine ad mulieres vel ho-
mines vanos,qui ſupfluè appetūt talia cognoſcere cognitio-
ne ſenſitiua,puta viſu. ¶Primò † verò quæritur , quomodo 2
poſsit eſſe vitium curioſitatis in cognitiōe intellectiua.Et di
cit idem vbi ſ.quòd veritatis cognitio de ſe bona eſt: ſed po-
teſt eſſe mala ratione alicuius cōſequentis ſex modis.Primò
inquantum inde quis ſuperbit. Secundò,inquātum ea vtitur
ad peccādum. Tertiò ,inquātum inde retrahitur à ſtudio ſi-
bi neceſſario incumbente.Quartò,inquātum ſtudet diſcere
à quo non licet:puta futura à dæmonibus.Quintò, inquantū

cognitionem creaturæ ad finem debitum non refert, id eſt,
cognitionem Dei. Sextò, inquantũ ad hoc ſtudet ſuprà inge-
3 nij proprij facultatem. ¶ Secundò † quæritur, quomodo eſſe
poſsit circa cognitionẽ ſenſitiuam? Et dicit idem quòd ſtudiũ
circa ſenſibilia cognoſcenda dupliciter poteſt eſſe vitioſum.
Primò, inquãtum non ordinatur ad aliquod vtile: ſed potius
inde auertit. Secundò, inquantũ ordinatur ad aliquod noxiũ:
ſicut inſpectio mulieris ad concupiſcentiam: & cognitio de
factis aliorum ad detractionem. Si autẽ ordinetur ad neceſsi-
tatẽm ſuſtentationis, vel intelligentiam veritatis, eſt virtuo
4 ſa curioſitas. ¶ Tertiò † quæritur, quot modis ſit mortale? Et
dico ꝙ ſecundũ quod ab eodẽ, & ab Alex. colligitur, eſt mor
tale ſeptẽ modis in pte intellectiua & ſenſitiua ſimul. ¶ Pri-
mò quãtum ad finem: vt ſi ordinatur ad finẽ, qui ſit mortale
peccatum. ¶ Secundò, quantũ ad eos, à quibus vult cognoſce-
re: puta, à dæmonibus, vel alijs, à quibus prohibetur ſub præ-
cepto. xxvj. q. j. illud. ¶ Tertiò, quantũ ad ea, quæ volumus co
gnoſcere, quòd ſunt ꝓhibita: vt velle deliberatè & à propo-
ſito audire peccatũ eius, qui cõfitetur alteri incantatiões ali-
quando, & diuinationes & huiuſmodi prohibita: quia ſimilis
culpa eſt diſcere, ſicut docere prohibita. l. culpa. C. de male. &
ma. ſcilicet niſi aliquis bonus finis excuſet: puta, ad iſta impu-
gnandum. Facit c. nec mirũ. xxvj. q. v. Et idem tenet Sum. An
ge. de quocũq; quod ſine mortali exerceri nõ poteſt: ſed hoc
non eſt verũ, niſi fortè in his, quæ ſunt mortalia de ſe: puta, in
duello: vnde torneamẽtũ quod ceſſante ſtatuto eccleſię poſ-
ſet in caſu fieri ſine mortali, nõ eſt mihi mortale videre: quia
hoc nec de ſe, nec ab eccleſia ꝓhibitũ eſt: & hoc niſi placeret
mihi peccatũ alterius: puta quia volo illud fieri vt videã. Se-
cus ſi nollem illud fieri: tamẽ volo videre dum fit. Imò durũ
videtur quòd ſit mortale videre duellum: niſi adſit aliqua cõ
placentia de malo, vel periculum. Et de hoc j. Ludus. ¶ Quar
tò quantum ad cognitũ ſeu vſum, cuius viſio eſt videnti pro-
babiliter periculoſa de mortali: ſicut cõmuniter accidit vo-
lẽtibus videre homines aut beſtias coẽũtes: aut genitalia mẽ
bra maximè ſexus alterius: aut videre vel audire mulieres in
loco piculoſo ſibi, puta in proſtibulo: aut velle ſcire quomo-
do ſit aliquod peccatũ, cuius cogitatio vehementer & pericu
loſè mouet: aut homines ex animo pugnantes videre, etiã ſi
ipſa pugna diſpliceat: quia inde faciliter ſequitur cõplacentia
de malo alterius. Et generaliter idem dico in omnibus, quo-
rum notitia eſt volẽti noſcere periculoſa de mortali. ¶ Quin
tò, quantũ ad ea, quæ ꝓpter curioſitatẽ omittũtur: puta, quia
neceſſariò facienda incumbunt: vt ſi quis omittat ſcire neceſ
ſaria ad ſuũ officiũ, vt intẽdat poëtis vel architecturę: vt mul
ti prælati ignorãtes. Facit c. nónne. & c. vnio. xxxvij. di. ¶ Se-
xtò, quantum ad modum, puta quia propter cognitionẽ nan-
ciſcendam exercet prohibita: puta ſuperſtitioſa aut prohibi-
ta patitur: puta, tactus impudicos. ¶ Septimò, quantum ad
ſcandalum quod inde paratur proximo, quī inducitur ad
mortale: puta, ad detrahendum: aut aliquid tale.

### De Cuſtode.

1 *Cuſtos, qui in triplici differentia eſt, pro qua culpa teneatur?*
*Et quæ ſit eorum, quæ hic de his dicuntur, ratio? nu. ſeq.*
3 *Cuſtos. ſi neget rẽ ſe dolo, vel negligẽtia amiſiſſe, quis ꝓbabit?*
4 *Cuſtos carceris, num à cuſtodia liberatus ſit, ſi poteſtas, dubi-*
*tans familiam ſuam ad cuſtodiam mittat?*
5 *Cuſtos caſtri, ſi in fine anni, quo ipſum cuſtodire promiſerat*
*dono offerat recipere nolenti, ac deinde ab hoſte interceptum*
*ſit, an de cuſtodia teneatur?*

1 CVSTOS † eſt triplex. Quidam ſcilicet accipiẽs merce-
dem pro cuſtodia ſpecialiter: & accipiens quidem, ſed
non ſpecialiter pro cuſtodia: & nullam omnino accipiens
mercedem. ¶ Primò verò quæritur pro qua culpa cuſtos te-
neatur? Et dico quòd primus tenetur de dolo, & lata, leui, &
leuiſsima culpa, ſecundũ gloſſ. in l. qui mercedem. ff. locati.
quod limita quo ad leuiſsimam, quando prius tenebatur de
leui: quia mercedem acceperat: licet non pro cuſtodia, ſed
fortè pro ſuo opere: vt j. Locatio. §. xvij. Secundus verò tene-
tur de dolo & lata & leui culpa: vt in dicta glo. Tertius verò
tenetur ſolùm de dolo & lata culpa: ſicut dicetur de depoſi-
tario non accipiente mercedem: quia ratio eſt vna. ¶ Secun-
dò † quæritur, quæ ſit ratio prædictorũ? Et dico quòd quãdo 2
ſumus in cõtractu, in quo quis tenetur ſolùm de dolo & lata
culpa: vt in depoſito acceptio mercedis pro cuſtodia, facit vt
teneatur de leui. Et ſic intellige c. bona fides. de depoſi. & l. j.
§. ſi veſtimẽta. ff. depo. Si verò ſumus in contractu, in quo te-
netur de leui culpa, ſicut in locato, quãdo res nõ requirit dili
gentiſsimã curam: ſic acceptio mercedis pro cuſtodia facit vt
teneatur de leuiſsima. Et ſic intellige d. l. qui mercedem. & l.
dominus. ff. loca. Imò tenetur etiam de culpa eorum, quorũ
opera vtitur, ſi ipſe diligentiam non adhibuit. l. ſi merces. §.
quī columnam. ff. locati. & l. item quæritur. Si tamẽ locat qs
operas ſuas in re, quæ curam diligentiſsimam requirit: vt in
gemma expolienda, aut veſte pretioſiſsima incidenda: tene-
tur etiã de leuiſsima. d. §. qui columnam. aliàs autẽ de leuitã-
tum. & ſic vera eſt gloſſa in d. §. Sed de hoc vide j. Locatio.
¶ Tertiò † quæritur, ſi cuſtos neget ſe dolo vel negligentia 3
amiſiſſe, quis probabit? Et dico glo. in dicta lege, qui merce-
dem. quòd ipſe cuſtos argumen. ff. de eden. l. ſi quis. §. vlti. Et
hoc verũ eſt quo ad forum contentioſum, ſed quo ad pœni-
tentiale dic vt j. ex §. ix. Et idem dic de cuſtode carceris. ff. de
cuſto. & exhi. re. l. vlti. Et idem de depoſito, cap. bona. de de-
po. cum concord. in gloſſ. In alijs autem caſibus regulariter
qui dolũ allegat, debet probare. ff. de proba. l. quoties. §. qui
dolum. ¶ Quartò † quæritur an ſit liberatus à cuſtodia cu- 4
ſtos carceris, ſi poteſtas dubitãs mittat familiam ſuam ad cu
ſtodiam? Et dicit Bartolus in l. ſi vt certo. §. ſi de me. ff. com-
mo. quòd per appoſitionem cuſtodis non videtur remiſſa cu
ſtodia: vt in l. ſi mei cauſa. ff. cõmodati. Et hoc ſecũdum eun-
dem facit ad quæſtionem de equo locato, cum quo dominus
famulum miſit: quia conductor propter hoc non minus te-
netur cuſtodire, ſecundum gloſſ. in d. §. ſi de me. Sed ipſe di-
cit quòd ſi conſtat quòd locauit equum & famulum: negli-
gentia famuli non excuſat dolum conductoris. d. §. ſi de me.
quod intellige, antequàm reddat equum famulo: quia ſi poſt
redditionem perit: non tenetur: vt dicta lege, ſi mei cau-
ſa. Si verò conſtat quòd famulum miſit pro cuſtodia, & hoc
fecit ab initio: conductor non tenetur de cuſtodia: vt patet
ex dictis. Si autem nihil apparet, ſed vtraque locauit ſimplici
ter: tunc in dubio non videtur remiſſa cuſtodia: vt l. penult.
cum ſua gloſſ. ff. vſufru. quemadmo. ¶ Quintò † quæritur
vtrum cuſtos caſtri teneatur de cuſtodia, ſi in fine anni quo
promiſerat cuſtodire, obtulit illud domino: qui illud non re-
cepit, & deinde captum eſt ab hoſte? Et dicit Dynus quòd
non videtur vltra ſe obligaſſe ad cuſtodiam: per leg. ſi mo-
ra. ff. ſolu. matrimo. Vnde non tenebitur, plus de culpa le-
uiſsima ſicut primo anno. Imò dicit quòd de ea non tene-
tur, dato quòd ex taciturnitate videatur ſe obligaſſe ad
cuſtodiam ſequentis anni: quia talis culpa ex pacto expreſ-
ſo debita, non intelligitur repetita in tacita locatione ope-
rarum. Bartolus verò in dicta lege, ſi mora. tenet indiſtin-
ctè quòd etiam ſi non fecit oblationem caſtri domino, non
intelligitur iterum ſe ad cuſtodiam obligaſſe. & idem ibi
tenet Imola.



### De Damnato.

1 *Damnatus vnde, & quot modis damnatus eſſe poſsit?*
2 *Reſtitutio damnati an trahatur ad bona prius alienata.*
3 *Clauſula, ex certa ſcientia, quam vim habeat? Et quid de le-*
*gitimatione poſt mortem teſtatoris facta.*
4 *Damnatus ad mortem, num poſsit de rebus ſuis diſponere? Et an*
*poſsit de carcere effugere? remiſsiuè.*

1 DAMNATVS † à dãno dicit̃, qđ eſt punio,
& animaduerto: & dicit̃ dãnatus qui eſt ſentẽ-
tiatus, propriè quidem ad mortem, quæ eſt da
mnum principale: deinde verò ad exiliũ, quod
eſt mors ciuilis: qui propriè dicitur bãnitus vel
proſcriptus. vnde ſecundum Bar. in l. ſupplicij. ff. de bo. dam.
damnatus dicitur, qui ad mortẽ: ſed proſcriptus eſt, cui ſerua-
tur quidẽ vita, ſed ciuitas vel libertas adimitur. quod intellige
2 propriè. ¶ † Primò verò quæritur, an reſtituto per principẽ
dãnato vel bãnito, illa reſtitutio retro trahatur ad bona alie
nata in aliũ medio tẽpore, ſic vt ille reſtituere teneat̃? Et di-
cit Gemi. in c. quãuis. de reſcrip. lib. vj. ꝙ non: ſi reſtitutio fa-
cta præiudicat iuri quæſito ipſi tertio: qa in tali caſu integra
tio nõ fit. Et iſte eſt caſus d. c. quãuis. & in iuribus allegatis in
glo. ibidẽ. Et faciũt no. per Bar. & Bal. in l. Gallus. §. & quid ſi
tantũ. ff. de lib. & poſt. Si aũt reſtitutio nõ præiudicat niſi re-
ſtituenti, reintegratur ad omnia amiſſa: & ei omnia ſunt reſti
tuenda. Et ſic procedunt iura allegata in d. glo. pro opinione
contraria. arg. c. cũ dilecti. de dona. Et hoc tenet Io. de Imol.
& ſequitur Sum. Ang. ſine limitatione. Sed Pan. in cõſi. lxxxv.
incipiẽte, Chriſti eiuſq; matris. dicit quòd ſi interueniat vera
in integrũ reſtitutio: vt quia princeps ex certa ſciẽtia illũ re-
ſtituit: aut quia aliter cõſtat de principis voluntate quòd actũ
retrotrahi voluerit cũ alterius præiudicio: recupabit omnia
etiã medio tẽpore alteri acquiſita. aliàs ſecus. Et ſic intelligi-
tur d. c. quãuis. & c. ſi pro te. de reſcri. lib. vj. & Gemi. ibi, quòd
3 illa reſtitutio nõ trahitur retro cũ pręiudicio tertij. Et † addit
Pan. ꝙ dicta clauſula, ex certa ſcientia, habet vim clauſulæ,
ex plenitudine poteſtatis: vt vult gl. notab. in c. ad hæc. de re-
ſcrip. Et hæc nota: quia faciunt ꝓ legitimato poſt mortem
teſtatoris, vt non pręiudicet venientibus ab inteſtato, etiam ſi
nõ adierunt hæreditatem: quia talis legitimatio eſt quædam
reſtitutio naturalis. l. ſi. C. de natu. lib. Secus autẽ ſi ante mor
tem teſtatoris: quia præiudicat: cùm nullum adhuc ius habe-
rent. l. poſt emãcipationem. ff. de lib. leg. vide etiã infrà Gra-
4 tia. § iiij. ¶ † Secundò quæritur, an damnatus ad mortem
poſsit diſponere de rebus ſuis. vide ſuprà Alienatio. §. xxviij.
¶ Tertiò, an damnatus ad mortem poſsit fugere de carcere,
vel quomodocunque, vide infrà Fugere. in princ.

### De Damno.

1 *Damnũ à diminutiõe rei dictũ à iactura differẽs, quotuplex ſit:*
*& an dãnificatus poſsit ſibi de damnificãtis bonis ſatisfacere?*

1 DAMNVM † à diminutione rei dictũ, à iactura differt:
vt not. Io. And. & Inn. de elect. quia ſæpe. lib. vj. & dici
tur dãnũ, ꝙ ſubitò & nobis neſcientibus fit: ſed iactu
ram ſcienter & vltro patimur propriè: & dicitur à iactu vel
iaciendo merces in mare: quanuis etiam ſumatur aliquando
pro omni damno ab extrinſeco illato: & dicitur à iactu lapi-
dis, vel alterius offenſiui. Quotuplex ſit damnum, pro quo te
netur quis reſtituere, infrà Reſtitutio. ij. per totum. Vtrum
damnificatus poſsit ſibi ſatisfacere de bonis damnificantis,
infrà Depoſitum. §. xj. & infrà Furtum. §. xiij.

### De Debito coniugali.

1 *Debitum coniugale quid dicatur: & cur ita appelletur?*
2 *Cauſæ quænam ſint, quæ coniugem excuſent, ne debitum alteri*
*reddere teneatur?*
3 *Debiti coniugalis redditio, vel negatio in nouem caſibus mor-*
*tale peccatum efficitur.*
4 *Actus cõiugalis, nũ ſit aliquãdo mortale peccatũ ratiõe intẽtio*
*nis? Et an in loco ſacro, aut tpe exerceri ſine peccato mortali*
*queat? Et num talis poſt hunc reconciliatione egeat? numero 5.*
6 *Actus coniugalis ratione modi, an peccatum mortale efficia-*
*tur? Et in hoc reſolutio. numero 7.*
8 *Actus matrimonialis, an ſit mortale peccatũ ratione periculi*
*aborſus, tempore conceptus, aut partus? Et quid de tẽpore men-*
*ſtruorum?*
9 *Mortale an ſit peccatum, coitum præuenire cogitationibus, ta-*
*ctibus, cibis, & huiuſmodi prouocando?*
10 *Debitum petenti denegare, an omnino peccatum mortale ſit,*
*an verò talis denegans aliqua ratione excuſetur?*
11 *Mortale nũ ſit, ante nuptialẽ benedictionẽ, vel habẽti impedi-*
*mẽtũ voti, vel affinitatis debitũ exigere? Et qui poſt matrimo-*
*niũ per voti, vel affinitatis debitũ exigere? Et qui poſt matrimo*
*niũ per verba de præſenti cõtractũ, vxoris cõſanguineã cogno*
*uit, an poſsit ſine peccato mortali aut exigere, aut reddere?*
12 *Debitum exigere à coniuge in adulterio permanente, an mor-*
*tale ſit? Et an mulier, ſicut vir illam, ita virum ob adulterium*
*dimittere poſsit?*
13 *Actus coniugalis quibus caſibus veniale ſit peccatum? Et qui-*
*bus caſibus actus coniugalis exercetur ſine peccato, vel cum me*
*rito? numero 14.*
15 *Contrahens primùm cum vna clandeſtinè, ac deinde cum alia*
*publicè, vtri debitum reddere teneatur? Et ſubinde, quod dici*
*ſolet, virum vxorem ſine eccleſiæ iudicio non dimittere, qua-*
*liter intelligendum ſit?*

DEBITVM † cõiugale dicitur actus, qui ex cõtracto 1
cõiugio debetur copari, id eſt, coitus: qui rationẽ de-
biti ideo habet, qa ſub pœna peccati mortalis illũ cõ
iuges inuicẽ reddere tenent̃, ſcđm Doct. & Apoſtolũ j. Cor.
vij. niſi excuſet cauſa rationabilis. ¶ † Primò igitur quæritur, 2
quæ ſint cauſæ, vel qui ſint caſus excuſantes cõiugẽ, ne redde
re teneat̃? Et dico ſecundũ Pet. de Pal. in iiij. diſt. xxxij. ꝙ ſunt
quatuor cauſæ. ¶ Prima eſt impotentia coëundi: ſiue propter
actum præcedentẽ, quòd tamen in muliere cõmuniter locũ
non habet: ſiue ꝓpter aliã cauſam licitã: vt ſecũdũ S. Th. ieiu
niũ moderatũ: qa impoſsibiliũ nulla eſt obligatio. ff. de reg.
iur. l. impoſsibiliũ. nec tenetur, ſecundũ Arch. vir vti calidis vt
ſit potẽs: ſed ſufficit vt ſe nõ reddat impotentẽ. Vnde peccat
mortaliter, ſecũdũ Richar. qui modo illicito ſciẽter ſe reddit
impotentẽ: nõ aũt modo licito: puta, orãdo bona intentione.
Imò ſcđm Archi. reddẽdo ſe impotentẽ hoc modo indiſcre-
tè peccat, &, vt credo, mortaliter, ſi aduertit, & eſt notabilis
exceſſus: quia facit cõtra iuſtitiã: & vtiq; imputatur, ſi ꝓpter
hoc alius incidit in dãnabilem corruptelã: imò, ſcđm Archi.
non eſt conſulenda vxori pœnitẽtia, propter quam reddatur
deformis ſuo viro, aut præiudicetur cõceptiõi, vel proli. ¶ Se
cunda eſt quãdo inde reddenti periculũ imminet in perſona,
id eſt, mortis vel infirmitatis: ad quam cauſam reducitur alia,
quam idem ponit, quæ ſcilicet eſt lepra: qa cõiunx ſanus nõ
tenetur, ſecũdũ eũ, reddere debitũ cõiugi leproſo, ſi inde im
minet periculũ mortis, vel ſimilis infectionis: imò eo caſu nõ
tenetur cohabitare. Si verò tale periculũ nõ imminet, etiã ſi
inde generetur leproſus filius, reddere tenetur: qa melius eſt
vel ſic eſſe, quàm nõ eſſe: maximè ſi ſibi immineat ſpirituale
periculum corruptelæ. In hac tamẽ re medicis credendũ eſt:
qui dicunt quòd magis imminet periculum viro ſi mulier ſit
leproſa, quàm mulieri ſi vir: vnde cùm mulier eſt in vltima

ſpecie lepræ,quæ dicitur leonina: non videtur dubium quin
vir non teneatur.Hæc ex illo.Et concor.Archi.Et iuxta hoc
intelligo c.ij.de coniu.lepro.&Sã.Tho.& Rich.qui dicunt ꝙ
reddere tenetur:licet non cohabitare in eadẽ domo,ſed pro-
pè:quia non ita eſt periculum infectionis in reddendo , ſicut
in cohabitãdo.quod verũ eſt vbi periculum nõ imminet præ
Carpit Sum. Ang.
dictum.Vnde Sum.Ang.malè ſentit quòd teneatur indiſtin-
ctè:quia nullus ad hoc tenetur,niſi ſalua cõſiſtentia ſubiecti:
ſicut & natura prius retinet nutritiuę & augmẽtatiuę gratia
ſubiecti,quàm miniſtret gñatiuæ gratia ſpeciei:vt dicit Pet.
de Pal.Malè etiam adducit Richa.ad illum ſenſum,vt patet
ex ratione Richar.Gof.tamẽ ſentit quòd cõiugi leproſo ma
nenti ſeparatim à leproſis alijs coniunx ſana tenetur cohabi
tare:nõ aũt ſi maneat cũ leproſis. Sed prima opinio eſt pro-
babilior.Facit d.c.ij.Eadem autẽ ratiõe neceſſariò reddẽdũ
eſt debitum cõiugi fatuo vel furioſo, ſcilicet ſecũdũ Richar.
quoties reddi poteſt ſine periculo propriæ perſonæ.¶Tertia
eſt fornicatio : quia fornicanti alius debitũ reddere nõ tene-
tur:quia etiam poteſt hac ratione vir vxorem dimittere, niſi
in aliquibus caſibus,de quibus infrà Matrimoniũ.vij.Et ſi ac-
cuſata vxore de adulterio pẽdeat lis ſecũdũ Richar. ſi noto-
rium eſt,illã eſſe adulteram:vir nec exigere,nec reddere de-
bet:alioquin mortaliter peccat:niſi fortè abſtinere ab adulte
rio vellet,& agere pœnitentiã:quo caſu poteſt eã reconcilia
re ſibi.xxxij.q.j.c.j.Si autem non eſt notorium,id eſt,notum
ſibi:debet reddere petenti.tamẽ quàm citò ſibi de vxoris for
nicatione conſtat,ſecundum S.Tho.reddere non tenetur:ali-
ter non ſolùm incurreret irregularitatem bigamiæ:ſed etiã
gñaret ſibi præiudicium accuſandi:& ſi eccleſia præcipiat ei
redditionem,nõ tenetur reddere, ſi intra dies paucos poteſt
probare.arg.c.ſolet.de ſen.excom.lib.vj.tenetur verò ſi pro-
bare non poteſt.ar.xj.q.iij.c.j.Et idem in caſibus,in quibus ſe
parari põt matrimonium:vt infrà Matrimoniũ iiij. ¶Quar-
ta cauſa poteſt addi religio,quàm ſcilicet alter coniugũ vult
intrare:quia reddere non tenetur ſtatim:ſed debet ſibi ſtatui
tempus,intra quod ingredi teneatur.de conuer.coniug.ex pu
blico.vbi determinatur tẽpus duorũ mẽſiũ. vbi dicit Panor.
poſt gl.illud tempus iudicis arbitrio taxandum fore:licet de
facili ab illo termino nõ ſit recedẽdũ.Si aũt religionẽ nõvult
intrare:adhuc non tenetur ſtatim reddere contracto matri-
monio:ſed tantum temporis cuilibet dandum eſt,quantum
ſufficit ad obſeruandas debitas & honeſtas ſolennitates.Vn-
de ante bñdictionem reddere nec tenetur,nec poteſt aliquã
do,vt dicetur.Et vult S.Tho.quòd tempus duorum mẽſium
ſtatuatur volenti intrare religionẽ,& intrare nolenti:vt deli
beret de religione:vt præperet neceſſaria ad nuptias:& nevi
lem maritus habeat dotem,quam non ſuſpirauit dilatam.&
idem Albe.¶Quinta cauſa additur,locus ſacer,aut publicus,
aut omnis, in quo ſalua honeſtate reddi non poteſt,ſecundũ
S.Tho.¶Sexta etiam cauſa addi poteſt generalis,ſcilicet pec
catum interueniens:quia is qui reddendo peccaret mortali-
ter aut etiam venialiter , reddere non tenetur , niſi ſit in ſua
poteſtate facere quòd illa redditio nõ ſit peccatum:vt quan-
3 do reddit intentione illicita,quam mutare poteſt.Eſt†autem
peccatum mortale redditio vel eius negatio in nouem caſi-
bus ſecundum Pet.de Pal.de quibus habetur in ix.§.ſequenti
bus.Primò,ſcilicet ratione intentionis.Secundò, ratione lo-
ci.Tertiò,ratione modi,qui eſt contra naturam. Quartò,ra-
tione aborſus.Quintò,ratione menſtruorum.Sextò,ratione
prouocationis. Septimò,ratione iniuſtæ negationis. Octa-
uò,ratione impedimenti voti,vel affinitatis. Nonò , ratione
4 adulterij alterius cõparis.¶†Secundò,ergo vt ſciatur quãdo
circa hoc accidit mortale , quæritur vtrum actus coniuga-
lis ſit aliquando mortale peccatum ratione intentionis?Et di-
cit Pet.de Pal.quòd ſic quando intentio eſt mortalis:puta,ex
libidine tanta quòd intra limites matrimonij non ſiſtat:ſed
idem faceret cum quacunq; perſona occurrẽte,inhærens vo-
luptati vt fini vltimo.Et in hoc concor.S.Tho.Bona.Rich.&
omnes.Sed ſecundũ eundem Pet.intelligitur ſi actu cogitet
de tali inordinatione intentionis. Vnde quantumcunque in-
tendatur voluptatis appetitus, ſi de alia perſona non cogite-
tur,non eſt mortale:etiã ſi quis ita eſſet diſpoſitus quòd deli
beraret de alia ſi occurreret mẽti:qa habitibus nõ meremur
aut demeremur,ſed actibus. Et idem videtur Arch.qñ vir in
coitu ad aliam dilectam carnaliter intẽdit: aut vxor ad aliũ.
¶†Tertiò quæritur,vtrũ ſit mortale,quando locus eſt ſacer?
Et circa hoc diſtinguit Rich.quia nec reddere nec exigere li-
cet,ſi ibi ſint cõiuges breui tempore. Si tñ longo tẽpore ibi
ſint violenter:licitũ eſt reddere & exigere.S.Th.aũt &Pe.in
iiij.dicũt ſimpliciter quòd in laico ſacro coniunx debitũ red-
dere nõ tenetur:quia nõ ita tenetur in omni loco, ſicut in o-
mni tẽpore:cũ tẽpus nõ poſſit ꝑ hoc violari, ſicut locus. Sed
nec in alio loco,niſi honeſtate ſeruata:qa nõ in publico.Vtrũ
aũt hoc ſit mortale aut veniale,hoc nõ dicũt.Sed Pe.de Pal.
ſimpliciter dicit hoc eſſe mortale,etiã ſi alius loc⁹ haberi nõ
poſſit:qa nõ licet ꝓpter hoc ſacrũ locũ violare:cùm non ſit
neceſſitatis,ſit vrinã effundere.Vñ certum eſt ꝙ petere non
licet,inquit:ſed nec alter reddere tenetur: cùm hoc fieri non
poſſit ſine irreuerentia ſacri loci:qui indiget inde reconcilia
tione ex natura facti,ſecũdũ Io.An.licet ꝑ accidens ſit occul
tum.Hæc ex illo.Ego verò diſtinguo:& dico hoc eſſe morta
le,ſi fiat ex libidine,etiã aliàs intẽtiõe veniali,vel cauſa ſani-
tatis,aut prolis,aut alia cauſa tẽporali:quia violatur locus ſa
cer ſine neceſſitate,& conſequenter cũ irreuerẽtia, nõ aũt ſi
fiat ꝓpter bonũ animæ ad euitandã illicitã corruptelam in
ſe vel ſocio:etiã ſi in ipſo exercitio actus interueniat voluptas
venialis,quæ prius in intentione nõ fuerat:ex qua intentione
principaliter actus eſt pẽſandus. Quo caſu et ã recõciliatio-
ne non indiget:quia ceſſat irreuerentia:vt ſuprà Cõſecratio.
ij.§.v.caſu iij.Et iſta eſt mens Richardi ſubiungentis quod in
tali caſu non videtur debere intelligi illa prohibitio:quia nõ
eſt ponendus laqueus animabus propter mũditiã loci,ex quo
patet quòd loquitur quando imminet periculũ animæ ſolũ.
Vnde malè Roſel.hoc tenet indifferenter.¶†Quartò,an ſit
mortale ratione modi cõtra naturã?Et dico quòd modus na-
turalis quantũ ad ſitũ,ſecundũ omnes,eſt vt mulier iaceat in
dorſo,& vir ſuper ventrem eius incumbat,obſeruans ad ſemi
nandum vas debitum.Vñ ſecundũ S.Tho.in iiij.di.xxxj.in li.
duplex eſt modus coëundi cõtra naturã.Primus,quia vas de-
bitum nõ ſeruatur in ſeminando:& hoc,ſcdm oẽs, eſt mor-
tale nõ ſolùm in viro id attentãte,ſed etiã in fœmina,ſi huius
ſit cauſa:imò ſi hoc patiatur:nec excuſat eam animi diſplicẽ
tia,aut timor odij,aut verborũ,aut incontinentiæ mariti,vel
huiuſmodi,ſed ſola violentia abſoluta.Secundus eſt,cũ ſerua
tur debitum vas,ſed non debitus ſitus,à quo deuiatur parum,
lateraliter coëundo,magis ſedendo,magis ſtando,vel mulie
res ſupergrediendo, maximè beſtialiter, id eſt, retro acce-
dendo:circa quæ ſunt opiniones. Quantum enim ad ſuper-
greſſionem mulieris,Pet.de Palu.dicit eſſe mortale:intelli-
ge ſi in tali ſitu conſummetur actus.& idem Henricus Boic.
in c.inquiſitioni de ſentent.excommunicat. Cuius rationes
aſſignant:quia ille modus non conuenit infuſioni & rece-
ptioni ſeminis:vnde videtur impediri generatio prolis. Sed
hoc dico falſum: quia matrix trahit ſemen ad ſe: etiam ſi
membrum virile non intrat clauſtra pudoris : ſicut conci-
piunt mulieres in balneis, vbi viri ſpermatizant. Et Sanctus





Tho.narrat in quolib.quòd filia virgo in ſinu patris in ſom-
no polluti concepit ſaluo pudore virgineo.Quãtum verò ad
reliquos modos,dicit idẽ Pet.& idẽ Henri. ſimpliciter quòd
eſt mortale,ſi fiat præcisè cauſa voluptatis ſine cauſa ratio-
nabili:quia eſt abuti ſacramento cõiugij:ſicut eſſet mortale
peruertere ſcienter ritum & vſum alterius ſacramẽti,non ſo
lùm in eſſentialibus,ſed etiam in accidentalibus:nõ autem ſi
hoc fiat ex cauſa rationabili.Sed dico ꝙ voluptas ſiſtẽs intra
limites matrimonij,nõ peruertit vſum huius ſacramẽti,quod
ſcilicet eſt etiam in remedium:alioquin accedẽs modo natu
rali ad ſuam cauſa voluptatis,peccaret,mortaliter.Et idẽ ſen
tit cum Pet.gl.Ray.excepto quòd nõ videtur diſtinguere ſu-
pergreſſione à reliquis modis:ſed in omnibus huiuſmodi di-
cit eſſe mortale,ſi fiãt cauſa voluptatis:ſed quia non probat,
nihil ad eam dico.Sum.autem Ang.&Ro.tenent iſta nõ eſſe
mortalia,etiam ſupergreſſionẽ: modò poſſit mulier retine-
re ſemen:aliter eſt mortale.Sed ratio nõ concludit:quia na-
tura vel matrix de ſemine aliquando parum retinet abiecto
reliquo,& ſequitur cõceptio: quia ſi trahit ſemẽ diſtãs: mul-
to magis retinet ſibi contiguum.¶Et † ideo dico tria.¶Pri-
7 mũ,quòd in omnibus huiuſmodi ſunt cõiuges acriter incre-
pandi,quando ex voluptate hæc faciunt,tanquã peiores be-
ſtijs,quæ modum ſuum obſeruant. ¶Secundum, quòd com-
patiendũ eſt exiſtẽtibus in matrimonio:quia in talibus acti-
bus parum aut nihil habent rationis.¶Tertium , ꝙ ſeruato
vaſe nihil taliũ auderé dicere eſſe de ſe mortale,etiã ſuper-
greſſionẽ vel retro aſcẽſionẽ,ſed ſolùm ex intẽtione, vel in-
tentione voluptatis nõ ſiſtẽtis intra matrimoniũ , vel aliquo
huiuſmodi.Vnde ſi ſubeſt rationabilis cauſa,omnes illi modi
licent.quod ꝓbari poteſt ratione,ſic:Nullus enim coitus ma
trimonialis,ex quo ſequi poteſt generatio,& in quo ſeruatur
finis ſacramẽti huius poſſibiliter eſt de ſe mortalis:quia qui
aliquem coitum condẽnant de mortali, hoc faciunt propter
aliquam illarũ rationum.Sed omnes prædicti ſunt huiuſmo
di:quia ſecundũ Alb.Magnum in omnibus talibus ſequi po-
teſt generatio,vt etiam patet ex dictis,& ſeruari poteſt finis
ſacramẽti:vt ſcilicet intendatur aut proles,aut remediũ cor-
ruptelæ.Vnde iſti modi nõ ſunt de ſe illiciti:ſed illicitè obſer
uantur ex rationabili cauſa:puta,infirmitatis,vel periculi ab-
orſus,aut naturalis diſpoſitionis, vel huiuſmodi . Probatᷣ etiã
authoritate.Nam dicit S.Tho.in iiij.diſ.xxxj.in litera.Quan
do vas debitũ prætermittitur,ſemper eſt mortale : quia im-
peditur generatio:& totaliter intẽtio naturæ fruſtratur.Quã
do autẽ permittitur debitus modus ſecundum ſitum,non eſt
ſemper mortale,vt quidam dicũt:ſed poteſt eſſe ſignũ mor-
talis cõcupiſcentiæ. quãdoq; etiam ſine peccato eſſe poteſt,
quando diſpoſitio corporis alium modum nõ patitur,in quo
quanto magis à naturali diſpoſitione receditur,tanto eſt gra
uius.hæc illæ.qui,vt patet nõ diſtinguit ſupergreſſionem ab
alijs modis.Et quod dicit de diſpoſitione corporis, intellige
de quacunq; ægritudine vel periculo ſuffocandi fœtum, aut
alia rationabili cauſa,ſecundum Veruec.Alber.etiã Magnus,
à quo S.Tho iſta fortè audiuit , dicit in iiij. quòd nihil horũ,
quæ facit maritus cũ vxore ſeruato vaſe debito,eſt de ſe mor
tale,ſed poteſt eſſe ſignũ mortalis concupiſcentiæ:cùm non
ſubeſt infirmitas vel alia rationabilis cauſa.Archi.etiam,qui
fuit ſatis timoratus in decidẽdo,dicit quòd de mortali argui
non poſſunt vxores,ſi timore verberum aut incontinẽtiæ vi-
rorum eis aſſentiant in huiuſmodi,ex quo de ſe,ſecundũ Al
bertũ ſunt mortalia,quia de intẽtione exigentiũ non habẽt
iudicare,vt ꝑ hoc poſſint debitũ negare:nec de facili eſt præ
cipitãda ſententia,quòd talis modus ſit de ſe mortalis.hęc il-
8 le.¶Quintò quæritur,vtrũ actus matrimonialis ſit mortale
peccatũ ratione periculi aborſus tempore cõceptus aut par-
tus?Et dicit Pet.de Pal.&c.quòd ſic,ſi probabiliter timetur:
quia eſt contra charitatẽ exigendo & reddendo.Si verò tem
pore conceptus vel imprægnationis non eſt periculũ redde-
re debitum,licet:& poteſt etiã exigi ſine mortali:cùm matri
monium ſit nõ ſolùm in officium,ſed etiam in remediũ.Ma
gis autem imminet periculũ tale circa principiũ conceptio-
nis:quia licet,ſecundũ Auic.matrix poſt conceptionem clau
datur ex delectatione:tamẽ aliquando aperitur,& cõſequen
ter materia nõdum coagulata diſpergitur,& effunditur: nõ
tamen erit mortale,ex quo nõdum erat formata materia,ſi
hoc nõ intendatur.Poſt partum autem immediatè dum mu
lier eſt in puerperio,licet deceat cõtinentia donec mulier ſit
purgata,tamẽ non eſt mortale reddere vel exigere,ſecundũ
Pet.de Pal.niſi mulieri inde eſſet periculũ mortis vel aggra-
uationis.Et c.ad eius.di.v.&.c.ſi cauſa.xxxiij.q.iiij.&.c.non ſo
lum.q.vij.loquuntur de honeſtate.& cõcord.Richa.Imò ex-
actus reddere tenetur.ſecundum opinionẽ communem do-
cto.¶Sextò quęritur,vtrum ſit mortale tẽpore menſtruorũ?
Et dico ꝙ Leui.xxxix.infligitur pœna mortis viro reuelanti
turpitudinẽ menſtruatæ:& mulieri aperiẽti fontẽ ſanguinis
ſui.quod ſecundũ S.Tho in iiij.di.xxxij.cùm prohibitum fue
rit duplici ratione ſcilicet propter immunditiam & nocumẽ
tum inde proli ſequẽs frequenter,quantũ ad primũ fuit præ-
ceptũ ceremoniale,&morale quantũ ad ſecundũ:quia omnis
vſus matrimonij quo impeditur bonũ prolis,ad quod princi
paliter ordinatur ,inordinatus eſt:vnde propter ſecũdam ra-
tionẽ hoc præceptũ obligat etiã in noua lege,licet nõ ꝓpter
primã.hæc ille.Quibus ſtãtibus diſtinguit:quia ſi fluxus mẽ-
ſtruorũ ſit innaturalis mulieri,id eſt,inordinatè & quaſi cõti
nuè ex aliqua infirmitate proueniẽs,nõ prohibetur acceſſus
ad illam in lege noua:quia mulier in tali ſtatu concipere nõ
põt:& oporteret virũ perpetuò abſtinere.hæc ille.cui omnes
in hoc cõcordant.Et adde,ſecundum mẽtem eius,ꝙ etiã tali
mulieri nõ eſt illicitũ exigere.quod etiã Archi.tenet,& com
munis ſchola.Si verò ſit naturalis,quẽ ſcilicet mulieres ſanę
determinatis tẽporibus patiũtur:ſunt opiniões cõtrarię: qua
rum cõtrarietas facit,ſecũdum Veruec.vt cõfeſſor reprehen
dere,& quantũ poteſt prohibere debeat:nõ tamẽ abſolutio-
nẽ negare nolẽti abſtinere à redditione vel etiã exactiõe.Et
quidem Pe.de Pa.tenet vnũ extremũ, ſcilicet ꝙ nõ ſit mor-
tale nec reddere nec exigere ſciẽter,etiã ſi credatᷣ inde mon
ſtrũ generari:qa,inquit,nõ eſt hic maior timor de infectiõe
prolis quàm in lepra,quæ exactionẽ nõ prohibet.Sed hoc eſt
cõtra dictũ pręceptũ Domini expreſſe. Motiuũ autẽ ſuũ nul
lum eſt,quia nõ eſt eadem ratio:quia ſi leproſus nõ coiret du
rante lepra,nũquam coiret,cũ ſit perpetua: & ſic nunquã na-
ſceretur proles.quod eſt ei peius,quàm naſci cũ mõſtruoſita-
te vel infectione.Secus autẽ hic:quia menſtruũ parum pu-
rat:eoq; ceſſante ſequi poteſt conceptio munda.vnde Domi
nus prohibuit hoc,& nõ illud .Et hæc reſponſio eſt de mẽte
S.Tho.vbi ſ. Alij autẽ tenuerũt aliud extremũ dicẽtes illi-
citam eſſe tam redditionem in muliere,quàm exactionẽ.Sed
vt dicit S.Tho.hæc opinio videtᷣ derogare matrimonio,per
quod datᷣ viro omnimoda poteſtas in corpus mulieris quan
tum ad coitum.Et adde tu hoc maximè verũ in caſu, in quo
loquitur S.Tho.ſcilicet vbi maius periculũ immineret, ſcili-
cet ſpiritualis infectionis per damnatas corruptelas:quod pe
ius eſt,quàm prolem infici.Ideo eſt opinio S.Thom. media,
quòd ad mulierem menſtruantẽ nõ licet viro accedere: nec
etiam tali mulieri licet exigere debitũ,etiã ſi ſit ſterilis:quia
quandiu patitur menſtrua, certũ eſſe non poteſt quòd ſit ſte
rilis:quia quædã ſteriles in iuuẽtute proceſſu temporis fœ-

Vir- [illegible] cõ- cepiſ- ſe.

eundantur,& econuerſo:vt dicitur in x.de Animalibus.Si au-
tem vir debitũ petat ſcienter,debet eum precibus & monitis
auertere:nõ tamẽ ita efficaciter,vt poſsit ei occaſio eſſe inci
dẽdi in alias dãnabiles corruptelas ſi ad id ꝓnus credatur. Si
verò ignorãter:tũc poteſt mulier aliquam occaſionẽ prętẽ
dere,vel infirmitatẽ allegare ne debitũ reddat, niſi periculũ
viro timeatur:tamẽ finaliter ſi vir à petitione nõ deſiſtat,de-
bet debitũ reddere poſcenti:paſsionem verò ſuam nõ eſt tu-
tum indicare,ne vir inde abominationẽ ad illam concipiat,
niſi de viri prudẽtia præſumatur. Præceptũ autẽ domini in-
telligendum eſt,quando vterq; voluntariè conſentit:non au-
tem ſi mulier inuolũtaria & quaſi coacta debitũ reddat.hæc
ille.Et hoc innuit Dominus dicens, Aperuerit fontẽ,&c. ſci-
licet ſi ipſa ſponte reddit.Puto tamẽ eſſe mẽtem S. Tho. ꝙ
non ſit mortale in viro exigere quãdo ſibi timet de corrupte
la illicita,nec facilè poteſt aliter ꝓuidere:quia magis animæ
ſuæ quàm corpori generãdæ prolis tenetur conſulere:in mu
liere tamẽ exactio ſemper eſt peccatũ mortale:quia tẽpore
menſtruorũ nõ ita mouetur vt de facili ſit in periculo corru-
9 ptionis.¶Septimò † quæritur,vtrũ ſit mortale quãdo cõiunx
illum præuenit prouocãdo cogitationibus,tactibus,cibis, &
huiuſmodi?Et dicit Pet.de Pa.ꝙ ſic,nõ ſimpliciter:ſed quan
do in talibus præparatorijs ꝓpter ſe delectatur:ſicut ſi ex ta
ctu polluatur extra vas debitũ:aut ſi diu his inſiſtat finaliter,
id eſt,nõ intendẽs venire ad actum coniugalẽ.Si tamen hæc
fiant cauſa vitandæ fornicationis in ſe vel alio,aut cauſa red
dendi debitũ,ſicut columbi vtriq; ſe prouocant,non inſiſten
do in horum delectatione,ſed ſolùm quęrẽdo ad actũ illum
parari,non videtur peccatũ:quia licet iuuare corpus ad obe-
diendum rectæ rationi.erit autẽ veniale,ſi hęc ordinet ad vo
luptatem coitus infrà limites matrimonij: quia videt̃ idẽ de
his quod de fine.hæc Pet.qui deinde dicit vnũ repugnãs prę-
dictis,ſcilicet quòd licet ſit mortale fundere ſemẽ extra vas,
ne ſequatur proles:tamen eſt mortale eadẽ intẽtione ſe re-
trahere ante cõplementum actus,ne ſeminet,niſi fortè mu-
lier ꝓuocetur ad ſeminandũ:quia nõ tenetur actũ inchoatũ
reſumere,niſi vxore petẽte :& idẽ,vt dicit,videtur poſſe dici
de muliere,quæ ſtatim poſt coitũ mingit vel ſe erigit vt ſe-
mẽ emittat.Sed iſta opinio quãtũ ad ſecũdũ eſt cõtra c.ali-
quãdo.xxxij.q.ij.vbi dicitur meretrix ea quæ prolẽ ſuã interi
mit antè quàm viuat,id eſt,antè quàm ſit,vt dicit gl. & eadẽ
ratio eſt hic & in ꝓcurante venena ſterilitatis,de quo ibi.Pri
mũ etiã qđ ſequitur Sum.Roſ.cõtra Ang.eſt valde irrationa
bile qa ſi eſt mortale tangere impudicè manibus cũ intẽtiõe
nõ cõſummãdi:quomodo nõ erit mortale cum hac intẽtio-
ne tãgere mẽbris genitalibus & ingredi clauſtra pudoris:nõ
eſſet tamẽ mortale ſi talia agẽs cum intẽtione cõſummandi
ante finẽ ex aliq̃ cauſa ſe retraheret de cõſenſu vxoris.Dicit
autẽ Sum.Ang.& Roſ.quòd in tactibus delectari nõ ad co-
gnoſcendum ſeu coëundũ,non eſt mortale, niſi veniatur ad
pollutionẽ.quod verum eſt dupliciter.Primò, quãdo tactus
nõ ſunt impudici ꝓcedẽtes ex venere,ſed ex amore,vt oſcu-
la, & cõplexus honeſti.Secũdò,quãdo procedũt quidẽ ex ve-
nere,ſed de coitu nõ cogitatur , ita quòd nec includitur nec
excluditur:& locus eſt aptus ad coitum ſi ſuccederet eius vo
luntas:aliter autẽ ſunt mortalia:quia omnis actus venereus,
qui non eſt coitus coniugalis vel ad illum ordinatus actu vel
10 habitu,eſt illicitus.¶Octauò † quęritur , vtrum ſit mortale
denegare debitum petenti omnino,vel excuſetur aliqua ra-
tione?Et dico quòd eſt mortale,ſecundum omnes:niſi ſubſit
rationabilis cauſa,vel niſi precibus aut ſuaſiõibus eum auer-
tat:quod tamen cum multa inſtantia fieri nõ debet propter
multa pericula : quia eſt contra iuſtitiam proprium petenti

non reddere:petere tamẽ non tenetur,ſecundum Rich.quia
nullus tenetur vti iure ſuo.quod intelligo,niſi ad vitandã for-
nicationem in ſocio.Nec excuſat,nolle multiplicare in ple-
nec à fortiori ira vel odium,nec tempus ſacrũ,puta quadra-
geſima,aut aliud ieiunium,vel ſolennitas:ſed tenetur redde-
re petẽti,etiã interpretatiuè ſolùm,puta per nutus:quia non
refert vtrum verbis aut factis,quis ſuã exprimat voluntatem.
ff.de legib.l. de quibus. quod maximè verũ eſt in fœmina:
quia,vt dicit Sanc.Thomas,ſolet eſſe in hoc verecũdior ma-
ſculo. Quæ ſecundum Augu.de Ancho.ſuper epiſtolis Pauli
tripliciter hoc petit:primò verbo,ſecũdò ſigno,tertiò cone-
tione,quãdo ſcilicet vir ſcit eam debere petere,& ex verecun-
dia diſsimulare.Et in prædictis concordant omnes doctores:
quãtum tamẽ ad tempus ſacrum,Alex.dicit ꝙ in ſolennitati-
bus eſt mortale cognoſcere cauſa voluptatis.& idem tenent
aliquæ gloſſ.quod verum eſſe poteſt ratione cõtemptus ſa-
cræ diei,non aliter:quia capitula hoc dicentia conſulunt &
hortantur:non autem præcipiunt, ſecundum Richar.¶No-
nò † quæritur,vtrum ſit mortale ante benedictionẽ, vel ha-
benti impedimentum voti vel affinitatis, exigere? Et dico
quòd ſic.Nam Gul.&Rodo.dicunt mortale eſſe vti cõiuge
ante benedictionem abſque diſpẽſatione,vbi conſueuit adhi-
beri benedictio nuptialis.quod Richar.limitat quantum ad
exigentem.Archi.quantum ad primam exactionem tantum:
non autem quantum ad reddentem.Vnde dicit S.Tho.in iiij.
quòd ſi ſponſa admittit ſponſum ad actum coniugalem ante
benedictionem , credens eum velle conſummare matrimo-
nium,non peccat,niſi ſigna appareant fraudis expreſſa:vt ſi
ſit conditio multùm diſtãs propter nobilitatem aut diuitias:
tamen reddere non tenetur.Imò videtur quòd nõ ſit morta-
le in exigente propter euitandam fornicationem,quando be-
nedictio citò dari non poteſt propter aliquam cauſam, puta
dotem habendam,niſi ratione ſcandali.arg.eorum quæ dici-
tur infrà Inobedientia.in princip.Vnde dicit Alber.quod di-
ctum Rodo.eſt nimis durum.& idem videtur ſentire Innoc.
& domi.Anto.in capi.j.de ſpon.quia licet cõſuetudo habeat
vim legis:tamen lex non ſemper obligat ad mortale,niſi ſit
præceptiua.de elec.generali.libro vj.Ex quibus videtur quòd
non ſit mortale ſimpliciter cõſummare ante benedictionẽ:
vt etiam innuit San.Thom.niſi eſſet ſcandalum.Vnde etiam
Dir.lib.j.dicit quòd nõ eſt mortale cognoſcere vxorem poſt
verba de præſenti antequã in facie eccleſiæ deſponſetur:quã
do quis ex iuſta cauſa nõ ducit eam ſolenniter:puta,quia ter
ra eſt interdicta: vel eſt ſenex,& erubeſcit : vel eſt nobilis,&
accepit ignobilẽ,& huiuſmodi. Vnde ſponſis cõſulendũ eſſet
ad euitãdum multas pollutiones & peccata,quod ſi publica-
to matrimonio ſponſa duci vel benedici non poteſt, cõſum-
metur.Habens autem votum ſimplex,quanuis ſi contrahat,
teneat matrimonium,& eo conſummato reddere debitũ te-
neatur exactus,tamẽ exigere non poteſt,etiam ſecũdum Io.
And.licet videatur tenere contrarium:& exigẽdo,ſecundum
Sanctum Thomam,peccat mortaliter, quaſi faciens contra
votum:quod quantum eſt ex parte ſui adhuc poteſt implere,
ſcilicet non exigendo.Et quia in voto continẽtiæ ſolus papa
diſpenſat:ideo ab eo petẽda eſt licentia, vel diſpenſatio exi-
gendi : quanuis aliqui, vt Gulielmus , dicant epiſcopum in
hoc poſſe diſpenſare . Quod verum putarem, quando talis
nec adire nec mittere poſſet Romam . Et idem dicunt Ca-
noniſtæ de eo,qui religionem approbatam ingreditur inten
tione perſeuerandi:quia talis ingreſſus habet vim voti ſim-
plicis , & ſecundum aliquos , ſolennis:ſed, vt diffuſè decla-
xi in Aurea Roſa,in caſu lxxiiij.ipſi textum canonis non in-
telligunt,qui intentionem perſeuerandi, ſeu vitam mutan-



di, intelligit intentionem profitendi in ipſo ingreſſu: quod
olim licuit etiam in mẽdicantibus. Similiter qui poſt matri-
monium cõtractum per verba de præſenti cognouit cõſan-
guineam vxoris,exigere nõ poteſt ſine mortali : licet teneat
matrimoniũ,& reddere teneatur.& in hoc diſpenſare poteſt
papa ſine dubio:& ſecundũ Pet.de Pal. etiã epiſcopus: quod
Arch.dubitat.Ego verò credo verum,vt in caſu priori,quan-
do ſcilicet non adeſt poſsibilitas adeundi Romam: quia non
debent animæ remanere in laqueis ita faciliter: nec hoc in-
tendit eccleſia.¶Decimò † quęrit̃,vtrũ ſit mortale reddere 12
vel exigere debitum à coniuge manẽte in adulterio?Et dicit
Rich.quòd nõ,ſi eſt correctus vel corrigi paratus,ſecus ſi eſt
incorrigibilis,id eſt,nõ paratus corrigi:quod, ſecũdum eum,
prǽſumitur quando pertinaci animo renuit corrigi:aut cor-
rectionem ſpõdens,ex cõſuetudine relabitur:ſic peccat mor
taliter cognoſcendo,faciens contra cõſtitutionem eccleſiæ:
etiam ſi ſit occultum,ſecundũ aliquos . & tex.eſt in ca.ſi vir.
de adul.& in c.ſi quis vxorem.xxxij.q.j.imò non licet eo caſu
viro miniſtrare vxori neceſſaria,ſi ea negando emẽdaretur:
quia tenetur eam omni modo quo poteſt emendare. Quod
tamen fallit primò,ſecundũ Arch.in Roſa.& S.Tho.ac Rich.
in iiij.quãdo innocẽs exigit timore ſuæ incõtinẽtiæ.Et ratio
eſſe poteſt:quia non tenetur ſuo periculo corrigere ſocium.
Secundò,ſecũdum Hug.de Ca.not.in iiij.quãdo ceſſatio exa
ctionis & redditionis nõ corrigeret,ſed ꝓficeret in peius, vel
inutiliter ſcãdala ſuſcitaret:quia ordinatio eccleſię nõ eſt fa-
cta vt fiant ſcãdala,vel inutiliter homo ſui iuris detrimẽtum
patiatur.Tertiò,ſecundũ Pet.de Pal.qãndo eſt occultũ:quia
ceſſat ratio ſcãdali,quod verum eſt ſolùm, quando cõtinen-
tia nõ proficit ad correctionẽ, quæ etiam fuit in cauſa huius
conſtitutionis.Quartò,ſecũdum eũ,quãdo eſt ſpes de corre-
ctione,ſcilicet ſtatim fiẽda:qa ſi nõ eſſet ſtatim,ſed poſt alia
ſcelera,teneretur abſtinere ad corrigendũ.Quintò,ſecũdum
eundum, quãdo incorrigibilem animo cõpeſcere poteſt in-
cludendo:& ſic prohibẽdo ne exeat,vel alius intret ad illam:
quod ſolùm in vxore locũ habet,cuius nõ eſt,maritum inclu
dere.Sextò, quãdo plus cohibet̃,ſaltẽ propter hoc quòd deti
netur,quàm expoſita,quæ eo ipſo ſe ꝓſtitueret: prius tamẽ,
vt idem dicit,debet exponere his, qui ſciunt eam fornicariã,
negotiũ:& ſi inde ſcandalizantur,eſt ſcãdalum Phariſæorũ,
non puſillorũ.De muliere autẽ dicit idem, quòd nõ ſic tene-
tur dimittere virum:quia nõ habet illum ſic de facto,ſed ver
bo corrigere:& eſt veriſimile quòd quãto magis ad eã,tanto
minus ad fornicariam accedet.vnde virũ dimittere nõ tene-
tur,niſi quãdo vellet eã cognoſcere innaturaliter, id eſt, ex-
tra vas:aut quãdo timet ne peruertat eam ex cohabitatione:
quia tunc tenetur eum,etiam quantũ ad domum, dimittere.
Adulterans autẽ licet peccãdo in legẽ matrimonij actu cõ-
iugali indignũ ſe reddat,nec debeat exigere,niſi purgata cul
pa,ſecundũ Ray.ſaltẽ quo ad forũ animæ:tñ ſecundũ Doct.
exactus reddere tenetur:& ſecũdum Supplementũ ſi ipſa exi
gat,licet iniuſtè,alter,id eſt,innocẽs, reddere tenet̃: ſed hæc
13 eſt contra communẽ doctrinam.¶Vndecimò † quęritur, in
quibus caſibus actus cõiugalis ſit peccatum veniale? Et dico
*Quã-* quòd in ſex,ſecũdũ Pet.de Pal.in iiij.diſt.xxxj. ¶Primò quã-
*do ve-* do procedit aliqua rationis deordinatio,ſed non tanta, vt ſit
*niale* mortalis,ſicut in prędictis caſibus:puta ſi petatur tempore ſa
cro ceſſante contẽptu ſacri tẽporis & eccleſiaſticę exhorta-
tionis, ſecundũ gl. Ray.& S.Tho.quẽ tamẽ cõtẽptũ Supple-
mentũ malè accipit pro nõ curare.de quo vide ſuprà Cõtem
ptus.¶Secũdò,ſi petatur ex voluptate,intra tamẽ limites ma
trimonij ſiſtendo:etiam ſi ſe prouocẽt.Et hoc expreſſe dicit
Aug.j.Cor.vij.in prin.& tenet cõmunis ſchola:licet Supple-

mentum conetur hoc aſtruere eſſe mortale. ¶Tertiò,ſi fiat
cauſa vitãdę infirmitatis.& idẽ S.Tho.¶Quartò,quãdo quis
exigere vel reddere incipit bona intẽtione,ſed deinde muta-
tus iam hoc vult cauſa delectationis:& hoc extra horã deci-
ſionis ſeminis:quia tunc nõ habetur vſus rationis.¶Quintò,
quandocũq; aliud intẽdit quàm finẽ cõiugij, id eſt,prolẽ,vel
debitũ.¶Sextò,quãdo hoc agit cauſa vitandæ fornicationis:
in quo tamen,vt idem dicit, ſunt opiniones duæ : vna quòd
ſemper ſit peccatũ,ſi ſit cauſa vitãdæ fornicationis in ſe: alia
quòd ſimpliciter nõ ſit peccatũ: quarum prima dicit verum,
quãdo aliter poſſet faciliter vitare,puta abſtinẽdo: ſed eligit
iſtam viã voluptuoſam,quia voluptatẽ abſorbentẽ rationem
præfert ei,quod eam cõſeruat.ſecunda verò,quando quis ali-
ter melius vitare nõ poteſt: vt quia habet loqui ſecretè cum
muliere,de qua ſibi timet.¶Duodecimò † quæritur, quibus 14
caſibus actus cõiugalis exercetur ſine peccato vel cũ merito?
Et idem in iiij.diſt.xxxj.dicit quòd meritorius eſt in quatuor
caſibus.¶Primò,quãdo quis ſuppoſita gratia reddit debitũ: *Quã-*
quia eſt actus iuſtitiæ.Secundò, quando debitum petit cauſa *do me*
prolis generãdæ & educãdæ Deo:quia eſt actus latrię. quod *rito-*
verũ credo,etiã ſi de ſeruitio Dei nihil cogitet, ſed ſolùm de *rium*
ſucceſſore:quia ex quo eſt in gratia, & facit rẽ ex genere ſuo
bonã,dãdo eſſe,& nullo malo fine,hoc virtualiter ordinat in
Deũ.¶Tertiò,quãdo hoc facit ad cõſeruandũ cõparẽ ſuum
à fornicatione:quia eſt actus charitatis.¶Quartò, quãdo fa-
cit ad eandẽ vitandã in ſe:& aliter melius vitare nõ põt: quia
eſt actus prudentiæ vel caſtimoniæ.¶Suppoſita verò carẽtia
gratiæ prædictus actus dictis quatuor modis eſt indifferens:
quia nõ eſt meritorius,cùm gratia nõ informetur: nec deme
ritorius propter carentiã culpæ,nõ obſtãte quòd inde homo
erubeſcat:quia de tribus erubeſcimus:ſcilicet primò de cul
pa,& ſecũdò de habẽte ſpeciẽ culpæ:vt iſte actus,qui eſt eiuſ
dem ſpeciei cũ fornicatione:& tertiò de naturalibus defecti-
bus:vt eſt egeſtio, & huiuſmodi.¶Decimotertiò quęritur qđ
agendũ ſit cùm quis primò cõtrahit cum vna clandeſtinè, &
deinde cũ alia publicè,an ſcilicet teneatur reddere debitum
primæ?Et dico quòd ſi hoc ſine ſcãdalo facere non poteſt,vt
quia eccleſia eum excommunicat,vel huiuſmodi:nõ tenetur
reddere,ſed tenetur non reddere: quia ab omni ſpecie mali
abſtinendum eſt.j.Theſſal.vltimo.& ſimiliter non tenetur,
ſecundum Veruec.ſi eſt in loco, vbi conſuetũ eſt quòd ante
carnalem copulã adhibeatur benedictio nuptialis:& ſibi im-
putet quæ clandeſtinè contraxit ingerẽs ſe periculo:ceſſante
tamen ſcandalo,vt ſi cùm prima ſine ſcãdalo migret ad aliã
regionem: & ceſſante dicta conſuetudine licitè cohabitabit
primæ:ſed tamen ſi à ſecunda recedere nõ poteſt ſine ſcan-
dalo,non tenetur ire cũ prima: alias tenetur.Et propria au-
thoritate hoc poteſt ſecundũ gloſ.Rayn.&,vt in Sum.Cõfeſ.
lib.iiij.tit.ij.quæſt.xxxvj.nec eſt cõtra,inquit,quod ſolet dici,
virum non debere diſcedere ab vxore ſine iudicio eccleſiæ,
hoc enim intelligendũ eſt,quando inter eos eſt impedimen-
tum aliud quam ligatio matrimonij præcedentis: vt voti ſo-
lennis.vide ibi.Secundæ autem nullo modo reddet,quia non
eſt vxor:ſed cohabitabit ad præceptũ eccleſiæ, & neceſſaria
miniſtrabit: modò hoc ſine periculo adulterij fieri poſsit:
alioquin nõ cohabitabit,etiam ſi inde excommunicetur, ſed
ſeparatus miniſtrabit neceſſaria.

## De Votis coniugum,infrà Votum.v.

DECANVS eſt idem quod Archidiaconus. vide ſuprà
de eius officio in tit.Archidiaconus.

## De Decimis,Primitijs & Oblationibus.

1 *Decima iuridicè ſumpta,quid ſit?Et decimarũ ſpecies quot ſint?*
*Et quid primitia,ſiue primitiæ.*

2 *Oblatio à decima in quo differat? Et quotupliciter dicatur oblatio, & quot requirantur, vt oblatio dicatur?*
3 *Iura, quid de primitijs velint, ac caueant? Et an ſint ſub præcepto? Et quid de oblationibus. Et quot modis ad eas teneri quem contingat? num. 4.*
5 *Senenſes, num poßint tollere oblationem fieri ſolitã in aſſumptione beatæ Mariæ? Et ſub hæc ad quos pertineãt oblationes? & quis eas recipere queat? Et an religioſi licitè capiant?*
6 *Pecuniam pro miſsis dicendis, ſacerdoti oblatam, quas in pœnitentia iniunxit, an idem recipere queat?*
7 *Laici, num præſcribere poßint conſuetudinem, per quam ſibi in die purificationis candela offeratur: & quanto tempore?*
8 *Oblationes aliquorum recipi, prohibitum eſſe. Et qui ſint hi?*
9 *Decimæ, an ſint de præcepto, & quo iure debeantur?*
10 *A ſolutione decimarũ, num quis per cõſuetudinẽ excuſari poſsit? Et quatenus conſuetudo hoc præceptum abrogare queat?*
11 *A ſolutione decimarum, num quis papæ diſpenſatione, poßit excuſari: vel tranſactione, ſeu debentis decimas compoſitione eas accipere?*
12 *Decimæ de quibus dari debeant? Et à quibus dãdæ ſint? nu. 13. Et quibus dãdæ? Et de hoc cõcluſiones, ſeu dicta decem. nu. 14.*
15 *Decimæ quando, vbi, & qualiter dandæ ſint?*
16 *Iura, quid de decimis à laicis percipiendis velint: & in hoc dicta multa, de quibus ordine.*
17 *Decimas alteri eccleſiæ debitas, in pignus nõ debet eccleſia, vel aliter accipere. remiſsiuè.*

1 DECIMA † iuridicè, ſecũdum Hoſtien. in Sum. de deci. §. j. eſt omnium bonorũ mobilium licitè quæſitorum pars decima Deo data, diuina conſtitutione debita: vt colligitur de deci. c. j. & c. parochia. & c. nõ eſt. & c. tua nobis. & c. cum nõ ſit in homine. Et intellige Deo, id eſt, Dei miniſtris. Et dicũtur etiã pluraliter decimæ: quia, ſecundum eundẽ, tres ſunt decimę ſpecies, ſcilicet decima prædialis: id eſt, eorũ, quæ proueniũt ex prædijs: vt ſunt, vinum, bladum, fructus arborũ, & huiuſmodi. Et perſonalis, id eſt, eorũ quæ proueniunt ex opere perſonali: vt ex mercatione, artificio, ſcientia, militia, venatione, & huiuſmodi: & miſta, id eſt, eorũ, quæ partim ex prædijs, partim ex opere perſonali proueniunt: vt ſunt animalia, quæ paſcũtur ex prædijs, & humano opere nutriuntur, & fœtus ac fructus eorum.

*Primitia.* ¶ Primitia autem ſecundum Ray. & alios eſt prima pars frugũ ſiue fructuum domino offerẽda. & intellige prima, id eſt, dignitate præcipua: & domino, id eſt, diuino cultui: quia primitiæ offerebantur per modum oblationis. ij. ij. q. lxxxvj. Nunc autẽ dicũtur pluraliter primitiæ ſecundũ fructuũ varietatẽ.

2 ¶ Oblatio † autẽ in hoc differt à decima, ſecũdum eũ ibi, &. q. viij. in hoc quòd oblatio offertur Deo immediatè, id eſt, ad cultum Dei: & dicitur ſacrificiũ, ſi inde fiat aliquod ſacrum conſumendũ: decima verò nõ offertur immediatè Deo, ſed miniſtris eius, ſcilicet ſuſtẽtandis, aut diſpẽſaturis.

*Oblatio.* Oblatio autẽ cùm tripliciter dicat᷑, ſcilicet donatio inter viuos facta Deo, vel eccleſiæ. & donatio cauſa mortis pro anima, quæ dicitur etiã mortuariũ: & oblatio quotidiana & vſualis, quam faciũt fideles quotidie ad miſſam, vel huiuſmodi: & iſto modo videt᷑ eſſe omne Deo oblatũ immediatè: licet conſequenter cadat in vſum miniſtrorũ: vt cãdelæ, panes oblati in altari, pecunię ornamẽta, & huiuſmodi, & à primitia differt ſicut genus à ſpecie: quia omnis primitia eſt oblatio, nõ ecõtra, cùm oblatio ſit etiã de nõ fructibus. Et hæc, vt ſit oblatio, tria requirit ſecũdum Pan. in c. fin. de verb. ſig. Primò, offerens ſit Chriſtianus: quia ab infidelibus oblationem eccleſia non recipit: ſed æſtimationem oblationnis pro intereſſe. de vſur. quanto. Secundò, vt is, cui offertur, ſit eccleſia: quia quod fit priuatæ perſonæ, nõ eſt oblatio, ſed donatio. Adde etiã ſi illa perſona ſit eccleſiaſtica: vt ex diffinitione patet. Tertiò, vt res data ſit licitè acquiſita: alia verò pro oblatione nõ accipiunt᷑. de vſur. quia in omnibus. de deci. ex trãſmiſſa. & gloſ. ſum. xiiij. q. v. Et intellige illicitè acquiri aliqd dupliciter, ſcilicet vel cõtra iuſtitiã, vt in furto: vel mediãte peccato, vt in meretritio.

3 ¶ Primò † verò quærit᷑, qd iura velint de primitijs? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxvj. ꝙ olim erant de præcepto ceremoniali quo ad determinationẽ: puta quòd talibus pſonis exhiberent᷑: aut de primis fructibus, vel huiuſmodi, in cõmuni verò de iure naturali: nũc autẽ ſunt de præcepto eccleſiæ ſecundũ cõſuetudinem patriæ: & earũ quantitas olim nõ fuit determinata in lege, quia erãt per modũ oblationis, de cuius ratione eſt voluntariũ. & ſecundũ Hieron. ex magiſtrorũ arbitrio: qui plurimũ, dabãt fructuũ partẽ quadrageſimã: aliqui minimũ, ſexageſimũ: inter quę duo licebat qd᷑cunq; voluiſſent offerre; ſed nũc, inquit, ſtat᷑ cõſuetudini. & concor. Innocẽ. dicẽs ꝙ ex quo earum quãtitas non inuenitur expreſſa iure canonico: in optione dãtis eſt dare quantum vult: niſi cõſuetudo regionis aliud inducat. Adde, ſecundum Alex. quòd nõ ſolùm ſunt in præcepto, quãdo eſt cõſuetudo: ſed etiam quãdo indigent, & petũt eccleſiæ miniſtri: eccleſiæ, ſcilicet eius, cui debent᷑, quę, ſecũdum Hoſt. eſt parochialis. arg. c. doctos. & c. moderamine. xvj. q. j. quod Sum. Ang. ſequitur: ſecũdum Gof. verò diuidẽdæ ſunt ſicut decimæ. de quo infrà. §. viij. Sed melius dicit Sum. Piſa. dandas his, quibus dari conſueuerunt, & magis indigent: quia tota earũ determinatio in lege noua eſt per cõſuetudinẽ. Dicit autẽ Veruec. quòd vbi conſuetudo eſt quòd non ſoluantur, obtẽta ſine cõtradictione à tẽpore de quo nõ eſt memoria: nõ ſoluentes excuſantur, imò dico quòd huiuſmodi cõſuetudines nõ ligant, vel abſoluũt, niſi eo modo quo & conſuetudo decimarum. de qua j. §. iiij.

4 ¶ Secũdò † quæritur, quid iura velint de oblatiõibus? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundum S. Tho. ii. ij. q. lxxxvj. oblationes de ſui natura habent quòd ſint voluntariæ. cõtingit tñ aliquos ad eas teneri quadrupliciter. Primò, ex cõuẽtione pręcedẽti: vt dũ cõceditur fundus eccleſiæ vt fiat certa oblatio, quę tñ habet rationem cẽſus. Secũdò, ex deputatione, vel promiſsione: vt cũ qs eccleſiæ donatiõe inter viuos offert, aut relinqt in teſtamẽto aliquid in poſterũ ſoluendũ. Tertiò, propter neceſsitatem eccleſiæ: puta ſi miniſtri ſeu ſacerdotes eccleſię nõ habẽt vñ ſuſtentẽtur. qd᷑ ſecundũ Hoſt. Inn. & gl. Ray. limita, niſi ſubditi ſubuenire nõ poſſent: quo caſu victũ manibus quærant. xcj. diſt. clericus victũ. Quartò ꝓpter cõſuetudinẽ: qa tenent᷑ fideles in aliquibus ſolẽnitatibus ad aliquas oblationes cõſuetas: tamẽ his duobus vltimis caſibus oblatio eſt quodãmodo volũtaria quantũ ad quantitatẽ vel ſpeciẽ rei oblatę. hæc ex illo. Et cõcor. Ray. & Gof. addẽtes ꝙ ad cõſuetudinẽ tenendam cogi poſſunt, nõ à ſacerdote, ſed ab epiſcopo, cuius auxiliũ implorandũ eſt in talibus: de Simo. ad apoſtolicã. & idẽ S. Tho. Sum. tñ Ang. tenet quòd nõ ſunt de præcepto ratiõe cõſuetudinis, cùm iſta ſint liberæ facultatis: iuxta dicta prius ſuprà Cõſuetudo. §. xiiij. & idẽ videtur ſentire Sum. Roſ. quibus tamẽ repugnãt & Supplemẽtũ, & fere omnes Doctores, & dictũ eiuſdẽ Sum. Ang. quæ vult primitias eſſe de præcepto ratione cõſuetudinis: de quibus nõ eſt ratio maior quàm de oblationibus. Repugnat etiã ratio, quia ſi huiuſmodi cõſuetudo non ſit obligatoria, vix erit inuenire aliam: cùm ſit valde rationabilis & præſcripta à tempore cuius non eſt memoria. Nec valet motiuum: quia oblationes nõ ſunt ſemper liberæ facultatis, ſed aliquando neceſsitatis, & de iure naturæ: vnde conſuetudo eas poteſt determinare quo ad certos



dies, licet retineant aliquid voluntarij, vt dictum eſt. Poſſet tamen rationabiliter dici quòd ratione conſuetudinis ſunt in præcepto eo modo quo eſt conſuetudo, ſcilicet quòd offerat maior pars populi: nõ aũt ſemꝑ ſinguli de populo, ſed ſolùm pro maiori parte ſolẽnitatũ. Vñ nõ eſt alicui mortale, ſi oblationem intermittat rarò ex aliqua cauſa: puta quia non habent ad manum quid det. & facit §. ſequens. ¶ Secundum. Poſito ꝙ ciuitas ſit ſolita oblationẽ vel certũ qd eccleſiæ dare: illud per ſtatutum mutare non poteſt, ſecundũ Pan. in c. abolendæ. de ſepul. de mẽte Bar. in l. priuilegia. C. de ſac. ſan. eccle. per tex. illum qui dicit quòd ſolita ab antiquo eccleſijs & miniſtris tribui, aliquo modo non debent immutari.

5 ¶ Ex † quo infert quòd non poſſunt tollere Senenſes oblationem ſolitam fieri in Aſſumptione beatæ Mariæ. & quaſi in ſimilibus terminis tenet Lu. Ro. in ſuis ſingularibus, concludens ꝙ incerta ſolita conuerti in vtilitatẽ alicuius eccleſiæ, à tꝑe cuius non extat memoria, nõ poteſt ciuitas per ſtatutum in vtilitatem alterius eccleſiæ conuertere. & vnus caſus eſt in c. ad apoſtolicam. de ſimo. alius in cap. veſtra. de loca. & allegat Bart. in d. l. priuilegia. & Io. And. in addi. Spec. Sed iſta intellige, niſi aliter conſtaret de intentiõe inducentiũ cõſuetudinẽ: ex quo conſuetudo habet vim obligatiuã, vt ſuprà dictũ eſt, Conſuetudo. §. xiij. Vnde ſi conſtat oblationem eſſe introductam pro fabrica alicuius eccleſiæ præſcriptam, vel aliter: ea cõpleta licitè mutabitur. ¶ Tertiũ. Oblationes ſecundum S. Tho. pertinẽt ad ſacerdotes: & pro aliqua cauſa laici eas prohibentur accipere vel comedere. xj. q. j. ſanctorũ & c. ſeq. ſed ſecundum S. Tho. intelligitur qñ ſunt conſecratæ: vel quando eas propria authoritate rapiunt: aut etiam ratione parentelæ ſine neceſsitate. Et ſecundum Ray. oblationes, quæ fiũt in eccleſia parochiali ſacerdoti eius: vel ſi alij eccleſiæ offeruntur, prælato illius dandæ ſunt. Et idem videtur ſentire S. Tho. dicens religioſos eas licitè recipere tripliciter. Primò, ꝑ diſpenſationes ſacerdotũ, vel ordinationem eccleſiæ, ſi ſunt pauperes. Secũdò, ſpõte factas, ſi ſint miniſtri altaris. Tertiò, ex debito, ſi parochiæ ſunt eorum, ſicut eccleſiæ rectores. Et hoc etiã ſi fiat capellæ ſitæ intra parochiam, vel altari: quia nihilo minus ſunt rectoris, & non presbyteri capellæ, ſecũdũ Pan. & dñm Ant. in c. paſtoralis. de his quę fi. à præla. & à fortiori, ſecundum eundem dominum Ant. ſi fiant imagini depictæ muro intra limites parochię. Et facit gl. in l. ſtaturę. ff. de vſufr. & Ang. in diſputatione quæ incipit, in fulgẽti palatio. quod limitatur verũ, quando fiunt intuitu eccleſiæ parochialis: vt j. Votum. ij. §. viij. Et idẽ eſt ſecundum eundẽ, ſi fiãt celebranti in eccleſia alicuius: quia ſimiliter ſunt rectoris. qd᷑ tamen fallit qñ epiſcopus in eccleſia cathedrali vel parochiali celebrat: quia oblationes communi iure ſunt eius. de parœ. ſuper eo. quo tamen caſu ſi conſuetudo eſt in cõtrarium, ſequenda eſt, dummodo epiſcopus accipiat ſuam canonicam portionem de omnibus. Si tamẽ epiſcopus alicubi nimis frequenter celebraret, ſecus ſecũdum Archi. Si idem eſt in archiepiſcopo viſitante prouinciam. de cẽſi. Romana. Si autem in eccleſia S. Laurentij ſit cõſuetudo quòd archipresbyter habeat oblationes diei dominici, & ſacriſta diei ſancti Laurentij, & ille eueniat in dominica, oblationes tũc erunt archipreſbyteri, ſecundum Bart. per l. proconſul. ff. de off. procon. quia dies dominica maior eſt alio feſto: & inſpicitur potius quod naturale, quàm qd᷑ accidẽtale eſt. Facit l. dies feſtos. C. de ferijs.

6 ¶ Quartum. † Pecuniam oblatã ſacerdoti pro miſsis dicendis, quas ipſe in pœnitẽtia iniunxit, recipere poteſt, ſecundum Sum. Ang. quod verum eſt, quando nullũ inde ſcandalum vel admiratio ſequitur: aliàs ſecus: quia ſpecies mali eſt. de vi. & ho. cleric. cum ab omni. Vnde ſecundum Hoſt. vel talia non iniungat, vel mandet celebrari per alium, non tamen per vicinum: vel gratis celebret: aut inde acceptum pauperibus eroget, ſcilicet ſciente eo, qui dedit.

7 ¶ Quintum. † Secundum Fede. conſi. clv. laici præſcribere poſſunt conſuetudinẽ, quòd eis candela die purificationis offeratur: quia parũ eccleſijs nocet, & laicis ad deuotionem multum confert. Et hoc ſequitur Sum. Roſ. & verum credit ſpatio annorum xl. quia, inquit, parochiani præſcribere poſſunt ius patronatus, quod plus eſt, vt no. Io. An. de reg. iur. quod alicui. li. vj. Sed hoc eſt falſum, quia iſta conſuetudo quantum ad vnã candelã Federici nõ eſt eccleſię grauis: ſed quantum ad multas eſt grauiſſima: & tanto magis, quãto inde inimicitiæ ſequuntur. de cõſue. c. j. Item per eam eccleſia ſubmittitur laicis, cõtra c. ij. de re. eccle. non alie. li. vj. Itẽ ſoli patroni videntur eſſe priuilegiati, vt eis cenſus, ſeruitus, vel tributũ ab eccleſijs reddatur. de iure patrona. c. ꝑterea. Nec eſt ſimile de iure patronatus: quia hoc nõ eſt liberę facultatis, vt iſta oblatio, vel donatio.

8 ¶ Sextum. † Secundum Ray. & gl. in c. oblationes. di. xc. oblationes aliquorum recipi prohibentur ab eccleſia. Primò, notoriè diſsidentium. Secundò, opprimentium pauperes: vt in d. c. oblationes. Tertiò, raptorum. de rap. ſuper eo. Et quartò, vſurariorum. de vſur. quia in omnibus. Et quintò, meretricũ. Et ſextò, eius qui violauit eccleſię immunitatẽ, nec vult emẽdari. xvij. q. iiij. miror. Et ſeptimò, ſacrilegiorũ. xij. q. ij. de viro. Et octauò, pœnitentium aliquando. de conſe. diſtin. iiij. cos. Aliorum autem non ſunt reſpuendæ, ſecundum gl. ibi. quam ſequitur Sum. Ang. quia hoc eſt pœnale, & extendi non debet, niſi quatenus reperitur. Addit tamen Ray. & Sum Conf. quando eſt aliquod crimen notorium & horrendum. ar. d. c. minor. Et quòd prædicta intelliguntur quando crimina ſunt manifeſta, & peccatores nolunt emendari, & ſimiliter ſecundum Sum. Piſa. poſt Hoſt. idẽ eſt de quolibet hæretico & excommunicato: & conſtitutio pœnalis aliquando extenditur, maximè vbi eſt ratio maior: vt infrà, Excõmunicatio. iij. particula xx. Adde etiam & de Iudæis: de quibus dicit c. quanto. de vſur. quòd compellendi ſunt eccleſijs ſatisfacere de decimis & oblationibus debitis, quas percipere conſueuerant à Chriſtianis de domibus & poſſeſsionibus antequam ad eos deueniſſent. quod ſecundum Veruec. limitatur, ſi aliquid habent præter vſuras iuſto titulo. & concord. Hoſtienſis.

9 ¶ Tertiò, † quãtum ad decimas quæritur vtrum decimæ debeant᷑ de pręcepto, & quo iure? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxxvij. & ij. quol. arti. viij. quòd in lege veteri debebantur ad ſuſtentationem miniſtrorum Dei. vnde illud præceptum erat partim morale & iure diuino & naturali ratione inductum, quæ dictat neceſſaria miniſtranda eſſe à populo miniſtrantibus in cultu diuino: partim iudiciale pertinens ad æqualitatem inter homines ſecundum conditionẽ illius populi, robur habens ex inſtitutione diuina: quæ determinationẽ certæ partis introducit, tribu Leuitica poſſeſsiones non habente: ſed & cum ceremonialibus conueniebat quantum ad aliquam ſignificationẽ. Cùm igitur præcepta moralia in noua lege neceſſariò ligent, & ceremonialia neceſſariò dimittantur, & iudicialia obſeruari poſsint, & non obſeruari: & ad eorum obſeruantiam aliqui obligentur, ſi ſtatuantur: præceptum decimarum in noua lege partim obligat ex iure naturali, inquantum eſt morale datum à Domino Matth. x. vbi dicitur quòd dignus eſt operarius mercede ſua. partim ex inſtitutione eccleſię, cuius authoritate inſtitutum eſt, vt cùm populus nouæ legis ad maiora obliget᷑ quàm veteris, iuxta illud Matthæi. v. Niſi abundauerit, & c. nõ minus exhibeatur miniſtris noui teſtamenti, qui ſunt maioris dignitatis, quàm veteris: vt probat Apoſtolus j. Corinthiorum iij. ſed detur decima: vt

ſit

ſit quædam noui & veteris Teſtamenti conſonantia:quæ ta-
men penſatis opportunitatibus perſonarum ac temporum
aliam partem determinare poſſet.Hæc ex S.Tho. Et addit
Alex.in tertia parte Sum.quod in duplici caſu locum habet
hoc præceptũ.Primò,cùm in neceſsitate à miniſtris eccleſiæ
petuntur:intellige,etiã ſi non ſit conſuetudo:vt dicit S.Tho.
ij.quol.arti.viij.Secũdò,ſi ſit cõſuetudo, etiã ſi nõ petanť:vt
in c.peruenit.& in c.in aliquibus.de deci.qa ipſa conſuetudo
expoſtulat:vt ibi dicit S.Tho.Et intellige etiã ſi nõ adſit ne-
neſsitas,ſed miniſtri ſint diuites,vt dicit S.Tho.vj.quol.ar. x.
Adde tu quòd obligat tertiò,quoties petuntur,etiam ſine cõ
ſuetudine & neceſsitate:licet eccleſia bene faceret nõ exigẽ-
do in tali caſu,qñ probabiliter ſcandalũ timereť:vt patet ex
dicto quoli.ij.& vj.Quomodo autẽ religioſi teneanť de hoc
præcepto conſcientiam facere,aut prædicare,videʒ.Excom-
municatio.viij excõmunicatiõe xliij.& xliiij.vbi habes quòd
ſunt excõmunicati, ſi omittunt ſcienter facere de hoc cõſci-
entiam ſibi confitentibus,& prædicant negligentia non pur-
gata:aut ſi aliqua dicunt etiam in priuato vt retrahãt à deci-
marũ ſolutione.& adde quod ſit prædicatoribus grauiſsimũ
præceptũ quòd in prima dominica Quadrageſimæ,& quar-
ta & vltima,& in feſtis Aſcẽſionis Domini,Pentecoſtes,nati-
uitatis Io.Baptiſtæ,Aſſumptionis,& Natiuitatis beatæ Ma-
riæ audientes informent, ſi fuerint requiſiti ſuper decimarũ
10 ſolutione,de pœ.cupientes.in clemen. ¶ Quartò† quæritur,
vtrum per contrariã cõſuetudinẽ poſsit quis ab hoc præce-
pto excuſari?Et dico quòd in hac quæſtione Canoniſtæ veri-
tatẽ non intelligentes multa inconuenientia faciunt.Primò,
qa ſine neceſsitate chartas implẽt.Secũdò quia malè deter-
minant.Tertiò,quia ineptè Theologos reprehẽdunt.vñ tria
faciam.Primò,faciam fundamenta veritatis.Secundò,recita
bo aliquid de Canoniſtis,reſpondendo dictis eorum,& refel
lendo,& approbando.Tertiò,cõcludam veritatem.¶ Quan-
tum ad primum ſciendum eſt primò ex S.Tho.ij.ij.& quoli.
vbi ſ.& Alex. ſimiliter vbi ſuprà, ꝙ hoc præceptũ eſt mora-
le,& de diuino iure ac naturali,inquantum ad hoc quòd mini
ſtri ſuſtententur:& iudiciale quantum ad taxationem talem.
Vnde omnes,inquit,S.Tho.velint nolint, tenenť ad decimã:
licet eccleſia ſtatuere poſſet quòd dareť octaua vel duodeci
ma.¶ Sciendum eſt ſecundò, quòd ſecũdum eoſdẽ & omnes
Theologos,præcepta iudicialia in noua lege nõ obligãt,niſi
inquantum in noua lege denuò ſtatuuntur, & efficiuntur de
iure poſitiuo ſeu humano:cuius rationẽ omitto ad præſens.
& habetur xij.q.iij.& iiij.¶ Sciendum eſt tertiò, quòd ius di-
uinum aut naturale per conſuetudinẽ abrogari non poteſt,
ſcilicet inquantum eſt tale:ſecus de humano.& de hoc ſuprà
Conſuetudo.§.ix. ¶ Quantum ad ſecundum, quidem Cano-
niſtæ,vt Ray.Hoſt.Hug.Car.& Arc.& quidã alii,dicunt hoc
præceptum poſſe abrogari quantum ad decimas perſonales,
quia non eſt de iure diuino.quod non bene dicitur:quia vbi
non ſunt prædiales ſufficiẽtes,vt Genuæ,Venetijs,& in mul-
tis alijs locis,perſonales ſunt de iure naturali:alioquin popu-
lus diues poſſet ſine culpa habere clerum egentem.Quantũ
ad prædiales autem,dicit Inn.quòd nulla conſuetudo excuſa
re poteſt à peccato,ſi nõ ſoluantur,& plenè ſoluãtur.& hoc
tenent multi Canoniſtæ propter verum fundamentum falsè
intellectum:quia ſcilicet ſunt de iure diuino.quod non bene
dicitur:quia de iure diuino & naturali ſunt ſolùm quãtũ ad
ſuſtentationẽ miniſtrorum:ſed non quantum ad quotã præ-
taxatam:vnde valere poteſt conſuetudo quòd nõ plenè ſol-
uantur.Qui verò eorũ Theologos reprehẽdunt in hoc quod
dicunt ſic eas non eſſe de iure diuino,ineptè loquuntur:quia
non ſunt ita rudes Theologi vt non ſciant eas eſſe de iure
diuino,id eſt,hoc ſcriptum eſſe in iure diuino inter præcepta
iudicialia computatum:ſed dicunt quòd illud præceptũ mo-
dò non ligat vt ius diuinum, quantum ad taxationem, ſed
vt humanum:vt diuinum autem ligat quantum ad ſuſtenta-
tionem miniſtrorũ.Vñ latius d.Ant.de Butr.dicit Canoniſtã
in iſta materia nõ eſſe bonũ determinatorẽ, ſed Theologũ:
vnde ei ſtandum eſt.¶ Quantum ad tertium dico quòd con-
ſuetudo abrogare poteſt hoc præceptum quantum ad quotã
taxatam,& excuſare nõ ſoluẽtes plenè:quia vt ſic eſt huma-
num:nõ autem quantum ad totum,vt ſcilicet nihil ſoluatur:
quia quantum ad hoc eſt diuinũ & naturale , nõ diſtinguen-
do inter perſonales aut prædiales: vbi tamen ex conſuedine
nihil ſoluitur,eccleſia remittit.Vnde non eſt mortale,niſi in
tribus caſibus.Primò,ſi petantur decimæ , & negẽtur:quam
tamen petitionem nõ ſufficit fieri per curatum, ſecũdũ Ar-
chi.vbi nõ eſt conſuetum.quod limito,niſi ſit indigentia ma-
gna:imò,inquit,dubiũ eſt de diœceſano:vnde ad papã recur-
rendum eſſet.Secũdò,ſi non petantur,& obſtinatio tanta ſit,
quòd ſi peterentur,propoſitũ eſt nõ reddendi.Tertiò,quan-
do clerus patitur valde indecentia victus & veſtitus,& popu
lus abundat: quia ſi talis indecẽtia exigit eleemoſynam:mul
to magis exigit rem aliàs iure naturali & diuino taxatã.Po-
teſt tamen dici ſecundum Veruec.ꝙ quando nulla decima
ſoluitur,videntur domini prædiorum breui manu ſoluiſſe:&
ꝙ eis eccleſia deinceps redonauerit. Iuxta hæc intellige S.
Tho.dicentem,quòd nulla conſuetudo ſoluere poteſt homi
nes ab obligatione decimarum:quia fundatur ſuper ius diui-
num & naturale,ſcilicet quantum ad aliquid: non aũt quan-
tum ad iſtam determinatam quãtitatem:vnde ſemꝑ, inquit,
tenentur homines ſoluere,etiam vbi non eſt conſuetudo ſol
uendi,ſi eccleſia exigat,ſcilicet modo prædicto,id eſt,autho
ritate papæ:vel in caſu indigentiæ magnæ:licet,inquit ibi,ſi
nõ exigat,remittere videatur,dũ diſsimulat.Vñ ibi homines
non peccant,niſi ratione obſtinationis , habentes voluntatẽ
non ſoluendi:quia durum videtur dicere,quòd omnes Itali &
Orientales damnentur decimas non ſoluentes . Cuius argu-
mẽtum ſumere poſſumus ab Apoſtolo,qui neceſſaria victui
ſibi debita non accipiebat ab auditoribus illa debentibus,ne
offendiculũ daret Euangelio:& tamẽ illi nõ peccabãt: alio-
quin ipſe non accipiendo malè cùm eis egiſſet.Nec obſtat ꝙ
alicubi ratione cõſuetudinis milites accipiunt decimas.quod
maius eſt quàm eas non dare:quia,inquit,non habent ius ac-
cipiendi:cùm hoc ſit ſpirituale in laicam perſonã nõ cadens:
ſed res illæ temporales,quæ iure exiguntur,ex cõceſsiõe ec-
cleſiæ datę ſunt eis ꝓpter aliqua ſeruitia eccleſię facta:ſicut
& eccleſia remittere poteſt ipſos fructus qui debẽtur ꝓ de-
cima,non tamen tollere ius exigendi aut debitum reddẽdi.
hæc ex illo.¶ Quintò† quæritur, vtrũ ab hoc præcepto poſ-
ſit quis excuſari ex diſpenſatione papæ, vel tranſactione ſeu
compoſitione debentis decimas accipere? Et quantũ ad pri-
mum Alex.dicit quòd ſic,inquantum hoc præceptũ eſt iudi-
ciale.Pan.verò in c.à nobis.eo.tit.poſt glo.tenet idem,dicens
quòd papa ius decimarũ in totum tollere nõ poteſt: ſed qui-
buſdam perſonis remittere poteſt:quia per primum tollitur
ius diuinum,non per ſecundum.Et idem Ala.& Hoſt.limitã
tes quod dicitur,in totum:niſi ex cauſa,& ad tempus. Et idẽ
Inn.addẽs quòd laicis remittere nõ poteſt quo ad Deũ præ-
teritas aut futuras ſine cauſa.Pro quo eſt gl.notabilis in c.nõ
eſt.de voto,quia licet habeat plenã poteſtatem:debet tamen
facere ſicut diligens paterfamiâs,diſpenſando vnicuiq; ſicut
opus eſt:ſed quo ad eccleſiam militãtẽ poteſt.Quantũ verò
ad ſecundum:tenet Sum.Ang.cõtra Roſ.ꝙ remitti non poſ-
ſunt decimæ:niſi is,qui debet eas, ſit pauper : quia cùm ſint
paup



pauperum, conuerti non poſſunt in non pios vſus, ſed dicit
Hoſt.quòd cõpoſitio inter eccleſiaſticũ & laicũ ſuper parte
decimæ de cõſenſu prȩlati ſuperioris,valet: & ſecundũ Ray.
ſi quis retinuerit decimas tempore longo, & nunc pœnitens
remiſsionẽ petit,quia aliàs oporteret eũ mendicare:ſacerdos
videns eum contritũ & vera dicẽtem,remittere debet ei tan-
quàm pauperi:cùm hoc eidẽ poſtea darę deberet. xvj.q.j. quo-
niam.iniũgendum tamen eſt ei,ſecundum Gofr.quòd reſti-
tuat,ſi venerit ad pinguiorem fortunã.Veruec. addit quòd,
etiam ſi eſt diues põt in totũ vel in parte dimittere: ex quo
abſtinere vult in poſterum.Et idẽ Rod.Et dicit idẽ Veruec.
hoc poſſe epiſcopũ,quod ego verum credo,quando bene,id
eſt,ex rationabili cauſa mouetur:vel quia videt,illũ nõ poſſe,
aut ſimpliciter,aut cõmodè ſatisfacere:& ita debiliter diſpo
ſitum ad bonũ,ꝙ niſi remitteret, adhuc iaceret in peccato,
vel huiuſmodi:quia tunc nõ eſt infidelis diſpenſator:ſed vtili-
ter agit negotiũ domini ſui:ſicut etiã pro cõuerſione eiuſdẽ
laudabiliter exponeret eccleſiaſtica bona. Opinionẽ autem
Ro.quam Sum Ang.reprobat,ſequũtur communiter Cano-
niſtæ in c.ſtatuimus.de trãſac.& in c.fin.de rerum permut.&
Pan.per illum tex.& Hier.Zaneti.q in ſua repet.c.j.de accuſ.
hanc Sum.in hoc notauit,vbi etiam alleg.Ioã.And.& But. &
idem Alberic.& hoc ſequitur Sum.Piſ.¶ Sextò† quęritur,de
11 quibus decimę dari debeant?Et dico,hodie ſtandum eſſe con
ſuetudini.Iuridicè tamen loquendo, Dico primò quòd dari
debẽt de omnibus fructibus terrarum,arborum, hortorum,
animalium piſcationum,venationũ,fructuum,penſionũ,ma
lendinorum,etiã adventũ,balneorum,fulloniorum,lapicidi-
narum,metallariorũ:item de negotijs,& artificijs,& cæteris
bonis;vt dicit Rayn.& colligitur xvj.q.j.& q.vij.& de deci.in
multis ca.Et ſi eodẽ anno in eadem terra diuerſa ſemina ia-
ciantur:de omnibus dari debẽt.extra eo..ex parte canonico-
rum.¶ Dico ſecundò quòd de donatis,legatis, & ſucceſsione
acquiſitis:ſecundum Alb.ſoluẽdæ nõ ſunt:ſed de his tantum,
quæ quis naturaliter vel de ſuis operibus acquiſiuit.Probabi
lius tamen,ſecundũ Veruec.videtur notaſſe Hug.xvj.q.j.de-
cimæ.quòd legatarius & donatarius tenetur decimare lega-
tum & donatũ, licet decimatum fuerit à legatore vel dona-
tore.nõ autem ad hoc tenetur filius patri ſuccedens in re à pa
tre decimata:cùm omnia patris quodammodo ad ipſum ꝑ-
tineant:hæres tamen extraneus ad hoc tenetur.Quia tamen
Inn.non videtur multum vnam harum opinionũ alteri præ-
ferre:ſtãdum in hoc putarem interpreti legum cõſuetudini.
ff.de legib.l.ſi de interpretatione.¶ Dico tertiò quantum ad
illicita acquiſita,ſecũdum Hoſt.quòd decimas prædiales qui
libet indiſtinctè ſoluere tenetur quantumcunq; peccator, &
Iudæus,& inuaſor:& eccleſia recipere poteſt:quia nõ dantur
intuitu perſonæ, ſed quaſi ex cenſu debito prædiorum. extra
eo.de terris.& cõcor.Rayn.& Alexand.Quantum ad perſo-
nales verò diſtinguit: quia dari non debent de his, quæ ſunt
reſtitutioni obnoxia.Si vero nõ ſunt reſtituenda,vt in mere-
tricio,hiſtrionatu,& ſimilibus:tũc ſi ex peccato notorio quę-
ſtus prouenit,eccleſia recipere nõ debet, ne videatur appro
bare peccatũ:ipſi tamen dare tenentur. Vnde conſulit quòd
meretrix & hiſtrio inde faciãt eleemoſynam. Si tamen tales
ad pœnitentiã conuertãtur,poteſt eccleſia, ſecundum Ray.
& Innoc.etiam decimas præteritas accipere.& concor.Sanc.
Tho.Si autem peccatum ſit occultum,ſecus eſt:quãuis præ-
latus hoc ſciret,arg.xxxij.q.v.Chriſtiana.vj.quęſt.j.ſi omnia.
idem S.Thom.ij.ij.quæſt.lxxxvij.Perſonales tamen decimas
Iudæi ſoluere nõ tenentur, cùm nec ſacramenta percipiant,
nec audiant diuina.arg.dicti cap.de terris.Cõncor. prædictis
13 Richar.ſub alijs terminis.¶ Septimò † quæriť,à quibus dan-
dæ ſunt decimæ?Et dico multa.¶ Primũ.Decimas, ſecũdum
Alex.dare tenentur omnes laici etiã pauperes & iudęi de prę
dijs:vt in dicto c.de terris.xvj.q.j.decimas.vt clerici de rebus
patrimonij, id eſt,de rebus ſuis,niſi deſeruiãt eccleſię cui de-
bentur.eod.cap.ij.Et addit quòd vbi eſſet conſuetudo quòd
de fructibus poſſeſsionũ eccleſiæ teſtari poſſent in morte,
ſimiliter tenentur de ipſis ad decimam.Et ſic intellige c.ij.de
deci.Et religioſi niſi ſint exempti priuilegio.de quo in c.ſug-
geſtum.de deci.& in multis ſequẽtibus:imò,vt dicit, priuile-
gium in tribus caſibus nõ liberat ſoluere obligatos.Primò,
cùm tenẽtur pactione: quia priuilegium nõ reuocat pactum
prȩcedẽs,niſi de eo fiat mẽtio ſpecialis in eo.de deci.ex mul-
tiplici.Secundò, cùm enormiter læditur parochialis eccleſia
cui debebãtur.arg.dicti cap.ſuggeſtum.Tertiò,cùm eas ſol-
uendo renuntiatur priuilegio tacitè de quo vide gl.& Doct.
in d.cap.ſuggeſtum.¶ Secundum.Adde Alexandrum, quòd
clerici tenentur ad perſonales:vt in d.c.ij.niſi viuant in com-
muni:quia tunc, ſicut & religioſi, non tenentur de laboribus
ſeu nutrimentis ſuis proprijs,xvj.q.j. decimas.& ſimiliter le-
proſi communiter viuentes nõ tenentur de ortis & nutrimen
tis ſuis.de eccleſ.ędi.c.ij.vbi etiã intelliguntur fœtus, ſecun-
dum Alber. & S.Tho.& ſicut olim Leuitæ ſacerdotibus: ita
nunc clerici tenentur ſummo põtifici.¶ Tertium.Secundum
Hoſt.ad decimas prædiales tenetur indiſtinctè quilibet prę-
dia poſsidens etiã iniuſtè, etiã ſi ſit hæreticus,Iudęus,vel Pa-
ganus:vt in d.c.de terris.extra eo.quia dãtur ratione prædio-
rum,vt ibi,etiam ſi eſſent ſeminata ſemine furtiuo,ſecũdum
Rayn.& Thom.¶ Quartum.Cùm ante decimationem ven-
ditur aceruus:tenetur vterq; ad decimã,ſcilicet venditor ra-
tione doli & pretij ſuccedẽtis loco rei.arg.xij.q.ij.monemus.
ff.de peti.hęre.l.ſi & rem & pretiũ.& ſimiliter emptor: quia
res tranſiuit cũ onere decimarum, extra eo. paſtoralis.xij.q.
ij. Auguſtino. Et ita eccleſia petere poterit à quo maluerit:
ſed obtinẽdo ab vno,alter liberatur.Hęc S.Thom.& Rayn.
addens quòd teneatur emptori primò ſoluenti,ſi erat vendi-
tor in bona fide:non autẽ ſi fuit in mala fide,niſi expreſsè ſit
cautum: ſecũdum gl.tamen eius in foro pœnitẽtiali tenetur
ei reſtituere,niſi emiſſet minus iuſto ꝑtio.¶ Quintũ.Si ante
decimationem ſubtrahatur ruſtico aceruus de area: tenetur
ruſticus,ſi erat in mora ſoluẽdi,id eſt,ſi nõ ſoluit ſtatim col-
lectis fructibus,cùm poſſet,cùm peteretur.xvj.quęſt.j.decimę.
extra eo.cum hominis. quia periculum ad ipſum ſpectat:& ſi
ſoluerit,dabit ei eccleſia actionem ſuam cõtra raptorem.Si
verò non fuit in mora:nõ tenetur,ſed aget eccleſia cõtra ra-
ptorẽ.ff.locat.l.ſi in lege.§.item vtiliter.etiã ſi ſacerdos fuiſ-
ſet aliquo modo in culpa vel cauſa moræ.ſecundũ Ray.quia
etiam dicit,regulare eſſe quòd ſemper mora poſterior nocet
ei,per quem fit.ff.de pericul.& commo.rei ven.l.illud.Vnde
ſi eccleſia fuit in vltima mora:ruſticus nõ tenetur ad decimã
de ſublato,ſed de reſiduo tenetur,niſi eccleſia fuerit in culpa
ſublationis propter aliquam cauſam:quia ipſa tenetur de tò-
to ſublato.¶ Octauò † quęritur,quibus dandæ ſint decimæ?
Et dico multa.¶ Primum.Decimę perſonales dari debẽt ec- 14
cleſiæ parochiali ſeu baptiſmali: in qua quis diuina audit, &
percipit ſacramẽta.xvj.quæſt.j.quęſt.& licet.quæſt.j.§.j. niſi
aliud obtineat cõſuetudo.extra eodem.cap.j. & extra de de-
ci.ad apoſtolicæ.vel niſi pręſcriptæ ſint:quæ tamen præſcri-
ptio per laicum fieri nõ poteſt. Hæc Ray.Hoſtien.& Sanct.
Tho.Reges tamen & principes decimas perſonales ſoluent
epiſcopo principalis ſui domicilij, ſecũdum Innocen.& ſi in
duabus diœceſibus habent domicilium, diuidentur inter il-
las.Prędiales autem decimæ dandę ſunt illi eccleſię intra cu-
ius parochiam prędiũ ſitum eſt:de paro.cap.vlt.de deci.quo-
niam.

niam.xvj.q.j.ſi quis laicus.deductis tamen expẽſis,ſi res,puta
arbor inciſa ad locum vbi plus valet,transferatur,ſecundum
Innoc.Et hoc niſi aliud obtineat cõſuetudo.extra eod. cap.j.
&.ij.c.commiſſum.&.c.ad apoſtolicæ. vel niſi preſciptæ ſint,
ſecũdum Hoſt.Rayn.& Tho. In miſtis autẽ ſecũdum Hoſt.
conſuetudo ſeruanda eſt:quæ ſi nõ appareat, tũc ſi animalia
continuè paſcuntur in parochia domini ſui,dentur illi eccle-
ſiæ.Si verò paſcuntur in aliena,videtur quòd diuidendæ ſint
inter eccleſiam vbi paſcuntur, & eccleſiã propriã:arg. extra
de teſta.relatum.Sed S.Tho.&Ray.dicũt,quòd de lacte,fœ-
tu & lana dandæ ſunt eccleſiæ vbi paſcuntur: vel eccleſijs,ſi
paſcũtur in pluribus.& hoc ſentit Pan.de deci.cum cõtingat.
quod verum puto,quando cuſtodes ibi recipiunt ſacramenta
& audiunt diuina. Alioquin vera eſt prior opinio:quia cùm
ſint miſtæ,oportet quòd aliquid retineãt de natura perſona-
lium:quod ſi paſcua ipſa vendantur annuatim,ſecundũ Inno.
decima prædij ſoluetur eccleſiæ vbi ſunt paſcua: & ſi gratis
paſcãtur,dominus beſtiæ dabit decimã herbæ, ſcilicet vltra
decimam fructuũ beſtiarum: quia herba, quã beſtia euellit,
tranſit cum onere ſuo,ſcilicet decimarũ.ff. de vſufr.l.ſi vſuſ-
fructus.ij.§.j.¶Secundum.Decimæ piſcationis,venationis, &
huiuſmodi, ſecundũ Inn. dandæ ſunt eccleſiæ vbi percipiun-
tur ſacramẽta:cùm ſint perſonales.qđ intellige vbi piſcatio
libera eſt &venatio:quia ſi inde pretiũ aut pars aliqua ſolue-
retur:de hoc dandæ eſſent decimæ eccleſiæ in qua fiunt,cùm
ſint prędiales.¶Tertiũ. Cùm quis decimas tenet in feudum,
propter hoc ſecundum Ray.decimas noualium nõ recipiet:
ſed debentur eccleſiæ parochiali: quia huiuſmodi conceſsio-
nes & priuilegia arctanda ſunt,non amplianda.extra eo.tua.
niſi fortè ſint religioſi ex priuilegio decimas recipiẽtes:quia
percipient etiam noualium.extra eo.ex parte. Secus ſi non
ex priuilegio,ſed ex præſcriptione recipiũt:quia noualiũ de-
cimæ nõ eis,ſed eccleſiæ ſoluendæ ſunt.extra eo.cùm cõtin-
gat.¶Quartum. Si à papa aliquibus noualium decimæ con-
cedantur ſecundum proportionem, qua eas veteres contin-
gebant,non intelligitur de his decimis noualium, quas tem-
pore impetrationis alij poſsidebant:nec habet locum,niſi in
locis,in quibus impetratores veteres tempore impetrationis
poſsidebant veteres in totum,vel vltra medietatem,non ex-
tenditur indultum vltra medietatem noualium:niſi fuerint
Ciſtercienſes,vel Cartuſienſes. Et ſi per huiuſmodi conceſ-
ſiones eccleſiæ parochiales adeò grauarentur quòd nõ poſ-
ſent commodè ſuſtentari & ſoluere epiſcopalia iura: proui-
deatur per ordinarios quod hoc poſsint. Item quanuis fortè
à religioſis exemptis & alijs fiãt decimarum infeudationes:
non licet poſt talem infeudationem ſic de facto præſum-
ptam huiuſmodi decimas de manu recipere laicorum abſq;
diœceſanorum aſſenſu:& illas tantum quæ ante Lateranen-
ſe concilium in feudum perpetuò fuerant cõceſſæ:& faciunt
diœceſani iuſtitiam parochialibus eccleſijs de decimis habi-
tis à religioſis:niſi agatur de rebus exemptis. hæc omnia ex-
tra eo. ſtatuto.libro.vj.¶Quintum.Decimæ rerum, de qui-
bus antiquitus dari nõ conſueuerant, an dari debeant habẽ
tibus eas in feudũ,vel eas recuperantibus,aut eccleſiæ?Ray.
dicit videri quòd milites,qui aliàs decimas percipiunt,poſsint
illas petere,eò quòd eis terra illa ab antiquo fuerit decima-
lis:& vna eadẽq; res non debeat duplici iure cenſeri.extra eo.
cum tua.Sed hoc,inquit, eſt verum in monaſterio vel eccle-
ſia:ſecus fortè in laico.Veritas autem eſt quòd laicus nõ de-
bet eas recipere, ſicut nec decimas noualium.arg. ff.de con-
trahẽ.emp.l.in lege.dictum autem cap.cum in tua. loquitur
tantùm de eccleſijs & monaſterijs. Vnde conſulendum eſt
quod ſoluatur eccleſiæ parochiali. & idem Hoſtien.& Sum.
Confeſ.Sed adde vel monaſterio,ſi illud poſsidebat.¶Sextũ.
Qui diu decimas non ſoluit,& vult ſoluere modò, nõ ſoluet
ei qui præſcripſit,ſed eccleſiæ parochiali,ſecundum Ray.&
Rod.& Veruec.quod verum eſt,ſi quando non ſoluit,ſoluere
debebat eccleſiæ parochiali,& non aliter, quia reſtitutio fa-
cienda eſt ſpoliato regulariter.Vnde ſecundum Hoſtien.&
Rayn.epiſcopus nec de noualibus nec de recuperatis à laicis
retinere debet,niſi ſuam canonicam, id eſt, quatenus perci-
piebat de antiquis:& ſi nihil percipiebat de antiquis, ad mi-
nus ſua quarta fraudari nõ debet.extra eo.qm̃.vbi etiam hoc
not.gloſſ.Si tamen epiſcopi vel religioſi de cõſuetudine vel
priuilegio percipiunt omnes decimas alicuius parochiæ,hoc
non obſtante debet presbytero portio competens aſsi-
gnari.de præbend.extirpandæ.§.cum igitur.de deci. ſtatuto.
lib.vj.& conſentit Hoſtien. ¶Septimum. Si conſuetudo ſit
quòd vna eccleſia vel parochia recipiat decimam de blado,
alia de vino:& terra bladum reddens mutetur,&vinum red-
dat,& econuerſo:ſecundum Hoſtien.qui percipiebat de bla-
do, percipiet de vino, & econuerſo:quia licet mutentur ter-
ræ qualitates,non tamen ſubſtãtia.extra eodem.cõmiſſum.
§.ſicut.¶Octauum.Clericus habens patrimonium ſufficiens
ſecundum ſtatum ſuæ perſonę, ſecundum Alexand. recipere
poteſt decimas vt procurator in neceſsitates pauperum vel
vtilitates eccleſiæ expendendas: ſed ſi in proprios vſus con-
uertit,ſacrilegium committit:ſi in malos,incurrit iudicium.
Facit capit.quoniam.xvj.quæſtio.j.& capit.paſtor.j. quæſt.ij.
& hoc refert ac ſequitur Sum.Angel.& Roſ.ſed malè, quia
clericus poteſt reſeruato patrimonio hæredibus viuere de
bonis eccleſię:vt ſuprà dictum eſt Clericus.iiij.§.xvj.& hoc
vterque iſtorum concedit. Vnde Rayn.cautius loquitur,di-
cens quòd ſi deſeruit eccleſiæ: & percipit non vt in malos,
ſed vt in pios vſus conuertat,non peccat: aliter ſacrilegium
committit.& alleg.dictum cap.quoniam. & dictum cap.pa-
ſtor.Vnde peccat ſi eas malè diſtrahit:non autem ſi eas acci-
pit vt inde honeſtè viuat. Et adde quòd ſecundum Sanctum
Thom.quolib.vj.articulo x.pauper laicus tenetur diuiti cle-
rico decimas ſoluere, licet habeat vnde ſuſtentetur:quia li-
cet ſuſtentatio miniſtrorum fuerit ratio inſtituendi decima-
rum ſolutionem:ex quo tamẽ alicui effectum eſt hoc debi-
tum per eccleſiæ ſtatutum:nihilo minus ei debẽtur, quanuis
ſit diues.Si tamen,vt dicit Hoſtien.nõ ſeruit eccleſiæ vt de-
bet,vel ſit notorius fornicator:laicus ei ſoluere decimas nõ
tenetur, ſed proximo ſuperiori: qui debet illas in vtilitatem
illius eccleſię conuertere.& decretalis, inquit, tua nobis.ex-
tra eo. dicens non obſtare nequitiam clericorum, loquitur
de occultis.¶Nonum. Decimæ nullo modo prẹſcribi poſ-
ſunt à laicis,vt eis ſoluantur.de præſcrip.cauſam,nec à cleri-
cis parochiam non habẽtibus,ſed ſolùm ab habentibus.eod.
tit.de quarta.nec ſimiliter à religioſis parochiam nõ habẽ-
tibus:quia nec poſsideri.xvj.q.j.placuit.ſed ratiõe parochia-
rum,ſi habẽt,eas prẹſcribũt.extra eo.cũ cõtingat.&.c.cũ tua.
quod quidem de perſonalibus intelligũt:quia ſacramẽta nõ
miniſtrant religioſi:prędiales autem licitè poſsident.xvj.q.j.
c.ſi.Adde verò hic primò quòd epiſcopus dicens ſe decimas
prẹſcripſiſſe in aliena diœceſi,habet titulũ probare:qa ius cõ-
mune eſt in cõtrariũ:niſi de cõtrario memoria non extaret.
de prẹſcrip.epiſcopum.lib.vj.vbi etiã dicitur quòd ſi quis rẽ
eccleſiaſticã præſcribit, ſi ius cõmune vel preſumptio nõ ſit
cõtra illũ, ſufficit bona fides.aliàs cũ bona fide requirit̃ etiã
titulus. Adde ſecundò,quòd ſi præſcribãtur in vno prędio alicu
ius eccleſię,propter hoc nõ extenduntur ad aliud quod colitur
de nouo: extra eo.cùm contingat.ff.de pact.l.ſi vnus.§.ante
omnia.¶Decimum. Qui ſcienter ſoluit decimas ei, qui non
de



iure,ſed de facto eccleſia tenet:non excuſatur,niſi ex iuſto
metu:vel ab eccleſia toleratur: quæ non contradicendo con
ſentire videtur,ſecundũ Rod.quod verũ eſt,omni fraude ceſ
ſante.De ruſticis autẽ ſoluentibus militibus,dicit Ray.quòd
excuſantur,ſi credunt milites licitè petere:præſertim cũ ec-
cleſia nec petat à ruſticis,nec militibus cõtradicat: nõ autem
liberantur,ſi ſciunt quòd illicitè petunt. Si tamẽ per metum
ſoluerentur,excuſantur in parte.xxxij. q.j.ita ne. extra quod
met.cau.ſacris.Secũdum Veruec.tamẽ liberantur,vbi eccle-
ſia non petit à ruſticis,& militibus permittit:niſi placeret eis
hoc modo eccleſiam defraudare:quod tũc eſſe credo,quãdo
poſſent contradicere,& non curant:quia error, cui non reſi-
15 ſtitur,approbatur.xciij.di.error.¶†Nonò quæritur,quando,
vbi,& qualiter dandæ ſunt decimæ?Et dico multa. ¶Primũ.
Decimæ perſonales in fine anni dari poſſunt,ſecundum Arc.
arg.de pig.ex literis.Prædiales autẽ debent ſtatim dari quã-
do fructus percipiuntur.extra eo.cũ homines.& hoc antequã
ſeparetur cẽſus,vel tributũ,&huiuſmodi.Et ſi prius facta fue
rit dicta ſeparatio,dabuntur nihilo minus integræ: extra eo.
tua nobis. Miſtæ verò quantum ad hoc videntur ſequi natu-
ram prædialium:vt ſcilicet ſtatim ſoluantur,quando percipi
untur fructus: quia in vtriſq; recollectio fructuum eſt quaſi
finis anni in perſonalibus,cùm tam in illis quàm in iſtis tunc
ſciatur quantum ſoluendum ſit,& non ante.Intellige tamen
hæc,niſi aliter habeat conſuetudo præſcripta: & ſi peribunt,
exiſtenti in mora peribunt:aliàs non,ſed ei cui debentur.
¶Secundũ.Secũdum Hoſt.ſtandũ eſt cõſuetudini quãtum ad
locum,vtrum ſcilicet in agris aut vineis dandæ ſint,vel certè
ad eccleſiam deferẽdæ.de ſepul.certificari.¶Tertium.Deci-
mæ dari debent non deductis expenſis,etiam factis pro fru-
ctibus colligendis.extra eo.cùm ſint homines.& non eſt ne-
ceſſarium dare meliora aut viliora,ſed mediocria.xvj.quæſt.
j.decimæ.& debẽt dari fideliter:quia inde reſultat remunera
tio triplex, ſcilicet primò abundantia fructuum: & ſecundò
ſanitas:de quibus Malach.iiij.& in cap.reuertimini.& in cap.
decimæ.xvj.q.j.& tertiò bonitas principatus.xvj.q.vij.maio-
res.hoc tollit fiſcus,quod non accipit Chriſtus. ¶Decimò
16 †quæritur,quid iura velint de percipiendis decimis à laicis?
Et dico multa.¶Primum.Secundum doctores in ca. ad hæc.
eod.tit.ſuper decimis nullus cõtractus poteſt iniri cum laico,
per quem dominium vtile vel directum trãsferatur in illum:
quia videtur alienatio quædam,vt probatur per text.cum gl.
in cle.j.de reb.eccleſ.non alie. poteſt tamẽ fieri conceſsio ad
tempus modicum,quæ alienatio non videtur,etiam ad tem-
pus vitæ ex cauſa & cũ authoritate prælati,ſecundũ glo.in c.
quanuis.eo.tit.de quo tamen ibi Pan.dubitat:quia talis cõceſ
ſio largè perpetua dici poteſt:ſed ſaluando gl.dicit quòd pro
pter dubium vitæ laici conceſsio illa potius videtur tempora
lis.Et adde ꝙ ſecundum Hoſt.& Goſ. non videtur perpetua,
quando non tranſit ad hæredes:vt ipſi tenere videtur.Tamẽ
credo quòd in veritate fieri non poſsit:niſi talis prælatus poſ
ſit dare licentiã alienandi in caſu iure non expreſſo:quia per-
petuum dicitur temporaliter,ſecundũ gl.xvj.q.ij.hoc ius.Pri
mò,quod durat vſq; ad xxx.annos.Inſti.de perpe. & tẽp.act.
Secundò,quod durat quãdiu viuit,cui conceditur. ff.pro ſoc.
l.j.&.c.precariæ.x.q.ij.Tertiò,quod durat,quandiu pẽſio ſol-
uatur.Inſti.de loca.§.adeo Ius autẽ decimale nullo modo ca
dere poteſt in laicũ,cùm ſit ſpirituale: niſi fortè authoritate
ſummi pontificis.¶Secundum.Laicus decimas habẽs in feu-
dum,ſi ſcit ſe habuiſſe poſt tempus Lateranẽſis concilij cele
brati ſub Alexandro anno Domini Mcclxxix.& ſine authori
tate ſummi põtificis:ſecura conſcientia tenere nõ poteſt, ſe-
cundum Ray.& vt communiter notatur in c.prohibemus.de
deci.Et licet Hoſt.dicat quòd tempore multum anteriori,ſci
licet Vrbani,decimæ in feudum laico dari nequiuerant:vt in
conſtitutione feudorum,epiſcopum vel abbatẽ. quam conſti
tutionem fortè,inquit Ray.non vidit, tamẽ primũ eſt cõmu
ne ferè omnibus.Et ad motiuum Hoſt.dici poteſt ꝙ tempo-
re illius cõcilij eas iniuſtè tenẽtes reſtituerũt pro maiori par
te:& ſic nũc omnes habitæ ante illud præſumuntur iuſtifica
tæ.Si verò ſcit ſe eas habuiſſe ad illud conciliũ,vel poſt illud,
ſed cum authoritate papæ,& ex cauſa quæ,ſecundũ Ray.eſt,
ſi infeudati faciunt vel fecerunt eccleſiæ cõdecentẽ recõpen
ſationem tẽporalẽ aut ſpiritualem:tũc poſſunt tenere.Si ve-
rò ignorant vtrum ante vel authoritate papæ eas habuerint,
ſeu ex cauſa legitima.Hoſt.vt refert Io.And.in c.cũ Apoſto-
lica.de his quæ fiũt à præla.tenet quòd tenere nõ poſſunt.Et
idẽ Arch.& Io.Mo.in c.ij.de deci.lib.vj.Sed Io.And.per text.
in c.j.de præſc.lib.vj.& in c.ſuper quibuſdã.de verb.ſig.tenet
contrarium,quando communis opinio eſt quòd authoritate
papæ vel ante illud conciliũ fuerint conceſſæ,& initij cõtra-
rium memoria non exiſtat.quod tũc eſt,quãdo nemo ſuper-
eſt qui ſciuerit factam fuiſſe,vel audiuerit ab eo qui ſciuit:vt
patet ff.de aqua plu.arcẽd.l.ij.§.idem Labeo. Et hæc opinio
mihi placet:primò,qa in foro animæ quiſq; præſumẽdus eſt
bonus,niſi cõſtet de cõtrario.& conſequenter iuſtè præſumi
tur ꝙ prædeceſſores iuſtificato titulo tenuerint. Et hoc no-
ta:quia cõducit ad multa.Secundò, qa poſſeſsio tam diutur-
na cũ tali opinione habet inſtar cõceſsionis apoſtolicæ: vt in
dictis iuribus,& principalis authoritatis.l.hoc iure. §.aquæ-
ductus.ff.de aqua quoti.& æſti.&de aqua pluui.arcen.l.j.§.ſi.
& l.ij.§.idem Labeo.& l.ſi.eod.tit.cum ſimilibus.¶Tertium.
Laicus licitè ab eccleſia decimas tenens in feudum,an ipſum
feudum transferre poſsit in alium?Dico quòd ſic de licentia
epiſcopi,in alium, id eſt, in eccleſiam vel religioſum locũ:vt
in cap.cum apoſtolica.de his quæ fi.à præla. imò & in alium
laicum ſecũdũ Ber.de conſenſu epiſcopi:qui tamẽ ex hoc nõ
dicitur eas tũc dare in feudũ.de feu.c.ij.Nec obſt.ſi Sũ.Ang.
& Roſ.tenẽt cõtrariũ:quia nec ratione nec authoritate pro-
l ant.dictũ autẽ Ber.tenet Hoſt.licet dicat aliã opinionẽ tu-
tiorem.& gl.Ray.& gl.in c.prohibemus.eo.tit.& Sum.Con-
feſ.& Sum.Piſa.ſi tamen nõ in feudum,ſed de facto decimas
tenet:nec in laicum nec in clericum transferre poteſt,etiã de
conſenſu epiſcopi: vt in d.c.cum apoſtolica.¶Quartum Ec-
cleſia ſine metu ſimoniæ redimere põt decimas ab iniuſto
laico poſſeſſore:quando ex tali pecunia nullũ ius de nouo ac
quiritur:aliàs non:vt no.in c.dilectus.el j.de ſimo.& hoc autho
ritate epiſcopi,ſecũdũ Ray.Goſ.& Hoſt.quæ tamẽ, ſecundũ
Veruec.non eſt neceſſaria:tum quia cuilibet licitum eſt redi
mere ius ſuum:tum quia nõ datur temporale pro ſpirituali:
puta iure decimarũ, quod ſemp remanet penes eccleſiã:ſed
pro tẽporali,id eſt,fructibus decimarũ.Et eadẽ ratione poſ-
ſeſſor,licet male faciat,tamẽ ſimoniã non cõmittit:vt patet
in Sũ.Confeſ.lib.j.tit.xv.q.xxxiiij.licet cõtrariũ teneat Hoſt.
¶Quintũ. Eccleſia ſiue clericus poteſt debitas ſibi decimas
in pignus accipere,ſecundũ Ray.& fructus cõputare tenetur
in ſortẽ.Et idem dicendũ eſt de poſſeſsionibus emptis ex fru
ctibus decimarũ: quia omnis res empta de pecunia eccleſiæ:
ipſi acquiritur:& hoc ſi de facili eccleſia aliter recuperare nõ
poteſt.de his quæ fi.à præla.cum apoſtolica.Ecõuerſo quoq;
laicus decimas habẽs in feudũ,pignorare põt, ſecundũ Hoſt.
& Pan.vt cui licet plus,liceat minus,licet Io.And.cõtrariam
teneat.¶Decimas†autem alteri eccleſiæ debitas, non debet 17
eccleſia in pignus vel aliter accipere.eod.tit.c.interdicimus.

¶Defensio,vide ſ.Bellum.ij.§.j.& ſeq.

¶Defensor,j.Hæreſis.j.§.vij.

¶Defun

¶DEFVNCTVS, vide infrà Mortuus.

## De Clericorum degradatione.

1 *Degradatio, quid propriè importat? Et quotuplex eadem ſit? Et quid ornamentorum appellatione veniat? nu. 2.*
3 *Clericus in ſacris exiſtens, num poſsit aliquo caſu, ſine epiſcoporũ numero canonico degradari? Et quid ſi epiſcopi inter ſe diſcordent? Et quid de hæretico & ſeculari curiæ relinquendo?*
4 *Degradatus nũ ſit curiæ ſeculari tradẽdus, et qualiter: et nu. 5.*
6 *Crimina quænam ſint degradatione digna?*
7 *Clericus diffidatus ſine degradatione, num tradi poſsit curiæ ſeculari, quanquam canonica diſpoſitio ante traditionem, degradationem requirat? Et an degradatus clericale priuilegium perdat, adeo vt percuti & iudicari poſsit per laicum? nu. 8.*
9 *Degradatus, an celebrando conficiat, vel ordines conferre poſsit? Et ad horas dicendas num teneatur? Et quis poſsit degradatum reſtituere? nu. 10. & 11.*

1 DEGRADATIO † propriè importat priuationẽ executionis legitimæ officiorũ & beneficiorũ eccleſiaſticorũ ſimpliciter & ex toto, abſq; ſpe reſtitutiõis, cũ certa ſolẽnitate & priuatione priuilegij clericalis. Vñ à depoſitione differt, quæ eſt priuatio eorundem abſq; ſpe reſtitutionis, ſed retento priuilegio clericali fori. &. c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. & à ſuſpenſione, quæ eſt priuatio eorundem ſimpliciter vel ad tempus cum ſpe diſpenſationis. Qñq; tñ vnum horum pro alio ponitur. Eſt autẽ degradatio duplex. Prima verbalis, quæ eſt depoſitio ab ordinibus ſeu gradibus eccleſiaſticis, facienda à proprio epiſcopo, aſsiſtẽte canonico epiſcoporũ numero: ſi degradandus eſt in ſacris, id eſt, vltra metropolitanũ. xij. ſi degradãdus eſt epiſcopus, ſcd̃m Pan. in c. non põt. de re iud. vel tex, ſi eſt presbyter vltra epiſcopum propriũ: vel tres, ſi eſt diaconus vel ſubdiaconus. xv. q. vij. felix. & de pœn. degradatio. lib. vj. Si verò nõ eſt in ſacris, fieri põt à proprio epiſcopo ſine aliorum epiſcoporũ præſentia: cũ præſentia tñ ſui capituli. aliàs ſententia eſt nulla, ſcd̃m Pan. vbi ſ. licet ſufficiat ſi de cõſenſu capituli adſint aliq canonici: puta, duo vel tres, qui totũ capitulũ repræſentẽt, ſcd̃m Arch. Vnde in actibus requirẽtibus præſentiã vel cõſenſum capituli, illud põt aliquos deputare loco ſui. Imò valet conſuetudo vt ſolus epiſcopus deponat clericos in minoribus cõſtitutos. per c. iij. de cõſue. li. vj. qđ loquitur indiſtinctè. Et hæc degradatio de mente docto. vt patebit ex dicẽdis, videtur ſic practicanda, vt cõuocatis prædictis, & expoſita cauſa, requirat eorum aſſenſus: & maiori parte cõſentiẽte epiſcopus ꝓnuntiet authoritate Dei omnipotẽtis patris & filij & Spiritus ſancti & noſtra, te degradamus, priuãtes omni ordine, & bñficio, & priuilegio clericali. Alia verò eſt actualis ſiue ſolẽnis: quę ſic debet fieri: Nam degradandus indutus ſacris veſtibus, & manibus tenens vas aut inſtrumentum vel ornamentum ad ſuũ ordinem ſpectans, ac ſi in ſuo officio deberet ſolenniter miniſtrare, adducitur ad præſentiam epiſcopi: & auferuntur illi omnia data in ordinatione, accipiẽdo ab vltimo gradatim vſque ad veſtem datã in prima tonſura: deinde tondetur vel raditur: & poteſt vti epiſcopus ad terrorẽ verbis oppoſitis his quæ in ordinatione prolata ſunt: puta, auferimus tibi veſtem ſacerdotalem, & ſacerdotali ordine priuamus, & ſic de alijs: vltimo dicẽdo, authoritate Dei omnipotẽtis patris, filij, & Spiritus ſancti ac noſtra tibi auferimus habitũ clericalẽ, & deponimus, & degradamus, & ſpoliamus, & exuimus, te omni ordine, & beneficio, & priuilegio clericali. Hæc omnia in d. c. degradatio. Et ſcd̃m Pan. in c. qualiter. el ij. de accuſa. degradatio actualis eſt executio degradatiõis verbalis: quia iã prius degradatus eſt: vnde epiſcoporum numerum non requirit. ¶ † Et idem Gemi. in d. c. degradatio. qui etiam addit appellatione ornamentorum comprehendi librum, calicem, & ſimilia: quod not. pro legatis factis ꝓ ornamẽtis: quia poſſunt in talia cõuerti. Et hoc facit ꝓ ſtatuto imponẽte pœnã degradationis ſimpliciter: quia debet intelligi de verbali: vt ſic illud verbum ſumatur in partẽ mitiorẽ. de reg. iur. in pœnis lib. vj. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum clericus exiſtens in ſacris poſsit aliquo caſu ſine canonico epiſcoporum numero degradari? Et dico quòd ſecundum Gemi. in d. cap. degradatio. epiſcopi cum epiſcopo proprio requiſiti omnes ſunt iudices in pronuntiando, & non aſſeſſores. xv. q. vij. ca. ſi. non obſtante verbo, aſsiſtente: quia intelligi poteſt quòd aſsiſtant vt iudices. Et ſi diſcordent, ſecundum communem docto. ſententiam, ſufficit maior pars. Et non requiruntur quando degradandus exiſtens in ſacris pro hæreſi, ſi fuerit ſeculari curiæ relinquẽdus, aut perpetuò immurandus, id eſt, incarcerãdus: ſed ſufficit ſolus epiſcopus conuocatis abbatibus, alijſq; prælatis, & religioſis ꝑſonis literatis ſuæ diœceſis: de quibus expedire videbitur. de hære. quoniam. lib. vj. ¶ † Secundò quæ- 4
ritur, vtrum degradatus ſit tradendus curiæ ſeculari, & qualiter? Et dico ſecundum gl. in cap. ad abolendam. de hær. quòd non ſemper: ſed ſolùm in tribus caſibus. ¶ Primò, in crimine hæreſis. de hær. ad abolendam. niſi, ſecundum Pan. ad pœnitentiam incõtinenti redire voluerit: quia in carcerẽ truditur. de hære. cap. pe. imò iſta pœna hodie mutari poteſt in aliam. de hære. vt cõmiſsi. lib. vj. Sed ſi relabatur, ſine audientia traditur curiæ ſeculari. de hære. accuſatus. lib. vj. ¶ Secundò, in falſario literarum papæ, in cap. ad falſariorum. de cri. fal. ¶ Tertiò, cùm quis deponitur propter calumniam, quam quis tulit epiſcopo ſuo. xj. q. j. ſi quis ſacerdotum. quod glo. in cap. cum non ab homine. de iudic. limitat, ſi ſit incorrigibilis: quod cõmuniter tanquã mitius approbatur: quia durum eſt quod nõ fit propter homicidium: vt in d. ca. cum non ab homine fieri propter ſimplex conuicium. Extra prædictos caſus, ſecundũ d. glo. non traditur curiæ ſeculari. & idem ſentit Archidia. & Sum. Piſ. Sed Panor. in d. cap. nouimus. dicit degradationem actualem fieri poſſe pro delicto valde graui & pernicioſo: & in c. at ſi cleri. de iudi. dicit quòd ſecundum Pet. de Anchara. ca. cum non ab homine. pro homicidio imponit tantùm depoſitionem, & non degradationẽ ſeu traditionẽ prædictam: ſed debet reſtringi pro homicidio non qualificato, ita q̃ non trãſeat in ſpeciem criminis grauiorem, puta patricidium, aſſaſinatum, homicidium ſacerdotis proditoriè cum ſpoliatione bonorũ. Item intelligi debet in homicidio vno, nõ in pluribus: & certè in grauiſsimis delictis non vendicat ſibi loci d. cap. cum nõ ab homine. Vnde cùm pro ſimplici homicidio aut furto canõ hominem deponat, aut detrudat clericum, vt ibi, videtur quod in homicidio qualificato vel iterato, vel pro delictis valde enormibus nõ ſit, ſecundum canones, reperire pœnas condignas: & conſequenter videtur quòd tradi debeat curiæ ſeculari talis ſceleratus: nec pœna ꝑpetui carceris eſt cõdigna. nam imponitur hæretico redeunti ad eccleſiæ vnitatem. Item traditio iudici ſeculari infligitur pro criminibus valde minoribus homicidio: vt contra falſariũ literarũ papæ, & ſimiles. Et poſt multa concludit, quòd quandiu poteſt per eccleſiam corrigi, nũquam tradẽdus eſt iudici ſeculari, ſcilicet ſi poteſt corrigi de iure & de facto: ſed vbi delictũ eſt atrociſsimum ſeu diu continuatum, non ſufficit pœna depoſitionis, & conſequenter ex mente d. c. cum non ab homine procedi poteſt ad dictam traditionẽ. Sicut ergo relinquitur curiæ cùm non poteſt congruè puniri de facto, vt ibi: ita & quãdo nõ poteſt de iure propter defectũ pœnæ. hæc ex illo. Refert tamẽ Arch. quòd Romæ is qui beati Petri ſacriſtam occidit vt ſpoliaret ſacra de conſilio peritorum iudicatus eſt non tradendus curiæ ſeculari: licet hoc ſummus pontifex fe-
5 cerit de plenitudine poteſtatis. ¶ † Tertiò quæritur, qualiter tradatur? Et dico quòd nõ traditur realiter, ſecundum Gemi. vbi ſuprà, ſed verbaliter, declarando qualiter eſt exutus clericali priuilegio: vt no. in c. nouimus. de verb. ſig. Vñ, vt ibi patet, cùm qs tradendus eſt curiæ ſeculari, degradatio fit præſente Poteſtate: & dicit degradans vt in forum ſuum recipiat degradatum. debet tamẽ efficaciter intercedere ꝓ eo, id eſt, non fictè, vt nõ moriatur. Et per hoc ceſſat ratio Io. de Lig. dicentis quòd poſt degradationem adhuc manet eius dominium penes eccleſiam: quod non amittit ſine traditione, ſicut in aliarũ rerum dominio: quia dico quòd illud perdit per talem declarationẽ, & ſecularis iudex acquirit: vel remanet vacans poſſeſſus à nemine: & conſequenter erit occupantis.

6 ¶ † Quartò quæritur, quæ ſint crimina degradatione digna? Et dico quòd de hoc diffusè loquitur do. Anto. in c. at ſi clerici. de iudi. & dicit degradatione dignum omne crimen cũ incorrigibilitate. de iudi. cum non ab homine. quod tamen fallit in hæretico. de hære. ad abolendam. & c. excõmunicamus. & c. j. eo. titu. lib. vj. & in falſario literarum apoſtolicarum. de crimi. fal. ad falſariorũ. & in ſacrilegio. xvj. q. v. quicunq; ſacerdotum. de huiuſmodi dubium eſt. Et quod dicit, verum eſt de verbali, nõ autem actuali. Fallentia verò ſua excipit ab incorrigibilitate: quæ in illis non expectatur. Pan. autem in c. tuæ. de pœ. diſtinguit. Nam aut delicta ſunt leuia, quando ſcilicet dolus non interuenit: vt ſi per imperitiam contingit aut culpam ſine dolo: niſi fortè in re modica, vt in furto modicæ rei inter domeſticos: & tunc clericus nec deponi, nec priuari beneficio debet, ſed ſuſpendi ad tempus, vel aliter puniri iudicis arbitrio. de accu. cum dilecti. Aut ſunt grauia, quãdo ſcilicet exigitur dolus, & tendunt in graue præiudicium alterius vel reipublicæ: & magna pœna imponitur: vt in furto, periurio, & huiuſmodi: vt in c. cum non ab homine. de iudi. & tunc poterit deponi. Aut ſunt grauiora, vt publica crimina, quando non imponitur pœna mortis: & tunc vltra depoſitionem detrudi poterit in monaſteriũ: vt in d. c. tuæ. Aut ſunt grauiſſima: vt ibi imponitur pœna mortis. nam ex quãtitate pœnæ comprehendimus quantitatem & qualitatem delicti. xxiiij. q. j. non aſſeramus. & tunc poterit deponi, & damnari ad carcerem perpetuum: vt in c. penul. de hæret. & in cap. nouimus. de verb. ſig. Vnde notabiliter dicit Inno. in cap. qualiter el ij. de accu. quòd deputatio ad perpetuũ carcerem poſt depoſitionem, æquiparatur pœnæ mortis. Et poſſet delictũ eſſe ita ꝑnicioſum exemplo & qualificatum, vt traderetur ilico poſt depoſitionem iudici ſeculari: vt in d. c. nouimus. in quo etiam dicit idem, quòd ſi carcer ſit ita arctus & durus, quòd intra paucos dies clericus extinguatur, non euitatur irregularitas: quia licet duritia carceris & ciborum tenuitate vita attenuanda ſit: non tamen taliter, quo minus poſsit ſuſtentari. Ex quo etiam collige quòd per eccleſiam nulla pœna imponẽda eſt, per quam quis poſsit veriſimiliter incurrere ꝑiculum mortis. Nota etiam quòd Pan. in delictis grauiſsimis nomine depoſitionis vtitur pro degradatione etiam actuali. Vide etiam de his ſuprà Crimen. §. iij. Et adde vnum ſingulare quod not. Alexan. de Imo. in addi. Bar. in l. omnes. C. de decur. & fil. eorum. libr. xij. quòd in caſibus, in quibus clericus torqueri poteſt, primò eſt degradandus antequam torqueatur. tex. eſt ſingularis in l. & ſi excepti. C. de male. & mathe. ibi præſidio dignitatis exuti. Sed tamen no. quòd intereſt inter torquere & cædere: vt infrà Tortura. in princip. quicquid ſit de dicto do. Alexand. imò clericus torqueri poteſt quando & laicus: licet non ita ſeuerè. Vide Panor. de regulis iuris. cum in contemplatione. ¶ † Quintò quæritur, vtrum clericus diffidatus ſine 7
degradatione tradi poſsit curiæ ſeculari, non obſtante quòd d. cap. degradatio. degradationem aut traditionem requirat? Et Gemi in c. ꝓ humani. de homic. li. vj. determinat q̃ ſic, ꝑ illum tex. qui loquitur de huiuſmodi diffidato: & diffidatus dicitur ac importat idẽ ac ſi eſſet penitus extra poteſtatẽ & ꝓtectionẽ cuiuſuis iudicis eccleſiaſtici: ideoq; iſta diffidatio habebit eundẽ effectum, quem degradatio & traditio facta iudici ſeculari. Quandoq; etiam iſta diffidatio plus importat quàm degradatio: quia diffidatus nedũ poteſt puniri per iudicem ſecularem, ſed per quemcunq;, etiã non officiale. ¶ † Se- 8
xtò quæritur, vtrũ degradatus perdat clericale priuilegiũ, vt percuti & iudicari poſsit per laicũ? Et dico quantũ ad primũ, quòd fuerunt opiniones: ſed placet opinio gl. in d. cap. degradatio. q̃ non incidit in canonẽ, ſi quis ſuadete. xvij. q. iiij. ſi qs percutit clericũ degradatũ actualiter: ſecus ſi verbaliter tantùm. quod ſecundũ Pan. in c. ad abolendã. de hære. limita. niſi poſt verbalẽ ſequatur incorrigibilitas: quia tunc etiã perdit priuilegium, ſecundum vnum intellectum. c. cum non ab homine. de iudic. & abſque alia traditione poſſet comprimi per iudicem ſecularem. Quantum verò ad ſecundum, dico ſcd̃m notata in d. c. degradatio. quòd quanuis tutius eſſet vt degradatus actualiter per iudicẽ eccleſiaſticum traderetur: ex quo tamen actualiter degradatus eſt, iudex ſecularis poteſt eũ iudicare. per text. d. c. ¶ † Septimò quæritur, vtrum degradatus 9
conficiat celebrando: vel poſsit ordines cõferre, ſcilicet de facto? Et quantum ad primum dicit Archi. de conſe. diſt. iiij. in c. oſtenditur. quòd ſic. idem dicit Richar. in iiij. di. xiij. de quocunque ſacerdote, irregulari, interdicto, ſuſpenſo, excõmunicato, hæretico, ſchiſmatico, & quantumcunq; nefario, & iſta eſt veriſsima opinio, licet glo. in c. accedentes. di. 50. contrarium dixerit, & alij multi: quia character, ſuper quo fundatur conficiendi poteſtas animæ impreſſus à Deo ab homine nõ poteſt auferri. ¶ Quantũ verò ad ſecundũ dicit idẽ Richard. in iiij. diſt. xxix. quòd licet exequi officium nõ debeat: tamen ſi ordinat, verum ordinem confert, quanuis nõ executionẽ: ſicut epiſcopus, qui loco vel dignitati reſignauit: quia nõ eſt eo magis epiſcopali dignitate ſpoliatus: dicentibus aliquibus epiſcopum non poſſe per hominẽ totaliter epiſcopali dignitate ſpoliari: & conſequentur degradationem non eſſe dignitatis ablationem, ſed ab eius executione ſuſpenſio eſt perpetua. & conſentit S. Tho. ¶ † Octauò quæritur, vtrum degra- 10
datus teneatur ad horas dicendas? Et dicit Rod. quòd ſic, ſi eſt in ſacris, per c. dolentes. de cele. miſ. qđ hoc omnibus ordinatis præcepit: iſte autem eſt ordinatus habens characterem. Et idem dicit Veruec. quia ab his, quæ ſunt oneris nõ liberatur: addens idem eſſe in degradato beneficiato, quandiu tenet beneficium, licet non fuerit in ſacris: non tamen debet dicere, vt dicunt Dominus vobiſcum: & ſimilia pertinentia ad dignitatem: non debet etiam degradatus vel ſuſpenſus officiare eccleſiam. ¶ † Nonò quæritur, quis reſtituere poſsit 11
degradatum? Et dico quòd ſolus Papa: non epiſcopus. diſtinc. 50. capit. j. & ij. & ſic etiam præſes prouinciæ reſtituere non poteſt quem damnauit. ff. de quæſt. leg. j. in fine.

## De Delectatione.

1 *Delectatio quid ſit, & qualiter quandoque ſumatur? Et quid à cogitatione differat? Et in quo peccatum ſit primum?*
2 *Conſenſus peccati mortalis delectatione, num mortale ſit peccatum? Et ibidem quòd in delectatione multa ſunt ſpectanda, de quibus hic ex ordine.*
3 *Cogitatio in propriam vxorem deliberata, num ſit mortale peccatum? Et quid de vidua in delectationem actus coniugalis*

*præteriti, de quo recordatur, conſentiente? nume. 4.*

5 *Conſenſum in delectationem tactuum & aſpectuum impudicorum mortale peccatum eſſe. Qui tamen patitur huiuſmodi tactus ab eo, quem honeſto amore ad eos moueri credit, vel ex patriæ conſuetudine, non continuò peccat: ſecus ſi ex libidine.*

6 *Mulieres perpendentes ſe amari & rogari, quoties offerunt ſe amatorum aſpectibus, vt illis placeant, etiam ſi nihil turpe velint admittere, ob ruinam, quam illis parāt, mortaliter peccāt.*

7 *Puellæ quamlibet opere caſtæ, ſi ſenſuali amore & iuuenum pulchritudine allectæ, in delectationem cogitationis oſculorum & complexuum conſentiant, vtrum peccent? Et quid de his, qui ſub ſpecie mortificationis ſpiritualis mulieres coram ſe nudari faciunt, vt diſciplinas inferant? nume. ſequen.*

1 DELECTATIO † eſt quies appetitus in bono cognito præſenti: vt colligitur ex locis innumeris S. Tho. ſed aliquando ſumitur largè pro omni cōſenſu voluntatis. Et à cogitatione differt: quia cogitatio eſt operatio potentiæ cognoſcitiuæ, id eſt, intellectus: delectatio verò eſt operatio potētiæ appetitiuæ. Vñ quia peccatum ſiue culpa eſt primò in appetitu, id eſt, voluntate: in cogitatione nō pōt eſſe peccatum, niſi conſentiente voluntate. quod dupliciter contingit ſecundū eundem ij. diſt. xxxix. q. j. art. ij. ad primū. Primò inquantū cogitatio eſt. & ſic eſt peccatū vanitatis, ſecundū quod intellectus deberet vtilioribus occupari cogitationibus. Secūdò, inquantū cogitationes propter delectationē rei cogitatæ quęruntur: & ſic potius eſt peccatū in delectatione rei cogitatæ, quàm in ipſa cogitatione. & tale peccatū reducitur ad idē genus cū actu exterius perpetrato: puta fornicationis, homicidij,

2 &c. ¶ † Primò verò quæritur, vtrum conſenſus in delectatione peccati mortalis ſit peccatum mortale? Et dico quòd ſic, ſecundum S. Tho. in multis locis, ſed præcipuè j. ij. q. lxxiiij. arti. viij. & in q. de veri. q. xv. art. iiij. quia dicit Aug. in xij. de Trinit. quòd propter peccata cogitationis etiam ſine voluntate perficiendi, ſed cum voluntate oblectādi, totus homo dānatur. Et ratio eſt, ſecundum Sanct. Tho. quia conſentire in talem delectationem eſt cōſentire quòd ſuus affectus ſit inclinatus in id quod eſt peccatum mortale. Non tamē eſt peccatum mortale, conſentire in delectationem cogitationis, quę eſt de peccato mortali, ſed eſt veniale: puta quādo cogitatio eſt inutilis vel nulla: puta cùm quis vtiliter cogitat ad prædicandum, vel diſputandum. hæc ex illo ibi. Sed, vt clarè intelligatur hæc quæſtio, & quid ſit cogitatio vel delectatio moroſa: viſo eodem Sanc. Tho. ibi, & alibi, dico multa. ¶ Primum. Quælibet delectatio conſequitur aliquam operationem: vt patet in x. Ethic. & habet aliquod obiectū, quod quidem obiectum eſt duplex. Primò, aliqua operatio alia ab ea quā delectatio conſequitur, ſicut cùm delector in cogitando de pulchra diſputatione, delectatio conſequitur operationem, quæ eſt cogitatio, & obiectum delectationis eſt vna alia operatio delectans, quæ eſt diſputatio. Secundò, eſt aliqua operatio, quæ eſt ipſamet quam delectatio conſequitur, inquantū ſcilicet vt ipſe dicit, vis appetitiua, cuius eſt delectari, reflectitur in ipſam operationem, ſicut in quoddam bonum: puta cùm quis cogitat, & delectatur de hoc ipſo quod cogitat inquātū ſua cogitatio placet. Et licet aliquā videatur obiectum delectationis eſſe res aliqua: puta equus pulcher viſu, aut pulchra mulier, aut etiā aliquid pudendū: hoc nō eſt niſi inquantū talis res eſt terminus vel obiectum alicuius operationis: puta viſionis aut fornicationis: vnde ſemper obiectum delectationis eſt operatio, vel quam ipſa conſequitur: & tunc eſt cogitatio, vel alia: & tunc eſt operatio cogitata. ¶ Secundum. Delectatio voluntaria habens pro obiecto operationem, quæ de ſe eſt peccatum mortale, ita ſcilicet quòd nunquam licitè fieri poteſt ſine mortali, eſt peccatum mortale: vt delectatio voluntaria de peccato mortali: puta, fornicatione. Sed delectatio voluntaria habens pro obiecto operationem, quæ de ſe non eſt peccatum mortale, ſed eſt veniale, vel nullum: non eſt peccatum mortale, ſed eſt veniale, vel nullum: quia delectatio ſecundum ſe non eſt peccatum, cùm aliquando liceat: ſed quòd ſit peccatum, habet à ſuo obiecto: ſicut & quilibet actus mortalis. Et eadem ratione cōſenſus in id quod eſt mortale: conſenſus verò in id quod eſt veniale, vel nullum, eſt veniale vel nullum: quia conſenſus ſecundum ſe non eſt peccatum, cùm aliquādo liceat: ſed quòd ſit peccatum, habet à ſuo obiecto, in quod cōſentitur. ¶ Tertium. Delectatio de actu peccati mortalis, puta de fornicatione, ſemper eſt peccatū mortale: quia habet pro obiecto peccatum mortale: & cōſentire in illam, ſimiliter ſemper eſt mortale: quia eſt conſentire in peccatum mortale: ſed delectatio de cogitatione peccati nō eſt de ſe peccatum mortale: quia eius obiectum, puta cogitatio, de ſe nō eſt peccatum mortale: quia poteſt eſſe cogitatio de peccato ſine peccato mortali, ſed cum veniali ſolùm, vt ſi inutiliter cogitetur, ſine tamē complacentia peccati, imò ſine peccato omnino: vt cùm vtiliter cogitatur. ¶ Quartum. Igitur in delectationibus cogitationum ſi cogitetur de actu peccati mortalis, puta fornicationis, cùm intentione perficiendi: cogitatio eſt mortale: & dicitur propoſitum peccādi. Si verò cogitetur de eodem ſine intentione faciendi, ſed cùm intentione oblectandi, conſentiendo ſcilicet in delectationem, quæ eſt de actu illo: cogitatio etiam eſt peccatū mortale: & dicitur cogitatio vel delectatio moroſa, non à mora temporis phyſici ſiue continui, quia poteſt eſſe repentè: ſed à mora, quam circa voluptatem ratio facit, dum eam nō repellit, ſed acceptat: quod eſſe poteſt in inſtāti temporis diſcreti. Quę cogitatio moroſa habet locum non ſolùm in turpibus, ſed etiam in homicidio, & omnibus peccatis. Ex doctrina Sancti Tho. in q. de verita. elicitur quòd duplex eſt cogitatio moroſa: vna ſcilicet, qua voluptati conſentitur expreſsè, etiam ſine intentione operandi: & hoc indubitanter eſt peccatum mortale, ſecundum Aug. San. Tho. & omnes. Alia verò qua libidini conſentitur implicitè ſiue interpretatiuè: & de hac Tho. ibi. quæſt. xv. arti. iiij. ad decimum, ſic dicit: Antequā ratio delectationem perpendat vel impedimentum eius, nō habet interpretatiuum conſenſum: etiam ſi non reſiſtat. ſed cùm iam perpenderit ratio de delectatione inſurgente & de nocumento conſequente: vtpote cùm percipit homo temporaliter per huiuſmodi delectationem in peccatum indignantis in præceps ruere, ille, niſi expreſsè reſiſtat: videtur cōſentire: & tunc peccatum ad rationem transfertur per actū eius quo agere & nō agere cū quis agere debet, ad genus actus reducitur, ſecundū quod peccatū omiſſionis ad peccatū actus reducitur. hæc ibi. Quando igitur quis negligit reprimere motū peccati, & poſt ſufficientē deliberationē, id eſt, tēpus deliberandi, & animaduerſionē periculi, manet cōplacentia, & non adeſt diſplicentia, propter negligentiā rationis eſt peccatum mortale, ſecundū S. Tho. Idē tenēt S. Bona. Pe. de Ta. & Veruec. ſi verò cōplacentia nō manet, dū ratio eā reprimit, licet ita tepidè vt ſtatim ſecūdò & tertiò ac pluries regrediatur ad pulſandū mentē: ſecūdū aliquos eſt dubiū de mortali: tamen dico quòd ibi nō eſt conſenſus interpretatiuus, quia mortale peccatū, niſi vbi ex tali tepiditate videret ſibi homo imminere periculū probabile de peccato mortali. puta de expreſſo conſenſu, vel de interpretatiuo mortali, ſecundum S. Tho. vbi ſuprà, & S. Bon. vel de actu exteriori peccati, puta pollutionis vel huiuſmodi: quia tūc homo tenet facere conatū, & virtualiter repugnare, ſicut, & vbi immineret periculū corporis: ſecus ſi periculum non imminet, aut nō perpenditur. Si verò cogitetur de peccato ſine intentione faciendi & oblectādi ſe de actu peccati, ſed cum intentione oblectādi ſe de ipſa cogitatione peccati ſine relatiōe ad peccatum quod diſplicet, erit peccatū veniale, ſi inutiliter cogitet: niſi inde ſibi videret imminere periculum de mortali: vt ſi quis ſine rationabili cauſa ex ſola vanitate cogitationis imaginetur exercitus cōpugnātes, cùm tamen ſibi nō placeret vera pugna: erit etiam nullū peccatū ſi cogitetur vtiliter: vt ſi dicta imaginatio exercituū fiat ad bonum finem: puta ad diuertendam intentionem animæ ab aliqua turpi cogitatiōe infeſtante, ſuprà Cōſenſus. in

3 prin. ¶ Secundò † quæritur, vtrū cogitatio deliberata in propriam vxorem, ſit mortalis? Et dicit Arch. quòd nō, ſicut nec ipſe actus coniugalis: niſi ita moraretur in ea, quod pollutio in vigilia ſequeretur. quod verū credo quando eſt in loco & tēpore & voluntate conſummādi: ſed his ſecluſis, ſicut tactus impudici ſunt peccata: ita & cogitationes, quæ prius habent rationē peccati, quàm actus exteriores, niſi vt §. ſeq. dicetur, ſi

4 ſtat in ratione ſine præſenti motu venereo. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum peccet mortaliter vidua cōſentiens in delectationem actus coiugalis præteriti, de quo recordatur? Et dicit Richar. quòd nō: quia delectatio eſt de eo quod nō eſt mortale: ſi tamē immineret periculū caſus, puta pollutiones, & aduertit, eſt mortale. Et conſentire videtur Arch. quod verū credo ſi delectatio ſiſtat in ratiōe, quæ vult ſic fuiſſe, aut ſolùm in memoria de re præterita cum diſplicentia præſentis cōcupiſcētiæ. Secus ſi inſurgat ſenſualis cōcupiſcētiæ motus, & delectetur iā in motu præſenti occaſionato ex memoria prętеriti, dum imaginatur nūc virum ſuum præſentē turpiter, & delectatur inde: quia talia nō licēt, niſi in ordine ad actū conſummandū, qui iā iſte eſt impoſſibilis: ideo quęrat, quātū po-

5 teſt, obliuiſci virum ſuum quantum ad venerea. Et idem per omnia de viro dicēdū eſt reſpectu vxoris. ¶ Quartò † vtrū cōſenſus in delectatione tactuū aſpectuū impudicorū ſit mortalis? Et dico quòd ſic quo ad tactus, puta complexus, & oſcula, & huiuſmodi, quando ibi ſunt mortales, id eſt, quādo fiunt ex libidine nō matrimoniali: quia cōſenſus in delectationem de aliquo mortali eſt mortale: & idē dico de aſpectibus. Vnde nō peccat mortaliter, qui patitur huiuſmodi tactus ab eo, quem credit moueri honeſto amore, vel patriæ cōſuetudine. ſecus ab eo, quem credit libidinosè moueri, ſecundum Arch. quod limita, ſi poteſt vitare ſine ſcādalo aliorū, qui de libidine non ſuſpicantur. Si autem de hoc dubitat, diſtinguo: quia ſi tactus ſunt tales, qui cōſueuerint fieri etiā inter pudicos, & negari nō poſſint ſine præiudicio affabilitatis, qua quis ad amicos ſe habet verbis & factis ſicut decet: vt complexus amici nouiter à longe veniētis, non eſt peccatū: quia nō eſt omittendus actus virtutis, peccando ſaltem venialiter, propter huiuſmodi peccatū ſocij dubiū. Si verò tactus nō ſunt huiuſmodi, adhuc diſtinguo: quia ſi tactus non ſunt huiuſmodi id eſt, nō ſunt oſculum, vel cōplexus, aut cōſertio manuū, nec etiā ſunt apertè impudici, id eſt, in locis genitaliū, aut vicinis: tunc etiā in dubio nō eſt mortale iſta pati, ſed periculoſum: quia nō debet iudicare ſociū de libidine, ſed de amore honeſto, vel ſaltē ſenſuali citra mortale. Si verò ſint apertè impudici, peccat mortaliter. quo modo intellige Arch. qui dicit nō poſſe excuſari à mortali eum, qui ſe tāgi permittit in genitalibus, niſi à coniuge, vel ex rationabili cauſa, puta infirmitatis: quia ſcilicet extra hos caſus ſemper poteſt probabiliter opinari de mala intentione: & iſte tactus negari poteſt ſine pręiudicio virtutis affabilitatis. ¶ Similiter † peccāt mortaliter, ſecundū Arch. mulieres perpēdētes ſe amari, & precari, quoties ſe offerūt aſpectibus amatorū, vt illis placeāt: etiam ſi nil turpe vellent admittere: quia ſunt ad illorū ruinā occaſio efficax. Et adde idē

eſſe de viris reſpectu mulierū. ¶ Quintò † quæritur circa idē 7

ſpecialiter, quid de puellis, quæ tametſi caſtæ ſint opere, tamē ſenſuali amore, & iuuenum pulchritudine allectæ cōſentiūt in delectationē de cogitatiōe oſculorū & cōplexuū? Et dico, iuxta prædicta, quòd ſi cōſenſus eſſet in delectatione cogitationis tantùm, nō eſſet mortale: quod quidē licet ſi poſſibile logicum, id eſt, nō implicans cōtradictionē nunquā tamen, aut rariſſimè accidit. Si verò cōſentiūt in delectationē actus cogitati: ſi delectatio ipſa nō ſit ex amore libidinoſo, ſed caſto, ſicut ſoror fratrē oſculatur: erit peccatū veniale, vel nullū, ſecundū qualitatē amoris: ſed ſi delectatio ſit ex amore libidinoſo, erit mortale cōſenſus: vt patet ex dictis. Nec valet dicere quòd illa libido poteſt ſiſtere intra limites matrimonij: quia ibi nullū eſt. ¶ Sextò, quid de his qui ſub ſpecie ſpiritualis mortificationis faciūt mulieres corā ſe nudare, vt diſciplinas inferāt? Et dico quod nō eſt dubiū, eos peccare mortaliter, ſi libido ſit principaliter in cauſa. Et idē videtur ſentire Arch. ſi id faciāt ex curioſa ſenſualitate vidēdi: imò ſi ex ſtulta intentiōe mortificādi: quia dicit quod tales excuſari nequeūt à mortali: quia eſt cōtra naturalē honeſtatē, & cū periculo lapſus & ſcādali.

## De Delegato & Subdelegato & Legato.

1 *Delegati multiplex definitio: item legati & ſubdelegati.*

2 *Delegare quis, & quid poſſit: & quid non poſſit? Et an exiſtētibus alterius epiſcopatus ad voluntariā iuriſdictionem pertinētia delegari queāt. Et quid de his quæ ad cōtētioſam pertinēt?*

3 *Delegatus in eccleſiaſtico foro, quis eſſe poſſit?*

4 *Delegatus, cum ei de delegatione temere non credatur, qualiter delegationis mandatum probabit? Et quid ſi is ordinario de ſuo mandato fidem facere nolit, & parere nolentem ordinarium excommunicat? nume. ſeq.*

6 *Iuriſdictio quanam in dubio demandari videatur, & quid poſſit delegatus.*

7 *Delegati iuriſdictio expirare quando dicatur? Et ibidē, quòd vbi diſpoſitio ſub nomine dignitatis facta eſt, non expiret diſponentis morte. Et idem cùm quid per viam ſtatuti diſponitur.*

8 *Res integra reſpectu iuriſdictionis delegatæ, quando dicatur? Et quando quis vti iuriſdictione cœpiſſe dicatur?*

9 *Sententia delegatorum duorum inter ſe diſcordantium, num teneat? Et vnde dependere dicatur? Et quid in arbitrorum duorum, aut duorum ordinariorum diſcordantium ſententia?*

10 *Delegatus an delegare poſſit, & cui? Et ibi concluſiones variæ, vſque ad num. 13.*

11 *Prælati habētes per priuilegiū, vt in aliquo caſu abſoluere poſſint ſubditos, aut cū ipſis diſpēſare, an id alijs delegare poſſint.*

12 *Panor. Regula in ſubdelegandi materia, quòd Papa regulariter alicui cauſam cōmittendo induſtriam perſonæ non videatur eligere, ſed potius negotio prouidere intēdat, quòd decidēdum cōmittit. Et quid ſi tertiū deputet, cum partiū conſenſu.*

13 *Delegatus à Principe & is qui ab inferiore delegatur, qualiter inter ſe differant? Et an delegatus ab ordinario cogere hominem fori alterius poſſit? Et qualiter delegatus Papæ à ſe excommunicatos abſoluere poſſit? remiſſiuè.*

14 *Subdelegatus à delegato Papæ quid poſſit? Et an credatur ei ſe legatum aſſerenti? num. ſeq.*

16 *Legatorum genera duo, nempe qui iuriſdictionē non habeāt, & qui habeant. Et horum tria quoque genera ſunt & quid vnum quodq; genus. Item hi qualiter quo ad percuſſorum clerici abſolutionem differant? nu. ſeq. Et circa hæc caſus tres, & dubia quatuor, quibus duo adduntur num. 18*

19 *Legati de quibus proximè, in beneficiorum collatione, quomodo differant.*
20 *Legatus de latere, vtrum ea beneficia conferre poſsit, quorum collatio ad Papam deuoluta eſt per concilium Lateranenſe? Et quid de beneficijs vacantibus in curia?*
21 *Legatus lateralis, vel alius qui mandato ſpeciali conferre beneficia in prouincia poteſt, ſi in ea ſint, & ibi concurrant poſsibiliter tres beneficij collatores, nempe Papa, Legatus ipſe & Diœceſanus, ſi nõ apparet cui primò collatũ ſit beneficiũ, potior conditio erit poſsidentis: & ſi neuter poſsideat, qui habuit à digniori præferetur.*
22 *Legatus in prouincia, quid poſsit, aut non poſsit?*
23 *Legatio quot modis terminetur, & de eius effectu. Et quòd finita legatione, omnes reſeruationes beneficiorum ab legato, etiam ſi lateralis ſit, factæ, item decreta ſuper his interpoſita, & huiuſmodi, viribus destituantur.*

1
DELEGATVS † à delego dicitur, quod eſt vices com
mitto: & vt recitat Pan. in rub. eo. ti. multipliciter dif-
finitur: quia, ſecundũ Gof. eſt is cui à papa vel alio or-
dinario ſeu principis delegato, cauſa decideda & cognoſcen
da cõmittitur. ſecũdum Hoſ. verò eſt is, cui cõmittitur cauſa
decidẽda ſeu exequẽda, vices alterius repræſentãs propriũ in
iuriſdictiõe nihil habẽs: vt in c. ſanè. e. ti. & in l. j. ff. de of. eius
cui man. eſt iur. Secundũ Spec. aũt eo. tit. in prin. eſt is, qui ex
cõmiſsiõe alterius cauſæ iudicialẽ cognitionẽ aſſequitur. Et
quælibet, inquit, diffinitio tolerari poteſt. Sed ego dico ꝙ de-
legatus, quo ad eccleſiaſticos, eſt is, cui à ſummo põtifice vel
ordinario cauſa cõmittitur: aut etiã ab eo, qui extraordinaria
iuriſdictione aliquid põt. Et ſimiliter dico de Imperatore &
alijs dominis quo ad ſeculares. ¶ Legatus verò, ſecundũ Gof.
& vt cõmuniter notat̃ in rub. eo. ti. eſt is. cui à papa certa pa-
tria vel prouincia cõmittitur gubernãda: vnde gerit vices pa
pæ, & eſt ordinarius in ꝓuincia. de off. leg. legatos. li. vj. Sub-
2 delegatus, eſt delegatus delegati. ¶ † Primò verò quæritur,
quis & quæ poſsit delegare? Et dico ꝙ quilibet ordinarius, e-
tiam qui extraordinaria iuriſdictione aliquid poteſt, vt dele-
gatus papæ: ſed tñ de epiſcopo diſtinguẽdũ eſt, ſecũdũ Ray.
& Veruec. Nã pertinẽtia ad ordinẽ epiſcopalẽ, vt eſt cõſecra
tio, vel recõciliatio eccleſiarũ, ordinatio clericorũ, & ſimilia,
delegare põt epiſcopis tantũ. de off. or. qđ ad ſedẽ. & de con.
ec. aqua. imò metropolitanus poſt cõfirmationẽ, ante pallij
receptionẽ, cõmittere poteſt epiſcopis conſecrationẽ ſuffra-
ganei ſui. de ele. ſuffraganeis. Pertinẽtia verò ad iuriſdictio-
nẽ, vt eſt audiẽtia cauſarũ, & peccatorũ abſolutio, indubitãter
delegare poteſt alteri: vt in d. c. aqua. ita tñ quòd criminales
cauſas clericorũ, cũ agitur ad depoſitionẽ, delegare nõ põt,
niſi in caſu, ſcilicet ſi inciperet abeſſe ꝓpter eccleſiæ neceſsi-
tatẽ, vel aliã cauſam magnã: & tunc cõmitteret cognitionẽ
tantum, & nõ diffinitionẽ cauſæ. ar. de off. eius cui man. eſt iu
ris. l. j. C. de peda. iud. l. ij. niſi cõmitteret diffinitionem totius
cauſæ alteri epiſcopo. quod facere poteſt, cùm nõ ſit ei ꝓhi-
bitum. Sunt autẽ & aliæ cauſæ, quæ licet nõ ſint criminales,
tamẽ eas delegare nõ debet propter earũ excellentiã, niſi ne
ceſſaria, & multũ iuſta cauſa impeditus: vt cauſa matrimonij,
& conſimiles. de cõſan. & affi. ex literis. Nec etiã debet dele-
gare poteſtatẽ diſpẽſandi cum irregularibus. nec abſoluẽdi
eos, qui manus violẽtas iniecerũt in clericos in caſibus ſibi à
iure cõceſsis, qui tamẽ, licet nõ debeat, nihilo minus poteſt,
cũ nõ ſit ei prohibitũ: imò de dictis percuſſoribus cõceditur.
de off. ord. eis. Aliàs verò cauſas minores, etiã ſpirituales, vt
de decimis, iure patronatus, & huiuſmodi, delegare põt: ſed
tamẽ ſpirituales, clericis tantũ. de iudi. decernimus. & c. quã-
to. Pecuniarias verò indiſtinctè poteſt, imò fortè debet dele
gare, nec in talibus occupari. ar. xj. q. j. te quidẽ. Põt aũt dele-
gare exiſtentibus de alieno epiſcopatu pertinentia ad iuriſdi
ctionẽ voluntariam: licet ad ſuſcipiendum cogere non poſ-
ſit: non aute pertinentia ad contentioſam, ſecundum Veruec.
Ad hoc de conſti. vt animarum. lib. vj. Secundò † quæritur,
quis poſsit eſſe delegatus in eccleſiaſtico foro? Et dico quòd
papę delegatus eſſe poteſt ſolùm cõſtitutus in dignitate, vel
perſonatum habẽs, aut canonicus eccleſiæ cathedralis: de re-
ſcrip. ſtatutum. lib. vj. niſi ex certa ſciẽtia papa cauſam commit
teret non exiſtẽti in dignitate vel minori. de off. dele. cum vi-
geſimum. de elec. cum in cunctis. Aliorum verò poteſt quili-
bet eſſe, qui non prohibetur. Igitur priores mẽdicantium, &
gardiani Minorum poſſunt eſſe delegati papæ: quia ſecundũ
Gem. in c. nullus. de ele. lib. vj. poſt gl. ſunt in dignitate. Et fa-
cit quod no. Pan. in c. cauſam. de iudi. & in c. cum olim. de ma
io. & obe. & Car. in cle. ij. de reſcr. & ibi gl. quod tamẽ locum
non habet, ſecundum Pan. in d. cle. vbi in eodem monaſterio
habeãt ſuperiorẽ, ſicut qui ſunt ſub abbate: quia non habent
dignitatem. ſecus de nõ habente: quia quanuis non ſit perpe-
tuus, ſufficit quod eſſe poſsit. ¶ Tertiò, † cũ delegato non cre
datur, niſi probet delegationẽ: nec teneatur quis exequi ſen-
tẽtiam eius, niſi ei literæ oſtendãtur. extra eo. cũ in iure. quę-
ritur qualiter probabit mandatũ delegationis? Et dicit Pan.
in d. c. cum in iure. quòd primò per originale: & hoc eſt clarũ.
Secundò, per exemplum de originali ſumptum ſolẽniter. de.
qua ſolennitate vide j. Tabellio. §. vlt. Tertiò, ſi partibus con-
ſentientibus, vel præſentibus, & non cõtradicẽtibus, origina-
le ſit exemplatum in actis, ſecũdum Hoſt. quia in earum pre-
iudicium acta facient fidem de originalis tenore. arg. in l. j. C.
de rela. vbi per illũ tex. dicit Bar. ꝙ ſi partes in iudicio præ-
ſentes nõ contradicunt his, quæ tendere poſſent in earũ pre-
iudiciũ, vidẽtur cõſentire. Secus vbi ſolus notarius exempla-
uit inſtrumẽta originalia reducẽda ad actorũ tenorem: quia,
ſecundũ Inn. cũ producũtur inſtrumẽta, ſola productio eſt de
actis, & nõ tenor: quaſi dicat quòd ſi notarius ſcripſit in actis
quòd talis pars produxit tale inſtrumẽtũ, creditur notario de
productione: vt in c. quoniam contra. de proba. ſed nõ ſuper
tenore inſtrumẽtorum, niſi probetur per originalia, vel alijs
prædictis modis. ¶ Quarto, † quid ſi delegatus non vult face
re fidem ordinario de ſuo mandato, & ei parere nolẽtem ſi-
ue ſententiã exequi excommunicat? Et dico quòd ſecundum
doc. excõmunicatio nõ tenet: quia delegatus nõ habet iuriſdi
ctionem ſuper ordinariũ, niſi ſit ei rebellis. quod dici non po
teſt, ſi petit fidem de mãdato: quia facit quod ſibi iure permi
titur. Sed ſi ordinarius malitioſè ſe aſſerat de mandato dubi
tare, allegando maximè falſitatem reſcripti, ſecũdum Hoſt.
quatuor remedia cõpetunt delegato. Primum, vt exequatur
per ſe quod poteſt: vt in c. in literis. eo ti. Secũdum, vt puniat
ordinarium, ſi conſtat quòd malitioſè opponat. Tertiũ, quia
punitur quo ad Deum. Quartum, quia condemnari poterit in
xxx. libras auri, ſi malitioſè ſe opponit ad cauillãdũ reſcripta
principis: vt in lege ſecunda. C. de leg. Facit ad prędicta quod
not. Pan. in cap. præterea. de dila. vbi dicitur quòd ſi agitur
de grauiſsimo ſeu grauiori præiudicio, non eſt parendum aſ-
ſerenti ſe delegatum, quanuis ſit perſona authorizabilis, niſi
prius conſtet de pleno mandato: nec ſufficit ſimplex copia.
lege vna. C. de manda. princi. nec aliter ordinarius debet ſen-
tentiam exequi. argum. in cap. nobiliſsimus. diſtinctio. nona.
Sed ſi agitur de præiudicio graui: puta, citatus eſt in partibus
valde remotis: ſufficit mittere copiam reſcripti, non autem
aſſerere ſe delegatum. Si verò agitur de leuiſsimo: puta,
quia citatus eſt in loco ciuitatis: nõ eſt neceſſe copiam mit-
tere, quo ad affectum arctandi citatum ad comparendũ: ſed
ſatis eſt aſſerere ſe delegatum: quia oritur dubium iuriſdictio
nis, ex quo perſona non eſt vilis: ex tali autem dubio quis cõ-
parere tenetur. arg. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. Secus ſi ſim-
pliciter citet, nõ aſſeres ſe delegatũ: nec aliàs eſt ordinarius.
6 ¶ † Quintò quæritur, quæ iuriſdictio videat̃ in dubio deman
dari, & quid poſsit delegatus. Et quantũ ad primũ dico ꝙ con
cludi conſueuit ꝙ quãdo cõmittens dicit, authoritate noſtra
cognoſcas: videtur tranſlata iuriſdictio ordinaria, per tex. in
proœ. Inſti. Sed quando hoc non exprimitur, per cõmiſsionẽ
vnius negotij vel plurium, non videtur ordinaria iuriſdictio
cõmitti, p l. ſi certarũ. ff. de mil. te. Sed ſi vniuerſitas cõmitta-
tur, ſic, per l. j. §. cum vrbem. ff. de off. præ. vrb. ¶ Quantũ ve-
rò ad ſecundũ reſpondet Gemi. in c. præſentiũ. de teſti. ex gl.
in c. ſolet. de ſent. excom. lib. vj. quæ dicit, quod delegata pote
ſtas eſt ſtricti iuris: ideoq; id ſolum poteſt quod eſt ei cõmiſ-
ſum, & ſine quo caſu expediri non poteſt. de off. deleg. c. j. &
c. prudentiam. & l. ad legatũ. ff. de procu. & id, propter quod
facilius cauſa expediri poſſet, non venit, niſi expreſsè cõmit-
tatur. Et Veruec. dicit quòd quãuis cauſa delegata, intelligã-
tur cõmiſſa omnia, ſine quibus cauſa expediri non poteſt: nõ
tamen omnia conceſſa ſunt, quæ poſſunt valere ad cauſam
7 expediendam. ¶ † Sextò quæritur, qñ expiret delegati iuriſ-
dictio? Et dico quòd re integra expirat per ſcientiam mortis
delegãtis. l. eius qui. in princip. ff. ſi cer. pet. de off. dele. gratũ.
& ſimiliter re integra per mortem eius, cõtra quem mandat̃.
de reſcrip. ſignificauit. & multis alijs modis: vt in c. quoniam
abbas. de off. deleg. ¶ Adde primò, ſecundũ Pan. in c. irrefra-
gabili. de offi. ordi. quòd non expirat morte delegantis, quan
do data fuit per viam legis, & non ab homine: vt in d. ca. gra-
tum. Ratio diuerſitatis eſt: quia homo moritur: & eodẽ mo-
do cùm eo extinguit̃ delegatio eius re integra: cùm nõ fixe-
rit radicẽ in perſona delegati: ſed lex nunquam moritur. pro
quo facit c. ſi gratioſè. de reſcript. li. vj. vbi patet quòd diſpoſi
tio facta ſub nomine dignitatis, non perit morte diſponentis.
Et idem videtur quando officiales aliquid diſponunt per viã
ſtatuti: vt per mortem ſeu reuocationem eorũ nõ expiret il-
la diſpoſitio. Secus ſi non per viam legis vel ſtatuti. Adde pri-
mò vt ſunt ordinationes & præcepta quæ fiunt à prælatis vel
diffinitoribus non habentibus authoritatem cõſtituendi. Ad-
8 de † ſecundò ꝙ res dicitur integra, ſecundum Hoſt. in c. licet.
eo. tit. quando delegatus nõ cœpit vti iuriſdictione: cœpit au
tem vti ſi vices ſuas cõmiſit, vt ibi patet: etiã ſi primũ ſolùm
cõmiſit. eo. tit. ſuper quæſtionum. vel ſi mãdauit alicui citare
partes: aut ſi ipſe citauit à fortiori: vt in d. c. gratũ. vel ſi rece-
pit teſtes in periculo cõſtitutos: & multo magis ſi excõmuni-
cauit contradictores. eo. tit. c. j. & ſi diem aſsignauit partibus.
de dila. c. fi. vel ſi fecit offerri libellum, vel alium actum iudi-
cialem exercuit: etiam ſi partes non citauit: vt ſi recepto mã
dato vocet tabellionem ac teſtes, & tãquam iudex præcipiat
redigi literas ſuas in publicã formam, & in inſtrumẽto teſtes
apponi: quia talis actus iudicialis eſt: vnde incipit vti iuriſdi-
9 ctione. ¶ † Septimò quæritur, quid de ſententia duorũ delega
torum diſcordantium? Et dico dependere ex delegante quã
voluerit acceptare. Secus in ſentẽtia arbitrorum ex compro-
miſſo, quia non tenet. Sicut etiam præſidentes loco papæ in
concilio gñali nihil faciunt, niſi oẽs conſentiant in actu gerẽ
do: quia vnius contradictio inficit totũ. no. Pan. in c. non eſt.
de reg. & in c. pe. de ſtat. mon. Secus in ſententia duorum or-
dinariorum diſcordãtium, quæ tenet pro reo, niſi cauſa ma-
trimonij, libertatis, & teſtamẽti, & huiuſmodi fauorabilibus:
quia tũc tenetur pro actore: vt in c. vlt. de ſen. & re iudi. intel-
lige ſi agit vt matrimonium, & huiuſmodi teneant. aliter
valeret pro eo, qui vt valeant agit, vel ſe defendit. ¶ † Octa- 10
uò quæritur, vtrum delegatus poſsit ſubdelegare, & cui? Et
dico multa. ¶ Primum. Delegatus à Papa vel à principe po-
teſt indiſtinctè cauſam totam vel partẽ alteri delegare. l. à
iudice. C. de iudi. de off. deleg. c. fi. & no. Inn. in c. paſtoralis. eo.
tit. Et hoc verum niſi quando certum miniſterium ei cõmit-
titur. quod Inno. ibi limitat de miniſterio magno: & exprimi-
tur, vt prædicare crucem, diſpenſare cum irregulari, pœnitẽ
tiam iniungere, abſoluere excommunicatos, & huiuſmodi: &
generaliter quando cõmittitur nudum miniſteriũ, & non iu-
riſdictio: vt ibi patet in fine: vel quando per verba reſcripti
comprehẽditur electa fides vel induſtria eius: ſicut cùm dici-
tur, confidimus de tua induſtria. vel, perſonaliter exequaris:
vel quando negotiũ non eſt per alium bene expedibile. Hoc
tamen nõ eſt verũ in legato ſedis apoſtolicæ: qui etiã in præ-
dictis ſubdelegare poteſt: vt patet in d. ca. fin. ſcilicet in præ-
dicatione crucis, diſpenſatione cum irregulari, & c. Pro quo
not. quòd in d. c. fi. cùm dictum fuiſſet quòd delegatus princi
pis poteſt delegare: ſubiungitur primò quòd is, cui iniũgitur
vt negotium perſonaliter exequatur, poteſt delegare de cõ-
ſenſu partium, niſi iniunctum ſit, inquiſitionẽ fieri, vel eccle-
ſijs de prælatis aut alijs miniſtris prouideri: quia in his indu-
ſtria & fides perſonæ videtur electa. Et ſecundò ſubiungitur
ſic in forma: Cæterum ſalua legatorũ ſedis apoſt. authorita-
te, nulli, cui commiſſum fuerit prædicare crucem, excõmuni
care, vel abſoluere aliquos, diſpẽſare cum irregularibus, vel
iniũgere pœnitentias, liceat hæc de cætero alijs demãdare:
quia non ſibi iuriſdictio, ſed certum miniſterium potius cõ-
mittitur in hac parte. hæc ibi. Ex † quibus aliqui volunt quòd 11
prælati habẽtes per priuilegium quod in aliquo caſu poſsint
abſoluere ſubditos, aut cùm eis diſpenſare: non poſſunt hoc
alij delegare: cùm iſta eorum poteſtas ſit delegata. Et verum
dicunt, ſi iſta cõceſſa ſunt iſti prælato in numero circa deter-
minatos ſubditos: puta, abſoluatur ille vel iſte. Secus vbi hoc
conceditur reſpectu ſubditorum in genere tam reſpectu cul
parum præteritarum, quàm futurarum, & prælatis præſenti-
bus ac futuris: tum quia hic non committitur certum ſeu nu-
dum miniſteriũ, ſed cognitio cauſę & iuriſdictio: tum quia e-
tiam ſi cõmittatur nudum miniſteriũ, quod eſt falſum, tamẽ
nõ eſt electa induſtria perſonæ: cùm ſit incognita. Et idẽ eſt
ſecundũ Pan. ibi. poſt Inn. ſi nudum miniſteriũ cõmitteretur
certæ pſonæ, ſed illud nõ ſit magnũ, vt prædicta. Et ita, vt di
xi, cõſuetudo, quæ legem interpretatur, obſeruat: & eſt ratio-
nabilis: quia plerunq; ſubditi verentur prælatos. Et ita expreſ
ſe tenet gl. in c. fi. de off. or. ¶ Secundũ. Delegatus Papæ ſub-
delegare poteſt: licet ſit datus ex officio, vel ex conſenſu par
tium, vel cũ clauſula prælectionis, ſcilicet ꝙ ſi nõ omnes, tu
cum alio exequaris. vt ibi. Et hoc niſi illud verbũ geminaret̃:
puta, ſi diceretur, tu exequaris. ſecũdũ Bal. vt verba aliquid o-
perentur. de pri. ui. ſi Papa. lib. vj. Aliter nõ intelligitur electa
induſtria perſonæ, ſecũdum eũ. Ex † quibus facit ibi, id eſt, in 12
d. c. fi. Pan. regulã ſingularẽ in materia ſubdelegandi, videli-
cet ꝙ regulariter Papa cõmittendo alicui cauſam, induſtriã
perſonæ nõ videtur eligere: ſed potius intẽdit ꝓuidere nego
tio quod decidendũ cõmittit. Sed & ſi Papa tertiũ delegatũ
deputauit cũ partiũ cõſenſu: dicit Io. And. in addi. Spe. ꝙ licet
de honeſtate ſubdelegare nõ debeat, niſi de conſenſu partiũ,
non tñ de neceſsitate: quia d. c. fi. indiſtinctè dat iſti delegato
facultatẽ ſubdelegandi: dicens ꝙ delegato à principe eſt à iu
re cõceſſum. & idẽ Hoſt. & Spec. & Pan. ¶ Tertiũ. Delegatus
non à principe, ſed ab inferiore, ſubdelegare non põt: etiam
impeditus infirmitate vel alia iuſta cauſa. argu. l. prætor. §. ſi
poſt. ff. de va. mu. & d. l. à iudice. Quod tamen fallit primò

in vno articulo vel capitulo cauſæ:quia videtur hoc poſſe al-
teri committere:vt in cle.j.de offi.delega. Secundò,quando
eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarum alicuius caſtri, vil-
læ aut eccleſiæ:qa tūc poteſt vnam cauſam delegare:vt not.
glo.in c.cū cauſam.de appel.ff.de iudi.l.cū prætor.§.j.ff.quis
& à quo ap.l.j.§.j.Tertiò,ſi lis eſt corā eo cōteſtata.&ſic intel
ligit̃ extra de ſen.& re iud.cū Bertoldus.ar.C.de ꝓcur.l.neq;
tutores.Et hoc tenuit Sū.Piſ.ſed ſcd̃m Bar.in d.l.à iudice.hoc
cōmuniter non tenet̃:nec eſt de ꝓcuratore ſimile: vt ibi per
eum patet.Quartò,ſi hoc ſibi ſpecialiter concedatur,ſecūdū
Io.And.per c.is cui.de off.deleg.lib.vj.vbi dicitur quod is,cui
cōmittitur à ſede apoſtolica prouidere certæ perſonæ de be
neficio in certa eccleſia,diœceſi vel ꝓuincia:poteſt hoc alte
ri ſubdelegare.Sed ſi mandet̃ ei vt prouideat eccleſię de per-
ſona: ſubdelegare nō poteſt,niſi ſubdelegādi habeat ſpecia-
le mandatū.¶Quartū.Is,cui negociū cōmittitur vt perſona-
liter exequatur:ſi partes conſentiant tacitè vel expreſsè, hoc
poteſt alteri ſubdelegare.quod tamen limitat Pan.in c.fi.eo.
tit. quando forma reſcripti eſt fundata ſuper vtilitate partiū:
ſecus ſi ſup publica,quæ non eſſet remiſsibilis per partes,vel
vbi partes contradicerent.Hoc tñ fallit in eo,cui Papa com-
mittit inquiſitionem,vel prouiſionē eccleſijs de prælatis ſiue
alijs miniſtris:quod ſine ſpeciali mādato ſubdelegare nō po-
teſt:quia in his fides & induſtria perſonæ eligi videtur.in d.c.
fin. & in d.c.is cui.¶Quintum. Delegatus, vel etiam legatus
ſedis apoſtolicæ eo caſu,quo ſubdelegare poteſt, hoc nō po-
teſt,niſi exiſtenti in dignitate vel perſonatu,vel canonico ec
cleſiæ cathedralis:vt in c.ſtatutum.de reſcri.li.vj. ¶Sextum.
Sicut delegatus à Papa vel principe habet à lege quòd poſsit
cauſam alteri ſubdelegare,niſi,vt dictū eſt : ita delegatus ab
epiſcopo vel alio,& ſi nō habeat à lege poteſtatem ſubdele-
gandi:habere tamen poteſt ab homine: vt ſi delegās ipſe det
ſibi authoritatem ſubdelegandi.arg.de procur. c.j.ij.reſpon.
Et ſic tenet Io.And.ſuper c.is cui.lib.vj.¶Septimum.Eo caſu
quo delegatus ſubdelegare poteſt,tenet̃ quis acceptare ſub-
delegationem,ſecundum Inno.in c.paſtoralis. de offi.deleg.
niſi cōſtet quòd delegatus malitioſè ſe exoneret,vt ibi:&tūc
ſi vellet cogere,iuſta eſſet appellatio.Sicut ſi non conſtaret.
13 ¶Eſt†tamen differentia inter delegatum à principe & ab in-
feriore:quia primus cogere poteſt omnes,etiā ſi non ſint ſui
fori.C.qui pro ſua iuriſdictione.l.vna.ff.de muner.& honor.
l.munerum.§.iudicandi.exceptis aduocatis,qui alibi quàm in
ſuo foro cogi non poſſunt recipere iudicium.C.de aduoc.di-
uer.iudi.l ſancimus.Delegatus verò ab ordinario,cogere nō
poteſt hominem alterius fori.ff.de iuriſdictione omnium iu
dicum.l.vlti.& in glo.d.cap.paſtoralis.Quomodo delegatus
Papæ abſoluere poſsit excommunicatos à ſe, ſuprà Abſolu-
tio ij.§.iiij.vbi autem cognoſcere poſsit , ſuprà Commiſsio.
14 ¶†Nonò,quantum ad ſubdelegatum quæritur, quid poſsit
ſubdelegatus à legato Papæ?Et dico quòd poteſt coërcere,
ſecundum Ioan.Andre.extra eo.ex literis. quæ coërcitio, ſe-
cundum Innocentium intelligitur,quia poteſt excommuni-
care,interdicere, & huiuſmodi. Vnde & Hoſtien. dicit quòd
ſubdelegatus delegati & merus executor coërcitionem reci-
pit contra ſe ſibi opponentes,& iniuriantes illos,quos mittit
pro exequendo articulo ſibi commiſſo : quem etiam quo ad
denuntiationem poteſt alteri delegare.
15 ¶†Decimò,quātum ad legatum quæritur, an credatur aſſe-
renti ſe legatum ? Et dico quòd non , niſi probauerit in ſcri-
ptis,& de mandato apoſtolico per ſuas literas fidem fecerit.
diſtinctio.l.vij.lectis.C.de manda. principum.l.vnica . Facit
quod notat gloſſ.in cap.ſicut nobis. de ſententia excommu-
nicatio.quod non creditur Cardinali aſſerenti aliquid in al-
terius præiudicium. quod limitare videtur Panor. ſi aſſerat
oraculo viuæ vocis.Et ſi dicat ſe literas perdidiſſe,non audi-
tur de offi.deleg.cum in iure.& d.l.vnica. ſi tamen eſt hone-
ſtus & notus,debet ei credi & recipi.xcvij.diſtin.nobiliſsimus,
ſed ſine literis nihil audeat iudicare,ſecūdum Tanc.& Arch.
quia nuntio ſine literis non creditur,vbi alicui præiudicatur.
¶†Vndecimò quæritur,quot ſunt genera legatorum?Et di- 16
co quòd legatorum duo ſunt genera: quia ſunt quidā legati
impropriè,id eſt,nuntij,ſed non iudices:vt qui à Papa pro am
baſsiata mittuntur,vel ad aliquod nudum miniſterium exer
cendum.de quibus diſt.j.ius gentium.& xcvij.diſti.c.nobiliſ-
ſimus.& iſtos qui impedit,debet hoſtibus tradi:etiā ſi ſint ho
ſtium.l.vltima.ff.de legatio.&ſecundū Canones ſunt excom
municandi.xciiij.diſt.ſi quis.Ita not.gloſ.in d.c.ius gentium.
Imò ſi legati vel nuntij ſint apoſtolici: ſunt ipſo facto excō-
municati,& eorū terræ ac loca interdicta,quandiu in contu-
macia perſtiterint eorum domini.de off.leg.ſuper gentes.li.
vj.Extrauagans eſt.Quidā verò ſunt legati iudices quos Pa-
pa facit ordinarios in certa ꝓuincia:de quibus loquitur præ-
miſſa diffinitio,& titulus de officio legati. Et horum,ſcd̃m
Io.And.& omnes Canoniſtas,tria ſunt genera: vt etiam not.
glo.& Pan.in c.excommunicatis.de off.leg.Quidam eñ di-
cuntur laterales,ſeu de latere miſsi,qui ſecundū Ber.in c.ex-
communicatis.de ſen.excomm.& glo.in c.pe.de offic.legat.
ſunt hi,qui de curia Papæ mittuntur:etiam ſi non ſint Cardi
nales.Sed verius dicit Io.And.& Pan.in d.c.pe.quòd ſunt ſoli
Cardinales,maximè hodie.Quidam verò ſunt locales ſeu na
ti,qui dicuntur legati ratione ſuæ dignitatis , in qua naſcunt̃
ex priuilegio eccleſiæ ſuæ:vt archiepiſcopus Cantuarieñſis,&
Eboracenſis:vt in c.j.de off.leg.Quidam verò nec ſic:ſed di-
cuntur temporales ſiue cōmunes perſonæ:vt oēs miſsi à Pa
pa,à curia,vel ab extra, qui non ſunt Cardinales.¶†Duode- 17
cimò quæritur,quomodo differunt hi legati quo ad abſolu-
tionē percuſſorum clerici?Et dicit glo.in c.pe. de offi.leg.&
communiter oēs doct.quòd laterales hos poſſunt abſoluere
in ſua prouincia & etiam extra,poſtquā egrediuntur vrbem,
donec illam reingrediātur,& tam ſubditos, quàm extraneos
ſiue aliunde venientes,ſecundū gl.quod Hoſt.in c.pe.de off.
leg.limitat,niſi ſit enormis iniuria.allegans c.ſi verò.& c.cū
illo.de ſentent.excommu.ſed in c.ad eminentiā. de ſentent.
excom.tenet quòd poteſt abſoluere etiam pro enormi.& idē
Ioan.And.& Archi.in c.j.de offi.leg.lib.vj.& Panor.in d.cap.
ad eminentiam.etiam ſi mutilauerint vel occiderint. Et hoc
tene:quia iura excipientia enormem iniuriam, loquuntur in
alijs inferioribus legatis,ſecundū prædictos.Fallit tamen q̃d
dictum eſt.Primò,quando ſunt in pręſentia Papæ.Secundò,
quando ſunt reuocati ante regreſſum,ſecūdum Pan.in c.pe.
de off.leg. quo caſu nec inſignia legationis debēt exercere
Tertiò,ſecundum aliquos,quando nec in prouincia ſunt,nec
in via.Sed iſta fallentia aliquo iure non probatur,ſed repro-
batur:quia proconſul extra ſibi decretam ꝓuinciam exerce-
re poteſt iuriſdictionem voluntariam,& vti inſignijs,non di-
ſtinguendo an ſit in via,nécne.ff.de off.procon.l.j.& ij.lega-
ti autem Papæ æquiparantur proconſulibus & præſidibus:vt
in c.ij.de off.leg.lib.vj.Adde quòd dicta de abſolutiōe ab hac
excōmunicatione, nō ſunt extendenda ad alias abſolutiones
Papæ reſeruatas:quia in iſtis exorbitantibus & prohibitis nō
ſit extenſio de vno caſu ad alium,etiam per maioritatem ra-
tionis:vt in cap. ad tranſlationem de offic. legati. ¶Legati
verò locales , ſiue nati , abſoluere non poſſunt iſtos in pro-
uincia ſua vel extra,nec ſubditos , nec alios . Cuius ratio eſt,
ſecundum Panormitanum in d.c.penul.quia alioquin clerici
perderent priuilegium,quod habent ex cap.ſi quis ſuadente.
xvij.q.

xvij.q.iiij.quia cum dignitas illa ſit perpetua,nullus pro ab-
ſolutione cogeretur adire Romā.quod tamē limitat Pan.in
caſibus reſeruatis papæ:quia ab ea iniectione,à qua abſoluūt
epiſcopi,multo fortius abſoluūt & ipſi,cū ſint ordinarij.¶Le
gati verò temporales abſoluere poſſunt ſolùm in ſua pro-
uincia,& ſolùm eos,qui ſunt de ſua prouincia,non autē extra
18 eam,nec extraneos,ſecundū Arch.¶Circa†hoc tamen clari
ſunt tres caſus.Primus,ꝙ poſſunt abſoluere ſuos ſubditos in
ſua prouincia exiſtētes.Secūdus,ꝙ nō poſſunt abſoluere ex-
traneos extra prouinciā.Tertius,ꝙ extraneos ,id eſt , aliūde
adueniētes abſoluere nō poſſunt,etiā in prouincia.Sunt etiā
quatuor dubia.Primū,an poſsint ſubditos extra prouinciam
abſoluere.& dicit Pan.in d.c.excōmunicatis.communiter te
neri ꝙ nō.& Io.An.dicit ita ſeruari de facto. quod limita ſe-
cundum Io . Mo.& Io.An.quos ſequitur Gem. in c.j. eo.ti.li.
vj.niſi de cōſenſu iudicis illius prouinciæ. ſed de hoc ſtatim.
Secundū eſt,an ſubditos abſoluere poſsint extra prouinciā
de cōſenſu iudicis illius ꝓuinciæ.Et dicūt aliqui ꝙ quia hæc
poteſtas datur eis limitatè,nō videt̃ quòd excedere debeāt for
mam eis pręfixam per d.c.excommunicatis.& Pan.tenet ꝙ
non,dicens hoc dictum ſingulariter notandū quòd poteſtas
collata in certo loco ex priuilegio,exerceri nō poteſt in alio
loco, etiam in ſubditos.Secus in iuriſdictione cōpetēte de iu
re cōmuni.Et hoc ſequitur Sum.Roſ.Sed prædicti tanēt con
trariū.Et hoc ſequit̃ Sum. Ang. cōtra Roſ.& hoc tene:quia
etiam cōtentioſam iuriſdictionē poteſt quis exercere in ter-
ritorio non ſuo de licentia iudicis territorij.quod Hoſt.dicit
eſſe æquum.Tertium,an poſsit abſoluere ſubditos,qui extra
prouinciam in excōmunicationem inciderunt.Et dicit Hoſt.
quòd nō.innixus verbo,aliunde.in d.c.excommunicatis : Sed
hoc intelligitur de non ſubditis aliunde venientibus.Vnde alij
contrarium tenent,vt recitat Spec.quod Pan.verius dicit: vt
ſicut poteſt punire ſubditos extra territoriū delinquētes . de
fo.compe.cùm cōtingat.ita poſsit etiā eos abſoluere . Et fa-
cit,quia proprius ſacerdos abſoluit ſubditum à delicto extra
prouinciam cōmiſſo.Quartum eſt,an abſoluere poſsint nō
ſubditos incidentes in prouincia ipſorū legatorum . Et dicit
Hoſt.quòd ſic:quia tales aliunde accedere nō dicūtur:cū nō
adueniant excōmunicati.Pro quo facit dictum Abbatis in d.
c.cum contingat.quòd ſcholaris veniens ad ſtudium excom-
municatus,abſolui nō poteſt ab epiſcopo loci:licet abſolue-
re potuiſſet proprius epiſcopus.Secus ſi ibi incidiſſet.Ex quo
poſſet elici quòd poteſtas cōtracta ratione domicilij, nō ex-
tenditur ad prius commiſſa.quod tamen dictum Pan.gene-
raliter nō admittit.& bene:quia oppoſitum ſuprà d.ctum eſt
ſuprà Abſolutio.j.§.v.quæſito primo,& ſeq.Quintum addi-
tur,an poſsint abſoluere excommunicatos à ſe in prouincia,
poſtquam ſunt prouinciā egreſsi.Et dicit gl.in c.nouit.de of.
leg.quòd non:quia exeundo prouinciam priuati ſunt digni-
tate.ff.de of.pręſi.l. iij.& ſtatim expirat iuriſdictio.Q̃d limi
tat Spe.quando exeunt animo non redeūdi:& vbi abſolutio
requireret cauſæ cognitionē.Secus ergo ſi exeunt regreſſu-
ri,& abſolutio eſt in foro pœnitētiali.Et conſentit Innoc.Et
intellige tam de laterali,quàm de temporali,ſecundum Sup
plementum:lateralis tamen etiā non regreſſurus,dum redit
ad vrbem,abſoluere poſſet ſacramētaliter,vt dictum eſt.Sex
tum,an abſoluere poſsint ꝓ enormi iniuria, puta mutilatio-
ne,vel homicidio. Et communiter tenetur quòd nō.Pan.ta-
men in c.quod de his.de ſen.excom.ſatis innuit quòd ſic.vide
19 ſtatim.¶†Decimotertiò quæritur,qūo differāt prædicti legati
in beneficiorū collatiōe?Et dico quòd legatus lateralis ſolus
poteſt multa.¶Poteſt enim primò cōfirmare electiones epi
ſcoporum & archiepiſcoporū & exemptorū in prouincia ſibi
decreta:non autē alij legati,ſine ſpeciali mādato.de elect. ſi
abbatē.lib.vj.Et ſecūdo dare licentiam abbati ſubdito im-
mediatè apoſtolicæ ſedi à ſuo monaſterio ad epiſcopatū:qui
hoc nequiuiſſet ſine licentia papæ vel legati:vt in d.c.ſi abba
tem.Vbi dicit gl.idem eſſe iudiciū de tranſitu ab vna abbatia
ad aliam:quæ tamē,ſi epiſcopo ſubijcerentur, tranſitus non
fieret ſine licētia ſaltē epiſcopi.Poteſt etiam,ſecundum Ber.
cognoſcere de cauſis motis contra huiuſmodi exēptos: quia
per priuilegia eximuntur à poteſtate epiſcoporū,& nō lega
torum:alij autē legati contra iſtorū priuilegia hoc ſine ſpe-
ciali mandato non poſſent.de off.lega.q̃d trāſlationē.in gl.
Et tertiò cōferre beneficia in terminis ſuæ legatiōis,cum re
ſtrictione tamē,quæ habetur in c.præſenti.&.c.deliberatio-
ne.de offi.lega.lib.vj.& in c.officij.eo.ti.& li.Alij verò non,
niſi ex commiſsiōe ſpeciali.Quòd ſi eccleſia patronum laicū
habet,conferre non poſſet,niſi ei,quē præſentaret patronus.
eodemq; modo ſi haberet patronum clericū,cui patronatus
ratione patrimonij competeret.de offi.leg.c.dilectus . Secus
ſi clericus ſit patronus ratione eccleſiæ,vel etiam ſi ſit colle
giū quia eo irrequiſito pōt legatus conferre:cùm poſsit ma-
ius ſcilicet cōferre ipſas eccleſias irrequiſito epiſcopo.Colla
tio tamē beneficij per eum facta,nō valet,ſi nō eſt facta mē-
tio de alio beneficio quod prius habebatur,niſi,ſecūdum Io.
An.hoc exprimeret ſe facere proprio motu:quia valet colla-
tio,licet vtrūq; retinere nō poſsit.Secus ſi ille impetrauit:qa
tenebatur facere mētionē de priori.¶Quærit†tamē Io.An. 20
in gl.vtrū cōferre poſsit illa beneficia,quorū collatio deuo-
luta eſt ad papā per Lateranēſe conciliū.Et dicit ꝙ ſic,ſecū-
dum Gof.& Inn.& Gul.in Spe.reprehēdentes Vinc. qui dicit
contrariū.Et ſubdit ipſe Io.And.certū eſſe ꝙ legatus etiā de
latere conferre nō poteſt beneficia vacantia in curia Roma-
na ſine mandato ſpeciali:vt de prębē.licet.in fi.quod intelli-
go intra mēſem:vt eo.ti.ſtatuimus. ¶Adde† quòd vbi lega- 21
tus lateralis vel alius ſpeciali mādato cōferre poteſt in pro-
uincia:concurrūt poſsibiliter tres beneficij collatores,papa,
legatus,& diœceſanus:& tūc ſi apparet,cui primò collatū ſit,
non eſt dubiū:ſi verò nō apparet potior erit cōditio poſsiden
tis.& ſi neuter poſsideat,pręferetur qui habuit à digniori , id
eſt,papa,vel legato.de prębē.ſi à ſede.lib.vj.¶†Decimoquar 22
tò quæritur,quid legatus in ſua prouincia poſsit aut nō poſ-
ſit?Et dico ſecūdum Directo.quòd poteſt primū exercere o-
mnia,quę poſſet ille,qui eum miſit:pręter reſeruata ſummo
pontifici,de quibus habes ſ.Caſus.j.§.j.¶Et ſecundò, pōt ſo-
lus edere ſtatuta in ſpectātibus ad iuriſdictionē, ſecūdū not.
in c.fi.extra eo.dūmodo non ſint contra canones generales,
quibus in aliquo derogare nō poteſt.Et idē dico in epiſcopo:
vt no.Io.An.in c.fi.de of.archipre.& idē dicit Gemi. & plus,
ſcilicet quod epiſcopus nō poteſt facere ſtatutū quo ius com
mune arctetur.Si tamē vellet ſtatuere legatus in cœmēti-
bus aliorū pręiudiciū,illorū conſenſum debet habere:vt no.
Inn.in d.c.fi.Verū aūt poſsit aliquo caſu mutare legata.j.Le
gatum.¶Non pōt autē primò,etiā ſi ſit lateralis cōferre vel
reſeruare eccleſias cathedrales aut regulares vel collegiatas.
de of.leg.c.deliberatiōe.li.vj.vbi dicit gl.ꝙ cōferre vel reſer
uare eccleſiā,eſt cōferre vel reſeruare ipſam primā dignita-
tem de eccleſia.puta epiſcopatū plebanatū,abbatiā, priora-
tum,& ſimilia:vnde nō prohibetur cōferre beneficium, hoc
eſt,canonicatum dictarum eccleſiarum.¶Nec ſecundò, con
ferre vel reſeruare in eccleſijs cathedralibus dignitates prin
cipaliores poſt epiſcopatum,ad quas per electionē venitur:
vt eſt archipresbyteratus,archidiaconatus , præpoſitatus , &
huiuſmodi:vt in dicto cap.deliberatiōe.de off.leg.lib.vj.Vn-
de ſi in eccleſia cathedrali eſſent duæ dignitates per electio-

nem habendæ,puta archipresbyteratus & archidiaconatus:
eam quæ maior haberetur,non poſſet dare legatus.Et ibi di
cit gloſſ.quod licet archidiaconus ſit maior maioritate præ-
lationis,de qua ibi intelligitur,inſpiciẽda eſt tamen conſue
tudo loci:is enim habetur prior poſt epiſcopũ:vt qui capitu-
lum conuocat,& capitulo præeſt.Igitur poſſet dare minorẽ
& etiam maiorẽ:ſi non haberetur per electionem.¶Nec po
teſt tertiò,etiam ſi ſit lateralis,concedere alicui in generali
vel ſpeciali,vt recepta reſignatiõe beneficiorũ ab his, qui ha
bẽt illa,poſsit ea alteri conferre.de elec.deliberatiõe.lib. vj.
vbi dicit gl.ꝙ etiã non põt vni cõmittere ꝙ recipiat reſigna
tionẽ beneficij,& alteri ꝙ illud cõferat:quia qua ratione cõ
mittẽdo vni reſignationẽ & collationem,datur via ad vaca-
turas eccleſiarum,eadem ratione daretur via ad idem cõmit
tendo diuerſis.ar.de ele.c.j.li.vj.Poteſt ergo legatus recipere
beneficium per reſignationẽ,& illud poſtea vacans alteri cõ
cedere:ſed non poteſt cõmittere alteri vt hoc faciat:quia fa-
cilius per iſtum modum fieret fraus ad vacaturas eccleſiarũ.
Putat tamen Archi.ꝙ poſsit alicui cõmittere vt beneficij re-
ſignationem recipiat,& ea recepta,cùm vacet,eidẽ vel alteri
committere eiuſdem collationem. Et per dictam decretalẽ
attentari poſſet,ꝙ licet epiſcopus poſsit generaliter tradere
poteſtatem officiali aut vicario ſuo conferendi vacantia be-
neficia.de offic.vica.c.ſi.non tamen alteri,quem officialẽ nõ
conſtitueret.¶Nec poteſt quartò,ſi in aliqua cathedrali vel
collegiata eccleſia fecit aliquam reſeruationem,ea pendẽte
aliam facere in eadem:nec etiã poſtquam aliquod reſerua-
uerit alicubi beneficium ad collationem pertinẽs cuiuſcũq;
quandiu reſeruatio pendet, aliud pertinens ad collationem
eiuſdẽ poteſt legatus ſibi reſeruare:vt in.d.c.præſenti.¶Nec
quintò,poteſt legatus proceſſum delegati impedire,aut eius
irritare ſentẽtiam:ſed bene poteſt cõfirmare& exequi.de of.
leg.ſtuduiſti.Similiter nec poteſt abſoluere excõmunicatos
à papa vel eius delegato:vt ibi.¶Nec poteſt ſextò, etiã late-
ralis generaliter ſe intromittere de his,quæ ſpecialiter papæ
reſeruantur.de offi.leg.niſi.&.c.quod tranſlationẽ.niſi ei cõ-
cedantur in iure,vel habeat ſpeciale mãdatũ,vel,ſecũdũ Pa-
nor.ex priuilegio,vel conſuetudine, cuius initij nõ ſit memo
ria.Vnde,ſecundũ gl.di.iij.§.j.nõ poteſt facere generale vel
prouinciale cõciliũ:niſi ad hoc ſit ſpecialiter deſtinatus.¶De
23 cimoquintò † quæritur de terminatione legationis & eius ef
fectu?Et dico,ſecundũ Io.An.ꝙ legatio quatuor modis fini-
tur.Primò,ſi datus eſt legatus ad tẽpus:quia eo finito finitur
legatio.ff.de off.dele.de cauſis.Secũdò,quãdo eſt reuocatus.
ff.de iudi.l.iudiciũ.Tertiò,quando egreſſus eſt legationẽ ani
mo non redeundi. Secus ſi egrederetur vnã prouinciã is,qui
eſt legatus in pluribus:quia in qualibet parte legatiõis, ſicut
epiſcopus in qualibet parte diœceſis,legationẽ exequitur:de
offi.or.cum epiſcopus.lib.vj.Quartò poſt mortem legati:nõ
autem poſt mortem conſtituentis illum.extra eo.legatos.li.
vj.Legatione verò finita his modis in ſui perſona non finitur
primò quo ad cõſtitutiones eius:quia perpetuò durant,licet
ſit prouinciã egreſſus,aut mortuus:nec ſecũdò,quò ad cœpta
per delegatos ab eo:vt ſ.§.vj.Omnes autẽ reſeruationes be
neficiorũ factæ ab eo,etiã ſi erat lateralis,& decreta interpo
ſita ſuper his necnon denũtiationes,inhibitiones,& proceſſus
quilibet per eum vel per executores eius ſuper his habiti,dũ-
modo ad collationem eorundẽ beneficiorum iam vacantiũ
non ſit proceſſum,finita legatione viribus euacuantur:nec
dicti executores poſſunt vlterius beneficia taliter reſeruata
conferre:vt in dicto capitulo,præſenti.De materia legati &
delegati multa habes per Archiepiſ.iij.parte.titul.nono,ca-
pitulo tertio.

## De Dementia.

1 *Dementia à quo excuſet, & num vbi ceſſauit, poßit quis ad o-
dines promoueri.remißiuè.*

DEMENTIA † ſi eſt perſeuerãs,excuſet à culpa,quan- 1
tum ad factũ in illa cõmiſſum.xv.q.j.aliquos.xxij.q.vij.
quemadmodũ.& ab irregularitate:vt in cle. vnica,de homi.
Vtrum autem,poſtquàm ceſſauit,poſsit quis ad ordines pro-
moueri:vide ſ.Corpore vitiatus.§.viij.

## De Dæmoniacis.

1 *Dæmoniacus num quis ſit, qualiter deprehendatur? Et vtrum
promoueri queat.remißiuè.*

DAEMONIACVS † vtrum ſit quis nécne, deprehẽdi 1
poteſt,ſi xxx.diebus indifferẽter carnibus veſci cogat,
maximeq; hœdinis,quæ dęmones ꝓuocãt.vij.q.ij.c.ij.in tex.
& in gl.quia ſi nullã ſenſerit læſionẽ,apparebit quòd dæmo
niacus nõ ſit.Sũt & alia huius rei ſigna,de quibus dixi in tra-
ctaculo de exorciſmis.Vtrum autẽ promoueri poſsit dæmo
niacus,ſuprà Corpore vitiatus.§.viij.Vide etiã ſ.Adiuuare.&
infrà Superſtitio.& Maleficiũ,quantũ ad materiã dæmonũ.

## De Denuntiatione.

1 *Denuntiationis definitio, & quid notet particula de, & quotu
plex ſit denuntiatio ſiue Canon.Doct.ſiue Theologos ſpectes?*
2 *Denuntiationi Euangelicæ, qui adſtricti ſint?Et qui ad eam
admittantur?nume.3.*
4 *Denuntiationem prædictam,num ſemper monitio præcedere
debeat?Et quotuplex.*
5 *Prælatus,ſi peccati denuntiationem ſub excommunicationis
pœna præcipiat,num teneatur ſubditus forma Euangelica
non ſeruata obedire?*
6 *Iuramentum eius,qui iurauit crimen omne , quod reſciuerit,
denuntiare vel non denuntiare,qualiter accipiendum ſit?*

DENVNTIATIO † eſt nuntatio, id eſt,manifeſtatio 1
criminis facta ſuꝑiori,ita ꝙ præpoſitio De,augeat nũ-
tiationẽ.ff.depo.l.j.& ſecundũ Canoniſtas in c.nouit. de iu.
diuiditur in Euangelicã,canonicam,iudicialẽ,& regularem.
quã diſtinctionẽ vix poterit quis ſaluare,quin mẽbra coinci-
dãt.Vide Pan.ibi.Theologi verò diſtinguũt duplicẽ tantũ,
ſcilicet pœnitẽtialẽ,id eſt,factã prælato vt priuatæ perſonæ
& iudicialẽ,id eſt,factã eidẽ vt perſonæ publicę,id eſt,vt eſt
iudex.& de hac nũc loquimur:quia de alia dictũ eſt ſ.de cor-
rectione fraterna.¶Primò † verò quæritur,qui teneãtur ad 2
denũtiationem Euangelicã?Et dico opiniões varias eſſe Ca-
noniſtarũ in d.c.nouit.Sed tamẽ omnes verũ aliqualiter ſen
ſerũt:quia ſi loquamur vt eſt pœnitẽtialis ſolùm ſiue frater-
na correctio:ſic verè dicit Arch.in c.ſi peccauerit.ij.q.j.ꝙ te
nẽtur oẽs,ſcilicet eo modo quo & ad fraternã correctionẽ.
Si verò loquimur vt eſt iudicialis:ſic verè diſtinguit Inn.in d.
c. nouit.ꝙ quantũ ad peccatũ perpetratũ qđ continuationẽ
nõ recipit,tenetur ſolùm is,cui hoc competit ex officio:quia
hoc ꝓcedit ab actu iuſtitiæ:vt qui peccauit,puniatur nõ ꝓ
pter ſe,cũ iam nõ ſit peccaturus:ſed ꝓpter alios.& hoc perti-
net ad ſuꝑiores.xj.q.ij.præcipuè.xxiij.q.iiij.duo iſta.ſed quan
tum ad peccatũ perpetrãdum, & quantum ad perpetratum,
quod recipit augmentũ vel multiplicationem aut continua-
tionem mali,tenetur quilibet credẽs ſe eam poſſe perficere
ſine graui detrimẽto.xxij.q.v.hoc videtur.qđ Sum.Ang.ma-
lè limitat quo ad prælatos:quia nullus prælatus vt prælatus
denũtiat,cùm careat ſuperiore.Et ratio eſt quia iſta denũtia
tio eſt actus charitatis,vt delinquens corrigatur,vel ſaltem
ad aliorum terrorem compeſcatur.¶Secũdò † quæritur,qui
ad iſtã denũtiationẽ admittatur?Et dicit gl.in d.c.ſi peccaue
rit.& Arch.ꝙ admittũtur oẽs infames,minores,mulieres.&
omnes,modò bono zelo denuntient.de ſen. & re iud. cum I.
& A.quod limitatur,ſecundũ eoſdẽ, niſi permaneãt in crimi-
ne:quia cùm tales ſua crimina nõ correxerint:credendũ eſt ꝙ
non bono zelo denũtient aliena.Et idẽ dico de teſtibus.quod
tamen Inn.in d.c.nouit. limitat, ſi ſola pœnitẽtia de crimine
quæritur:& nõ aliud tẽporale directè vel incidẽter:quia tũc
4 legitimi teſtes ſolùm admittuntur. Tertiò † quęritur,vtrum
denuntiationẽ iſtã debeat ſemper monitio præcedere?Et di-
co quòd ſi peccatũ eſt publicum:admonitio:nulla requiritur
ſecundum Arch.in d.c.ſi peccauerit.& xlv.diſt.ſed illud.Si ve
rò eſt occultũ,& tardatio denũtiationis inferret proximo no
cumentũ corporale vel ſpirituale,puta proditionẽ, infectio-
nem,vel huiuſmodi:ſimiliter nõ requirit, niſi cõſtaret quòd
ad monitionem peccator deſiſteret:quia, ſi poſsibile eſt, ſic
quiſq; debet corrigi,vt eius fama nõ lædat.Si verò nõ ſit no-
cumentũ niſi peccãti,debet præcedere monitio duplex: vna
per monentẽ ſolùm ꝑ ipſius probãda iuramẽtum. Alia per
ipſum & vnũ vel duos teſtes, per quos probatur. quod Rich.
in xix.diſt.iiij.limitat,niſi probabiliter credatur monitio ſe-
creta nõ profutura.& concordat S.Tho.¶Quartò † quæri-
5 tur, vtrũ ſi prælatus præcipiat, maximè ſub pœna excõmu-
nicationis,denuntiationẽ peccati: ſubditus teneatur obedire
non ſeruata forma Euãgelica? Et dico qđ ſic.Primò,ſi pec-
catum eſt publicũ.Secũdò,ſi eſt nociturũ proximo,& eadem
ratione ſibi.Tertiò,ſi correctio nõ ſperat. Quartò, ſi pecca-
tum eſt leue,nõ infamatorium:& hoc in denuntiatione pu-
blica:in ſecreta autem vltra hæc,ſecundũ Sum.Ang.tenetur
ſiue pręceſſerit monitio,ſiue nõ,ſiue ſecuta fuerit correctio,
ſiue non:quia valet ad præcauẽdum recidiuum,& non eſt in
præiudiciũ famæ: ſi talis eſt prælatus qualis eſſe debet: quia
quilibet tenetur obedire prælato in pertinẽtibus ad officiũ
eius,quæ nõ ſunt cõtra Deum.Et hæc eſt cõmuniter opinio
Doct.ordins noſtri,& S.Tho.in quol.quod tamẽ fallit quan-
do ꝑ ſigna valde probabilia & præſumptiones quaſi violen-
tas crederetur quòd prælatus inde vellet ſubditũ infamare.
Sed iſta opinio non eſt S.Tho.ita indiſtinctè, quicquid ſit de
alijs,nec eſt vera,niſi eo caſu,quo ſine peccato ſubditus poſ-
ſet denũtiare prælato nõ pręcipiẽti: quæ aliter ſemꝑ eſt con
tra Deũ.Vnde ſi nõ eſſet ꝓbabile periculũ de recidiuo:aut ſi
eſſet æquè ſubditus vt pręlatus obuiare poſſet,peccatũ eſſet
denũtiare correctũ,q apud p̃latũ ſine cauſa notaret. De pec
cati macula,vide ſ.Correctio.§.ix. ¶Quintò quęrit, quid de
eo qui iurauit denũtiare omne crimen qđ ſciuerit,vel nõ de-
nuntiare?Et dico quantũ ad primũ, quòd iuramentũ intelli-
gendum eſt eo modo quo denũtiatio licet:vñ qñ ipa eſt illi-
cita iuramentũ nõ ligat.Facit c.ex parte tua.de cle.non re.&
ſi intẽdebat iurare,etiã qñ eſt illicita, peccauit,j.Iuramentũ.
§.vj.¶Quantũ verò ad ſecundũ,dico ꝙ iuramẽtũ intelligẽ-
dum eſt in caſu,in quo denũtiatio nõ cadit ſub pręcepto vel
cõſilio:vbi aũt eſt de precepto vel cõſilio,nõ obſtãte iuramẽ
to denũtiare põt,in ſecũdo caſu,& in primo tenetur, per no-
tata xxij.q.iiij.ĩ multis capitulis:& ſi aliter intẽdebat,fuit pec
catũ,ꝓ dicẽda infrà Iuramentũ.§ eo.De iſta mareria vide ſu-
prà Accuſatio.& infrà Inquiſitio.per totũ:& infrà furtũ.§.xv.



## De Depoſito.

1 *Depoſiti finitio, & quibus in rebus locum habeat.*
2 *Depoſitarius pro qua culpa teneatur, ſi depoſitum aut pereat,
aut deterioretur?Et quid de caſu fortuito?*
3 *Eccleſia num de depoſito ſibi facto ſi pereat,teneatur? Et quã-
do in vtilitatem eccleſiæ verſum præſumatur: & quis id pro-
babit.num.4.*
5 *Depoſitarius, ſi pereunte depoſito, rem ſuam ſeruat, cùm rem
vtranque non poßit, an teneatur.*
6 *Hæres ſi depoſitum mortuo factum,aut quiuis alius, diſtraxe-
rit,an teneatur?*
7 *Diligẽtior ſi quis in re ſua quàm cõmunis hominũ natura re-
quirat,fuerit,in depoſito autem nõ plus,ſed æquè,an teneatur?*
8 *Tabernarius, aut nauta, de re in taberna, vel naui eo inſcio
depoſita,an teneatur?Et an bidellus de libro à ſcholari in ſcho
lis depoſito?num.ſeq.*
10 *Depoſitarius de rei depoſitæ vſu, an teneatur?Et an depoſitor
depoſitũ ad arbitriũ reuocare queat, & ad id reddendũ tenea-
tur depoſitarius?Et in quot caſibus reddere nõ teneatur?nu.11.*
12 *Depoſitum an ex recompenſationis cauſa detineri poßit?*
13 *Depoſitum à ſe factum,num quis furto ſurripere queat?Et an
in depoſito æſtimatio facta gradum adijciat?*

DEPOSITVM, † ſecundum Hoſt.eſt quid cuſtodien-
dum alicui vel alicuius fidei datũ vel creditũ: vt ff.de- 1
po.l.j.quod quidẽ locũ habet ſolùm in rebus mobilibus & ſe
mouẽtibus tãtùm,ſecundũ gl.in c.bona fides.eod.tit.niſi for
tè vbi apud ſequeſtrũ deponitur,cùm res aliqua inter plures
in cõtrouerſiã deducit:de iud.examinata.& in l.licet.ff.depo.
Et,ſicut ibi dicit,in depoſito dominiũ nõ transfert: vt etiam
in d.l.licet.¶Primò † verò quęrit, pro qua culpa depoſita- 2
rius teneatur,ſi depoſitũ pereat,aut deterioraretur?Et dico
quòd regulariter nõ tenetur,niſi de dolo, & lata culpa: quia
cõmuniter fit gratia deponentis tãtùm: vt patet in d.c.bona
fides.& ff.depo.l.j. Adde quòd ſi deterioratio talis ſit quòd
reddat inutile deponẽti:reddet æſtimatio tota: alioquin iu-
xta deteriorationis quantitatẽ,arg.eorũ quæ notantur in l.j.
ff.de ædil.edict.¶In duobus tñ caſibus tenetur etiã de leui.
Primò,ſi pro cuſtodia mercedẽ recepit:vt in d.c.& d.l.j. §.ſi
quis ſeruũ.quo tñ caſu Sum.Piſ.& Archid.dicũt eũ teneri de
leuiſsima:ſed primũ tenuit gl.in d.c.bona fides.& Goſ.Secũ-
dò,ſi conuenit vt teneret.d.l.j.§.ſi cõueniat,vbi dicitur quòd
contractus ex cõuentione legẽ accipiũt:ſi tñ conuenirent vt
de dolo nõ teneretur,nõ eſt ſequenda iſta conditio: quia eſt
contra bonos mores & contra bonã fidẽ,vt ibi dicit.§.ſi con-
ueniat.¶In tribus quoq; tenetur etiam de leuiſsima: Primò,
ſi cauſa depoſitarij ſit res depoſita.Secũdò,ſi depoſito ſe ob-
tulit:intellige ſi diligẽtiſsimum exquiſiuit.Tertiò, ſi conue-
nit:vt in dicta l.j. §.ſæpe euenit. ¶De caſu autem fortuito
non tenetur,niſi fuerit in mora reſtituendi,vel in culpa: vel
ex pacto conuenerit.De his vide in dicto c.bona fides. & ibi
Panorm.Sed tamen quo ad pactũ dic vt ſuprà dictum eſt de
commodato.¶Secundò † quęritur,vtrum eccleſia teneatur 3
de depoſito ſibi facto ſi pereat?Et dico quòd aut eſt factum
prælato præciſè,aut prælato & capitulo ſimul,aut alteri of-
ficiali, puta ſacriſtæ.Si factũ eſt pręlato tãtùm: eccleſia non
tenetur:de depo.cap.j.niſi ſit verſum in vtilitatẽ eccleſiæ, vt
ibi dicitur.¶Si verò fiat prælato & capitulo ſimul, ſecũdum
Hoſtien.eccleſia tenetur,etiam ſi inde eccleſia nõ lucretur:
ſed contractus fiat gratia deponentis tantùm.Et idem ſentit
Ioan.Andr.vnà cum gloſſ.cap.j. eodem tit. Et horum ratio
eſt:quia tũc ſit eccleſiæ.Innocen.per l.licet.ff.de pecu. dicit
quòd non tenetur,niſi inde lucrum aliquod cõſequatur. Sed
Panorm. concordat, dicens quòd non tenetur quatenus ve-
niendum ſit ad diſtractionem immobiliũ,vel mobiliũ pre-
tioſorum: tenetur autẽ quatenus poteſt ſatisfacere de alijs,
puta fructibus.Et hanc concordiam indubitatè veram credo
in prælatis.qui immobilia alienare non poſſunt,quia in præ-
iudicium ſucceſſorum nequeunt obligari. Si verò fiat ſacri-
ſtæ,Ioan.Andr.diſtinguit: quia ſi fuerat deputatus ad cuſto-
diam vaſorum,nõ ſit eccleſiæ,nec ipſa tenet.Si verò fuit de-

putatus ad cuſtodiam depoſitorũ:ſic ſecundum eum, & d.gl.
obligatur eccleſia ex tali cõtractu inito gratia deponẽtis tã-
tum:nec requiritur præſentia prælati & capituli:quia ſatis eſt
4 quòd illum à principio deputauerunt.¶Tertiò † quæritur,
quãdo præſumetur verſum in vtilitatẽ eccleſię:aut quis hoc
probabit? Et dico quòd prælatus præſumetur in eccleſiæ vti-
litatem illud cõuertiſſe:quãdo cõſuetus eſt bñ adminiſtrare
& gubernare bona eccleſiæ, ſecundum Arch. in c.hoc ius.x.
q.ij.& Bar.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.& latius ꝑ Bal.in auth.hoc
ius.C.de ſac.ſanc.eccl.Sed intellige,ſi depoſitũ fuit apud prę-
latum.Probabit autẽ,illud eſſe in vtilitatẽ eccleſiæ conuer-
ſum,qui hoc dicet.l.ei qui.ff.de proba.ſecundũ Inn.in d.j.qui
dicit hoc ſpeciale in depoſito& in mutuo:vt in d.authen.hoc
ius.§.is creditor. quod tamẽ in depoſito limita, niſi ſatisfieri
poſsit de fructibus:quia tunc non oportet probare illud ver-
ſum eſſe in vtilitatem eccleſiæ:vt in d.§.is creditor.Similiter
nec in alijs cõtractibus excepto mutuo:pro quo vide opinio-
5 nes diuerſas in c.quod quibuſdã.de fideiuſ.¶Quartò † quæ-
ritur,vtrũ teneatur depoſitarius, ſi pereunte depoſito ſaluat
rem ſuam,cùm nõ poſsit vtrãq; ſaluare?Et dico iuxta diſtin-
ctionem poſitã ſuprà Commodatum.§.xij.Et licet d.c.bona
fides.videatur velle quòd ſit in dolo, ſi ꝑdito depoſito habet
ſuam rem ſaluã:tamẽ hoc intellige quo ad pręſumptionem,
quæ in foro animæ ceſſat.Imò circa hoc ex rerũ & ꝑſonarũ
qualitate bonus iudex arbitrabitur dolũ affuiſſe, vel ne:nec
dari poteſt certa doctrina:quia ſicut ſuã vitã, ita & rem non
tenetur qs exponere,vt ſaluet alienã, etiã meliorẽ, niſi quã-
do rem alienam tenebatur æquè vt ſuam ſeruare:& ſua erat
6 vilior. De his Pan.in d.c.bona fides.¶Quintò,† vtrũ tenea-
tur hæres,aut alius, ſi depoſitũ mortuo factum diſtraxit? Et
dico quòd ſic,ſi doloſè fecit:ſi aũt bona fide ignorans rẽ de-
poſitam,nõ tenetur,niſi de eo quod ad eũ peruenit.Et idem
in commodato.l.j.§.vlti.& l.ſed & ſi non ſit hæres.ff.eod.tit.
Quod ſi minus vendidit,vel pretium non exegit ſine dolo:
tunc actiones tantum præſtabit deponenti aut cõmodanti:
vt in l.ij.ff. depo. Sed ſi rem pręſtare poſsit,& nolit:culpa,
id eſt,dolo nõ caret:vt l.planè.ff.depo.iũcta l.dolus. ff.man.
7 vnde tenetur.¶Sextò,† an teneatur qui in re ſua plus fuit di-
ligens quàm cõmunis hominum natura requirat: in depoſi-
to autem nõ plus,ſed tantùm?Et dicit Bar.in l.quod Nerua.
ff depo.quòd tenetur qui rebus depoſitis tenet̃ pręſtare dili-
gentiam tantã, quantam ſuis:aliàs eſt in fraude præſumpta.
Et ſi dicatur primò ꝙ nõ licebit ei ſuas preferre, cõtra præ-
dicta:dico hoc nõ ſequi:quia intelligitur quouſq; vtriſq; po-
teſt adhibere.Et ſi dicatur ſecũdò quòd iſti diligẽtia ſua erit
dãnoſa: & cõſequẽter ſtultus erit melioris cõditionis,quàm
peritus:dico illi diligentiã nõ eſſe dãnoſam,ſed dolum præ-
ſumptum: ex quo diligentiam adhibuit minorem depoſito,
quàm rei ſuæ:q̃ a eſt abſq; bona fide.Et idẽ tenet gl.¶Septi-
8 mò † queritur,vtrũ teneatur tabernarius aut nauta de re in
taberna vel naui depoſita eo ignorãte? Et dico quòd nõ, per
notata à Cardin.poſt ſpec.in cle.ne in agro.de ſta.mon. quia
non tenentur,niſi res conſignentur: & ſi conſignẽtur in ſac-
culo vel burſa,nec videantur:nõ credetur deponenti, ſi dicat
aliqua deperijſſe,niſi probet,ſecundum Matth.in ea.cle.§. ſa-
nè.nec ſtabitur iuramẽto eius,per c.fin. de iureiur.quia iura-
mentum non datur,niſi quando præcedit ſemiplena proba-
tio:vt in cap.ſi.quod me.cauſa.vide etiam infrà Nauta.per to
9 tum.¶Octauò † quæritur, vtrum teneatur bidellus de libro
in ſchola repoſito à ſcholari?Et dico quòd aut ſcholaris aſsi-
gnauit bidello librum ſpecificè,aut non.Si primum,tenetur
ſi pereat:quia tenet̃ ad cuſtodiã, ſicut cuſtos.Si tamen bidel-
lus reſtituit librũ ſocio ſcholaris conſueto vel familiari, aut
alicui deferenti aliquod ſignum ſcholaris, & ille inde aſpor-
tauit,ſecundũ Bart.in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonem.ff.de
fur.bidellus nõ tenetur.arg.l.eũ qui.& in l.argẽtum. ff.com-
mo.Ex quo infert Panor.in ca.ij.de fur.quod licitè quis rem
alterius reſtituit deferẽti ſignũ eius.quod tamen limitat,niſi
ſit pretioſa:quia de facili ſimplici ſigno credere nõ deberet.
Si autem ſecundum,adhuc poteſt diſtingui, ſecundum l.do-
minus.ff.loc.an bidellus obtulerit ſe ad cuſtodiam:& tũc di-
cit quòd tenetur.Aut non:& tũc non tenetur.Vel dici poteſt
aliter,ſcilicet quod tenetur bidellus ſpecialis, ſi eſt in culpa,
quia collectas & alia cõmoda habet,vt libros cuſtodiat:non
autem bidellus generalis,cuius officium nõ eſt cuſtodire li-
bros.Et in eo procedit opinio Bartol.Et vbi eſt generaliſtã-
tum,vt Senis,aduertenda eſt forma conſtitutionis, vt proce-
dat illa opinio, ſi ex conſtitutione tenetur cuſtodire libros:
aliàs ſecus.Hæc ex Panorm.ibi.Pro qua autem culpa tenea-
tur,vide ſuprà Cuſtos.per totũ. ¶Nonò † quæritur, vtrum 10
teneatur depoſitarius de vſu rei depoſitæ?Et dico quòd ſic,&
eſt fur:vt in l.qui furtum.ff.de cõdi.fur.quod limita,ſi ei pro-
hibitum fuit ne vteretur. Fallit hoc in duobus caſibus. Pri-
mò,ſi putauit dominum permiſſurum. ff.de fur.l. qui re.in
princip.etiam ſi minus probabiliter hoc putauit,ſecundum
Hoſtien.licet præſumatur contra eum, ſi cauſam nõ habuit
putandi.ff.de fur.l.qui vas.§.vetare.Secundò, quando depo-
nitur contentum numero,pondere,vel menſura:vt pecunia,
vel huiuſmodi,in quo ſcilicet propriè locum nõ habet depo-
ſitum.l.Quintus.ff.de depo.qđ limita,niſi obliget̃, ſiue obſi-
gnetur,aut claudatur:quia eo ipſo deponens videtur prohi-
buiſſe:niſi aliud diceretur expreſſe. ff.depo. l.ſi ſacculũ.& l.
licet.§.ei.Vnde patet quòd non tenetur de lucro:quia pecu-
nia depoſita ſine obſignatiõe licitè lucratur:niſi quatenus ex
hoc alicui infert̃ aliquod iniuſtũ intereſſe.¶Decimò † quæ-
ritur vtrum depoſitor poſsit pro ſua volũtate reuocare depo 11
ſitum quando voluerit:& depoſitarius reddere teneatur?Et
dico quòd ſic:vt in cap.bona fides.eodem tit. etiam ſi depo-
ſuiſſet vt ſibi certo tempore redderetur:vt in l.j.§.ſi depoſue-
ro.ff.eo.etiam contra pactum appoſitum,ſecundum Inno.in
dicto cap.bona fides.quia poteſt pœnitere:vt in d.l.j.§.pen.
Qui autem eo vtitur contra eius voluntatẽ,aut illud negat,
eſt fur.extra eod.c.j.& ſuo nomine cõdemnatus efficitur in-
famis.l.qui depoſitum.C.eo.Et idem in pignore.Qui aũt nõ
ſuo nomine,ſed procuratorio,tutorio,curatorio,vel defenſo-
rio,condemnatur,non efficitur infamis:vt in l.furti.§.ſi quis
alieno.ff.de his qui no.infa.¶In quatuor tamen caſibus red-
dere nõ tenetur.Primò,quando effectus furioſus gladiũ re-
petit: etiã ſi iuraſſet:ſemꝑ ſe ad eius petitionẽ redditurum.
xxij.q.ij.ne quis.¶Secundò,ſi deponẽs,poſt depoſitũ fuit de-
portatus,& bona eius publicata:quia in publicũ depoſitum
efferendum eſt:non ei qui depoſuit.l.bona fides.ff.depoſi.
¶Tertiò,quando fur & dominus in repetitione concurrunt:
quia præponitur dominus:vt in dicta l.bona fides.¶Quartò,
quando fur depoſuit apud dominum,cui ſubripuit,vel apud
proprietariũ:vt in ea.l.¶Vndecimò † quæritur,vtrũ ex cauſa
recompenſationis poſsit detineri depoſitũ? Et dico quòd nõ:
nec habet in eo locũ recompẽſatio in totum,vel deductio in
parte:vt in d.c.bona fides.licet in alijs recõpẽſatio admitta-
tur,ſi cauſa eſt liquida,ita quòd facilem exitũ habere credat̃
vt ibi.quod limita de recõpẽſatiõe directa:quia indirecta in
foro animæ admittit̃ in omnibus ſimpliciter:vt ſ.Cõpenſa-
tio.§. ij.¶Duodecimò † quæritur vtrũ poſsit quis rem ſuam
apud alium depoſitã furto ſubripere?Et dicit S.Tho.ij.ij.q.
lxvj.art.v.quòd non:quia grauat depoſitarium ad reſtituen-
dum,vel ſe oſtendendũ immunem:vnde tenetur eã reuela-
re



re ſi hoc fecerit. quod limita,niſi depoſitarius ſciuiſſet rem
depoſitam detineri iniuſtè à deponente:vel niſi eam denega-
ret verò domino ſimul cum vſurpatore repetente: quia cùm
eam iniuſtè teneat, licitè ab eo furtiuè ſubripitur eo modo,
quo alia iniuſtè detenta.arg.l.ancillæ.C. de furt.& l.bona fi-
des.ff.depo.De quo vide ĩ.Furtum.§. xij. An autem æſtima-
tio in depoſito adijciat gradum : dico quòd ſic , ſicut & de
commodato dictum eſt ſuprà Commodatum.§.vij.

## De Deriſione.

1 *Deriſionis finitio:& quando fieri propriè dicatur?*
2 *Deriſionem peccatum mortale eſſe: Et in Deum maximè gra-
uiſsimum.*
3 *Deſperatio ex quo cognoſcatur? Et quid ſpes: & quid innuere
videatur verbum deſperatio?*

DERISIO † ſecundum S.Tho.ij.ij.q. lxv. eſt, cùm quis
1 malum vel defectum alicuius in ludum vel riſum ponit,
vt erubeſcat:vñ eſt ſpeciale peccatum,habẽs ſcilicet ſpecialẽ
finem:quia ſicut in cõuicio intendit̃ honoris detrimentũ,& fa-
mæ in detractione,& amicitiæ in ſuſurratione:ita hic intẽdi-
tur erubeſcentia.Dicitur aũt propriè deriſio, ſi fiat verbo vel
cachinno:ſubſannatio verò ſi fit rugato naſo:& illuſio factis.
in quibus omnibus idẽ eſt finis.¶Eſt † autẽ peccatum morta-
2 le,ſecundũ mentem eiuſdem , quando malum graue ſeu no-
tabile exiſtimat̃ ita leue,ratione ꝑſonæ quã nõ exiſtimamus,
vt de eo non ſit curandũ,ſed quaſi habendũ pro ludibrio:ſi
autem hoc fiat,quia malũ eſt paruũ, ſecundũ ſe eſt veniale.
Et idẽ ſentit Alex.de Ales,qui videtur limitare,dũmodo pro-
ximus non vilificetur aut perturbetur notabiliter.Et hoc te-
ne:quia notabiliter ſpernere,aut ꝑturbare ſcienter ſine cau-
ſa ex ſola leuitate,eſt contra charitatẽ.Eſt aũt tantò grauius
peccatũ,quantò magis ꝑſonæ irriſæ debebat̃ reuerentia.Vñ
irriſio Dei eſt peccatũ grauiſsimũ:deinde ſanctorũ & ſacra-
mentorum:deinde parentum & prælatorũ.quartò irriſio iu-
ſtorũ,ꝓpter quã multi à bono ope retrahunt̃. ¶Deſperatio
3 † ex ſpe cognoſcitur:quia videtur importare priuationẽ ſpei
cum motu contrario.Eſt aũt ſpes virtus,certa expectatio fu-
turæ beatitudinis ex Dei gratia proueniẽs,& meritis habitis
vel propoſitis.Vñ deſperatio videtur importare diffidentiã
de aſſequenda felicitate , propter abſentiam gratiæ diuinæ,
& propriorum meritorũ habitorũ & propoſitorũ:ſicut cùm
quis exiſtimat ſe damnandum:quia nec credit Deum miſera-
turum:nec intendit ad illum conuerti . quod ex duobus pro-
uenit,ſecundum S.Tho. primò ex acedia ſeu triſtitia vel ne-
gligentia:ſecundò ex luxuria. & de hac vide ij.ij. quæſtio.xx.

## De Detractione.

1 *Detractionis definitio. Et quòd ea peccatum ſpeciale ſit à con-
tumelia differens, ſexque modis fieri ſolet.de quibus hic.*
2 *Detractionis peccatum num mortale ſit?Et an omnia verba fa-
mæ diminutiua,detractionis nomen ſubeat?Et quid de his,quæ
ex loquacitate proferuntur?*
3 *Detractoris lubens ac ſine reſiſtentia auditor , an mortaliter
peccet?Item qui de ſe mala,quæ ipſe non patrarit,dicit an mor-
tale committat? Et ad quid teneatur?nu.ſeq.*
5 *Detractor ad reſtitutionem famæ alienæ læſæ,qualiter tenea-
tur?Et ibidem ſubijciuntur limitationes ſeptem.*

1 DETRACTIO,† ſecundum mentem S.Tho.ij.ij.quæſ.
lxxiij.& aliorum Theologorum,eſt denigratio alienæ
famæ per occulta verba,id eſt, dicta in abſentia eius cui de-
trahitur.Et eſt ſpeciale pctm̃ differens à cõtumelia:vt patet
ex ſuprà dictis ſ.Deriſio.& fit ſecundum S. Tho. ſex modis.
Nam aut fit indirectè aut directè. Si indirectè , dupliciter.
Primò,negando bonum alterius Secundò,illud reticendo.Si
directè,quadrupliciter.Primò,quando alteri falſum imponi-
tur.Secundò,quando peccatum verbis augetur.Tertiò,quan-
do reuelatur peccatum occultum , ſcilicet verbis communi-
bus,ſignis,cãtilenis,ſeu etiã ſcriptis, quæ dicunt̃ libelli famo-
ſi:de quo ĩ.Libellus.Quartò,peruertendo intentionẽ,& dicẽ-
do bona mala intẽtione facta.¶Primò † verò quæritur,vtrũ 2
ſit pctm̃ mortale?Et dicit S.Tho.& alij Theologi,ꝙ ſic ꝑ ſe
loquendo multo magis quàm furtũ:quia fama pretioſior eſt
inter temporalia:& per eius defectũ homo impeditur à mul-
tis bene agendis.Sed tñ vt dicit S.Tho. contingit quòd quis
verba ꝓferat diminutiua famæ:& nõ erit detractio forma-
liter:vt ſi proferat propter aliquod bonum,vel neceſſarium,
& cum debitis circunſtantijs:& ſic nõ eſt peccatũ:vt in accu-
ſatione & denunciatione patet,ſcilicet quando fiunt propter
bonum.Si autẽ proferat ex leuitate,vel propter aliquod non
neceſſarium,nõ erit mortale,niſi fortè verbũ ſit adeò graue
quòd notabiliter fama lædatur,pręcipuè in pertinentibus ad
honeſtatem vitæ:quia hoc ex ipſo genere verborũ habet ra-
tionem peccati mortalis.hæc ex illo.Qui habet in ſuis dictis
virtualiter iſtam maximam,quòd detractio tũc ſemꝑ,& tũc
ſolùm,eſt peccatũ mortale,quando notabiliter quis lædit fa-
mam ex intentione vel ipſo facto ſine cauſa rationabili:licet
videatur requiri læſio maior qñ abeſt intentio lædendi , ſe-
cundum mentem eius:quæ tñ certa regula non poteſt diffi-
niri.Adde primò ſequi ex his quòd qui ex loquacitate ꝓfert
ea,quæ & ꝓ mortali & pro veniali poſſunt accipi,vt dicẽdo,
talis eſt magnus ſuperbus,auarus, iracundus, vel huiuſmodi,
quæ ſumi poſſunt & ꝓ naturali inclinatione & motu primo,
non peccat mortaliter:quia talis ex ſe nõ lædit famam nota-
biliter:quia audientes debent in meliorẽ partẽ interpretari,
& non ſcandalizari.de reg.iur.eſtote.Adde ſecũdò,idẽ eſſe in
his quæ ſunt modicæ importantiæ:vt venialia,quæ cõmuni-
ter nõ infamãt,ſecundũ Arch.& ratio patet.Et tertiò idẽ eſ-
ſe in mortalibus notorijs,ſecundum Archi.quia non læditur
fama iam læſa.quod intellige ſi ſunt notoria ei,cui dicuntur:
aut ſaltem probabile eſt quòd ſtatim ventura ſunt in notitiã
eius:aliàs fama notabiliter læderetur.Et quartò idem eſſe in
criminibus mortalibus etiã occultis,ſi ſunt minora notorijs,
ſicut non eſt infamia notorio homicidæ & furi quòd ſit for-
nicatus..Et quintò idem eſſe,ſecundũ Sco.quando ex loqua-
citate dicuntur infamatoria recitatiuè: quia ex natura talis
actus non aufertur fama in opinione audientis: quia citò cre-
dens leuis eſt corde.Si tamẽ aliquid adderetur prouocans ad
credendum,eſſet mortale,ſecundũ Laud.quod intellige quã-
do notabiliter fama læditur , vt dictum eſt.¶Secundò † quæ- 3
ritur,vtrum peccet mortaliter auditor detractoris ſine reſi-
ſtentia?Et dicit S.Tho.quòd talis videtur conſentire:& con-
ſequenter particeps criminis eius fieri.quod quidẽ ſi facit in-
ducendo ad detractionem,vel ſaltem in illa complacẽdo,nõ
minus,ſed quandoq; magis peccat quàm detrahens.vnde pec-
cat mortaliter quando & detractor.Si verò hoc facit,non qa
placet ei peccatum:ſed ex timore vel negligentia, aut vere-
cundia,peccat minus quàm detrahens,& quandoque quidem
venialiter tantùm:quandoque verò etiam mortaliter poſsibi-
liter:vt qa ex officio incũbit ei corrigere detrahentẽ,vel etiã
propter aliquod periculum inde ſequens: aut propter radi-
cem,qua timor humanus aliqñ poteſt eſſe mortale. de quo
infrà Timor.Et conſentit Alexan.¶Tertiò † quæritur,vtrum 4
mortaliter peccet, qui de ſe ipſo dicit mala quæ nõ fecit?Et
dico quòd ſic,ſi nõ facit ratione torturæ:& tenetur retracta-
re.arg.cap.non ſunt audiendi.xj.quæſt.iij.Et idem tenet glo.
in c.j.xv.q.v.ſi quis ratione torturæ hoc faciat propter euitã-
da tormenta:ſed non eſt verum:ſiue talia dicantur de ſe,ſiue
de alio:

de alio:quia talis confeſsio non infamat efficaciter:nec valet.
eſſet tamen mortale,ſi extra tormenta ratificaret talia, per
quæ ipſe eſſet damnandus,& alius damnificandus:& teneret
retractare dicta de alio:dicta verò de ſe nõ tenetur retracta-
re,ſi timet ſibi renouari tormẽta,quibus mortem præelegit.
hoc Sum.Ang.& verũ eſt fortè,ſi ſperat ſe retractaturũ poſt
ſententiã ante mortẽ:tamen quicquid ſit de hoc, ſcdm Pan.
in c.ex parte .el ij.de ſepul. per illum text.& per c. non licet.
xxiij.q.v.tenet ſaltẽ in extremo publicè reuocare, quod tor-
mẽtorũ metu falſo confeſſus eſt:aliter eſt in periculoſo ſta-
tu.& clarius Felin.de reſti.cog.cap.j.& Soci.in repetitione ſu
per cap.ad audientiã.de homi.& Arch.ij.parte.tit.ij.c.ij.§.iij.
5 ¶Quartò† quæritur,vtrũ & qualiter detractor reſtituere te
neatur? Et dico,ſecundum omnes doctores,quòd qui famam
ſubripuit,reſtituere tenetur,quod limita,ſi dixit vel fecit ali-
quid de ſui natura infamatorium, vnde ſecuta fuit infamia
apud illum,apud quem non erat ſiniſtra opinio. Et ſi quidem
dixit verũ:non tenetur reſtituere dicendo ſe mẽtitum:ſed ex-
cuſando eo modo quo poteſt:puta dicendo ſe malè feciſſe,&
huiuſmodi. Si verò dixit falſum:tenetur dicere ſe eſſe menti-
tum. Fallit quod dictum eſt in ſeptem caſibus. ¶Primò,quã-
do ſequeretur infamatio maior:puta,quia fortè non recordã
tur amplius qui ab eo audiuerunt , & vulnera renouari con-
tingeret. ¶Secundò, qñ fieri non poteſt reſtitutio ſine peri-
culo ꝓbabili alicuius peccati mortalis, vel mortis corpora-
lis,& huiuſmodi:quia tale malum præponendũ eſt famæ. Te
netur tamen infamator ad aliquid æquiualens,ſecundum ali
quos,quando fama reſtitui non poteſt.arg.c. eccleſia ſanctæ
Mariæ.vt lit.pen.nihil inno.tamen credo,quòd ſicut qui pe-
cuniam reſtituere non poteſt,non poteſt recompenſare in fa
ma,quæ non eſt eiuſdem generis:ita neq; econuerſo. ¶Ter-
tiò,qñ dixit his quibus debebat: puta prælato denuntiando
vel accuſando:aut his qui poterant prodeſſe. ¶Quartò qñ ta
lia de ſui natura non erant infamatoria:puta, quia interpre-
tari poterant in peccatum veniale. ¶Quintò,quando dicit ſe
audiuiſſe:nihil addendo,ex quo faceret credulitatem, ſcdm
Lau. Aſten.aũt addit quòd ſi ſequatur infamia : nihilo minus
tenetur.quod ſecundũ mentem Sco.limita,quãdo quis refert
malo animo.ſecus ex inconſiderata loquacitate. ¶Sextò,qñ
is cui dixerat , ſciuit poſtea per aliã viam publicato eo quod
tunc erat ſecretũ. ¶Septimò,quãdo ille omnino erat infama
tus de eodem,ſaltem apud illum cui dixit,vel de maioribus.

## De Diacono & ſubdiacono.

1 *Diaconus ac ſubdiaconus, vnde deflectãtur: & quid ꝓpriè ſint?*
2 *Iura quantum ad ſubdiaconum pertinet , quid conſtituerint?*
*Et quo tempore ſubdiaconatus ordo ſacer eſſe cœpit? Et quid*
*aut illi præcipiatur,aut ex ordine permittatur ac liceat?*
3 *Iura quid quo ad diaconum ſanciuerint?*
4 *Stephanus ante diaconi officium prædicaſſe non legitur. Et an*
*ſimplex ſacerdos,non curatus, aut diaconus, prædicationis o-*
*nus,niſi de epiſcopi licentia ſubire non poſſunt. Et quid de an-*
*tiquis nullum ordinem prorſus habentibus?*
5 *Diaconus ſolenniter ad Euangelium cantandum indutus,in*
*choro cantans,an ſententiam excommunicationis incurrat?*
6 *Veſtes quæ & quot ſint ſacerdotibus neceſſariæ. Et ex his,quæ*
*ſint omnibus miniſtris communes?*

1 DIACONVS† Græcè, Latinè miniſter dicitur: qa ſicut
in ſacerdote cõſecratio:ita in diacono miniſterij diſpẽ-
ſatio habetur.xxj.diſt.cleros. Vnde diaconus ꝓpriè eſt mini-
ſter ſacerdotis,ſcilicet proprius & immediatus. Subdiaconus
verò dicitur hypodiaconus:qui ideo ſic dicitur,quia ſubiacet
præceptis diaconi,vt ibi. Vnde eſt miniſter diaconi,& non ſa-
cerdotis,niſi ex directione & præcepto diaconi. ¶Primò ve-
rò quæritur,quid de ſubdiacono iura tradiderint? ¶Et dico
primò,quòd ſecundum Iuriſtas tempore Apoſtolorũ ſubdia
conatus non erat ſacer ordo.diſt.lx.innouamus.& cap.nullus
in epiſcopũ.ſed tempore Gregorij & Vrbani fuit ſacer ordo
non quidem ex inſtitutiõe papæ vel eccleſiæ,ſed ex diſtinctio
vſu eius:quia cõſueuerãt antè diaconi facere officia omnium
ordinum inferiorum propter miniſtrorum paucitatem.& cõ
cordat S.Tho.in iiij. ¶Dico ſecundò,ꝙ ſubdiaconibus indi-
citur continentia ex inſtituto Gregorij:ſic vt eis vti nõ liceat
etiam matrimonio antè contracto:ſicut nec diaconibus & ſa
cerdotibus eccleſiæ occidentalis.diſtin.xxxj.ante triennium.
¶Dico tertiò,ſecundum Petr.de Pal. ꝙ hic ordo eſt primus
ex ſacris:quia ſubdiaconus tãgit ſacra vaſa nuda manu:quod
nulli inferiori ꝑmittitur : vnde ordinato ad ſubdiaconatum
debet ab ordinatore vel ſucceſſore de victu ꝓuideri.de æta.
& quali.accepimus. Et regulariter non debet quis ad aliquẽ
ſacrum ordinem promoueri,niſi intitulatus ſit ad beneficiũ:
vel ſaltẽ habeat patrimoniũ ſufficiens:nec cogatur mendica
re,& vileſcat clericatus.xciij.diſt.diaconi. ¶Dico quartò,ꝙ
ad ipſum pertinet calicẽ & patenã ad altare Chriſti deferre,
& tradere leuitis,eiſq; miniſtrare: vrceolũ quoq; cum aqua,
mantile,id eſt,manutergium tenere epiſcopo:presbyteris &
leuitis pro lauãdis ante altare manibus aquam præbere.diſt.
xxv.perlectis. ¶Secundò† quæritur,qd iura de diacono tra-
diderint? Et dico primò,quòd,vt ibidem dicitur,ad ipſum ꝑ-
tinet ſacerdotibus aſsiſtere, & miniſtrare in omnibus quæ
agunt in ſacramentis Chriſti:oblationes offerre,ac diſpone-
re in altari,crucem ferre,prædicare Euangelium:qđ S.Tho.
videtur limitare in iiij.diſt.v. dicens quòd ad diaconum per-
tinet prædicare,id eſt, Euangelium recitare in eccleſia:quod
eſt linguis loqui.& conſentit gl.xvj.q.j.adijcimus.ad ſacerdo
tes aũt exponere & exhortari:quod eſt prophetare. Sed Pet.
de Pal.videtur diſtinguere,& velle ꝙ ad diaconum pertineat
prædicare actu ex cõmiſsione:habilitare verò ex officio:di-
cens quòd eius eſt prædicare:non quòd ex ordine habeat au
thoritatem,ſed habilitatem:quia ei ſoli, & non inferiori,cõ-
mitti debet. ¶Vnde† Stephanus ante officium diaconi nõ le 4
gitur prædicaſſe. Vñ nec diaconus,nec ſimplex ſacerdos,ſci-
licet nõ curatus,prædicare poteſt, niſi de licentia epiſcopi:vt
in d.cap.adijcimus.& de hære.cum ex iniuncto. Simplicẽ ta-
men exhortationem faciebãt antiqui patres nullum penitus
ordinẽ habentes. ¶Dico ſecundò,ꝙ ſecundum S.Tho.diaco-
nus non eſt proprius miniſter alicuius ſacramenti:eſt autem
proprius diſpenſator ſanguinis Chriſti in calice,id eſt,ex offi
cio,ſecundum Arch.non autem corporis,quod ei tangere nõ
licet:quia non habet manus cõſecratas:eſt tamen eius diſpẽ-
ſator,ſecundũ eum:& omnes in neceſsitate de iuſſu epiſcopi
vel presbyteri:imò in extrema neceſsitate poteſt,ſecundum
Veruec.abſentibus epiſcopis & presbyteris cõmunicare in-
firmum,ſcilicet ſine alia licentia,ſi iuſſus expectari non poteſt,
ſecundũ Hug. Præſente etiã presbytero in neceſsitate,idẽ
ſecũdum Veruec.quãdo presbyter eſt feſſus,vel aliàs ad hoc
impotens,poteſt illud populo diſpenſare diſt.xciij.diaconi ꝓ
ſe.& cap.præſente. Imò videtur velle S.Tho.quòd hoc poſſit
præſente epiſcopo vel presbytero, & iubente etiam ſine ne-
ceſsitate:quia dicit quòd eſt miniſter de licentia vel neceſsita
te,peccaret tamẽ iubens ſine cauſa:ſed hoc diaconus diſcute-
re non debet. Imò videtur aliqui velle quòd in neceſsitate po-
teſt illud exhibere petenti cõtra prohibitionem prel. v. et
niſi expreſſa cauſa prohibeat:puta, quia eſt vſurarius vel im
pœnitens.ſed hoc non bene dicitur:quia ſi ſecundũ iura præ
ſente presbytero non poteſt niſi iuſſus : multo minus poteſt
præ-



prohibitus:nec habet ipſe diſcutere an rectè ꝓhibeat nécne,
ſed obedire:maximè cùm hoc ſacramẽtum nõ ſit neceſsita-
tis. Laicus autem hoc ſacramẽtum diſpenſare nõ poteſt vlla
neceſsitate vel iuſſu:de conſec.diſt.ij.peruenit.poſſet tamen
illud releuare de luto:quia hoc eſt illud reuereri. ¶Dico ter-
tiò quòd in c.in ſancta Romana.diſt.xcij.Greg. dicit ſe con-
ſtituere vt in hac ſede,ſcilicet apoſtolica,ſancti altaris mini-
ſtri cantare nõ debeant,ſolumq; Euãgelicæ lectionis officiũ
intra miſſarum ſolennia exoluant:ſi quis autem cõtrauenire
tentauerit, anathema ſit.hæc ibi. Ex † quibus tenet Hug. ꝙ
5 generaliter diaconus indutus ſolenniter ad cantãdum Euan
gelium,cantans in choro ſit excõmunicatus:innixus illi ver-
bo,miſſarũ. Cuius opin.gl.ſequitur, & Sum.Roſ. ſed ex text.
patet hãc prohibitionẽ locum habere ſolum in eccleſia Ro
mana:quia dicit,in hac ſede.imò Sum. Angel.hoc limitat ad
diaconum Cardinalẽ ſolùm.quod etiã nõ bene dicitur: quia
d.c.in ſancta.ꝓhibet generaliter:& ratio eius eſt generalis.
& ita firmat ibi gloſſa,Hug.& Præpoſitus. In eccleſia ergo
Romana eſt prohibitũ ſub anathemate:alibi verò eſt ꝓhibi
tum ratione conſuetudinis,ſed non ſub anathemate: pro ne-
ceſsitate tamẽ chori credo quòd liceret. ¶Tertiò † quærit,
6 quid de veſtibus horum? Et dico, ſecũdum Pet.de Pal.ſacer-
doti ad celebrandũ neceſſarias eſſe ſex veſtes benedictas ne-
ceſsitate præcepti,ſcilicet albam,cingulum,amictum, mani
pulum,ſtolã,caſulam:quarũ tres primæ ſunt omnibus mini-
ſtris cõmunes:licet nõ ſit neceſſe quòd his benedictis vtant:
quia diaconũ & multò magis inferiores nõ oportet vti bene
dicta veſte,puta alba:cum omnino ſine alba,cũ ſtola, mani-
pulo,& ſuperpellitio ſolenniter dicat Euãgelium, etiam co-
ram epiſcopo. Caſula vtitur ſacerdos,& in miſſa tãtùm, non-
autem vllus inferior:niſi ſicut habet cõſuetudo,quòd diaco-
nus explicatã poſtpoſitã vel in humero portat in miniſterio.
Sed intellige in diuinis miniſterijs: ſecus in proceſsionibus.
Stola autem,quæ & orariũ dicitur,nulli inferiori diacono vti
licet.xxiij.diſt.miniſterium. Hac autẽ vtitur diaconus in ſini-
ſtro humero cùm dicit Euãgeliũ.diſt.xxv.vnũ. Hac tamẽ vti-
tur ſacerdos in celebratione & exhibitione ſacramentorũ,&
in omni oratione ſolenni:nec portare debet infirmis Eucha-
riſtiam,niſi ea circũſeptus in pectore in modũ crucis. Et ſimi
liter ea vtitur epiſcopus in cõferendo ordines,etiã primã tõ-
ſurã: quia ſic habet eccleſiæ cõſuetudo. Manipulũ verò nulli
ſubdiacono inferiori portare licet, licet tunicellam portare
liceat,etiã nõ ſubdiacono:quia non eſt propria veſtis eius, ſi-
cut manipulus. Quid velint iura de conſtitutis in minoribus
ordinibus, infrà Ordinatus. & ſuprà Clericus. Quid verò de
ſacerdotibus & epiſcopis,infrà in titulis ſuis.

## De Die.

1 *Dies ſiue in iudicijs,ſiue in contractibus, qualiter ſumatur. Et*
*miliare quid continere dicatur, & quid paſſus?*
2 *Diem ad aliquid agendum præfixum,pro homine interpellare.*

1 DIES,† licet accipiatur ꝓ naturali, id eſt,ſpacio xxiiij.
circiter horarũ,& pro arficiali,id eſt,ſpacio quo ſol ab
Dies. oriente in occidentẽ in noſtro hemiſphærio mouetur:
tamen cõmunis pro artificiali capit:& in iudicijs dies cõtinet
xx.milliaria Italica,ſecundũ leges:vt ff.ſi quis cau.l.j.& ff. de
Milliare. verb.ſig.l.in itinere. Milliare etiã habet mille paſſus: & paſ-
ſus quinq; pedes:vt in d.l.in itinere.in tex.& in glo. In cõtra-
ctibus autẽ ſtandũ eſt arbitrio boni viri:vt attenta qualitate
& cõditione promittẽtis limitet.ff.de verb.oblig.l. cõtinuis.
§ cum ita.qui tñ ſine cauſa euidẽti à cõmuni cõſuetudine re-
cedere nõ debet,quæ eſt optima legũ interpres.de cõſuet.cũ
dilectus.ff.de legi.l.ſi de interpretatiõe. Et hac ratione fortè
dicit gl.in c.nonnulli.de reſcript.quòd ſecundum cõmunem
vſum loquendi aſsignabantur milliaria.vnde ſi conſuetudo
eſt quòd dent xxv.illi ſtabitur. Interpellat † autẽ dies ad ali- 2
quid faciendũ alicui aſsignata,pro homine.de loca.potuit.C.
de cõtrahen.& cõ.ſti.l.magnã.C.de iur.emphy.l.ij.vñ tenet
ſine alia monitione. De die autẽ feſto, vide infrà Dominica.

DIFFAMATIO, eſt idẽ quod detractio. vnde vtraq;
opponitur famæ,& cõtra eam implorari poteſt iudi-
cis officium,vt diffamantem cõpeſcat:& ille tenetur:
vt in l.diffamari.C.de inge.ma.not. Innocẽ.in c.cõquerente.
de offic.ordi. Vide ſuprà Detractio.

¶DIFFIDATVS an poſsit impunè ſpoliari & occidi,
vide ſuprà Aſſaſsinus.§.iij.

## De Dignitate & Perſonatu & Officio.

1 *Dignitas ſiue ſecularis,ſiue eccleſiaſtica, quid ſit? Et habere di-*
*gnitatem, eſt in foro contentioſo iuriſdictionem habere. Et an*
*Abbatiſſa dignitatem habere dicatur?*
2 *Perpetuum dici,quod in potentia perpetuum eſt. Et ibidem an*
*miniſtri,qui ſine iuriſdictione penitus, aliquod officium exer-*
*cent,quales procuratores,ſyndici, & huiuſmodi,dignitatẽ ha-*
*bere dicantur.*
3 *Perſonatus definitio: & ibidem quòd quandoq; pro dignitate*
*accipiatur. Officium cõmune nomen dignitati, perſonatui &*
*officio ſimplici.*
4 *Succeſſor in dignitate,num ex cõtractu cum predeceſſore ini-*
*to teneatur?*
5 *Dignitas num appeti,aut quæri poſsit? Et ibidem quòd ad tria*
*genera dignitates omnes reduci poſsint. Et quot ſint neceſſaria*
*dignitatem appetenti: Et an liceat dignitatem, iuriſdictionem*
*aut curam habentem, appetere?*
6 *Epiſcopus in promotione ad dignitatem cum habentibus aut in*
*ætate, aut in ordine defectum, num diſpenſare poſsit?*
7 *Officium temporale num appeti, & etiam aliquo dato quæri*
*poſsit? Et num officialis aliquid recipere queat, vbi officiũ gra-*
*tis exhibere tenetur. num.ſeq.*
9 *Officium ad quod quis tenetur, an premium generaliter, hoc*
*vel illud facienti promiſſum, mereatur?*
10 *Mutuare dominus pro officio, an liceat? Et quid de mutuante,*
*vt ad ſuam apothecam accedatur? Et num id in ſpiritualibus*
*officijs ſimoniam induceret?*

DIGNITAS, † ſecundũ Arch.in c.j.de cõſue.lib. vj. 1
aliquãdo eſt poteſtas,cõditio,vel prærogatiua ſecu-
laris:vt xxiij.q.v.adminiſtratores. & C.de digni. libr.
xj. Et hæc eſt dignitas ſecularis:ſed dignitas eccleſiaſtica eſt
adminiſtratio rerũ eccleſiaſticarũ cũ iuriſdictiõe,etiã in mo
dicis cauſis,ſecundũ Pet.de Anch.in cle.ſi dignitatẽ. Igit ha-
bere dignitatẽ,ſecũdum Pan.in c.de multa.de prębẽ. eſt ha-
bere iuriſdictionẽ in foro cõtentioſo: ſicut habẽt archipreſ-
byteri in eccleſia Pictauiẽſi:qui excõicant,ſuſpẽdunt, & ab-
ſoluunt. Vnde quilibet rector ſeu prior eccleſiæ collegiatæ
habet dignitatẽ,ſecundũ Pan.in cle.j.de elect.& in cle.ne in
agro.de ſta.mo.& do.de Rota deciſ.clxvj.ꝓ quo facit text. in
c.indẽnitatibus.de elect.lib.vj .vbi abbatiſſa dicit habere di-
gnitatẽ. Et tenet hoc etiã Card.in cle.ij.de reſcrip.& ibi gl.di
cens in hoc approbatã eſſe opinionem Abbatis. quod Inn.in
d.c.de multa.limitat ſi iuriſdictio eſt ꝑpetua: allegãs c.ij. de
ſta.mo.§.fi. Sed tu dic quòd ſufficit ſi poſsit eſſe perpetua:vt
in Prouincialibus & Miniſtris:imò etiã in Prioribus & Gar-
dianis ordinum mendicantium: vt ſ. Delegatus. §. ij. quia
† dicitur eſſe perpetuũ,quod eſt in potẽtia perpetuũ: vt not. 2
Card.in d.clem.ij. Et tex.eſt ꝓ hoc in c.clericos.in verbo,per-
petuam.iuncta glo.de coha.cle.& mul. Item dicitur dignitas
ſi in eccleſia, vbi eſt, reputet pro dignitate,& habeat admi-
niſt-

niſtrationem rerum perpetuam:licet nõ ſit numerata inter
eccleſiaſticas dignitates,ſecundum Innocen.ibidem.Miniſtri
autem,qui ſine penitus iuriſdictione exercẽt aliquod officiũ,
ſicut procuratores,ſyndici & ſacriſtæ,qui pulſant campanas,
non habent dignitatem,etiã ſi eſſent perpetui.Secus ſi habe-
rent iuriſdictionẽ.ff.de offic.procur.Cæſa.l.vlt.ſecundũ eun-
dem Innoc.Item dicitur dignitas,quæ appellatur aliquo no-
mine de dignitatibus iuris:vt Archidiaconatus,&huiuſmodi,
etiam ſi nõ exercent officiũ,ſecundum Innoc.ibidem. Ex his
autem patet quòd vicarius epiſcopi non habet aliquã digni-
3 tatem,ſecũdum Pan.vbi ſuprà.¶Perſonatus † autem ſecun-
*Perſo* dum Arch.vbi ſ.eſt quædã prærogatiua in eccleſia ſine iuriſ
*na-* dictione:vt habere ſtallũ honorificũ in choro, in capitulo,in
*tus.* optionibus in proceſsionibus, in vocibus dãdis, & ſimilibus,
plus quàm alij ſui ordinis canonici:& nõ tanquam alij in di-
gnitate cõſtituti.Vnde patet quòd differt à dignitate:quãuis
ſecundum Innocen.vbi ſ.aliquãdo accipiatur pro dignitate.
¶Officium aliquando eſt nomen cõmune dignitati & perſo-
natui & officio ſimplici:quod,ſecundum eundem Arch.vbi ſ.
eſt adminiſtratio rerũ eccleſiaſticarũ ſine iuriſdictione: adde
& ſine prærogatiua in choro vel alibi:ſicut ſyndici,procura-
tores,caſtaldi: de quibus j.q.iij.ſaluator. Itẽ vice dominus,&
ſimiles,qui ſicut picæ habent referre,habẽt officiũ,& non di
gnitatem.Iſta ergo ſic differunt:quia dignitas habet admini-
ſtrationem & iuriſdictionẽ : vel habetur pro aliquo tali , vel
habet nomen:officiũ autem habet adminiſtrationem ſine iu
riſdictione:perſonatus neutrũ habet: ſed tantùm prærogati-
uam,id eſt,excellentiam ſupra alios quo ad aliquid.¶Primò
4 †verò quæritur,vtrũ ſucceſſor in dignitate,teneatur ex con-
tractu inito cum prædeceſſore?Et dicit Panor.in c.j.de prob.
quòd ſic ſi fuit initus nomine dignitatis:etiam ſi fuerit initus
cum ſubdito ſuo.Et ita tenet Cyn.in l.digna vox.C. de legi.
& Io.And.&cõmuniter ſequẽtes:etiã ſi talis ſit papa vel Im-
perator.Et facit l.Cæſar.ff.de publica.& etiã,quia talis obli-
gatio eſt de iure naturali,cui princeps ſubmittit.Facit clem.
5 paſtoralis.§.certum.de ſen. & re iudi. ¶Secundò † quæritur,
vtrum dignitas poſsit appeti vel quæri?Et dico quòd nõ,ſi ſit
eccleſiaſtica:imò talis ipſo iure efficit indignus, & debet re-
pelli.j.q.vj.ſicut is qui.dignitatem verò ſecularẽ aptus & di-
gnus poteſt appetere,& petere ab eo qui poteſt eã dare, etiã
mediãte pecunia:dummodo palã detur & petatur.ff.de pol-
li.l.j.§.j.ff.de decu.l.eos.ff.de offic.prӕto.l.Barbarius.in prin.
ibi:nõ ambitu,vel pretio.Similiter etiã licet petere vel dare
pecuniã,vt cõfirmet:vt not.gl.in d.l.eos. & facit gl.in l. vni-
ca.ff.ad leg.Iul.de ambitu.Similiter licet emere militiam.l.
creditor.ff.de act.emp.§.inter vẽditorẽ.Sed,pro his limitandis,
*Tria* nota quòd omnes dignitates vidẽtur ad tria genera reduci:quia
*gene-* cùm omnis dignitas habeat annexũ honorẽ:aut habet hono
*ra di-* rem præciſè ſine adminiſtratione & iuriſdictione: vt militia
*gni-* in ſeculo, & ſtallus in clero: aut honorem & adminiſtratio-
*tatis.* nem præciſè,ſicut eſſe regis theſaurarium, aut eccleſiæ ſyn-
dicum vel caſtaldum:aut honorem, & adminiſtrationem, &
iuriſdictionem ſicut rex,iudex,vel poteſtas,aut epiſcopus,vel
alius prelatus.Primam appetere licet eo modo, quo & hono
rem:de quo dicit Sanct.Tho.ij.ij.quæſt.cxxxj. quod eius ap-
petitus eſt peccatum, ſi ſit ſupra vires, vel non referatur ad
Deum,vel ad vtilitatẽ:ſed propter ſe appetatur.Vnde licitè
appetitur moderatè,ad aliquem bonum finem. Secũdam ſi-
militer appetere nõ licet propter ſe, aut ſi ſit ſupra propriam
facultatem:ſed ſolùm moderatè,id eſt ſi quis ad eam ſit ido-
neus:& ad bonum finem,puta ſuſtentationem ſuam, vel vti-
litatem aliorum.Tertiã ſimiliter licet appetere eodẽ modo,
ſi ſit ſecularis.Vnde ſecundũ Ariſt.in Poli.licitè appetit prin-
cipatum propter vtilitatẽ Reipublicӕ, qui ſcit ſe eſſe dignum,
id eſt,habere tria.Primò,amorem ad cõſiſtentem politiam.
Secundò,potentiam maximorum operum principatus.Ter-
tiò,virtutem & iuſtitiam.Tamen ſecundũ eũ,non bene ſtatu-
tum eſt ipſum petere, qui principatu dignificabit, id eſt,
eſt dignus principatu. Cuius ratio eſſe poteſt: quia iſta peti-
tio habet ſpeciẽ mali,id eſt,ambitionis:cùm intentio,quæ ad
vtilitatem reipublicӕ petit,nõ videat.Vñ dignitatẽ eccleſia-
ſticam habentẽ iuriſdictionẽ vel curam, ad quam nullus eſt
dignus,niſi per gratiam, quã nullus ſcit ſe habere, nõ ſolum
non licet petere ſiue quærere, ſed nec etiam deſiderare,
ad bonum finem,niſi ſecundũ quid:puta, velleitate quadam,
puta,ſi eſſem dignus,vellem à Deo promoueri ad bonũ:
vellem vt Deus me dignũ faceret,vt alijs in prælatione pro-
deſſem.vide infrà Epiſcopus.¶Tertiò † quæritur,vtrum epi- 6
ſcopus poſsit diſpẽſare in promotione ad dignitatẽ cum ha-
bentibus defectũ in ӕtate vel ordine?Et dico quòd, ſecũdum
Io.And.ſolus papa diſpenſat vt promoueatur in epiſcopum,
qui nõ compleuit xxx.annum.de elect. cum nobis olim.Sed
quantũ ad alias dignitates ſine cura diſpenſat epiſcopus cum
eo,qui cõpleuit xx.annũ.de æta.& quali.permittimus.lib.vj.
Quantum autem ad parochiales eccleſias nõ poteſt: vt not.
idem Ioan.And.de elect.licet canon.lib.vj.Similiter in defe-
ctu ordinis ſolus papa diſpenſat ad epiſcopatum,ſecundum
eum.extra de offic. leg.quod tranſlationem.de excel.prӕlat.
ſicut vnire.Sed quo ad alia etiam epiſcopus.de ӕta.& quali.
præterea.& cap.tuum.vbi ex diſpenſatione epiſcopi ad abba-
tiam aſſumitur,qui nõ eſt ſacerdos. Super ӕtate autẽ quo ad
ordines diſpenſare non poteſt,ſecundum gl.in clem.genera-
lem.de æta.& quali.& idẽ Paul.Vtrum autem poſsit quis ſi-
mul multas dignitates eccleſiaſticas habere, ſuprà Beneficiũ
iiij.per totum.¶Quartò † quæritur,vtrum temporale offi- 7
cium appeti poſsit,& quæri aliquo dato?Et dicit Gemin.in c.
pro humani.de homic.lib.vj. quòd ſic,ſi duo cõcurrant. Pri-
mò quòd detur publicè: quia dare clãdeſtinè reprobatur.ff.
de polli.l.j.& ij.ff.de admi.tuto.l.nõ exiſtimo.Nec obſtat l.
vnica.C.ad legẽ Iul.de ambi.quæ prohibet aliquem ad offi-
cium promoueri prӕtio vel ambitione: quia ſecundum glo.
in l.Barbarius.ff.de offic. prӕto. loquitur quãdo ſecretè da-
tur.Secũdò,ſi cupit prodeſſe,& non obeſſe.Sed hoc limita,ſi
cupit prodeſſe alteri,vel ſibi ſine alterius iactura,&ſi ſit ido-
neus.Nec diſtinguo in hoc vtrum officium ſit eccleſiaſticũ
vel ſeculare:ſicut diſtinguit Sum.Angel.ſentiens æquè illici-
tum eſſe appetitum eccleſiaſtici officij,ſicut eccleſiaſticӕ di-
gnitatis.quod eſt falſum:quia ad officium,puta ſyndicatum,
vel tabellionatum,poteſt quis ſcire ſe eſſe dignum cùm gra-
tia non requiratur: non ad dignitatem. vnde huiuſmodi ap-
peti poſſunt bono fine,ſuppoſita idoneitate.& pro his poteſt
pecunia dari,ſaluis his,quæ dicẽtur infrà in verbo, Simonia.
§. ix. particula vltima. ¶Quintò † quæritur vtrũ officialis
poſsit aliquid recipere, quando tenetur gratis officium exhi-
bere?Et dico quòd non:vt in l.finali.C.ad leg. Iul. de ambi.
vbi prohibetur receptio, cùm quis eſt in adminiſtratione,
etiam poſt depoſitum officium, pro beneficio præſtito tem-
pore adminiſtrationis.de quo vide infrà Iudex.§. vij.cũ ſeq.
¶Sextò † quæritur, vtrum officium, ad quod quis tenetur,
mereatur præmium generalier promiſſum facienti hoc vel
illud? Et dico quòd non: ſicut quod promiſſum eſt capienti
bannitum, non debetur famulo Poteſtatis capienti: quia ad
hoc ex ſuo tenebatur officio. Facit l.congruit.ff.de officio
præſid.& cap.j.de offic.ordin.& not.Panormit.in cap.Tecti
ſij.de cẽſi. ¶Septimò † quæritur,vtrum liceat mutuare do- 8
minis pro officio?Et dicit Sanct.Tho.ad ducissam Brabãtiæ
quòd



quòd ſi propter hoc detur mutuum ex pacto , vſura eſt:quia
pro mutuo accipit officij poteſtas.quod Sũ.Ang.limitat ve-
rũ in officijs ſecularibus quæ venduntur:quia in his , quæ gratis
dari debẽt,nõ eſſet vſura:cùm mutuãs nihil accipiat æſtima-
bile pecunia:licet ex officio cõſequẽter adueniat lucrũ ratio-
ne laboris.&idẽ Sũ.Roſ.quod nõ bñ dicitur:quia ſupponit Sã.
Th.quod intẽtio mutuãtis ſit ad tale lucrũ vndecũq;veniat.Vñ
mutuans vt accedatur ad ſuam apothecã,ad quam gratis ac-
ceditur,ſecundum omnes,eſt vſurarius. Dicit etiam quòd in
ſpiritualibus officijs hoc induceret ſimoniam. quod non eſt
vniuerſaliter verum:vt patebit j.Simonia.§.ix.in fine.

## De Dilapidatore.

1 *Dilapidator quis ſit,& qua ſit feriendus pœna.*
2 *Prælato de dilapidatione ſuſpecto dari debet coadiutor.*

1 DILAPIDATOR† bonorum eccleſiæ dicitur præla-
tus res eccleſiaſticas alienãs , & malè expendens:qui &
2 deponi debet.xij.q.ij.apoſtolicos.xvij.q.iiij.nullus res†Suſpe
cto verò de hoc dari debet coadiutor.de offi.deleg. venera-
bili.& in cap.licet Heli.§.quia verò.de ſimonia.

## De Diœceſi.

1 *Diœceſis vnde dicta,& quid dicatur,ſiue in genere,ſiue in ſpe-
cie ſumatur?*
2 *Ciuitas quid ſit,& an veniat diœceſis appellatione , an verò
territorij nomine contineatur.*
3 *Ordinarij nomen latius,quàm Diœceſani porrigitur. Et ibi-
dem quod diœceſis quandoque pro regione aut prouincia,quan-
doque pro parochia ſumitur.*
4 *Diœceſis quandoque regionem ſeu prouinciam denotat.*

1 DIOECESIS† ſecundum Archid.de reſcript. ſtatutum.
libr.vj.dicitur diſtinctio, diuiſio , vel gubernatio:à dia,
quod eſt duo,& ceſsio,id eſt, ſeparatio : quia diuiſa & diſtin-
cta ſit ab eccleſia alterius epiſcopatus,& vnius gubernationi
commiſſa:& eſt vbi eſt epiſcopus.xvj.q.iij.quicunq;.†&vide-
2 tur propriè eſſe territorium ciuitatis,vt habet ordinem ad iu
riſdictionem ſpiritualẽ:& eius nomine,ſi ſumatur in ſuo ge-
nere,venit ciuitas:ſicut pars nomine totius:vt in cap.j.de off.
ordi.& not.Panor.in cap.Rodulphus. de reſcript. Si verò ſu-
matur in ſpecie,vt quid à ciuitate diſtinctum:eius nomine in
materia odioſa ciuitas non comprehenditur : quia dignius
ſub minori comprehendi non debet:ſed nec econtra,nomine
ciuitatis,diœceſis comprehenditur:vt not.idem in dict. cap.
3 Rodulphus.de reſcript.¶Et†nomen ordinarij plus compre-
hendit,quàm diœceſani. Pro quo vide glo.in cle.j.de vi.& ho
ne.cleric.& melius in clem.j.de iure patron.in verbo,diœce-
4 ſanus.†Aliquando tamen ſumitur diœceſis pro regione vel
prouincia:ſicut fortè in l.præſides.C.de off.re.prouin.Inter-
dum etiam ſumitur pro parochia: de quo vide Archidia.ibi-
dem.& xvj.q.j.epiſcopum.vide etiam ſ.Ciuitas.in prin.

## De Diſcordia.

1 *Diſcordia quando dicatur,& num mortale peccatum ſit?*
2 *Conſiliarij diſsidentes à bono communi ſcienter & notabiliter
propter animi elationem & ſimilia, mortaliter peccant.*

1 DISCORDIA†ſecũdum S.Tho.ij.ij.q. xxxvij.impor-
tat diſgregationem cordiũ,id eſt,voluntatum in diuer
ſa.Vnde non diſcordant qui diuerſa credunt , vel opinãtur:
ſed qui diuerſa volunt.Eſt autem peccatum mortale, ſecun-
dum eundem ibi,quando eſt à bono Dei, vel proximi ex in-
tentione deliberata.quod intellige,ſi illud bonum ſit notabi
le.Et ſic intellige cap.oblationes diſsidentium.diſtinct.xc.&
cap.abijt.xj.quæſtione iij.& cap.Iſmahel.diſtinct.lvj.¶Vnde
2 †peccant mortaliter conſiliarij diſsidentes à bono com-
muni ſcienter & notabiliter , propter elationem vel ſuper-
biam,aut malam voluntatem,nolentes alijs conſentire ten-
dentibus ad bonum:qui & propriè non diſcordant, ſed alij.

## De Diſcretione.

1 *Diſcretio quid ſit, & quibus ſit neceſſaria.*

DISCRETIO,†eſt mater omnium virtutum.j.quæ- 1
ſtione quinta.præſentium.de offi.cuſt.cap.j. neceſſaria
prælato in corrigendo.diſtinct.50.ponderet.& prædicatori.
xliij.diſt.ſit rector. & confeſſori.xxiij. quæſtione iiij.his qui.
de pœn.& remiſsionib.cap.omnis.

## De Diſpenſatione.

1 *Diſpenſatio,quæ variè conſiderari poteſt,quam diffinitionem
habeat? Et ibidem quod vulgus dicatur.*
2 *Prælati pro animi ſententia permiſsionem dantes , vt contra
ius veniri poſsit,ſine cauſa rationabili, aut ſaltem dubia,qua-
les dicantur? Et quid ſi diſpenſatio ex cauſa falſa,aut veritate
tacita impetretur? Et quid de qualibet alia gratia?*
3 *Diſpenſandi quænam, ac quot ſint iuſtæ cauſæ? Et quid ſi ex
iuſta cauſa debitã diſpẽſationẽ prælatus nõ cõcedat,an peccet?*
4 *Diſpenſatio,num neceſſariò cauſæ cognitionem requirat? Et
quid ſi ſine cauſæ cognitione fiat? Et qui ſine legitima cauſa
diſpenſatus eſt,num quo ad Deum tutus ſit?nume.ſeq.*
6 *Religioſus cũ quo ſine legitima cã diſpẽſatũ eſt, vt ad laxiorẽ
religionẽ trãſeat,aut eccleſiæ curatæ præficiatur, an ſit tutus.*
7 *Diſpenſandi poteſtatem quis habeat?*
8 *Epiſcopo,an ſuper faciendo , ſcilicet vt aliquid contra cano-
nes fiat,diſpenſare liceat? Et quid ſuper facto.*
9 *Diſpenſandi poteſtas,an ſit latè interpretanda? Et ibidem,
quòd licet diſpenſatio ſit ſtricti iuris, & ſic ſtrictè interpre-
tanda,quando ſcilicet perſonæ expreſſæ ſunt, extendi tamen
ad neceſſariò conſequentia poteſt.Et quid ſi diſpenſatum ſit ſu-
per affinitate,an ad publicæ honeſtatis iuſtitiam porrigatur?*
10 *Diſpenſandi cũ ex adulterio nato,& inceſtuoſo ſeparatim,po-
teſtatẽ habẽs,an cũ eo,qui ſimul eſt vtrũq;,diſpẽſare queat? Et
an hermaphrodita in ſtatuto fœminæ appellatione contineatur?*
11 *Diſpenſandi poteſtas conceſſa,quandoe expiret?*
12 *Diſpenſatio in quibus in manifeſtis tantum requiritur,an e-
tiam in ijſdem occultis,vt puta homicidijs,requiratur?*
13 *Diſpenſare in quibus ſolus papa poſsit?*
14 *Epiſcopus,quando in aliquo caſu diſpenſare poſsit? Et in quot
caſibus contra Canones diſpenſare poſsit?nume.15.Et ſub hæc,
quod Epiſcopus in gradibus prohibitis in matrimonio , vbi
impedimentum occultum eſt,nec ad papam poteſt haberi recur-
ſus,&c.diſpenſare poteſt. Et huius ampliatio.*
16 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſare nequeat? Et in hoc de-
cem caſus enumerantur.*
17 *Epiſcopus,quomodo cum aliquibus diſpenſet?*
18 *Epiſcopus quibus caſibus diſpenſare poteſt, num ſine capitulo,
in his id efficere poſsit?*
19 *Epiſcopus num aduerſus ſuam cõſtitutionem diſpẽſare queat?*
20 *Abbas aut alius quiuis religioſus prælatus,num cum ſuis ſub-
ditis diſpenſare poſsit? Et quot caſibus Abbati conceſſa ſit di-
ſpenſandi poteſtas? Et quæ in regula beati Franciſci ineſſe di-
cantur:& an in his diſpenſare Abbas queat?*
21 *Superior,aliquem ad aliquod officium aſſumens,an in eo,quod
is habet ad illud,impedimento,diſpenſare videatur? Et quid in
Principe,& eo etiam inferiore?*

DISPENSATIO†propriè &originaliter importat pe
cuniarum penſionem diuerſis factam:dicta à diſpenſo, 1
id eſt,diuerſis penſo.Vnde ſecundum Pap.diſpenſator eſt ad-
miniſtrator pecuniarum,quæ prius non numerabantur,ſed
appendebantur,ſiue penſabantur:deinde verò tranſlatum eſt
hoc

hoc nomen ad omnem diſtributionem. & ſic ſecundũ S.Th.
ij.ij.q.xcvij.arti.iiij.& q.lxxxviij.ar.x.importat commenſura-
tam applicationem vel diſtributionem alicuius cõmunis ad
ſingula. Vnde, ſecundũ hoc, diſpenſatio in præcepto legis cõ-
munis eſt applicatio eius ad hunc & illum ſecundũ eorũ pro-
portionem, vt ille ſcilicet adſtringatur ad totũ, ille ad partẽ,
ille ad nihil, ſecundũ eorum conditiones. Igitur diſpenſatio,
ſecũdum Ray. eſt iuris relatio. Vnde dicitur vulnus, quia vul-
nerat ius commune.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.& vt eſt, inquit, in
diſpenſante, eſt poteſtas vel actus poteſtatis iure cõceſſus: in
diſpenſato verò eſt ius priuatum, id eſt, licentia vel permiſsio
facta cõtra rigorem iuris, & non ius commune.xxxij.q.ij.in-
terfectores. Sed iſta definitio cõplectitur diſpẽſatione licitã
& illicitam. Vnde Hoſt. ſe ad licitam reſtringẽs, dicit quòd di
ſpẽſatio eſt rigoris iuris per eũ, ad quẽ ſpectat, miſericors &
canonicè facta relaxatio: vt colligitur j.q.vij.§.multorũ.aliàs
2 §.niſi rigor. & cap.ſeq. vbi & conſentit ibi gl. ¶ Ex† quibus ſe
quitur, Primò quod dicit Bern. de diſpenſatione & præcep.
quòd prælati dantes pro voluntate licentiam veniendi cõtra
lege ſine cauſa rationabili vel ſaltem dubia: diſsipatores ſunt
non diſpenſatores. Sequitur ſecundò, quòd ſi impetretur di-
ſpenſatio ex falſa cauſa, vel tacita veritate, nulla eſt: vt in c.ij.
de fil.presb.lib.vj. Et idẽ eſt de qualibet alia gratia: vt no.in
cap.ad audientiam.el ij.de reſcrip.& in c.nõ poteſt. de præb.
3 lib.vj. ¶ Primò† verò quæritur, quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpen-
ſandi? Et dico quòd vt colligitur j.q.vij.per totum. prima eſt
tempus ibi.cap.neceſſaria.&.c.pro remedio.quia defectus no
ſtri temporis, quibus nõ ſolùm merita, ſed etiã corpora ipſa
defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram.
diſt.xxxiiij.fraternitatis. Secunda eſt vtilitas, ſcilicet vt alij fa-
cilius reuertantur ad bonum.xxij.q.iiij.ipſa pietas.& j.q.vij.
tali. Tertia, qualitas pſonæ & meriti & ſcientię.d.cap.tali. &
cap.didici.cùm alius æquè dignus nõ ſit. Quarta, neceſsitas:
vt in d.cap.tali. Quinta, pietas. Sexta, euẽtus rei. Septima, mul
titudo, ſiue ſcãdalũ multitudinis.diſt.50.c.vt cõſtitueretur.
vbi tñ cauendũ eſt ne quis alatur in ſcãdalo. Sed quia caſus
ſunt innumerabiles, nec dari poteſt in hoc regula generalis:
ideò ſtandum eſt in hoc arbitrio boni viri: qui ſi iudicauerit
cauſam eſſe rationabilem, diſpenſatio erit debita.diſt.50.ca.
domino ſancto.& prælatus peccat non diſpenſando.ar.ij.q.v.
quanto.in fine. & tamen ſubditi non habent ius petendi, ſe-
4 cundum doctores, niſi fortè deprecatiuè. ¶ Secundò† quæri-
tur, vtrum diſpẽſatio neceſſariò requirat cognitionẽ cauſæ?
Et dicit Pan.in cap.diuerſis.de cle.con. quòd in principe nõ:
ſed ſufficit ſola eius voluntas in his, quæ ſunt iuris poſitiui ſo
lùm: vt not.Inn.in cap.cũ ad monaſterium.de ſtat.mona. ſed
in inferiore ſic: vt not.gl.in d.§.niſi rigor. Vnde ſi fiat ſine co
gnitione cauſæ, eſt diſsipatio, nõ diſpenſatio: & venit punien-
dus: quia egit contra legem. Vide bonam gloſ.in c.ij.de ſchiſ
ma.vbi plenè notant doct. Tenet tamen quo ad eum, qui di-
ſpẽſauit, quia nõ poteſt cõtrauenire, neque eam reuocare, ex
quo egit actum, in quo potuit diſpẽſare: licet non teneat quo
ad ſuperiorem: vt not.gloſſ.in d.c.diuerſis. ¶ Tertiò† quæri-
5 tur, vtrum diſpenſatus ſine cauſa legitima, ſit quo ad Deum
tutus? Et dico vt colligo ex Inn.in d.cap.cum ad monaſteriũ.
& Pan.in cap.non eſt voti.de vot. quòd ſi loquimur de diſpen
ſantibus alijs à papa: non eſt tutus quo ad Deum, aut quo ad
eccleſiam, ſecundum Inn. vbi ſuprà: quia cuicunque tali cõce
ditur diſpenſare, intelligitur quòd hoc faciat ex cauſa legiti-
ma: vnde fieri debet cũ cauſæ cognitione. Loquẽdo verò de
papa, aut loquimur de his, quæ ſunt iuris diuini, vt voto, iura-
mento, & huiuſmodi: & ſic diſpenſare non poteſt ſine cauſa:
aliter diſpenſatus nõ eſt tutus quo ad Deum: ſed ſi ſubeſt iu-
ſta cauſa, tenet diſpenſatio: & eſt tutus etiam in voto caſtita-
tis, ſecundum Inno. vbi ſuprà. Aut loquimur de his, quæ ſunt
iuris poſitiui: & ſic poteſt ſine cauſa: & ille in conſcientia tu-
tus eſt: quia eius eſt deſtruere, cuius eſt condere: nec princeps
tenetur legibus ſuis ligatus.C.de legib.l.digna vox. Panor.
tamẽ limitat in pluralitate bñficiorum, in qua ſine legitima
cauſa non põt. Et ita tenet Io.And.in c.de multa.de præb.quia
omnia bona eccleſiarum ſunt Dei: vt in c.cum ex eo. de ele.
lib.vj. Vnde taliter diſpenſatus non eſt tutus. De quo dic. inf.
Beneficium.iiij.§.ij. ¶ Ex† his infert Pan. quòd non eſt tutus
religioſus, cùm quo ſine legitima cauſa diſpenſatur vt ad la-
xiorem tranſeat religionẽ: ſimiliter ſi præficitur eccleſiæ cu-
ratæ cauſa legitima non extante: puta, quia non eſt aptus ad
exercitium prædicationis vel curæ. Vnde dicit glo. ſingularis
in c.monachi vagantes.xvj.q.j. quòd religioſus promotus ad
eccleſiam ſecularem non vt proſit, ſed vt præſit: peccat mor
taliter: quia facit contra votum ſuum. ¶ Quartò† quæritur, 7
quis poſsit diſpenſare? Et dico quòd in legibus diſpenſare vel
eas interpretari pertinet ad quenlibet in neceſsitate ſubitò
occurrẽte: præcipuè cùm ad ſuperiorem recurſus haberi nõ
poteſt.j.q.j.ſi ergo.quia in obſeruatione legis aut præcepti
maximè ſeruanda eſt intentio ferentis: de qua ſi conſtet, & ſit
contraria verbis, obediendũ eſt omiſſa litera.xxij.q.v.huma-
næ.aliàs autẽ hoc pertinet ad prælatos & rectores, ſcilicet ha
bentes in huiuſmodi poteſtatẽ: ſicut habet papa in omnibus
purè poſitiuis, & in quibuſdam pertinentibus ad ius diuinum:
quomodo dicitur omnia iura habere in ſcrinio pectoris ſui.
de conſti.licet.lib.vj.quantum ſcilicet ad interpretationem &
diſpenſationẽ: licet in aliquibus diſpenſare non conſueuerit.
Epiſcopi autem eam nõ habent ſine capitulo, ſecundũ Arch.
in cap.is qui.de fi.presby.lib.vj. ſed verius dicit gl.in cap.cum
ex eo.de elect.lib.vj.oppoſitum. Et primam quidem opinio-
nem dico verã in rebus põderoſis, in quibus poſſet fieri prę-
iudicium vniuerſitati ſiue eccleſiæ: ſicut eſt in diſpẽſando cũ
aliquo ad ordines, & huiuſmodi. quo caſu intelligo primam
opinionẽ, quã etiam ſequitur Dominicus & Præpoſitus in c.
ex pœnitentibus.diſt.50.& glo.in cap.ſi quis me.diſt.lxxxj.&
gl.in c.præſentium.j.q.v.& Inno. dicens hoc in effectu tenere
Jo.And.Inno.in cap.cum ex eo. de ele.in vj.& modernis in c.
at ſi clerici.§.fi.de iudi. In non præiudicialibus autem teneo
aliam opinionem: quia iſta nõ ſunt de cauſis maioribus & põ
deroſis: vt in diſpenſando circa ieiunia, & vota, & huiuſmodi.
Et ſecundum cõmunem opinionem doct. eam habent in his
quæ non ſunt eis à iure vel aliàs à ſuperiore prohibita: vt in c.
nuper.de ſenten.excom.& diſt.50.miror.in gloſſ. ¶ Pro† quo
not. Inno.in gl.ſuper c.dilectus.de temp.ord. quòd epiſcopo
diſpenſare non licet ſuper faciendo, vt ſcilicet aliquid fiat cõ
tra canones, niſi vbi ei à iure permittitur.de conſti.c.j. niſi cõ
traria conſuetudo derogaſſet.de conſue.cap.vlt. Super eo ve-
rò quod factum eſt, diſpẽſare poteſt vt toleretur ſemper, ni-
ſi prohibeatur.ad hoc xxij.q.v.hoc videtur. Vel dico, inquit,
fortè melius, quòd vbi ius concedit diſpenſationem, ſimplici-
ter poteſt.& ſic loquitur d.c.nuper. Si verò non conceditur
à canone: nunquã poteſt, etiam ſi inuenitur in canone quòd
papa diſpenſet.de cõſang.& affi.quod dilectio. quia cùm epi
ſcopi debeant canones ſeruare, contra facere non debẽt niſi
id expreſsè concedatur.xxv.q.j.cap.j.& ij.hæc ille. Sed, vt pa-
tebit infrà.§.ix.primũ dictum eius eſt verius, & cõmunius, &
vſitatius. Si tamen epiſcopus indiſcretè diſpenſet: accuſatus
deponitur.di.lj.cap.j.quod Hoſt.limitat, ſi monitus ſit incor-
rigibilis, & ꝓpter hoc ſuſpenſus, & ſuſpenſionis ſententiam
contemnẽs in contumacia perſeuerat. ar.de præben.gratia.
Alij dicunt dicta iura intelligi, quando diſpenſat in eo quòd



de iure non poteſt, ſcilicet ſcienter. Abbates autem & alij prę
lati epiſcopis inferiores, ſecundum Pan.in c.at ſi.de iud.& in
c.cum lator.de eo qui fur.or.re.poſt Inno.& Hoſt. nunquam
diſpenſat: niſi in caſibus expreſsis à iure: quia epiſcopis ſunt
reſeruata grauiora: vt in cle.j.de priui.& in d.c.at ſi.& in ca.
cum ex eo.de elect.lib.vj.& eſt opinio cõis. ¶ † Quintò quæ-
9 ritur, vtrũ poteſtas diſpẽſandi ſit latè interpretanda? Et dicit
Pan.in c.fi.de ſimo. ꝙ ſic, qñ datur nõ expreſsis pſonis diſpẽ-
ſandis tanquã principis bñficium.& ſic ſentit gl.ibi. & ſic in-
tellige Ber.in l.iij.ff.de ver.obli. vbi dicit quòd ſi datur alicui
poteſtas legitimandi filium adulterinũ, itẽ inceſtuoſum: po-
terit legitimare adulterinũ & inceſtuoſum ſimul: qa in mate
ria larga ſub ſimplici veniunt miſta: & in l.ſi ita. ff.de lib.&
poſthu. Secus autẽ ſi exprimerentur perſonæ cùm qbus de-
bet fieri diſpenſatio.arg.in c.ſi cui.de præb.lib.vj.quia omnis
receſſus à iure communi, eſt odioſus: vt eſt tex.in c.fin.de fil.
presby.lib.vj.& in c.quod dilectio.de conſang.& affin. Et ſic
diſtingue Canoniſtas tenentes contra Bar.in c.per venerabi-
lem.qui filij ſint legi.& adde quod dictum eſt ſuprà Bñficiũ.
iij.§.vij. Aduertendũ tamen eſt quòd licet diſpenſatio ſit ſtri-
cti iuris, vtpote contra ius, & ſtrictè interpretanda, quando
ſcilicet exprimũtur perſonæ: vt in d.c.quod dilectio.& in c.j.
& ij.de fil.presby.lib.vj. nihilo minus extendit ad neceſſariò
conſequẽtia, ſed ad dependentia ex eo, ſuper quo eſt diſpen-
ſatum, quando aliter non imprimeret actum validum ſuper
eo, in quo diſpenſatur: vt ſuprà Beneficium.iij.§.x.& facit gl.
ac Pan.in c.quia intantum.de præben.& gl. in c.ſi quis in cle
ro.vij.q.j. qui dicunt quòd diſpenſatus ſuper bñficiorum plu-
ralitate, videtur diſpenſatus ſuper reſidentia. Vide quod not.
Hoſt.in c.cum in cunctis.de elec.& gl.in c.non poteſt.de prę
ben.lib.vj.& quod dico ſuprà Beneficium.iij.§.x. Diſpenſatio
tamen obtenta ſuper affinitate, non extenditur ad publicæ
honeſtatis iuſtitiam, ſecundũ Pan.in c.non debet.de conſan.
& affi. niſi in narratione affinitatis vnum cõprehendat aliud,
ſecundum gl.in arbo.affinitatis: ſecus in diſpenſatione, quan-
do ſolùm gradus remotior eſt expreſſus: de quo vide infrà
10 Matrimonium.viij.§.vj.parti.vltima. ¶ † Ex his autem patet
quòd ſolutio illius quæſtionis, qua quęritur, an is cui data eſt
poteſtas diſpẽſandi cum adulterino & inceſtuoſo ſeparatim,
diſpenſare poſsit cum eo qui ſimul eſt vtrunque. Bar. enim in
l.ſtipulationum.ff.de verb.obli. determinat quòd ſecundum
iuris rigorem ſub ſimplicibus miſta non continentur: ſed ex
benignitate ſic. Vnde cùm iſta quæſtio loquatur in bñficijs,
fiet interpretatio latiſsima: vt l.fi.ff.de conſti.princ. Item ſub
ſimplicibus miſta continentur cauſæ vitandæ contrarietatis:
vt in d.l.ſtipulationum. & ſimiliter vbi lex hoc exprimeret.
Extra hos autem caſus diſpoſitio facta de adulterino & ince-
ſtuoſo ſeparatim, nõ porrigitur ad ſimul iuncta: vt ff.de adul.
l.vim paſſam.§.præſcriptiõe. Et idem tenet Bal. Inſtit.de act.
quem etiam vide in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur. vbi dicit
quòd miſtum non venit appellatione ſimplicis. Vnde ſtante
ſtatuto quòd fœmina contrahat cum aſſenſu propinquo-
rum: non intelligitur de hermaphrodita.
11 ¶ † Sextò quæritur, quando expiret poteſtas diſpenſandi cõ-
ceſſa. Et dicit Fede.conſi.lxxviij. quòd conceſſa à Papa ſuper
irregularitate vel legitimitate durat etiam poſt mortẽ eius:
quia gratia ſemel facta per Papam in aliquam perſonam nõ
expirat per mortẽ Papæ: vt eſt caſus de off.deleg.ſuper gra-
tia.lib.vj. Vtrum autẽ per mortem illius cui conceſſa erat ta
lis authoritas, expiret diſpenſatio iam facta, ſi ille diſpẽſatus
tali gratia non fuit vſus: puta, diſpenſatus fuit vt poſſet ordi-
nari vel eligi in prælatum, & ante mortem diſpenſantis non
accepit ordines, nec fuit promotus: dicit idem ibi quòd non:
quia diſpenſatio ſemel canonicè facta, ex ſuperueniente fa-
cto non retractatur.& eſt caſus in c.ex tua. de fili.presbyt.&
facit quod not.de accu.in c.de his. Beneficia enim conceſſa,
intempeſtiuè reuocari non debent.de commo.cap. vnico. de
regu.iuris.decet.libr.vj.& in cap.cum ex eo. de elect.libr.vj.
in gloſſ.& ibidem in nouel. Iaon.And.
¶ † Septimò quæritur, in quibus requiritur diſpenſatio, in ma 12
nifeſtis ſcilicet tantùm, an etiam in occultis maximè homici
dijs? Et dicit Veruec. neceſſariam eſſe diſpenſationem in oc-
cultis, in quibus diſpenſari poteſt: non quidem propter depo-
ſitionem vitandam: quia occulta peccata nõ habẽt vindictã:
ſed quia de eo, ſuper quo diſpenſatũ eſt, quis accuſari nõ po-
teſt: arg.c.ex tua.de fil.presby. alioqn etiam poſt peractã pœ
nitentiam quis poſſet accuſari, argu.xxiij.q.ij.admonere. An
autẽ homicida omnino occultus celebrare poſsit ac ordini-
bus vti. Vin. dicit quòd ſic, ſi egit condignam pœnitentiã: qa
iſte non eſt obnoxius eccleſię, cùm peccatũ ſit occultũ.xxxij.
q.v.Chriſtiana.nec Deo.cùm pœnitentiã egerit. Sed qa con-
tra hoc dictũ vrget.c.ſi.de tem.ord. vbi dicit: præter reos ho-
micidij. Lau.& Io. videntur limitare hanc opinionẽ, ſi dignã
pœnitentiã egit: & epiſcopus cùm eo diſpẽſauit. Pan. verò in
c.ex tenore.de temp.ord. dicit ꝙ ſi homicidiũ eſt occultũ o-
mnino, prout occultũ diſtinguitur contra probabile: tunc ſi
habemus reſpectũ ad legem promotionis publicã, nullus ho
micida eſſet expreſsè prohibendus: quia talia iudicat ſolus
Deus. Sed ſi habeamus reſpectũ ad legẽ promotionis cõſciẽ-
tiæ, ꝓut eſt informata ex lege poſitiua: talis ſine diſpenſatio-
ne promoueri non poteſt. hæc Pan. quem intellige de diſpẽſa
tione fienda aliquando à Papa hoc caſu quo ad illã irregula-
ritatẽ tollendã. vide infrà Homicidiũ. Adde ex Inn.in c.con-
ſtitutus.el ij.de app. quòd talis irregularitas ſi ſuperueniat ti
tulo beneficij, non priuat ipſo facto, ſed opus eſt ſententia: &
ſic homicida iuſtè tenet bñficium donec priuetur. pro quo fa
cit c.clericis.ne cle.vel mo.&.c.ex literis.de exceſ.præla. Si ve
rò præceſsit collationẽ bñficij, collatio nõ tenet: qa facta eſt
indigno & inhabili quo ad executionem officij, vt in d.cap.ſi.
¶ † Octauò quæritur, qui ſunt caſus, in quibus ſolus Papa di- 13
ſpenſat, & rarò? Et dico quòd ſunt hi, de quibus ſuprà in titu-
lo Caſus.§.j.caſu xiij. quo ad quaſdam cenſuras: pro quo e-
tiam vide infrà in titulo Papa. ferè per totum.
¶ † Nonò quæritur in generali, quando epiſcopus poſsit di- 14
ſpenſare in aliquo caſu? Et dico quòd glo. ſummaria diſt.50.
& in d.§.niſi rigor.& doct.in c.at ſi clerici.de iudi. confusè &
contrariè loquuntur. Quidam enim dicunt quòd diſpenſare
poteſt in adulterio & minoribus, etiam ſi ſunt manifeſta: nõ
autem in maioribus, niſi in caſibus iure expreſsis: vt de iud.at
ſi clerici. Quidam verò dicũt quòd diſpenſare poteſt in omni
crimine, niſi expreſsè prohibeatur à iure.di.xxviij.presbyter.
de pœ.diſt.v.c.j.in fi.de ſen.exc.nuper.in fi.& hoc tenet Tan.
Lau.Vin.Io.And. quam opi. Ber. in c.at ſi clerici.de iudi. dicit
communiorem. Sed ſic veritas colligi poteſt: Contra canonẽ
ſuperioris, id eſt, Papæ vel cõcilij, ſi ille ſit pœnitẽtiarius, epi-
ſcopus diſpenſare poteſt, ſecundum Pan.in ca.at ſi clerici.de
iud. quia pœnitẽtiæ hodie ſunt arbitrariæ.de pœ.& re. Deus
q, niſi caſus appareat reſeruatus. Si verò ſit pœnalis & diſpo-
ſitiuus, diſtinguo: quia aut inferiori diſpenſationẽ expreſsè ꝓ
hibet vel cõcedit: & caſus eſt planus. Aut nec ſic, nec ſic: & tũc
iterum diſtinguo. Aut enĩ diſpenſatio eſt ſuper eo, quod iam
factum eſt, vt toleretur: & ſic poteſt epiſcopus diſpenſare, niſi
prohibeatur: vt in c.nuper.de ſen.excom.ar.xxv.q.v.hoc vide-
tur. vel niſi prohibeatur illi abſolutio: quia à fortiori prohi-
beretur diſpẽſatio.de ſen.excom.cum illorũ. Et ſic intellige
opinionem dicentium quòd diſpenſare poteſt in omnibus

caſibus,in quibus ſibi non prohibetur.Aut eſt in eo quod fiē-
dum eſt contra canones,vel concilium.& ſic non poteſt, niſi
hoc ei à iure concedatur expreſsè:vt in c.dilectus.de tēp.ord.
& ſic intellige opinionē dicentiū ꝙ diſpēſare nō poteſt,niſi
in his,quæ illi conceduntˀ expreſsè.Conceditur aūt illi diſpē-
ſatio in omnibus criminibus minoribus adulterio:peccās eīn
mortaliter notoriè notorietate iuris,promoueri non poteſt.
xxv.diſ.primū.in gl.& promotus deponitur.di. 50.qui ſemel.
ideoq; indiget diſpenſatione,quæ epiſcopis conceditur in cri
minibus minoribus adulterio gn̄aliter:vt no . in d.c.at ſi cle-
rici.Conceditur etiā& in aliquibus maioribus:vt de hæretico
& ſchiſmatico.diſt. 50.ſi qs presbyter.Hodie tamen Papa re
15 ſeruat ſibi hoc quo ad hæreticū:vt dicit Arch.In† tribus tamē
caſibus poteſt epiſcopus diſpenſare cōtra canonē& conciliū:
licet ei non concedatˀ expreſsè.Primò, ratione cōſuetudinis:
vt quia conſuetudo præſcripta habet quòd poſsit diſpenſare.
de conſue.c.ſi.xj.q.j.quicunque. quia conſuetudo facit valere
diſpenſationem aliàs nō valiturā:ar.de cele. miſ.pernicioſus.
cum ſuis concor.& ar.de tranſac.c.ſi.Secūdò,ratione magnæ
neceſsitatis vel vtilitatis nouiter emergentis,& tp̄e conſtitu
tionis inexcogitatæ veriſimiliter:quia tunc pōt epiſcopus di-
ſpenſare:vt notet Io.de Lig.in d.c.at ſi.& ſequitˀ Pan.ibidē:&
Bald.not.in l.oēs populi.ff.de iuſti.& iure.&Bart.in l.ſi homi
nem.ff.manda.ponēs exemplūm:qa Peruſij ſtatutū eſt ne fe
rantur arma:& tamen maiores poſſent dare licentiā ferendi
propter brigam ciuitatis,quā nouiter habet:&etiam ſtatue-
re:quia eſt caſus nouus à ſtatuentibus non præuiſus:etiā ſi iu
raſſent ſeruare illud ſtatutum:vt no.Bal.in rubri. C.q admi.
*Conclusio.* ad bo.poſſ.& Bar.in ij.conſti.C.§. quibus. Ex quibus conclu-
ditur quòd epiſcopus diſpenſare poteſt in gradibus prohibi-
tis in matrimonio,quādo impedimentū eſt occultū,& ad Pa
pam non poteſt haberi recurſus,& ſeparatio ſine ſcādalo ma
gno fieri nō poteſt:ſicut ſæpe accidit in mulieribus cognitis
à cōſanguineis viri antequā matrimoniū contrahatur.Et idē
puto in eo,qui poſt votū ſimplex matrimoniū conſummauit:
quia licet cū eo diſpenſare non poſsit epiſcopus,ſecundum S.
Tho.&veritatē,vt dicitur infrà:in caſu tamē magnæ neceſsi
tatis credendum eſt ꝙ hoc poſsit : quia non eſt veriſimile ꝙ
Papa velit manere in laqueis huiuſmodi animas,quæ Romā
adire non poſſunt aut mittere.Tertiò,quādo canon dicit poſ
ſe fieri diſpenſationē,licet expreſsè nō indulgeat:q̄a tūc epi-
ſcopus poteſt,arg.c.nuper.de ſen.excom.& ita tenet.Ioan.de
Lig.& Io.Cal.& originaliter fuit dictum Inn.in c.dilectus.de
temp.ordi.quia fruſtratoriè intelligeretur de Papa,qui ſem-
per poteſt indulgere.quod etiam tenet glo.in c.poſtulaſti de
16 cle.excō.¶† Decimò quæritur ſpecialiter , in quibus caſibus
*In quibus non.* epiſcopus diſpenſare non poteſt:Et dico eum diſpenſare non
poſſe.¶ Primò in homicidio.di. 50.miror.& hoc ſiue iuſto ſi-
ue iniuſto,ſi actu mors aut mutilatio ſecuta eſt,quomodocū
que fiat,ſecundū Inno.& Hoſt.in c.j.de cle.pu.in duel.Et in-
tellige ꝙ non pōt cum tali diſpenſare in officio.ſecus in bn̄-
ficio,vt ibi c.ij.ſed tamen hæc limita iuxta dicenda infrà Ho
micidium.iij.§.viij.¶ Secundò,in ſimonia ordinis vel bn̄ficij
per ſimoniam ſcienter acquiſiti:& hodie per multas extraua
gantes incurritur excommunicatio & ſuſpenſio,à quibus ſo-
lus pōtifex Romanus abſoluit.¶ Tertiò,in eo q cùm eſſet ſu-
ſpenſus vel excōmunicatus,dānabiliter ſe diuinis ingeſsit.de
re iud.cū æterni.& de ſen.excō.cū medicinalis.lib.vj.¶ Quar
tò,in clerico,qui excōmunicatus accedit ad iudiciū principis,
contempto eccleſiaſtico iudice.xxj.quæſ.v. ſi quis epiſcopus
¶ Quintò,in bigamo,& viduarū corruptarumq; maritis . de
big.c.j.& iij.xxxiiij.diſt.lector.¶ Sextò,in clerico non ordina
to miniſtrante,ſcilicet cum ſolenni apparatu, ſecundū Hoſt.
quia talis miniſtrans in pertinentibus ad ordinem quem non
habet: deponendus eſt amplius non ordinandus:de cle.non
or.mi.c.j.Secus ſi clericus ſimplex epiſtolam ſine ſolennitate
cantet.&ibi dicit Pan.ꝙ talis tenetˀ etiā pœna falſi:ſicut non
habens dignitatē ſimulans ſe habere.ff.ad leg.Corn.de falſ.
eos.Et idē intellige de eo qui ſe falsò aſſerit doctorē.Dicit
etiā eo.ti.c.ij. ꝙ cū tali diſpenſat epiſcopus,nō vt aſcendat ad
ordines ſuperiores:ſed vt ſuſcepto vtatˀ & circa bn̄ficiū.Imò
Inn.ponit regulā ꝙ epiſcopo licet quaſi ſemper diſpēſare in
bn̄ficio:quia diſpēſat cū homicida:vt de cle.pu.in duel.c.ij.&
in c.ſtudeat diſ. 50.¶ Septimò,in clerico ꝓmoto per ſaltum.
quòd Direc.limitat,ſi ſcienter in ordine nō recepto miniſtra
uit:cū quo tamen diſpenſat epiſcopus quantū ad ordinē,non
quidem ſuſcipiendū,ſed iam ſuſceptū:& quātū ad bn̄ficium,
ſecundum Io.Hoſt.& Archi.Si tamen credidit ſe promotum
gradatim probabiliter,epiſcopus diſpenſare poterit iure ſuo,
Et ſic intellige c.vnicum.de cle.per ſal.promo. ¶ Octauò,in
eo,qui ordinē furtiuè ſuſcepit:quia ſecundū Ray. ſi fuit pro-
hibitus hoc facere ſub anathemate:poſt ſatisfactionē diſpen
ſat epiſcopus,vt miniſtret in ordine ſuſcepto non furtiuè &
etiam in ſuſcipiendis,ſi ingreſſus religionē ibi aliquanto tem
pore laudabiliter fuerit conuerſatus:ſed ſi nō fuit ſic ꝓhibi-
tus,diſpenſat poſt ſatisfactionē cū eo etiā manēte in ſeculo,
etiam in ſuſcipiendis:de eo qui fur.ord.ſu.c.j. ¶ Nonò,in or-
dinato extra tempora,vel ab alieno epiſcopo,ſcdm aliquos,
ſi ante diſpēſationē miniſtret.Sed veritas eſt quòd epiſcopus
cum tali diſpenſat quo ad ordines ſuſceptos,de temp.or.cō-
ſultationi. ¶ Decimò,in excōmunicato ordines ſuſcipiente.
de ſen.excō.cum illorum.& idem in apoſtata à religione.de
apoſ.c.ſi.quod de ordine ſacro loquitur.vnde ſi minores ſuſci
pit,diſpenſat epiſcopus,niſi dimiſiſſet habitū: quia fuiſſet ex-
cōmunicatus:& ſolus Papa diſpēſat cū eo.Sunt etiā multi ca
ſus,ſuper quibus nihil epiſcopus poteſt:vt ſuprà Caſus.§.j.
¶† Vndecimò quæritur,quomodo cū aliquibus diſpenſet e-
piſcopus?Et dico hoc colligi ex diuerſis locis huius Summæ:
vnde de apoſtata vide ſuprà Apoſtaſia.§.viij.& infrà Irregu-
laritas.j.§.v.de bis baptizato,ſuprà Baptiſmus.§. iiij. & infrà
Irregularitas.§.iiij.de recipiente beneficium de manu laici,
Beneficium.iij.in princi. de clerico coniugato & illegitimo,
vt habeat beneficium vel plura beneficia,ſuprà Beneficium.
iij.§.iiij.& ſequen.de bigamo,Bigamia.§.vij. de contrahen-
te matrimoniū ſine bānis, Matrimonium,ſeptimò.§.vj.De
reſidentia & promotione ad ſacerdotium clerici exiſtentis
in ſtudio,Beneficium,tertiò.§.ij. De corpore vitiato vt pro-
moueatur,ſuprà Corpore vitiatus.§.j.& de criminibus,ſuprà
Crimen.§.vltimo.& de habente xx. annum vt promoueatur
ad dignitatem,ſuprà Dignitas.§.iij.De pugnāte in duello in-
frà Duellum.§.iiij.de Diſpenſatione in ætate,infrà Aetas.§.
j.De homicida,Homicidium,tertiò.§. viij.de eo q fuit in bel
lo iniuſto,Homicidium,tertiò.§.vj.De infami,Infamia.§.j.
De prælatis ne amoueantur, propter inquiſitionem, infrà
Inquiſitio.j.§.x.De apponente ligna pro hæreticis comburen
dis,Homicidium,tertiò.§.vij.parti.x.De ordinato in excom-
municatione,Irregularitas.§.ij. De ſuſcipiente duos ordines
ſimul,ibi.§.iij. de acolitho miniſtrante ad ſecundum bapti-
mum,ibi.§.xxvij.de ſuſcipiente ordinem ab epiſcopo excom
municato,vel qui reſignauerat,ibi.§.vij.de ſuſcipiente ordi-
nem extra tempora,ibi.§.vij.de miniſtrante in ordine quem
non habet,ibi.§.xxvij.de publicè pœnitente, ibi.§.xviij.de il-
legitimo,ibi.§.xx.De impedimento matrimonij infrà Matri
monium.vj.§.vj.de ſolenniter pœnitente, Pœnitentia.§.pri-
mo.De ordinatis à ſchiſmaticis, Schiſma.§.v. De ſimoniaco
in ordine vel beneficio,Simonia.§.xix. Item in alia ſimonia,
ibidem.§.eo. de ſortilegis,Superſtitio.§.vlt.De pugnante in
torneamento,Torneamētum.per totum.De voto Sācti Ia-
cobi & Hieruſalē,Votū.iiij.§.iij.De voto caſtitatis, ibi.§.iiij.
¶ Duodecimò,† vtrū epiſcopus in caſibus, in quibus diſpen-
18 ſare poteſt,hoc poſsit ſine capitulo?Et Arch.in c.is qui.de fil.
presby.lib.vj.tenet quòd nō:ſed melius gl.in c.cum ex eo.de
elect.li.vj.tenet quòd ſic.vide ſuprà.§.iiij.Si tamen accuſatus
fuerit de indiſcreta diſpenſatione,puniēdus eſt pœna depoſi-
tionis.di lj.c.j.qđ Hoſ.dicit habere locū,ſi monitus ſit incor
rigibilis,& propter hoc ſuſpenſus,& ſententiam ſuſpenſionis
contēnens, & in ſua contumacia perſeuerans,ar.de præben.
graue.vel dicta iura intelligūtur quādo diſpenſat in eo quod
iure nō pōt.¶ Decimotertiò† queritur vtrū,epiſcopus diſpen
19 ſare poſsit contra ſuam conſtitutionē?Et dicit Inn.in c.j.dile
ctus.de temp.or.quòd nō.& ſequitur Arch.in c.licet.de ele.li.
vj.Sed contrarium ſenſit idem Inn.in c.cum ad monaſteriū.
vbi tenet ꝙ conditori canonis licet cōtra ſuā cōſtitutionē di
ſpenſare,etiā ſine cauſa.Et idem Io.An.quod d.Ant. limitat,
niſi cōſtitutio tranſierit in priuilegium vel contractū:quo ca
ſu intelligi poteſt opinio cōtraria:vel niſi cōſtitutio eſſet iu-
rata:quia tunc ea ſtante diſpenſare non poſſet : ſicut nec ſe-
ipſum à iuramēto abſoluere.Et facit quod no.Ioā.And. poſt
Hoſ.in c.j.de ſup.negli.præla.in vj.vbi dicit notabile verbū,
ſcilicet ꝙ vbi canones imponunt legē ipſis epiſcopis:non di-
ſpenſat epiſcopus,niſi hoc reperiatur conceſſum.Cuius ratio
eſſe poteſt:quia tunc expreſſe videtur epiſcopis prohiberi.
20 ¶ Decimoquartò,† vtrum Abbas,aut alius religioſorū præ-
latus , poſsit cum ſuis ſubditis diſpenſare?Et dico quòd non:
niſi inquantū ei à iure vel regula aut priuilegio cōceditur:vt
no.Inno.in c.ij.de eo qui fur.or.ſu.& do.Ant.in c.at ſi clerici.
de iud.vbi dicit Pan. quòd eſt cōmunis opinio.Cōceditur au
tem abbati poſſe diſpenſare in decem caſibus.¶ Primò in no
uitio vt promoueatur ad ſacros ordines.di.lxxvij.monachus.
¶ Secundò,cum apoſtata vt miniſtrare poſsit,& ad alios ordi
nes aſcendere:ar.di. 50.c.ſi.niſi ordinatus ſit in apoſtaſia. de
apo.c.ſi.quia tunc ad papam pertinet,vt ibidē.¶ Tertiò, cum
illegitimo intrāte monaſteriū,vt ꝓmoueatˀ.de fil.presb.c.j.
¶ Quartò,quòd nō cōfiteātur & ſumant Euchariſtiam ſe-
mel in menſe.de ſta.mo.cle.j.¶ Quintò,quòd monachus de-
tur in capellanū eccleſiæ parochialis,ſi accedat epiſcopi po-
puliq; conſenſus:di.viij.c.j.xvj.q.j.doctos.¶ Sextò,quòd mo-
nachus habeat propriā cellam intra ſepta monaſterij.xviij.
q.ij.c.nullus.xx.q.vlt c.ſi.ad ſi.¶ Septimò, in ieiunijs, cibis, &
eſu carnium, ſilentio,& operibus manuū ad quæ tenetur:vt
de conſe.di.v.nō mediocriter.&.c.carnem.&.c.nunquam. &
de ſta.mo.cum ad monaſterium.vbi videtur Hoſt.tenere ꝙ
non poſsit de eſu carnium:ſed in cōtrarium eſt ibi Inn.& Pa-
nor.imò dico quòd in omnibus ſpectantibus ad regulam di-
ſpenſare poteſt,niſi in tribus votis per ar.à cōtrario ibi in fi-
ne.quod Pan.limitat,modò diſpenſatio & non diſsipatio fiat.
¶ Octauò.in irregularitate,de qua ſuprà Abbas.§.ij. ¶ No-
nò generaliter in obſeruātijs regulæ remittēdis.xx.q.vlt.in
c.ſi.in gloſſ.de conſe diſt.v.carnē . ſaltē in his,quæ non ſunt
de ſubſtātia argu.de vi.& ho.cle. Deus.Pro quo no.ſecundū
Alexan.quod in regula beati Benedicti,quædā ſunt purè ſpi-
ritualia,vt charitas,humilitas,& cæteræ virtutes: quædā ve-
rò conſiſtunt in obſeruantijs corporalibus:puta abſtinentia
carnium,ieiunium,& huiuſmodi:quædam verò partim ſpiri
tualia,& partim corporalia:vt cātare pſallere,orare, & huiuſ
modi.In primis abbas diſponere non poteſt:in ſecundis verò
diſponere quidem poteſt,non tamen ad libitum,ſed ſecundū
quod bonum & æquum viderit:ſecundum occurrentia:quod
propriè eſt diſpenſare:tertia verò ſi præcipiuntur,aut prohi-



bentur,mutare non poteſt:niſi ſecundum quod cōuenit cha-
ritati:vt dicit beatus Benedictus,id eſt,ex cauſa rationabili:
quia ſicut ſubditi abbati,ita abbas regulæ ſubditˀ,eiuſq; obe-
dientia præponenda eſt.Et cū in regula dicitur, quòd omnia
de abbatis diſpoſitione fiant:intelligitur,niſi expreſſe præci-
piantur aut prohibeantur.Vnde abbati præcipienti in huiuſ-
modi,ex ſola voluntate non eſt obediēdum.ſecus ſi ex cogni
ta neceſsitate perſonæ. Si autē dubitat monachus, vel timet
de legitima cauſa præcipiendi:in huiuſmodi & alijs,quę ſunt
contra regulam,obediat:vt infrà Religioſus.Et quod hic di-
cit Alexan.de abbate,ſeruandū eſt in omni prælato religio-
ſo,cui ex regula permiſſa eſt diſpenſatio.Vnde diſpēſare poſ
ſunt quādo eis conſtat de cauſa legitima,& etiam ſi dubitēt:
quia ad clementiorē partem declinandū eſt.¶ Decimoquin-
tò† quæritur,vtrum ſuperior aſſumendo aliquem ad aliquod 21
officium,videatur diſpenſare cum eo in impedimento quod
habet ad illud?Et Inno.quidem in c.præterea.de teſti.cog.&
in c.veniens.de ſi.presby.videtur ſibi cōtradicere:ſed eius &
aliorum cōtradictio tollitur diſtinguēdo de principe, id eſt,
papa,& de inferioribus,puta epiſcopis. Vnde Pan . in c.cum
in cunctis.de elect.dicit quòd epiſcopus in caſibus, in quibus
poteſt diſpenſare,cōferendo beneficium indigno, non vide-
tur diſpenſaſſe,imò venit puniendus:quia contulit indigno.
Ita determinat gloſ.in c.vnico,de æta & quali.li.vj.Secus,in-
quit,in principe:quia conferendo ſcienter indigno,videtur di
ſpenſare.Dico ergo quòd ſi princeps vt homo ſcit impedimē
tum eo ipſo diſpēſare intelligitur:& ſimiliter inferior,ſi ſcit,
& habeat rationabilem cauſam diſpenſandi cognitam.quod
tamen videtur limitandum,ſecundum Bald.in l.Barbarius.ff.
de offi.præto.quando per literas ſuas cōſtare poteſt de ſcien
tia indignitatis.Sed hæc limitatio procedit in foro cauſarū,
non animarum:vbi ſecundum Arch.ſi prælatus mandat ordi
nari eum,quem ſcit irregularē:ſufficit intentio diſpenſandi
in irregularitate,licet non dixerit illud verbum,diſpenſo,vel
huiuſmodi:quia diſpenſat ipſo facto . Sed intellige ſi habet
cauſam legitimam ſiue cum cognitione cauſæ aliter puni-
tur.Ratio verò diuerſitatis eſt:quia princeps in diſpenſando
non tenetur ad cauſæ cognitionem ſicut inferior:ſed ſufficit
ſola voluntas. Inſtit.de iure natu.§.ſed & quod principi. De
diſpenſatione in votis,infrà,Votum.iiij.in legibus autem in-
frà,Lex.in certis verò infrà,Reſtitutio.ſexto in ætate autem,
vide ſuprà,Dignitas.

## De Diſputatione.

1 *Diſputare,actum eſſe contentioſum,periculoſum, ancipitem, ſtultis appetibilem,& ſapientibus odioſum:& cuique laico in fidei negotio illicitum adeò vt ob id excommunicatio irrogatur.Quandoque bonus & neceſſarius eſſe poteſt.*

2 *Auerroiſtæ de intellectus vnitate diſputantes, an ſint ferendi. Et quid de religioſo illorū opinionem ac ſententiā ſuſtinente?*

DISPVTARE † communiter eſt actus contentioſus: 1
quia conſiſtit in verbis habentium contrarias volunta-
tes circa victoriam:& periculoſus,quia anceps omne certa-
men,ac varius euentus belli,ſtultis appetibilis,& odibilis ſa- *Laici*
pientibus:quia ſapientis eſt nolle certare,vt ait Lactan.& il- *nō di-*
licitus cuicunque laico circa ea quæ ſunt fidei,id eſt,neceſſa- *ſputēt*
ria in fide,vt ſunt articuli & concluſiones neceſſariò conne- *de fi-*
xæ articulis,ſiue publicè,ſiuè occultè,intantum vt contrafa- *de.*
ciens ſit excommunicandus.de hæreticis. cap .quicunque.§.
inhibemus quoque . libro ſexto . vbi gloſſa dicit,fortè per
laicos intelligi illiteratos more Vltramontanorum : tamen
melius eſt vt propriè intelligatur : quia ſecundum Sanctum

Tho.leges reſpiciunt,quod in pluribus accidit:vt laicum ru-
dem eſſe in his,quæ fidei ſunt.Imò nedũ laicis, ſed & clericis
prohibetur diſputare de fide publicè turbis coadunatis.C.de
ſum.Tri.l.nemo.& idem ſentit Sanctus Tho.ij.ij.queſt.x.di-
cens,diſputationem de fide illicitam,quando ex dubitatione
diſputatur:vel coram ſimplicibus & titubantibus , qui ab in-
fidelibus non ſolicitantur:quod ſupple, communiter accidit
vbi eſt turba.Secus ad confutãdum errores etiam coram ſim
plicibus,quando ſunt ab infidelibus ſolicitati:quia tũc ſi quis
ad hoc eſſet ſufficiẽs,nõ ſolùm eſſet licitum,ſed etiam neceſ
ſarium:nec taciturnitas eſſet erroris confirmatio.Pro quo fa
cit l.quoniã.C. de epi.& cle.xxiij.q.vj.vides.Similiter etiã ſe-
cus quando diſputatur ad exercitium coram doctis & firmis
2 in fide.ar.in c.in mandatis.di.xliij.¶Quid † ergo dicendũ de
*In Auerroiſtas.* his,qui publicè in diſputationibus,ſuſtinẽt fictionẽ Auerrois
de vnitate intellectus?Dico quòd tales ſunt vani cõmuniter:
quia opinionem tam ſtolidam & contrariã Ariſtoteli & toti
Philoſophiæ nõ videntur ſuſtinere ,niſi vt appareant Philo-
ſophi quaſi diſſentientes à fide : & ſi ſunt laici,peccant mor-
taliter,quia ſunt excommunicandi per d.c.quicunque.nullus
autem excõmunicatur à iure,niſi pro mortali,ſecundũ Petr.
de Pal.imò peccãt vel mortaliter vel grauiter,etiã,ſi ſuſtine-
rent partem fidei,ratiõe dictæ prohibitionis.Et ſimiliter pec
cant mortaliter religioſi,qui tali vanitate ducti ſuſtinent di
ctam opinionem:tum quia exponunt ſe periculo faciendi ti-
tubare aliquos de fide:tum etiã quia ſi mortale eſt laico ſuſti
nere partem fidei propter inſufficiẽtiam,ne fidei derogetur:
multo magis religioſo ſuſtinere oppoſitũ fidei:& tantò gra-
uius,quãtò ille doctior eſt.Et ſimiliter peccãt mortaliter in-
quiſitores & epiſcopi,qui poſſent obuiare prædictæ eneruati-
oni fidei:& ſola vtilitate & reuerentia contenti negligunt
ea quæ Domini ſui ſunt non curantes : quia iſta negligentia
eſt magna & pernicioſa contra honorem creatoris & Domi-
ni noſtri Dei.vide ſuprà Contentio.§.iij.

## De Diuinatione.

*1 Diuinatio à quibus inuenta eſt,& quorum virtute fiat?*
*2 Dæmones quot modis futura agnoſcant?*

1 DIVINATIO † à Perſis fertur inuenta.xxvj.q.iij.c.j. &
fit dæmonũ virtute,quia ſcire poſſunt omnia nobis oc-
culta,præter mẽtium cogitationes & affectiones,ſecundum
Theologos,& omnia abſentia. Et aliquo modo etiã futura:
quæ ſecundum San.Bona.& vt elicitur ex c.ſciendũ.xxvij . q.
2 iiij.& S.Tho.in multis locis,quatuor modis agnoſcũt. † Pri-
mò,ex ingenij acrimonia,cõſiderantes ad quid noſtra decli-
natur affectio,aut virtus cauſæ naturalis.Secũdò,ex longa
experientia, qua norunt ex talibus talia contingere quod ta-
men ſubtilem exigit declarationem.Tertiò,ex doloſa caute-
la,proponunt aliquid facere,& prædicunt. Quartò,ex aliena
doctrina,qua diuina permiſſione à bono angelo diſcunt, aut
etiam per ſcripturas.vide ĩ.Superſtitio.& Maleficium.

## De Diuortio.

*1 Diuortij finitio,& vnde dictum ſit?Et quotupliciter fieri habeat?Et an in eo vir & vxor,ad paria vocentur?*
*2 Matrimonium,num ſit aliquo caſu ſeparabile? Et quotuplex matrimonij ſeparatio?*
*3 Si quis aliquam cognouerit,cum qua nec ſponſalia, nec matrimonium contraxit,at denique poſt copulam cum ea de præſenti contrahat:an huiuſmodi matrimonium per præcedentem copulam conſummatum ſit?Et num eo non obſtante,eorum quilibet religionem intrare poſſit?Et an vir ex eo,quòd duxerit cognitam,bigamus effectus ſit?*
*4 Vir ſi vxorem nec dum cognitam proprio conſanguineo adulterandam tradiderit, an ex inuita ob id religionem ingredi poſſit?Et quid ſi alteri tradiderit.*
*5 Vinculum per coniugis mortem ſemel diſſolutum an coniuge reſurgente redeat?Et quid in matrimonio ſpirituali?*
*6 Vinculo matrimonij, per mortem alterius coniugum ciuilem diſſoluto,vtpote religionis ingreſſu altero cõſentiente,an in ſeculo remanens teneatur alterius profeſſionem faciendam in fine anni ante,quàm contrahat expectare?Et an ſi ſponſus mantellatus efficiatur,matrimonium ſolui dicatur?*
*7 Matrimonij ſoluendi an alius ſit modus,quàm naturalis,aut ciuilis mortis?Et ibidem, an caſtratio ſuperueniens vinculum coniugale tollat?Et ex quo coniugium ratum eſſe dicatur?*
*8 Sponſa per verba de præſenti à ſponſo violenter cognita,num religionem intrare poſſit?*
*9 Diuortium ratione periculi peccãdi vitandi,an liceat?Et quid ob adulterij cauſam, & quatenus huiuſmodi cauſa porrigatur?Et qua authoritate occaſione adulterij fiat huiuſmodi ſeparatio?nu 10. & 11.& de eodem limitationes quatuor.*
*12 Vir vxorem adulteram, num aliquo caſu repedere non poſſit? Et id quot caſibus?*
*13 Separati ob hæreſim,aut infidelitatẽ,nũ à debiti redditiõe abſoluti ſint?Et num in hmõi compenſatio locũ habeat.nu.14.*
*15 Iura quid velint de coniugum votis quo ad continentiam in ſeparatione propter ſanctimoniam?*
*16 Matrimonio iam conſummato,num religionem intrare liceat?Et id quotuplici caſu?*
*17 Coniunx religionem ingreſſus,quando ad exitum,aut id minimè teneatur?Et num religionem egreſſus ad debitum tenetur?nu.18.Et num egreſſus ad regreſſum teneatur?nu.19.*
*20 Iura quid velint circa ſacrorum ordinum ſuſceptionem ab eo,qui matrimonium conſummauit?*
*21 Diſſolutione matrimonij,quod verum non erat,ſed apparens, qualiter procedetur,vbi vxor propter viri frigiditatẽ diuortium petit? Et quid ſi vir propter mulieris nimiã arctitudinem petat?nu.22. Et quid ſi propter maleficium petatur,vt quia vir alias poteſt,ſuam cognoſcere non poteſt.23.*
*24 Eccleſia ſi falſis probationibus in matrimonio diſſoluendo decepta fuerit,ac mox vir ſacerdos factus eſt:deinde autem compertum eſt de deceptione, an ſi vxor virum repetat, ei reddi debeat?Et quid ſi vxor monaſterium ſimili , aut pari cauſa ingreſſa,& maritus monachus effectus ſit,vel in ſacris conſtitutus:an vxor virum repetere queat.num.25.*
*26 Fratres duo duxerunt duas ſorores,ſeu conſanguineas, lataque eſt propter conſanguinitatem inter alterum , & vxorem, diuortij ſententia, an ob id alter à ſua vxore etiam ſeparari debeat?*
*27 Sententia diuortij lata,& thoro ob vxoris adulterium ſeparato,ſi vir fornicetur, an poſſit illum mulier repetere?*

DIVORTIVM † licitum,eſt viri ab vxore,vel econtra 1
ſeparatio legitima,id eſt,non ſine lege vel ratione fa-
cta:quia quos Deus cõiunxit homo non ſeparet.xxxj.q.j.§.&
obijcitur.Et dictum eſt à mentium diuerſitate : vel quia hi,
qui matrimonium diſtrahunt,in diuerſas partes eunt.ff.de di
uor.lege prima.Et ſecundum Ray.fieri habet multipliciter:
quia aut diuiditur matrimonium in totum , ita quòd poſſit
coniugum vterque cõtrahere,vt in maleficiatis:vel ſaltẽ al-
ter,vt in frigidis:aut dirimitur in parte,id eſt,quantũ ad mu-
tuam ſeruitutem debiti coniugalis & cohabitationis,ita ta-
men quòd neuter eorum contrahere poſſit: ſicut quando fit
ſeparatio propter adulterium,vel cauſa religiõis poſt carna
lem copulã:ante quam ſi alter cõiugum religionẽ intraret,
poſſet contrahere reliquus . In huiuſmodi autẽ diuiſionibus
faciendis per diuortium,vir & vxor ad paria iudicãtur,ſecun-
dum San.Tho.& Petrum:quia ſicut viro vxorem,ita vxori vi
rum ob fornicationẽ dimittere licet.xxxij.q.j.ſi quis vxorem.
2 ¶† Primò verò quæritur,vtrũ matrimoniũ ſit aliquo caſu ſe
parabile?Et dico ſi loquamur de matrimonio vocaliter,& nõ
verè,vt eſt illud,quod ſequitur impedimẽtũ dirimens:ſic ſol-
ui poteſt,iuxta dicenda infrà impedimentũ.per totũ. Sed lo-
quendo de vero matrimonio,dico quod eſt duplex: vnum ſci
licet ratũ,id eſt legitimè cõtractũ per verba de pſenti : aliud
ratum ſimul ac conſummatũ per copulã carnalẽ. Separatio
*Duplex diuortium.* enim matrimonij eſt duplex:vna quo ad vinculũ,quę eſt quã
do vterque vel alter coniugũ poteſt cũ alio de nouo cõtrahe
re:alia quo ad conuerſationẽ coniugalem,vinculo ſtante. Et
hęc eſt duplex,ſcilicet quo ad thorũ,& quo ad cohabitationẽ.
Igitur quantũ ad vinculũ , matrimoniũ ratũ dupliciter ſolui
poteſt. ¶Primò , per mortẽ naturalẽ alterius vel vtriuſque
coniugũ.¶Et ſecundò,per mortem ciuilem:id eſt,profeſſio-
nem tacitã vel expreſſam religionis approbatæ:ita quòd re-
manẽs in ſeculo poteſt liberè cũ alia cõtrahere,niſi impedia
tur ex aliquo voto.Matrimoniũ verò conſummatũ ſolui po-
teſt morte naturali,non autẽ ciuili,aut quocunq; alio modo:
vt in c.gaudemus.de diuor. etiã authoritate Papæ:vt in c.ex
publico.de conuer.coniu.quod tamẽ fallit, ſi illud eſſet inter
coniuges infideles.de quo infrà Matrimoniũ.vj.§.j.& Matri-
monium.viij.§.x. Quantum verò ad cõuerſationem cõiuga-
lem vtrunque tam ratum quàm conſummatũ ex quatuor ſe-
parari poteſt.Primò,propter adulteriũ.xxxij.q.j.dixit domi-
*Quãdo liceat non cohabitare.* nus.de quo infrà.§.vij.quo caſu mulier dotem & vir donatio
nem propter nuptias perdit:vt infrà.§.xiiij. ¶Secundò ,pro-
pter periculũ,dum alter alterum ad aliquod peccatũ morta-
le trahere nititur:ſecundũ glo.in c.omnes.xxxij.q.vij.&Inno.
in c.maritus.de adul.&in c.quæſiuit.de diuor.&ibi Panorm.
quod intellige ſi aliter cõpeſci non poteſt.¶Tertiò, propter
hæreſim.de quo infrà §.x.¶Quartò , propter ſanctimoniam,
id eſt,religionis ingreſſum aut votum:de quo infrà §.xij. Eſt
3 tamen † circa hoc ſciendum , quòd ſi quis aliquã cognoſcat,
cum qua nec ſponſalia,nec matrimoniũ contraxit,& poſt co
pulam cũ ea contrahat de præſenti:hoc matrimoniũ non eſt
conſummatũ per copulã : quia quod præcedit, non conſum-
mat,id eſt,perficit quod ſequitur,ſed econtra : quia perfectio
præſupponit perfectibile.Et ideo vterque eorũ , nõ obſtante
illa copula,poteſt intrare religionem,per c.verũ.& ca.ex pu-
blico.& c.ex parte.de cõ.coniu. Nõ eſt etiã ille vir bigamus,
dato quòd illa prius ab alio cognita fuiſſet : quia ad bigamiã
non ſufficit contrahere cum corrupta,niſi poſt contractũ co
gnoſcatur.Et facit ca.veniens.de ſpon.vbi copula præcedens
ſponſalia de futuro, non facit illa tranſire in matrimonium.
4 Sciendum † eſt etiam,quòd ſi vir vxorem nondum cognitam
proprio cõſanguineo tradat adulterandã,ſecundũ Ric.in iiij
diſt.xxxv.non poteſt ea inuita religionem intrare: ex hoc ac-
quiſito mulieri iure in corpus viri.& facit c.diſcretionem.de
eo qui cog.cõſang.vxo.ſuæ.Et idem videtur , ſi tradat alteri.
5 ¶† Secundò quæritur , quãtum ad ſeparationem vinculi per
mortem naturalem,vtrũ redeat vinculum mortuo reſurgen
te:Et dicit Pet.de Palu.in iiij.diſtin.xxvij.quòd poſt mortem
vnius alter cõtrahere poteſt:vt patet per Apoſtolum Ro.vij.
quia mors omnia ſoluit.authẽ.de nupt.§.deinceps.Et ſi mor-
tuus reſurgat,non eſt obligatus matrimonio:tum quia obli-
gatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit:tum quia hoc ſacramentũ
characterem non imprimit:qui ſcilicet eſt indelebilis. Vnde
Lazarus reſuſcitatus ſi habebat vxorẽ , nõ recuperauit eam,
niſi nouiter contraxiſſet:recuperaſſet tamẽ bona, quæ teſta-



tus fuiſſet:quia in donatiõe cauſa mortis plus ſe quàm dona-
tarium vult habere.Vnde intelligitur tacita conditio ſi mori
tur cum effectu,id eſt,permanens in morte.Ide ſi ab inteſta-
to decedatur:quia in cauſa eſt coniunctio ad morientem,qui
ſibi eſt omni alio coniunctior. Et idem ſi fiſcus illa receperit
in defectum hęredũ:quia ſi reddere tenetur propinquo eius,
multo magis eidẽ reſurgenti.Et idem eſt in ſpirituali matri-
monio.Nam religioſus ſuſcitatus poſt mortem,non tenetur
ad religionis obſeruantiam: quia ſeruitus perſonalis , quæ de
betur à perſona ratiõe perſonæ,vt in matrimonio & religio-
ne , extinguitur morte:quod etiam patet ex verbis aliquorũ
profitentium obedientiam vſque ad mortem.Et ſimiliter cu
ratus & epiſcopus reſuſcitatus,quamuis,retineat conſecratio-
nem,nõ retinet tamen eccleſiam,niſi ſibi noua electiõe aut
prouiſione conferatur:quia mortuus eſt ſuæ ſponſæ,id eſt,ec
cleſiæ.hæc ex illo.¶† Tertiò quæritur,quãtum ad ſeparatio 6
nem vinculi per mortem ciuilem,vtrũ altero poſt matrimo-
nium ratũ intrante religionem reliquo conſentiente, rema-
nens in ſeculo teneatur alterius profeſſionem fiendã in fine
anni expectare, antequã cõtrahat?Et dicũt omnes doc.quòd
tenetur quidem profeſſionẽ expectare: qa ſi ante profeſſio-
nem egrederetur,tenetur illum recipere , etiã ſi iam cũ alio
contraxiſſet,& conſummaſſet:quia ante ciuilẽ mortẽ , id eſt,
profeſſionem, qua quis actibus carnalibus moritur , vinculũ
non diſſoluitur:vt in c.verũ.& in c.ex parte.el ij.de cõuer.cõ-
iu.& intellige in religiõe approbata:vt in c.vnico,de vot.lib.
vj.Ex quo infert Pan.in d.c.ex parte.quòd nõ ſoluitur matri-
moniũ,licet ſponſus efficiatur mãtellatus, ſiue de tertio ordi
ne:quia licet ſit modus viuẽdi approbatus,nõ tamen religio.
Quod tamẽ fallit in tertio ordine viuẽte collegialiter & pro-
fitẽte tria vota religionis ex cõceſſione apoſtolica, ſicut nũc
eſt in multis locis in ordine Prædicatorũ:quia talis profeſſio
ſoluit matrimoniũ ratũ ante vel poſt talem profeſſionẽ cõ-
tractũ:vt declarauit Xyſtus quartus de quibuſdã mulieribus
tertij ordinis beati Franciſci: nõ autem ſi profitentur quidẽ
hæc,ſed non ex cõceſſione apoſtolica: quia oportet talẽ pro
feſſionem eſſe approbatã.¶Probationis tamen tempus vtrũ
eo caſu debeat eſſe annus nécne , eſt opinio triplex. Nã Ber.
in c.ſtatuimus.de reg.in glo.dicit quòd per epiſcopũ tempus
probationis breuiari & taxari debet, ppter periculum incõ-
tinentiæ alterius,& ad fraudem tollendã , quia poſſet quis in
fine anni de monaſterio ad monaſterium trãſire fraudando
alium.Ioan.autem in glo.xxvij.q.ij.in ca.deſponſatam.diſtin
guit:qa ſi intrauit de voluntate alterius,debet ille expectare
per annum:nec probationis tempus abbreuiandũ eſt.Si verò
intrauit eo ignorante vel inuito:præfigendũ eſt tempus intra
quod pfiteatur.Nec inconuenit tempus iure ſtatutũ breuia-
ri:quia ſpeciale eſt in iſto caſu propter incontinentiæ pericu
lum.Hoſt.verò in Sum.dicit illud tẽpus nõ eſſe breuiãdum,
niſi appareat fraus ex diſcurſu de vno monaſterio in aliud:
quia inductũ eſt in fauorem,nõn ſolùm intrantis,ſed etiã reli
gionis:vt mores eius experiatur.Sed San.Th.in iiij.diſ.xxvij.
q.j.art.iij.q.iij.ad tertium , dicit quòd de profeſſione emiſſa
ante tempus iure determinatũ , eſt idẽ iudiciũ quod de voto
ſimplici,poſt quod alter reddere debitũ nõ tenetur,nec tamẽ
poteſt contrahere:ita & hic.hæc ex illo.Et ſic tene,niſi abbre
uiator tẽporis eſſet Papa:quia alij contra canones diſponere
non poſſunt in fiendis,niſi eis expreſſe cõcedatur: vt patet ex
dictis ſuprà Diſpẽſatio.§.iiij.maximè in alicuius præiudiciũ.
¶† Quartò quæritur,vtrũ præter dictos modos,ſcilicet mor 7
tis naturalis & ciuilis,ſit alius modus ſoluẽdi matrimoniũ ra
tum,aut etiã cõſummatũ?Et de conſummato legitimè inter
fideles dico quòd nullo modo ſolui põt niſi morte naturali:

ſimiliter nec ratum,niſi morte naturali aut ciuili,ſecundum
Pe.de Pal.qui dicit quòd tale matrimonium,ſcilicet ratum,
non ſoluit primò ſeruitus ſuperueniens: qa nõ occidit quan-
tum ad actus carnales. Et idẽ generaliter eſt de omni impe-
dimento dirimente : quia matrimonium non dirimunt, niſi
præcedãt.Nec ſecũdò votum ſimplex.vnde talis tenetur aut
reddere,aut intrare religionem , non quidem tertij habitus
beati Dominici vel Franciſci cum profeſsione ibi: quia talis
profeſsio non habet vim niſi voti ſimplicis:vnde non ſufficit
tollere vinculum cõiugale.Nec tertiò caſtratio ſuperueniẽs:
quia matrimonium ratum non inuenitur in iure ſolui,niſi in
certis caſibus,de quibus non eſt iſte. Firmatur autem,& ratũ
vocatur coniugium ex ſolo conſenſu per verba de præſenti:vt
not.glo.de teſti.cap.ſuper eo.Et gloſſ.dicentes quòd confir-
mat officio carnali & ante impoſsibilitas coëundi ſoluit vin-
culum,negandæ ſunt.Nec quartò ordo,qui eſt ſacramẽtum
vel dignitas:licet magiſter Sententiarum videatur innuere
quòd ſponſus ſicut religionem ingredi,ita & ad ordines pro-
moueri poſsit:& ſecundum Hoſt.ad epiſcopatum ante copu
lam carnalem:quia epiſcopatus ex ſui natura non dicit aliqd
matrimonio contrarium:cùm epiſcopi prius eſſent vnius vxo
ris viri:nihil autem tollitur niſi per ſuum contrarium. Item
epiſcopus ciuiliter non moritur,cùm habeat proprium ſicut
& clerici ſeculares:religio autem matrimoniũ ſoluit ratio-
ne mortis ciuilis,non ratione perfectionis:vnde vxor ordina-
ti ad ſacros ordines vel epiſcopatum contrahere non poteſt:
nec ea inuita poteſt vir etiam ante copulam ad hæc ordinari,
etiam per Papam,in eius præiudiciũ, ſic quin teneatur debi-
tum reddere:quia eſt de iure diuino:ſimiliter nec ad cardina
latum:quia & ille ſtatus ſecularis non eſt regularis,dicente
quodam cardinali:nos habemus religionem, cuius apoſtatæ
ſunt ſancti,vt Hieronymus.Nec obſtat quòd Chriſtus Ioan-
nem de nuptijs ad apoſtolatum vocauerit : tum quia epi-
ſcopi non tenent locum apoſtolorum quo ad paupertatem,
ſed quo ad dignitatem:tum quia illud fecit Chriſtus, qui ha-
buit poteſtatem excellentiæ : tum quia apoſtolatus erat ſta-
tus religionis quo ad tria vota.Eſt ergo concluſio iſtius quòd
matrimonium ratum ſola profeſsione religionis probatæ
ſolui poteſt,& non aliter,etiam authoritate Papæ: cuius ta-
men contrarium tenent Canoniſtæ : quia matrimonium in-
quantum ſacramentum ratificatur conſtitutione eccleſiæ:
quæ ratificatio eſt vt alter altero viuente contrahere non
poſsit.Vnde ratificationem Papa tollere poteſt de poteſta-
te abſoluta:& etiam de ordinaria quando ſubeſt cauſa . Et
hæc eſt opinio Ioannis Andreæ in nouel.ſuper cap.ex publi-
co.de conuer.coniug.& Hoſtien.& Archidia.in cap.quapro-
pter.xxvij.quæſt.ij.& Benedict.in dict.cap.ex publico.Et Ar-
chidi.tertia parte.titulo primo. cap. xxij. diffuſè iſta pertra-
ctans dicit,ſe vidiſſe bullas Martini quinti,& Eugenij quarti
talem matrimonij diſſolutionem continens.
8 ¶†Quintò quæritur , vtrum ſponſa per verba de præſenti
cognita violenter à ſponſo religionem poſsit intrare? Et di-
cit Hoſti.quòd non contra ſponſi voluntatem, & ſi ingredi-
tur,ille contrahere nõ poteſt,ſecundum Petrum, cùm duret
vinculum:ſed poteſt inuitam de monaſterio reuocare.Pano.
autem in c.verum.de conuer. coniu. ſequitur opini.Barthol.
Brixi.dicentis quòd poteſt:quia non videtur communicaſſe
ſuum corpus,ex quo fuit cognita inuitè. Et facit cap.ille au-
tem.xxxij.q.v.Sed dico iſtam opini.veram ſi erat ſponſa de fu
turo:vt etiam tenent Mo.& Rod. aut etiã ſi fuit de præſen-
ti,& violẽtia fuit abſoluta ante bimeſtre:ſed ſecus ſi erat ſpõ
ſa de præſenti,& fuit in mora ingrediendi religionem:puta,
quia iam tranſiuerant duo menſes à deſponſatione, qui ad
hoc dantur,ſecundum S.Tho.vt ſuprà, Debitum.§.j. quia ſi
ille exigit quod ſibi debebatur ſine culpa.Similiter ſi violen-
tia non fuit merè abſoluta:qa hoc caſu copula fuit ex parte
ſponſæ volũtaria ſimpliciter,licet ſcd̃m quid inuolũtaria:ſi-
cut & proiectio merciũ in mare.Secũda aũt opinio eſt vera,
vbi nõ fuit in mora,& violẽtia fuit abſoluta ſine vllo cõſenſu.
quod tñ vix accidit.Et ratio, quia vnius culpa non debet im-
pedire alterius bonũ maximè ſi culpabilis inde cõmodum re
portet.¶†Sextò quæritur , quantũ ad ſeparationem ratione 9
periculi peccãdi,quomodo liceat?Et dico ex Pe.de Pa.in iiij.
diſt.xxxix.quòd ſi crimen eſt tale vt coniunx ſine periculo ſui
corporis cohabitare non poſsit:non tenetur: quia ſi cum ſui
corporis periculo non tenetur reddere debitũ:multo minus
cohabitare.de re.ſpo.ex tranſmiſſa.&.c.literas.in fi.Vnde fal
ſa eſt glo.de diuor.&.c.ij.dicens,nõ dimittandã eſſe vxorem,
etiam ſi vitæ viri fuerit inſidiata.Et idem eſt ſi cõiunx trahat
ad crimen,etiam nõ cogendo,ſed ratione fragilitatis: quia ſi
non tenemur cohabitare ꝓpter periculũ corporis:multo mi-
nus propter periculum animæ. Si tamen quis propter crimi-
na alterius non timeat probabiliter ſibi, corpori,vel animæ:
derelinquere cõiugem nõ debet, etiã incorrigibilem,niſi ſit
fornicatio carnalis,etiã ſemel cõmiſſa , vel ſpiritualis,in qua
ſit incorrigibilis.Et ſic intelligitur c.ij.de diuor.¶†Septimò 10
quæritur,quantũ ad ſeparationẽ matrimonij cõſummati quo
ad conuerſationẽ coniugalẽ,ratione adulterij factã quãtum
extendatur iſta cauſa adulterij vel fornicationis?Et dico,ſecũ
dum doc.quòd extenditur non ad voluntatẽ adulterandi,ſe-
cundũ Veruec.ſed primò ad ſuſpicionẽ violentã vel certã de
huiuſmodi:puta ſi probatur ꝙ fuit ſolus cum ſola, nudus cũ
nuda in eodẽ lecto:aut ſimul in ſecretis locis & latebris com
modis & horis electis. xxxij.q.j. dixit. Scd̃ò,ad vitium Sodo-
miticũ,ſcd̃m Hug.Lau.Io.Cal.dominũ Ant.& Pan.in c.ma-
ritus.de adul.quia nomine fornicatiõis intelligitur omnis il-
licitus coitus.xxxij.q.vij.non ſolum.xxxij.q.iiij.meretrices.Et
quanuis Inno.in d.c.maritus.& glo.in c.omnes.xxxij.q.vij.te-
neat contrariũ,primũ tamen eſt verius:quia matrimonio ſit
iniuria maior.Et addit Pet.de Pal.hoc extendi ad vitiũ Sodo
miticum, & pollutionem extraordinariam cũ alio vel alia,
etiam extra clauſtra pudoris:etiam ſi erat ſua,ſcd̃m Hug.&
Lau.ea non exiſtente in culpa. Sed hoc limita,ſi non vult cor
rigi.Imò extenditur,ſecundum quoſdam,& S.Tho.in iiij.di.
xxxv.ad peccatum contra naturam . Sed hoc non eſt verum
in mollitie,ſecundum Hug.Ro.& glo.in d.c.omnes.Et ratio
poteſt eſſe:quia nec diuiſit nec diuidere tentauit,carnẽ ſuam:
qua etiam ratione qui ſuam extraordinariè polluit, non põt
dimitti,niſi corrigi nõ velit:quia tunc immineret vxori pe-
riculum ſalutis,cui poteſt & debet prouidere.de diuor.gaude-
mus.Tertiò,extenditur ad fornicationem ſpiritualem,id eſt,
infidelitatem,ſi alter ſcilicet cadat in hæreſim, Iudaiſmum,
vel Gentilitatem, præcipuè ſi ad infidelitatem trahit coniu-
gem ſuum.xxviij.quæſt.j.Idololatria.Si tamen talis corrige
re ſe vellet,non deberet dimitti.ſed de hoc ĩ.§.x.
¶†Octauò quæritur,qua authoritate talis ſeparatio fiat ra-
tione adulterij?Et dico,ſecũdũ Hoſt.quòd ſi adulterium eſt
notorium,ita quòd inficiationi non eſt locus, poteſt innocẽs
reum ſua authoritate dimittere,ſcilicet ei non cohabitãdo.
de diuor.ſignificaſti.& multo fortius debitũ negando. & idẽ
Inno.quod Veruec.limitat verum,quando reus recedens pu-
blicè moratur cũ adultera vel adultero:quo caſu loquitur d.c.
ſignificaſti.Aliter aũt hoc non licet,quantũ ad cohabitionẽ:
vt ibi in cap.porro.Et idẽ Io.And in c.plerunque.de dot.poſt
diuor.re.addens quòd non lucrabitur donationem propter
nuptias , vel dotem : ſi non habet penes ſe , quia petere non
poterit.Sed ſi habet penes ſe,per exceptionẽ adulterij eã lu-
crabitur cõtra petentẽ,ſecundum Pan.in d.c.plerũq;.Si verò
delictũ nõ eſt notorium:fieri non poteſt ſeparatio quantum
ad cohabitationẽ ſine authoritate & iudicio eccleſiæ:aliter
inſtãte altero,conetur cohabitare:niſi probet intra octo dies
ſecundum Hoſ.quod Rich.limitat verũ,quando matrimoniũ
in facie eccleſiæ vel corã teſtibus celebratũ erat.In clande-
ſtino enim omnino propria poteſt authoritate dimittere,etiã
quo ad cohabitationem:quantum autẽ ad thorum,dico fie-
ri poſſe ſeparationem propria authoritate,ſi innocenti cõſtet
de adulterio cõiugis alterius,ſecundum Arch ar.eorum quæ
no.in d.c.plerũq;:& in c.gaudemus.de diuor.Quod tamẽ,ſe-
cundum Archi.& multos,fallit in tribus caſibus.Primò,ſi cõ
pellatur authoritate eccleſiæ,ſecundò ,ſi ipſe poſtea adulte-
raſſet .Tertiò,ſi petiuiſſet aut reddidiſſet debitũ voluntariè
poſtquam de adulterio ſciuit:quia videtur ſe reconciliaſſe:&
debitũ negare non poterit,ſecundũ Pe.de Pal.Adde quartò ,
ꝙ vbi reus ſe emendare vellet,innocenti ſuaderi debet recõ
ciliatio:ſed nõ eſt ad hoc abſolutiõis negatione cogẽdus:niſi
hoc ex odio faceret aut vindicta,ſecundũ S.Tho.in iiij. ¶No
12 nò,† quæritur,an aliquo caſu nõ poſsit vir adulterã vxorem
repellere?Et dico ꝙ ſic in ſeptẽ. ¶Primò,ſi ipſe illam proſti
tuit:extra de eo qui cogno.conſan.c.diſcretionẽ.& idẽ ſecun
dum Per.de Pal.eſt ſi ſciuit,& nõ prohibuit,cùm potuerit.Se
cus ſi ei dediſſet occaſionem indirectè,expellẽdo eam,vel ne
ceſſaria denegãdo:quia nõ eſt ignoſcendum ei,quæ prætex-
tu paupertatis turpiſsimã vitam elegit.ff.de rit.nup.l.palam.
Vide,ſiuis,Panor.in c.diſcretionem.de eo qui cogno.conſan.
vxor.¶Secundò,cùm virũ defunctum credens probabiliter,
nupſit alteri:quia excuſatur,ſecũdũ Ric.& vir rediens eã re-
cipere tenetur:niſi ſcienter ſteterit cum ſecundo poſt aduen-
tum primi.xxxiiij.q ij.cum per bellicam.Tertiò,ſi eſt cogni
ta latenter ab aliquo,quẽ virũ propriũ credebat:eadem q.in
lectũ.¶Quartò,ſi fuit vi oppreſſa.xxxij.q.v.propoſito animi.
quod intellige de vi abſoluta:ſed ſi metu aut præcepto parẽ-
tũ,inſtantia coſanguineorũ vel ſimili cauſa fornicaretur,etiã
de facto cõtrahẽdo cũ aliquo,nõ excuſetur .xxxij.q. vij. oẽs.
¶Quintò,quãdo eam poſt adulteriũ recõciliauit , vel publi-
cè adulterantẽ tenuit,& retinet in cõſortio maritali.xxxij.q.
j.c.j.cum ſeq.quia ſecundum Rich.crimẽ reconciliatione di-
miſſum,amplius obijci nõ debet,niſi ſequatur recidiuũ.¶Sex
tò,ſi infidelis coniunx infideli coniugi det libellum repudij,
illaq; nubat ſecundò,& vterq; conuertat ad fidem:quia tene
tur eam recipere primus etiã cognitam à ſecundo:niſi alteri
fuerit fornicatiõe cõiuncta.de diuor.gaudemus. ¶Septimò,
ſi vir cõuincitur adulterari.xxxij.q.vj.per totũ . imò ſi vir eſt
adulteratus occultè & vxor manifeſtè:ſine peccato eã dimit-
tere non poteſt:quia vxori nõ deficit ius excipiendi, ſed pro-
bato,ſecundum Ray.S.Tho.& Alb.Si tamẽ ille pœnitentiã
egiſſet,& illa eam agere nollet:ſine peccato accuſare eã &
dimittere poſſet.xxxiij.q.j.c.j.ij.iij.& iiij.¶Octauò, ait Ric.
ſecundũ aliquos,ſi vir contra vxoris voluntatem abſtinendo
præſtet occaſionẽ adulterandi.xxxiij.q.v . ſecundum verba.
Alij tamẽ dicunt propter hoc non excuſari mulierem adul-
terãtem,quin poſſet eam dimittere maritus,ſecũdum gloſſ.
13 ¶Decimò † quæritur,quãtum ad ſeparationem propter hæ
reſim vel infidelitatem,quæ eſt ſpiritualis fornicatio,vtrũ ſe-
parari propter hanc vel illam fornicationem abſoluti ſint à
debiti redditione?Et dico quòd ſic:ſecundum Hoſtien.& Pa
nor.in c.quæſiuit.de diuor.& ſi ſpiritualis fornicatio ſit noto
ria,maritus poteſt intrare religionem inuita vxore ,& econ-
uerſo,ſecundum Panor.in c.fi.de conuer.coniu.Et cùm dicit
Dominus, Excepta cauſa fornicationis.gl.dicit carnalis vel
ſpiritualis.Et hoc fit fauore fidei.Ex quo no. ſecundũ Pan.ꝙ
verbum generale in materia pœnali,intelligitur largo mo-
do,ſi diſpoſitio tẽdit ad fauorem fidei.Sed prædicta intellige
quo ad innocentem:ſed quo ad reũm ante latam ſentẽtia di-
uortij propter ſpiritualem aut carnalẽ fornicationẽ,ſi inno-
cens hoc petit:ſibi reconciliari debet,& debitum reddere te-
netur:nec eo inuito,ſecundum Hug.poteſt intrare religionẽ:
quia introductũ in meum fauorẽ,in meum damnum retor-
queri non debet.l.quod fauore.C.de legi.imò etiã poſt latã
ſententiã poteſt innocens reum inuitũ reconciliare,ſecũdum
Lau.nec poteſt reus eo inuito religionẽ intrare:qa ſententiã
Hug.dicentis contrarium, eo ꝙ vterque in ſeparatione ceſ-
ſit iuri ſuo,euertere videtur.d.c.ex literis.Et hoc tenet Sum.
Roſ.ſed repugnat Sum.Ang.ſic dicens:Poſt latam ſententiã
ſi innocens hoc petit,reus reconciliari debet,& reddere tene
tur.quod fallit,ſi religionẽ intraſſet, vel ſuſcepiſſet ordines
ſacros:quia nec ille repetere poſſet:nec iſte reddere teneretur,
ſecundum Ber.in c.ex literis tuis.de diuor.& Hoſ.ibi.hæc illa.
quæ malè adducit Ber.vt patet intuenti : & etiã malè ſentit:
quia ſi ille religionem intrare nõ potuit,vt probatum eſt aut
promoueri ad ordines,iuſtè alius repetit,vt dicitur.Poteſt ta
men nocens licitè intrare monaſteriũ tripliciter. Primò,de
licentia innocentis.Secundò,ſi innocens ipſe ingreſſus eſt &
profeſſus.Tertiò,ſi mulier de adulterio condẽnata vel publi
cè deprehenſa,in monaſterium ad pœnitentiã perpetuã de-
trudatur,& eam emẽdatã recipere noluerit: quod poteſt in-
tra biennium.propter quod tamen monacha non erit,ſi non
fuerit amplius proceſſum.Vide pro his Pan.in c.gaudemus.
& in c.fi.de cõuer.coniu.¶Vndecimò,†vtrũ in talibus admit 14
tatur compenſatio:puta,ſi vnus ſpiritualiter,alter carnaliter
fornicetur?Et dicit Gof.& Hoſt.quod ſic , ſi emendare velit
qui ſpiritualiter cecidit.Sed ſi nollet emẽdare,procederetur
contra illum:& ipſe contra ſuũ coniugem nõ audiretur. Sed
tamen Hoſt.magis diſtinguit:quia ſi, inquit, accuſatur vnus
de ſpirituali,& excipit de carnali,non eſt audiendus : quia ſi
cõuincitur de ſpirituali,nõ tenetur ei mulier cohabitare,ni-
ſi redire velit ad fidẽ.Si verò accuſatus de carnali,excipit de
ſpirituali,prius de exceptiõe cognoſcetur,tanquam de præ-
iudiciali:cùm hæreticus accuſare nõ poſſet vxorẽ de carnali
vel alio delicto.Et facit c.exceptionẽ.&.c.à nobis . de excep.
Sed ſi ille vellet redire ad fidẽ,& conſtaret de vtraq; fornica
tione:fiet cõpenſatio.Et ita tenet Pan.in c.fi.de cõuer.cõiug.
¶Duodecimò,† quæritur quantum ad ſeparationẽ propter 15
ſanctimoniam,quid iura velint de votis coniugũ quo ad cõ-
tinentiam?Et dico de hoc multa eſſe dicẽda intra Matrimo-
nium.viij.§.v. & Votum. v.§.ij.Sed pro nunc eſt notandum
quòd ambo de communi conſenſu poſſunt vouere continen
tiam ante copulã:vt beata virgo & Ioſeph.& ſimiliter alter
tantùm.Sed eo caſu tenetur ingredi religionẽ,ſecũdum Pet.
de Pal.vel debitum reddere:quod tamen reddẽdo prima vi-
ce mortaliter peccat:poſt copulã verò ſimiliter vouere po-
teſt vterq; de communi cõſenſu,per no.in c.chariſsimus. de
conuer.cõiug. & ſimiliter alter tantùm in ſuum præiudiciũ,
& non alterius.Vnde poſt votum reddere tenebitur:ſed ſine
mortali exigere non poterit, niſi ſe nimis oneroſum exhibe
ret alteri non petendo:quia ei præiudicare non potuit:niſi il-
le conſenſiſſet in votum.facit cap.quidam intrauit . & quod
ibi not.de conuer cõiug.Et ſi vnus cõſentiat vt alter voueat ,
ſtatu non mutato,conſentiens,ſi non vouit,nihilo minus po-
terit exigere,ſecundum Inn.& ſequitur Panor.in c.j.de con
uerſ.coniug.& ille,qui vouit,reddere tenetur,ſed nullo mo-
do poteſt exigere,etiam ſi non exigendo reliquo eſſet one-
roſus:quia concedendo licentiam , ſibi in hoc præiudicauit.

16 ¶ Decimotertiò † quæritur, vtrum matrimonio cõſummato liceat religionem intrare? Et dico multa. ¶ Primum. Cõſummato matrimonio regulariter nõ poteſt alter cõiugum religionem intrare. de conuer. coniu. verũ. & c. ex publico. & c. ex parte. el ij. etiã ſi ſponſus ſpõſam cognouerit violenter, ſecundum quoſdam: de quo ſ. §. v. ¶ Secundum. Secundum Pet. de Pal. alteri coniugum licet poſt matrimonium cõſummatum religionem intrare triplici caſu. Primò, ſi reliquus fornicatur: niſi & ipſe in hoc deliquerit: vel niſi poſt hoc ſibi reliquum reconciliauerit, debitum reddendo, vel exigendo. Sed tamen limita hoc verum ex iudicio eccleſiæ, vel quãdo propria poterat authoritate non cohabitare. Non tamen econtrario poteſt adulter intrare ſine licẽtia alterius: niſi poſt ſententiã diuortij, ſecũdum Hug. & Sum. Confeſ. li. iiij. ti. xxij. q. xxij. de quo dic vt ſ. §. x. Secundò, ex communi cõſenſu vtroque intrante & profitente: quo caſu ſoluitur matrimonium quo ad thorũ & cohabitationẽ, ſed nõ quo ad vinculum. Vnde ſi vnus egrediatur religionẽ, ſcilicet poſt profeſsionẽ: non propter hoc põt alter exire: ſed cõpelli debet ad reditũ: nec ſi vnus alium viſitans exigit debitũ, alter reddere debet. Tertiò, ex cõſenſu alterius in ſeculo remanẽtis, vbi nõ eſt de incontinẽtia timor: puta, q̃a eſt longi tẽporis & honeſtæ vitæ: quo caſu durat vinculũ. Vñ remanens in ſeculo cõtrahere nõ poteſt etiam reliquo mortuo: quia intelligitur cum eo continentiam promiſiſſe: ſed ſi eſt timor de incõtinẽtia remanentis, quod ſatis præſumitur cùm eſt iuuenis, aut leuis, vel ſuſpectus: alter ſine altero non debet intrare vel recipi. xxvij. q. ij. Agathoſa. etiam ſi ſuſpectus cõtinentiam promittat ſiue voueat, ſecundum gl. in c. ſignificauit. de conuer. coniu. ¶ Deci-
17 moquartò † quæritur, quando coniunx ingreſſus religionem teneatur vel nõ teneatur ad exitum? Et dico, ſecundũ Pet. de Pal. quòd aliquando tenetur nõ egredi, ſed remanere, quãdo licitè emiſit votum ſimplex aut ſolẽne: vel quãdo illicitè quidem intrauit, ſed alter illum non repetit: quia ratificando cõfirmat. Aliquando verò liber eſt in egrediẽdo vel remanẽdo quãdo ſcilicet nec ipſe eſt religioni adſtrictus tacitè vel expreſſe: quia ſcilicet nec vouit & nec ꝓfeſſus eſt, nec reliquus eum repetit: aut ſi repetit, prius vel pòſt notoriè fornicatus eſt. Aliquando verò tenetur exire: vt quãdo etiã facta profeſſione manẽs in ſeculo repetet eum qui illicitè intrauit: puta, innoxio prohibente aut ignorante: ſecus ſciẽte & non cõtradicente. ar. xxvij. q. ij. Agathoſa. vel fragili & ſuſpecto cõſentiẽte, ſed nõ intrante. facit c. quidam. de conuer. cõiug. hæc ex illo. Et adde quòd etiã illicitè intrat, & exire tenetur, ſi non ſuſpectus, nec cõſenſit, nec licẽtiauit, ſed diſsimulauit aliquo bono reſpectu: vt no. in c. conſuluit. de conuer. coniug. & idẽ ſi cõſenſit ex timore iuſto: vt in c. accedẽs. eo. tit. & idẽ ſi conſenſit per dolum: vt eo. ti. in c. veniẽs. Si tamen talis à ſua vxore in vita non repetatur, poſt eius mortẽ exire nõ poterit, & contrahere ſecũdum Cal. & Pan. in d. c. j. quia ceſſante cauſa, quæ inualidabat eius ingreſſum, ceſſat, ſequela. Et ita tene: licet variauerit Inno. in d. c. quidam. Itẽ ſecundũ Pet. de Pal. ſi licitè ingreſſus fuit, quia de licẽtia reliqui, ſed re integra pœnituit, ſcilicet quãdo ante emiſſum votum ſolẽne alter in ſeculo remanens vel de religione exiẽs repetit eum, exire tenetur. hæc ex illo. Sed tamen in hoc ſunt opiniones: quia Abbas in c. j. de cõuer. cõiu. tenet ꝙ ſi is, qui dedit cõſenſum, eſt iuuenis poterit repetere: & ad eius petitionẽ debet ingreſſus vel ordinatus reuocari. Cal. autem tenet ꝙ repetere nõ põt: ſed põt implorare officiũ iudicis: qui ex officio ad euitandũ adulteriũ alterũ reſtituet, & coget reddere debitũ. Alij verò dicũt vtrãq; prædictarũ opinionum eſſe falſam quãdo licẽtiãs fuit iuris cõſcius: quia cũ ingreſſus vnius fieri nõ debeat, niſi alter cõtinentiam voueat: vt in c. cũ ſis. de conuer. cõiug. licẽtians videtur caſtitatem vouiſſe, ſaltẽ altero viuente: quia qui vult vnum, videtur velle omne, per quod venitur ad illud. de offi. deleg. prudentiã. & facit c. vidua. de regula. Si verò ignorauit hoc ius, reſtituetur ei, ſaltẽ ex officio. & ita tenet gl. in ca. qui vxorẽ ſuam. xxxiij. q. v. & in c. ſeriatim. xxxij. diſ. & ſic cõcorda opiniones. Et tamẽ caſu, quo licet repetere, non licet rapere de religiõe, ſecũdũ Pet. de Pal. nõ obſ. c. cũ cauſa. de rap. quia narrat ꝙ rapuit: ſed nõ dicit ꝙ licuit. Poſſet enĩ vir vxorẽ de vico ad domũ reducere: quia habet in ea correctionẽ: ſed nõ poſſet eam priuato quaſi poſsidẽti vi eripere: & multo minus de monaſterio extrahere, fores frãgẽdo, aut habitũ violenter lacerãdo, vel cũ iniuria loci ſacri eam accipiendo. ar. C. vnde vi. l. ſi quis in tantã. Aliquãdo verò exire nõ põt quo ad Deũ, & exire poteſt quo ad eccleſiã: vt quãdo ingreſſus votũ ſimplex emiſit, aut ſolenne de facto, nõ de iure, & alter nõ repetit: maximè ſi votũ probari nõ poteſt, quo caſu retinens clericũ inuitũ inijciendo manus, aut ſecularẽ veſtẽ negãdo, ſine qua cõmodè egredi nõ poteſt, eſt excõmunicatus. hæc ex illo. ¶ Decimoquartò, † quõ cõiunx religionẽ egreſſus teneat' 18
ad debitũ? Et dico ſecũdũ Pet. de Pal. ꝙ quãdoq; nec exigere poteſt neq; reddere: vt ſi poſt ꝓfeſsionẽ egreſſus eſt illicitè, id eſt, cõtra votũ rite ſolennizatũ: quãdoq; aũt & reddere põt & exigere: vt quãdo liber egreſſus eſt nullo voto adſtrictus: ſicut nouitius ſolùm egrediẽs matrimoniũ cõtrahere poteſt quod Archi. putat intelligendũ de ingreſſo animo probandi, & nõ perpetuò permanẽdi, quia talis, ſecundũ Pet. ingreſſus animo ꝑſeuerãdi habet vim voti ſimplicis. Sed de hoc habes queſtionẽ in aurea Roſ. & vide etiã j. §. ſeq. quãdoq; verò põt quidẽ reddere, nõ autẽ exigere: vt quando de conſenſu eius, qui de incõtinẽtia ſuſpectus eſt, ſimplex votũ emiſit: quia tñ nõ præiudicauit illi. ¶ Decimoſextò, † quæritur, quõ coniunx 19
egreſſus religionẽ teneat' ad regreſſum? Et dico ſecũdũ Pet. de Pal. ꝙ tenetur in tribus caſibus. ¶ Primò, quando illicitè egreſſus eſt: vtpote quãdo egreſſus eſt poſt profeſsionẽ alio cõiuge in religione remanẽte, aut etiã remanẽte in ſeculo honeſtè, & de cõſenſu eius ꝓfeſſus. ¶ Scđò, quãdo licitè egreſſus eſt: quia ſcilicet ad requiſitionẽ vxoris ſine eius licẽtia ingreſſus: ſed poſtea ipſa de reuocatiõe pœnitet. ¶ Tertiò, quãdo poſt votũ ad eã egreſſus mortua eſt ipſa vxor: q̃a tũc reingredi tenetur, vt impleat votũ ſuum. Sum. tñ Ang. tenet contrarium, fundãs ſe in hoc ꝙ obligatio ſemel extincta nõ reuiuiſcit. ff. de ſol. l. ſi res. Sed fallitur: quia iſte nũquã fuit deobligatus à debito quod vouendo contraxit: vnde nunquã potuit exigere & ſecundũ eãdem Sum. tenetur caſtè viuere, & ſimiliter ſecũdũ eandẽ nõ põt exire niſi cũ peccato mortali: ergo tenebatur ibi ſtare: ergo ſi exiuit, tenetur redire. Sed. talis reuocatus ab vxore, ea mortua ſi cõtraxerit vtrũ teneat matrimoniũ. Pe. de. Pa. diſtinguit. q̃a ſi ea inuita fuit ſolẽniter ꝓfeſſus, cũ illa ꝓfeſsio: quantũ ad ſolennitatẽ nõ valuerit, eccleſia hoc prohibẽte: ideo talis mortua vxore peccat mortaliter cõtrahẽdo & exigẽdo: quia talis ꝓfeſsio vim habet votũ ſimplicis: tenet tñ matrimoniũ: nec eũ põt religio tãquã apoſtatã proſequi. Et idẽ dic tu ſi vxor nec dedit licentiã, nec cõtradixit, ſed diſsimulauit. Sed ſi vxore cõſentiente fuit profeſſus ſed quia erat iuuẽcula, & ob hoc de incontinẽtia ſuſpecta reuocatus eſt: ius noluit hoc caſu profeſsionẽ inhibere ſimpliciter: ſed ſolùm in quãtũ erat ad vitã eius: vñ ſimpliciter fuit votum ſolenne in præiudiciũ eius, non vxoris: vnde ea mortua ſi ad monaſteriũ non redit, eſt apoſtata: & matrimonium cum alia nõ tenet. Et idẽ Goſ. Si autẽ non fuit ab vxore in vita ſua reuocatus, tenetur ſeruare ſuam profeſsionem indiſtinctè. ¶ Decimoſeptimò, † quid iura velint circa ſuſceptio- 20
nem ſacrorum ordinum à viro qui matrimonium conſummauit? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ Pet. de Pal. in omni caſu quo poſt cõſummatum matrimonium licitum eſt religionem intrare, licitũ eſt etiã ad ſacros ordines promoueri: etiam ad epiſcopatũ, exemplo beati Hilarij. quãdo verò religionẽ intrare non licet: multo minus licet ad ſacros ordines promoueri: ſed talis eſſet ab ordinis executiõe ſuſpẽſus, licet characterem reciperet. ¶ Secundum. Quãtum colligitur ex Pan. & alijs Doct. in c. j. de conuer. coniug. quãdo vir epiſcopari vult, oportet prius vxorẽ in aliquo monaſterio eſſe profeſſam, etiam ſi de incõtinentia non ſit ſuſpecta: vt in c. ſanè. de conuer. coniug. & ſecũdum gl. ibi in hoc eſt ſpeciale: ſed ſi vult ſolùm effici ſubdiaconus, diaconus, vel ſacerdos, aut religioſus: hoc poteſt de alterius cõſenſu: nec requiritur vt alter intret religionem: ſed ſufficit ſi cõtinentiã promittat: vt colligitur ex cap. ſignificauit. & c. cum ſis. eod. tit. qđ limita, niſi licentiam tribuens ſit de incontinentia ſuſpectus: quia tunc non ſufficit promiſsio continentiæ, ſed requiritur religionis ingreſſus: vt in d. cap. cum ſis. ¶ Tertium. Ordinatus conſentiente vxore fragili, & ad eam reuocatus: ea mortua tenetur caſtè ſeu clericaliter viuere, ſicut & regredi ad monaſteriũ, ſi fuerat profeſſus: quia ex quo vxor conſenſit, eſt verè religioſus. & facit cap. ex parte. el j. de con. cõiug. & quod ibi no. Bal. ¶ Quartum. Ordinatum vxore contradicente vel ignorante poteſt vxor reuocare: vt in d. c. quædã. & ille tenetur reddere debitum, ſed exigere nõ poteſt, niſi nõ exigendo vxori eſſet onerosus: & ſi vxor ſciuit quidem, ſed nec cõtradixit, nec licẽtiam dedit, ſed diſsimulauit: nihilo minus poterit illũ reuocare: vt no. in c. conſuluit. de cõuer. coniug. & idem ſi conſenſit ex timore iuſto: vt in c. accedens. eod. tit. & idem ſimiliter ſi per dolum conſenſit: vt in c. veniens. eod. tit. & ſi in vita ſua illum nõ reuocat: poſt eius mortem aliam accipere nõ poterit: vt not. Cal. & ſequitur Pan. in d. c. j. & ſi de facto cõtrahat, non tenebit matrimonium: vt in cap. vnico. de vo. lib. vj. vnde non eſt ſimile in hoc de ſuſcipiente ordines ſacros, & intrãte
21 religionem vxore inuitã. ¶ Decimooctauò † quo ad ſeparationem matrimonij quod non erat verum, ſed apparens: puta, quia præceſſerat impedimẽtum dirimens: quæritur quomodo procedetur quando vir aut vxor diuortium petit propter viri frigiditatẽ? Et dico ſecundũ Roſ. quòd vir hoc proponens debet eſſe maior xviij. anno. quia in hoc caſu reputat' plena pubertas: & ſi quidem mulier hoc ipſum cõfitetur: dabitur à iudice tempus arbitrarium, vt vnius mẽſis, aut trium, aut vnius anni, per quod ſimul morentur: & poſtea iurabit vir ſe non poſſe cognoſcere mulierem, nec moueri ad coitus appetitũ: nã ſi aliquoties moueretur, licet perficere non poſſet, non eſſet naturaliter frigidus, ſed per maleficium impotens: mulier verò iurabit quòd nunquã aliquo modo ꝑcepit ipſum ad hoc moueri & quòd vterq; ad hoc adhibuit diligentiam: & vterq; habebit ſeptẽ ꝓpinquos ſeu vicinos bonæ famæ, qui iurabunt ſe credere quòd illi verum iurauerũt. Et ſic diuortium celebrabitur: & mulier nubet in domino: ſed viro mandabitur ne aliquam ducat. Et ſi aliquã duxerit & cognouerit habebitur periurij reus: & prius matrimoniũ erit ſeparandum: ita tamen quòd vxor poteſt eum repellere propter cõmiſſum adulteriũ. ar. xxxij. q. j. de benedicto. quod limita, niſi fuiſſet cõſcia fraudis, quãdo frigiditatem cõfeſſa eſt: quo caſu eũ repellere non poteſt. arg. ff. de adul. l. ſi vxor. §. iudex. & §. fin. Si verò mulier frigiditatem viri negat, aſſerens ſe ab illo cognitã: puto ſtãdum verbo mulieris: quia videtur quòd nõ aſſereret, niſi verũ eſſet, eò quòd ſibi præiudiciũ faceret, ſcilicet de habẽdo virũ impotẽtẽ. Itẽ cùm rea ſit, etiã ſi nihil probauerit, abſoluenda eſt. vj. q. v. accuſator. alio quin multi periuriũ incurrerẽt, vt poſſent ab vxore ſeparari. quod limita, niſi fortè maritus cõuincat mulierẽ per corporis aſpectũ. Si autẽ mulier diuortiũ petat propter frigiditatẽ viri, & vir hoc fatetur, fiet vt ſ. dictũ eſt: & diuortium celebrabitur: & ſi deinde vir cum alia contraxerit ambo coniuges rei periurij habebuntur, & pœnitẽtia iniuncta ad priora cõnubia reuertentur. de frigi. laudabilem. Si autem vir ſe frigidum negat, & aſſerit ſe vxorẽ cognouiſſe: ſtandũ eſt verbo eius: quia caput eſt mulieris. de deſpon. impub. continebatur. niſi mulier per aſpectũ ſui corporis ſe virginẽ probet. de proba. propoſuiſti. quæ probatio debet cautè fieri ꝑ duas vel plures matronas honeſtas & de hoc peritas. de frig. c. fi. ff. de ven. inſpi. l. j. quia hæc res occulta eſt: & oculus obſtetricum quandoq; in hoc fallitur. xvij. queſt. j. nec aliqua. Sed ſi mulier nõ allegaret frigiditatem, ſed potius diceret eum ſectum vel caſtratum, ſiue defectum membri patientẽ, antequam eã cognoſceret, & ſic diuortiũ peteret, vir autẽ hoc negaret: certè nõ oportet ſtare dicto viri, eò quòd probari poſsit per aſpectũ. ¶ Decimo-
nonò † quærit', quid ſi ꝑ virũ aut mulierẽ petat' diuortiũ pro- 22
pter arctitudinẽ mulieris? Et dico quòd vocabũtur matronæ fide dignæ atq; peritæ, & iurabunt ſe diligẽter inquiſituras, & relaturas, an ſit arcta, & an poſsit fieri mater. Et quidem ſi dixerint quòd nõ ſit arcta, procedet' ad diuortiũ. Si verò dixerint quòd ſit arcta, nec poſsit fieri mater: incontinenti põt fieri diuortiũ: & dabitur viro licẽtia cõtrahendi cum alia, & mulieri cõtinentia indicetur. de frigid. fraternitatis. Si tamen poſt diuortium mulier inueniat qui poſsit huiuſmodi ſeras reſerare, reparabitur matrimonium primum, quod verũ fuit, etiam ſi vir acceperat aliam. arg. in d. ca. fraternitatis. & ibi Panor. cum gl. & hoc quãdo prior vir erat ſimilis illi qui aperuit. Si autem à priori viro nõ poterat propter diſparitatem ſine graui periculo cognoſci: ſunt opiniones, & ſecũdum aliquos nõ eſt ei reddẽda, licet per cõſuetudinẽ ſecundi reddita ſit apta primo: vt ibi not. gl. & cõcordat Goſ. ſed ſecũdum Inn. & Hoſt. eſt ei reddẽda, Sed prima opinio procedit, ſecũdum aliquos, quãdo de diſparitate cõſtat. Secũda verò quãdo primus erat ſimilis ſecũdo, vel de hoc dubitatur. & ita tenet Pan. ibi. Et cõcordare videtur Pet. de Pal. dicẽs veriorẽ eſſe opinionẽ quòd nõ eſt ſeparãda à primo, ſi poteſt fieri cognoſcibilis ab eo ꝑ manſionẽ, etiã ſi ipſa nolit: quia mutabilis voluntas nõ facit perpetuũ impedimẽtum: aut etiam per vſum ipſius primi. quòd ſi neutro modo hoc fieri poſsit, quãuis fieri poſsit ꝑ vſum ſecũdi viri cognoſcibilis à primo, nõ ſeparabitur à ſecundo ſi cũ eo cõtraxit, niſi primus fuiſſet eiuſdem conditionis cũ ſecundo: puta, ſimilis ætatis & complexionis: quia eccleſia tũc fuit decepta: & veriſimile eſt quòd ꝑ longũ vſum fuiſſet aptata primo: & cõſequenter impedimentũ fuit tẽporale. Secus ſi erat diuerſæ cõditionis. Et ita credo tenen-
dum eſſe de mente S. Tho. ¶ Viceſimò † queritur, quid ſi pe- 23
tatur diuortiũ propter maleficiũ: vt quia vir põt cognoſcere alias, ſed nõ ſuã? Et dico quòd primò debẽt cõfiteri: quia fortè hoc cõtingit propter aliquod peccatum eorum. xxiij. q. j. ſi per ſortiarias. & ſub recepto ſacramẽto iniũgetur eis vt ſimul cohabitent, & bona fide dent operã ad debitũ carnale: & ſic triennio ſimul habitabunt. quod trienniũ ſecundũ Hoſt. incipit currere à tẽpore peractæ pœnitẽtiæ & monitionis factæ per iudicẽ: ſed ſecundũ Inn. Vin. & Abb. ſufficeret quòd triẽnio cohabitauerint, ſiue ante, ſiue poſt. & hoc placet Panor. in cap. fin. de frigid. per illũ text. & verum credo ſi iuramento cõſtet eos bona fide operam dediſſe debito carnali. Vnde tunc non oportet aſsignari eis triennium, ſed tẽpus aliquod arbitrarium adhibitis alijs remedijs debitis dicto cap. ſi per ſortiarias. & de frig. c. fin. quòd ſi cohabitare noluerint: is, per

quem ſtabit,excommunicãdus eſt: & de cohabitando idonea
cautio exigenda:arg.vt lit.nõ cõteſt.quoniã.vel diſtinguatur
per curiã ſecularẽ.de iud.cũ nõ ab homine.& idẽ fiat ſi coha
bitent,& nõ attẽtent.Nec eſt neceſſariũ hoc trieniũ eſſe cõ-
tinuum:ſed ſufficit quòd ꝓ maiori parte cohabitẽt & bona
fide operã dent.arg.ff.de aqua quotid.& æſti.l.j.§.duo.& §.
quod autẽ:quod ſi infirmitate vel caſu alio impediatur,vide-
tur tẽpus reſtituendũ.ff.de iti.actuq; pri l.j.§.ij.& ſeq.Et cõ-
cor.Hoſt.& Pan.in d.c.fi.dicẽs hoc fuiſſe de mẽte literæ.Di-
cto autẽ tẽpore peracto iterũ accedent ad epiſcopũ,iurãtes
quòd ſicut promiſerant ita fecerunt,& nõ potuere cõiungi:
& tũc adiuncto ſacramẽto propinquorũ,vt dictũ eſt §.prio-
ri,celebrabitur diuortiũ:& dabitur vtriq; licentia cõtrahen-
di.d.c.fi.& d.c.ſi per ſortiarias.eo modo quo j.Matrimoniũ
24 vi.j.§.xvj.partic.viij.¶ Viceſimoprimò † quæritur,quid iuris
ſi eccleſia falſis probationibus vel huiuſmodi decepta diuor-
tiũ celebrauit:& poſtea vir factus eſt ſacerdos:deinde cõper-
tum eſt quòd eccleſia fuit decepta:& vxor viũ ſuũ repetit?
Et dico ſecundũ Ray.quòd ſi ad cõtinentiã induci nõ poteſt,
reſtituetur ei vir:quia etiã monachus reſtitueretur ſibi,& te-
nebit iſte reddere debitũ,ſed exigere nõ debet:quia,quantũ
in ſe eſt,ſolẽnizauit votũ.qđ ſi poſito prædicto caſu ponatur
quòd mulier virũ nõ repetat:nõ tamen vir poterit vxorẽ re-
petere,ſecũdum Veruec.quia per ſacri ordinis ſuſceptionem
vel religionis ingreſſum præiudicauit ſibi.& de hoc j.§.j.
25 ¶ Viceſimoſecũdò † quæritur,an mulier credens diuortium
iuſtè celebratũ,& ingreſſa monaſteriũ poſſit cõperta verita-
te de iniuſto diuortio repetere virũ iam effectũ monachum,
vel ordinatũ in ſacris?Et dicit Veruec.quòd nõ:qa falſa cau-
ſa nõ impedit votũ monachatus.arg.extra de voto.magnæ.&
de conuer.cõiug.ex parte.el ij.Et hoc idẽ ſentit Sum.Cõfeſ.
& Sum.Piſ.ac Supplemẽ.Sed cõtra arguit ibi Pan.qa ex quo
ex falſa cauſa iſta mulier inducta fuit ad religiõis ingreſſum
non valuit ingreſſus.arg.in c.ex parte Aſteſis.de conceſ.pręben.nam vbicunq; poteſt quis gerere actum vno iure: ſi ex-
plicat alio iure incompetenti,non valet actus quia ibi deeſt
intentio.& in dependentibus à voluntate magis conſidera-
tur opinio,quàm veritas:vt in dicto cap.ex parte Aſtẽſis.vbi
Doctor.communiter colligunt quòd ſi iudex fert ſentẽtiam
exprimendo cauſam non concludentem,illa eſt nulla,licet
ex cauſa nõ expreſſa poſſit iuſtificari:ideo cautũ eſt in ſen-
tentia cauſam nõ exprimere:vel ſaltem adijcere dictionem
maximè:quia tunc videris motus nõ ſolùm ex cauſis expreſ-
ſis,ſed etiã ex tacitis.Nam cùm quis exprimit plures cauſas
in ſententia,quarum vna facit,alia non:ſententia ſuſtinetur
propter cauſam expreſſam:vt eſt tex.notabilis in c.per tuas.
qui filij ſint legit.Et ad dictum cap.ex parte.de cõuer.cõiug.
reſpondet idẽ Pan.quòd illa mulier ad religionis ingreſſum
duplici ex cauſa moueri potuit,ſcilicet principaliter vt Deo
ſeruiret,& propter lepram viri credens matrimoniũ ſolutũ,
qđ erat falſum.& iſta ſecũdaria erat potius impulſiua quàm
finalis:vnde licet ceſſet cauſa impulſiua,nõ tamen finalis.Et
hãc opinionẽ ſequitur Sum.Roſ.cõtra Supplementũ.Sed pri
ma eſt vera:vt patet intuenti iura allegata.& Pan.arguendo
falſum aſſumit,ſcilicet quòd ingreſſus ex falſa cauſa non te-
neat:licet nõ teneat ex illicita.& qđ dicit de caſu c.ex parte.
de conuer.coniug.dici poteſt de qualibet ingrediẽte religio-
nem,ſcilicet quòd principaliter ingreditur vt Deo ſeruiat:&
ita dici debet:quia nõ eſt ratio quare illa quæ credit matri-
moniũ ſolutũ,& cõſequẽter credit ſe poſſe nubere,vel ſaltẽ
in libertate viuere,ingrediat̃,niſi vt Deo ſeruiat.¶ Viceſimo-
26 tertiò † quærit̃,poſito quòd duo fratres duxerint duas ſoro-
res ſeu conſanguineas:& lata ſit ſententia diuortij ꝓpter con-
ſanguinitatẽ inter alterũ & vxorẽ:vtrũ alter propter hoc ſe-
parari debeat à ſua vxore?Et dicit Ray.ꝗ nõ,ſcilicet quan-
tum ad cohabitationẽ:quia res inter alios acta alijs nõ præ-
iudicat.de fide inſtr.inter dilectos.Sed quantũ ad carnis copu
lam,diſtingue,qa ſi alter coniugũ ſcit eſſe impedimentũ in-
ter ſe & vxorẽ:nec exigat debitũ,nec reddat.Si verò credat
ex cauſa ꝓbabili:reddat,ſed nõ exigat.Si autẽ credit ex cau-
ſa temeraria,reddat:&,ſi põt dimittat erroneã cõſcientiam,
& ſic etiã exigat.de ſen.excõ.inquiſitioni.& cõcordat prædi-
ctis.S.Tho.& Petr.¶ Viceſimoquartò † quærit̃,an poſt ſen-
tentiã diuortij & ſeparato thoro ꝓpter vxoris adulterium ſi
vir fornicet̃ poſſit mulier illũ repetere?Et dicit Ray.ꝗ non
de rigore iuris:ſed iudex ex officio ſuo debet illũ cogere,vt
redeat ad vxorẽ,arg.de iureiuran.tua nos.& de diuor.ex lite-
ris.& idẽ S.Tho.E conuerſo autẽ ſeparata vxore propter eius
adulteriũ ſi vir innocens eã vult recõciliare,ſecundũ Ray.
petere põt cogi inuitã,non obſtante ſententia:quia quod fa-
uore meo introductũ eſt,in damnũ retorqueri nõ debet.qđ
limita,niſi vir poſt ſententiam fuiſſet fornicatus:aut mulier
ſtatũ mutaſſet intrãdo religionẽ.de quo caſu dic vt ſ.§.x.De
materia diuortij multa habes infrà Matrimonium.Facto
diuortio apud quem filius debeat nutriri,infrà Filius.§.xij.

## De Doctoribus & Magiſtris.

1 *Doctor vnde dicatur:& quis doctoris,item magiſtri appella-*
*tione contineatur?Et quis nomine ſcholaris comprehendatur?*
2 *Doctoratus,an ſit dignitas?Et num Iudæus doctoratum aſſe-*
*qui queat?Et ibidem,doctorem prælegentem militi anteferen-*
*dum.Et quòd doctorum copia,& in quibuſdam eorundem in-*
*gens inopia contemptibiles reddat.*
3 *Doctorum quiſnã præcedat,Theologus,Canoniſta,an legiſta?*
*Et quid de abbatibus & huiuſmodi prælatis in actibus gene-*
*ralibus.*
4 *Doctoratus num is priuilegiũ habeat,qui à doctoribus corru-*
*ptis promotus ſit?Et ibidem quòd ſtipendia,non pro dignitatũ*
*titulis,vel ſcholarium numero,ſed ſecũdum merita præſtanda.*
5 *Doctoratum petere,an liceat?Et ſcientiã ſemel adeptã commu-*
*nicare laudabile eſſe:ſi modo præſumptionis turpitudinẽ abſit.*
*Et quot ad id expetendum requirantur?Et non idoneus ſi id*
*petat,an mortaliter peccet?Et quid de eo,qui talẽ admittit?*
6 *Doctorando,ne reprobetur,quæ requirantur?*
7 *Doctorari quis,quando & quomodo poſſit?Et quænam docto-*
*rum authoritas?num.ſeq.*
9 *Scientiæ,quænam legi ac doceri poſſint?Et magiſtri ad legen-*
*dum vbi & qualiter inſtituendi?& num.ſeq.de quo dicta,ſunt*
*cõcluſiones quatuor.*
11 *Magiſtri in exigẽdis,vel acceptãdis pecunijs,qualiter ſe habe-*
*re debeant?*
12 *Magiſter,qualiter in docẽdi facultate,ſimoniam deuitare de-*
*beat?& in hoc dicta quatuor.*

DOCTOR † à docẽdo dictus eſt:nec tamen omnis do-
cens eſt doctor iuridicè,ſed ſolùm qui ſuſcepit docto-
ratus inſignia.Vñ ſecundũ Bal.in l.j.ff.ſol.matr.& in l.pe.de
teſta.mili.licẽtiatus nõ dicit̃ doctor.Vñ Poteſtas debens ha-
bere doctorẽ aſſeſſorẽ,nõ ſatisfacit habẽdo licentiatũ.Et ſi
epiſcopus excõmunicat oẽs Doctores nõ diſputãtes,nõ dicit̃
excõmunicaſſe licẽtiatos.Doctoris autẽ nomine venit etiam
magiſter:& ecõtrario,ſecundũ Pan.in c.j.de loca.vnde tex.
in l.quibus præcipua.ff.de verb.ſig.dicit cuiuſlibet diſciplinæ
præceptores magiſtros appellari,à monẽdo vel mõſtrãdo.Et
facit tex.in proœ.compilatiõis Decretaliũ,vbi papa oẽs ma-
giſtros doctores appellat.& hoc ſumẽdo hoc nomẽ magiſter
ꝓpriè ꝓ docẽte grãmaticã,& alias artes liberales,& Theo-
logiam quomodo accipitur in titu.de magiſtris.c.quia non-
nullis.& in clem.ij.eo.tit.Simpliciter autem inter magiſtros
propriè Theologus dicitur magiſter:alij verò ſecundũ quid,
puta grãmaticæ,vel geometriæ.Largè aũt & impropriè ma-
giſter,ſecundum Hoſt.dicitur is,qui alicuius rei ſiue negotij
præ cæteris curam gerit.l.j.§.magiſtrũ.ff.de exerci.Nomine
aũt ſcholariũ nec magiſtri veniũt nec doctores,niſi in larga
ſignificatione.¶ Primò † verò quærit̃,vtrũ doctoratus ſit di-
2 gnitas?Et dico quòd ſic:vt eſt text.in c.quanto.de magi.& ibi
dicit Pan.quòd ſecundũ Bar.in l.ex eo.ff.de mili.teſt.nec mi
les nec doctor dicũtur habere dignitatem.Sed aliud dixit in
l.fi.C.de Iudæ.vbi concludit Iudæum non poſſe effici docto
rem,cùm doctoratus ſit dignitas.Et ſatis dici poteſt quòd do
ctor,ſaltem legens incontinenti cùm incipit legere,habet di
gnitatem:quia habet à lege iuriſdictionem ordinariam ſup
ſcholares:vt in auth.habita.C.ne fil.pro pa.& ſi cõtinuat,ac-
quirit dignitatem,id eſt,comitatum.l.vna.C.de athle.li.x.Ex
quibus infertur quòd doctor,maximè legens,præferẽdus eſt
militi,qui nullam habet in veritate dignitatem:vt no.Bar.in
d.l.ex eo,maximè loquendo de militibus temporis noſtri,qui
nõ ſunt veri milites:vt not.in l.j.C.de iur.& fact.ign.Sed tur
ba doctorum,& in quibuſdam ingens inopia facit contem-
ptibiles:vt in ſimili dicit text.xciiij.diſtin.legimus.¶ Secundò
3 † quæritur,quis inter doctores debeat præcedere?Et dicit Pa
nor.in c.clerici.de iudi.quòd Theologus,& pòſt Canoniſta,
deinde Legiſta,vltimò medicus.vide ibi ſi vis de huiuſmodi
multa.Et adde,ſecundum Gemi.in c.hi qui.de præb.libro vj.
quòd ille præcedere debet,qui eſt approbatus à ſuperiore &
digniore.Ad quod de maio.& obe.per tuas.etiã ſi alij fuerint
antè in dignitate.quod nota pro militibus,prælatis,& docto
ribus præferendis.Adde etiam,ſecundum eũdem Gemi.in c.
quamuis.de præben.libro vj.quòd Abbates & cæteri prælati
diœceſis in actibus gñalibus,vt in proceſſionibus,præcede-
re non debent canonicos eccleſiæ cathedralis:qa illa cæteris
4 eſt honorabilior.¶ Tertiò † quæritur,vtrum doctoratus pri-
uilegium habeat promotus à doctoribus corruptis?Et dicit
Archid.in cap.de quibuſdam locis.xxxvij.diſtinct.quòd non.
& allegat tex.in ſimili in l.vnica.ff.de athle.& facit text.iun-
cta gl.in l.j.C.de anno.ciui.libro x.vbi dicitur quòd ſtipẽdia
tradenda ſunt,non pro titulis dignitatum,vel numero ſcho-
larium:ſed ſecundũ merita.Vnde gloſſ.ibi dicit,præferri de-
bere peritos ſcholares doctorib⁹ imperitis.Et intelligit Pan.
in d.cap.clerici.in caſu,in quo non requiritur titulus docto-
ratus,& quo ad honores deferendos,non iam delatos:non au
tem quantum ad lectionem,ad quam nõ doctoratus nõ ad-
mittitur.Vide ibi,& adde quòd intelligitur quantum ad an-
teceſſionem & lectionem,& omnia,quando ſufficientia do-
ctoris eſt clara & patens,ſic quòd pateat eum contra merita
eſſe promotum:quia tunc cenſetur non eſſe doctor quo ad
5 priuilegia doctoratus.¶ Quartò † quæritur,vtrum liceat pe-
tere doctoratum?Et ad hoc reſpondet S.Thom.de doctora-
tu Theologiæ,id eſt,magiſterio,in quolib.quærens vtrum li-
ceat alicui pro ſeipſo petere licentiã docendi in Theologia?
& dicit quòd ſic:quia nullam petit excellentiam poteſtatis,
quod turpe eſſet:ſed ſolùm opportunitatem cõmunicãdi il
lud quod habet.Cõmunicare autem ſciẽtiam habitã,eſt lau-
dabile pertinens ad charitatẽ,ſecundum illud Sap.vij,Quam
ſine fictione didici,& ſine inuidia communico.Poteſt tamẽ
hoc cõtinere turpitudinem ratione præſumptionis:vt ſi non
eſt idoneus,hoc ex illo.Ex quibus patet primò de ſe hoc non
eſſe illicitum,& conſequenter neque hoc appetere;& ſecũdò,
quòd ad licitè petendum duo requiruntur.Primò,idoneitas
hoc petentis:& ſecundò,finis debitus,id eſt,communicatio
doctrinæ,& nõn excellentia principaliter.Vnde ſi non ido-
neus hoc petat,mortaliter peccat,ſecundum Arch.quia facit
contra intentionem eccleſiæ:quæ creditur ordinaſſe officiũ
magiſterij.extra de magiſt.per totũ.ad declarationem & de-
fenſionem fidei catholicæ:vt ſciant fideles ad quos recurrãt
in dubijs:quæ exigit communiter iuramentum in magiſtrã-
dis,vt non admittant indignos:quod nõ facit,niſi in arduis,
quæ vult omnino ſeruari:maximè hic,quia ex contrario ſe-
quitur detrimentum fidei,& periculum animarum.Et ſimiliter eſt
mortale,talem admittere eadẽ ratione:& quia admittẽs eſt
periurus.Et ſimiliter,ſecundum eundẽ,eſt mortale,ſi hoc pe
tat idoneus principaliter ad honorem vel cõmoditatẽ ſuam:
quia officium ſpirituale facit venale.Sed hoc nõ credo verũ:
niſi ipſe finis intentus,ſit peccatũ mortale.De doctoratu au-
tem iuris canonici,idem per omnia videtur:quia ſecundum
Aug.de Ancho.illud ius eſt quædam practica Theologica.
De doctoratu verò legũ aut medicinæ:cùm illũ quęrere de
ſe non ſit illicitũ,iudicandum eſt ſecundũ finem quærendi:
quia erit mortale ſi quæratur ad iniuſtè lucrandum:ſecus ſi
ad lucrãdum licitè & honeſtè:cùm hic nulla ſit ſpiritualitas.
¶ Quintò † quæritur,quæ requirantur in doctorando,ne re- 6
probetur,ſed approbetur?Et dico quòd ſcholaris reprobari
poteſt non ſolùm propter defectum ſcientiæ,quæ ſcilicet iu
dicanda eſt ſufficiens arbitrio doctorantiũ:ſed etiam morum:
vt probatur in l.magiſtros.C.de profeſ.& medi.lib.x.iuncta
cle.ij.de magi.& ita ſeruat cõſuetudo.Vnde ſex requiruntur
in promouendo ad dignitatem magiſterij.Primò,docẽdi pe
ritia,id eſt,ſcientia.Secundò,docendi facundia.Tertiò,ſubti-
litas interpretandi.Quartò,docendi copia.Et hæc habentur
in l.vnica.C.de profeſ.qui in vr.Conſtan.lib.xij.Quintò,ex-
cellẽtia morũ:vt in d.l.magiſtros.Sextò,motus fortitudinis:
vt ſciat aduerſus vim fortitudine reſiſtere.l.reddatur.C.de
profeſ.& me.lib.x.Vnde pauci attingunt dignitatem docto-
ratus:vt dicit Bar.poſt Cy.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.
Et qui tempore approbatiõis habuit has cõditiones:ſi poſtea
efficiatur inutilis,degradãdus eſt à doctoratu:vt in l.grãma-
ticos.C.de profeſ.& me.lib.x.Reprobari enim poteſt doctor
vel magiſter:vt in l.ij.C.eo.& no.Bar.in l.ſed & reprobari.ff.
de excu.tu.in prin.vbi text.dicit,medicum poſſe reprobari.&
idem in l.vt gradatim.§.reprobari.ff.de mu.& ho.ſed non ſi-
ne cauſa.l.Pomponius ſcribit.ff.de neg.geſt.¶ Sextò † quæri 7
tur,quis,quomodo,& quando poſſit doctorari?Et quantũ ad
primũ dico quòd quilibet fidelis laicus vel clericus,imò & re-
ligioſus,debet admitti ad magiſterium,ſi ſe non ingerit,ſed
mittitur à prælato ſuo.xxix.q.j.ſic viue.& cap.ſi clericatus.&
cap.doctos.& extra eod.tit.cap.j.& pe.Si verò ſe ingerit,vt
hodie communiter fit,admitti nõ debet.xvj.q.j.monachus.&
q.vij.c.in nona.¶ Quantum ad ſecundum,dicit Pan.in c.cùm
ſecundum.de præbend.& in cap.propoſuiſti.de proba.quòd
ter debet approbari.Primò,à præſentãtibus.Secundò,in exa
mine priuato à doctoribus collegij.Tertiò,in publico quãdo
doctoratur:quia vt ꝓ aliquo rectè præſumatur,ter debet in
exercitio alicuius actus approbari:vt in ſimili dicit̃ de athle-
tis.l.vnica.C.de athle.lib.x.Peccãt etiam mortaliter admittẽ
tes ad doctoratum,niſi exigãt iuramentũ quòd non exponẽt
vltra tria millia Turonenſiũ argenteorũ in tali doctoratus
vel magiſterij ſolennitate:vt ſunt ſuſpẽſi per ſex mẽſes ab hu
iuſmodi ꝓmotione,etiã ſi ſunt epiſcopi:vt in cle.vlt.de magi.
vbi hoc præcipitur.Sed intellige vbi timeretur de huiuſmodi
exceſſiuis expẽſis.Nã vbi vix decẽ aurei exponunt̃ pro magi-
ſterio,ſtultũ eſſet ſic ſeruare.¶ Quãtũ verò ad tertium,dico
aliquem poſſe doctorari ſolùm in vita,nõ autẽ poſt mortẽ:
qa hæc dignitas potius eſt animæ quàm corporis:cùm talis

app

approbetur tanquam idoneus docere alios. Poſſet autem quis poſt mortem nobilitari per principem, vel recipere militiæ gladium. ſecundum Pan. in c. à nobus. el ij. de ſen. excõ. quia nobilitas eſt corporis principaliter. & idem voluit Bartolus in l. j. C. de dignit. libro xij. ¶Septimo quæritur de au-
8 thoritate doctorum? Et dico multa. ¶Primum. † Interpretatio doctorum, ſecundum Pan. in c. veſtra. de coha. cle. & mul. non neceſsitat, niſi inquantum iure aut valida ratione probatur: vt no. in c. j. de poſtul. præla. de quo vide infrà, Opinio. §. ij. ¶Secundum. Allegationes à doctoribus, ſecũdum eundem ibi, faciendæ non ſunt in conſilijs deciſiuis, ſicut nec in ſententijs: vt dicitur in cap. ſicut nobis. in gloſ. de ſent. & re iudi. Secus in cõſilijs poſtulatis à parte. Et diuerſitatis ratio eſt, quia in primis eſt approbata fides cõſultoris, in ſecũdis nõ: ideoq; non creditur ei, niſi quatenus probet. ¶Tertium. Damnato doctore, intelliguntur reprobata opera, id eſt, libri eius: vt pa-
9 ter per c. fraternitatis. de hære. ¶Octauò † quæritur, quæ ſciẽtiæ legi & doceri poſſunt? Et dico multa. ¶Primum. Legi poſſunt omnes ſcientiæ non reprobatæ facientes ad inſtructionem animæ, corporum, vel rerum: ſicut Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Muſica, Geometria, Arithmetica, & Aſtrologia: quæ ſunt artes liberales: & ſimiliter tota naturalis ac diuina Philoſophia, & ſacra Theologia, eo. tit. q̃a nonnullis. ius quoq; canonicũ ac ciuile. de priui. cum diuerſis. li. vj. ¶Secundum. Appetere ſcire ſcientias magicas, nõ eſt malum, ſed bonum in genere: quia omnis ſcientia eſt bonum: alioquin aliqua non eſſet in Deo: ſed tamen ſecundum diuerſas circunſtantias additas poteſt eſſe bonum, puta vt quis confutet: aut malum, puta vt eis vtatur. hæc ex S. Thom. iiij. quoli. art. xvj. ¶Tertium. Matheſim penultima breui licet docere: quia cõprehẽdit aliquas artes liberales: ſed mateſim penultima ꝓducta docere non licet ad vſum: quia ſignificat artem diuinandi, quæ reprobata eſt: vt C. de male. & mate. l. nemo. & l. culpa. & ſic ſecundum Sum. Ang. etiam doceri non poteſt ad inſtructionem: quod verum eſt, quando doceretur cum talibus circunſtantijs ꝙ inde alicui periculũ gñaretur: non autẽ ſecundum ſe: quia ſicut poteſt quis licitè appetere eam ſcire ad deſtruendum: vt probat S. Thom. in d. quoli. ita etiam poteſt quis appetere vt doceatur ab aliquo: quod non eſſet, ſi ille illicite doceret. vnde verſus.

Scire facit Matheſis: dat diuinare Mateſis.

¶Quartum. De ſcientijs poëticis diſtinguendum eſt: quia libri quidam vt in pluribus ſunt de laſciuijs: vt Ouidius de Arte, & ſimiles: & tales legere vel audire omnino prohibitũ eſt. Et ſic intellige cap. ſacerdotes. & c. legantur. & c. ideo. xxxvij. diſt. Alij verò ſunt, qui vt plurimum afferunt multum vtilitatis, licet aliquãdo ſint in eis aliqua turpia miſta: & tales legere vel audire bono fine non eſt prohibitum. & ſic loquitur c. turbat ead. diſt. cum duobus ſequentibus. dummodo talis ſit magiſter, qui laſciuias breuiet & legat obſcurè, vel dimittat tranſeundo. Et ſic limita glo. in ſum. diſt. xxxvij. vide etiam ĩ. Scientia.
10 ¶Nonò † quæritur, vbi & qualiter debeant magiſtri ad legendum inſtitui? Et dico multa. ¶Primũ in locis omnibus, in q̃bus ſuppetũt eccleſiæ facultates: ſiue ſit cathedralis eccleſia, ſiue alia collegiata, poni debet magiſter in grãmatica legens, cui beneficiũ cõpetens aſsignetur, ſeu percipiat fructus vnius præbendæ: & tandiu ſolùm quandiu perſeuerat in docẽdo clericos illius eccleſiæ gratis, & alios pauperes. In metropolitana verò eccleſia debet poni magiſter, q̃ doceat in ſacra pagina, & de pertinentibus ad curã animarũ. xxxiij. di. de quibuſdam eo. tit. & c. j. & c. quia nonnullis. Hodie verò ſtatutum eſt, quòd Romana, Pariſienſis, Oxonienſis, Bononienſis, & Salmatiẽſis eccleſia duos habeat viros peritos ad inſtruendum in Hebraica, Chaldaica, & Arabica lingua. cle. j. eod. titu. vbi etiam ponitur cuius ſumptibus. ¶Secundum. Si non vacet aliqua præbenda: quilibet de præbendatis debet tantum dare, quod faciant vnam præbendam, ſi ſupereſt ad eorum neceſsitatẽ: ar. c. ſi. de his quæ fi. à ma. par. cap. & de ec. ædi. c. de his. & ſi non ſupereſt, expectent donec vacet prima. ar. cap. dilectus. el ij. de præb. ſecundum Bern. & Hoſtienſem. ¶Tertium. Si præbenda vna ſit aſsignata magiſtro non canonico: & ſtatuto iuramento firmato caueatur vt canonici ſint tot in numero: non propter hoc tenentur eligere aliũ canonicum authoritate illius cap. quia nõnullis. eodem tit. nec faciunt contra iuramentum: nec currit eis tempus: quia non dicitur talis præbenda vacare, niſi quando magiſter à legendo deſiſtat. ¶Quartum. Nec poteſt magiſter in canonicum eligi ſub illa conditione vt doceat: quia ceſſare debet omnis conditio & pactio. aliàs ſimoniacum eſſet. Sed ſi qua præbenda vacaret, ſtatuere poſſent ea vacante vt iſtud onus ſit illi annexum: vt no. Hoſt. & Ber. in d. cap. quia nonnullis, quamuis Hoſt. videatur tenere quòd etiam in primo caſu nõ ſit ſimonia, ſed permutatio de ſpirituali ad ſpirituale. cap. ad queſtiones. de re. permu. ¶Quintum. A prælatis & capitulis debent aliqui habiles ad Theologię ſtudium deſtinari, qui poſt alios doceant, & miniſtrari neceſſaria, ſi prouentus proprij non ſufficiunt: docentes aũt in ipſa facultate dum in ſcholis ſtuduerint, & ipſi ſtudentes per annos quinq; recipiunt de licentia ſedis apoſtolicæ integrè fructus præbendarũ & beneficiorũ ſuorũ, non obſtante cõtraria conſuetudine vel ſtatuto. hæc omnia extra eo. ſuper ſpecula.
¶Decimò † quærit, qualiter ſe debeant habere magiſtri in pecunijs exigendis vel acceptandis? Et dico multa. Primum. Magiſter, cui aſsignata eſt præbenda vel ꝓuiſio, ſcilicet de eccleſia, nihil exigere poteſt à ſcholaribus, etiam prætextu cuiuſcunq; conſuetudinis. eo. ti. c. j. & ſi exigit à clericis illius eccleſiæ, vel à pauperibus alienis, ſimoniam committit, ſcd̃m Hoſt. in c. quia nonnullis. eo. ti. & Ioan. Bar. Brix. & Arch. in cap. de quibuſdam. xxxvij. di. quod intellige, ſi reditus illi ſufficiunt. Secus ſi ſit pauper, nec habet prouentus ſufficienter aſsignatos: q̃a magiſtri neceſsitas ſubleuanda eſt. d. cap. quia nonnullis. Et ſic non eſſet ſimonia, ſecundum Alex. nec eſt hoc vendere ſcientiam, ſed ſuum laborem. facit l. ij. ff. de orig. iur. Si etiã epiſcopus, licet nõ poſsit facere exactiones, tamen ex neceſsitate exigit ſubſidium charitatiuum. cap. cum Apoſtolus. §. prohibemus. de cenſi. & cap. cum ſit. de ſimo. & cap. conquerente. in fi. de offi. ordi. ¶Secundum. Similiter etiam alij magiſtri non debent exigere quicquam, quando ſunt competenter ſalariati de publico, in ſtudijs generalibus, à quocunque, ſecundum Pano. in d. c. quia nonnullis. Extra ſtudia autẽ generalia ſimiliter nihil poſſunt exigere à ſcholaribus illius loci, ſecundũ do. Ant. nec à pauperibus: ſed bene à diuitibus alienis, & etiam ſecundum conſuetudinem. l. quod ſi nolit. §. qui mãcipia. ff. de ædil. edic. & facit l. ſi fundus. ff. de euic. & quod not. Bart. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. reis. Si verò nõ ſunt ſalariati, exigere poſſunt, ſed nõ à pauperibus. de ceſi. licet. Sed intellige quòd poſſunt exigere, quando non eſt eis prouiſum ſufficienter. & ſi legunt ad vtilitatem ſcholarium, vt docti. Secus ſi ad ſuam vtilitatem vel faſtum: quia non gerunt vtiliter negotiũ alienum, ſed ſuum. ff. de negot. geſtis. l. ſi pupilli. §. ij. Et ſi eſſent diuites, nihilo minus quando nõ eſt eis prouiſum exigere poſſunt, ſecundum Bart. Brix. quia & epiſcopus viſitans & conſecrãs eccleſiam, recipit procurationem, etiam ſi abũdent. vt de cenſi. cũ Apoſtolus. c. ſopitæ. nec hoc eſt vendere ſcientiã inuendibilem, ſed locare operas ſuas. Cõtrarium tamen tenuit Ioan. in glo. diſtin. xxxvij. de quibuſdam. ¶Tertium. Omnes magiſtri recipere poſſunt ſponte oblata à ſcholaribus. c. dilectus filius. el ij. de ſimo. x. q. iij. priſcis. quia ſunt quædã, quæ licet inhoneſtè petantur, honeſtè tamen recipiũtur. l. j. § eſt quidem res. ff. de var. & extraord. cog. ¶Quartũ. Magiſter, qui ſcholaribus cõcedere nõ vult celebrationẽ feſti alicuius ſancti quod eſt colẽdum, niſi data pecunia: ſecũdum Ray. ſimoniam cõmittit: quia vẽdit ſpirituale, ad qđ tenetur. Et idẽ eſt ſi nõ vult deſiſtere à celebratione feſti nõ celebrandi. j. q. iij. vendẽtes. aut diem nõ colẽdum, colendũ concedit gratia pecuniæ, ſecundum Sum. Conf. Si autẽ cõcederet aliquo die pro feſto ceſſare ad recreationẽ, non eſſet ſimonia, ſed turpe lucrum, ſecundũ Rod. licet dicat Supplemẽtũ nõ eſſe diuer-
11 ſitatem inter hunc caſum & ſuprà dictos. quod eſt manifeſtè falſum. ¶Vndecimò † quæritur, quomodo magiſter euitare debeat ſimoniam circa licentiã docẽdi? Et dico multa. ¶Primum. Si quid exigatur aut promittatur pro licẽtia docendi, ſecundum Hoſt. exactũ reſtitui & promiſſum remitti debet. extra eo. c. j. & c. prohibeas. non tamen eſt ſimonia, ſed turpe lucrum cũ vitio concuſsionis: & eſt neceſſariò dãdum ei, qui dedit, ſi fuit idoneus: quia non turpiter dedit. Vide quod not. Bern. in c. prohibeas. aliàs prohibemus. eod. tit. Archid. tamen prædicta intelligenda dicit de ſentẽtia ſpeciali actuali, quãdo cõductus vel ſalariatus ad legendum, ex ſtatuto vel conſuetudine loci habet accipere ab aliquo licẽtiã accipiẽdi: nõ autem de licẽtia generali, quæ datur in doctoratiõe legẽdi, interpretãdi, gloſſandi: pro qua aliquid accipere vel exigere prohibitũ nõ videtur: cùm vbiq; legum interpres cõſuetudo habeat contrariũ: nec adhuc legi, inquit, hoc eſſe reprehenſibile. Ratio diuerſitatis eſt: quia prima licẽtia eſt ad actualitatem docẽdi, & ſine labore: alia eſt cũ occupatiõe & labore. Quod ſi nõ placet, oportet dicere quòd d. c. ſunt cõtraria cõſuetudine abrogata: quam etiã viri timorati ſeruãt: vel quòd vbiq; eſt corruptela: qđ eſt durũ. Vnde Car. Mon. tenet iſtã dationem eſſe licitã ratione laboris: allegans Petr. de Anch. hoc tenentẽ. hæc ex illo. ¶Secundũ. Idem de epiſcopo dicendum eſt, ſecundum Inn. qui ſuo clerico dare nõ vult licentiã adeũdi ſcholas, niſi aliquo dato. Sed Io. And. dicit ſecundũ aliquos, eſſe ſimoniã: quia ipſa licẽtia eſt ſpiritualis & ſpirituali cõpetens poteſtati. de ſimo. tua nos. Rod. etiã credit ſimoniã, ſi gratia lucri dat licentiã pro quinquẽnio iure cõceſſo. c. ſuper ſpecul. eo. tit. Similiter ſi ad maius tẽpus, q̃n habet reſpectum principaliorem ad ſoluendum eum à ſpirituali officio, quod eccleſiæ debet: ꝓpter morã autẽ in ſtudio faciendã eſt turpe lucrum & peccatũ mortale, licet nõ ſimonia, ſecũdum Sum. Ang. Sed tu dic ꝙ ſi haberet eundẽ reſpectũ, eſſet idem iudicium. ¶Tertium. Qui cõcedere poteſt docẽdi vel legẽdi licentiã etiam ſi in propria velit legere perſona, non poterit, ſecundũ Hoſt. alterũ impedire, vel ei denegare licẽtiã: etiam ſi ipſe ſit valde idoneus. arg. de of. Arch. c. vlt. q̃a hoc eſſet in alterius præiudiciũ: cùm ſæpe quis habeat gratiã diſcẽdi ab vno, & nõ ab alio. facit c. quãto. extra eo. ¶Quartum. Is, qui obtinuit licentiã legẽdi, ſi fecit expẽſas in cõuiuijs ſecundum cõſuetudinẽ: poteſt alium ſubſtituere cum pacto quòd reddat expenſas quaſi loco intereſſe, ſecundum Rod. & Veruec. dummodo ſubſtitutus legat vice ſua: & conſuetudo illum ſit ſubſtituendi. Si verò transfert in totũ ſuum, nõ poteſt aliquid etiam pro ſuo intereſſe paciſci: & multo minus de certa portione emolumenti percipiẽda: qđ in primo caſu licebat, ſecũdum Rod. & hoc nõ obſtãte ꝙ eccleſia traditur tali modo: quia beneficia ſunt aſsignata pro ſuſtentandis clericis: iſtud autem pro labore docẽdi. Et ita cõmuniter tenetur. Sed ego non video rationem differẽtiæ quãtum ad intereſſe. De materia magiſtrorum, vide etiam ĩ. Scientia. & infrà Studium.



¶D o l v s quid ſit, & quomodo committatur, vide ſuprà culpa, per totum.

¶D o m e s t i c v s quis dicatur, infrà Familiaris.

## De Domicilio.

1 *Domicilium non eſt domus, ſed maioris fortunæ cuiuſq; partis in locum certum receptio. Et ibidem, vbi nã clericus habere domicilium dicatur?*

2 *Intentionem atq; propoſitum domicilium contracturi, ad domicilij conſtitutionem ſpectanda.*

3 *Scholaris, num in loco ſtudij ad ordines promoueri, ſine epiſcopi proprij licentia poſsit? Et ibidem, num minores ac prædicatores, qui ex priuilegio ad ſe accedentes audire poſſunt, an forenſium vota commutare queant?*

D o m i c i l i v m † alicuius ibi eſt, vbi quis fortunæ
ſuæ maiorem partẽ conſtituit, vel bonorum ſuorum 1
partem magnam: vel ſi ibi larem, id eſt, familiam habet. C. de incolis. l. ciues. libr. x. vel ſi nihil haberet ibi: aſsiduè tñ ibi conuerſatur. C. vbi ſena. l. ij. & l. eius. Sola aũt domus nõ conſtituit domiciliũ. ff. ad munic. l. libertus. §. ſola. ſed magis ibi erit, vbi quis rerũ ſuarum ſummam cõſtituit, vnde rurſus diſceſſurus nõ ſit: vnde cùm ꝓfecturus fuerit, peregrinari videtur: & ad quẽ locũ cùm redierit, peregrinari deſinit. Et de hoc Inn. de fo. cõpe. ex parte. Et licet iſtud, ſecundũ Gof. clericus habeat vbi larẽ conſtituit, nõ ſemper vbi habet eccleſiã: tamen ſecundũ Archid. de reſcrip. ſtatutũ. lib. vj. pro domicilio ſemp reputari debet locus ſeu loca, vbi clerici ad reſidentiam tenẽtur: licet aliqui cõtradicant. & ſic etiã not. Innoc. & Hoſt. de priuileg. ex ore. Poteſt autẽ, ſecundũ Gof. de for. cõpe. quis eſſe ſine domicilio. Et põt quis habere vnũ tantùm: vt abbas, q̃ extra ſuũ monaſteriũ illud habere nõ põt. Põt etiã quis habere plura domicilia, ſicut laicus, ſecundũ Innoc. in d. c. ex parte. modò vtrobiq; ſit inſtructus. Et allegat l. aſſumptio. ff. ad municip. & l. ſenatores. ff. de ſena. & loquitur de inſtructo, de quo in l. quæſitum. §. ſed & ſi fun. ff. de fun. inſtr. & inſtru. lega. vbi accipit pro omnibus pertinentijs neceſſarijs ad vſum. Et addit Inno. idẽ ſi nihil haberet, aſsiduè tñ ibi cõuerſatur. Et idẽ ſecundũ aliquos, eſt de clericis inferioribus,
id eſt, nõ prælatis: vt videtur velle Archid. Sed † omnia præ- 2
dicta intellige dicta præſumptiuè: veraciter autem rationẽ domicilij cõſtituit intẽtio habitationis perpetuę: determinatè quando eſt vnum tantùm: vel ſub diſiunctione, quando ſunt plura. de quo etiam ſuprà Confeſſor. j. §. x. Qui autem alicubi non habet domicilium: quantum ad ſacramenta neceſſaria, ſi debet illa ibi percipere, ſecũdum Innocen. in cap. omnis. de pœ. & re. requiritur quòd habitet ibi per maiorem partem anni, & non in fraudem proprij ſacerdotis. Et facit c. queſti. xvj. quęſt. j. de deci. ad apoſtolicæ. niſi ſe transferat hoſpitium conſtituens animo ibi remanendi: quia ſtatim fit ibi parochianus. de paro. cap. vltimo. & dicto cap. ad apoſtolicæ. & idem Hoſtien. Et intelligo animũ remanendi, nõ quidem perpetuum, quia iam ibi haberet domiciliũ: ſed vſq; ad tempus percipiendorum ſacramentorum neceſſariorum: puta, confeſsionis & cõmunionis ſemel in anno: ante quod tamen tempus poteſt iſta percipere, ſi adeſt talis intẽtio. Quantum verò ad ſacramẽta volũtaria, ſecus eſt. Vnde dicit Pan. ſingulariter in c. nullus. de paro. quòd in iuribus diœceſanis ſpectamus domicilium & nõ habitationem: vnde quo ad ſacramẽta neceſſaria epiſcopus ſtudij erit iudex competens: ſed non
quo ad voluntaria. Ex † quo infero, inquit, quòd ſcholaris ad 3
ordines promoueri non poteſt in loco ſtudij ſine licentia ſui epiſcopi: cùm ibi non habeat domiciliũ. C. de incol. l. ij. lib. x. nec epiſcopus ſtudij commutare poteſt vota ſcholaris extraneis:

*Intentio cõſtituit domicilium.*

*Opinio ſua.*

nei:quod eſt cõtra multos cõfeſſores ignorantes.hæc ille. Et ratio eſt:quia iſta nõ ſunt neceſſaria. Vbi etiam aduertit fraties Prædicatores & minores, qui ex priuilegio audire poſſunt vndecunq; ad ſe accedentes: quia non propter hoc poſſunt vota commutare forentium: quia hoc nõ poteſt epiſcopus,qui eos expoſuit vel acceptauit: à quo ſolo in huiuſmodi habent authoritatem.vide ſuprà Confeſſor.j.§.x.

## De Dominica,& Feſtis,feriatiſq; diebus.

1 *Dominica à domino dicta,quanam cõſtitutione ſabbato ſucceſsiſſe dicatur? Et ibidem quid feſtum,& vnde dicatur?*

2 *Feriarum legalium genera tria:de quibus hic ſigillatim. Sunt & canonicæ feriæ. Et quid in his liceat, aut minimè, quãtum ad carnium & reliquorum ciborum vſum pertinet?*

3 *Feriæ ſolennes quænam ſint? Et in quibus ex his cõſuetudo ſit, aut minimè? Et ad hæc concluſiones variæ.*

4 *Feriæ ſolennes quando celebrentur,& quando incipiant? Et in his à quibus abſtinendum ſit? Item quot in his ſunt regulæ; & quot ex his quæſtionum concluſiones deciſiuæ:num. 5.6.& 7.*

8 *Feſtis diebus, quibus inſiſtendum ſit? Et quid ſi epiſcopus ſententiam excommunicationis aduerſus laborantes in diebus feſtis intulerit:& qui neceſsitatis cauſa, pluuia ſcilicet,aut tempeſtate ingruente, aut pietatis occaſione, contrafecerit, num is huiuſmodi ſententiam incurrat:num.9.*

1 DOMINICA † dicta eſt à Domino: & eſt dominica dies illa,quæ in honorem domini noſtri Ieſu Chriſti propter reſurrectionẽ eius,p quã recreatus eſt mundus,celebratur.de cõſec.diſt.iij.ſabbato.ſuccedẽs ſabbato,nõ diuina,ſed eccleſiaſtica cõſtitutione.Quod fieri potuit: quia prçceptũ de ſanctificatiõe ſabbati,inquantũ erat morale, vt ſcilicet aliquod tẽpus dareť creatori,mutari nõ potuit: ſecus inquantũ erat ceremoniale,ſeu figurale,id eſt,quantũ ad diẽ taxatam.¶ Feſtũ autẽ eſt dies otij & religionis,in quo homines cõueniunt:dictũ à feſto ligno,ad qđ in domus ſummitate tigna cõueniunt,vel dictũ eſt feſtũ à feria,quaſi feriatum. ¶ Feria verò dicitur à foro,quaſi fœria,ſecundũ Azo.in Sum. quia præſtat vacationẽ ab his quæ in foro iudiciali agi conſueuerũt. Vnde ſecundũ Gof.feriæ dicũtur,quia à forenſibus negotijs immunitatẽ præſtãt.l.diuus.ff.eod.tit.& ſic eſt dies quietis à cauſis. Vel diciť à feriẽdis victimis,quę cædebanť in ferijs,& ſic eſt dies quietis ab opibus ſeruilibus,ſeu dies feſtiuanda. Vel diciť feria à fando:quia in ea Deus ſolo verbo aliquid fecit.& ſic eſt omnis dies ſeptimanæ præter ſabbatũ:vt dominica ſit feria prima,& cõſequẽter. Vnde †

*Feſtum.*

2 feriarũ legalium tria ſunt genera.Quædam enim dicunť ſolẽnes,in quibus nõ licet manualiter opari,introductæ ob reuerẽtiã Dei: de quibus in c.cõquæſtus.de fer.& C.eod.l.dies feſtos.vt ſunt ab eccleſia inſtituta.Dominus enim vel ciuitas ſi ſtatuat feſtum ſub certa pœna colendũ: pœnã quidem à violatoribus poſſet exigere:ſed culpã nõ incurrẽt:quia ad hos non ptinet feſta præcipere.¶ Quædã verò dicunť tẽporaneæ, quæ ſunt duorũ mẽſium,datæ p fructibus colligendis,id eſt, meſsis & vindemiarũ:quę ſecundũ diuerſas regiones citius aut tardius præconizãtur & indicũtur.ff.eod.l.præſides.& de offic.pcõ. l.ſi in aliquo.& in quibus iudicialis pceſſus fieri non poteſt, niſi de cõſenſu partium.¶ Quædam verò ſunt repẽtinę, quas Imperator indicit pter victoriã quã fecit, aut traductionẽ vxoris,vel filij natiuitatẽ:& quas ſolus princeps indicit.C. de fer.l.à nullo.& quas populus obſeruare teneť, ſaltem in publico,ex quo princeps põt illas indicere:vtrum tamen cõtrafacientes peccẽt mortaliter,vide infrà Statutum.§.vj.In prędictis ferijs nullus poteſt ad iudiciũ cõpelli,niſi in certis caſibus:de quibus ff.eod.l.j.& in c.vlt.de iudic.& niſi vrgeat neceſsitas:puta,quia res erat peritura:vt habes exempla l.j.&ij.& iij.ff.eod.& l.j.ff.de damn.infect.aut pietas:puta,cauſa debilium vel miſerabilium perſonarum:vt in cap.conqueſtus.de ferijs.quia in operibus miſericordiæ non eſt habenda diſtinctio dierum:arg.lxxvj.diſtinct.vtinam.de conſecr.diſtinct.v. nunquã.& ſumma ratio eſt quæ pro religione facit.ff.de re. li.& ſum.fun.l.ſunt perſonæ.imò prædictis ferijs renunciare partes nõ poſſunt, niſi temporaneis:vt in dicto cap.conqueſtus.& xv.quæſt.iiij.in ſumma. Præter has ſunt feriæ canonicæ,id eſt,dies ſeptimanę,de quarum aliquibus in cap.de illa. xj.quæſt.iij.in quarum ſexta illicitũ eſt carnes comedere.de conſec.diſtinct.iiij.ieiunia.quod limita,niſi ſit dies natiuitatis domini:quæ ſi eueniet feria ſexta vel ſabbato,carnibus veſci poſſumus,niſi quis ſe voto vel regulari obſeruãtia adſtrinxerit ad non comedendum:vt in cap.fin.de obſerua.ieiu. Additur & dies ſabbati,de quo in cap.ſabbato.de conſec.diſtinct. iij.& diſtinct.v.& cap.quia dies.vbi admonẽtur omnes Chriſtiani à carnibus abſtinere,niſi feſtum,ſcilicet natiuitatis,vel infirmitas impediat:ſed hoc eſt prçceptum vbi eſt conſuetudo.de obſer.ieiu.conſilium. Vbi verò nõ eſt cõſuetudo quòd non comedantur carnes eſt cõſilium,ſecundum gloſſ.in d.c. quia dies, de conſec. diſtinct.v. ¶ Ex his autem patet primò quòd religioſus,qui ex diſpẽſatione prælati poteſt comedere carnes:hoc poteſt ſexta feria ſi ſit natalis domini: quia cum ad nõ comedendũ tali die teneať ex duplici lege, ſcilicet eccleſiæ & religionis ſuę:prima remouetur per d.cap.fin.vnde remanet ſecũda tantum,ſuper quam prælatus habet authoritatem.Et idẽ dico de eo,qui hoc habet ex voto:ex licentia eius,qui diſpenſare poteſt in tali voto, poterit carnes manducare. ¶ Patet ſecundò quòd habens ex voto non comedere oua in ſexta feria, poterit comedere carnes ex diſpenſatione epiſcopi vel habentis authoritatem ab eo diſpenſandi in votis. Vtrum autem ſine diſpenſatione poſsit comedere carnes, communiter tenetur quòd nõ:quia abſtinentia ouorum includit abſtinentiam à carnibus: ſed tamen credo diſtinguendum an tempore voti habitualiter habuerit intentionem ſe obligandi,ſi affuiſſet memoria dicti caſus,an nõ:quia hic nõ eſt obligatio,niſi ſecundũ eius intentionẽ.Et ſi neſcit diſcernere:teneat ſecuriorem,vt abſtineat,vel petet diſpenſationẽ.

¶ Primò † verò quæritur quantũ ad ferias ſolẽnes,quę ſint? Et dico multa.¶ Primum.In cap.conqueſtus.extra de feriis. quidam dies mandantur feriari quantum ad ceſſationem à ſtrepitu iudicij, & etiam ab operibus ſeruilibus, ſecundum communem opinionẽ doctorum ſic dicitur: Debet iudicialis ſtrepitus diebus conquieſcere fariatis,qui ob reuerentiam Dei noſcuntur eſſe ſtatuti,ſcilicet natalis Domini,ſancti Stephani, Ioannis Euangeliſtæ, Innocentium, ſancti Syluestri, Circũciſionis,Epiphaniarum, Septem diebus dominicæ paſſionis,Reſurrectionis,cum ſeptem ſequentibus,Aſcenſionis, Pentecoſtes,cum duobus qui ſequuntur, natiuitatis Ioannis Baptiſtæ,feſtiuitatum omnium glorioſæ virginis, quæ ſiliicet erant tempore huius capituli:vt purificatio,annunciatio, aſſumptio,& natiuitas: de alijs autem infrà feſtiuitatum n Apoſtolorum.& præcipuè Petri & Pauli.Sed intellige feſtiuitatum principalium,quando ſcilicet euolarunt ad cœlum, ſecundum Archidiac. & vt conſuetudo teſtatur, & Laurentij,dedicationis beati Michaëlis,ſcilicet de menſe Septembris, ſolennitatis omnium ſanctorum,ac diebus dominicis,cæteriſq; ſolennitatibus,quas ſinguli epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo duxerint ſolẽniter venerãdas.Quod limita primò,ſecũdum gl.de cõſec.diſt.iij. in c.pronunciandum. de ſolẽnitatibus ſanctorũ canonizatorũ,ſcilicet authoritate eccleſiæ Romanæ,cũ epiſcopus canonizare nõ poſsit.de re- li.& ve.ſanc.c.j.ad quos ſolus,ſecundum Archid.dirigi poteſt oratio ſolennis,id eſt,in miſſa vel diuino officio facta : licet oratio priuata dirigi poſsit ad omnem,qui creditur eſſe cum Chriſto. Limita ſecundò , ſi populus conſentiat , ſecundum Arch.& idẽ patet ex textu:& ſequiť Pan.in d c.conqueſtus.& Arch.in d.c.pronuntiãdũ.& Fede.licet do.Ant.dicat ꝙ ſolus epiſcopus cum clero ſeu capitulo hoc poſsit. Limitat tertiò quo ad eos q ſunt de diœceſi,vel in ea moranť,q bonas loci cõſuetudines ſeruare debẽt.di.viij.quæ cõtra.di.xij.illa autẽ. Quibus vtiq; ſolennibus ferijs, niſi neceſsitas vrgeat.gl.puta ſi eſſet res tẽpore peritura.Exempla plura habes ff.eo .l.j.ij. & iij.& vbi res celeritate deſiderat.ff.de dam. infec.l.j.vel pietas ſuadeat.gl.puta cauſa debiliũ vel miſerabilium perſonarum:vſqueadeo cõuenit ab huiuſmodi abſtinere: vt conſentientibus etiã partibus nec proceſſus habitus teneat,nec ſententia quam cõtingit diebus huiuſmodi promulgari.hæc ibi. ¶ Secundum.In c.pronuntiandum.de conſ.diſt.iij.vbi ſit conſimilis feriarum enumeratio,nõ ſit mentio, de annuntiatiõe beatæ virginis:quia ſcilicet fortè nondum erat illud feſtũ inſtitutum,ſecundum Archi.& tamen ibi aliæ feriæ adduntur, ſcilicet tres dies rogationum,feſtum S.Martini,& dedicatio cuiuſque oratorij.quod limita quãtum ad loca ipſius oratorij:& vbi eſt conſuetudo,quæ in huiuſmodi valet,vt patebit: vbi verò non eſt conſuetudo quòd celebretur,aut non celebretur,vt vbi nouiter ſit dedicatio , non eſt etiam peccatum non celebrare:quia ſecundum Arch.iſta lex eſt conſuetudine abrogata:vnde non ligat niſi gratia conſuetudinis particularis.Eadem quoq; di.in cap.crucis. additur feſtum inuentionis ſanctæ crucis,quinto nonas Maij:& feſtum corporis Chriſti. in cle.ſi dominum.de reli.& ve.ſan.¶ Tertium.In c.etiã glorioſus.de reli.& ve.ſanc.lib.vj.additur Euangeliſtarũ & quatuor doctorum eccleſiæ:quæ mãdantur ſub feſto duplici ſolenniter celebrari.quod Io.An.intelligit nõ ſolùm quo ad officium,ſed etiam quo ad ceſſationem ab opibus ſeruilibus. & videtur ſequi do.Ant.& Pan.in c. cõqueſtus. Et hoc tenuit Sum Ang.ſcilicet quòd ſint de præcepto .& idẽ Supple.multipliciter conatur oſtẽdere:ſed oppoſitum tenuit Archi.tum quia cõſuetudo legum interpres habet cõtrarium : tum quia periti & timorati viri ſimiliter contrariũ dixerunt:tum quia dicit ſe vidiſſe Eugenij declarationẽ vel diſpenſationẽ,dicentis ſe nõ intendere quòd fideles obligẽtur . Quicquid tamen de iure ſit,in hoc,ſecundum omnes,conſuetudini ſtandũ eſt: & vbi de cõmuni omnium more celebrantur,ſeruanda ſunt. ¶ Quartũ.Feſta per eccleſiæ totius cõſuetudinẽ introducta: vt beati Nicolai,& fortè b. Antonij,& Catherinę,& huiuſmodi,ſeruanda ſunt:quia conſuetudo eſt tacita lex , & pro lege habetur ſi rationabilis ſit,& pficiat ſaluti.di.j. cõſuetudo.de quo ſ.Cõſuetudo. Quæ verò introducta ſunt in vna ciuitate tantum,aut prouincia:in illa ſimiliter ſeruãda ſunt:quia ſicut generalis cõſuetudo rationabilis,etiã nõ præſcripta,generalem,ita particularis particularem facit legẽ:ar.di.xij.c.illud. & c.illa.quæ tamẽ intellige dicta de cõſilio,nõ de præcepto, niſi ratione ſcandali:qa non ſunt introducta vt de præcepto, ſed ex deuotione:conſuetudo aũt non eſt præceptiua, niſi ex intentione potentis cõdere legem,vt ſ.dictum eſt:ratione tamen ſcandali cõſuetudo eſſet præceptiua, iuxta dicẽda infrà Scandalum. ¶ Quintũ. Feſtũ viſitationis beatæ Mariæ præcepit Vrbanus vj.ſed modò non ligat,ſecundũ Arch.quia receptum non fuit,nec cuſtoditũ, nec fortè publicatum. Feſtũ aũt Niuis non eſt ſub præcepto , ſimiliter nec feſtum Cõceptionis:quod olim quidẽ eccleſia Romana nõ celebrauit,vt patet per gl.in d.c.pronunciãdũ.ſed tolerauit ſcd̃m S.Tho.& merito:quia non eſt repudiandum, vt idem dicit, habito reſpectu ad ſanctificationẽ:quę quo tempore facta ſit,ignoratur. Vnde potius eſt ſanictficatiõis,quàm cõceptionis. Vñ nunc illud videtur celebrare,non quaſi affirmans aut determinans dictam conceptionẽ fuiſſe immaculatã & ſine originali cõtagio,vt Sũ.Ang.& Roſ.conãtur aſſerere:qa expreſsè Xiſtus quartus ordinis Minorũ,qui illi opinioni fauit, quãtũ honeſtè potuit,dicit in extrauagãti,quæ incipit,grauè nimis, ꝙ eccleſia Romana nondũ hoc determinauit,& idẽ Alex.ſed quaſi in cõceptione colẽs ſanctificationẽ citiſsimè, vt creditur,ſubſecutam,& quaſi gratias referẽs de cõceptione ratione perſonæ conceptæ,non ratione ſanctitatis in conceptiõe collatæ:ſicut etiã colitur feſtum Epiphaniæ,in quo tamẽ nulla ſanctitas noua collata eſt.¶ Quod autem dicit Sum. Roſ. circa hoc extare miracula:nihil eſt, niſi facta fuiſſent in teſtimonium huius veritatis:quia etiã tempore beati Martini ad preces porrectas latroni fiebant miracula gratia fidei petentium.Quod etiam dicit Sum.Ang. olim puritatem cõceptionis non fuiſſe reuelatam,ridiculum eſt:quia contra authoritates ſanctorum & conciliorum & ſcripturarũ ſtultum eſt credere mulierculorum ſomnijs.Quia tamẽ deuotio ſimplicium ſine pertinentia nõ eſt condemnanda:ideò idem põtifex in eadem extrauaganti, ad ſcandala tollẽda mãdauit ſub pœna excommunicationis : vt infrà Excommunicatio.vij.§. vlt.¶ Sextum.Feſtum autem beati Franciſci eſto quòd fortè Xiſtus quartus illud ſub præcepto poſuerit:tamẽ,modò nullus tenetur:quia illa conſtitutio non fuit moribus vtentium approbata.diſt.iiij.in iſtis.§.leges.¶ Septimum. Circa huiuſmodi feſta diſtinguendũ eſt.Nam ſi ſunt iuris humani,in eis ſtandũ eſt conſuetudini:ſicut fuit olim de feſto Trinitatis faciendo.extra eo.quoniam. quod tñ hodie ex mandato Ioannis xxij.ſit per vniuerſalem eccleſiam.& idem,ſecundum Arc. eſt de feſto Innocentium,& S.Syluestri:quia ſcilicet ſtãdum eſt conſuetudini:& cõmuniter malè cuſtodiũtur.Et idem eſt, ſecundum eundẽ,de feſtis Euangeliſtarũ & doctorũ:& idem de feſto S.Bartholomæi,quo ad diem , in quo celebratur.de obſer.ieiu.conſiliũ.imò quædam prædictorũ feſtorum ſunt per cõſuetudinẽ abrogata quo ad ceſſationẽ ab operibus, vt cõmuniter dicitur:vt tres dies rogationũ,& ſeptẽ dies dominicæ paſsionis,id eſt,hebdomada Paſchæ:nec ſeruanť hodie niſi tres dies Paſchæ:& ſecundũ Arch.paraſceues,& feria v.in cœna Domini:imò nec iſti ſeruanť,niſi fortè paraſceues vſq; ad oſculũ crucis.Si verò ſunt iuris diuini in eis conſuetudo locum nõ habet,vt dies dominica,vt cõmuniter tenetur,& dies maiores:vt Natiuitatis Domini,Reſurrectionis,Aſcenſiõis, Pentecoſtes,& Epiphaniæ:vt diciť in glo.de ferijs.licet.& ſequũtur cõmuniter doc.& Io.An.addit Aſſumptionis glorioſæ virginis.ar.c.ſi.de ſen.exc.lib.vj.imò gl.Ray.dicit dies maiores eſſe feſta Chriſti,beatæ virginis,Apoſtolorum Petri & Pauli,& diẽ paraſceues.qđ põt fortè eſſe verũ quantũ ad vacare à ſeruilibus: nõ aũt qa ſint de iure diuino.Ex quibus malè intellectis infert Supplementũ quòd nulla conſuetudo poteſt excuſare laborãtes ſabbato poſt occaſum Solis,vel in vigilia feſtorum dominica maiorũ:cùm in hoc,inquit, fiat cõtra ius diuinũ.quod dictum eſt falſum , & contra alios Summiſtas ordinis ſui,vt patebit §.ſeq. Vnde dico cõſuetudinem nõ habere locũ in his quæ ſunt de iure diuino,vt hic:vnde ſicut eccleſiaſtica lex,ita & eccleſiaſtica cõſuetudo variare põt tempus diei dominicæ,quod ex lege poſitiua & nõ diuina depẽdet,vt dictũ eſt:dummodo feſtiuetur xxiiij.horis,quod eſt iuris diuini:& ſabbato non incipiat ſolennitas ante Solis occaſum,ne videamur Iudaizare.de con.di.iij.pronuntiandum. vnde Arch.dicit quòd vbi eſt de more generali artificum,puta barbitonſorum, quòd in ſabbato aut magnorum feſto-

rum

*Feriarum legis tria genera.*

rum vigilijs laborant per duas horas noctis:quia tunc magis homines conueniunt,tolerari poteſt mos:quia etiam in ſero feſti quando liceret laborare die tranſacta non laborant vſq; ad noctem mediam:& ſic videtur admitti poſſe compẽſatio, conſuetudine ſic agente:& ſic dñs, inquit, Eugenius quartus ſuper hoc requiſitus cùm talibus diſpenſauit,vt percipi à fide
4 dignis.¶Secundò†quæritur,quando feriæ ſolennes celebrẽtur,& quando incipiant? Et quantum ad primum dico quòd in die qua occurrunt,etiam ſi officium ad diem aliam transferatur:quia eccleſia ordinauit quòd ſuo die celebrentur,& de remiſsione nihil ſtatuit: vnde & conſuetudo ita habet.

¶Quantum verò ad ſecundum dico vt colligitur ex gloſſ.in cap.quoniam.de fer.& in c.pronuntiandum.de conſec.diſt.iij. ꝙ diuerſis reſpectibus incipit dies feſtus aut dominicus horis diuerſis.Nam quantum ad eſum carnium,ſicut & quantũ ad ieiunium,incipit à termino cœnę diei præcedẽtis vigiliã, qui terminus eſt media nox,quãdo vj.feria, aut vigilia ſequitur,ſecundum Pan.in d.cap.quoniam. quantum verò ad officium incipit in veſperis:quantũ verò ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus,regulariter incipit à veſpera vigilię,id eſt,ſerò vel vltima parte diei ſeu occaſu Solis,& terminatur in veſpera ſequenti.extra eo.omnes.& de con.diſt.iij.pronuntiandum.& fuit originale dictum ſcripturæ Leui. xxiij. tñ feſtorum initium & finis iuxta eorum qualitatem & diuerſarũ regionum conſuetudinem ſeruari debet:& ſicut eorũ magnitudo exigit,prius incipere, & tardius terminari : extra eo.quoniam.quod limitaverum eſſe primò quantum ad augmentũ feſtorum,ſed non quo ad diminutionẽ:niſi eſſent de iure poſitiuo:quia non poſſunt eſſe minus quàm xxiiij.horarum,ſi ſunt de iure diuino:licet illę horę poſsint citius & tardius incipere vel terminari.Secũdò limita verũ,niſi ſit dominica:cuius celebratio incipere nõ poteſt ante Solis occaſum die ſabbato,ne Iudaizare videamur.de con.diſt.iij.pronuntiandum. Vnde augeri poteſt hoc feſtum à parte pòſt, ſed non à parte ante.¶Hic tamen cauendi ſunt tres errores.Primus eſt Supplementi dicentis nulla conſuetudine excuſari poſſe laborãtes ſabbato poſt occaſum Solis,vt dictum eſt, & improbatũ §.priore.Secundus eſt Sum.Ang.quæ allegans verum dictum Pan.in c.j.de fer.ſcilicet quòd dies feſtus quãtum ad ceſſationem ab operibus ſeruilibus incipit ſecundũ conſuetudinem patriæ.& facit c.quoniam.eo.tit.inde ex hoc verò malè & indiſtinctè intellecto infert falſum,ſcilicet quòd ſi ſit cõſuetudo quòd incipiat feſtare in mane,tenenda eſt,id eſt,laborãdo tota nocte,modò ceſſent vſque ad alium mane:quia Pan.loquitur de conſuetudine rationabili , cuiuſmodi non eſt hæc, quæ homines redderet inhabiles ad miſsã & ſermones in mane diei feſti.Tertius eſt Sum. Roſ.quæ primò quidem cùm Arch.tenet verã ſententiã, quòd ſcilicet tollerari poſsit artificum mos laborantium quaſi vſque ad mediam noctem:ne concurſum ſimul & lucrum perdant, attento quòd ſero feſti quando laborare poſſent,vacãt & recompenſant: ſed deinde volens reprobare dictam opinionẽ Sum. Aug.aſſumit quòd talem conſuetudinem facere non poteſt vna ars,duævel tres: ſed ſolùm maior pars populi vtens ea,ſecundum glo.in cap. ſi.de cõſue.& Pan.quod quidem dictũ ad eius intellectũ primò eſt falſum:quia non oportet populi partem maiorẽ vti actu inducente conſuetudinem,exequendo illum:ſed ſufficit ſi vtatur approbando.Vnde in ciuilibus ex duabus ſententijs datis in iudicio conſuetudo inducitur:vt dictũ eſt ſ̃. Conſuetudo.§.iiij.& ſecundò repugnant veræ ſcientiæ quam tenuerat:quia ſi duæ vel tres artes non poſſunt facere conſuetudinem laborandi vſq; ad mane:nec vſq; ad noctẽ mediã poterunt. Vnde dico in hoc ſtandum conſuetudini iudicio boni viri rationabili:puta qua pauperes artifices nec lucrum perdũt,nec in mane diei feſti ſunt dormitãtes: puta in neceſſitate laborando ſero duabus aut tribus horis vel prope ad mediam noctẽ:cùm vbiq; vniuerſaliter vſq; ad mediũ noctis ſequentis feſtiuetur.¶Tertiò†quæritur,à quibus abſtinendum eſt in ferijs ſolennibus, ſiue diebus feſtis? Et dico ex S.Tho. nõ eſſe modò ita arctum præceptum de obſeruanda dominica, ſicut olim fuit de obſeruãdo ſabbato, in quo non licebat decoctio ciborum,& huiuſmodi:quia non eſt modò iſta obſeruatio figuralis vt tunc:& facilius nunc ratiõe neceſsitatis diſpenſatur in prohibitis quàm tũc: qa figura pertinet ad proteſtationẽ veritatis, quam nec in modico oportet prætermitti: opera autem ſecundum ſe cõſiderata mutari poſſent pro loco & tempore.hæc exillo.Et adde,ſecundum Arch.non eſſe dubium de papa,quin poſsint illa die & alijs feſtis diſpẽſare, cùm ſint de iure poſitiuo,ſcilicet quantum ad determinationem temporis:de epiſcopo etiam creditur à multis quòd poſſit,cùm ſubeſt cauſa rationabilis . Sed de hoc dic iuxta dicta ſ̃.Diſpẽſatio.§.ix. quòd poteſt in caſu nouiter & inexcogitato emergente:puta in piſcatione, quando repente cõparerent piſcium inſolita multitudo. Igitur in diebus feſtis abſtinere tenentur homines non ſolùm à peccatis,ſed etiã ab operibus ſeruilibus:vt ab operibus artium mechanicarum, agricultura,& huiuſmodi:vt nec mercatum,nec placitum fiat, nec proceſſus,vel ſententiæ iudiciales,nec condemnatio alicuius ad pœnam,maximè mortis.de con.diſt.iij.rogationes.extra eo. cap.omnes.& cap.licet.xv.q.iiij.per totum.nec fiant iuramẽta niſi pro pace.extra eo.ca.j.vel pro alia neceſsitate, vt dicit ibi glo.puta pro fide,pro obedientia, pro fama. quod tamen de iudicialibus iuramentis intellige eſſe præceptum, de alijs verò conſilium. vnde agitatio cauſæ non tenet etiã de cõſenſu partiũ,& generaliter ab omni opere ſeruili, ad quod opus ſeruile pertinent non ſolùm prædicta,ſed etiã emptio & venditio,& ſcribere,& ratiocinia facere, & delatio onerum cum iumentis,& iter.quod tamen illicitum non credo, niſi fit cũ magna fatigatione:quia nõ multùm impedit vacationem à diuinis.Et conſentit Franc.de May.in trac.de x.præceptis.& actus voluntariè iuriſdictionis:vt emãcipare,contractum inire,iudiciũ facere,ſcribere,inſtrumenta conficere,& huiuſmodi:quæ qui faciunt,peccant mortaliter,niſi excuſentur vt infra.Actus tamen tales tenent,ſecundum Pan. in d.c.cõqueſtus.& videtur expreſſum in l.actus.C.de ferijs.& generaliter prohibentur omnia fieri conſueta per ſeruos,& omnia opera corporalia , quibus vnus alteri ſeruit. ¶Quartò†quæritur quæ ſint regulæ vel theoricæ ſeu claues,aut maximè quibus decidi poſsint omnia aut multa dubia occurrẽtia circa materiam iſtam? Et dico tres eſſe. ¶Prima colligi͛ ex S.Tho.ij.ij. q.cxxij.vbi probat nõ ꝓhiberi hic opus ſpirituale, vt docere verbo vel ſcripto,ſecundum gl.Numeri xxviij.nec opus corporale ſeruile factum ad ſeruitiũ Dei,vt de circunciſione patet Io.vij.& de ſacrificijs,Matth.xij.nec opus corporale commune ſeruis & liberis:vt prouiſio in neceſſarijs ſibi & proximo,præcipuè pertinentibus ad ſalutẽ corporis ſui vel proximi,quæ differri cõmodè non poſſunt : ſicut Machabæi in ſabbato pugnauerunt pro defenſione.j.Machab.ij.& Helias die ſabbati fugit à facie Iezabel:& Chriſtus totum hominem ſanum fecit in ſabbato:& ſecũdariò in damno rerum vitando ſicut ouis cadẽs in foueam leuatur die ſabbati.Matth.xij.hæc ex illo.Ex quibus elicitur quòd die feſto nõ licet facere opus ſeruile pro lucro conſequendo principaliter.licitum verò eſt illud facere pro damno rerum vitando aut corporis aut animæ à fortiori:&hoc tam quo ad ſe,quàm quo ad proximum. ¶Secunda verò colligitur ex Richa.in iij.diſt.xxxvij.ar. iiij.q.iiij.dicente quòd opus ſeruile tripliciter dicitur. Primò ſcilicet materialiter tantum,non formaliter ſeu finaliter:vt ſcribere nõ ad lucrũ,ſed ad ædificationẽ animarũ.Scdò,formaliter tantũ,nõ materialiter:vt cogitare de opere exteriori exercendo ad lucrũ:puta aratiõe,aut aduocatiõe. Tertiò,materialiter & formaliter ſeu finaliter:vt opus corporale propriè & proximè ordinatũ ad bonũ corporale ſeu lucrũ.Quorũ primum die feſto cõcedit͛:vt in d.c.cõqueſtus. vbi cauſa pietatis permittunt͛ aliàs prohibita.& facit l.diuus.ff.de feri. vbi permittunt͛ diebus feriatis ſpectãtia ad diſciplinã militarẽ.Secũdum verò prohibetur de cõſilio,nõ de præcepto,niſi per hoc impediretur illa vacatio,quã ex neceſsitate debemus diuinis: de qua in ſequentibus dicetur. Tertiũ verò ſub præcepto ꝓhibetur:& illud exercens mortaliter peccat . Tertia colligitur ex multis doctoribus,ſed præcipuè.Franciſco de Mayro. in tra.de x.pręcep.dicẽtis quòd opus ſeruile tertio modo eſt peccatũ mortale,niſi excuſet vnũ ex quatuor:quorũ primum eſt modicitas operis:quæ nõ impedit ſpiritus libertatem:quę tamen ſcdm Veruec.arbitrio boniviri penſanda eſt.Secundũ, neceſsitas operis,quæ aut præueniri,aut cõmodè differri nõ poſsit:vt in decoctione ciborũ:vel neceſsitas coactionis,quæ ſit à dominis:aliter bona præſcriberẽtur,facit c.licet.de feri. Tertiũ,pietas cordis,ſcilicet pro Dei honore vel peuperũ ſuffragio:vt dictũ eſt ex d.c.cõqueſtus.Quartũ eſt vtilitas publica,vt pro pace,concordia,ponte,& huiuſmodi,quæ etiã ſunt pia.Adde quintũ,id eſt,diſpenſationẽ prælatorũ.¶Quæ autẽ neceſsitas excuſet : quidã dicunt ꝙ ſolùm neceſsitas vitæ ſuſtentandæ.cõtra quos eſt dictũ Domini,Matth.xij.de oue cadente in foueã.Alij,vt Sum.Roſ.& Ang.dicunt quòd excuſat neceſsitas vitæ ſuſtentandæ & dãni vitandi,vt dicit S.Tho.& etiam vtilitas acquirendi,quod alio tempore acquiri nõ põt: ſicut patet extra eo.licet.de piſcatione ad alecia.ſed hoc tertiũ nõ eſt neceſsitas,ſed vtilitas:nec licet niſi ex diſpenſatiõe epiſcopi,ſi haberi poteſt,ſcdm Veruec . aliàs ſacerdotis proprij.Sine diſpenſatiõe autem erit mortale:licet Sũ.Ang.dicat hoc eſſe conſiliũ:quia eſt cõtra diuinũ vel eccleſiæ præceptũ, niſi vtilitas eſſet talis ꝙ credatur prælatus,ſi haberi poſſet,diſpenſaturus: quo caſu locũ haberet,ſecundũ mẽtem Veruec. ratihabitio.de lucro aũt inde ſequente debet fieri pauperibus portio:vt in d.c.licet.quod Sum.Ang.putat eſſe præceptum: ego verò conſiliũ.¶Quarta poteſt addi pro iſta & omni alia materia,quòd quando ſermo eſt de peccato mortali,ſemper duo præſupponuntur. Primò,quòd res ſit alicuius importantiæ.circa quod dari nõ poteſt regula generalis:ſed ſtatur arbitrio boni viri.Secundò,quòd exerceatur cum deliberatiõe expreſſa:vt cũ quis deliberat aliquid facere aut cogitare,etiã ſi facere nolit:vel ſaltem interpretatiua, quæ eſt cũ q̃s aliq̃d ſubitò q̃dẽ facit aut cogitat, ſed nõ adeò ſubitò quin aduertat & deliberare poſsit:nec tñ deliberat illectus à voluptate, de quo tamen dic vt ſ̃.Cõſenſus.in prin.Q̃n autem res eſt mi
7 nima aut ratio non aduertit,nunquã eſt mortale.¶†Quintò quæritur,quot cõcluſiones quæſtionũ deciſiuæ ſequuntur ex præmiſsis? Et dico ꝙ multæ.¶Prima.Excuſatur ratione modicitatis à mortali aut etiã veniali ponẽs aliqua pauca pũcta, ſcopãs domũ,vendẽs vnã rem tãtũ breui ſermone:puta racemum, modicũ itinerãs, aut aliquid tale faciens tpe breui,arbitrio boni viri. Ratio ſcdm Bona.iij.diſtin.xxxvij.in lit.quia iſta modicitas vacationẽ circa diuina minuit q̃dẽ aliqualiter, ſed nõ impedit.Et faciũt quæ notant͛ in c.intelligẽtia,de ver, ſig.¶Scda.Similiter etiã ratione neceſsitatis,maximè ſi vergat in piculũ vel dãnũ:excuſant͛ carnifices,etiã ſi tpe notabili occupent͛ propter neceſsitatem,quę præueniri non poteſt, nec differri ratione æſtatis , aut multitudinis feſtorum , vel huiuſmodi:idem de tabernarijs præparantibus cibaria neceſſaria medicis,minutoribus, aromatarijs, ferratoribus equorum,ſi principaliter ratione neceſsitatis , licet inde habeant lucrum:idem de vendẽtibus panẽ,herbas,fructus,& hmõi,ꝓ neceſsitate diei feſti:etiã ſi talia cõferrẽt ad guloſitatẽ,cõtra Angelicã:quia q̃d vni eſt guloſitas,alteri erit honeſta recreatio:aliàs aũt vendentes nõ excuſant͛, niſi ratione modicitatis diſtractionis:vt vẽdentes candelas,vel placẽtulas inzuccaratas,& hmõi:in quibus pretia facere nõ põt.Et idẽ de exigẽtibus debita à ruſticis aut cõducẽtibus operarios:quia alia die eos ſine incõmoditate inuenire nõ poſſunt.Et idẽ ſcdm Veruec.de vectoribus merciũ,alimentorũ,aut perſonarũ,& curſoribus,qui ſine graui incõmodo aliter facere nõ poſſunt.ſecus de ruſticis dominis ſuis blada aut alia deferẽtibus. Et idẽ de his,qui in vigilia feſti mittũt ſua iumẽta ad portãdũ neceſſaria pro feſto,cùm prçuenire nõ potuerũt,ſcdm Ro.ſecus ſi facerent vt diem vnã lucrãrent͛.Et idẽ de ruſticis,vxore,ac filijsfamiliàs,ſi iuſto metu laborare cõpellunt͛:etiã poſſunt ſuã recipere mercedẽ,ne domini procliui ad hoc reddant͛,& cõmodũ ex ſua iniquitate reportẽt.¶Tertia.Similiter excuſantur ratiõe pietatis laborãtes ꝓ eccleſia,monaſterio, aut alio loco pio nõ habẽtibus ſufficiẽtes reditus, vel pauperibus indigentibus:modò nõ ſufficiat in dominicis vel feſtis ſolẽnibus,ſecundũ Veruec.nec dimittantur diuina,id eſt, auditio Miſſę,nec laboretur propter mercedẽ,aut carnalem amorẽ: nec vſque ad vltimã fatigationẽ.Et in hoc omnes doc.cõſentiunt,excepto ꝙ Monal . vult hæc poſſe fieri dominicis diebus & præcipuis feſtis,& etiã beatæ Virginis, & apoſtolorũ Petri & Pauli,& in paraſceues:nõ tñ in die paſchæ aut pẽtecoſtes:niſi eſſet cõſuetudo approbata per epiſcopũ.quod verum credo ex diſpenſatiõe epiſcopi,vel neceſsitate tãta,quæ hoc arbitrio boniviri exigeret.& ſimiliter laborãtes ad reintegrationẽ pontiũ aut viarũ propter tranſeuntiũ pietatẽ , & non ad lucrũ,eadẽ ratione.Et ſimiliter ſi hoc faciũt propter bonũ publicũ:quia ſub nomine pietatis includitur. Et idẽ de doctore faciente conſiliũ vt expediat illũ qui venit à lõge:licet conſequenter intendat lucrũ.Secus ſi ad lucrũ principaliter:quia eſſet mortale.Et à fortiori excuſantur,ſcdm Archi. laborantes pro ſuſtentatione ſui & familiæ ſuæ,quãdo aliter ſuſtentari nõ valẽt,ſcilicet ſine magna incõmoditate.Cautũ tamẽ eſſet in his omnibus, diſpẽſationẽ ab epiſcopo habere. Et ſimiliter excuſantur,qui actus volũtariæ iuriſdictionis exercent ad honorẽ Dei,ſcdm Lap.& Bart.in l.actus.C. de fer. ¶Quarta.Similiter excuſantur,ſecundũ Veruec.etiã omnes qui operant͛ ad indẽnitatẽ pſonarũ ſui aut ſuorũ: vt ſi imminente bello fiãt ptinẽtia ad defenſionẽ,vt muri, aut foſſata, & omnia arma defenſiua,vel ptinẽtia ad defenſionẽ ordinatam:vt machinæ,tela,& omnia arma inuaſiua. Et ſimiliter opantes ad indẽnitatẽ rerũ ſuarũ aut aliorũ:vt eas mutando ne ſubripiantur ab hoſtibus,aut à tẽpeſtate,vel alia cauſa lædant͛:ſicut lana lædit͛ aliquando ſi nõ extendat͛ ad ſolẽ:& fornax ſi ignis nõ nutriat͛,& huiuſmodi:gñaliter quicquid fit ad repugnandũ dãno imminẽti in pſona vel rebus ſuis aut aliorum eſt licitũ: ſicut itinerare exiſtẽtibus in hoſpitio ꝓpter iacturã expenſarũ:& laborare facientibus vitra : quia ignis deuorat:& idem de ſimilibus.Et multo magis ad vitãdũ animę damnũ:puta otioſitatẽ,vel aliud peccatũ:vnde rationabiliter occupantur hoc fine domicellæ poſt ſuas deuotiones:nõ aũt ad lucrũ principaliter.¶Quinta.Similiter excuſantur multi ratione diſpenſationis euntes ad mercata vel nũdinas,de quibus Veruec.quem ſequitur Sum.Piſa.& Supple.& Sum.Ang. ſcrupuloſè loquitur,volens quòd peccet mortaliter, qui hoc facit conſuetudinariè,aut cupiditate lucrandi.Sed veritas eſt

quòd peccent mortaliter ſolùm in duobus caſibus. Primò,ſi
Miſſam omittant. Secundò,ſi hoc prohibeatur à prę̨latis,ma
ximè ſub pœna excõmunicationis,quo caſu inciderent etiam
venientes ex aliena diœceſi ratione delicti,ſcd̃m Veruec. &
Sum.Conf. Audita autem Miſſa,& tolerãte epiſcopo,non eſt
mortale:quia hoc nõ ſpectat ad ius diuinũ: Vñ eccleſia,quæ
laqueum filijs ſuis nõ ponit,tolerãdo diſpenſat. Et ita ſentit
Fran.vbi ſ.& Pe.de Pal.& Arch. Quod limito,ſcd̃m aliquos,
niſi eſſet dies dominica vel maior:quia in his diſpenſatio nõ
excuſaret,ſed pietas,vel neceſsitas:puta,ſi quis multũ dãnifi
cetur tunc non contrahendo,aut alia iuſta cauſa. Sexta. Simi
liter à mortali excuſant multi ratione opis,ſi ſit ſeruile ma
terialiter tantũ:ſimiliter ſi tñ formaliter,ſiue finaliter,ſicut
ſtudentes principaliter ad illuminationem ſui vel aliorũ: li-
cet conſequenter veniat lucrũ:vt tenet Pan.in c.j.de feri.arg.
c.cũ ex eo.de elec.lib.vj.& idẽ ſi fiat ad otiũ vitãdũ: ad lucrũ
aũt nõ licet:licet nõ ſit mortale. Et ſimiliter excuſant ſcho-
lares legentes nõ ad lucrũ, ſed ad exercitiũ ſuũ, ſcd̃m Pan.
ibi,dũmodò nõ faciãt principaliter ad lucrũ. Si aũt in conſe-
quentiã:nõ nocet.ar.l.j.ff.de autho.tu.& in l.rogaſti. §.j.ff.ſi
cer.pe.& in c.quid proderit.di.lxj. Secus de doctoribus legen
tibus principaliter ad lucrũ.& idem de ſcholaribus : qa eſſet
opus ſeruile materialiter & formaliter. Et ſimiliter excuſant
ſcholares notantes ſuas lectiões,ſcd̃m Veruec.& ſermones &
libros corrigentes:nõ tñ licet in his operã pretio locare:nec
licet ſcribere in aliquo grãdi vt de quaterno ad quaternũ, vt
dicit:quia ſcilicet eſt opus ſeruile:ſpiritualia aũt ſcribere ad
ſpiritualem finem,etiã in quãtitate magna, licitũ eſt:vt in d.
c.cõqueſtus. Et ſimiliter excuſant pictores,q diebus feſtis re-
trahunt in eccleſijs pulchras figuras: qa ad peritiã artis id fa-
ciunt,licet ſequat lucrũ conſequenter. Excuſantur etiã citha-
riſtæ,& alij ſonatores,cãtores,ſi id faciũt ad honorẽ Dei prin
cipaliter,vel ad honeſtã recreationem aut ad aliũ piũ vel ne-
ceſſariũ finem,licet ſecũdariò ꝑpter lucrũ:ad quod ſi princi-
paliter operentur,nõ excuſantur, niſi aliqua ex ſuperioribus
cauſis adſit:& ſi id faciant ad lucrũ,& cũ periculo peccati ali-
cuius:vt qui ad lucrũ regulariter pulſant laſciuiæ iuuentuti;
multò minus excuſant. Si aũt id faciũt cũ piculo ſolũ,& non
ad lucrũ principaliter:eſt mortale,ſi illud periculũ intendũt:
& ſi illud ex ſignis probabiliter credunt,nõ aliter. ¶ Piſcatio
autem,ſcd̃m Supplementũ, nullo modo licet in maioribus
ſolennitatibus:in dominicis verò diebus vel inferioribus etiã
non licet niſi ex cauſa vrgente,& cũ licentia & portione pau-
perum. Et allegat c.licet.de ferijs. & idem dicit de aucupatio-
ne,maximè:quia eſt magis publica,& cũ occupatiõe maiori.
Sed oppoſitũ tenuit Sum.Roſ. Et dico quòd illud ꝑcedit de
ea,quæ eſt ad lucrũ:ſecus ad honeſtã recreationem,cùm non
ſit opus ſeruile formaliter. Nec obſtat ꝙ omne opus ſeruile
prohibetur:& ſic regula eſt prohibitiua:& cõſequẽter omne
illud intelligitur prohibitũ,quod non eſt ſpecialiter conceſ-
ſum:vt in cle.exiui.de verb.ſigni.quia dico hoc verũ eſſe de
cadentibus ſub regula:cuiuſmodi eſt opus ſeruile materiali-
ter & formaliter:nõ autem materialiter tantũ. De venatiõe
autem tenet idem & Sum.Ang.cõtra Sum.Roſ.ꝙ nullo mo
do liceat in feſtis:quia nõ licet in diebus ieiuniorũ,ſecundum
glo.in c.qui venatoribus.diſt.lxxxv. Ergo inquiũt,multò mi-
nus in diebus feſtorũ. Nec tamen,inquit Angelica,eſt morta
le:niſi cauſa lucri principaliter fiat, vel omiſsis diuinis. Ego
verò dico ꝙ eſt licita de ſe in diebus feſtis, ſi fiat ad honeſtã
recreationem:quia non eſt opus ſeruile formaliter: ſi aũt fit
ad lucrum,vel omiſsis diuinis,eſt mortale. Nec eſt ſimile de
diebus ieiuniorũ,qui debent eſſe afflictiui:& de diebus feſtis,
qui aliquo modo licitè ſunt recreatiui. Et dato quòd ſit illici
ta,non poteſt eſſe de ſe veniale:quia eſſet contra præceptum
Dei vel eccleſiæ:niſi excuſaret operis modicitas, vel huiuſ-
modi. ¶ † Sextò quærit,quibus inſiſtendũ ſit die feſto? Et dico
multa. ¶ Primũ,vt patet de cõ.diſt.iij.in c.ieiunia. die domi-
nica,& eadem ratiõe die feſto vacãdũ eſt Deo ſpecialiter in
pſalmis, hymnis,& cãticis ſpiritualibus:& hoc,eſt finis huius
præcepti:quo tñ nõ obſtãte nõ peccat mortaliter,ſcd̃m Arc.
qui toto feſto ſolatiatur,& de otioſis fabulatur:modò audiat
Miſſam,& abſtineat ab operibus ſeruilibus ſiue manualibus:
quia ſcd̃m S.Tho.j.ij.q.100.ar.ix.ad ſecundũ,finis p̃cepti nõ
cadit ſub præcepto. ¶ Scd̃m. Vacandũ eſt etiã orationi : quia
ſub huiuſmodi cõprehenditur:qđ qdem Supple. cõtra Sum.
Roſ.per multa conatur probare eſſe ſub pręcepto,ſcilicet in
die feſto orare. Sed ſua motiua ſunt friuola & cõtrario falſa:
quia cũ in feſto ſint infinita inſtantia,ſi in nullo eſt præceptũ
orare,ſequitur ꝙ oratio nõ eſt tũc ſpecialiter de præcepto:
ſi in quolibet,ſequit quòd non orans infinities peccabit mor-
taliter omittendo.quod eſt ridiculũ:nec poteſt dici ꝙ ſit præ
ceptũ in aliquo tantũ:quia illud nõ eſt aſsignare. Vñ ſufficit
aſtare oranti ſacerdoti in Miſſa,quantũ eſt ex vi huius præce
pti:licet teneat quis in feſto orare, ſi occurrat aliquis de caſi-
bus,in qbus quis tenetur orare,de qbus infrà Oratio.§.iiij.
¶ Tertiũ. Vacãdum eſt etiã audientiæ prædicationis.de vi.&
hon.cle.cũ decorem.& de ſtatu mo.cũ ad monaſteriũ.qđ etiã
idem Supple.cõtra eandem Sum.conat ꝓbare ſub pręcepto
eſſe:quia dicitur in c.ſacerdote.de cõſe.diſt.j.quòd ſacerdote
verbũ faciente in eccleſia,q egreſſus fuerit de oratorio,excõ-
municetur.& ea.diſ.in c.qui die.dicitur: Qui die ſolenni,omiſ-
ſo eccleſiæ cõuentu,ad ſpectaculũ vadit,excõmunicetur. Ex-
cõmunicatio autem nõ infert à iure,niſi pro culpa mortali.
xj.q.iij.nemo epiſcoporũ. Sed iſta iura intelligo de cõtẽptori
bus expreſsè vel interpretatiuè:qui ſcilicet ſine cauſa legiti-
ma ita faciũt,prædicationem aut vilipendentes, aut nõ ma-
gnifacientes:cũ tñ indigeãt,ignorãtes ſibi ad ſalutis neceſſa-
ria:& ſimiliter de egrediẽtibus cũ ſcãdalo notabili aliorum.
Et hoc verũ eſt etiã in die nõ feſtiuo. Vñ ex vi huius pręcepti
de ſanctificatione ſabbati ad prędicationem nõ tenemur:ſed
ex alio,de quo infrà Prædicare. Summa autem Ange.contra
Sum.Ro.dicit pręeligendã prędicationem Miſſæ in feſto:qđ
patet falſum:cũ Miſſa ſit in p̃cepto,nõ prædicatio:etiã ſi ta-
lis habeat ignorantiã neceſſariorũ ad ſalutẽ:qa aliàs poterit
implere præceptũ de addiſcendo:nõ aũt pręceptũ de audien
da Miſſa illo die. Nec ſua ratio valet:quia ſcilicet præcipitur
auditio Miſſæ principaliter vt audiantur ſcripturæ:quod ma-
gis militat in prędicatiõe. Dico enim primò quòd illa nõ eſt
principalis ratio.alioqn aſtãtes Miſſæ & nõ audiẽtes ſcriptu-
ras,nõ ſatisfacerent.& ſecundò,hoc dato,non ſequitur quòd
teneamur audire ſcripturas,niſi eo modo quo eccleſia tali ra-
tione mota taxauit,ſcilicet audiendo Miſſam:alioquin qlibet
teneretur legere vel audire Biblia. ¶ Quartũ. Vacandum
eſt etiã cõpunctioni & cõtritioni peccatorũ:quia ſine ea Deo
vacari cõgruè nõ poteſt:à quo ſeparat peccatũ. Et hoc Sum.
Ang.contra Sum.Roſ.dicit cadere ſub præcepto indubitantè,
inquit,in eo qui recolit ſe eſſe in mortali.quod vtique conce-
do,ex vi præcepti,ſub quo cõtritio cadit:qđ obligat ꝓ omni
inſtanti,vel tempore,in quo peccatũ memoriæ occurrit præ-
ſentialiter,id eſt,ſub ratione dolendi & deplorandi: non autem ex
vi huius pręcepti de feſto,quod non eſt ſimpliciter de fine:ſed
eſt ipſa vacatione circa Deum,vel neceſſariò requiſitis ad il-
lam, vt dictum eſt : ſed de abſtinentia à ſeruilibus, & audi-
tione Miſſæ:& conſequenter de his,ſine quibus iſta fieri non
poſſunt : cuiuſmodi non eſt contritio. Nec valet dicere
inter iſta ſeruilia computari peccatum : quia hoc falſum
eſt,vt ſuprà Circunſtantia.§.iij.& ſuprà Confeſsio ſacramen
talis.j.§.x.& in aur.ro.caſu lxiij. Quantũ ad eum verò,qui de
peccato non recolit:credit eum teneri ad dolere in generali.
Sed hoc eſt falſum ratiõe iam dicta in hoc dicto iiij. & ſuprà
dicto ij.quia infinities quis omitteret in vna hora. ¶ Quin-
tum. Vacandũ eſt etiam Miſſę,& ſimiliter oblationibus : ad
quæ quomodo teneamur,vide infrà Miſſa.ij.§.j.& ſ.Decima.
9 §.iiij. ¶ Septimò † quæritur,quid ſi epiſcopus fulminauit ſen-
tentiã excõmunicationis contra laborãtes in feſtis: & aliquis
contra facit cauſa neceſsitatis imminente pluuia aut tẽpeſta-
te,vel cauſa pietatis ꝓ pauperibus : an talis ligetur vel ne? Et
dico quòd ſi in ſententia expreſſum eſt,vt nullus laboret cau
ſa neceſsitatis vel pietatis aut hmõi:eſt nulla,cõtinens into-
lerabilem errorem,& exiſtens contra iura expreſſe:vt cõtra
c.ſi.extra de feri.ibi,neceſsitas vrgeat,vel pietas ſuadeat. Siue
rò nõ eſt expreſſa neceſsitatis cauſa vel pietatis,ſecũdũ ius cõ
mune ſententia debet intelligi & interpretari ,ſcilicet quòd
nõ liceat laborare in feſtis exceptis caſibus de iure conceſsit.

## De Dominio & Domino.

1 *Dominij multiplex acceptio. Et quid iuxta authorem hunc ſit?*
2 *Dominium iuridicum quotuplex ſit?*
3 *Dominium vſusfructus, vſus, proprietas, poſſeſsio ac ius inter ſe qualiter diſtent?*
4 *Dominium rerum, aut hominum quomodo iuſtè acquiratur?*
5 *Domini hominum temporales in quibus delinquere ſoleant? Et ibidem quòd quinque modis, quibus additur & ſextus.*
6 *Dominus, num aliquo caſu à ſubditis vltra conſuetum, aut commune ſtatutum exigere poſsit?*
7 *Dominus ex ſuæ familiæ facto an teneatur?*
8 *Dominus num ex maleficio in dominio ſuo, aut territorio commiſſo, teneatur?*
9 *Statuto ſi cautum ſit, vt deprædato in villa ad æſtimationem villatici teneantur: an viatoris ſpoliati emendationem petentis iuramento ſtabitur?*
10 *Subditi ſi in nemore aut fundo vſuarium habeant, ſi dominus illum abſtulerit, num ſubditis ad reſtitutionem teneatur?*

1 DOMINIVM † ſecũdũ aliquos,eſt idem quod ius. Vn
de qui ius habet in re,habet in re dominium:& qui ha-
bet ius in vſu rei ſimiliter in eo habet dominium,& ecõuer-
ſo. Quid autẽ ſit ius,j.§.ij. Secundũ alios verò non eſt idem
quod ius:quia inferior in ſuperiorem non habet dominiũ, &
tamen habet ius:puta,filius in patrem ius alimẽtorum:ſubdi
tus in prælatum ius ſacramẽtorũ,& huiuſmodi:ideo, ſecũdũ
eos,dominium omne eſt ius,non econtra: ſed ſuperius addit
ſuperioritatem. Et ſecũdum eos,ſic deſcribitur : Dominium,
eſt ius habendi,poſsidendi,fruẽdi,& vtendi aliqua re pro libi-
to voluntatis ſimpliciter,vel ſecundum aliquem determina-
tum modum,ex quadam ſuperioritate. Vbi nota ius:quia ſci
licet detinens rem ſine iure,vel ea vtens non habet dominiũ.
Habendi poſsidendi,fruendi,& vtendi aliqua re, ſcilicet iure
proprio,nõ alieno:quia ꝓcurator,œconomus, & huiuſmodi,
vtitur iuſtè re domini : ſed iure domini, nõ proprio pro libi-
to voluntatis ſimpliciter , ſcilicet quantũ ad dominiũ perfe
ctum,quo habetur ius in re quãtũ ad proprietatẽ,& omnem
vſum natũ circa rem,vendendo,donãdo diſtrahẽdo vt libet.
Vel ſecũdũ aliquẽ determinatũ modũ:quod dicitur propter
duo. Primò,propter dominiũ perfectũ ſed conditionatum:vt
quia talis vendere nõ poteſt,niſi certis perſonis,vel niſi certę,
ſeruãdo legitimã liberis,ſecundũ leges & ſpeciales cõſuetudi
nes patriæ. Secundò propter dominiũ imperfectũ,licet verũ,
qđ ſcilicet habetur in vſu rei nõ in ꝓprietate,cũ ſuperiorita
te quadã & authoritate: quia eſt relatiuũ ſupra poſitionis. Et
hanc opinionem ſequitur Sum.Ang. Egò verò dico ꝙ domi-
nium ſecũdum S.Tho.po.vij.xiiij.& j.di.ij.l.ſemper importat
potentiã.vnde dominium eſt idẽ quod poſſe:& eſt duplex,ſi-
cut & poſſe:ſcilicet dominiũ vel poſſe iuris,de quo loquitur
prima opinio:& eſt idẽ quod ius:nec inferiori cõuenit, vt ſic:
imò filius vt habet ius in patrẽ,eſt ſuperior,& agit contra eũ
ad alimẽta. Et dñiũ vel poſſe facti:& hoc eſt duplex, ſcilicet:
liberũ:& ſic ſolus hõ inter inferiora habet dñium ſui actus &
non liberũ:& ſic elementa inuicem dominãtur vicisſim. Do-
minus autẽ dicitur,qui habet dominiũ.& diuiditur in dñium
iure,qui ſcilicet iuridicè dominiũ tenet:& facto,& iſte in libe-
rũ,qui ſcilicet dicit ad ſeruũ:& nõ liberũ, qui ſcilicet dicitur
ad paſſiuum vel ſuſcipiẽs in quod agit. ¶ Primò † quęritur,quo- 2
modo dominiũ iuridicũ diuidat? Et dico quòd multis modis.
¶ Primò,cùm ſit ius,diuiditur ſicut diuidit ius à Philoſopho,
v.Ethi.in naturale & politicum:quod ibi vocatur ſecũdũ di-
ſpoſitionem legis. Et eſt dominiũ naturale ius cõpetẽs à na-
tura habẽdi rem aliquã & ea vtendi, ſicut ius patris in prolẽ,
& viri in vxorẽ,& dñi in ſeruũ,ſi à natura ſit ſeruus: vt debi-
lis mẽte,corpore fortis:& hominis in primo ſtatu ſuper irra-
tionalia. dñium verò politicũ ſeu ciuile eſt ius cõpetens alicui
nõ à natura,ſed ꝑ inuentionẽ humanã vel diuinã:ſicut domi-
niũ regis ſuper ſubditos. ¶ Secũdò,quia dominiũ ciuile eſt du
plex ſcilicet perfectũ:quod eſt ius ſuper re quãtũ ad proprie-
tatẽ & vſum:& imperfectũ,quod eſt ius in vſu rei ſolùm,non
in ꝓprietate. ¶ Tertiò,quia dominiũ perfectũ habet multos
modos:quia diuiditur per altũ, & baſſum : ſicut eiuſdẽ fundi
rex habet dominiũ altũ,& miles baſſum,& vtrũq; horũ diui-
ditur per directũ,& vtile,& merũ,ac miſtũ. Directũ,ſecundũ
Azo.habet qui ciuiliter poſsidet tãquã dominus.de quo infrà
poſſeſsio.at illud directũ dicitur,quia ſolus dominus directus
habet poſſeſsionẽ ciuilẽ:vt no.in l.iij.§.ex cõtrario.ff. de ac-
qui.poſſ.vel quia ſine omni obligatione liberã poteſtatẽ ha-
bet rei,qualiter nõ eſt in habẽte vtile vel miſtũ. Vtile verò ſe
cundũ eundẽ,dicitur habere is,qui ſolùm naturaliter & non
ciuiliter poſsidet:vt emphyteuta , vſufructuarius & feudata-
rius.quod Ioã.nõ placet:vt in d.§.ex cõtrario. Sed quidã,vt re
fert Azo,dicũt emphyteutã habere quandã ciuilẽ poſſeſsio-
nẽ,& vtilẽ rei vendicationẽ.ff.ſi ag.vec.l.j. Merũ aũt fortè idẽ
eſt quod directũ. Miſtũ verò eſt quod cũ directo & vtili con-
uenit partim:tamen merum & miſtum differentiæ ſunt po-
tius imperij quàm dominij:vt in l.imperium.ff.de iuriſd.om.
iud. ¶ Secũdò † quæritur,quomodo differat dominiũ ab alijs, 3
quæ alicui circa rẽ aliquã cõueniũt,quæ ſunt dominiũ, vſuſ-
fructus,vſus,poſſeſsio,proprietas,& ius? Et dico horũ differẽ
tias ex diffinitiõibus patere. Nã quid dñium ſit, dictũ eſt in
principio. Vſusfructus autẽ,ſecundũ Iuriſtas, eſt ius vtẽdi ſi- *Vſuſ-*
ue fruẽdi rebus alienis ſalua ſubſtãtia.ff.de vſufru.l.j.vbi no- *fruct.*
tãter dicitur,rebus alienis:qa in re propria nõ poteſt cõſtitui
ſeruitus. Vnde ſi proprietas fundi,in quo habeo vſumfructũ,
veniat ad me,ceſſat vſusfructus. Salua aũt ſubſtãtia dicit : qa
in his quæ vſu cõſumuntur, nõ cõſtituitur vſusfructus,ꝓpriè:
quia non manent poſt vſum. Inſtit.de vſufruc.§.conſtituitur.
& dicitur,ius vtendi,ad differentiã vtilis dominij,quod quan-
doq; in rebus alienis habetur.& fruẽdi, ad differentiam nudi
vſus:qa minus eſt in vſu quàm in vſufructu. Inſti.de vſu & ha.
§.minus. Vnde ſi in viridario ſit tibi relictus vſus,flores ſume
re poteris ad vſum tuũ:nõ autẽ vendere,aut donare. Et idem
de oleribus horti. Sed ſi relinqtur tibi vſusfructus:& in vſum
tuũ ſumere poteris,& vẽdere,& donare.ff.de vſufr.l. ſi fundi.
Inſti.de vſu & ha.§.per ſeruum. Vñ ſequitur:habet vſumfru-
ctũ:ergo vſum.& ſi legat vſusfructus,& deinde adimit vſus:
ſecundũ Iuriſtas legatũ valet:quia habuit initium bonum: &

*Vſus* ademptio dicitur nulla.¶ Vſus autem,ſecundum eoſdem,eſt ius vtendi alienis rebus ſalua ſubſtantia.Sed iſta intellige de vſu ſolo,& à proprietate diſtincto. Vtor enim rebus meis:ſed nõ habeo vſum ſolum,ſed etiã proprietatem.Similiter vtor pane,deſtruendo ſubſtantiam:ſed ille vſus non eſt à proprie-
*Poſſeſſio.* tate diſtinctus,ſecundum S.Tho.nec vnũ ſine alio cõcedi poteſt.Poſſeſſio aũt eſt corporalis rei detentio,corporis & animi & iuris adminiculo interueniente,ſecundũ Hoſt.in Sum. de cau.poſſ.& proprie.Vnde non eſt poſſeſſio propriè , ſi res
*Proprietas.* ſit incorporea:nec ſi deficiat corpus,aut animus, aut ius. Vñ fur,& raptor nõ poſſident propriè:ſed iniuſtè detinẽt.¶ Proprietas autem,ſecundum eundem Hoſt.eſt rei dominium iuſtis modis quæſitũ.Acquiritur autẽ dominiũ iure gentiũ per occupationem,ſicut in his,quæ nõ ſunt in bonis alicuius,quę occupanti cõceduntur:vt in beſtijs,auibus,piſcibus,& gẽmis, quæ ſunt in mari,& in litore.Inſti.de re.di.per totũ . item in his quæ ab hoſtibus capiũtur.Et ſimiliter acquiritur iure ciuili multipliciter præſcriptione,vſucapione,arrogatiõe,monachatione,teſtatione,ſucceſſiõe,& alijs multis modis.¶ Ius autem,ſecũdum illam opinionem,quæ dicit dominiũ dicere vltra ius ſuperioritatem,diffinitur ſicut & dominiũ, dempta ſuperioritate & authoritate.Vel dico quòd ius eſt poteſtas licitè exercẽdi actum aliquem circa rem:vnde in re puta libro,habeo ius vendendi,ſi licitè vendo:vel legãdi,ſi licitè lego:vel donãdi ſi licitè dono:qa cùm omne poſſe ſit iuris aut facti:& poſſe licitè,nõ ſit poſſe facti:eſt poſſe iuris.¶ Tertiò
4 † quæritur quomodo iuſtè acquiratur dominiũ rerum aut
*Quomodo acquiratur Dominium rerũ.* hominum?Et dico quantum ad primum,dominiũ rerum acquiri iuſtè duobus modis in genere,ſcilicet authoritate iuris gentium,ſiue naturalis,vt dictum eſt: & iuris ciuilis.Et hoc tripliciter.¶ Primò authoritate principis,q ex iuſta cauſa poteſt rem vnius ablatã alteri tradere:vt no.Inn. & cõmuniter doc.in c.quæ in eccleſiarum.de conſti. & cõiter Legiſtæ in l. fi.C.ſi cõtra ius vel pu.vti.puta propter delictũ puniendũ,vel huiuſmodi:aliàs non,vt ibidẽ dicitur.Et nõ ſolùm authoritate principis:ſed etiam per ſtatuta inferiorũ habentiũ authoritatẽ à principe ſic ſtatuendi:vt no.in d.c.quæ in eccleſiarum. ¶ Secundò,per cõſenſum eius,cuius res eſt:vt per donationẽ, mutuationẽ,permutationẽ,venditionẽ, & huiuſmodi cõtractus. ¶ Tertiò,iuris diſpoſitione:vt,vſucapione, præſcriptione,adoptione,deportatione,ceſſiõe,aditione , bonorum poſſeſſiõe,& huiuſmodi:de quibus omnibus habetur ff.de acqui. re.do.l.j.in gloſſ.& Inſti.de re.di.cum multis titulis ſequẽtibus.¶ Aduerte tamen inter ſpiritualia & non ſpiritualia differentiã:quia in ſpiritualibus ex ſolo titulo ſine traditiõe dominiũ trãſit in aliũ:vt eſt tex.in c.ſi tibi abſenti.de prębẽ.lib. vj.qđ tenet Inno.& cõmuniter approbatur in c.inter cætera. de prębẽ.in alijs autẽ rebus traditio requiritur ad tranſlationem dñij:nec ſufficit titulus ſolus,niſi in re data eccleſiæ. de quo j.Immunitas.j.§.iij.Nõ ſufficit etiã ſola traditio,niſi aliqua iuſta cauſa vera vel putatiua præceſſerit.l.nunquã nuda.
*Quomodo acquiratur Dominium hominum.* cum ibi no.ff.de acqui.re.do.¶ Quantũ ad ſecundum , dominiũ hominũ iuſtè & legitimè acquiritur, Primò,per legitimã ſucceſſionem.¶ Secundò,per electionem populi habẽtis facultatẽ dominũ eligendi:quod tamẽ,ſcđm Hoſ.in c. nouit. de iud.nulla ciuitas poteſt,nec tradere ſe alicui domino,vel dominij titulũ iuſtificare:quia eſſet in præiudiciũ Imperatoris vel papæ.qđ verũ intellige , niſi hoc habeat ex priuilegio vel cõſuetudine,quæ ſcilicet dat iuriſdictionẽ.de arbi.dilecti. C.de emã.l.j.& vlt.¶ Tertiò, per inſtitutionẽ ſuperioris habẽtis iuriſdictionẽ in loco:non poteſt tamen dominus cõponere ſuper iure ſuperioritatis,in præiudiciũ ſuorũ ſubditorũ ſine eorũ conſenſu:vt no.Pan.in c.ſi.de maio.& obe.¶ Quartò,aliquo iuſto legali titulo:puta præſcriptione, donatione, permutatione, emptiõe,iuſto bello,& huiuſmodi. Et qui ſic habet dominium,eſt verus dominus: alioquin autem eſt fur & latro vel raptor.¶ Quartò † quæritur,quæ ſint illa,in quibus domini temporales hominũ delinquere cõſueuerunt:Et dico eſſe multa,ſecundum Arc.¶ Primò,iniuſtè vſurpãdo dominiũ non aliquo dictorũ modorũ:vnde tenẽtur reſignare,ſi id fieri poteſt ſine piculo notabili animarũ,corporũ,& rerũ: & eis ſubditi obedire nõ tenẽtur:licet hoc ſit bonũ in licitis, ad vitandũ ſcãdalum,ſecũdũ S.Tho.xj.q.iij.Iulianus.& tenẽtur reſtituere omnes reditus habitos ex locis ſic vſurpatis:& iudicandi ſunt vt homicidæ,quantũ ad omnes,quos per ſe vel ſuos officiales occiderunt,aut mutilarunt:licet illi digni fuerint,ꝓpter maleficia perpetrata.xxiij.q.v.ſi nõ licet.nec poſſunt abſolui,niſi diſponãt ſe ad reſtituendũ & reſignandũ,ſi titulũ iuſtificatũ habere nõ poſſunt.ar.de pœ.di.v.falſas.quod intellige,ſi clarũ eſt eos habere titulũ iniuſtũ,vel nullũ:in dubio autẽ,& quando ſine dictis periculis reſignare nõ poteſt: puta quia populus in ſeditionẽ verteretur,&huiuſmodi:nõ tenentur reſignare,niſi ſola volũtate & pręparatione animi,ſi hoc pro certo ſcirẽt,vel ſi talia nõ imminerẽt.xiiij.q.vj.ſi res. Officiales autẽ à talibus poſiti,eodẽ modo tenẽtur: nec poſſunt recipere ſalariũ:niſi officiũ illud eſſet Reipublicæ neceſſariũ,vel vtile:quia illud recipere poſſunt:nec tenẽtur ſalariũ reſtituere.Et de hoc in c.in literis.de reſt.ſpo.& in c.nihil.de elect.per doc.¶ Secũdò,ſecundũ S.Tho.in epiſtola ad duciſ.Bra.dãdo officia,tallias,gabellas,vel hmõi,perſonis,de qbus præſumitur ꝙ nõ ſint vtiles,& iuſti.Intellige,ſi dedit dominus ſciẽter,vel ex negligẽtia,vel etiã ſi vẽdidit pretio tãto ꝙ emptores recupare nõ poſſint ſine grauamine ſubditorũ: & in vtroq; caſu tenetur de damno ſecuto: aliàs autẽ vẽdere hmõi officia tolerari poteſt,nõ tamẽ expedit,nec habet ſpeciẽ boni:vñ potius ad hæc eligẽdi ſunt idonei & cogẽdi, quã officia vẽdẽda. ¶ Tertiò,exigẽdo tallias, vel collectas indebitas:quod eſt primò quãdo exigũt vltra determinatè cõſtitutum ſecũ inſtrumento vel pacto,vel cũ ſuis anteceſſoribus bona fide ſine coactiõe.Secũdò,ſi nõ ſit quãtitas determinata in pacto vel inſtrumento:& tamẽ nimis grauãt arbitrio boni viri,inſpecta rerũ ac tẽporũ cõditione. Tertiò ſi exigitur nouiter:& cauſa iuſta neſcitur.¶ Quartò,ſi exigitur à tẽpore cuius memoria nõ exiſtit in cõtrariũ:& tamẽ illud nõ ſit propter qđ ſunt inſtitutæ:puta,quia ſubditos nõ defendũt,vel iuſtitiã nõ cõſeruãt,& hmõi:& in huiuſmodi tenẽtur ad reſtitutionem,ſi ad hæc cogũt directè per ſe vel ſuos,vel indirectè: vt negãdo iuſtitiã,vel nõ defendẽdo,&huiuſmodi:licet ſpõte ſine fraude oblata poſſint accipere.j.q.ij.placuit.Et ſimiliter tenẽtur,ſecundũ Gul.ſi ſpoliãt ſubditos volẽtes ad aliũ loca vel dominiũ ſe trãsferre:quod tamẽ tolerari poſſet, ſi certũ eſſet ꝙ à principio in cõceſſiõe terræ tale onus fuiſſet impoſitũ expreſſe:vel vbi cõſuetũ eſt ꝙ de bonis ſubditorũ capiãt quantũ volũt,modò eos nõ grauẽt nimis recedẽtes aut remanẽtes:quartò vſurpãdo ea quæ ſunt cõitatis:vt ſyluas, campos,paſcua,&huiuſmodi:& reſignare tenẽter,ac de fructibus ſatisfacere.xiiij.q.vj.ſi res.Et idẽ eſt,ſi nõ permittũt in morte diſponere de bonis ſubditos,aut peregrinos cõſanguineos nõ habẽtes:vel ſi eis mortuis teſtatis vel inteſtatis eorum bona vſurpauit:& tenẽtur reſtituere vel erogare pauperibus.Et ſimiliter ſi à vaſallis vel alijs ſubditis exigũt indebita ſeruitia perſonarum vel iumentorum,& mercedẽ non ſoluunt:vel in alio nõ recompenſant.Et ſimiliter ſi cogũt eos ad vendẽdũ quando pretium eſt vile:aut emẽdum quãdo eſt carũ.Et ſimiliter ſi nõ cogunt ad ſatisfaciendum ſuos officiales vel alios de familia quando tenẽtur,de quibus omnibus ad reſtitutionem tenentur.¶ Quintò, concedendo aliquibus vt mutuent ad vſuram in terra ſua,quando hoc non expedit.Pro quo dicit Io.de Nea.in x.quolibet . quòd cùm differant conceſſio, quæ illicitũ facit licitũ:puta,ſi ex rationabili cauſa concedat Papa cõtrahere in gradu ꝓhibito:& permiſſio , quæ tolerat & nõ punit qđ aliàs puniret:ſi principes hoc cõcedunt primo modo peccant:qa cõcedunt qđ ſuperior,id eſt,Deus ꝓhibet: & res nõ ſit licita,qa de ſui natura eſt iniqua:ſed ſecundo modo non peccãt,etiã ſi mutuãtes ſint illis ſubditi:qa permittũt quod multitudini expedit aliquando permitti:cuius bonum intendere debent in regimine.hæc ex illo.Cui adde ex Petro de Pa.ꝙ ſi talliant Iudæos vel alios nihil præter vſuras habẽtes,tenentur his à quibus ſunt extortę.Zab.autem dicit quòd cogere poſſunt Iudæos ad reſtituendũ vſuras. de vſur.c. poſt miſerabilem.& ſi fuerint negligentes , procedit iudex eccleſiaſticus iuxta tenorem c.quanto.eo.tit. & vbi eccleſia habet iuriſdictionem temporalem , poteſt iudex eccleſiaſticus ſine principis ſecularis negligentia procedere contra Iudæos vel Chriſtianos vel alienigenas vſurarios. Imò ſcđm Veruec. ſi dñi nõ cõpellunt ſuos ad reſtituendũ vſuras,cùm poſſunt,reſtituere tenent,etiam ſi nihil peruenerit ad eos.qđ limita qñ non eſt bonũ ꝙ tolerent vſurarios: quia ſi licitè eos tolerãt, non tenent ad illud per quod ceſſarent à mutuis. ¶ † Quintò
6 quæritur,vtrũ aliquo caſu poſſit dominus à ſubditis exigere vltra conſuetũ vel cõmune ſtatutũ?Et dico ꝙ ſic, ſecundum Ray.& Hoſt.¶ Primò,pro ſuæ terræ defenſione:intellige,ſi ipſe nõ poteſt:quia ad hoc omnes tenentur,nõ ſolũ de rebus, ſed etiam corporaliter laborando:vt ſic ſe ſaluent.xxiij.q.iij. fortitudo.¶ Secũdò,ſi vult ire in exercitũ indictũ ab eccleſia vel principe cõtra hæreticos vel paganos : nec ſufficit ad expenſas:quia poteſt à ſubditis petere moderatum ſubſidium. ¶ Tertiò,ſi in bello ex ſua parte iuſto fuit captus ab hoſtibus nec poteſt ſe abſque graui damno redimere.¶ Quartò,ſi vult principem adire pro obtinendo priuilegio ꝓtectiõis ſpecialis ꝓ ſe & ſubditis.& expenſas ad hoc neceſſarias cõmodè facere nõ põt:& ſi qua alia cauſa ſimilis emergat:puta qñ filiũ maritat.nam acquirit affines,aut amicos:aut qñ facit filium militem:aut accipit qđ erat feudũ ſuũ, vel nouum feudũ acquirit,vel ad refectionem pontiũ & viarũ : vel qñ ſine culpa depauperatus eſt vel obligatus:duntamen ſemper moderatè exigat,& non ad grauamen.x.q.iij.vnio.circa medium.extra de cenſi.cum apoſtolus.§.prohibemus.& ij.q.v. de forma fidelitatis.Omnia autem iſta intelligo ſub hac regula:Quãdo domino occurrit aliquid reipublicæ neceſſariũ, vel vtile,ad qđ propriæ facultates illi nõ ſuppetũt,exigere poteſt à ſubditis.Si autem ſine iuſta cauſa extorquet,tenetur ad reſtitutionem,ſecundum Ray.vt ſi velit ludere : vel vltra vires ad põpam aut inanem gloriam vel alium illicitum finem exponere,vel iniuſtè pugnare , aut ex iuſta captura ſe redimere.
7 ¶ † Sextò quærit,vtrũ dñs teneat ex facto ſuę familiæ?Et dico colligendo ex d.Ant.& Io.de Lig.& Pan . in c.licet.de reſti.ſpo.& Bar.in l.ne quid.ff.de incen.rui.& nau.ꝙ ſic,quando familia eius deliquit in officio ſeu miniſterio,in quo ipſe dominus eſt præpoſitus , & ipſe vtitur opera talis familiæ:quia ſibi imputat talem eligenti,cũ honeſtã ponere debuiſſet. l.j. §.familiæ.ff.de publi.ciuiliter tamen tenet, nõ criminaliter: vt in d.l.ne quid.Ex quo patet ꝙ poteſtas ſeu rector tenet ex maleficio ſuorũ officialiũ.l.ſi poſt. C.de aſſeſ. & idem dic de duce,ſcilicet quòd tenet ex delicto militũ ſuorũ : & idem de nauta,hoſpite,& ſimilibus.Addunt tamen ſuprà dicti doctores quòd ſi officiũ erat publicũ,vt Poteſtatis,vel huiuſmodi, ſufficit exhibere malefactorem:vt in d.§.familię.Secus ſi officium non erat publicum:vt nauta,& caupones,& huiuſmodi,ſed eſt in optione damnificati agere contra famulos aut contra dominum.l.vnica. ff. fur. aduerſ.naut. Si verò familia non deliquit in officio dñi:non tenet dominus quo ad forum iudiciale,ſed quo ad conſcientiã ſic, ſi eſt culpa nõ corrigendo eam:quia tenet verbo & exemplo eã corrigere:& ſi quis eorũ eſt incorrigibilis,tenet illũ expellere:niſi præſumeret ꝙ efficeretur peior : quia tunc faciat quod poteſt , & excuſatur:aliàs nõ,cũ talibus dicatur.Error , cui non reſiſtitur, approbatur.lxxxiij.diſt.error.infrà Reſtitutio.ij.& iij.¶ † Se- 8
ptimò quæritur,an teneatur dñs pro maleficio in ſuo dominio vel territorio perpetrato?Et dicit Pan.vbi ſuprà,cõmuniter teneri quòd ſic,ſi ſciuit & potuit prohibere,& non prohibuit:quia hoc non debuit pati.C.de fal.mo.l.j . Secus verò ſi prohibere nõ potuit.l.j.§.is autem.ff.ſi fa.fur.fe.dic.Et idem dic de villa ſeu caſtro:vt teneatur,ſi potuit prohibere,& non prohibuit:licet in hoc vltimo aliter ſentiat gl.in auth.vt nulli iudi.§.qm̃.col.x.ſed primũ cõmuniter tenetur:vt not. Bar. in d.l.ne quid.& idem do. Ant.& Io.de Lig.ciuiliter tamen,& & non criminaliter.Extraneus autem ſciens maleficiũ,& nõ prohibens,nec reuelans:ex quo in ſuo territorio maleficium non ſit,ex ſola ſcientia nõ tenetur ſcđm leges:vt dicit glo.in l.culpa.ff.de reg.iur.ſi nõ fuit in aliquo particeps.ſecus de iure canonico.Et idem tenet gl.in l.vtrũ.ff.ad leg.Põp.de parri.quod Bar.dicit tenere regulariter.Idem autem in d.l.vtrũ. &in l.occiſorũ.ff.ad Sil.facit regulã ꝙ ſola ſcientia de maleficio cõmittendo nõ facit aliquem teneri.& excipit, niſi cõmitti debeat in dñm:vt in d.l.occiſorũ.vel in patrẽ:vt in l.ij.ff.ad legem Põp.de parri.vel in principem,ſeu in Rẽpublicã , cui quis ſubeſt:vt l.quiſquis.C.ad leg.Iul.ma.& addit Pan. idem eſſe in clerico nõ reuelãte delictũ cõtra epiſcopũ vel ſacerdotem parochialem:cùm iſti ſint iſtius parentes ſpirituales,habendi in reuerentia maiori,quàm carnales: vt in c.pyctaciũ. xxx.q.iij.Sed limitat pdicta vera ſecuto maleficio: ſecus ſi nõ eſt ſecutum:niſi in crimine lęſæ maieſtatis:vt in d.l.quiſquis.
¶ † Octauò quæritur,quid ſi ſtatuto caueatur vt villa teneat 9
deprædato in illa ad æſtimationem;nunquid ſtabit iuramento viatoris expoliati petentis emendã?Et dicit Pan.in c.ſuper eo.de his quę vi met.ꝙ violentia debet probari per teſtes,per tex.illũ,qui habet ꝙ probata violentia per teſtes,res amiſſæ probantur iuramento: & ſuper valore rerum amiſſarum taxatione iudicis pręmiſſa,& ſecuto petentis iuramento,ſequitur condemnatio:ſuper delicto autem vel violentia non ſtabitur iuramento conquerentis: quia delicta debent dilucidè probari:vt in l.ſciant cuncti.C.de proba. vel ſaltem probabiliter per indicia violenta:vt quia viſus eſt ire eques cum valiſio,&redijt pedeſter,vel huiuſmodi.Sed de his vide multa ibi per Pan.¶ † Nonò quæritur,qđ ſi ſubditi in nemore vel fun- 10
do habeant vſuariũ:vtrũ dominus teneatur ad reſtitutionem ſi illum abſtulit?Et dicit Veruec.quòd ſi tales ſubditi ita ſunt ſerui,quòd nihil habent proprium:&ſi quod habent peculiũ, dominus quando vult poteſt reuocare,& ipſum vſuarium habent pro peculio,dominus poteſt illum reuocare:&ſimiliter ſi alia damna inferunt eis ab alijs,ſufficit ſi domino ſatisfiat. Si autem habent res proprias,dominus non poteſt eis auferre vſuarium:nec de damnis eis illatis poteſt ſatisfieri domino,etiam ſi eſſent tales ſubditi,quòd eorum dominus poſſet de conſuetudine capere de bonis eorum quantum & quando vellet:quia in talibus reſtringenda eſt huiuſmodi abuſio & extortio potius,quàm relaxanda,ſecundum eundem Veruec.

## De Donatione primò in communi, & inter viuos generaliter.

1 *Donationis ſimpliciter & abſolutè ſumptæ definitio. Et ibidem donationum ſpecies duas eſſe. Et quæ ſpecies dicantur?*

2 *Donationum ſimplicium alia perfecta & abſoluta, alia imper*
*fecta, & quæ dicantur? Et an modus propriè dici poſſit cōditio?*
3 *Donationem abſolutam, quiſnam facere poſſit? Et ab ea quinā*
*prohibeantur? Et ibidem nouem hominū genera prohibentur.*
4 *Donari cuinam poſſit?*
3 *Donare conditionaliter, vel ſub modo prohibiti, num ob cau-*
*ſam præcedentem, aut merita donare queant?*
6 *Donare quatenus quis poſſit? Et quid ſi vltra, quàm iure con-*
*ceſſum ſit, donatū fuerit: quatenus donatio valere dicat? n. 7.*
8 *Inſinuatio quid ſit? Et apud quē, ac quādo fieri poſſit? Itē cui,*
*ac quādo amplius, quàm cōi iure ſit conceſſum, donare liceat?*
9 *Donatio inter viuos, nō interueniēte legitima inſinuatiōe ſum-*
*mā florenorum quingentorum excedens, an ex Imperatoris ex*
*certa ſcientia confirmatione, valeat poſt mortem, ſic vt per eā,*
*nepotibus ab inteſtato ſuccedere debentibus præiudicetur?*
10 *Donatio iuramento ſubnixa, an ſine inſinuatione valeat?*
11 *Liberatio per debiti mille aureorum remiſſionem ſine inſinua-*
*tione num efficax ſit?*
12 *Donatiōe, aut legato hoc modo factis: dono, vel lego terrā ta-*
*lem, quæ intra tales confines eſt, & quæ viginti eſt iugerū: cū*
*ſit triginta. vel lego vxori meæ talia iocalia, quæ pretij ſunt cē*
*tum aureorum: cum ducentorum ſint: num donatarius totū cō-*
*ſcientia bona retinere poſſit? Et quid in emptiōe, aut vēditiōe?*
13 *Donatio, cum fiſci occaſione non valet, vt quia confiſcata bo-*
*na ſint, aut aliter, an ſaltem in ſolutum datio valeat?*
14 *Donatiōe hoc modo facta: do tibi villam meam, & quæ in il-*
*la iura habeo: nū iura ſpiritualia hac donatione cōtineantur?*
15 *Donator num de euictione teneatur?*
16 *Donatio mera, num ex pœnitudine reuocari poſſit? Et an in-*
*gratitudinis occaſione? Et id quot modis. Et ibidem quid in ma*
*tre donatrice, & ad ſecundas nuptias conuolante? numer. ſeq.*
18 *Reuocatio donatiōis ob ingratitudinē, an in donatoris hæredi*
*bus locū habeat? Et ī quo donatiōū gñe locū habeat reuocatio?*
19 *Donatio cōditiōalis, aut modalis, an reuocari poſſit? Et quid ſi*
*ſub modo eccleſiæ facta ſit donatio, nec modus ſeruetur? nu. ſeq.*
21 *Donatio, num ob donati immenſitatem, ſiue inofficioſitatem,*
*vt dicitur, reuocari poſſit?*
22 *Donatio, an ex præſumpta donatoris voluntate, vtpote ſuper-*
*uenientibus liberis, reuocari poſſit? Et tum qualiter fiat, ipſóne*
*iure, an querela propoſita? numer. ſeq.*
24 *Remedium cōtra donationis reuocationem, vt puta per iura-*
*mentum, renuntiationem, vel pactum, num ſit aliquod?*
25 *Donatio remuneratoria, num iiſdem cauſis reuocari poſſit,*
*quibus mera, conditionalis, aut modalis?*
26 *Donatum eccleſiæ, vel etiam alij hac lege, vt alienari non poſ*
*ſit: an non obſtante huiuſmodi pacto, alienari queat?*
27 *Donatum Ambaſiatoribus, quibus acquiri dicatur?*

1 DONATIO † ſimpliciter & abſolutè, ſcđm mentē Phi.
& magiſtri Sen. & S. Tho. vt patet primo di. xviij. art. ij.
eſt datio liberalis ſiue irredibilis, id eſt, recōpenſatione nō in-
tendens. Vñ ſcđm Azo. in Sum. eſt rei licitæ nullo iure cogē
te mera liberalitate facta collatio: vt ff. eo. tit. l. donari. & idē
Hoſt. licet ſcđm aliquos diffiniat donationē interviuos. & di-
citur quaſi dono datio. ff. de do. cauſa mort. l. ſenatus. §. j. Sunt
autem donationū ſpecies duæ, ſcđm Azo. & Hoſt. in Sum. ſci
licet inter viuos, & cauſa mortis. Sed intellige quot ſunt ſpe-
cies ſubalternæ, id eſt, gña. Inſti. eo. ti. in prin. vbi habent ſub
ſe ſpecies multas. Donatio interviuos ſcđm Azo. eſt qñ rem,
quā dono, malo habere eū, cui dono, quàm me: vt colligi pōt
ff. de do. l. j. in prin. ſicut donatio cauſa mortis eſt, qñ rē, quā
dono, malo me habere, quàm illū, cui dono: ſed magis illū,
quàm hæredem meum. ff. eo. l. j. Sed de hoc infrà ti. Donatio.
iiij. in prin. Huius donationis, ſcilicet inter viuos, ſpecies ſi di-
ſtinguātur ſecundū perſonas, inter quas fit donatio: puta, vi-
rum & vxorem, parentes & liberos: vel etiā ſecundum cauſas
donandi, ſunt innumerabiles, quo veritatē habet gl. in d. l. j.
ꝙ tot ſunt, quot voluntatū diuerſitates. Si tñ diſtinguant ſe-
cundū qualitates donationis: dico ꝙ donatio interviuos eſt
duplex. Vna ſcilicet ob cauſam interpoſitā, quæ dicit modа-
lis, ſiue ſub modo: & ſcđm Hoſt. eſt donatio interviuos facta
ob cauſam interpoſitā: & denotat vt aliqd fiat vel nō fiat vel
propter quid donatio fiat. Et intellige ob cauſam ſequentem
nō præcedentem: quia tūc eſſet remuneratio potius quàm do
natio. C. de bo. lib. l. cū oportet. §. cū aūt. Alia eſt donatio ſim
plex ſiue mera, quæ eſt inter viuos, nō ob cauſam ſequutā ſi-
ue ſequentem. ¶ † Donationū aūt ſimpliciū alia eſt pfecta, id 2
eſt, abſoluta: & eſt, qñ ſtatim mera liberalitate transfertur
dominiū rei datæ: de qua C. & ff. eo. tit. gñaliter per totū: ma
ximè ff. e. l. j. Alia eſt imperfecta, id eſt, cōditionalis: quę ſecū
dum Hoſt. eſt, qñ dominiū rei datæ ſtatim, & nō niſi ſub con
ditiōe transfert, vel ſub modo, vel in diem: vt dono tibi ſi rex
intrauerit Italiā: vel dono, nō qđ tuū ſit hinc ad annū, vel hu-
iuſmodi. Ad quam ſpeciem reducit qñq; donatio ſub modo,
quando ſcilicet dominiū transfert ſub modo nō importante
cauſam, ſed tempus, ſed hmōi: vt, dono tibi equū ſic, vt nō ſit
tuus vſq; ad annū. Modus em̃ eſt aliquo modo cōditio, ſed nō
propriè: quia conditio propriè dationem ſuſpendit: & fit per
ſi. Vñ ea nō impleta donatio nō valet: modus aūt eā nō ſu-
ſpendit: & fit per ly vt: ſicut no. glo. in c. verū. de cō. appo. Vñ
iſta donatio ſtatim tenet: ſed nō extāte illo, pōt reuocari. C.
de do. ſub modo. l. j. & ij. & l. fi. Quādoq; tñ reducit ad dona-
tionem ob cauſam: vt do vt facias anniuerſariū. vide ſ. Cōdi-
tio. ¶ † Primò verò quærit, quantū ad donationis authorem, 3
quis poſſit donare abſolutè loquendo, id eſt, ex ſua cōditiōe,
& nō donatarij? Et dico ꝙ omnis habens rei dominiū vel p-
prietatem, qui iure nō prohibet. ¶ Prohibet aūt primò mētis
ſuæ nō cōpos: vt amens, furioſus, & hmōi. xv. q. j. merito. & in
cle. ſi furioſus. de homic. & l. Iulianus. ff. de cur. fu. Nec curādū
an ſit ei datus curator: qa in cōſcientia, ex quo non eſt ſanæ
mentis, nō pōt donare: nec donatio tenet. facit l. Modeſtinus. In
in fi. ff. de do. Si tamen habet lucida interualla, adminiſtrare p
tūc poſſet, & cōſequenter donare. qđ patet: quia dicit Bar. in l.
cū alijs. C. de cur. fu. in ſumma. ꝙ curator furioſi ceſſat in ad-
miniſtratiōe tpe dilucidi interualli, & eā reaſſumit reuertente furore. ¶ Secūdò. Nec prodigus etiā pōt donare: vt in l. j.
ff. de cur. fur. & hoc verū poſtquam curator eſt ei datus, vel
alienatio interdicta: vt l. is cui. ff. de verb. oblig. etiam ſi verè
nō eſſet prodigus. Secus in tutore dato pupillo, qui eſt adul-
tus: & in curatore: quia iſta dependent à natura: ſed eſſe pro-
digum, à iudicis declaratione, ſecundum Bar. ibi. Nec ſufficit
præconizatio quòd nullus contrahat cum tali: quia requiri-
tur interdictio facta ipſi prodigo, vel ſaltem datio curatoris,
ſecundum Bar. in d. l. is cui. ſequendo gl. ibi: & in l. j. ff. de cur.
fu. vel ſaltem ſententia declaratoria quòd ſit prodigus, ſecū-
dum Angelum Aretinum Inſtit. qui. nō eſt permiſ. fa. teſta. §.
item prodigus. Si autem prodigus ad ſanos mores reuer-
tatur: aut hoc eſt manifeſtum: & ſic Iacobus Aretinus dicit
quòd ipſo iure definit eſſe ſub curatore. Aut non eſt ma-
nifeſtum: & ſic requiritur officium iudicis, ſcilicet declarā-
tis eum non eſſe prodigum: vt d. l. j. ff. de cur. fu. & hoc Bar.
placet in d. l. is cui. Si autem pater in teſtamento dat filio cu-
ratorem tanquam prodigo vel furioſo: vel dari dicit: & eius
aſſertioni ſtatur, & datur curator, etiam ſi non ſit furioſus
aut prodigus, quidam dicunt quod dare non poterit: vt ff.



eo. l. pe. quod de prodigo admitterem, iuxta mētem Bar. non
de furioſo. ¶ Tertiò. Nec minor xxv. annis. niſi ratum habue
rit poſt cōpletum xxv. annū: vt C. ſi maior fa. ratum hab. l. vlt.
vel niſi cū authoritate tutoris aut curatoris: vt l. pupillus. ff. de
acqui. re. do. Et idē à fortiori eſt de pupillo, quia alienare ni-
hil poteſt ſine tutoris anthoritate. ff. de acqui. re. do. l. pupil-
lus. ¶ Quartò. Nec ſi filiusfamiliàs: vt l. filiusfa. ff. de do. quod
tamē fallit, ſi eſt in dignitate, ſecundū Inn. in c. grādi. de ſup.
neg. præla. lib. vj. Allegat d. l. filius. Itē ſi ſit filius ſenatoris,
comitis, vel marchionis, vel alterius dignitatis: & pater dedit
ei liberam adminiſtrationem peculij: niſi ei ſpecialiter pater
hoc denegauerit. Item ſi habeat liberā peculij adminiſtratio-
nem, & iuſta ratione motus donet: vt matri, & ſimilibus con-
iunctis perſonis. Item ſi habet peculiū caſtrenſe vel quaſi: vt
in d. l. filiusf. in tex. & gl. Itē in caſibus, de quibus ſtatim dicā.
¶ Quintò. Nec ſeruus, religioſus, vel monachus, & ſimiles,
qui nihil habent proprij. xij. q. j. non dicatis. niſi de licētia ſu-
perioris: vt ibidem. quod tamen fallit in religioſo vel mona-
cho ſi habet legitimam adminiſtrationem: & ex cauſa legiti
ma donet. d. l. filiusfa. in prin. & xij. q. j. quia tua. quod intellige
de mobilibus, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: vt ſ. Alie-
natio. Item ſi de licentia prælati ſtat in ſcholis cum conſilio
maioris partis cōuētus: vel peregrinatur: quia donare poteſt
vt rationabiliter facere ſolent alij ſcholares & peregrini, ſe-
cundum gl. in d. c. nō dicatis. quæ allegat l. vlt. C. ad Maced. &
ſi longius. ff. de iud. etiā donare poſſunt ratione eleemoſynę,
vt j. dicā Eleemoſyna. §. v. ¶ Sextò. Nec Abbas quilibet reli-
gioſus prælatus: niſi ſicut de filijsfa. dictū eſt, qui habent ad-
miniſtrationē. diſ. liiij. abbati. niſi per ſtatuta vel cōſuetudinē
aliud caueatur. ar. l. prohibere autem. §. nō tantum autem. ff.
quod vi aut clam. & de his quæ fi. à præla. ea noſcitur. Et ge-
neraliter nullus prælatus aut eccleſiaſtica perſona pōt alie-
nare, & cōſequēter nec dare res eccleſiaſticas immobiles aut
mobiles pretioſas ſine certa ſolēnitate, de q̃ ſ. Alienatio. Poſ
ſunt tamen donare de bonis laicalibus: & etiam de fructibus
beneficiorum ſuorum quædam modica: imò pauperibus &
honeſtis perſonis dare tenētur: quia illa bona ſunt pauperū
quodā modo. Quantū autē epiſcopus donare poſſit eccleſiæ
vel monaſterio cōſtruēdo, j. Eccleſia. iij. §. vl. ¶ Septimò. Nec
vxor, ſi non habet vltra dotē: niſi eleemoſynaliter, eo modo
quo dicā j. Eleemoſyna. §. v. ¶ Octauò, nec is cui alienatio per
legē interdicta eſt: ſicut primò is, qui commiſit crimen læſæ
maieſtatis. C. ad l. Iul. ma. l. vlt. Aut ſecundò etiā hæreticus. C.
de hære. l. Manichæos, cuius bona ipſo iure ſunt cōfiſcata. de
hære. cùm ſecundum leges. lib. vj. Aut etiam tertiò ſimiliter
is qui cōtraxit nuptias inceſtas, ſcilicet inter aſcēdētes & de-
ſcendentes: aut nefarias, ſcilicet inter collaterales: vel inutiles
alias prohibitas nuptias: quia ipſo iure rerum ſuarum domi-
nium perdit: vt d. c. cùm ſecūdū leges. & in authen. de ince. &
ne. nup. vbi dicitur pcedere in quocūq; illicito matrimonio,
modo fuerit ſciens factū: puta, cōſanguineā: & ius ſcilicet qđ
prohibet. aliàs non, ſcilicet ſi ſciat ius & non factum, vel econ
tra: quia error iuris excuſat à dolo aut etiam quartò is, qui in
aliqua re cadit in cōmiſſum: puta, in agro vectigali, ipſo ve-
ctigali nō ſoluto: vel quādo quis occultauit merces, quarum
vectigal erat ſoluendum: quia ipſo iure rei illius dominium
perdit, & acquiritur fiſco: vt no. in l. cōmiſſa. ff. de publi. iūcta
gl. hoc tamen caſu & tribus immediatè præcedentibus dona
tarius licitè retinet rem donatam ante ſentētiam declarato-
riam: quæ requiritur antequam eis bona poſſint auferri: vt j.
Pœna. §. xxv. Aut quintò etiam quicunque cōmiſit crimē ca-
pitale aliud à prædictis, pter quod bona eius ſunt publicā-
da: quia licet donare poſſit ante condēnationem: non tamen
poſt. ff. de dona. l. poſt contractū. ſecundum diſtinctionem ſ.
Alienatio. §. xxix. ¶ Nonò. Nec is, qui dominium non habet *Non*
in re donanda: ſicut raptor, fur & huiuſmodi: cùm nemo plus *domi*
iuris transferre poſſit in aliū quàm habeat ipſe. ff. de reg. iur. *nus.*
l. nemo. Facit l. traditio. ff. de acqr. re. do. vbi vide aliquas ex-
ceptiones. ſed nihil ad nos. ¶ Decimò. Nec is, qui eſt nō ſoluē
do creditoribus. Vide ſ. Alienatio. §. xxix. ¶ Vndecimò. Nec *Non*
illi, quibus per ſtatuta municipalia eſt prohibitū, niſi cū cer- *ſoluen*
to modo donare. Vtrum autem donationem pro anima poſ *do.*
ſit prohibere, j. Immunitas. ¶ † Secūdò quæritur, cui poſſit do 4
nari? Et dico ſecundum Hoſt. ꝙ cuilibet, niſi per legē prohi-
beatur, etiā ſi ſit abſens, notus vel ignotus: & hoc ſiue mitten
do qui ferat, ſiue iubendo vt ipſe teneat quod penes ſe habet
de tuo. Ignorāti tamē donatio fieri nō poteſt: vt in l. abſen-
ti. ff. de dona. quod tamen fallit, quādo donans mittit per ſer-
uum donatarij, & ea mente vt ſtatim fiāt ſua. d. l. abſenti. Cui
autem lege prohibeatur donari, vide titu. ſequēti per totum.
¶ Tertiò † quæritur, vtrum prohibiti donare conditionaliter 5
vt ſub modo, prohibeātur donare propter cauſam præceden
tem, ſiue ob merita: quæ donatio dicitur remuneratiua? Et di
co quòd non: quia non eſt donatio propriè: vt colligitur ex l.
Aquilius Regulus. ff. de don. & ex eo qđ notatur in c. ſi quos.
xij. q. ij. & in c. conſenſus. de reb. ecc. non alie. & Bar. in l. iube-
mus. C. de ſacroſan. eccle. quod limita, niſi prohibeātur dona
re: quia nō habent adminiſtrationem liberā in rebus donan-
dis, vel propter legitimā cauſam: vel quia nō poſſunt dona-
re, niſi in damnum aliorum: vt qui non ſunt ſoluendo credito
ribus. ¶ Quartò † quęritur quo ad donati quantitatem quan- 6
tum donare quis poſſit? Et dico, nullum poſſe donare vltra
quingentos ſolidos, id eſt, aureos. C. de don. l. pe. quod verum
eſt, ſiue inſinuatione pręcedēte. Et ſi fiat donatio etiam duo-
bus de maiori ſumma: non valet. tex. eſt in authen. item à pri
uatis. poſita ſuper l. ſancimus. C. de don. Et ſi fiat in ſingulos
annos eiuſdē quātitatis quæ ſingulariter nō excedit ſummā,
ſed omnes ſimul excedunt: non valet, ſecundū Hoſt. quia eſt
donatio vna. l. ſenatus. §. fi. ff. de dona. cauſa mor. Et ſi fiat di-
uiſim per plures donationes vltra dictam ſummā: ſecundum
Alberi. in d. l. illud. non valet: quia ad hoc vt ceſſet neceſſitas
inſinuationis, requiritur diſtantia in tēpore: vt in authē. itē à
priuatis. §. ſi quis fuit enim vnus impetus, quē lex per inſinua-
tionem voluit frænare. C. de inoffi. dona. l. pater. aliter verba
rei præualerēt, cōtra l. ij. in fi. C. cōmunia de le. facit ff. de ca-
ſtren. pec. l. ſi fortè. nā vnus impetus facit multa eſſe vnū. ff. ad
leg. Aquil. l. illud. §. fi. extra de or. co. cū dilectus. ¶ Eſt † tñ no- 7
tandū ꝙ nō reuocabit tota donatio: ſi excedat dictā ſummā *Nota*
ſine inſinuatiōe: ſed ſolū exceſſus. l. ſancimus. C. de don. quod *bile.*
limita, niſi fuiſſet iuramēto firmata: quia tunc in nullo reuo-
catur, ſecundū Io. And. in addi. ad Spe. de fi. inſtru. Inſinuatio
† verò eſt, ſecundū Alberi. in l. illud. C. de ſac. ſan. ecc. per ſu- 8
periorem authoritatis præſtatio. quod cōſuetudo videtur ad- *Inſi-*
mittere: & gl. innuere in authē. vt nō fiāt pign. §. illud. Vñ ad *nua-*
cautelam ſolent hæc verba poni, quòd corā eo donatio inſi- *tio.*
nuata ſit. Et ita cōmuniter fit. Licet propriè inſinuatio ſit prę
exiſtentis donationis in ſcripturam authenticā redactæ apud
competētem iudicem facta publicatio, & eius authoritate in
publica geſta ſeu acta facta reductio: vt colligitur l. in hac. C.
de donatio. iuncto §. illud. in authentico, vt fratrum filij. & in
§. non habente. de defen. ciui. & in §. & hoc peruenit. vt nulli
iudi. vt ſic inter tempus inſinuatiōis & donationis poſſet de-
liberare an expediat: vt in authentico, de appellation. intra
quæ tempora. circa princip. Debet autem, ſecundum Al-
beri. in d. l. illud. inſinuatio fieri iudici loci. l. data. in fin. C. de
dona. & fieri poteſt etiā die feriata, ſecundum eundem: quia

non exigit cauſæ cognitionem: & conſequentur fieri poteſt die qualibet.ff.quis or.in bo.poſſ.ſer.l.ij.& etiã quia eſt actus voluntariæ iuriſdictionis.C. de fer.l.actus.Fallit tamẽ quod dictum eſt de quingentis aureis,per no.ibi per tex.& gl. Primò in magiſtro militiæ,qui res mobiles tã ſuas quàm ex ſpolijs hoſtium habitas poteſt donare militibus.Secũdò,quando donatur pro reparatione domus ex ruina vel incẽdio ruptæ. Tertiò,in redẽptione captiuorũ.Quartò, in donatiõe imperiali.Vnde ſecũdum Mon.donatio in priuatum à principe in omni quãtitate valet,etiã ſine ſcriptura.l.ſancimus.C. de dona.& econuerſo in principẽ à priuato. Quintò in donatione propter nuptias vſque ad quantitatẽ dotis.Sextò,in donatione cauſa mortis.Adde ſeptimò,ſecundũ Mo.in donatione ad pia loca:quia in his optima mẽſura eſt donatarũ rerum immenſitas:in authen.de nõ alie.vel permu.re.§.ſi minus. coll. ij.& generaliter ad omnes pias cauſas,vt in d.l. ſancimus. C. dona.Et licet gl.ibi in d.l.ſancimus.velit quòd in pias cauſas non valeat ſine inſinuatione,niſi vſque ad octoginta ſolidos: tamẽ Bar.in d.l.illud.tenet quòd valet.C.de ſac.ſan.eccle.per identitatẽ rationis.d.l.pe.Cum inſinuatiõe autem valet vſq; ad quantancunq; ſummã facta indiſtinctè ab his qui donare poſſunt:vt in d.l.pe.Sed de donatione propter nuptias,vide j. Donatio.iij.§.j.in fi.

*Cui et quando liceat plus donare.*

9 ¶†Quintò,quæritur,quãtũ ad donationis validitatem,vtrum donatio inter viuos ſine inſinuatione legitima excedens ſummam quingentorum florenorum interueniente confirmatione Imperatoris ex certa ſciẽtia valeat poſt mortẽ:ita vt per eã præiudicetur nepotibus debentibus ſuccedere ab inteſtato?Et dicit Pan.in cõſi.lxxxiiij. incip.Chriſti eiuſq; matris.quòd ſic,propter illam clauſulã, ex certa ſcientia:quia tanta eſt poteſtas principis circa ius poſitiuum,vt facta habere poſsit pro infectis,per textũ iuncta gl. in cle.j.de immu.eccl.Dictis autẽ nepotibus fuit ius adeundi quæſitum ex diſpoſitione iuris ciuilis : & eodem iure corruit dicta donatio ex defectu inſinuationis:cùm iure naturali vel gentiũ nõ requirat:ſed ſufficiat donatoris volũtas:vt in §.per traditionem.Inſtitut.de re.di.Vnde Imperator ſuppleuit ſolennitatem à iure ciuili requiſitam.Vide illũ multa circa iſta dicentẽ.Facit quod no.Inno.in c.niſi cum pridem. de renun. quòd ſuperior,penes quem eſt authoritas diſpenſandi, poteſt etiam non vocatis illis,quibus præiudicatur,diſpenſationem impendere.Et Bar.in l.Gallus.ff.de li.&poſt.per tex.l.ij.ff.de nata.reſti.dicit notabiliter ꝙ ſi Imperator vult legitimare aliquẽ nõ vocatis agnatis,quibus delata eſt hæc hæreditas,põt: dummodo hoc faciat ex certa ſcientia. Nec obſtat prædictis l.fi.de nat.reſti.ꝙ libertus debet ꝑ Imperatorẽ reſtitui natalibus patrono conſentiente:quia ſecundum Legiſtas cõmuniter hoc procedit de poteſtate ordinaria,nõ de abſoluta:quę hic interuenit per illam clauſulam,ex certa ſcientia.

10 ¶Sextò quæritur†vtrũ ſine inſinuatione valeat donatio iuramento firmata?Et dicit Bal.in l.illud.C.de ſac.ſan.ecc.quòd nõ:quia ad hoc quòd iuramentũ aliquid operetur,debent concurrere tria.Primò,quòd perſona ſit habilis,vel per iuramentũ habilitata.Secundò,quòd ſit ſeruata forma generalis . Tertiò,ꝙ res prohibita non ſit:vt l.ſi quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.j.Sed iſtę donationes clandeſtinæ nõ interueniẽtibus actis ſunt ꝓhibitæ:vt l.donationes.C.de dona. & cõſequẽter iuramento nõ validãtur:meritò nec oritur obligatio naturalis.Idẽ tenet Sal.in l.pe.C.de dona.Sed Io.An.in addi.Spe.ti.de inſtru.edi. ſiue de fide inſtr.§.porrò.tenet cõtrariũ, per ea quæ habẽtur in authen.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.ven.& quod habetur in c.cũ contingat.de iureiu.Secũdò,quia nõ habet perpetuã cauſam prohibitionis:cũ in certis caſibus valeat ſine inſinuatione:vt habetur in d.l.pe.ideoq; poteſt iuramẽto firmari:vt in l.non dubiũ.C.de legi.Io.de Imo.dicit hãc Io.An. opinionem poſſe teneri:dummodo per metũ vel dolũ nõ ſit extortum iuramẽtũ,quo caſu poſſet abſolutio peti iuxta ea quæ habentur in c.ſi verò.de iureiu.Et ad rationẽ Baldi reſpõdet ꝙ res nõ ſit prohibita:verũ eſt de iure canonico.ſecus de iure ciuili:vt voluit Io.An.poſt Hoſ.in c.quẽadmodũ.de iureiu.& idẽ tenet Ang.Are.per ea quæ not.Bart.in l.ſi quis pro eo.ff. de fideiuſ.vbi dicit ꝙ licet donatio inter virũ & vxorẽ nõ valeat:tamẽ ſi iuramẽto firmatur,valet:& idẽ in caſu illo.¶Septimò † quæritur,an valeat liberatio,quã facio Titio debenti mihi aureos mille quos remitto ſine inſinuatione?Et Bar.in l.Modeſtinus.ff.de don.diſtinguit:q̃a aut debitũ eſt odioſum vt vſurarũ,vel pœnarũ:& tũc valet vt in d.l.Modeſtinus.Aut eſt debitũ verę ſortis:& tũc aut eſt debitũ ex pluribus cauſis:& ſic tot ſunt liberatiões,quot cauſę debiti,ideoq; inſinuatione nõ indigent,ſi aliqua cauſarũ nõ aſcẽdat vltra quingẽtos aureos.Aut tota ſumma eſt ex eadẽ cauſa:& tũc indiget inſinuatiõe:vt l.ſi quis obligatiõe.ff.de reg.iu.Secus ſi fiat ex alia cauſa quia tũc clarũ eſt ꝙ inſinuatione nõ indiget.¶Octauo †quæritur,quãdo donatur vel legatur iſto modo , dono vel 11 lego talẽ terrã,quæ eſt intra tales confines,quæ eſt xx.iugerũ:cũ tamẽ ſit xxx.vel,lego vxori meæ talia iocalia,quæ ſunt pretij cẽtũ aureorũ:cũ ſint ducentorũ:vtrũ donatarius poſsit bona cõſcientia totum tenere?Et dicit Bal.in rub.de emp.& ven.C.ꝙ Io.An.in addi.ad Spe.ti.de emp.&ven.refert & ſequitur dominũ ſuũ Oldr.cõſ.ccxxij.ꝙ poteſt totũ retinere,per l. ſi fundũ ſub cõditione.§.ſi libertus.ff.de leg.j.itẽ l.cũ pater q filio.ff.de leg.ij.Sed ipſe Bal.dicit multũ differre,an pars exprimat cõceptũ ſuũ incipiendo à numero vel mẽſura:vt puta dono tibi quatuor modia terræ in tali cõfinio: & tũc nõ veniat plus:vt l.ſi quis teſtamento.in prin.ff.de leg.j.An exprimat per nomina deſignãtia certã ſpeciẽ,vel corpus determinatũ,licet poſtea mẽſuretur:quia tũc mẽſura eſt loco demõſtrationis:quæ eſt falſa:nec vitiat nec minuit id,cui adijcitur. l.demonſtratio.ff.de cõdi.& demon.& facit l.ſi vẽditor.ff.de act.empt.& ven.Et hoc ſequitur Pet.in c.per tuas.de don.vbi dicit ꝙ ſi vir legat talia iocalia vxori,quæ æſtimat cẽtũ:ſi valeãt duplũ:nõ poterit hæres minuere:ſed totũ habebit. Similiter ſi minus valerẽt,mulier plus petere nõ poterit.Et idẽ dicit de emptione & vẽditione.Et ſic ſolue l.pen.in §.fi. de act.emp.& vẽ.per hãc diſtinctionẽ.Vel breuius in emptione dic ꝙ ſi pretium taxatur per modia,nõ habebit illud plus: ſecus ſi nõ taxatur per modia.& idẽ dic in venditione,ſi eſt minus:vt teneatur,ſecũdũ prædicta.¶Nonò†quærit,quãdo donatio valet ratione fiſci : vt quia confiſcata ſunt bona,vel huiuſmodi:vtrũ valeat datio in ſolutũ?Et dicit Bar.quòd ſic: quia licet bona transferantur in fiſcum tranſeunt tamẽ cum onere:vt in l.ſi debitor.ff.de fideiuſ.Vnde ſi reus ſoluit,facit quod facere debuit fiſcus.¶Decimò†quæritur, vtrũ dicente donatore,do tibi villã meã,& omnia iura quæ in illa habeo: veniãt iura ſpiritualia: puta,ius patronatus,decimæ,& huiuſmodi?Et dico ſecundum Panor.in c.ſedes.de reſcri.per dictũ Innocen.in c.ex literis.de iure pa.quòd per talem donationẽ ſpiritualia iura nõ veniunt:quia hoc ſignũ,omnis,non ſe extendit ad ea, quæ ſunt alterius iuris & naturæ,quàm ea quæ principaliter trãsferuntur.Et facit optimè d.c.ſedes.vbi dicit quòd per clauſulam generalem,quædam alij,&res aliæ,multitudo effrænata non includitur,nec perſonæ,nec res maiores expreſsis:& ſic ly omnia iura,reſtringi debet ad temporalia,propter ſpeciem temporalitatis præcedẽrem.Secus autẽ quando datur aliquid habens ſimul temporalia & ſpiritualia iura cum omnibus pertinentijs ſuis:ſicut eſt præbẽda,quæ ſimul habet poſſeſsiones & decimas:quia tunc omnia ſimul tranſferuntur.& hoc idem tenet Hoſtien. in d.cap.ex literis.

15 ¶Vndecimò† quęritur,vtrũ donator teneatur de euictione? Et dicit ſecundũ Pan.in c.inter cætera.de præb.& in c.fin.de emp.& ven.poſt Cy.& alios quòd aut donator ſolẽni ꝓmiſſione de euictione ꝓmiſit:& tenet.Aut nõ ꝓmiſit: & tũc aut donatio incœpit à promiſsione : vt quia primò promiſit, & poſtea donauit aut incœpit à traditione: vt quia ſimul donauit & promiſit:&primò caſu olim nõ tenebatur,niſi promiſſio fuiſſet ſolennis,puta ſtipulatione interueniente:ſed hodie ſecus per l.ſi quis argentũ.C.de don.Secũdò aũt caſu,ſcilicet cùm incœpit donatio à traditione:aut vult agere ad particulare intereſſe,puta ad ſumptus factos occaſione illius donationis:& diſtingue vtrũ donator fuerit in dolo vel non: quia primo caſu tenetur:ſecũdò verò nõ:vt l.Ariſto.ff.de dona.ad totale verò intereſſe rei donatæ agere nõ poteſt:vt l.ij.C.de eui.

16 ¶Duodecimò† quantũ ad reuocationẽ donationis quæritur,vtrũ donatio mera,id eſt,inter viuos,reuocari poſsit ex pœnitentia?Et dico quòd non:arg.c.verũ.de condit.ap.& facit l.Ariſto.in prin.ff.de do.Vñ dicit Bart.in l.fi.ff.de cõdict. ob cauſam.quòd donatio eſt cõtractus nominatus: & not. in l.iure gentiũ.ff.de pactis.in prin.nã habet nomẽ elegans,nec reuocatur pœnitẽtia,ſicut nec alij cõtractus nominati:vt l.ſi pecuniã.in prin.ff. de condi.ob cauſam.Sed iſta intellige de vera donatione omnino libera:quia ſecundũ Archid.ſi debitori meo feci publicã donationẽ centũ florenorũ, quia nihil inde ſperabã, vel ad euitandũ aliquod damnũ:poſt hanc donationẽ poſſum aliq̃d de bonis eius inuẽtis vel ab alio oblatis accipere & retinere,ſicut & alij dãnificati,ac ſi nõ donaſſem:quia de ratiõe donationis eſt,liberalis & volũtaria trãſlatio:quod nõ cõtingit in caſu poſito.

17 ¶Decimotertiò,† vtrũ reuocari poſsit ratione ingratitudinis?Et dico ꝙ ſic,quinque modis:vt patet ex l.fin.C.de reuoc.don.

*Quinque modis donatio propter ingratitudinem reuocari.*

¶Primò, ſi donatarius donatori atroces iniurias intulit:quod ex tribus conſideratur,ſecundũ gl.in l.fi.C.de reuoc.do. ſuper verbo, atroces, ſcilicet ex qualitate iniuriæ,ex loco,& ex ꝑſona.Inſtit.de iniur.§.atrox.Et intellige de iniuria citra verbera:puta, verbis, fuga,carcere,vel huiuſmodi, vt quia eũ appellauit furem in platea vel loco ſimili.¶Secũdò,ſi manus impias in eũ iniecerit.¶Tertiò,ſi graue damnum rebus intulit:puta,in tota vel maiori parte ſubſtãtiæ:vel etiã citra maiorem:vnde erit hoc arbitrarium,ſecundum Io.And.in c.fin.de dona.¶Quartò, ſi attẽtauerit inferre illi vitæ periculum: etiã ſi effectus nõ eſt ſecutus,ſcilicet ponẽdo inſidias. Et ſi in his caſibus ꝑſonę ingratæ ſint religioſi alicuius monaſterij fabricati ab aliquo barone,cui ſunt ingrati in caſibus expreſsis in d.c.fi.ſunt duę opiniones,vt refert Spec. quarũ prima dicit quòd reuocabit donatio,&monaſteriũ deſtruetur:ſicut in ſimili ciuitas ciuiũ delicto aratur,iuxta nota.per Bar.in l.aut facta.ff.de pœn.& priuatur epiſcopali dignitate:vt in c.ita nos.xxv.q.ij.Alia verò dicit monaſteriũ nõ eſſe deſtruendum:ſed expulſis ꝑſonis alias ſubſtituẽdas:vt ſic potius ꝑſonæ quàm eccleſia puniantur:quod videtur æquius. & cum hoc tranſit Spec.& Panor. ¶Quintò, ſi conditionẽ appoſitam non impleuit. De his in d.l.fi.& de primis quatuor extra eo.c.fin.vbi Pan.addit ſextò, ſi donatarius neglexerit alere inopẽ donatorẽ.Cuius tamen cõtrariũ tenuit gl.in l.in cõdemnatione.ff.de reg.iur.Sed tamen Cy.in d.l.fi.cõcordãdo dicit quòd in magna quantitate locũ habet glo.in d.l.fi.quia ſcilicet reuocari poteſt donatio: nõ autẽ in parua:quã diſtinctionẽ Pan.dicit ęquam:quia donator magna põt æquiparari patri,quẽ inopẽ filius alere tenetur.l.ſi quis.ff.de lib.agno.& ſic limita dictã gl.per iura allegata in ea,quæ loquũtur qñ libertas eſt donata:vt l.alimẽta. ff.de lib.agno.&auth.vt liber.de cętero.§.illud.ff.de iure patro.l.diuus.la j.& l.ingratus.Vndẽ donatio facta liberto reuocatur ſolùm ex obſequio nõ præſtito,& etiã emptũ ab eo ex pecunia donata:vt l.j.C.de reuoc.don.ſed non libertas.C. de libe.cauſa.l.ſolo.Hoc tñ eſt ſpeciale in liberto:vt ex ſola non præſtatione res empta ex pecunia donata reuocet:vt in d.l.j.not.gloſſ.Et hæc nota ꝓ mulieribus & ſimplicibus ferè omnia donãtibus:& demũ negligũtur alimẽtari à donatarijs:quia poterit donatio reuocari.Si verò ſit modicũ q̃d donatum eſt:nõ reuocatur donatio propter alimẽta denegata. Et ſic intellige gl.in d.l.in cõdemnatione.Mater tamen,quæ filio donauit,& deinde ad ſecunda vota tranſiuit, reuocare non poteſt donationem,niſi ex tribus prędictorum,ſcilicet ſi inſidietur vitæ eius,vel inferat manus,vel iacturã totius ſubſtantiæ eius moliatur.C.de reuo.dona.authẽ.hæc quoq;.vide etiam §.ſeq.in fin.

¶Decimoquartò † quæritur,vtrũ ratione 18 ingratitudinis reuocari poſsit donatio per hæredes donatoris?Et dico quòd nõ:etiã ſi ſit cõmiſſa in donatorẽ,nõ in hæredes:vt in d.l.fi.quia hoc ius reuocãdi eſt ꝑſonale ex vtraq; parte,cùm merita & demerita ſint perſonalia:vndè nõ trãſit ad hæredes donatoris,qui tacuit ſuper hoc in vita ſua:quia tacẽdo renũtiaſſe videtur:nec ad hæredes donatarij,ſcilicet vt ab eis reuocari poſsit.Quod tamẽ intellige ſi fuit nota cauſa ingratitudinis:quia ſi donator eã ignorauit in vita donatarij; vel ſi ſciuit,non habuit tẽpus competẽs ad agendum: agere poterit cõtra eius hæredes,ſecundũ Pan.in c.fin.eod.tit. poſt Io.And.in c.cum in veteri.de elect.& per text.ibi,quæ põderat quando donator tacuit:ſed nõ dicitur tacuiſſe,ſi ignorauit,vel nõ habuit debitũ tempus ad agẽdum. Et per eandem rationẽ videt quòd hæres donatoris agere poſsit contra donatariũ.ſicut etiã in ſimili dicit glo.in l.fideicõmiſſum.C. de fideicõ.quòd ſi legatarius iniuriã intulit teſtatori.& ignorauit teſtator in vita:ex hoc agere poterit hæres.Et facit quod not.gl.in l.ſororem.C.de his quib.vt indig.ex quibus gl.videtur inferendum quòd ſi donatarius carnaliter cognouit vxorem donatoris in vita ſua eo ignorãte in vita,ſuus hęres agere non poterit ad reuocationẽ donationis: quia ex quo ignorauit,tacuiſſe nõ dicitur.De hoc Legatum j.§.v.& vltimo.& infrà Tutela.§.vlt.Quæ tamẽ de ingratitudine dicta ſunt,limita in donatione propriè dicta.Vnde ob hãc cauſam nõ reuocatur collatio bñficij,ſecundũ Io.And.& cõmuniter Doc. quia nõ eſt propriè donatio:cùm teneat collator ex neceſsitate officij cõferre:donatio autẽ mera liberalitate fiat.Similiter nec donatio remuneratiua,de qua in l.Aquilius Regulus.ff.eod.non reuocatur ob hãc cauſam:quia, vt ibi dicitur, non eſt mera donatio,nec propriè donatio.

¶Decimoquintò †quæritur,vtrũ reuocari poſsit donatio conditionalis & mo- 19 dalis,id eſt,facta ſub modo,ſeu ob cauſam.¶Et de conditionali dico quòd reuocari nõ poteſt cõditione pẽdente:quia ex futuro euẽtu pẽdet.Et facit l.potior.§.videamus.ff.qui po.in pig.habe.nec etiã purificata cõditione: quia eſt vera & mera donatio.Sed intellige quantũ ad vtrũq;,ſi ceſſet ingratitudo, & omnis alia cauſa ſufficiẽs reuocãdi:nec etiã cõditione deficiẽte:quia quod nõ eſt,reuocari nõ poteſt:de deſpõ.impu.ad diſſoluendum.vnde erit perinde ac ſi non fuiſſet donatum. ¶Quantum ad modalẽ dico colligẽdo ex no.per Doct. in c. verũ.de cõdi.appo.quòd ſi modus nõ ſeruatur, diſtinguendũ eſt:q̃a aut modus fuit principalis ſeu finalis cauſa cõtractus: & ita reuocari põt,ſecundũ Bart.in l.ij.§.fin.ff.de dona.facit l.cum leg.C.de pact.inter emp.& vẽd.vbi reuocatur contractus nominatus non impleto modo,qñ fuit principalis cauſa contrahendi,& ſic intellige l.ea conditione.C.de reſcin.ven. Aut nõ fuit cauſa finalis donationis:& ſic nõ reuocat ceſſante modo.Et facit l.Meuius.ff.de manumiſ.teſta.vbi libertas

legata tribus ſeruis ſub hac conditione vt alternis vicibus lu-
minaria accenderēt ſuper legatoris ſepulcrū:non reuocatur,
quāuis nō impleatur modus: quia textus nō cōſiderauit mo-
dum vt cauſam finalē datæ libertatis,ſed vt cauſam impul-
ſiuā.Et ſi ſumus in dubio,&donatio eſt in piā cauſam:fauore
piæ cauſæ videbitur cōtemplata pia cauſa ꝓ cauſa finali:vt
videtur velle Bar.in l.ea conditione.C.de reſcin.ven.& in l.ſi
pecuniā.in princ.ff.de cōdi.ob cauſ.aliàs nō. ¶Decimoſextò
20 †quæritur,vtrū donatio eccleſiæ facta ſub modo:ſi ille non
ſeruetur,reuocari poſsit,& qua authoritate?Et dico ſequi ex
dictis in fine §.prioris,quòd non,niſi expreſſum fuerit quòd
reuocari poſsit ceſſante modo: de condi.appo.verū.Et ratio
eſt:quia ſic donatū videt̃ pro ſalute animæ principaliter do-
natū.extra de teſta.requiſiſti.& facit gl.in l.ſi quis Titio.ff.de
leg.ij.Vnde modus appoſitus nō videt̃ cauſa finalis, ſed im-
pulſiua:qua ceſſante,nō ceſſat effectus:niſi ſit expreſſe actū.
Et pro hoc facit d.l.Meuia.& text.in l.legatum.ff. de admin.
re.ad ciui.per.iunctis his quæ not.ibi Bar.& in l.legatū. ff.de
vſufr.leg.& Bald.in l.j.ff.de his quæ pœnæ no.relin.& in l.cū
alienā.C.de lega.quia in dictis legibus ſcilicet, legatū.&, le-
gatū. probatur quòd ſi teſtator reliquit reipublicæ mille ad
honorē ſuū,vt inde fierēt annui ludi,vel fabrica,quæ iure im
pediente fieri non poſſunt:illa pecunia conuertitur ad alium
vſum,quæ cedat in honorē teſtatoris:nec reuocabitur lega-
tum:quia ad honorē ſuū eſt cauſa finalis.Et quia modus eſt
conditio impropria:ideo quandoq; Doctores idem dicūt de
donatiōe eccleſiæ facta ſub cōditione,ſcilicet impropria:nō
autem ſub cōditione propria: quia illa donationē ſuſpendit:
&.ea nō impleta nō valet:vt patet in d.c.verum.cum ibi not.
Sed & quādo expreſſe dictū eſt quòd poſsit reuocari:ſi tamē
prælatus ſolus ſit,qui modum nō ſeruat:nō reuocabitur, ſe-
cundum Vincen.in c.verum.de condi.app.quia delictū præ-
lati ſolius non nocet eccleſiæ,regula,delictū.lib.vj.& cōmu-
niter ſequūtur Doct.in c.breui.de iureiuran.Secus ſi præla-
tus cum capitulo.Si tamen donatio eſſet ſub cōditione,eſſet
aliud:quia ſi ſolus prælatus eam nō ſeruat:donatio nō tenet:
quia in acquirēdis ſolus prelatus nocere poteſt eccleſiæ:non
in acquiſitis: vt not.gl.& Doct.xvj.q.vj.§.fin.& Inn.in c. fra-
ternitatē.de donat.Qua verò authoritate reuocetur,& quan
do:expreſſe dictū eſt quòd poſsit reuocari.Bald.in c. verum.
de foro cōpe.& in c.illud.de præſump.tenet quòd ad reuo-
cationē ſententia nō requiritur:ſed Inn.in c.verum.de cond.
ap.& Hoſt.& do.Ant.& Card.ibidem dicūt quòd requiritur.
Ang.autem in l.penul.ff.de pact.& glo.in auth.vt de cætero
non fiant cōiurationes.§.j.tenet hoc ſecundū eſſe verius:quia
nemo ſibi ius dicit.xvj.q.vj.placuit.de præben.eū qui. lib.vj.
C.vnde vi.l.ſi quis in tantam. tamen etiā primum verū eſt,ſi
dictum eſt vt propria authoritate:vt tenet Hoſt.in d.c.verū.
in c.cum dilecti.de dona.& cōmuniter Doct.in d.c.verum.&
Bar.in l.creditores.in vj.col.C.de pig.& not.idem Bar.in l.ſi.
ff.vt in poſſeſ.leg.niſi eſſent ſacra effecta.l.ſi quis curialis.C.
de epiſc.& cler.Limita,niſi eſſet de facto reſiſtēs:quia tūc pa
ctum nō valeret:vt dicit Bar.in dicta l.creditores. quia præ-
ſtaret materiam veniendi ad arma. quod non licet. ¶Deci-
21 moſeptimò † quæritur, vtrum donatio reuocari poſsit pro-
pter dati enormitatem, ſiue propter inofficioſitatem:puta,
cùm pater tantum donat,quòd filio nō manet hæreditas?Et
dico quòd ſic.xiij.quæſt.ij.ſi quis iraſcitur.Circa quod tamen
ſciendū eſt primò quòd ſecūdum Hoſt.in Summa, teſtamē-
tum inofficioſum vel donatio inofficioſa dicitur,quādo ſunt
facta cōtra officium pietatis: officium enim inter patrem &
filium dicitur pietas.ff.de obſequi.l.penul.inter patronū au-
tem& libertum dicitur obſequium.C.de nego.geſt.officium
inter Deum & hominē, religio:inter hominē & hominem,
ſtat in nomine generali.Sciendū eſt ſecūdò quòd Bart.in l.ſi
vt allegatis.C.de inof.do.ſic diſtinguit:Aut enim donatio eſt
inofficioſa re & conſilio:& tūc ſi eſt facta liberis, reuocatur
quatenus eſt immoderatè facta vſq; ad debitū bonorū ſubſi-
dium:vt l.ſi liqueat.C.de inof.do.id eſt,vſq; ad legitimā quæ
debet̃ iure naturæ.Si verò ſit facta extraneis,ſi reliqt aliquid
filijs,nō reuocatur,niſi vſq; ad debitū ſubſidium bonorum.l.
omnimodo.C.de inoffic.teſt.Si aūt nō reliquit,ſic reuocatur
in totum.d.c.ſi quis iraſcitur.Aut donatio eſt inofficioſa re
ſolùm:& ſic reuocatur ſolùm quatenus eſt immoderatè ge-
ſtum.Dicit autē gl.in l.ſi liqueat.C.de inoffi.do.ꝙ re & cōſi
lio intelligunt̃,id eſt,euētu & fraude.nec fraus ſufficeret ſine
euētu:quæ fraus dicitur,quādo pater iratus exhæredat filiū:
vt d.c.ſi quis iraſcitur.vel quando in fraudē creditorū dona-
tione facit,& huiuſmodi.¶Decimooctauò† quæritur,vtrum 22
donatio reuocari poſsit ex præſumpta volūtate donatoris:vt
propter ſuperueniente natiuitate filiorū? Et dico in hoc eſſe
varias opiniones:quia & iura varia videntur.pro quo vide ſi
placet Bar.in l.Titia.in §.Imperator.ff.de leg.ij.& poſt eum
Pan.in d.c eod.tit.diſtinguentē:quia aut eſt facta in perſonā
liberti vel extranei:& reuocat̃ in totū ipſo iure:quaſi dona-
tor hoc tacitè intellexerit:vt in.l.ſi vnquā.cū gl.ſua.C.de re-
uoc.do.Aut in ꝑſonā vnius ex liberis:& tūc nō reuocat̃ in to-
tum propter natiuitatem filiorū: ſed vſq; ad debitum bono-
rum ſubſidium.& ita intelligatur l.ſi totas.C. eod.Et ex hoc
infert Pan.ꝙ donatio facta monaſterio,nō reuocatur in to-
tum de ſtricto iure propter natiuitatē filiorū:quia monaſte-
rium habetur loco filij.Itē quia donatio eſt facta in fauorem
animæ:quia non debet eſſe minus fauorabilis quàm filius:vt
in auth.ſi qua mulier.C.de ſac.ſanct.eccl.vñ reuocabitur ſo-
lùm vſque ad debitā legitimā.& idem ſentit gl.xvij.q.vlt.ca.
vlt.in donato Eccleſiæ.& alia gl.xxvij.q.j.c.vt lex connētiz.
vtrum aūt d.l.ſi vnquam.quæ loquitur de donāte omnia bo-
na vel partē bonorū,habeat locū in donatione certæ rei.Bar.
vbi ſ.dicit quòd ſic:quia loquitur in omnibus bonis vel parte
bonorum:quæ pars eſt idem quod certa res:& hoc quādo do-
natio facta eſt extraneo:ſecus ſi vni filio,vel loco pio:quia,vt
dicit,non reuocaretur niſi excederet debitū bonorum ſubſi-
dium.Alij tamen quo ad primū dicūt quòd nō reuocabitur,
ſi res nō fuit magni pretij.quod videtur æquū.Quod autem
dictum eſt de donatione facta filio,intellige quādo tenet:vt
quia emācipato,vel filiofamiliàs propter merita.¶Decimo-
nonò†quæritur,vtrū donatio reuocetur ipſo iure vel quere- 23
la propoſita?Et dicit Bar.in d.§. Imperator. quòd reuocatio
facta ex præſumpta volūtate donatoris,ꝑ d.l.ſi vnquā.fit ipſo
iure:adeò quòd res poteſt vēdicari & codici poſſeſsio e & re-
uocatione facta ipſo iure propter natiuitatē filiorū.ſi in con
tinēti moriātur,nō recōfirmatur donatio, vt dicit:quia ſicut
actio ſemel extincta nō reſuſcitatur: ita nō reualidat̃ ſemel
extincta donatio:vt l.Meuius.§.duobus.ff.de leg.ij.Sed reuo
catio facta per titulū de inofficioſis donationibus, no fit niſi
propoſita querela:vt in l.j.C.eo quā querelā filius agere po-
teſt, etiā ſi pater iurauit nō cōtrauenire donationi,ſecūdum
Bar.vbi ſ.quia quādo cōtractus infirmatur ratione alterius:
vt hæc donatio fauore filiorum:nunquam iurameto contra-
hentium cōfirmatur:quia eſſet in alterius diſpendiū:vt extra
de pact.quāuis.& de iureiur.lib.vj.¶Viceſimò † quæritur,an 24
poſsit eſſe remediū cōtra reuocationē donationis per renū-
tiationē,pactū,vel iuramentū?Et dico multa.¶Primū.Licet
reuocationi fiendæ per titulum de inoffici.donat. ſecundum
Bart.vbi ſuprà,renuntiari nō poſsit,quia fit donatio in frau-
dem filiorum: reuocationi tamen fiendæ per d.l.ſi vnquam.
ſecus:vt dono bona mea,& volo quòd propter ſuperuenien-
tes liberos nō poſsit reuocari donatio: quia reuocatio facta
per d.l.fit ex præſumpta volūtate donātis propter liberos.&
c.vltimum.xvij.q.iiij. dicit de quodam, qui filiū nō habebat,
nec habere ſperabat : vnde ſi expreſſe voluit ꝙ in caſu exi-
ſtentium filiorum non poſſe reuocari,locum non habebunt
illæ leges.¶Secundum.Si in donatione fieret pactum quòd
eam donator prætextu cuiuſcunq; ingratitudinis nō reuoca-
ret:dicit Aſten.lib.iij.tit.ix.tale pactum non tenere tanquam
naturali æquitati contrarium , ſcilicet quòd aliquis impunè
vitium ingratitudinis committat.C.de inuti.ſtipul.l.ex eo.ſic
etiam ſi quis impugnat eum à quo habet beneficiū,perdit il-
lud,extra de poſtulan.c.vlt.ſic etiam perdit̃ feudū.diſt.xcvj.ſi
Imperator.vel legatū.ff.de inoff.teſta.l.Papinianus.§.memi
niſſe.¶Tertium.Si mulier donauit ſimpliciter ,& iurauit ſe
non reuocaturam donationem:&poſtea naſcantur filij:illud
iuramentu non impediet reuocationem fiendam,per d.l.ſi
vnquam.ſecundū Bart.vbi ſ.& Recuperum de Sancto Gemi.
& Franci.de Piſis:quia reuocatio d.l.fit ex præſumpta volū-
tate, quæ eſt vt ſi de liberis cogitaſſet,non donaſſet:iſta aūt
conditio ineſt iuramento.¶Quartum. Donatio generaliter
iuramento firmata,propter dictas cauſas reuocabit̃,ſecundū
do.Ant.in d.c.ſi.ex ſubſiſtentia conditiōis,quæ eſt in iuramē-
25 to.¶Viceſimoprimò†quæritur,vtrum donatio remunerati-
ua poſsit reuocari propter cauſas,quibus reuocatur donatio
mera aut cōditionalis vel modalis?Et dico quòd nō:vt in l.ſi
pater.ff.de do.& hoc tenet Pan.in ſæpe dicto c.ſi.quia, ſecū-
dum eum,iura ſcripta de donatione loquentia,nō habent lo
cum in hac donatione remuneratiua. Et ſi donatio ſit facta
conſanguineo,in dubio præſumetur facta ratione conſangui
nitatis & non remunerationis.text.eſt in l.tutor.§.qui à tuto-
26 ribus.ff.de excu.tut.¶Viceſimoſecundò†quæritur,quantum
ad rem donatam;vtrum alienari poſsit res donata eccleſiæ
vel alteri cum pacto quòd alienari nō poſsit? Et dico ſecun-
dum do.Ant.in d. c.verum.de cōd.ap.quòd aut tale pactum
ponitur poſt contractum donationis: & non impedit aliena-
tionem:nec aliquid circa contractum operatur. l. donatio
perfecta.C.de dona.quæ ſub modo.Aut ante contractum,id
eſt,ante traditionem, tamen poſt obligationem: & tunc, ſe-
cundum Card.in d.c.verum.nihil operatur tale pactū:per gl.
in l.vnica.§.accedit.C.de rei vxo.act.Aut apponit̃ tempore
contrahendæ obligationis.Et tunc aut reſeruat ſibi donator
aliquod ius in re tradita pro obligatione , & etiam apponit
prohibitionem de alienatione:& tunc valet alienatio.l.ſi cre
ditor.§.ſi.ff.de diſt.pig.iuncta glo.ibidem ſecundum literam
Piſanam,quæ habet literā negatiuam,ſcilicet nullam vendi-
tionem eſſe.Aut nullū ius ſibi reſeruat,ſed alteri:& tunc ſe-
cundum do.Ant.eadem eſt ratio vt non valeat alienatio.Aut
nec ſibi nec alteri reſeruat ius in re donata:& tūc ſi alienatio
ſequatur, valet:ſed aget,qui pactum appoſuit,ad æſtimatio-
nem.l.ea lege.C.de condi.ob cauſam.& l.pen.& ibi Bar.ff.de
pact.Aut apponitur prohibitio de alia re non alienāda:& nō
valet tale pactum.& ita loquitur d.l.pen . niſi paciſcentis in-
tereſſe de non alienando:quia aget ad intereſſe.Ita not.in d.l.
pen.Et hoc locum habet in priuato: ſed in eccleſia ſi alienat̃,
ſemper videtur intereſſe dantis cum tali pacto de nō alienā-
do,quaſi ſit fauorabile animæ dantis : niſi quando alienaret
in caſu neceſsitatis.intellige quādo aliter ꝓuideri nō poteſt:
quia ſic donator ſi nō valuiſſet, turpiter intellexiſſet:nec va-
luiſſet prohibitio. xlvij.di.ſicut hi . cū ibi no.in glo.di.lxxxiij.
c.j.vel quando alienaret ob cauſam magis piam , ſecundum
do.Ant.vbi ſ.& facit c.licet.de reg.c.peruenit.el ij.de iureiur.&
c.terrum.xij.q.ij.C.de ſacr.ſan.eccle.l.ſancimus , quanuis alij
contrarium teneant,ſed hoc eſt verius : quia ſic voluiſſe de-
buit donator.Et ſi dictū ſit ꝙ alienari nō poſsit:& ſi alienet̃,
liceat datori & hæredibus fundū ad ſe reuocare: cōmuniter
tenent Iuriſtæ ꝙ alienari nō poſsit:ſed Bart.Brix.in quæſtio
nibus ſuis,q.iiij.tenet ꝙ poſsit de æquitate canonica ob piam
cauſam,qñ alia nō habet quę cōmodè poſsit alienare. & idē
gl.in c.Imperator Leo.x.q.ij.Eſt autem notandū ꝙ ſupra po
ſita diſtinctio valet de omni contractu,quo ab homine alie-
nationis prohibitio ponit̃.Sed ſi ꝓhibitio ſit à lege,alienatio
nulla eſt.l.quemadmodum.C.de agri.& cenſi.& co .&.c.ec-
cleſia S.Mariæ.el j.& ibi Pan.vt lit.pend.Si aūt talis prohibi-
tio ponit̃ ab homine in viā teſtamenti vel vltimæ volūtatis:
tūc dic vt in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j. qđ ſine cauſa nō pōt.
& cōſequēter oportet ꝙ cauſa exprimat̃ ab ipſo teſtatore:pu
ta vt remaneat in familia.& hmōi vide ad propoſitū ſ. Alie-
natio.§.xxj.¶Viceſimotertiò†quærit̃, cui acqrat̃ res donata 27
ambaſiatoribus:vtrū ſcilicet eis vel dño?Et dico ſcđm Bart.
in l.ſi verò.§.item qcquid.ff.ſol.mat.& per Cy.in l.ſi.ſed cū
in ſecūda.C.de fur.& per Gul.in l.qui ꝓprio.§.procurator.ff.
de procu.& gl.vtrobiq; ꝙ acquirit̃ ambaſiatori ſi donat̃ tan-
quam perſonæ.facit l.ſociū qui.§.j.ff.ꝓ ſoc.vbi donatū ſocio
occaſiōe ſocietatis cedit donatario, nō ſocietati, ex quo do-
natū eſt perſonæ,nō ſocietati. Secus ſi donat̃ ratiōe officij:
quia acquirit̃ domino.ff.de caſtr.pec.l.ſi forte.& l.miles.la ij.
Et Pan.in c.poſtulaſtis.de conceſ.præb.dicit ꝙ in dubio debe
mus attēdere qualitatē doni:& ſi talis ſit res,ꝙ potius credit̃
donata domino quàm ambaſiatori:vt puta Leo,& huiuſmo
di:tunc acquiritur domino.aliàs non.Vel dici poteſt quòd e-
tiam ad alias coniecturas recurrendum eſt:puta,an prius eſ-
ſet nota perſona ambaſiatoris vel non,ſed ſolùm ratione of-
ficij,vt intuitu officij datum videatur.l.ſi forte.l.miles.la ij.l.
dotem.§.hæreditatem.ff.de caſtren.pecu.Et ſi omnibus con-
ſideratis res eſt dubia:præſumerem pro domino,ſi ambaſia-
tor eſt bene ſalariatus:aliàs pro ambaſiatore.

## Rurſus de Donatione inter viuos ſecundò ſpecialiter inter virum & vxorem, & quaſdam alias perſonas.

1 *Donationi inter virum atque vxorem repugnant multa , quo minus conſiſtere queat.*

2 *Donatio inter virum & vxorem,velut inter viuos ſimplex ſine ob cauſam, an conſiſtere poßit? Et id quando, & quatenus? Et quid ſi matrimonium non tenuerit?*

3 *Donatio, an valeat, ſi alicui mortis cauſa donare viro volenti, mandet, vt vxori donet?*

4 *Donatio inter virum & vxorem, an ſit vniuerſaliter prohibita: an vero in aliquo caſu valeat? Et ibidem, quòd octo caſibus conſiſtat, de quibus hic.*

5 *Donatio inter coniuges inualida, quomodo confirmetur? de quo hic fuſiſſimè.*

6 *Donatio veſtium, & xeniorum vxori facta, an valeat, an verò huiuſmodi ſint heredes à marito inſtituti? Et quid de xenijs vxori à mariti conſanguineis datis.*

7 *Donatio inter virum ac vxorem quomodo reuocetur?*

8 *Donatio inter patrem ac filium, num valeat? Et ibi quòd ſit certis caſibus de quibus plenè hic.*

9 *Donatio filio emancipato , aut cuipiam ex liberis in poteſtate non exiſtentis donatoris facta, quomodo reuocetur?*

10 *Donare alicui an quis ob donatarij diſpoſitionem, aut conditionem prohibeatur? Et ibidem latè & apertè.*

DONATIO †rurſus ſecundò cōſiderari poteſt in ſpecie, 1
vt eſt inter virū & vxorem,vel huiuſmodi:& ſic ei mul-
ta repugnant,quæ non repugnant donationi in genere:ſicut
ſpe-

ſpeciei animalis, quæ eſt homo, repugnāt volare: non autem animali in genere. Eſt autem donatio inter virum & vxorem, ſecundum Azo. in Summa, quæ fit conſtante matrimonio.

2 ¶ Primò† igitur quātum ad donationem inter virum & vxorem, quæ eſt inter viuos, & quādoq; eſt ſimplex, quandoq; ob cauſam, quæritur vtrū valeat? Et dico quòd non, ſi eſt donatio ſimplex: ſed eſt ſecundū leges prohibita, ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur donatiōibus nō temperātes: & propter alia multa. vnde non valet, etiam ſi fiat per interpoſitā perſonam. ff. eo. l. ſi ſponſus. nec valet inter eos remiſsio debiti, aut aſsignatio debitoris: vt probatur in d. l. ſi ſponſus. quia omnia habent rationem donationis. Et ſi matrimoniū nō tenuit: licet donatio ipſo iure voluerit: tamen poterit reuocari. C. eo. l. ſi ex voluntate. qđ intellige ſi ignorabat ſi verò vterque ſciebat impedimentū & matrimonium non tenere: repetet fiſcus: ff. eo. l. cum hinc. §. vlt. & ſi nō repetit, tenere poteſt bona conſcientia: licet de bono cōſilio deberet dare pauperibus. Sed intellige quòd non valet donatio inter virū & vxorem. primò ex tex. in l. j. ff. eo. ſi alter ditior, alter pauperior ſit: vt in c. donatio. extra eo. Intellige etiam ſecūdò in donatione pura & ſimplici, id eſt, quæ nulla ratiōe cogente fit, ſed ſola liberalitate: nō autem ſi fit ob cauſam honeſtā & licitā: vt ī. §. iij. nec ſimiliter ſi ſit remuneratiua, quia non prohibet̃: vt in l. quod autem. §. ſi vir. ff. eo. vbi patet quòd ſi vir donat vnam rem vxori, & vxor aliam viro: fit hincinde cōpenſatio. propter quod notabiliter dicit Bar. in l. ſi diuortio. ff. de verb. obli. & eſt gl. in l. ſi voluntate. C. de do. quòd plebeius poteſt conſtituere dotem nobili, cui nubere vult, animo donandi, licet cōferatur in tempus matrimonij: quia eſt remuneratiua, & non mera: quia nobilis videt̃ nubendo plebeio conferre illi munus quoddam. facit l. Aquilius. ff. de do. ¶ Pro maiori tamen notitia ſic diſtinguo. Si enim facta eſt donatio, quando matrimonium erat contrahendum, tunc diſtingue: quia aut nuptiæ ſequebantur: & tenet donatio, etiam ſi alter inde ditior, alter pauperior ſit: vnde tenet donatio inter ſponſum & ſponſam de futuro: ſecundum gl. in d. c. donatio. etiam ſi pòſt contrahatur matrimonium eadem die. ff. eod. l. inter eos. & etiam ſi ſponſa deducta fuit in domū ſponſi, quę propter ætatem nō poterat eſſe vxor. quod limitat Hoſt. niſi ſit proxima pubertati. ff. eo. l. inter eos. Aut nuptiæ nō ſequebantur: & iterum diſtingue: quia ſi non remanſit ex parte donatoris quin matrimonium ſequeretur, ipſe totū recuperabit per condictionem ſine cauſa: vel ſi nondum dedit, totum retinebit. C. de do. propter nupt. l. cum veterum. Si verò ſtetit ex parte donatoris, diſtingue: quia aut ſponſa donauit ſponſo: & ſic reuocatur tota donatio ſiue interuenerit oſculū ſiue non. C. eo. l. ſi à ſponſo. aut ſponſus donauit ſponſæ: & diſtingue: quia ſi oſculū non interuenit, reuocatur tota: licet enim donatio illa fiat ſimplex: ineſt tamē cōditio tacita, ſcilicet ſi matrimoniū ſequatur. Si autem interuenit oſculum, reuocatur medietas ſolùm: vt in d. l. ſi à ſponſo. cum ibi notatis. Si verò donatio facta eſt poſt matrimonium contractū, diſtingue: quia aut dās ſit quidem pauperior, ſed tamen recipiens non fit ditior: vt ſi vir inde emat vnguenta vxori. ff. eo. l. quod autem. vel mulier exponat in conuiuio vel pro cognato ſportulas, id eſt, vectigalia ſoluat, quāuis ipſa mutuo fuiſſet acceptura. l. ſi mulier. ff. eod. aut aliàs inutiliter diſtrahat: & tunc non reuocatur. ff. eo. l. ſi ſpōſus. §. pen. & §. fi. & l. quod autem. §. j. eo. tit. & idem dicit Hoſt. ſi ſoluat vectigal pro vxore: quia non donat qui in neceſſarijs oneribus ſuccurrit: vt in l. ex annuo. ff. de don. inter vir. & vxo. vel ſi alteruter locum dederit cauſa ſepulturæ: quia licet donator fiat pauperior, recipiens tamen temporaliter non fit ditior: & idem, ſecundum eundem, ſi vir donet vxori ad oblationem faciendā vel ad alias pias cauſas eadem ratione. Hæres autem vxoris vel mariti ſi inutiliter expenderet, nō propter hoc minus teneretur: vt in l. quod de bonis. ff. ad l. fal. qa ſatis eſt quòd donatarius eſt effectus locupletior: vt not. Pan. in c. donatio. eo. tit. Aut dans non fit pauperior, & recipiens fit ditior: & tunc etiam donatio tenet. & glo. in c. fi. extra eo. exemplificat, vt ſi maritus ſit inſtitutus hæres, & repudiet hæreditatem donationis cauſa vt deferatur vxori ſibi ſubſtitutæ, & idem ſi repudiat legatum: vt remaneat penes vxorem oneratam pro legato præſtando: vel ſi rogatus eſſet reſtituere hæreditatem vxori, nec detrahat quartā cauſa donationis: quia tunc donatio tenet. d. l. ſi ſponſus. vbi text. neq; enim pauperior fit qui non acquirit; ſed qui de patrimonio ſuo depoſuit: aut ſi donauit vxori rem alienam bona fide. ff. eo. l. ſed & ſi cōſtante. intellige in caſu quo reſtituere non tenebatur. puta de licentia domini dantis donandi liberam facultatem. Aut dans fit pauperior, & recipiens ditior: & tunc non valet. extra eo. c. fi. in tex. & in glo. quod limita primò in donatione mera, non in remuneratiua, vt dictum eſt: & ſecundò extra caſus dicendos infrà, §. iij. Et quod dictum eſt de donationibus prohibitis: idem intellige de venditionibus ſimulatis. Pro quo vide gl. ſingularem in c. quanto. de priui. dicentem quadrupliciter fieri legi fraudem. ¶ Secundò† quæritur, 3
quid ſi alicui mortis cauſa viro donare volenti, vir mandet, vt donet vxori? Et dico non valere donationem: quia videtur ac ſi donaret. l. idemque. ff. eo. Secus ſi volenti legare mihi mādo quòd leget meæ vxori. ff. eo. l. ſed ſi vir. §. quod legaturus. Et ratio diuerſitatis eſt: quia in donatione cauſa mortis, etiā ſine traditione dominium transfertur, reuocabiliter tamen. l. ij. ff. eodem. ſecus in legato quod cedit ſolùm à tempore mortis: vt in l. à Titio. cū ſi. ff. de fur. Vnde in primo caſu viro quęſito dominio non poteſt: ſed in ſecundo ſic: quia non acquirit niſi morte ſecuta. Hoc tamen limita verum quando iam donauerat cauſa mortis quādo autem ſolùm diſpoſuerat donare, valebit ſi mutato propoſito ad inſtantiā viri donaret vxori: quia ſic ceſſat ratio diuerſitatis in legato. Sed contra videt̃ quòd teneat, etiā ſi iā erat facta donatio, per dicta in §. primo: quia qui non acquirit, non fit pauperior: vt repudians hæreditatem aut legatum. Sed dico non eſſe ſimile: quia illa intelliguntur viuente teſtatore, quando adhuc non erat ius acquiſitum. ¶ Tertiò† quæritur, vtrum donatio inter virum & vxo- 4
rem ſit vniuerſaliter prohibita, aut certè valeat in aliquo caſu? Et dico quòd valeat in caſibus octo, in quibus illa prohibitio fallit. ¶ Primò, ſi Imperator donet Auguſtæ, vel econtra. C. eod. l. penulti. contractus enim imperialis obtinent vicem legis. ¶ Secundò ſi dans dat pecuniam ad refectionem ædium ſuccenſarum. ff. eod. l. quod ſi vir. ¶ Tertiò, quando ex donatione donans non fit pauperior, licet ditior fiat alter, vt dictum eſt ſuprà, §. j. ¶ Quartò, quando recipiens non fit ditior, licet donans fiat pauperior, vt etiam ibi dictum eſt. ¶ Quintò, quando donatur in tempus finiti matrimonij: vt ſcilicet tunc res fiat mariti vel vxoris cùm mors fuerit ſubſecuta. l. ſed interim. ff. eodem. ¶ Sextò, quando donatur cauſa mortis, cuiuſcunque ſpeciei ſit iſta donatio cauſa mortis: vt in d. l. ſed interim. ff. eod. niſi ita fiat quòd nullo modo reuocetur: quia non valeret, ſecundum gloſſ. in d. l. ſed interim. ¶ Septimò, quando vxor donat viro cauſa honoris vel dignitatis adipiſcendæ. ff. eod. l. quod adipiſcendæ. ¶ Octauò, ſi maritus conſtante matrimonio remittat viri promiſſam dotem in toto vel in parte: vt eſt gloſſ. ſing. & ibi Cyn. & Bald. in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nup. remiſſio autem debiti alterius, non valet: ſicut nec aſsignatio debitoris, vt dictum eſt ſ. §. j. ¶ Nonò adde, ſecundum Hoſt. ſi vir donauit vxori annuum vel menſtruū ad ſuſtentationem ſui & ſuorum vſq; ad vires dotis, id eſt, fructus dotis. nā quod vltra datur, reuocatur. & idem tenet gl. in dicta l. ex annuo.



5 ¶ Quartò† quæritur, quomodo cōfirmetur & validetur donatio inter coniuges inualida? Et dico quòd duobus modis. ¶ Primò, iuramento interueniente de nō cōtraueniēdo: quia licet Bart. in l. j. ff. eo. dicat quòd nō firmatur iuramēto: quia inuitarētur ad delinquendū: tamen remittit ſe ad not. p eum in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. vbi concludit quòd talis donatio valet. & idē tenet in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falc. & idē Gul. de Cugn. vt recitat Barto. in d. l. Seius. hac ratione, quia datum in fauorē religiōis valet: vt l. cū hic. §. circa. ff. eo. iuramētum autē eſt religio magna. ideq; tenet Ioan. de Lign. & Pan. in c. fin. eod. tit. Et ideo bona cautela eſt, ſi volūt donationē valere, vt iurēt non cōtrauenire. Nec obſtat ſi dicatur primò quòd iuramentum cōtra bonos mores non valet: vt in reg. nō eſt. de reg. iur. lib. vj. quia dico verū eſſe, ſi eſt contra bonos mores naturales: non ſi contra ciuiles. Nec ſi dicatur ſecūdò quòd iuramentum cōtra legem interpoſitum eſt nullum: vt in l. nō dubiū. C. de legib. quia dicit Pan. in c. cum contingat. de iureiur. quòd lex quādoq; aliquid ꝓhibet propter bonos mores cōſeruandos, non quidem ciuiles, qui ſunt variabiles, ſed naturales: & iuramētum in contrariū nihil valet: vt in d. reg. non eſt. quādoq; verò lex fundat̃ ſuper bono publico principaliter, & nō valet iuramentum: quia pactum & iuramentum priuatorum remittere nō poteſt publicū ius. quādoq; verò nec ſuper bonis naturalibus fundatur, nec ſuper publica vtilitate principaliter, ſed in odium aliquorum: & tunc cùm nulla reperiatur turpitudo in iurante: ita quòd poteſt duntaxat cum diſpendio rerum tēporalium iuramentum adimplere: contra legem obligat iurātem. quandoq; verò lex eſt fundata ſuper fauore priuati principaliter: licet in conſequentiam & ſecundariò ſuper publico: vt in dicto cap. cum contingat. in cap. ij. de pact. lib. vj. & tunc iuramentū in contrarium obligat iurātem. Et ratio eſt: quia vbi lex nō eſt fundata ſuper fauorem publicum, nec iuramentum continet in ſe aliquam turpitudinem ex parte iurātis vel ex parte materiæ, nō poteſt impedire quo minus quis obligetur Deo. Secundò confirmatur morte donantis, & nō reuocantis, tacitè vel expreſſe: vt in l. j. & iij. C. eod. tit. & d. c. donatio. quod limita verū, primò ſi nō eſt vltra quingētos ſolidos ſiue aureos: quòd ſi eſſet facta vltra eos, & ſine inſinuatione, non confirmatur morte donantis, niſi expreſſe tūc approbauerit. quo caſu valebit vt legatum, quod inſinuatione non indiget: aliàs non, ſecundum gl. & Io. Aud. in d. c. donatio. Secūdò, ſi nō fuit facta ſimplici promiſsione: quia ſic nō valeret. l. Papinianus. ff. eod. & ibi Bart. dicit verum, niſi interueniſſet traditio vera vel ficta: puta, quia confitetur ſe habuiſſe, quod eſt loco traditionis: quia ſic confirmaretur. l. quod de ſuo. & ibi gloſſ. C. de dote cauta non nu. Requiritur ergo traditio in vita donantis: vt donatio morte cōfirmetur: vt infrà Pactum. §. xiij. Nec intelligas iſtam cōfirmationē fieri morte naturali tantùm ſed fit etiā morte ciuili: diſtinguēdo tamen: quia ex illa qua quis libertatem perdit, & efficitur hominis ſeruus, perimitur donatio: vt l. cum hic ſtatus. §. ſi donator. ff. eodem. Ex illa verò qua efficitur ſeruus pœnę mortis cōfirmatur: vt C. eodē tit. l. res vxoris. & hæc etiam ſi euaſerint poſt ſentētiam latam in præſentes. Et ratio diuerſitatis, ſecundum gl. in d. l. res. quia vbi quis efficitur ſeruus hominis, eſt dominus qui poteſt reuocare: ſed nō vbi efficitur ſeruus pœnæ, quāuis ex de- l. ſ... non debet quis damnari vt ſit ſeruus, auth. ſed hodie. C. eodem tit. Ex alia autem ciuili morte, ex qua matrimonium non diſſoluitur, vt eſt deportatio, & huiuſmodi, non confirmatur donatio, ſed pēdet vſq; ad mortem naturalē: & ſi non reuocauerit donator, tunc cōfirmatur. dicta l. res. Ex alia autem ciuili morte, quæ eſt per profeſſionē in religione, an cōfirmetur donatio, ſunt opiniones. Vincen. enim in dicto cap. donatio. tenet quòd non: ſed Ioan. And. & Card. tenent quòd ſic: quia talis mortuus cenſetur. l. fin. C. de epiſc. & cler. & xvj. quæſt. j. placuit. el ij. Sed dic opin. Ioan. And. eſſe veram cum duplici limitatione: primò in matrimonio nō conſummato. ſecus in cōſummato. quod patet per dictam l. res. quæ talem requirit mortem, qua matrimonium diſſoluatur. quod non eſt in religiōis ingreſſu quo ad cōſummatū. niſi quo ad exercitium. Secundò, in religione, quæ nihil habet in proprio ſeu particulari, nec in cōmuni. cuiuſmodi eſt omnis religio verè mendicātium. quod patet ex dicto Bart. in ſimili, qui in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſanct. eccleſ. & in l. ſed ſi mors. ff. de don. inter vir. & vxo. concludit quòd quādo iſta mors ciuilis, quæ profeſsione inducitur, habet omnino quo ad bona eundem effectū, quē habet naturalis: vt puta ſi quis ingrediatur religionem fratrum Minorū, qui aliquid habere nō poſſunt, nec in proprio, nec in communi: tunc hæres habet omnia incontinenti. Quādo verò nō habet omnino eundē effectum, quia ſaltem in cōmuni poteſt bona retinere: tunc hæres inſtitutus debet expectare mortē naturalem: & interim eſt in pendenti. poterit enim antè mori hæres quàm teſtator. arg. ad hoc d. l. res. hæc ex illo. Nec obſtat quòd ſolùm de ordine Minorum facit mentionem: vt fortè quia ibi notior fuerat eius inſtitutio: quia ratio par eſt in alijs, nec in proprio nec in cōmuni aliqua immobilia poſsidētibus. & per dicta iura Bar. infert ad quæſtionem an religioſus profeſſus mutare poſsit teſtamētum ante profeſsionem factam: de qua infrà Teſta-
mentum. ¶ Quintò† quæritur quantū ad hanc donationem 6
de veſtibus & xenijs datis vxori, an valeat donatio, & an ſint eius vel hæredis inſtituti à marito. Et dico, ſecundum Bart. in l. in his. ff. ſolut. matr. quòd veſtes quotidianæ à marito vxori traditæ ſtatim efficiuntur vxoris. l. ex annuo. ff. de don. inter virum & vxo. & ſic ſine dubio pertinēt ad hæredes mulieris: pretioſæ autem non efficiuntur mulieris: nec vir dare videtur animo donādi, ſed propter ſeipſum facit, vt ſua vxor ornatior incedat: vt l. mortis ſuę cauſa. in princip. ff. eod. Et hoc dicit gloſ. in l. ſi vſusfructus. ff. ad l. Falcid. & videtur velle lex quòd talia non ſint vxoris, niſi expreſſe legarētur: vt l. ornamentorum. de aur. & arg. leg. & l. hoc legatum. cum l. ſeq. de leg. iij. Et idem Bart in l. j. ff. de col. §. nec caſtrenſe. quærens an huiuſmodi veſtes ſint conferendæ. concludit quòd aut loquimur de veſtibus vilibus & alijs illi dominæ neceſſarijs ad vſum quotidianum: & illæ nō ſunt conferēdæ, ſed ſunt propriæ illius mulieris, & ab initio tenuit donatio inter ſocerum & nurum: vt in d. l. ex annuo. Si verò loquimur de veſtimētis, & alijs ornamentis pretioſis & feſtiuis: tunc illa qualia ſunt, veniūt ad diuiſionē: vt d. l. mortis. Nec pōt dici quòd morte ſoceri facta donatio confirmata ſit: quia dictæ res nō fuerūt donatæ, ſed traditæ ad vſum: vt in d. l. mortis. in fi. Et ideo putat quòd licet ex vſu quaſi loquendi quando maritus ſponſat vxorem, & mittit ſibi coronā cū burſa: & dicunt, talis donat vxori coronam: nō tamen propriè eſt donatio: ſed magis ad vſum dare. d. l. mortis. Veſtes autē lugubres. Ang. in l. ſi ex re domini. ff. de ſtip. ſer. determinat fore mulieris, per gloſſ. ibi poſitam. Xenia autem facta vxori à conſanguineis viri vel ipſius vxoris, an ſint eius: Bart. in l. ſed ſi plura. §. in arrogato. de vulgar. & pup. dicit quòd ſi donatio ſit facta à conſanguineis ex parte viri. dona illa fuerunt facta contemplatione viri, vnde videntur de bonis viri eſſe profecta, vt in dicto §. in arrogato. dum dicit, amicus vel cognatus. videntur enim magis

giſ facta eſſe marito quàm vxori:ſed in xenijs factis à con-
ſanguineis vxoris,videtur quòd vxoris contemplatione facta
7 ſint.& ita dicit Bartol.ſe de facto conſuluiſſe.¶Sextò † quæ-
ritur,quomodo reuocetur donatio inter virum & vxorem?
Et dico quòd multis modis.¶Primò, per pœnitentiam, ſiue
ſi donatio ſit expreſſe reuocata: in quo debet attendi vltima
voluntas.ff.eod.l.cum hic ſtatus.§.j.¶Secundò,per tacitam
reuocationem: puta ſi res donata per donatorem alienetur.
C.eod.l.ſi maritus.&dicta l.cũ hic ſtatus.§.ſi maritus.vbi pa-
tet quòd non ſolùm alienando videtur tacitè reuocare do-
nationem : ſed etiam obligando pignori: niſi expreſſe aliud
oſtẽdat.¶Tertiò,ſi prius moritur donatarius, id eſt,qui rem
dono accepit:extra eodem.cap.finali. & ſi moriantur ſimul,
puta naufragio vel ruina, tenet donatio.dicta l.cum hic.§. ſi
ambo.Vnde tunc ſuccedit hæres donatarij.Et idem dicit eſſe
Azo,ſi ſimul capiantur ab hoſtibus, & nullus eorum reuer-
tatur:& videntur ſimul deceſsiſſe,Si autem vnus redierit, is
videtur ſuperuixiſſe quãdo alter remanet. Dicto §.ſi ambo.
¶Quartò,ſi fiat diuortium ex diſplicẽtia.dicta l.cum hic ſta
tus.niſi expreſſe voluerit donationem valere.ff.eod.l.ſi inte-
rim.Secus autem ſi fieret diuortium cum bona gratia:puta,
cauſa religionis.Item ſecus ſi poſt diuortium matrimonium
inſtauretur,vt ibi.¶Quintò, cùm ſocer nuntiũ diuortij mit-
tit nurui cui donauerat: vt d.l.cum hic.§.ſi ſocer.& prædicta
non ſolùm obtinẽt inter virũ & vxorem,ſed etiã inter ſoce-
rum &nurum vel generum,& inter cõſoceros,qui copulatos
matrimonio habẽt in ſua poteſtate:vt in l.cũ hic.§. oratio.&
inter patrem & filiũ non emancipatũ:ſecũdum gl.in d.c. do-
natio. ¶Et vt plenius habeatur prædictorum notitia, viden-
da eſt gl.in l.iij.§.quæ in eiuſdem.ff.eo.quam ſequitur Hoſt.
dicens quòd tribus modis quis aliũ p̱ poteſtatẽ cõtingit:vel
quia ego ſum in poteſtate tua:vel quia tu es in mea: vel quia
ego& tu ſumus in poteſtate eiuſdem.Si ergo aliquo iſtorum
modorum alicuius maritum contingo:ei, cuius maritũ con-
tingo, donare non poſſum. & idem eſt ex parte vxoris:quia
qui ea aliquo iſtorũ modorũ contingit, marito eius donare
non poteſt: nullo verò iſtorũ modorũ interueniẽte donatio
non impeditur:vt in ſocru & nuru.Glo.etiam addit quartum
modum dicens,Item alij,qui coniuges per poteſtatẽ contin-
8 gunt,vt ſunt duo conſoceri.¶Septimò † quæritur, quantum
ad donationem inter patrem & filium,vtrum valeat?Et dico
quòd nec pater filio filię've exiſtẽti in eius poteſtate donare
poteſt,nec ecõuerſo:quia pater & filius ſunt quaſi vna perſo-
na.C.de impub.& alijs ſubſtit.l.vlt.& ſecundũ Azo. in Sum.
omnia dicta de donatione inter virũ & vxorem, dicuntur de
donatione inter parentes & liberos:ideoq; donatio nulla eſt,
niſi in caſibus,in quibus hæc donatio tenet.¶Primò,in dote
& donatione propter nuptias.l.Pomponius Philadelphus.ff.
famil.erciſc.& ff.de colla.bono.& de colla.do.per totũ. quæ
æquis paſsibus ambulãt:vt l.fin.ff.de don.ante nup. ¶Secun-
dò,cùm donat filiofamiliàs eunti in caſtra,mobilia.C.famil.
erciſc.l.iiij.¶Sunt & alij caſus, in quibus donatio valet inter
patrem & filiũ & in quibus non acquiritur patri vſusfructus:
vt not.gl.in auth.idem eſt.C.de bon.quæ lib.& gl.in auth.vt
liceat matri.collat.viij.Primò,quando ſub hac cõditione re-
linquitur vel datur à parente, ſcilicet auo vel proauo, aut ab
extraneo,ne patri ꝑueniat vſusfructus.dicta authẽ.vt liceat.
in princ.¶Secũdò,ſi pater remittat filio vſumfructũ,quẽ ha-
bet in rebus illius aduentitijs:vt l.cum oportet.§.ſin autẽ. C.
de bon.quæ lib.¶Tertiò,in hæreditate fratris vel ſororis, in
qua cum patre admittitur:vt in authen.de hære.ab inteſt.§.
ſi verò.col.ix.quod aliqui intelligunt quando filius decedit,
ad cuius ſucceſsionem vocãtur pater & fratres:vt in authen.

*donatione inter patrẽ & filium multipliciter fieri.*

ceſſante.C.de leg.hær.quo caſu pater nõ habet vſumfructũ
in parte filiorũ ſecũ diuidentiũ:ſed in bonis alijs eorum ſic.
Vbi etiam nota ſecundum Franc.de Aret.in cõſil. clxj. quòd
iure cõmuni quãdo frater moritur ab inteſtato patre ſuper-
ſtite,& ſorore:ſoror vnà cum patre ſuccedit fratri in virilem
id eſt,æqualiter:vt in auth.defuncto.C.ad Tertul.niſi aliqua
ratio particularis excludat patrẽ à ſua portione.¶Quartò,
in hęreditate quam filius adit patre nolente:vt in l.fin.§.ſin-
autem.C.de bo.quæ lib.¶Quintò, quando filio legatur ſer-
uus vt eum manumittat:vt in d.l.fin.§.fin. ¶Sextò,in rebus
obuenientibus filio:quando parentes ſoluunt matrimonium
ſine cauſa rationabili: vt in authen. vt nulli iud.§.quia verò.
¶Septimò, ſi filio legatur vſusfructus:nam ſeruitus ſeruitu-
tis eſſe nõ poteſt.ff.de vſufruct.leg.l.j.¶Octauò, ſi Impera-
tor donauit filiofamiliàs.vt l.cum multa.C.de bo. quæ liber.
¶Nonò,cùm filiofa.eũti in caſtra pater donat mobilia,vt di-
ctum eſt.¶Decimò,in quaſi caſtrẽſi: vt in l.cum oportet.§.
exceptis.C.de bon.quæ lib. ¶Vndecimò, ſi pater donet filio
ob alimẽta,ſecundũ Hoſt.¶Duodecimò,addit Bar.in l.con-
tra.ff.re.amo.per gl.ibi quando filiusfa.recipit dotẽ patre nõ
conſentiẽte,nec ſe obligãte:q̃a patri nec vſumfruc.nec aliud
acquirit.¶Decimotertiò adde quid valet donatio quãdo do-
natur ꝑpter benemerita,ſecundũ eundẽ Bar.in l.j.§.nec ca-
ſtrenſe.ff.de colla.& in l.ſi donatione.C.de col.& in l.frater à
fratre.ff.de cõdic.indeb.vbi diſtinguit quòd ſi donat ſimpli-
citer meritis non præcedẽtibus,donatio nõ valet, niſi morte
confirmet:ſed ſi præceſſerũt benemerita talia, propter quæ
cuilibet extraneo ad idẽ teneret,donatio valet:& res donata
efficitur peculij aduentitij: quia videtur filius quæſiuiſſe ex
operibus & laboribus ſuis:& ſic eſt aduentitiũ.l.cũ oportet.
C.de bon.quę lib.§.j.Nec ſufficit dicere in inſtrumẽto quòd
hoc fecit propter merita,niſi illa probarent:vt l.ſi fortè.ff.
de ca.pec.Et pro hoc dicit Bart.ibi ꝙ ſi quis alicui pro meri-
tis & ſeruitijs donauit:ſi poterat liberè donare nullis meritis
præcedẽtibus:tũc iſta verba enũtiatiua probationẽ inducunt
inter eaſdẽ perſonas.ſed ſi merita neceſſariò requirerẽtur,&
aliàs donare nõ poſſet:illa verba nõ probarẽt merita pręceſ-
ſiſſe:vt d.l.ſi fortè.& not.in d.l.ſi donatiõe.Et ſi patre donã-
te dubitetur an donet filio vt filio vel vt benemerito,gl.in d.
l.ſi donatione.vt refert ibi Bart.dicit ꝙ ſi præceſſerunt me-
rita,nõ erit donatio ſimplex,ſed ob merita.Si verò non præ-
ceſſerunt, videtur donatio ſimplex: etiam ſi pater dicat in
inſtrumento,dono tibi vt extraneo propter merita: quia ta-
lis confeſsio fidem non facit.¶Decimoquartò, argum.adde
quando filius eſt emancipatus.de reſtit.in integ.c.cõſtitutus.
Et ſi fiat donatio in ipſo actu emancipationis in præmium
emancipationis,dicit Bartol.in l.vt libertis.C.de collat.& in
l.j.§.nec caſtrenſe.ff.de collat.quòd non eſt donatio ob cau-
ſam:cùm magis filius deberet donare patri eum à patria po
teſtate liberãti,ſed eſt donatio ſimplex,ex ſola liberalitate.
l.cum oportet.§.cum autem.C.de bonis quæ liber.vnde tan-
quam ſimplex donatio venit cõferenda. Si autem facta fuit
filio exiſtenti in patris poteſtate, emãcipatione conualeſcit,
niſi fuerit reuocata:vt in l. ſiue.C. de dona.¶Octauò † quæ-
9 ritur, quomodo reuocetur donatio facta filio emancipato,
ſiue alicui de liberis nõ exiſtentibus in poteſtate donatoris?
Et dico quòd propter multas cauſas. ¶Primò, ſi donatarius
atroces iniurias intulit donatori.¶Secundò, ſi in eum impias
manus iniecit. ¶Tertiò, ſi graue damnum rerum intulit.
¶Quartò, ſi vitæ periculum illi inferre tentauit.
¶Quintò, ſi conditionem appoſitam non impleuit.
¶Sextò, ſi neglexerit alere donatorem inopem. Quorum
omnium declarationem vide ſuprà Donatio.j.§.xij.

¶Nonò



10 ¶Nonò † quæritur, vtrum ad donationem inter alias perſo-
nas quis prohibeatur alicui dare propter diſpoſitionem ſeu
conditionem donatarij? Et dico quòd donare poteſt quiſque
cuilibet,niſi lege prohibeatur,ſecundùm Hoſt.ſed vetãte le-
ge donare nõ poteſt primò miles meretrici vel concubinæ.
C.de do.inter vi.& vxo.l.ij.& per gl.& doct.in l.miles ita hæ
redem.§.mulier.ff.de teſta.mili. & hoc quidẽ quãtum eſt ex
parte militis,ſecũdum omnes,habet locum in vero & ꝓprio
milite,id eſt,armatæ militię,qui ſcilicet ope militat:& ſimi-
liter in clerico,ſecundũ Ric.Mal.vt in d.§.mulier: quia ſicut
nõ poteſt miles ſecularis:ita nec miles cœleſtis militiæ. & in
doctore & aduocato,qui dicuntur milites, per notata in l.mi
les.ff.de ſen.& re iu.non autem habet locũ,ſecundum Cy.in
dicta l.ij.in milite dignitatis,qui luxui militat,& nõ eſt miles
opere:nec ſimiliter habet locũ in priuato donante vel legã-
te aliquid cõcubinæ vel alteri,de quo eſt ſuſpicio:quia ſecun
dum gl.in d.§.mulier.valet:vt l. donationes in concubinã.ff.
de do.imò in legato eſt expreſſum in l.qui concubinam.ff.de
leg.iij.& in l.itẽ legato.C.de do.vt infrà eo.§.in ſecũdo caſu.
Ex parte verò mulieris habet locum in concubina,ſecũdum
Gul.vt not.in l.affectionis.ff.de do.& in hoc omnes doct.cõ-
ſentiunt,ſicut & in meretrice:ſimiliter habet locũ , ſecũdum
Bar.in d.§.mulier.in muliere,de qua eſt ſuſpicio turpis.& idẽ
habetur in l.mulierem.ff.de his qui.vt indig. Nõ autẽ habet
locum in ea,quam quis tenet tanquam vxorem,quam tamen
habere non poteſt ratione conſanguinitatis vel alia cauſa:de
qua Bar.in d.§.mulier.diſtinguit in ſimili:quia ſi mulier igno
rat matrimonium nõ conſiſtere,ſed illud valere credit:lega-
tum valet:vt.ff.de leg.j.l.fin.Et idem dic de donatione eo ca
ſu quo fieri poteſt inter virum & vxorem:quia nõ videtur ra
tio efficax in oppoſitum cauſans diſsimilitudinẽ. Si verò ſcie
bat matrimonium nõ cõſiſtere: etiam legatum in perſonam
eius conſiſtere non poteſt:vt l.vxori maritus.ff.de vſufructu
leg. Si verò dubitatur vtrum ſciuerit vel ne:in dubio præſu-
mitur ignorantia:vt in d.l.finali.
¶Secundò , non poteſt donare generaliter aliquis pro cauſa
illicita: puta mulieri pro meretricio. Pro quo aduerte quòd
promiſsio vel donatio facta meretrici publicæ , valet ſecun-
dum Bar.Bald.& Ant.poſt Cyn.in l.affectionis.ff.de do.& in
l.ij.C.de cõdic.ob tur.cauſ.qui & reprobant gloſſ.in d.l.affe-
ctionis.dicẽtem quòd valet quo ad exceptionem,non quo ad
actionẽ:pro meretricio autẽ facto cum nupta,vidua,aut vir-
gine,quod iure ciuili punitur,non valet promiſsio:ſed dona-
tione facta potior eſt conditio poſsidentis,niſi ſit miles, vt di
ctum eſt ſuprà.verũ tamẽ fiſcus auferre poſſet à muliere : vt
notatur in l.ij.ff.de condi.ob tur.cauſ.& in text.l.Lucius.in fi.
ff.de iur.fiſc.Et iſta eſt vera opinio: licet aliqui teneant indi-
ſtinctè quòd non valet.Sed iſtam opinionem intelligo quòd
valet donatio vel promiſsio facta ſecuto opere , gratia cuius
fit:alioquin antequam ſequatur opus , locum habet illud:in
malè promiſsis reſcinde fidem.de regu.iuris in vj. Alia verò,
quam etiam ſequitur Archid. allegans cap.qui venatoribus.
di ſtinctione lxxxvj.eſt vera quantum ad hoc quòd ſic dans
vel promittens ſemper peccat:licet non ex eo quod dat , ſed
ex cauſa dandi.Et idem dic de donatione facta pro quocun-
que quod iure punitur.& ſic intellige d.l.affectionis.
¶Tertiò,nõ poteſt donare aliquis iudici ſeu præſidi aut alijs
officialibus,quibus eſt ſalarium conſtitutum,ſiue poſt depo-
ſitum officium,ſiue ante,pro aliquo beneficio præſtito tem-
pore adminiſtrationis:quia tam donans, quàm cui donatur,
conuictus pœna quadruplici plectit:vt in l.fi.C.ad l. Iul.repe.
quod glo.verum intelligit,quando occultè datur:ſecus ſi pa-
lam propter l.j.ff.de polli.quæ eſt contra.Facit pro ea tex.in
l.Barbarius.ff.de off.præto.Iudices autem delegati eccleſia-
ſtici nihil poſsũt recipe:nec eis põt donari, niſi ſolũ eſculẽtũ
& poculentũ,q̃d paucis diebus cõſumi poſsit:& mera liberali
tate donatũ.& idẽ dic de cõſeruatore: vt in c.ſi.de off.deleg.
li.vj.& idẽ de iudice ſeculari:de quibus vide ĩ.Iudex.§.ix.&.x.
¶Quartò, donare non poſſunt viſitari viſitatoribus:vt infrà
Viſitatio.§.quinto.

## Rurſus de Donatione iij.inter viuos ſpecialiter, quando eſt ante vel poſt nuptias.

1 *Donatio ante,vel propter nuptias quanã hodie ſit,& dicatur?*
2 *Donatio propter nuptias,an doti æqualis eſſe debeat? Et eadem cuius ſit ſoluto matrimonio?& nume.3.*
4 *Donatio propter nuptias,cui vſus ſit,& quid conferat,cùm maritus matrimonio ſubſiſtente,rem donatam teneat,& ipſius fructus ſuos faciat?*
5 *Statuto ſtante de lucranda dote aut propter nuptias donatione,an ſi matrimonium aliter,quàm per mortem ſoluatur,pacto,vel conſuetudine effici poſsit,vt vir dotem lucretur,ſicq; ſine dote mulier remaneat?*
6 *Statuto cauente,quòd coniugum altero decedente ſuperſtes dotem, aut propter nunptias donationem lucretur:an mors naturalis duntaxat intelligatur?*

DONATIO † tertiò ante nuptias , vel propter nuptias, 1
olim dicebatur ante nuptias:&ſecundum Azo.in Sum.
eſt,quam ſponſus vel aliquis nomine eius facit ſponſæ vel al-
teri nomine ſponſæ,ſcilicet in recompenſationem recipien-
dæ dotis:imò fieri poteſt etiam ſiue dotem accipiat, ſiue nõ:
vt patet in c.nuper.de do.inter virum & vxorem. & erat do-
natio ob cauſam,& non ſimplex.C.eod.l.fin.Et hoc , quia ſi-
cut ſine matrimonio dos eſt nulla: ita & hæc donatio.Vnde
vocatur antipherna, quaſi contraria donatio::ab anti , quod
eſt contra,& pherna donatio:vt ibidem:quia ſcilicet maritus
ſicut ab vxore accipit dotem ,id eſt , donationem propter
matrimonium : ita econuerſo ipſe donat vxori propter nu-
ptias.quod quia hodie fieri conceditur poſt nuptias , vocatur
donatio propter nuptias: vt Inſti.de do.§.eſt & aliud genus.
d.l.finali.Vnde hodie poteſt eſſe donatio ob cauſam:&remu
neratiua:quia poteſt fieri ante & poſt contractum matrimo-
nium:vt in d.l.finali. Videtur autem hæc donatio differre à
donatione ſponſalitia,quæ ſecundum Azo.in Sum.eſt quæ à
ſponſo fit ſponſæ:vel econtra à ſponſa ſponſo.quod tamen ra
rò accidit,eo quòd fœmininum genus ſit auariſsimum in do
nãdo.ff.ad Velleianũ.l.ſed ſi ego. vbi & dicitur quòd facilius
ſe mulier obligat quàm alteri donat.Ratio,quia illa fit inter
ſponſum & ſponſam de futuro,& fit ab vtroque: iſta verò fit
ſolùm dum matrimonium contrahitur per verba de præſen-
ti,ſiue dum eſt quaſi in contrahi,& fit à ſponſo tantùm. Dif-
fert etiam ab ea,quæ eſt inter virũ & vxorem;quia fit extan-
te matrimonio,id eſt,poſtquam contractũ eſt. ¶Primò † ve- 2
rò,quæritur vtrũ hæc donatio debeat eſſe æqualis doti? Et
dico quòd olim ſi fiebat in cõſtitutione dotis non requireba
tur æqualitas.C.de pact.conuen.l.ex morte. & d.l.fin.ſi verò
dos prius erat conſtituta,requirebatur æqualitas neceſſariò:
vt dicta l.finali.§.ſancimus.hodie verò qualitercunque fiat,
oportet eſſe æqualitatem tam donationis ad dotem , quàm
lucri ſuper vtroque.de quo in §.ſequent.in authenti. æquali-
tas.de pactis conuent.& ita Supple.& Summa Angelica, cu-
ius oppoſitum ſenſit Sum.Roſ.& bene:vnde & Innocentius,
vt refert Panormitanus in cap.ſi.de do.inter vir.per l.ex mor
te.dicit poſſe inter hæc eſſe diſparitatem,etiam in quantita-
te.Vnde gloſſa in dicta authent.æqualitas.dicit hodie illam

eſſe

eſſe ſublatam propter conſuetudinem:quia conſtituitur dos:
& nulla ſæpe fit à viro donatio:ſeruatur tamen alicubi,vt Se
nis,vbi communiter hæc ſunt eiuſdem quantitatis. Nec ta-
men indiget inſinuatiōe iſta donatio,licet quingētos aureos
excedat.C.de dona.ante nup.auth.eò decurſum.Et ratio eſt,
ſecundum Bar.in l.cum multæ.C.eo.quia nō eſt donatio ſim
plex,ſed ob cauſam,quod proderit mulieri , & non viro:quia
ſi pactū fuerit factū de dote &donatione & lucrandis,mulier
in donatione lucrabitur vltra quingentos aureos,non autem
vir in dote lucrabitur vltra quingentos aureos:vt in d.authē.
3 eò decurſum.¶Secundò†quęritur,ſoluto matrimonio cuius
ſit hęc donatio?Et dico quòd iure communi reuertitur ad vi-
rum,ſicut & dos ad mulierem.C.de rei vxo.act.l.vnica.§.illo
proculdubio.Aliud tamen erit,ſi interueniant pacta.Quo ca
ſu donationis huius eſt proprium,quòd ſi paciſcatur maritus
de dote vel parte dotis lucranda,ſi præmoriatur vxor,talem
partem debeat lucrari mulier in donatione propter nuptias,
vel partem æqualem,ſi pręmoriatur vir.extra de do.inter vir.
c.fi.§.ſanè.& d.l.ex morte.vbi etiam patet quòd ſi dos & do-
natio ſint diuerſæ quantitatis : tunc neceſſariò requiritur
æqualitas in quota,& nō in quantitate.In l.etiam fi.C.de do.
ante nupt.dicitur quòd hæc pari paſſu vadunt,ſcilicet quo ad
pactum:quia quale erit de lucranda dote, tale erit de lucran
da dicta donatione:& econtra:& ſi pactio contraria fiat,non
valet.quod verum eſt,niſi ex conſuetudine ſit derogatum:vt
in multis locis:ideo illa ſeruanda eſt.vt no.in cap.donatio.de
4 do.inter virum & vxorem. ¶Tertiò†quæritur, ad quid va-
leat,ſiue quid operetur iſta donatio,cùm ſtante matrimonio
maritus teneat rem donatā faciens fructus ſuos. C. eo.l.ſi li-
beris.& in cap.per veſtras.de don.inter vir. & eo ſoluto eam
vxor non lucratur de iure,ſed ſolùm ex pacto ſpeciali:vt d.§.
illo.& dicit Ioan.Andr.poſt Feder.& Abbatem,quòd opera-
tur multos effectus.¶Primum.Propter pactum,quòd fit de
lucrāda dote:quia extenditur in fauorem mulieris ad dona-
tionem propter nuptias : vt ſicut maritus dotem vxore præ-
mortua:ita vxor dictā donationem viro præmortuo lucrat',
vt dictum eſt.¶Secundum. Nam fortius ius habet mulier in
rebus ſibi datis propter nuptias in dote recuperanda , quàm
in alijs bonis mariti,& ſit ſecurior in dote:vt not.gl. in d.l.fi.
quia in alijs poteſt mulier renūtiare iuri hypothecario.C.ad
Vell.l.etiam.non autem in iſtis:vt ſic ſit vnde poſſit ei conſu
li in dote recuperanda:de quo in auth.ſiue à me.C.ad Velle.
& in cap.peruenit.de emp.& vend.niſi interueniat iuramen-
tum:vt in c.licet.de iureiurando. aut concurrant duo quæ in
d.c.peruenit.habet Pan.vbi dicit quòd res donata vxori pro-
pter nuptias à marito,alienari nō poteſt ab eo etiam conſen-
tiente vxore:vt in d.auth.ſiue à me.niſi interuenientibus duo-
bus.Primò,quòd vxor conſentiat poſt biennium ſecunda vi-
ce.Secundò,quòd tantum ſit in viri facultatibus vt conſuli poſ
ſit vxoris indemnitati tantùm,inquantum non ſolùm tempo
re contractus,vt quidam dicunt,ſed etiā tempore quo vxor
agit,ſeu agere poteſt:vt no.in d.auth.ſiue à me.vel quòd per
xxx.annos tacuerit,licet ſecundò non conſenſerit. ¶Tertiū.
Nam marito vergente ad inopiam vxor poteſt à creditoribus
mariti vendicare tam dotem quàm dictā donationem : quia
deſeruire debent oneribus matrimonij.C.de iure dot.l. vbi.
¶Quartum.Nam ſi vir committit adulterium,vxor hāc do-
nationem lucratur,ſicut vir dotem vxore adulterante.de do.
5 inter vi.plerunque.¶Quartò, † quid ſi ſtante ſtatuto de lu-
cranda dote & dicta donatione,matrimonium ſoluatur ali-
ter quàm per mortem,nunquid pactum vel conſuetudo po-
terit facere quòd vir lucretur dotem,vt ſic mulier remaneat
ſine dote?Et dicit Hoſt.quòd non:vt no.in d.c.donatio.de do.
inter vi.& vxo.Vnde d.§.illo proculdubio , loquitur quando
mulier deceſſit:quo caſu vir lucratur ratione pacti ſolùm,ſe-
cundum Hoſt.ſecundum Car.autem in d.c.donatio.etiam ra
tione conſuetudinis:quia quod poteſt pactum,poteſt conſue
tudo:vt no.in glo.in .c.non putamus.de conſue.lib.vj.& hoc
eſt verum:nec oppoſitum ſenſit Hoſt.quia per ly ſolùm,ex-
cludit iura,& non pacta.¶ Quintò†quæritur,quando ſtatuto
cauetur quòd altero coniugum præmoriente alter lucretur
dotem,vel dictam donationem,an debeat intelligi de morte
naturali tantùm,vel etiā de religionis ingreſſu?Et dico quòd
de naturali tantùm,non de iſta ciuili:præſertim, quia verba
ſtatúti ſunt facti,&in facto conſiſtunt.de conſti.c.j.nec reci-
piunt caſus fictos.ff.de negot.geſt.l.iij.§.hæc verba.imò nec
expreſſe poſſet ꝓuidere quòd muliere ingrediēte religionē
vir partem dotis lucraretur:quia grauaretur religionis liber-
tas per dotis minutionem:quod fieri nō debet.ff.quarum re.
ac.nō da.l.j.§.quæ onerandæ. & etiā quia diſponeret ſtatutū
de rebus perſonæ religioſæ contra c.fi.de reb.ecc.non alien.
Si tamen ex pacto ſit vt alter lucretur alio præmoriente,pa-
ctū validū manet:imò ꝑ religiōis ingreſsū purificat':vt l.Deo
nobis.C.de epiſ.& cle.& in auth.de ſanc.epi.§.ſi verò cōſtite.

## Rurſus de Donatione iiij.cauſa mortis.

1 *Donatio mortis cauſa, quando eſſe dicatur? Et huius ſpecies quot ſint?*
2 *Donatio mortis cauſa,quomodo ad donationem inter viuos ſe habeat? Et quomodo ad legatum? & in quo differat? nume.ſeq.*
4 *Donatio mortis cauſa,qualiter fiat,de quo & à quo fieri poſſit? Et cui ſic donari poſſit? nume.5.& 6.*
7 *Donatio, de qua ſupra,quomodo,aut quibus ex cauſis reuocari poſſit? Et quid ſi iuratum ſit de non reuocando?*

DONATIO † cauſa mortis eſt,quando rem donatā ma-
lo me habere, quàm eum cui dono : ſed magis ipſum,
quàm meum hæredē.ff.eo.l.j.& in l.ſenatu.§.donatio.& ma-
giſtraliter diffiniendo eſt quædam diſpenſatio volūtatis ex
mortis vel alterius inſtātis vel futuri ꝑiculi cōſideratione vel
metu.ff.eo.l.ij.& Hoſt.pro ly diſpenſatio, habet collatio:&
pro ly voluntatis,habet liberaliter facta: q̄a ſi eſſet ex metu
talium illato,nō tenet.ff.q̄d me cauſ.l.metū. quod intellige
quando ideo metus infertur vt donetur:aliàs ſecus.ff.eo.l.ij.
Sed adde tu à donatore vel hærede:vt per hoc differat à Le-
gato,quod ſemper traditur ab hærede.¶ Huius tres ſunt ſpe-
cies:quarum prima,ſecundum Hoſt.in Summ.eo.tit.eſt cum
quis donat metu mortis futuræ,ſed nō inſtātis.Secunda cùm
donat metu mortis inſtātis. Tertia,quando vult magis ſe ha-
bere,quàm eum,cui donat,& magis illum,quàm ſuum hære
dem.Sed hæc aſsignatio nō procedit:quia tertia ſpecies eſſet
in duabus primis ab eis indiſtincta:vt patet ex dictis. Vnde di
co quòd prima eſt,cùm quis donat nullo metu præſentis pe-
riculi,ſed ſola cogitatione mortalitatis.Secunda,quando ex
imminente periculo mortis,vt ſtatim ſit accipientis. Tertia,
cùm dat cauſa mortis inſtantis: non vt ſtatim ſit accipientis,
ſed tunc demum,cùm donans deceſſerit. ff.eod.l.ij.¶Primò
†verò quærit',quomodo ſe habeat hæc donatio ad donatio-
nem inter viuos?Et dico quòd cum ea conuenit in duobus.
Primò,quia vtraq; eſt donatio.Secūdò, quia vtraq; inter vi-
uos conficitur,& quandoq; traditur à viuente. Differt autē
in duobus.Primò,quia iſta ex pœnitentia reuocatur, nō au-
tem illa:vt in l.qui mortis cauſa.ff.eo.Secūdò,quia in iſta re-
quiruntur quinque teſtes:in illa verò duo ſufficiunt:vt no.
C.eod.In dubio autem præſumitur donatio inter viuos , niſi
probetur cōtrarium:vel ſit facta mentio de morte.vt not.
in d.l.fin.¶ Secundò † quæritur, quomodo ſe habeat hæc do-
natio ad legatum?Et dico quòd conuenit cum illo in multis.
¶Primò , quia vtraque eſt vltima voluntas.¶Secundò , quia
vtraq; requirit numerū quinarium teſtium . ¶ Tertiò , quia
in vtroque locum vendicat ſubſtitutio:vt in l.j.C.eo.¶ Quar-
tò,quia nec inſinuationem exigit.d.l.fin.¶ Quintò,quia non
eſt perfecta,niſi morte ſequuta,per quam confirmatur: vt ff.
eo.l.non videtur.¶Sextò , quia ex ea Falcidia detrahitur .C.
ad legem Falcidiā.l.fi.Cōuenit etiā in multis alijs, de quibus
in l.Marcellus.ff.eo.& in d.l.fi.& in tantū legato eſt ſimilis:
vt cum ipſo ferè per omnia cōnumeretur:Inſtitu.de don.§.j.
in tex . & in gloſ. ¶Differt autē in multis à legato.¶ Primò,
quia illud ſemper datur ab hærede:ſicut hæc quandoque ab
eo,quandoque à donatore:& ſi traditur legatum à teſtatore,
perdit rationem legati , tranſiens in ſimplicem donationem
inter viuos:de quo eſt ſingularis glo. de qua feſtū Dynus fa-
cit in l.legatum.de lega.ij.dicens ex hoc ſequi duos effectus,
ſcilicet quia teſtator āmodo reuocare nō poterit:& amplius
falcidia de hoc nō detrahetur:vt l.vbi.ff.de do.cauſa mortis.
quod Barto.in d.l.legatū.dicit tenendum menti:licet ipſe de
hoc dubitet. ¶Secundò, quia filius familias conſentiēte pa-
tre poteſt donare cauſa mortis : nō autem legare,vel teſtari:
cùm hoc ex alieno arbitrio pēdere non debeat. ff.eo.l.tam is.
& conſequenter nō poteſt codicillari: vt l.ij.ff.de leg.j.vbi di
citur quòd non potens teſtari , non poteſt codicillari . Et ibi
Bar.reddit horum rationem: quia licet donatio cauſa mortis
ſit vltima voluntas:ſapit tamen naturam contractuum inter
viuos:vnde fieri poteſt à filio familias volēte patre.¶Tertiò,
quia licet teſtamentū ſit falſum vel nullum : tenet iſta dona-
tio,non autem legatum.ff.de his quib. vt indi.l.penul.§.vlti.
¶Quartò,quia accuſans teſtamētum vt falſum vel nullum,
perdit legatum,eo ſcilicet quòd iudicium aut voluntatē de-
functi directè impugnat,ſecundum Bar.non autem hanc do-
nationem.ff.de his qui.vt indi.l.poſt legatum.& Inſti.de don.
§.j.in gloſſ.Et rationē differentiæ dat glo.in d.l.poſt legatū.
§.qui mortis cauſa.quia hæc donatio no confirmatur per te-
ſtamentum:aliter ex aliqua cauſa reſcindatur teſtamentū,&
donatio cauſa mortis.ff.eo.l.ſi aliquis.& l.ſi debitor.¶Quin-
tò,quia legatum ſit nolenti:vt ſuprà Alienatio.§.xix.dictum
eſt:non autem donatio cauſa mortis. Sunt & multæ aliæ: de
quibus vide per totum titulum iſtum.Dignoſcitur autē à le-
gato iſta donatio,quando verba ſunt cōmunia vel æquiuoca
per traditionē rei vel obligationem , qua ſe donator obligat
legatario:& quando nullum illorum interuenit, dicitur lega
tum,pro quo vide quod legitur & notatur in l.ij.& l.Marcel-
4 lus.ff.eo.¶†Tertiò quæritur,qualiter fiat iſta donatio?Et di-
co quòd tripliciter fit,ſcilicet traditiōe,pollicitatione, & ſti-
pulatione.ff.eod.l.ſenatus.Sub quacunque autem ſpecie fiat,
inſeri debet in ea quòd cauſa mortis fiat vel alterius periculi
talis:aliàs eſſet donatio ſimplex inter viuos,quantumcunque
fieret in mortis articulo : quia non eoipſo quòd quis moriēs
donat,donare mortis cauſa videtur.d.l.ſenatus.ſecundū Azo.
ſecundū Hoſti.autē hoc æſtimandū erit ex verborū affectio-
ne,& qualitate perſonarum ac ſtatus.Et ſi nihil apparet, præ
ſumitur inter viuos donatū,vt dictū eſt.Et debent in ea quin-
que teſtes adhiberi.C.eo.l.fi.Et debet eſſe præſens ꝑſona,cui
fit,vel alia, qui vice eius illā recipiat. Vnde qui cauſa mortis
donare vult eccleſiæ vel pauperibus , donet notario ſtipulāti
& recipienti nomine pauperum vel eccleſiæ.ff.eod.l.inter.
5 ¶†Quartò quæritur , de quo,& à quo fieri poſſit?Et dico ꝙ
de omni de quo & donatio inter viuos,& ab omni qui teſtari
poteſt.Qui autem teſtari nō poteſt: nec cauſa mortis donare
poteſt.quod tamē fallit in filiofamilias, qui licet patre cōſen
tiente teſtari non poſſit , excepto peculio caſtrenſi vel quaſi,
hanc tamen donationem patre cōſentiente facere poteſt. ff.
eo.l.tā is.vt dictū eſt. Similiter donare nō poteſt cauſa mor-
tis,qui donare non poteſt inter viuos.ff.de dona.l.filius fami.
Vnde Bar.dicit in libro de cōſue.feu.in rub.de prohi.feu.alie.
per Fede.c.j.quòd quando nomen donationis ponitur prohi-
bitiuè ,puta ſi ſtatuto cauetur ne mulier poſſit donare : tunc
includitur etiā donatio cauſa mortis : quia à quo remouetur
genus,& quælibet eius ſpecies.d.l.filiusfamil.§. pari ratione.
Quando verò ponitur permiſſiuè: tunc nō includitur dona-
tio cauſa mortis:quia non eſt propriè donatio.ff.de dona.l.j.
§.j. Vnde feudatarius , cui à domino permiſſum eſt donare
cauſa mortis,feudum donare nō poteſt. Non poteſt etiā ſic
donare,qui capitale crimē admiſit:nec donatio valet, ſiue fa
cta ſit ante crimen,ſiue poſt,ſiue ante ſententiā,ſiue poſt: cū
& teſtamentū rumpatur, & omnia publicentur.ff.eo.l.ſi ali-
quis.quod fallit in re donata vxori ante reatū cōmiſſum : ſed
non poſt.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.cum hic ſtatus.§.ſi ma-
ritus,& eſt tex.cum glo.in l.res vxoris.C.de dona.inter vir.&
vxo. ¶† Quintò quæritur, cui donari ſic poteſt? Et dico 6
quòd omnibus,quibus legatum iure relinqui poteſt.ff.eod.l.
omnibus.in quo quidem tempus non donationis , ſed mortis
inſpicitur.ff.de mor.cauſa do.l.mortis cauſa.la iij.Sed tamen
nota ſecundū Bart.in l.quidā.ff.de pœn. quòd licet damnatis
in metallum legari non poſſit:fallit tamen in cauſa alimēto
rum.Et hoc facit ad quæſtionem,an religioſi,qui nihil habe-
re poſſunt,ſaltem poſſint petere ex cauſa alimentorum.
¶†Sextò quæritur,quomodo,vel ex quibus cauſis reuocetur
iſta donatio?Et dico quòd tribus,cuiuſcūque ſpeciei vel mo- 7
di ſit,ſecundū glo.in l.nō omnis.ff.ſi cer.pet.& tex.eſt Inſti-
tu.de do.§.j. ¶ Primò , ſi donatarius præmoriatur donatori.
¶Secundò,ſi pœnituerit donaſſe. ¶Tertiò, ſi eſſet conditio,
ſub qua donatio facta fuit. In quo tamen Sum. Roſ.deficit,
omittens tertium modū,& vnum diuidens in duos,dicens: Si
donator pœnituerit,vel ſuperuixerit donatario, vel donata-
rius prius deceſſerit:idem enim eſt illum ſuperuiuere,& iſtū
prius mori.Addit Hoſti.idem eſſe,ſi non adimpleatur cauſa,
ſub qua donatio facta eſt:quod eſt verū,niſi donatio eſſet fa-
cta in piam cauſam , iuxta dicta ſuprà, Donatio j. §.xiiij.in
fin.Addit etiam prædicta vera eſſe,niſi ſic datū fuerit,vt ſta-
tim tranſeat dominium,nec reuocari poſſit: quia talis dona-
tio inter viuos facta cenſetur:& ex quo facta eſt,nec cōditio-
nem nec modū,nec pœnitentiam ſine cauſa admittit: ex cau
ſa tamē poterit reuocari: vt propter ſuperuenientē filiorum
natiuitatem.xvij.q.vlti.quicunq;.Imò & ſi ſtatim dominium
non traſferatur,ſed tamen irreuocabiliter fiat , irreuocabilis
erit.d.l.ſenatus.§.mortis cauſa.& ſic habebit effectū ſimpli-
cis donationis,licet dicatur cauſa mortis.Poterit tamē reuo-
cari,etiam ſi iuraſſet non reuocare,duobus modis.Primò,ex
noua cauſa:vt infrà Sepultura.§.v.in ſimili.Secundò,ſi dona-
uit omnia bona præſentia & futura : quia tunc iuramentum
induceret votum captandæ mortis: ideóque non tenet: quia
eſſet vinculum iniquitatis:petet tamen prius abſolutionē à
iuramēto.Secus ſi donaſſet ſolùm præſentia: quod intelligi-
tur quando donat omnia bona ſua , non addens futura : quia
tunc nō reuocatur. Vide de his quod not.& legitur in l.fi.C.
de pact.& in l.ſtipulatio hoc modo.ff.de verbo.obliga.

## De Dote & Paraphernis.

1 *Dos ſiue iuxta leges, ſiue iuxta Canones definiatur, quid ſit? Et dotem ſine matrimonio eſſe non poſſe, quomodo intelligatur?*
2 *Dotis ſpecies quot ſunt?*
3 *Periculū & cōtra emolumentū rerū dotaliū, ad quē pertineat?*
4 *Pater filiam dotare,num teneatur, quoties? Et quatenus?*

5 *Pater filiam, quæ ipſo inuito nupſit, an dotare teneatur? de quo hic fuſè & apertè.*

6 *Frater ſororem dotare an teneatur? Et an vir vxori dotem conſtituere queat? nume. ſequen.*

8 *Frater ſi viuente patre, de bonis paternis filiam dotauit, an mortuo patre huiuſmodi dotem conferre teneatur?*

9 *Pater num in dotem rem emphy. ſine domini conſenſu, dare poſſit? Et quid de feudatario? nume. ſeq.*

11 *Maritus, num vxorem, ob non ſolutam dotem promiſſam repellere poſſit? Et num eam dote non ſoluta domum traducere teneatur? Et quid ſi ſine dote ducat? ibidem.*

12 *Proprietas dotis conſtitutæ, an diſtrahi & alienari poſſit? Et quid ſi alienatio facta ſit, non vi nec dolo, & iuramento mulieris firmata? Et contra, ſi vi aut dolo: vimq; aut dolum probari neceſſe ſit: qualiter probabitur?*

13 *Conſilium mulieribus vtile, ne res dotalis alienari poſſit: etiā ſi alienationi deinceps cōſentiant, eamq; iurēt. Res tamē mobiles & paraphernalia alienari poſſe ſi dominiū tranſlatum ſit, nihil vetat. Et ibidē quibus ex cauſis res dotalis alienari queat?*

14 *Dotis priuilegia, aut proprietates, quænam ſint? Et de his concluſiones octo. Et num donatio propter nuptias eadem habeat priuilegia? Et quid cum dote commune habeat? & numer. ſeq.*

16 *Dotem num ob vxoris adulterium, maximè ſi homicidium ſequatur, aut aliquid aliud, vir lucretur? Et quid de dotalitio, & paraphernalibus? Et de his concluſiones ex ordine decem, cum limitationibus.*

17 *Dotem quot modis vir lucretur?*

18 *Dotem conſtante matrimonio, marito ad inopiam vergente, aut alio caſu, num poſſit vxor repetere? Et de his iura variè cauerūt: vt hic ex ordine traditur. Et ibidē quid ſi ab initio inopi, aut ad inopiā vergēti, vel aliàs ſubſtantiā diſſipanti nupſerit?*

19 *Dos ſoluto matrimonio, cui reſtituenda ſit? Et ibidē donatio propter nuptias, quot caſibus viro defuncto, ad vxorē ptineat?*

20 *Martini diſputationem de dotis reſtitutione, ad multa vtilem.*

21 *Cōfeſſionē de dote cōſtāte matrimonio recepta, à viro factā nō valere: niſi de numeratiōe appareat. Et ibidē limitatiōes aliæ.*

22 *Dos quādo reſtituenda ſit? Et ibidem ad hoc concluſiones tres.*

23 *Dos qualiter reſtituenda ſit? Et quot expenſarum genera: & quæ ex his dotem minuant.*

24 *Dotem tribus caſibus ſolui poſſe. Et an vxori pecunia ſolui queat, vt votū pro ſe factū ſoluat: aut ad pegrinandū p anima ſua eat: aut alterius ipſius cōiuncti: & tū num dotē diminuat?*

25 *Mariti hæredes num intra annum reſtitutionis dotis, vxorem relictam alere obſtringantur? Ad quod concluſiones tres.*

1 Dos † quantū colligitur ex legibus & canonibus & doct.
diffinitiuè eſt, quod datur viro ab vxore, vel ab aliquo
nomine eius: puta à patre vel extraneo p oneribus matrimo
nij ſuſtinendis. in quo differt à paraphernis, de qbus infrà lo-
co ſuo. Et ita no. per Cano. in c. Raynutius. de teſta. & per Le
giſtas in rub. ff. ſo. ma. Et eſt dos, ppriū mulieris patrimoniū.
ff. de mino. l. iij. §. ſed vtrū. tandiu durans, quandiu & matrimo
nium: quo ſoluto, ſoluitur: quia ſine eo eſſe nō poteſt. ff. de iu
re do. l. iij. Si autē pactū fiat à filia cū patre, dum nuptui tra-
deretur, quòd dote contenta nullū regreſſum habebit ad bo-
na paterna: hoc improbat lex ciuilis. Si tamē iuramēto nō vi
nec dolo præſtito firmatū fuerit, ſeruari debet. extra de pac.
quamuis. lib. vj. De hoc infrà Iuramentū. iiij. §. xxx. & Pactū. §.
j. & ſequenti. Quod tñ dictū eſt, ſine matrimonio dotē eſſe
non poſſe: intellige primò de iure, & nō de facto cōtracto:
quo caſu non eſſet dos: vt in d. l. iij. Intellige ſecundò ſecūdū
Alex. de Imo. ſuper rub. ff. ſo. ma. ſine matrimonio contracto
de præſenti vel preterito: nō aūt ſine matrimonio extāte
ſoluto prius contracto, adhuc dicitur dos. Et hoc voluit Pau.
de Caſt. ſup eadē rub. & Bar. in l. ſi marito. e. ti. Per quod ſe-
cūdū eundē Pau. decidit quæſtio, quæ fuit de facto, vtrū ſta-
tutum diſponēs q mulier teneatur relinquere dotem ſuam
æquis portionibus filijs vtriuſque matrimonij, habeat locū
nedum quādo moritur mulier cōſtante matrimonio, aut etiā
quando moritur eo iam ſoluto? Et dico quòd ſic: qa etiā tūc
dicitur dos. Quod etiā dictum eſt, q matrimonio ſoluto ſol
uitur: cōſequenter intelligit, nō quia deſinat eſſe dos: ſed qa
matrimonio ſtāte eius dominiū eſt penes virū: nec cōtra eius
volūtatē inde poteſt eleemoſyna fieri: ſed eo ſoluto, redit ad
vxorem vel eius hæredes. C. de pact. cōuen. ſuper do. l. penul.
¶ † Primò verò quæritur, quot ſunt ſpecies dotis? Et dico q
de hoc ſunt duæ diuiſiones. ¶ Prima eſt, quòd dotium alia eſt
profectitia, & alia aduentitia. Dos profectitia eſt, quę à patre
vel tanquā à patre ſiue auo, vel pro auo, vel alio ſuperiore ex
linea patris pro filia vel nepte, & huiuſmodi de bonis eorum
proficiſcitur, vel quæ aliàs de mandato vel nomine eorum ſi
ipſi ratum habent, conſtituitur: vt in l. profectitia. in princ. ff.
de iure dot. vel à pręſide aut à curatore eius ſi ſit pdigus, aut
furioſus: vt ibidem: etiam ſi filia eſſet emancipata: vt ibi. §. ſi.
quia non patria poteſtas, ſed patris nomen dotem profectitiam facit. Aduentitia autem eſt, quæ non proficiſcitur à pa-
rente, vel quaſi parente: ſed eam dat mulier pro ſeipſa: vel
quilibet alius à patre vel auo & prædictis, ſiue ſit frater, ſiue
auunculus, vel quilibet alius: vt d. l. profectitia. Vnde ſi pater
non dedit tanquam pater, ſed vt extraneus: puta quia debe-
bat filiæ: & eius voluntate dedit in dotem viro: eſt dos aduen-
titia: vt dicta l. profectitia. ¶ Alia diuiſio eſt, quòd dotiū alia
æſtimata eſt, alia inæſtimata: & quando æſtimata traditur,
periculum pertinet ad maritum. Quādo verò inæſtimata ad
mulierē. l. plerunq;. in princ. de iure dotium. vide etiam §. ſeq.
¶ † Secundò quæritur, ad quem pertinet periculum & emo-
lumentum rerum dotalium? Et dico quòd ſi ſunt æſtimatæ,
periculum ſpectat ad virum, niſi res in toto perierit ante nu-
ptias: quia æſtimatio facit venditionem: vnde tam lucrum
quàm damnum ſpectat ad virū, ſicut ad rei emptorem. ff. de
iure dot. l. plerunque. & l. res in dotem. Sed ſi nō ſunt æſtima-
tæ, nō ſpectat ad virum periculum earum, vel euictionis aut
deteriorationis, ſed ad vxorem. d. l. plerunque. vbi dicitur
quòd ſi mulier attriuerit veſtem æſtimatam, vir æſtimatio-
nem reddet: ſed ſi erat inæſtimata, damnū & lucrum eſt mu-
lieris. Et hoc verum eſt, niſi conſiſtant in numero, pondere,
& menſura: quia periculum talium ſpectat ad virum. fructus
tamen & fœtus rerum dotalium nō æſtimatarū lucratur ma-
ritus vt ibi. quod tamen limita, ſi ſuſtinet onera matrimonij:
aliàs reſtituentur vxori. ff. de vſur. l. videamus. la ij. §. penul-
timo. & dicta l. plerunque. §. ſi ſerui. vbi etiam dicitur quod
fœtus pecorum dotalium pertinet ad virum: quia computantur in fructibus: ſic tamen vt ex fœtibus iam natis prius
ſuppleantur capita mortua. Vnde ibi fallit hæc regula Cuius
eſt emolumentum, eius debet eſſe periculum. Fœtus tamen
ancillarum dotalium non cedit viro: quia dignitas humanæ
conditionis facit vt fœtus ancillarum nō debeant fructuum
nomine cēſeri. d. §. ſi ſerui. Similiter nec cedūt ei lapicidinæ
vbi lapis non renaſcitur. Secus vbi renaſcitur, vt in Anglia,
Aſia: quia tunc ad virum pertinent fructus. Idem eſt in cretifodinis argentifodinis, & arboribus nō cædendis: in cædendis au-
tem ſecus: vt quia intra breue tempus renaſcuntur: quia
poſſunt dici fructus. Et ſic ſenſit Bartolus in l. diuortio. §. ſi
fundum. & §. ſi vir in fundo. ff. ſolu. matri. ex quibus deduco
duas concluſiones. ¶ Prima. Arbores cæduæ computentur in
fructibus: vt ſunt ſalices, & huiuſmodi: ſecus in fructiferis. &
intellige quantum ad partes cædendas. ¶ Secunda. Lapis non
renaſcens non eſt in fructu. ſecus ſi renaſcitur. Idem in creti-
fodinis, & argentifodinis. ¶ Et prædicta inducit ad talē quæ-
ſtionem. Maritus notarius locauit vxori vſumfructum omni-
um bonorum ſuorum. Quęritur igitur an ad illum pertineat
quod percipitur ex protocollorum explanatione? Et dicit
quòd non: quia quod ſemel tantùm percipitur, & non renaſci
tur, non dicitur eſſe in vſufructu: vt in d. lege, duobus. §. j. re-
ditus autem protocollorū eſt huiuſmodi: quia ex quo ſemel
eſt redditum, nūquam amplius aliquid percipietur: cùm non
ſit veriſimile quod percipiens illud perdat.
4 ¶ Tertiò † quæritur quantum ad reſtitutionem dotis vtrum
pater teneatur filiam dotare, & quantum, & quoties? Et dico
quòd dotare teneatur filiam ſuo conſenſu nubētem, & regu-
lariter contra eum poteſt officium iudicis implorari vt filiā
dotet. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & not. in l. obligamur. §. le
ge. ff. de act. & obli. & in lege finali. C. de do. promiſ. ¶ Quan
ta autem debeat eſſe dos: dico quòd etiam in modico poteſt
conſtitui: vt dicit gloſſ. in lege, imperialis. C. de nuptijs. in ver
bo, dotalibus. quod eſt circa medium. & quia dos ſuccedit lo-
co alimentorum: vt not. Bartolus in lege, Titio centū. §. Ti-
tio genero. ff. de condi. & demon. & per Bal. in lege prima. §.
ius naturale. ff. de iuſti. & iure. ideo ſecundum hoc æſtimabi-
tur: & fiet penſatis conditionibus, & alijs qualitatibus. ¶ An
autem pater teneatur filiam ſecundò dotare, ſi dotem con-
ſumpſit. Bald. in lege, ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolu
to matrimonio. dicit q ſic. Sed Bartolus hoc ibi putat verū,
ſi filia dotem perdidit ſine dolo & culpa: aliàs ſecus. Pro quo
eſt caſus. C. de colla. authen. quod locum, ibi filię poſsit impu
tari. Et pro hoc, dicit Bartolus quòd facit ſi pater dat filio le-
gitimam pro ſoluenda condēnatione ex forma ſtatuti: quòd
5 iterum ei dare vel relinquere nō teneatur. ¶ Quartò † quæ-
ritur, vtrum pater teneatur filiam dotare, quæ nupſit eo inui
to? Et Pan. in capit. j. de deſpon. impube. virtualiter ſic diſtin-
guit: Nam ſi nupſit indigno, non tenetur. gloſſ. eſt not. xxxij.
q. ij. in cap. fin. & xxxvj. q. j. in cap. de raptoribus. quod intelli-
ge, ſecundum domi. Anto. in cap. accedens. de procur. & Imo.
ibidē, ſi eſt indignus turpi indignitate: ſecus ſi eſſet indignus,
id eſt, non paris conditionis: veruntamen poterit minorem
tradere dotem ex conditione perſonæ. Et faciunt quæ ha-
bentur in lege, cum poſt diuortiū. §. gener. ff. de iure do. iun-
cta gloſſ. in lege, ſi voluntate. C. de do. promiſſ. Si autem eli-
git dignum vel non dignum: ſubdiſtingue. Nam aut promi-
ſit dotem: & ſic pater tenetur eam dotare: licet enim in tali
promiſſione non conſenſerit, tamen filia per hanc opinionē
releuat patrem à debito dotādi: & ideo tanquam in re patris
vertatur iſta promiſſio, tenebitur pater de in rē verſo. Ita di-
cit Bart. in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obli. per tex. in ſi-
mili in lege, & ideo. §. ſi. & l. filius. ff. de in rem verſo. Aut non
promiſit dotē: & ſic nō tenetur: quia ex quo inuenit ſibi ma-
ritum ſine dote: etiam maritus tenetur eam alere ſicut filiā:
vt in authentico, quibus mod. na. effi. legi. §. penul. no. Innoc.
in cap. per noſtras. de dona. inter vir. & vxo. & etiā ſi præmo-
riatur relictis filijs, tenetur ſibi relinquere quartam partem
bonorum ſuorum præfatus vir. Secus ſi filios non habuit: vt
no. gloſſ. in §. pe. ideo ceſſat vtrunque debitum in patre, ſcili
cet alimentorum & dotis: quia habet vnde ſe alat, ſcilicet ex
bonis mariti: & dos ſuccedit loco alimētorum: vt ſ. §. j. Et ita
tenet Bart. in d. §. lege. & Ang. in l. ſi ſocer. & Bald. in lege pri
ma. ff. ſolut. matrimonio. & in l. fin. C. de do. promiſſ. Et ſic li
mitat gloſſ. in cap. fin. xxxij. q. ij. quę dicit quòd tenetur eam do
tare, ſcilicet ſi promiſit. nō aliàs. Et, quæ dicta ſunt, procedūt
ſi filia nupſit ante xxv. annum, vt ibidem tenet Panor. Si au-
tem nupſit poſt xxv. annum, pater, inquit, nō poteſt illi aliquā
culpam imponere: ex quo tantum diſtulit collocare. Non ta-
men cogi poteſt ad præſtādum dotem, ſi nupſit ſine promiſ-
ſione dotis, ratione iam dicta. hæc ex illo. Et ſic videtur velle
quòd ſi nupſit poſt xxv. annum cum promiſſione dotis, tene-
tur pater illam dotare, etiam ſi nupſit indigno. Notat tamen
idem Panor. in d. c. accedens. quod talis mulier non excludi-
tur per hoc à bonis paternis, ſed habebit ſaltem legitimam:
nec in ea habebit locum ſtatutū, quo cauetur vt filia dotata
non ſuccedat in hac, quæ ſine dote nupſit inuito patre. Idem
Panormitanus in cap. Quintauallis. de iureiur. addit notabile
dictum Spec. quòd filiam, quæ luxuriæ erat dedita, volentem
pœnitere de peccato, pater alere tenetur: & conſequēter do-
tare: quia cauſa dotis fauorabilior eſt quàm alimentotum: vt
no. Cyn. in l. non omni. C. de admi. tuto. ¶ Quintò † quæritur, 6
vtrum frater teneatur dotare ſororem ex eodam patre gene
ratam? Et dicit Panor. in cap. peruenit. de arbi. communiter
teneri quòd ſic. quod no. gloſſ. de laico in l. cum plures. §. pe.
ff. de admi. tut. & in l. non omni. C. eo. tit. Et ratio, quia ſecun-
dum Cyn. in d. l. non omni. cauſa dotis fauorabilior eſt quàm
alimentorum: propter quod tenet Barto. in l. ſi. ff. de his qui.
vt indi. quòd pater poteſt relinquere filiæ ſpurię dotem: quia
dos ſuccedit loco alimentorum. & idem no. in authent. ex cō
plexu. C. de inceſt. nup. & in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij.
Vnde ſicut tenetur alimentare: vt ſ. Alimenta. §. iiij. ſic & do
tare in caſu neceſsitatis. In clerico autem idem dic à fortiori:
quia magis tenetur ad charitatē: vt in c. j. cum ibi no. de emp.
& vendi. Et ſi alia bona non habet: poteſt eam & aliam con-
ſanguineam dotare de bonis eccleſiæ, ſi eſt inops. quod pro-
batur per c. j. de coha. cle. & mu. & cap. omnino. confitemur.
xxxj. diſt. quia ſi per d. c. poteſt alere conſanguineos pauperes
de reditibus eccleſiæ: ergo fortius dotare: cùm cauſa iſta ſit
fauorabilior, vt dictum eſt quod verum credo, ſi conditionis
ſuæ modum non excedat. ar. c. negotiatorem. lxxxviij. diſtin.
Sic ergo qui tenetur alere, tenetur dotare. ¶ Sextò quæritur,
† vtrum vir conſtituere poſsit dotem vxori? Et dicit Panor. in 7
cap. & ſi neceſſe. de do. inter vir. & vxor. quòd non, poſt con-
tractum matrimonium: ante matrimonium verò poteſt: vt
lege prima, & quod ibi no. C de do. ante nup. niſi ſic ſit conſti
tuta, vt tunc dominium adipiſcatur, cùm matrimonium fue-
rit ſubſecutum: quo caſu non valet: vt in lege, quod ſponte.
C. de dona. ante nup. quia nec ante matrimonium dominium
tranſiuit cùm voluerit: nec poſt, eum non potuerit: vt ibi no.
gloſſa. Fallit hoc in plebeio dotante nobilem: quia videtur
donare, quaſi recompenſando cum nobilitate: quia poteſt: vt
ſuprà Donatio ſecunda. §. primo.
¶ Septimò † quæritur, vtrum frater, qui viuente patre de bo- 8
nis paternis filiam dotauit, teneatur illam dotē cōferre mor-
tuo patre? Et videtur quòd ſic, per legem, certum. fam. erciſc.
& lege finali, cum ibi not. ſecundum Bartolum in lege fin. C.
de do. promiſ. dicit caſum ſingularem vt non computet. Sed
ego do tibi gloſſam in lege, dotem. ff. de colla. bo. quę dicit:
Si tempore mortis patris cōſtabat matrimoniū, non eſſe cō-
municandum. allegat legē, filium. de colla. bono. & legē pri-
mā. §. ſi. ff. de collat. dotis. ¶ Octauò † quæritur, vtrum pater 9
dare poſsit in dotem rem emphyteuticam ſine domini cōſen
ſu? Et dicit Spec. titulo, de locato. §. nunc aliqua. quòd ſic: non
tamen plus iuris transfert quàm habeat ipſe: vt in capite nu-
per. de dona. inter virum & vxorem. nec ſoluet laudemium:
quia eſt alienatio neceſſaria, ſecundum Gulielmum & Barto
lum in lege, & ideo. ff. de condictione furtiua. Et dari poteſt
in dotem, etiam extraneæ, ſi inæſtimata detur: & ſoluet lau-

demium:ſed æſtimata dari non poteſt, niſi filiæ. ¶Nonò
10 quæritur,† vtrum feudatarius ſimpliciter poſsit? Et dicit Ioannes And.in dicto cap.nuper.quòd non.Innocen.autem ibi tenet quòd ſic.& eum ſequitur Panor.ibi.& idem dicit in donatione propter nuptias.Sed vera eſt opinio ſecunda in feudo,in quo filia ſuccedit:& prima in eo,in quo non ſuccedit: quia ſic eſt ratio diuerſa ab emphyteuſi,in qua filia ſuccedit.

11 ¶Decimò,† vtrum vir repellere poſsit vxorē non ſoluta ſibi dote promiſſa? Et ſentit Hoſtien.quòd ſic,in cap.per veſtras. de do.inter vi.& vxo.quod intelligo quo ad traductionem & alimenta præſtanda:quia dos propter onera matrimonij ſuſtinenda datur:vt in dicto cap.per veſtras.& in capit.ſalubriter.de vſur.& in lege,ſi cum dotem.§.ſin autem.ff.ſolu. matrimonio.& conſequenter poteſt hæc onera recuſare, ſi non habet vnde ſumat emolumenta.Bonus text.eſt ibi.& Bald.in lege fin.C.ad Velle.poſt Cyn.in lege,vxorē.C.de nego.geſt. & Bartolus in tract.de aliment.Et ſi poſſeſsio ei detur in pignus,non debent computari fructus in ſortem,ſi dicta onera ſuſtinet,vt in dicto cap.ſalubriter.Ex quo conclude eum nō teneri ad traductionem,dote prius non ſoluta.Secus de coniugali debito.Si autem eam ducat ſine dote,tenetur eam alere de ſuo ſecundum ſtatum ſuæ perſonæ:vt not.& volūt Innocent.& Hoſtien.in dicto cap.per veſtras.& gloſſ. in dicto §.ſin autem.& facit tex.in lege,quod ſi nulla.ff.de reli.Et ratio eſt ſecundum Innocen.quia perſonam ſuam pro dote dedit:vt in authentico,quibus mo.na.effi.legi. §.pe.& ff.vt in poſſeſ.lega.l.pe.dicitur quòd vxorem debet alere vt filiam.

12 ¶Vndecimò † quæritur,de proprietatibus dotis conſtitutæ quantum ad diſtractionem, vtrum poſsit alienari? Et dico quòd mulier dotem conſtante matrimonio donare non poteſt:vt eſt tex.in lege,conſtante.C.de do.ſecundum gloſſ.ibi, ipſam autem actionem,ſiue ſpeciem, vel etiam dotem promittere poteſt.de qua gloſ. Barto. ibi facit magnum feſtum. nec quando mulier donat,requiritur præſentia mariti aut filiorum:vt in lege,velles nécne.C.de reuo.do.Fundum etiam dotalem maritus alienare non poteſt,niſi eo modo quo in caſibus,de quibus in fine huius §.& hoc etiam cōſentiente vxore:vt no.in l.Iulianus.ff.de fundo dot.& C.ad Velle.authentica,ſiue autem.nec etiam dare in hypothecam:vt l. vnica.§. & cùm lex.C.de rei vxo.act. Quod verum eſt,niſi iuramentum interueniat ſine vi & dolo præſtitum de non contrauueniendo:vt in c.cum contingat.de iureiur.& in cap.licet. eod. titu.libro ſexto.Et ſi primò iurauit alienationi non cōſentire,niſi ex cauſa rationabili & iudicis authoritate, & poſtea conſentit ſine dicta authoritate,& iurat nō contrauenire:ſeruabitur primum iuramentum,ſecundum Hoſti.in dicto cap. cum contingat.de iureiur.& capit.ea te.&c. intellecto.Et ſi iurauit rem dotalem alienatam non repetere,ſeruare debet iuramentum,ſecundum Hoſtien.nec propria temeritate debet contrauenire. Et ſic intelligit dictum c. cùm contingat. papa tamen reſtituet eam proprio motu,ſi iuramentum interuenit vi,aut dolo præſtitum:quod ſecūdum eundem Hoſtien. conſtabit ex perſpicuis indicijs,cōſiderata perſonarum qualitate.Nā aut mulier eſt virago : & nō præſumitur coacta.Aut eſt naturę debilis,& vir ceruicis duræ & ferocis faciei:& tūc iudex attēdet an exigēte vera neceſsitate ſit res alienata:& tūc bn̄ eſt.Aut vitio ꝓdigalitatis viri:& tūc alienatio eſt ſuſpecta.Itē mulier probabit minas viri,& fortè verbera. Quibus omnibus concurrentibus mulier abſolutionem poterit impetrare.Et ſi ad iuramentum inducatur coram iudice:& veniēs ad aurem eius dicat quòd inuita conſentit,& iurat:iudex hoc ſuſtinere nō debet,ſecundum Hoſtien.& ſi ſuſtinuerit,præſumitur pro muliere. extra de his quæ vi,me.c. j.In dubio autem tenendum videtur iuramentum:quia in dubijs tutior via eſt eligenda.de ſpon.iuuenis. vel relinquetur arbitrio papæ:quia quod ille voluerit, tutius erit:nec aliter agere poterit,niſi abſoluta per eum. ¶Conſilium † autem generale gratia mulierum & parentum earum eſſe videtur, vt quando nubunt,iurent quod nunquam cōſentient alienationi rei dotalis,niſi cauſa corā iudice cognita,& probata,ſcilicet neceſsitatis naturæ inſtantis:quia tunc nullo alio iuramento tenebuntur,cùm ſit contrarium primo licito & honeſto.de iureiur.ea te.Et poteſt addi quòd ſi vnquam contrauenerit, non valebit.hæc ex Hoſt.Res autē mobiles vir poteſt alienare,ſecundum Hoſtiē.quia non eſt prohibitum:& ſimiliter paraphernalia,ſecundum Inno.ſi dominium eorum eſt tranſlatum in illum:aliàs non.ff.de iure dot.l.ſi ego. ¶Sed prædicta ſic intellige:quia in tali alienatione prętito iuramento tali,ſemper ipſa valet,& iuramentum ſeruandum eſt,propter ea quæ in d.c.cum cōtingat.no.gloſſ.& doc.ſed ſine iuramēto, licet regulariter nō valeat alienatio,tamen valet in caſi. Vnde,vt refert Aſten. li.viij.titu.lx.quidam circa rem dotalē immobilem,puta domum,vel agrum,ſic diſtinguunt. Si eā ſit æſtimata,vir eā poteſt alienare,quia eſt emptitia:niſi æſtimatio facta fuiſſet vt ſciretur rei valor : vt ſic ſoluto matrimon.appareat vtrum ſit deteriorata,vel huiuſmodi.C.de iur. do.l.ſi inter.Si verò non ſit ęſtimata,alienare nō poteſt,niſi in his caſibus. ¶Primò,ſi prouocetur ad diuiſionem fundi dotalis à ſocio qui cum eo habet illum communem: ipſe tamē ſocium ad diuiſionem prouocare non poteſt.C.de fundo do. l.fi. ¶Secundò,ſi alienet cū vniuerſitate:vt ibidem.l.j. ¶Tertiò,ſi alienet ex neceſsitate: vt ibi. ¶Quartò, ſi conuertat in vtilitatem vxoris:vt ibi.l.vlti. ¶Quintò,ſi vxor alienationi conſentiat ſecundò poſt biennium.d.c.cum contingat.in gl. dūmodo ſint aliæ res viro,ex quibus cōſuli poſsit.C.ad Velleia.authen.ſiue à me. ¶Sextò,ſi ſemel tantum conſentiat,& cum hoc iuret:& hoc ſiue per ſe,ſiue per procuratorem,ſecūdum Ioan.And.cui dederit ſpeciale mandatum. de procurat. c.ſi.lib.vj.& de hoc ſupra dictum eſt. ¶Duodecimò † quæritur, quæ ſint priuilegia vel proprietates dotis? Et dico quòd ſunt multa. ¶Primum.Nam omnia bona viri ſunt tacitè hypothecata pro dote.de pig.ex literis.imò etiam pro bonis paraphernalibus ſecūdum Pan.in cap.ex literis.de pig.quādo ipſe habet illorum bonorum adminiſtrationem. C.de pac.conuen.l.vlti. Secus ſi mulier habet illa bona penes ſe.Pro quo etiam vide gloſſ.in d.c.ex literis.quæ vult quod bona prælati ſint tacitè obligata eccleſiæ pro mala adminiſtratione:& ſic poterit eccleſia agere contra tertium poſſeſſorem, ſicut agit mulier pro dote. ¶Secundum, quia nō perditur propter maleficium viri,etiam ſi ſit crimen læſæ maieſtatis.C.ad legem Iuliam maieſt.l.quiſquis.& in dicto cap. ex literis. nec etiam patris,vt not.ibi gloſſa.quod tamen fallit in vxore primipilarij in eo officio delinquētis.C.quibus modis pign.tac. contraha.lege,ſatis notum.& C.de primipila.lege,vtilitas. ¶Tertium, quia præponitur omnibus creditoribus etiam prioribus,qui habent perſonales actiones, vel etiam tacitas hypothecas,niſi in ſimili iure:vt quia petunt dotem præcedentem : vt lege, aſsiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. Secus,ſecundum aliquos,in habentibus expreſſas: vt notat gloſſa in dicta lege,aſsiduis.& Dynus in regula,qui prior.libro ſexto. Et hoc tenet accurſius in dicta lege,aſsiduis.& Bartolus,qui dicit quod malum eſſet ſententiare contrarium. Et hoc ſequitur Summa Roſella contra Angelicam,quæ dicit tenendum eſſe cum Panormitano in dicto capite,ex literis. quòd ſi cōſuetudo eſt aliqua,illa ſeruabitur. lege,ſi de interpretatiōe.ff.de legi.cum ſi.Si verò eſt fauore



mulierum:debet præferri etiam habentibus expreſſas hypothecas:quia mulier vincit eum qui ad refectionē rei dedit:vt in auth.quo iure.poſita ſuper d.l.aſsiduis,qui tamen præfertur anterioribus habētibus expreſſas hypothecas : vt l.interdum.qui po.in pign.hab.ſi autem vinco vincentem te:multo magis vinco te:vt in l.de acceſsionibus.ff. de diuer. & temp. præſcrip.vel ad minus caſus eſt dubius : & in facto dubio potior eſt cōditio dotis.de re iudi.cap.fin.& no.in c.ex literis.de proba.Cum hac opinione eſt Pet.& Cy.& Io.And.& Mar.in d.l.aſsiduis.& Iaco.de Are.& Guid.de Suza. Et hanc opinionem ego tenerem quo ad hypothecas expreſſas præcedentes quidem tempus. quo mulier habet ius repetendi dotem propter fauorem viduarum,ſi ſequatur dotis inſtitutionem, ſiue collationem:ſed ſi præcedant conſtitutionem dotis,tenerem opinionem priorem: quia lex nō cōfert vni beneficium cum diminutione iuris alterius.l.ij.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco public. Et ſi dicatur quòd ius anteriorum minuitur etiam in tacita hypotheca:dico quòd tacita inducitur à lege: & ſic dicitur tacita,quia beneficio legis inducta:lex autē potuit ſuum priuilegium reſtringere præferendo priuilegium mulieris. Secus in expreſſa, quæ habetur facto contrahentium.Et iſtud priuilegium,quòd ſcilicet præferatur creditoribus,tranſit ad filios eius, ſecūdum Alexandrū de Imo.in l. etiam.ff.ſolu.matrimo.& ibi eſt glo.& alia in l.j. C.ad priui. dot.licet Barto. dicat contrarium : cuius tamen opinio poteſt intelligi vt non loquatꝰ de hæredibus ſuis,vt ſunt filij,ſed de extraneis,qui nō habent hoc priuilegium: vt in l.vnica.C. de priui.do. ¶Quartum.Nam eccleſia poteſt ſe impedire de dote,non ſolùm in fauorem viduarum, vt in cap. nuper. de donatio.inter virum & vxorem.ſed etiam mariti ſibi dotem promiſſam:vt in cap.per veſtras.eodem tit. & facit quod no. Innocentius in cap.lator.qui fil.ſint legiti. quanuis alij contrarium teneant, niſi acceſſoriè. ¶Quintum. Quia viro ad inopiam vergente iudice iubente poteſt dari pecunia dotalis mercatori,cum pacto vt capitale ſit ſaluum,& de lucro percipiant vir & vxor partem honeſtam compenſato lucro cum damno,ſine vſura:vt in d.ca.per veſtras.Et ita tenet Ioannes Andreas & Card.in d.c.per veſtras.& Fulg. in l.cum duobus. ff.pro ſoc.§.item ſi in facto.& Baldus in quodam conſilio incipiente,viſo inſtrumento.Hoſtien.in Sum.de vſur. §.an aliquo.Panormitanus in cap.nauiganti.de vſur. dicit ſe dubitare:ego verò dico,ſi capitale ſit ſaluum,contractum eſſe vſurarium.nec opinio prædictorum habetur ex dict.cap.per veſtras ſed potius oppoſitum,iuncta gl. cum nominat lucrum honeſtum.quod eſſe non poſſet,ſi eſſet vſurarium.de quo tamen vide infrà Societas. ¶Sextum.Quia ratione dotis,quam vir habet pro oneribus matrimonij:à tempore contracti matrimonij tenetur vxori de expenſis intus & extra, ſecundum quantitatem dotis.ff.famil.erciſcun.l.ſi maritus. etiam ſi dotem non habet,vel perdidit culpa ſua.Si tamen mulier ſponte recedit,ſecundum Petrum de Pal. nō recuperat expenſas, niſi à tempore quo rediens non eſt admiſſa:nec ſponte vagantem idem dicit tenetur ad expenſas,niſi quando ex iuſta cauſa vagatur,puta propter nimiam ſæuitiam viri,vel huiuſmodi:vel quia vir ad longinqua vadit:& eam mittit ad parentes cauſa honeſtatis. ¶Septimum. Quia habens cognoſcere de matrimonio,habet cognoſcere de dote tanquam de acceſſorio.extra de donationibus inter virum & vxorem.c.j.ij.& iij. ¶Octauum. Quia fundus dotalis alienari non poteſt, vt dicetur §.ſequenti.

13 ¶† Decimotertiò quæritur, vtrum donatio propter nuptias habeat dicta priuilegia dotis? Et dicit Panormitanus poſt Innoc.in cap.ex literis. de pigno. quòd aut mulier agit ad donationem propter nuptias,tāquam ſibi ſpecialiter obligatam pro dote:& tunc habet priuilegium dotis: quia agit potius pro dote quàm pro donatione propter nuptias. Si verò agit vt eam lucretur: ſic licet bona mariti ſint ſibi tacitè obligata, tamen non gaudet : quia ceſſant rationes priuilegiorum dotis:ſed bene habet tacitam hypothecam.l.vbi. C. de iure do.intellige cōmunem,non priuilegiatam:vt præferatur alijs habētibus eam,niſi ſint poſteriores. De paraphernalibus autē infrà loco ſuo. Hoc tamen habet hæc donatio commune cum dote,quod alienari non poteſt,etiam conſentiente vxore:vt in d.c.cum contingat.nec alienatio valet,niſi mulier iurauerit non contrauenire eo modo, quo de dote dictum eſt:vt in d.c.cum contingat.& eod.titu. c.licet.lib.vj.

¶† Decimoquartò, quantum ad proprietates dotis, quando 16
circa eam fit mutatio poſtquā viro data eſt ante diſſolutionem matrimonij vel poſt:quæritur vtrum vir lucretur dotem propter adulterium vxoris,maximè ſi ſequatur homicidiū, vel alio modo? Et dico multa. ¶Primum. Vir ꝓpter adulterium corporale vxoris dotem lucratur, & dotalitium, id eſt, partem,quam lucratura erat de donatione propter nuptias, ſecundum gloſſ.vel bona paraphernalia, quæ maritus reſtituere tenebatur,ſecundum eandem,ſi per ſententiam diuortium fiat.de dona.inter virum & vxorem.c.plerunq;.& etiam per exceptionem,ſi eam propria authoritate expellit,adulterio exiſtēte manifeſto,vt dictum eſt ſuprà Adulterium.§.vj. & ſimiliter ſi ipſa ob adulterium ſponte ab eo ſine alio iudicio diſcedit:vt in d.cap.plerunque.& ſimiliter ſi intrauit balneum cum viro alieno,ſecundum glo.lxxxj.diſtin.non oportet.Et idem videtur vbicunque de adulterio eſt ſuſpicio violenta:quia probationem facit: vt xxxij. q.j. dicit dominus.& econuerſo intellige quòd mulier lucratur donationem propter nuptias,ſi vir intrat balneum cum alia, ſecundum eandem glo.quæ alleg.l.vlti.C.de repu.& à fortiori intellige in ſuperioribus caſibus:vt ſi adulteretur.& hoc probat Panormitanus in d.c.plerunque.& eodem modo agere poteſt mulier:quia quo ad hoc ad paria iudicantꝰ. de diuor. gaudemus.

¶Sed hæc limita primò,niſi deinde recōciliatio ſit ſecuta:vt *Limitatio.*
in d.cap.plerunque.Secundò,ſi alter fidem fregit, etiam inſcio reo:quia in conſcientia quo ad lucrationem dotis vel donationis propter nuptias credo quòd habeat locum illud. ff. ſolu.matrimo.l.viro.paria delicta mutua compenſatione tolluntur. cum concordantijs ibi poſitis. & ff.de dolo. l.ſi duo. cum alijs concor.& de adulte.intelleximus.cum alijs concordant.Et intellige paria,quo ad grauitatem ſpecificam : puta quia vtrunque eſt adulterium:non autem quo ad grauitatem accidentalium circunſtantiarum:quia vxor viro,& econuerſo grauius aliqua ratione fornicando peccat,ſecundum Sanctum Tho.iiij.diſtinctione xxxv. Tertiò,ſi mulier non habet filios:quia tunc filij habebunt dotem quo ad proprietatem, & alia bona ſuę matris,ſecundum Ioannem And.in cap.plerunq;.facit auth.ſed hodie.C.de adulte. Quartò,ſi agatur ciuiliter,& non criminaliter:quia, ſecundum Panormi.in cap. gaudemus.de conuer.coniu.ſi vir contra adulteram agat ciuiliter, ſeparatur matrimonium quo ad thorum,& lucratur dotem:vt in d.cap.plerunque.& monaſterio,in quo aliquando,vt dictum eſt ſuprà Diuortium.§.iiij. detrudenda eſt, nihil poteſt applicari.Si verò agat criminaliter.vltra detruſionem duæ partes dotium applicātur liberis,ſi quos habet:tertia monaſterio.Si verò non habet liberos,ſed parentes:duæ partes applicantur monaſterio,tertia parentibus.& ſi parentes non habet,omnia applicantur monaſterio, vt in authen.

ſed hodie.C.de adulte.Et ſic vtilius eſt marito accuſare ciuiliter quàm criminaliter.Quintò,ſi mulier ſuper hoc in iudicio ſit condemnata,ſecundum Archid.poſt Ioan. Cal.& Panormit.in cap.fin.de adult.quia ad pœnas,inquit,legum quis non tenetur,niſi poſtquam fuerit adiudicatus,id eſt, per iudicem condemnatus,ſecundum Sanct.Tho.& Ray.Et hæc limitatio locũ nõ habet in caſu dictæ exceptiõis.Sextò limita, ſi iudex ſeparans ſit eccleſiaſticus:ſecus,ſecundum Panormitanum in dicto cap.plerunque. ſi ſit ſecularis:quia non eſt in hoc competens,quando agitur ciuiliter:vt in ca. tuæ.de procur. ¶Secundum. Si maritus vxorem in adulterio,propter quod debeat dotem lucrari,repertam interficit,perdit ipſum lucrum,vt dicit Barto.ſecundum glo.in l.ſi ab hoſtibus.ff.ſolu.matrimo.quia non licebat ſibi interficere.Et per hoc dico quòd ſi interficere licuiſſet ex conſuetudine vel ſtatuto , dotem non perderet:vt in l.quid ergo.§. ſi hæres. ff. de legat.j. quam legem nota:cùm per totam Italiam ſint ſtatuta quòd vxore prædecedente vir lucratur certam partẽ dotis: vt eam nõ lucretur ſi vxorem occidit.hæc ille.Nec obſtat l.ſi quis in graui.§.ſi tamen.ad Sil. quia ignoſcitur ei ad minorem pœnam,nõ vt in totum releuetur:vt l.j.ff.de ſicar.& l.ſi adulterium.§.Imperatores.ff.de adult.&per hoc habes concordare text.quia videntur adiuuicem contrariari: q̃a debent intelligi quòd marito parcitur:ſed non omnino. ¶Tertium.Si autem eam non interficit,ſed erat infirma , ſed maritus voluit medicum ducere:aut conducit eum , qui vnam literam non ſciebat:dicit gloſ.in d.l.ſi ab hoſtibus.quòd perinde indignus eſt,ac ſi occidiſſet illam. & idem tenet ibi Bart.Et idem dicendum eſſet ſi mulier eſſet furioſa, & præcipitauit ſe.quo caſu nihil lucrari debet maritus.quod intellige ſi fuit in dòlo vel culpa non obſtando cùm poſſet. Et ſimiliter idem dicit Bartolus econtrario ſi mulier occidit virum:vt repetere non poſsit:quaſi culpa eius matrimonium ſit ſolutum.C.de repu. l.conſenſu.¶Quartum.Hæres mariti non poteſt vxori obijcere adulterium ad effectum impediendi reſtitutionum dotis,ſecundum Bartolum in l.rei iudicatæ.ff.ſoluto matrimonio.per illum textum.ex quo tacuit in vita. & placet Panormitano in di.cap.plerunque. tamen cùm de hoc ſint opiniones , videtur approbanda diſtinctio domini Signorelli de Homodeis:quam recitat dominus Ioannes Anton.de ſancto Gregorio in d.cap.plerunque.Nam aut maritus viuens ignorauit adulterium:& ſic poſſent hæredes excipere de adulterio,& dotem retinere:cùm maritus non poſsit videri diſsimulaſſe,& remiſiſſe:nec enim potuit iniuriam remittere quam ignorabat.l.nihil intereſt.§.ſi cũ filius.ff.de inofficio. teſtamen.& l.mater.§.j.eo.titu.& l.legitimam.ff.de petit.hæred. & l.vtilitatem.ff.de confirmat.tut. Et idem eſt ſi dubitatur an ſciuerit:quia præſumitur ignoraſſe.l.j.§.illud. ff.de liber. agnoſcen.& l.mariti.ff.de adulte.& l.verius.ff.de probation. Si autem maritus ſciuit,& non eſt conqueſtus vt potuit iure nouiſsimo,etiam conſtante matrimonio. auth.ſed nouo iure.C.de adul.ſed vxorem retinuit,cùm fuerit leno.l.ſine metu.C.de adulterijs.ſic cùm hæredes tractent de lucro captando,contra ipſos replicabitur de lenocinio mariti. lege , cum mulier.ff.ſoluto matrimonio.&ſic paria delicta mutua compenſatione tollentur.facit quod notat Innocentius in dicto cap.intelleximus.de adulterijs.& Iacobus de Aret.in dicta l. cum mulier.& in l.rei.§.j.ff.ſoluto matrimonio. Si verò poſt ſcientiam vxorem non retinuit: tunc ſi quæritur de delicto principaliter,hæredes non poſſunt conqueri : imò accuſatio debet fieri,& inſcriptio,cum modificatione tamen,quam facit glo.in auth.vt liceat mat.& auiæ.§. quia verò. Si verò ſecundariò,ſic poſſunt:vt repellant petitionem dotis:vt in l.ſi.lio.§.Seia.ff.de ali.leg. ¶Quintum. Amiſſa dote à muliere propter adulterium , ſi deinde conſtet de impedimento tali quod matrimonium erat nullum , puta de conſanguinitate, ſecundum Tancre.ipſa dotem recuperat.Et hoc placet Summæ Angelicæ,ne pœna excedat caſum ſuum.Oppoſitum tenuit Summa Roſ.ac Supple.cum Hoſt.Goſ.Laud.Bern. Ioanne,& Summa Piſa.& hoc tenendum eſt, propter rationes gloſſ.in d.cap.plerunque.maximè per l.ſi vxor. ff.de adulterijs.vbi dicitur quòd nec matrimonium nec ſpeciem matrimonij violare licet.Et licet modò appareat quòd non fuerit matrimonium:mulier nihilo minus punienda eſt propter intentionem cum opere ſubſecuto:de bigamis.c.nuper.& cap.finali.& etiam vt auferatur cæteris materia delinquendi,& excogitãdi falſam probationem contra matrimonium.Nec tamẽ pœna excedit caſum ſuum:quia hæc fuit adulteraverè quo ad Deum,id eſt,in ſua conſcientia : & quo ad homines, id eſt opinatiuè.¶Secundum.Si duo contraxerint ſcienter in ſecundo gradu conſanguinitatis,non ſcienter contra iuſ,dicti ignorantia iuris hoc ꝓhibentis,ſecundum Ioannem And. vt refert Panormitanus in cap.& ſi neceſſe. de donation. inter virum & vxorem.iſti puniri debent pœna adulterij vel inceſtus,ac perdere dotem ac donationem propter nuptias. Nec excuſat iuris ignorantia etiam fœminam: cùm illa non excuſetur,niſi in caſibus iure expreſsis:vt eſt tex.notabilis in l.ne paſsim.C.de iur.& fac.igno. Secus ſi erraſſent in facto: puta quia credidiſſent diſpenſatũ.& ſic cõmuniter tranſeunt doc.vt dicit Panor.& videntur tenere Legiſtæ in l.qui cõtra. C.de inceſt.nupt.& in l.auunculo.ff.de condic.ſine cauſa.Sed Barto.ibi tenet contrarium,ſequendo opinionem Ioan.quia ignorantia iuris excuſat à pœna amiſsionis bonorum:& hoc per authen.inceſtas.C.de ince.nup.vbi pœna imponitur ſcienter cõtrahentibus.& facit l.ſi adulterium.ff.de adulterijs. vbi errantes in iure excuſantur à pœna inceſtus & adulterij. Et hanc opinionem ſequens Panor.& concludens poſt Bar.hãc materiam in tria mẽbra:dicit quòd aut agitur de pœna adulterij vel inceſtus,& error iuris excuſat:dicta l. ſi adulterium. Aut agitur de pœna perditionis propriæ ſubſtantiæ vt dotis, & donationis propter nuptias:& eſt idem:argu.d.authen.inceſtas.Aut agitur de pœna perditionis lucri : & non excuſat: vt d.l.qui contra.Et hanc opinionem tanquam mitiorem teneo,cùm ſimus in pœnalibus:addens ſecundum Bartolum in l.deſcriptionis.C.de impo.luc.deſcriptio.libr. decimo.quòd dos & donatio non dicuntur tituli lucratiui reſpectu eius,cui datur,& ſic accipientis:ſed reſpectu eius,pro quo datur,bene eſt titulꝰ lucratiuus:vt l.finali.§.primo.ff.de his quæ in fraudem creditorum. Angelus autem in additione ad dictam legem,deſcriptionis.dicit ibi eſſe textũ expreſſum ꝙ maritus, qui lucratur dotem propter adulterium,vel tertiam partem eius,ex ſtatuto,decedente vxore ſine filijs in matrimonio,nõ habet eam ex cauſa lucratiua:vnde non eſt neceſſe quòd lucrum illud faciat inſinuari:nec gabellam ſoluat , quæ ſoluitur de rebus quæ ad alium perueniunt ex cauſa lucratiua.

¶Septimum.Vidua ſtuprum committens & dotem repetens à fratre vel hærede mariti, de rigore iuris repelli poteſt per exceptionem de fornicatione,ſecundum dominum Ioannem Andream in dicto capite,plerunque. & perdet dotem:& ſic remanebit apud fratrem vel hæredes mariti propter offenſam factam defuncto,per textum cum gloſſa.& per illud no.Bartolus l.penult.C.de adulterijs.& ff.de litig.l.ſi.& ſi a iniur.l.filio.§.& ſi forte.& ita determinat Pau.de Caſt.conſ. cxix.¶Octauum.Pater,qui dedit dotẽ pro filia , perdit eam pro adulterio filiæ,ſi nõ eſt ſtipulatus eam ſibi reddi: & ſibi imputet,ſecundum Ioannem And.d.c.plerunq;.& Accur.in l.conſenſu.C.de repu.& in l.ſi dotem.C.de iure do.ſed Dynus per l.ij.§.item ſi voluntate.ff ſolu. matrimo. dicit quòd non præiudicatur patri,quin poſsit agere pro dote,ſi filia eſt in patris poteſtate.Et ſimiliter tenet domi.And.in d.cap.plerunque per l.finalem.C.de repud.Sed pro his Arch.& Pet.de Palu.in quarto,ſic recitat & tenet. Quando vxor diuortio facto propter adulterium ſuum dotem perdit : ſi ipſa erat filiafami.id eſt,in patris poteſtate conſtituta ,& dos erat profectitia,id eſt,de bonis patris profecta, vel aliàs quandocunque dos erat ad patrem recaſura,pater non perdit eam propter delictum filiæ:quia non debet pater portare iniquitatem filij.Sed ſi non erat recaſura ad patrem , quamuis ab eo profecta eſſet:quia ea mortua rehabiturus non erat,tunc maritus eam lucratur.Et ſic intelligit Hoſtien.C.de adulte.l.vltim.ad fin.& extra de diuor.l.cõſenſu.Quando tamẽ dos erat ad patrem reditura:perdit eam quandiù viuit adultera filia: & vir dotem tenebit:ſicut etiam non potuiſſet eam pater repetere illa non adulterante:nec debet ipſe ex filiæ delicto lucrari:poſt mortem tamen adulteræ dos redibit ad patrem. ſicut ſi prælatus eccleſiæ committat felloniam,id eſt,coniuret contra dominum : quandiu ipſe viuit , eccleſia feudum perdet:quo mortuo, ad eccleſiam redibit:nec delictum perſonæ redundet in eccleſiæ damnum. Ex his ſequitur quòd ſi vir committat crimen læſæ maieſtatis , propter quod dona eius confiſcentur , & ipſe nudus exulet : vxor dotem perdit quandiu viuit eius vir : ne per eius delictum lucretur vxor quod prius non habebat:interim tamen fiſcus tenetur ei prouidere neceſſaria loco viri:quo mortuo dotem integrè rehabebit,& dotarium ſuum.hæc ex illis.¶Nonum. Vir expellens vxorem authoritate propria propter adulterium non notorium,tenetur ſoluere mutuum quod mulier accepit pro alimentis:quia tale adulterium non priuat ipſo iure alimentis,niſi ſententia lata .ff de don.l. poſt contractum . cum ſua materia.Et quod dictum eſt , mulieri obſtare exceptionem adulterij:verum eſt quo ad futura: ſed non quo ad alimenta,quæ debentur ante ſententiam latam:de quo in lege , inſtituta.ff.de ino.teſta. Dicit tamen Petrus de Palude quòd adulteræ nihil tenentur præſtare , niſi ipſa replicet de conſimili:ſed intelligitur quando eſt adiudicata vel notoria.

¶Decimum.Propter adulterium ſeu fornicationem ſpiritualem,puta hæreſim,vir & vxor perdunt ſimiliter dotem & donationem propter nuptias,ſecundum Panor.in cap.fi.de conuer.coniug.pro quo l.conſenſu.C.de repud.

17 ¶Decimoquintò,† quot modis vir lucratur dotem vxoris? Et dico quòd tribus. Primò,ex pacto:vt ſi paciſcatur de tota dote vel eius parte lucranda poſt mortem vxoris.C.de pact.conuen.lege,ex morte.in principi.& in authentica ibi poſita.Secundò,ex lege:& hòc dupliciter, ſcilicet ex adulterio , vt dictum eſt §.priore,per totum. & vxor moriatur inteſtata deficientibus liberis & propinquis,quo caſu vir ſuccedit vxori, dotémque lucratur, & econuerſo eſt:vt infrà Hæreditas,primo.§.ſecunda:vt C.vnde vir & vxor.lege prima. In alijs autem caſibus dos ad mulierem redit,& ad virum donatio propter nuptias,niſi ſecus obtineat conſuetudo.extra de don.inter virum & vxorem.lege,donatio.§ ſanè. Tertiò, aliquando ratione conſuetudinis: vt dictum eſt ſtatim.

18 ¶Decimoſextò, † quæritur , vtrum conſtante matrimonio poſsit vxor dotem repetere marito vergente ad inopiam, vel alio caſu? Et dico quòd ſic,in multis caſibus.

¶Primò,viro in inſulam deportato.cuius affectionem mulier non mutauit , ſecundum Petrum de Palu.in quarto, diſtinctio.xlij.¶Secundò,viro bannito de regno.C.de iure dot. lege,vbi.& hoc non eſt dubium,ſecundum Bartol.in lege, ſi conſtante.ff.ſoluto matrimon.ſi perdidit omnia bona ſua: quia publicantur,cùm ſit perfecta inopia.& idem credit parte bonorum publicata : vt l.ſi marito.ff.ſoluto matrimon.& idem finaliter credit,ſi nihil de bonis eius publicatum eſt,per authenticum,de æqua.do.quia talis incipit malè vti ſubſtantia ſua:cùm peregrinatio ducat ad paupertatem.

¶Tertiò , viro ad inopiam vergente etiam ſine culpa:modò ipſa non ſit eam conſumptura:vt in dicta lege, vbi . & eſt communis opinio Legiſtarum,vt refert Panorm.in c.per veſtras.de dona.inter virum & vxor.quod idem Petr.intelligit non de inopia æris:quia tunc ſub tali cautione , quam præſtare poteſt,committenda & dimittenda eſt dos: ſed de inopia mentis : vt quando incipit eſſe prodigus & dilapidator : & quia tunc cautio parum valeret.Et idem ſentit Panorm.in c.per veſtras.de do.inter virum & vxorem. vbi dicit quòd de iſta cautione prouidit ius canonicum,non ciuile. Et non ſufficit cautio iuratoria,ſecundum Ioannem And . quam quilibet pręſtare poteſt,quãtũcunque pauper:cùm text.ibi dicat, quam poteſt.Ex quo ſumitur limitatio ad totum titulum C.ne fideiuſſores dotium dentur:ſcilicet niſi maritus vergat ad inopiam.Pro hoc ſcito quòd circa hoc emanarunt varia iura.Nam primò ſancitum eſt quòd ſi ſubſtantia mariti non ſufficit ad ſatisfaciendum doti & creditoribus, poteſt vxor dotem repetere.ff.ſolut.matrimo.l.ſi conſtante.Deinde ſancitum eſt quòd hoc poſsit,ſi maritus ita ſe gerat ꝙ vergat ad inopiam.C.de iure do.l.vbi.quæ diſpoſitio eſt latior:quia nõ requiritur vt ſubſtantia mariti nõ ſufficiat:ſed ſatis eſt quòd vergat ad inopiã:vt puta,quia eſt nobilis,& vult facere ſumptus vltra facultates.Deinde ſancitum eſt quòd hoc poſsit ſi maritus malè incipit vti ſubſtantia ſua:vt in authẽ. de æqua. do.quę diſpoſitio adhuc eſt latior:quia ſuppoſito quòd non vergat ad inopiã,puta quia ditiſsimus eſt:ex quo tamẽ malè vtitur ſua ſubſtantia,poteſt mulier dotem repetere.& ibi gl. ſentit id quod Bart. dicit in d.l.ſi cõſtante.ſcilicet quòd hoc poteſt quando vir incipit depauperari.& ſecundum opinionem vulgi ad inopiã vergere:quia res dicitur malè geri quãdoq; reſpectu initij,quandoq; reſpectu finis:vt l.& in totum. ff.de impen. in re.do.fa.& fauore dotis ne poſsit perdi, ſi vir ad extremam paupertatem veniret vtroq; modo intellige ſiue vir malè inchoet.ſiue malum exitũ habeat.In quolibet autem trium prædictorum caſuum poteſt mulier agere contra maritum repetẽdo,& fortius excipiendo contra petẽtem dotem.Et idem eſt à fortiori de quolibet alio , cuius eſt dotem aut reddere aut recipere.Et non ſolùm ad dotem, ſed etiam ad donationẽ propter nuptias agere poteſt in illis caſibus:vt eſt tex.in d.l. vbi. Si tamen ab initio mulier nupſit pauperi,aut vergenti ad inopiam, aut malè vtenti ſubſtantia ſua videtur quòd repetere non poſsit:quia ſemel approbauit mores illius. Tamen Bartolus in dicta lege,ſi conſtante .contrarium tenuit:quia non potuit per tacitũ pactum ſibi vxor præiudicare:nam publicæ vtilitatis eſt vt dos maneat integra mulieribus:vt lege prima.ff.ſolut.matrimonio.

¶Decimoſeptimò † quęritur,cui reſtituenda ſit dos, ſiue ad quem pertinebit ſoluto matrimonio? Et dico quòd licet maritus de ſubtilitate iuris efficiatur dominus dotis ſibi datæ:vt in l.rebus.C.de iur.do.& l.doce ancillam. C. de rei vendicatione.tamen ad illum non pertinet poſt mortem vxoris,niſi in duobus caſibus. Primò ratione pacti de dote lucranda. Secundò , quando vxor inteſtata decedit deficientibus liberis & propinquis : quia vxori ſuccedit , & econtra vxor viro . lege vnica.C.vnde vir & vxor. Et ſimiliter duobus 19

caſibus prædictis ad mulierem pertinet donatio propter nu
ptias viro defuncto. Et ita tenet Sum. Ang. Sed tu dic vt ſ. §.
xv. tertiò ratione cōſuetudinis. Extra hos caſus autē cùm ab
vno trium dos conſtituatur, ſecūdum Pan. in c. ſi. de dona. in-
ter vir. & vxo. ſcilicet à patre ꝓ filia, vel ab ipſamet muliere,
vel ab extraneo: quem dico omnem non habentem mulierē
in ſua poteſtate, vt dicit tex. in l. vnica. C. de rei vxor. act. perti
nebit ad eū, qui eam cōſtituit, ſi ſtipulatus eſt eam ſibi reſti-
tui, ſiue ſit pater ſiue extraneus: vt in l. vnica §. accedit. C. de
rei vx. act. Si autē cōſtituit quidē eam, ſed nō eſt ſtipulatus eā
ſibi reſtitui: tūc ſi ſit extraneus, redderur vxori ſi ſupereſt, vel
hæredibus eius, ſi deceſsit. Sed ſi ſit pater, erit filiæ in duobus
caſibus. Primò, ſi eam emancipauit. Secūdò, ſi ipſe pater prę-
moriatur. aliàs filia præmoriente erit patris: etiā ſi extant li-
beri ex filia, ſecundū aliquos: vt ſecundū Vin. per l. dos à patre.
C. ſolu. matrimo. cum qua opinione cōmuniter trāſeunt Ca-
noniſtæ: vt dicit Panor. in c. ſi. de do. inter vir. & vxor. & Bar. in
l. poſt dotem. ff. ſolu. matrimo. & gloſ. in l. dos. Sed contraria
opinio, quæ eſt Martini antiqui gloſ. & vult quòd reſtituatur
liberis. præualuit in vſu, vt dicit d. gl. & etiam eſt vera de iure,
argum. ff. ſol. matr. l. poſt dotem. & ita tenet Sum. Cōſ. ſuper-
ſtite autem patre ſimul & filia non emancipata: tunc patri &
filiæ reddetur: & nō erit alteri ſine alterius cōſenſu. ff. ſo. mat.
l. ij. Si verò is, qui dotē cōſtituit, ſit ipſa mulier, reddetur ſibi.
d. l. vnica, vel ſuis hæredibus: niſi ratiōe adulterij illam perdi-
derit. Prædicta tamen limita vera, niſi obſtent aliqua ſtatuta
20 vt communiter accidit. ¶ Eſt † autē notandū ſecundum Bar.
Notabile. in d. l. poſt dotem. quod vtilis eſt ad multa diſputatio, an opi-
nio Martini ſit vera de iure vel de cōſuetudine. Nam ſi filia-
familias habes dotem profectitiam, & filios ex primo matri-
monio, nupſit ſecundo viro, & moritur in ſecundo matrimo-
nio ſine filijs, ſi de iure vera eſt opinio Martini, ſuccedēt in do
tem filij primi matrimonij: quia prima cauſa in ſucceſsione
eſt liberorum: ſi autē de iure nō eſt vera, ſed de cōſuetudine,
ſecus: quia cùm dictet cōſuetudo quòd dos remaneat apud
virum propter filios eiuſdē matrimonij: non extendetur ad
alium caſum: vt l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matrimo. Idē tenet
Iaco. But. in l. ſi. C. com. vtri. iu. & hoc putat Bart. verum: quia
de eodem matrimonio oporet filios conſiſtere. caſus eſt in l.
21 ſi inter. ff. de pact. do. ¶ Decimooctauò † quæritur, vtrū con-
feſsio, qua vir confitetur ſe recepiſſe dotem cōſtante matri-
monio, valeat? Et dico quòd nō, niſi appareat de numeratio-
ne: nam videtur donare. Bal. in l. j. C. de do. promiſſ. & Ang. in
l. penul. ff. quæ res pi. ob. poſ. & Bartolus in l. ſi diuortio. ff. de
verbo. obl. & ibi Legiſtæ. & præſumitur ſimulata confeſsio
ſecundum Bart. in l. j. C. de dona. ante nupt. & hoc verum, ni-
ſi vir faciendo teſtamentum legaret vxori dotē expreſſa cer
ta quantitate: tunc omnino vxor eam habebit, etiā ſi proba-
retur quòd nunquam fuerit ſoluta: vt not. Ang. Aretin. Inſti-
tut. de leg. §. ſed ſi vxori. quod limitandum videtur verum, ni-
ſi vir eſſet non ſoluendo creditoribus ſuis. ¶ Decimononò
22 † quæritur, quando reſtituenda ſit dos? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Si dos conſiſtit in rebus immobilibus, debet reddi ſta-
tim ſoluto matrimonio. Si verò in rebus mobilibus, reſtitui
debet intra annum. C. de rei vxor. act. l. vnica. §. cum autem.
quod tamē in marito limita, ſi poteſt: quia ſi dolo malo non
eſt verſatus, nō reſtituet niſi inquantū poteſt, ſcilicet ratione
ne egeat. dicta lege vnica. & ſi paciſcatur vt conueniri poſsit
vltra quàm poſsit facere: eſt contra bonos mores: & pactum
non valet. ff. ſolu. matrimo. lege, alia. §. primo. quod priuile-
gium etiam tranſit ad filios eiuſdē matrimonij: vt ff. ſol. ma-
trimon. l. maritum. Sed tam ille, quàm iſti cauebunt de reſti-
tuendo reſiduo, ſi venirent ad pinguiorem fortunam: vt no-
tatur in dicta lege vnica. §. cum autem: & in lege, in conde-
mnatione. ff. de regu. iur. Hæredi autem extraneo hoc nō eſt
præſtandum, nec trāſit ad illum. dicta lege, maritum. de quo
vide gloſſ. in cap. mulieres. & ibi per Canoniſtas, de dona. in-
ter vir. & vxor. ¶ Secundum. Si quando data eſt dos res etiam
immobiles, quas vendidit maritus: & inde ex pretio emit mo
biles: nō cōputabuntur immobiles, ſed mobiles. Et caſus eſt
ſecundum Bartolum in lege, cum in fundo. §. ſi fundus. ff. de
iure dot. & ita iudicabūtur mobiles vel immobiles tempore
mortis viri. Vnde non ſtatim reſtituentur: ſed intra annum.
Nec eſt verum hic quòd ſubrogatum ſapiat. naturam. & ce
tera. Et dicit Bartolus quòd ille §. eſt contra gloſſ. in l. diuor
tio. ff. ſolut. matrimo. & contra gloſſ. in dicta lege vnica. cu-
ius gloſſ. opinionem tenuit Ludouicus de Ro. in ſuis ſingu-
laribus. ¶ Tertium. Si mulier dedit dotem in re mobili, puta
in auro: & negante hærede dotem ſe daturum intra annum,
ſi interim non habet vnde viuat, hæres cōdemnabitur ad dan
dum ſtatim: quia de hoc videtur caſus in lege, ſi conſtante. §.
quoties. ff. ſoluto matrimon. & ſi contra hoc eſſent iura, ni-
hil valerent: quia eſſent contra ius naturale: niſi ſecundum
aliquos, hæres eſſet in neceſsitate æquali. ¶ Viceſimò † quæ- 23
ritur, qualiter reſtituenda ſit dos? Et dico multa. ¶ Primum.
Expenſarum factarum à marito vel hæredibus circa dotem,
quædam ſunt neceſſariæ, vt illæ, quæ ſi factæ non fuiſſent,
aut res perijſſet, aut fuiſſet deteriorata: ſicut ſi domus, quæ
ruinam minatur, aptetur, aut reſtaurentur tecta. Quædam
verò vtiles: vt quæ rem meliorem faciunt, & deteriorem fie-
ri non ſinunt: ſicut vineæ paſtinatio, vel huiuſmodi. Et quæ-
dam voluntariæ ſeu voluptuoſæ: vt quæ rem tātùm ornant,
ſed fructum non augent: vt viridaria & picturæ & incruſta-
tiones, & huiuſmodi. ff. de verbo. ſign. l. impenſæ. & dicuntur
incruſtationes cruſtæ ſubtiles marmoris extra murum po-
ſitæ. ¶ Secundum. In reſtituenda dote defalcari poſſunt ex-
penſæ neceſſariæ, quæ ipſo iure dotem minuunt, ſecundum
gloſſ. in cap. mulieres. de dona. inter vir. & vxo. Vtiles autem
non minuunt dotem ipſo iure: ſed petuntur actione manda-
ti, vel negotiorum geſtorum. Voluntarias autem quidam di-
cunt ſimpliciter perditas. Sed melius alij diſtinguunt, ſi mu-
lier vult habere, reddere debet quæ impenſa ſunt: quæ ſi red-
dere non vult: tunc ſi ſeparationem recipiant ſine rei læſio-
ne, tolli poſſunt, vt pictura facta in tabula vel panno, & af-
fixa parieti: ſi autem ſeparationem non recipiunt, relinquen
da ſunt: vt ſi eſſet facta figura in ipſo pariete immediatè,
ff. de impē. in re. lege, prima. & lege, pro voluntarijs. C. de rei
vxo. act. l. vnica. §. ſed nec. Sed hæc non habent locum in ex-
penſis factis pro exactione vel defenſione dotis: quia maritus
eſt dominus fructuum dotis: & ſic tanquam dominus ipſam
tuetur: vt not. ff. de impen. in re. dotal. fac. l. ſecūda. & ideo re-
petere non poterit, vt tenet Spec. titu. de do. poſt diuor. & Io-
annes Andr. Circa vtiles tamen Bartolus ff. de impen. l. vti-
lium. diſtinguit, quia aut ſunt factæ voluntate mulieris. & te-
netur. aut ſine: & tunc aut poteſt aliunde ſoluere, & idem. aut
non poteſt aliunde ſoluere: & non tenetur: vt in dicta lege,
vtilium. quia tunc non videntur vtiles, cùm non expediant
mulieri. & idem Dynus. ¶ Tertium. Cùm dos ſine matrimo-
nio eſſe non poſsit. C. de don. ante nupt. lege finali. ſolutum
pro dote, vbi matrimonium nullum fuit, non repetetur no-
mine dotis, ſed condictione ſine cauſa. ff. de condict. ſine cau
ſa. lege fina. & eſt priuilegia hæc actio quo ad mulierem, ſi-
cut actio de dote: vt tenent docto. in cap. de prudentia. de do-
te poſt di. re. & facit l. ij. ff. de priuileg. credi.
¶ Viceſimoprimò † quæritur vtrum aliquo caſu dos poſſit
ſolui mulieri? Et dico quòd ſic in tribus caſibus, ſecundū Bar.





in l. quamuis. ff. ſolu. matri. Primò, vt ſoluat æs alienum. ff. de
iu. do. l. vlti. Secūdò vt emat prædia: & illud eſt regulare, quā-
do ex ſolutione, quæ ſit cauſa dotis, mulier ſit melior, & vir
non ſit pauperior: vt l. ita conſtante. ff. de iure do. Tertiò, vt
conſanguineos redimat ab hoſte, vel eos alat egētes. Ex quo
nota quòd ſi mulieri ſoluitur pecunia vt ſoluat votū factum
pro ſe, vel in peregrinationem pro anima ſua vadat, aut alte-
rius eius cōiuncti, iuſtè ſoluitur, & minuit dotem: quia ſi hoc
fieri permittitur ad liberāda corpora: multo magis ad libe-
randas animas. C. de ſacroſanctis eccleſ. l. ſancimus. ¶ Viceſi-
moſecūdò † quæritur, vtrū hæredes mariti teneātur alere re-
25 lictam intra annū reſtituēdæ dotis? Et dico multa. ¶ Primū.
Eam tūc alere tenentur, ſi aliunde non habeat, vnde alatur:
non tamen ſecūdum quantitatē dotis: quia ſi fructus excede-
rent, nō tenētur niſi ad alimenta: & ſi quid de dote reſtituūt,
tenētur in reſiduo alimentorū. Ita notat gloſſ. C. de rei vxo.
act. l. vnica. §. exactio. & ff. ſolu. matri. l. adiutor. Vnde ſi pater
prę ſtitit alimēta filię, poterit ea repetere ab hæredibus viri,
& facit quod not. Bart. in dicta l. diuortio. Si verò habet vnde
alatur, nō tenētur hæredes, ſecundū gloſſ. in dicto §. exactio.
probatur in l. extraneo ff. de vētre in poſ. mit. ¶ Secundū. Ipſa
etiam cū eiſdē heredibus habitare nō tenetur, ſecundū Bart.
in dicta l. diuortio. quia iure nō inuenitur expreſſum. Sed ta-
men contrariū tenetur ſecundū aliquos: quia intra annū di-
citur quaſi eſſe in matrimonio. C. de bon. ma. l. fin. & ſic con-
ſuluit dom. Cardin. quòd nō poterit alimēta petere, ſi contra
eorum voluntatē alibi ſit demorata: dūmodo apud eos poſsit
honeſtè morari. ¶ Tertium. Licitè ipſa poteſt percipere cer-
tum quid pro alimentis ab hæredibus mariti, donec illi do-
tem reſtituant de iure communi: iuxta not. per Bartol. poſt
Cyn. C. de bon. autho. iudic. poſ. authen. ei qui. & per Angel.
in l. Titia. ff. ſol. matrim. & Paul. de Caſtr. conſil. ccclxxxiiij.
Quod tamen Panor. in cap. ſalubriter. de vſur. limitat in ea,
quæ nō habet vnde viuat aliūde. ſed melius limita quādo hoc
facit ratione intereſſe coacta: puta quia mallet ſuā dotem,
ſed eam non accipit, vel quia non poteſt, vel quia hæredibus
compatitur: aliàs ſi hoc ſponte faceret, cùm dotem habere
poſſet, eſſet vſura manifeſta vt infrà patebit, & diffusè deduxi
in queſtione aureæ roſæ. vide infrà Vſura. iij. §. ſexto.

¶ DVANA, vide infrà Gabela, tertiò.

## De Dubijs facti & iuris.

1 *Dubium variè finitur. Quomodo autem differat ab opinione & fide & huiuſmodi, remittit.*

2 *Quod in regula iuris, eſtote. habetur, qualiter ſit intelligendū? Et ibidem quòd humanorum exteriorū operum genus triplex. Et quæ de genere bonorum ſint, quæ de genere malorū: & quæ ex ſe indifferentia? Et in quibus in bonam, aut malam partem iudicandum ac interpretandum ſit?*

3 *Opinionem malā de aliquo ſine cauſa legitima habens, eidem iniuriari dicitur: & ideo melius eſſe nos falli habēdo opinionē bonā de homine malo, quàm falli raro habendo malā de bono.*

4 *In dubijs tutiorem viam eſſe eligendam: qualiter intelligēdum ſit? Et ibidem quòd dubium duplex ſit. Et quòd amās periculum peribit in illo.*

5 *Ambiguitatem iuris triplicem eſſe: aut enim iuris, aut facti, aut perſonæ: & ibidem de ſingulis. Et in qua ex his certa ſententia reddi queat?*

6 *Regula, cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſſe potius quàm actori.*

7 *In dubio ſuper irregularitate. vel aliquo delicto. qualiter interpretandum ſit, affirmatiuène, an negatiuè: & hoc ſiue in foro cōtētioſo, ſiue in foro animæ, ſiue in foro quaſi pœnitētiali?*

8 *In ambiguitatibus cuinam ſtandū ſit? Et de hoc concluſione quatuor: & ibidē diſtinctio ex Ioan. Andrea, quòd ambiguitas vel obſcuritas, aut in vltimis volūtatibus, aut in cōuentionibus in iudicio factis, aut in confeſſionibus, aut in contractibus & pœnis, aut in ſententijs appoſita ſit, de quibus hic ſigillatim.*

9 *Legibus, num aliquid ambiguum, aut obſcurum inſit?*

10 *Verbis non ſemper inhærendum, etiam ſi de intellectu nō conſtet. Et verba legibus aut reſcriptis appoſita, æquitati conformari debere: & ſi verba id non ferant.*

DVBIVM, † ſecundum Iſid. in lib. Etymol. eſt motus in- 1
differens in vtrāq; partē cōtradictionis. Vel dic, ſecun-
dum Philoſophū, & mētem S. Thom. in iij. diſt. xvij. quòd eſt
contrariarū rationū æqualitas. Vnde propriè homo dubitat
de aliquo vel circa aliquid, quādo habet rationes ad vtranq;
partē æqualiter, aut quaſi æqualiter mouētes: ita ꝙ nō incli-
natur ad hoc magis quàm ad illud notabiliter. Quomodo
autē differat dubiū ab opinione, & fide, & huiuſmodi, infrà,
Opinio. ¶ Primò † verò quærit̃, qūo intelligitur illud quod 2
habetur in regula iuris, eſtote. ſcilicet dubia, id eſt, facta, quæ
dubiū eſt quo animo fiant, ſunt in meliorē partē interpretā-
da. & dico triplex eſſe genus operū humanorum exteriorum
pręceptorum à nobis. Quædā enim ſunt de genere bonorū,
id eſt, ex ſuo genere, ſiue ex ſuo obiecto bona: vt eleemoſy-
na, oratio, ieiuniū, & huiuſmodi: quæ malè fieri non poſſunt
niſi per accidens, ratione finis, ſeu intētionis, vel circūſtātiæ:
puta ſi fiant qn̄, vbi, vel à quibus non debent. Quædam verò
ſunt de genere malorum, id eſt, ex ſuo obiecto mala: vt fur-
ta, blaſphemiæ, & huiuſmodi, quæ bene fieri non poſſunt,
etiam per accidens ratione finis, aut circunſtantiarum: quia
ex obiecto habent malitiam: vnde ſine malitia non fiunt: &
conſequenter ſemper ſunt mala: quia ſecūdum Dio. bonum
ex totali & integra cauſa: malū, ex ſingularibus defectibus.
ſicut ſtructura non eſt bona, niſi ſint boni lateres, & cæmen-
tum, & omnes partes. eſt autem mala, ſi aliquod horum eſt
malum, licet cætera ſint bona. Quædā verò ex ſe, id eſt, ex
obiecto, ſunt indifferentia, ſed ſuam bonitatē vel malitiam
habent ex fine & circunſtantijs: vt comedere, & bibere, &
huiuſmodi: que poſſunt bene & malè fieri: ſicut bono & ma-
lo fine & debitis ac indebitis circunſtantijs. ¶ Prima ſemper
debent in bonam partem interpretari, licet fieri poſsint ma-
la intentione: & ſimiliter tertia in partem meliorem: de qui-
bus principaliter intelligitur regula, ſecūdum gloſſ. In alijs
verò, ſecundum Bedam, permittitur nobis iudicare, id eſt, in-
terpretari in malam partem, & peccata eſſe: & cōſequenter
facientem talia eſſe peccatorem. xj. quæſti. iij. ſi quis dixerit.
& cap. ſequen. Vide infrà Iudicium. §. iij. Adde ex ſanct. Tho.
ij. ij. quæſtio. lx. quòd † habens malam opinionem de aliquo 3
abſq; cauſa ſufficienti, iniuriatur ei, & illum cōtemnit: quòd
ſine cauſa cogente nullus facere debet. Et ideo vbi non ap-
parent de malitia alicuius manifeſta indicia, debemus illum
habere bonum: id quod dubium eſt, in meliorem partem in-
terpretando. Et melius eſt, aliquem falli frequenter haben-
do bonam opinionem de homine malo, quàm falli rarò ha-
bendo malam de bono, quia ex hoc fit iniuria proximo: non
ex primo. de reg. iur. eſtote. ¶ Secundò † quæritur, quomodo 4
intelligitur aliud dictum, quod eſt quaſi regula, ſcilicet, In
dubijs tutior via eſt eligenda: quod eſt ſumptum. extra de
ſpon. in cap. iuuenis. vbi dicit gloſſa quòd in his, quæ dubia
ſunt, quod certius æſtimamus, tenere debemus. Et idē dicit Dubium
Auguſt. de pœnit. diſtin. vij. c. ij. tenet certum. dimitte incer- duplex.
tum. Et dico hic opus eſſe duplici diſtinctione. ¶ Prima. Du-
bium eſt duplex, ſcilicet ꝓbabile: cùm ſcilicet rationes pro-

babiles ad vtrãq; partem ſunt quaſi æquales.&ſcrupuloſum,
quãdo quis ſcilicet ex leui ſuſpicione timet alicubi eſſe pec-
catum. Scrupuloſum dubiũ ad conſilium boni viri eſt depo-
nendum, ſecũdum omnes Doctores.& idem eſt ſi dubitatur
an dubiũ ſit ſcrupuloſum nécne. Et ratio huius eſt:quia qui
in huiuſmodi conſulit virum bonum, id eſt, peritum & con-
ſcientiatum, etiam ſi deinde cõſilio eius erret, excuſatur:quia
laborat ingnorãtia inuincibili, quę excuſat: vt infrà ignoran-
tia.§.xlv. Dubium autem probabile eſt, de quo propriè illud
dictum intelligitur:& ſecundum Archidiac.peccatum graue
eſt tali dubio ſe exponere, vbi eſt mortale. Et ſecundũ Pan.
in d.cap.iuuenis.in dubijs, ſcilicet probabilibus, vbi verſatur
periculum animæ, ſemper tutior pars eſt eligenda, & quod
tutius eſt tenendum, & quod ſine dubio explicari poteſt. Sed
tamen intellige quòd ſi detur caſus, quòd opinio ſecurior ſit
minus probabilis notabiliter, non eſt eligenda neceſſariò:
quia iam ceſſat ratio dubij. Si verò ſit minus probabilis, ſed
non notabiliter, etiã non eſt eligenda neceſſariò:quia eo ca-
ſu intelligo Alber.in lib.de Homine.dicẽtem, quòd cõſcien-
tia non obligat ad faciendum, niſi quod eſt in conſcientia, ſi
vt opinatum, vel creditum, vel ſcitum: nõ autem ſi eſt dubi-
tatũ, vel ambiguũ:ſi tamẽ probabilitas hincinde eſſet æqua-
lis, tutior eligenda eſt neceſſariò, quando ex electione alte-
rius immineret periculum peccati mortalis: quia tũc verum
eſt illud Eccleſiaſtici iij. Amans periculum, peribit in illo.
Quando autem immineret periculũ peccati venialis ſolum,
5 eſſet eligenda de bene eſſe tantùm. ¶Secunda † diſtinctio
eſt, quam dat gloſſ.xxxiij.diſtinc.c.vlti.quòd triplex eſt am-
*Ambiguitas.* biguitas, ſcilicet iuris, facti, & perſonæ. Ambiguitas iuris eſt,
vbi de ſimilibus ad ſimilia proceditur:vt diſtinct.xx.de libel-
lis.&de tali loquitur cap.ſicut.diſtinct.xiiij.dicẽs quòd in du-
bijs vel obſcuris ſequendum eſt quod nec præceptis Euãge-
licis contrarium, nec decretis ſanctorum patrum inueniatur
aduerſum. Vbi autem eſt ambiguitas facti, nunquam ferẽda
eſt ſententia in præiudicium alicuius.& ſic intelligitur illud
xj.q.iij.graue eſt, & ſatis indecens, vt in re dubia, certa detur
ſententia. Vbi verò nulli fit præiudiciũ: vt in baptiſmo, con-
firmatione, ordinatione, cõſecratione, & huiuſmodi: bene fer
tur in dubio ſentẽtia certa, ſcilicet, vt baptizetur denuò?&ſic
de alijs:vt de cõſ.diſt.iij.paruulos.& diſt.j.ſolẽnitates. Quan-
doq; tamen dubitatur de facto:& fertur ſententia in præiudi
cium alterius:vt in d.c.iuuenis. Sed iſtud fit propter periculũ
animæ. Vbi verò eſt ambiguitas perſonę, ſed factũ eſt certũ:
bene fertur certa ſententia, ſecũdum Arch. vt cùm furtum eſt
publicũ, ſed ignoratur author:& tũc iudex, inquit, in authorẽ
poteſt ferre ſententiam excommunicationis, & præcipere vt
ſibi reueler. All.cap.quidã. v.q.j. & hoc vtiq; verum eſt: ſed
tamen author nõ tenet̃ obedire ad ſimplex præceptũ, niſi ſit
de hoc infamis vel ſemicõuictus:vt diffusè diſputaui in Aur.
ro.in quodam caſu:& ſuprà Correctio.§.viij. Si tamen etiam
in furem occultũ intenderet ferre ſententiã excõmunicatio-
nis, incideret nõ obediẽdo:quia & ſi fortè eſſet iniuſta, tamen
nõ eſſet nulla. ¶Tertiò † quęritur, quomodo intelligitur illa
6 regula iuris, c.cùm ſunt partiũ iura obſcura, id eſt, dubia, reo
fauendũ eſt potius quàm actori? Et dico quòd iſta regula in-
telligitur nõ ſolùm in ſentẽtia ferẽda, ſed etiã in lata à duo-
bus ordinarijs, vno abſoluẽte, & alio cõdemnante, quia tenet
ſententia pro reo, niſi in caſibus, vt infrà: nec tamen ſi abſol-
uitur in dubio fertur in re dubia certa ſentẽtia, contra dictũ
cap.graue. quia nõ eſt dubium, imò certum quòd debet ab-
ſolui, ſi actor nõ clarè probauit. vj.quæſt.vltim. Actor. Tenet
etiam in fine litis, in quo fauet̃ reo. de quo dic vt not.de reſt.
ſpol.cum ad ſedem.in gloſ.iij. Non tenet autẽ: ſed fallit pri-
mò in cauſa fauorabili, quam tuetur actor: puta in cauſa li-
berali, aut matrimonij, aut inoffic.teſtam.vel dotis: quia tũc
actori fauendum eſt.xxxiij.quæſt.j.ſi quis accepit.de probat.
ex literis. Et ſecundo in principio litis.ff.de iudic.l.ſi quis.vbi
ambiguã orationem actoris in ſui vtilitatem interpretamur.
Et ſimiliter tertiò in probationibus obſcuris inductis à reo,
quas contra illum interpretamur, de probat.licet.de quo dic
vt infrà §.v. ¶Quartò † quæritur, vtrum in dubio de irregu-
7 laritate vel aliquo delicto interpretãdum ſit affirmatiuè aut
negatiuè? Et dico quod ſecundum Innocen.in cap.ad audien
tiam.de homicid.cùm irregularitas ſit de iure poſitiuo, in du
bio nõ debet iudex reputare aliquem irregularem: quia pœ-
næ molliendæ ſunt.de regul.iur.in pœnis, lib.vj. Quod Pan.
vt colligitur ab eo ibi.& in ca.cùm tu fili præpoſite.de teſti.
dicit ſibi non placere. & melius diſtinguit: quia in foro con-
tentioſo, vbi purè agitur ad pœnam, procedit dictum Innoc.
& ita loquuntur iura per eũ allegata. Vnde generaliter de-
bemus interpretari negatiuè, ſiue pro non, maximè vbi agi-
tur de pœna: puta quia celebrauit: quia collatio nõ tenuit, &
huiuſmodi: quia in pœnis mitior interpretatio eſt fienda: vt
in dicta regula, in pœnis, & in regula, odio. libro vj. & idem
dic in excommunicatione, & ſimilibus. In foro autem animæ
debemus interpretari affirmatiuè quòd ſit irregularis: quia
in foro pœnitentię ſemper pars tutior eſt eligenda, licet du-
rior videatur: quia in illa parte nullum ſubeſt periculum. ad
hoc cap.ſignificaſti.el ij.de homicid. Et idem dicit vbicũque
dubitatur de aliquo delicto. ad quod vide gloſſ.notabilem in
cap.vnico.de ſeru.in ord.fa. Et ſimiliter dicendum eſt in foro
quaſi pœnitẽtiali: puta quia non agitur ad pœnam propriè:
ſed vt ab altaris miniſterio abſtineat, vel à contractu matri-
monij, vel ab aliquo exercendo, in quo exercendo ſubeſt pec
catum: quia etiã tunc in ſecuriorem partem debemus inter-
pretari, licet illa ſit durior. & facit dictũ ca.ſignificaſti.de ho-
mic.& d.c.iuuenis.de ſpon. ¶Quintò † quæritur generaliter, 8
cui ſtãdum ſit in ambiguitatibus? Et dico multa. ¶Primum.
In re dubia fidei, authoritas Eccleſiæ Romanę requirẽda eſt
xj.diſtin.palam. ¶Secundum. Dubio exiſtente in iure matri-
monij, tutius eſt contra ſtatuta hominum dimittere copula-
tos, quàm disiungere coniunctos contra ſtatuta Dei.cap.li-
cet ex quadam.de teſti. Tertium. ¶Verba dubia ſecundum
intentionẽ proferentis accipienda ſunt.ff. de reg.iur.in am-
biguis.& vt res potius valeat, quàm pereat.capit.abbate.de
verborum ſignif.aliàs ſecundum cõmunem vium. 100.diſt.
cõtra morem. Vide infrà Legatum.ij.§.v.& ſequẽ. ¶Quar-
tum. Generale collectum ex Ioan.Andr.in reg.contra eum,
qui legem dicere potuit apertius, eſt interpretatio facienda.
libro vj.vbi ſic dicit: Obſcuritas vel ambiguitas aut appon-
tur in vltimis voluntatibus: aut in conuentionibus factis in
iudicio, aut in confeſsionibus, aut in contractibus & pœ-
nis, aut in ſententijs Si in vltimis voluntatibus, ſubdiſtingue:
quia aut conſtat de voluntate expreſſe: & ſic illa ſeruatur.
xxvj.quæſt.vj.quæ recedunt.& de teſtamen.requiſiſti.& hoc
niſi dicta voluntas turpis eſſet: vt ff.de condit.inſtitu.l.quidã.
vel aliàs cõtra ius: extra de teſtam.tua. Si autem nec expreſſè
conſtat, nec tacitè, ſtatur verbis teſtamẽti. ad hoc xxij.quæſt.
ij.cap.is autem.de celebra. miſ. in quadam. quæ verba ſi ni-
mis ſint larga: ſequimur benignius, & minimum: vt in regu-
la, in obſcuris.de reg.iur.libro vj.& ſic eſſet hæredis electio.
etiam ſi non apparet quæ pars ſit benignior aut minor.ff.de
teſtamen.in l.ſi duo ſunt. Si quæratur ad quem ſpectat in-
gatio: dic quòd ad iudicem. C.de fideicommiſ.l. voluntatis
defuncti. Si autem in iudicijs ſit ambiguitas, fit interpreta-
tio pro proferente. Ratio, quia debitor ſemper negaret ſe
de hoc ſenſiſſe. C.de anna.excep.l.vlt.& hoc in litis exordio.
& de hoc in c.cum ad ſedem.de reſt.ſpo. Si verò in probatio-
nibus ſit ambiguitas, interpretabitur contra producentẽ de
cond appo.per tuas.& de proba.in præſentia.q̃a debent ꝓba
tiones eſſe claræ.de præſcript.auditis.ſaluo eo quod poſſent
teſtes obſcurè deponentes interdũ iterum interrogari.de te-
ſtib.c.cum clamor. Sed in cõfeſsionibus ſi cõfiteatur quis in-
certum, certificare cogitur.ff.de cõfeſ.l.certum.alioquin ac-
ciperetur quod magis expediret aduerſario: vt ibi. & de cõ-
ſti.& de confeſ.c.ij. In contractibus autem, aut certum eſt de
cõſenſu, aut de diſſenſu, aut dubium:& in primo caſu ſtatur
ei quod ſenſerunt.de ſponſ.c.j.in ſecundo aũt nil valet.xxvij.
q.ij.ſufficit.xxx.q.ij.c.vno.de rap.c. cum cauſam. xxix.q.j.§.j.
ff.de cõtrahend.emp.l.in venditionibus.& ibi error nõ ſolùm
corporis, ſed etiã materiæ venditionẽ impedit: nihil enim tã
cõtrariũ cõſenſui; ſicut error.ff.de iudi.l.ij.& errare eſt aliud
pro alio putare.xxxviij.diſtin.quamuis. non tamen omnis er-
ror impedit matrimoniũ: ſed tantùm error perſonæ & con-
ditiõis, quod dic vt xxix.q.j.§.j.& in ſum. In tertio autem ca-
ſu, ſcilicet dum eſt dubium: ſubdiſtingue. Nam aut poteſt va-
lere ſecundum intellectum vnius tantùm aut vtriuſq;. Si ſe-
cundum intellectum, vnius tantùm: valeat ſecundum quem
valere poteſt.ff.de ver.obl.l.quoties.& hoc habet locũ etiam
in contractu matrimoniali in foro iudiciali: in foro aũt ani-
mæ ſtaret̃ ei, qui diſſenſiſſet in tali dubio: vt de ſpõ.tua nos.
Si verò ſecundum intellectũ vtriuſq; valere poteſt, valeat il-
lud, quod eſt veriſimilius.ff.de verb.oblig.l.eum qui ita.& de
reg.iur.in regula, inſpicimus. cum ſuis concor.& ſi dubitatur
quod ſit veriſimilius, ſeruabitur quod dicit̃ in hac regula. ff.
de verb.oblig.l.quid.& hoc verum cum neuter dolum com-
mittit. Si aũt alter dolum cõmittat: contra eum fiet interpre
tatio.xxij.q.v.§.ex his.&.c.quacũq;.& ſi vterq; dolũ cõmittit,
ad communem ſignificationẽ recurretur: vt in d. decretali,
ex literis. vbi de hoc.& xxij.q.v.§.ſi ergo. Et idẽ reputatur in
iuramentis: vt ibi notatur. In ſententijs autem ſuis interpre-
tari poterit præſes ꝓuinciæ vel procurator Cæſaris.ff.de ap-
pel.l.ab executore.in principio.minor nõ.C.de ſen.ex breui.
reci.l.ij.vbi de hoc.ff.de re iudi.l.iudex.functus eſt enim offi-
cio ſuo, ſiue bene, ſiue malè iudicando. quod intellige in diſ-
finitiua: ſecus in interlocutoria. quod dic vt not.de appel.cum
ceſſante.de fructibus tamẽ & expenſis ſupplere poteſt eadẽ
die.ff.de re iudi.l.Paulus.& de hoc nota.xxxv.quæſ.ix.§.quia
ergo. aliàs incipit, his ita.in gloſſ.xj.quæſt.j.§.& his. in gloſſ.
9 ¶De legibus nõ eſt dictum: quia in his nil obſcurum eſt vel
ambiguum.diſtin.iiij.erit.& C.de nouo Codi.compo.in pri-
ma conſtitutione: ibi, erit lex certa, & breui ſermone cõſcri-
pta. ſi tamẽ in eis ambiguitas eſſe videretur, recurritur ad cõ
dentem: quia ille ſolus interpretari poteſt, qui & condere.xj.
quæſt.j.§.ex his.& idẽ in priuilegijs, quæ ſunt priuatæ leges:
& per eadem iura. hæc ex illo. Vbi no. quòd xxij.quæſt.v.in c.
humanæ. dicitur quòd verba debent deſeruire intentioni: nõ
intentio verbis. vbi dicit gloſſ. eſſe arg. quòd potius conſide-
randa eſt intentio alicuius, quàm verba.j. quæſti.j. Marcion.
quod verum quando de intellectu conſtat: aliàs à verbis in
dubijs non eſt recedendum.ff.de legatis iij.l.non aliter.
10 ¶Et adde quòd xxiij.quæſtione j.in cap.paratus.dicit gloſſ.
quòd non debemus ſemper adhærere verbis, ſcilicet etiam
vbi non conſtat de intellectu. verba eñ in reſcriptis poſita vel
in legibus debemus conformare æquitati, licet verba non
patiantur: vt de reſcript.cauſam.& de conſue. cum dilectus.

## De Duello.

*1 Duellum vnde, & quid dicatur: & quibus ex cauſis fiat?*
*2 Duellum licitúmne ſit, an prohibitum. Et quando factum cum*
*mortis periculo, aut mutilationis eſt ex fine licitum, an lici-*
*tum ex circunſtantijs quoque eſſe poſſit? Et num. 3. & ibidem*
*quòd quis duellum tribus modis exercet.*
*4 Duellum, quandam Dei tentationem eſſe. Et ibidem, quòd Da-*
*uid in duello aduerſus Goliam excuſatur, quaſi ad id à Spiri-*
*tu Sancto motus.*
*5 Duello conſentientes, aut in eo participantes, maximéque ra-*
*tione conſuetudinis, an mortaliter peccent? Et quot hominum*
*genera ex duello mortale contrahant?*
*6 Clerici in duello depugnantis, aut eidem participantiũ, quanã*
*pœna ſit? Et quid ſi per ſe non pugnet, mórſve non ſit ſecuta?*
*7 Clerici reliquias pugnaturis in duello afferentes, ad eorum cer*
*tamen coadiuuandum. ſi inde homicidium, aut mutilatio ſequa*
*tur, an irregulares efficiantur? Et quid de capitulis, aut clericis*
*qui ad ſubeundum duellum à ſeculari domino compelluntur:*
*ámne res eccleſiaſticas perdant? Item quid de Prælatis iuriſdi-*
*ctionem temporalem habentibus, in quorum curijs huiuſmodi*
*duella iudicantur? numero ſequenti. Et quid de iudicio ferri*
*candentis, & aquæ bullientis? nume. 9.*
*10 Deus in duello ad veritatem indagandam ſuſcepto, an ſemper*
*veritatem oſtendat? Et an aquè contingat candentis ferri, &*
*aquæ iudicio?*

DVELLVM † dictum eſt, quaſi duorum bellum: quod 1
etiam dicitur monomachia: vt in c. monomachiam ij.
q.v.id eſt, ſingularis ſiue vnius pugna: à monos, quod eſt vnũ,
& machia pugna, & ſic quantum ad nomen, particulare bel-
lum qui vnus contra vnum pugnat aggrediendo vel reſpon-
dendo aggreſſori, eſt duellum quantum ad rem, ad quam ſi-
gnificandam iura hoc nomen attribuerunt. duellum non eſt
omnis pugna duorum. Sed ab aliquibus diffinitur quòd duel-
lum eſt pugna duorum facta ad alicuius rei probationem: vt
ſcilicet vincens probaſſe credatur, & victus in probatione
defeciſſe: ac ſi per teſtes quis intentionem ſuam fundaſſet: vt
de pur.vul.cap.ij. Et huic conſonat quod dicit Ray. duellum
in aliquibus vulgò dici iudicium, eo quòd ibi expectetur iu-
dicium Dei. Quæ quidem diffinitio conuenit duello pro-
priè, & vt in pluribus ſumpto: quod ſcilicet fit ad veritatis in-
daginem. Aliquando tamen fit propter alias cauſas, ſecun-
dum Ioannem de Lign. ſcilicet ex odio & gloriæ cupiditate.
Et ideò vniuerſaliter diffiniendo eſt ſingularis pugna ab
vtraque parte ſponte ſuſcepta.
¶Primò † verò quæritur, vtrum duellum ſit licitum vel pro- 2
hibitum? Et dico ſecundum doctores vt etiam dicitur in cap.
monomachiam. illud eſſe prohibitum ſub peccato mortali
iure diuino: ibi, non tentabis Dominum Deum tuum. Mat-
thæi quarto.& hoc procedit quando fit ad veritatis indagi-
nem: ſimiliter iure canonico: vt extra de cler. pugn. in duel.
per totum.& ij.quæſtione v: cõſuluiſti.& iure ciuili.C.de gla-
diatoribus.l.vnica.lib.xj.quod procedit quod fit ex dicta cau-
ſa vel etiam ex alia cauſa non rationabili cum periculo vitæ
aut membrorum. Sed quia iſta iura non videntur prohibuiſ-
ſe, niſi quod naturali iure illicitum erat: ideò ad ampliorem
doctrinam dico quòd duellum, id eſt, ſingularis pugna hinc-
inde ſponte ſuſcepta, de ſe non nominat aliquid illicitum ſal-
tem mortale: alioquin eſſet mortale iuuentuti ſe exercere in
pugnis & brachijs ad exercitium, aut ſolatium ſine odio &
periculo. Vñ ſi ſit mortale, erit ex altero duorũ. Primò ex fi-
ne, puta ex inani gloria quæ ſit mortale, vel ad odium: aut ad
indagandã veritatẽ, qđ eſt tentare Deũ. Aut ſecũdò ex circũ
ſtantia: puta, qñ ex cauſa nõ rationabili pugnat̃ cũ ꝑiculo vi-
tæ aut membrorum: quibus modis eſt prohibitum ſub mor-
tali à iure naturali & poſitiuo, quod aliquas ſuperaddit pœ-
nas:

3 nas:ſed pro hoc vide etiam §.ſeq.¶Secundò†quæritur,vtrum
quādo duellum factum cum periculo mortis aut mutilatio-
nis eſt licitum ex fine,puta quia acceptatur ad conſeruationē
ſuæ perſonæ vel facultatis,poſsit eſſe licitum ex circunſtātia,
vt ſcilicet non ſit mortale ſponte ſe exhibere piculo mortis,
aut mutilationis?Et dico quòd ſecundū Ray.ſunt de hoc opi
niones:& quidam diſtinguunt.Nam tribus modis quis duel-
lat.Primò,offerendo duellum.Secundò,illud ſpōte acceptā-
do.Tertiò,acceptādo illud inuitè ad defenſione vitæ aut re-
rum:ſicut ſi iudex accuſato de homicidio vel furto indicat vt
ſe per duellum purget:alioquin habebitur pro conuicto , &
condemnabitur.Et in primo quidem ac ſecundo caſu dicunt
illud eſſe mortale:non autē in tertio:ſed eſt licitum indiſtin
ctè pro defenſione non ſolùm vitæ,ſed etiam rerū,& hoc te-
net Gul.gl.Ray.ex hac ratione:quia nō licet defendēdo res,
occidere raptorē:quare,inquit,nō licebit eas defendere duel
lo.Et hanc opinionem ſequitur Sum.Ang.Gul.tamen credit
hoc eſſe illicitum ſacerdoti in cauſa criminali & ciuili.Qui-
dam verò alij minus malè etiā in tertio caſu ſubdiſtinguūt:
quia ſi ſuſcipitur inuitè iudice indicente pro defenſione vi-
tæ eſt licitum.& hoc videt̃ tenere Nico.de Ly.j.Regum xvj.
vbi agitur de duello Dauid cum Golia . ſed pro defenſione
rerum dicunt illicitum.Sed dico primò illicitum & mortale
eſſe duobus primis modis, vt ab omnibus confeſſum eſt:&
ſecundò non eſſe licitū.tertio modo indiſtinctè:vt dicit Gul.
nec cum diſtinctione aliorum:quia ſi eſſet licitū ratione de-
fenſionis,cùm iſta ſit de iure naturali,in quo ſacerdos à laico
non diſtinguitur,eſſet etiam licita ſacerdoti:quod ille negat.
Sed qa poſſet dici quòd eſt illicita iſta defenſio ſacerdoti,nō
ratione peccati:ſed ratione irregularitatis,quā incurrere po
teſt ſine peccato:arguo iterum:quia ſic duellare iudice indi-
cente,id eſt,duellare ad indaginem veritatis purgādo crimē:
hoc eſt Deum tentare:quia nunquam licet: & ideò nō eſt ſi-
mile de ſe defendēte,qui Deū nō tentat.Et hoc ſentit S.Th.
ij.ij.q.xcv.art.vlt.in fin.dicens quòd eadem ratio videtur eſſe
de lege duellorum,quæ & de iudicio ferri candentis & aquæ
bulliētis:niſi quòd duellum plus accedit ad rationē ſortium,
inquantum ibi non expectatur miraculoſus effectus ſicut in
illis:niſi fortè quando pugiles ſunt valde impares virtute vel
arte.Iudicium autem ferri candentis & aquæ bullientis,dicit
idem S.Tho.eſſe licitum: tum quia ordinatur ad iudicādum
occulta,quæ diuino iudicio reſeruantur : tum quia hoc iudi-
cium non eſt diuina authoritate ſancitum.& allegat cap.cō-
4 ſuluiſti.ij.q.v.¶Adde†tertiò, quia eſt quædam tentatio Dei:
Dauid autem excuſatur tanquam motus à Spiritu Sancto:vt
dicitur in c.monomachiam.Priuilegia autem paucorū nō fa
ciunt communem legem.xxvj.q.ij.nō exēplo.Tutior eſt er-
go & verior opin.Ray.quòd omnes indiſtinctè peccent mor
taliter.& ita tenent nō ſolùm doctores ordinis prædicatorū:
vt Sum.Con.Sum.Piſ.& Archi.ſed etiā Sum.Roſ. & Supple.
& Gof.& Hoſt.ſcilicet quòd ſit prohibitum ſine diſtinctiōe,
quando eſt cum periculo vitæ aut membrorū . Nec eſt par
ratio pugnare ꝓ rebus aut vita in duello & extra:quia extra
duellum ſtatur in terminis defenſionis:non autem in duello:
ſed vterq; duellantiū eſt aggreſſor per ſe loquendo:non ob-
ſtante ꝙ aliquis ad duellū cogat̃:quia nō eſt coactio abſolu-
5 ta,ſed cōditionata,quæ ſtat cū voluntario.¶Tertiò,†vtrum
peccent mortaliter qui conſentiunt aut participant in crimi
ne iſto duellandi,maximè ratione cōſuetudinis?Et dico ſecū
dum Ray.ꝙ mortaliter in prædictis peccant primò duellan
tes ſiue offerāt duellū,ſiue ſuſcipiant illud ſpōte,ſiue coactè:
& ſecundò iudices deferentes illud,& præſtantes authorita-
tem: & tertiò aſſeſſores . & quartò dantes in hoc conſilum,
auxilium vel fauorem.quintò ſacerdotes dantes benedictio-
nem huiuſmodi.idē Gof.& Hoſt. Adde ſextò quòd & domi-
ni illud in ſua ditione admittentes,imò & tollerantes:qa de-
ſinūt manifeſto facinori obuiare.Et ſeptimò quilibet qui hoc
poſſet ſine periculo & facile prohibere,& non facit:quia aut
conſentit aut negligit ſalutē proximi corporalē & ſpiritua-
lem in caſu extremæ neceſsitatis:imò videtur quòd hoc caſu
quilibet hoc ſciens teneatur orare,ſi aliter prouidere nō po-
teſt:& alios ad orādū prouocare,iuxta dicenda infrà de elee-
moſyna corporali. Et octauò idem videtur de inſpicientibus
ſine diſplicentia,ſaltem in ratione:quia placent ſibi in eo qđ
eſt de ſe mortale.Nec in prædictis poteſt aliqua conſuetudo
excuſare quādo ſunt illicita: qa non ſunt mala quia prohibi-
ta:ſed prohibita quia mala,& cōtra ius naturale,contra quod
nulla cōſuetudo valet.¶Quartò†quæritur,quæ pœna ſit cle-
rici pugnantis in duello aut participantium ei ? Et dico quòd
ſecundum Ray.ipſe debet deponi:tamen epiſcopus poteſt di-
ſpenſare ſi mors aut mutilatio non interuenit:vt in cap.j.ex-
tra de cle.pu.in du.imò ſi nō ſequatur mors nec mutilatio,&
clericus amiſerit partem digiti,etiā in duello oblato:ſed nō
tantam quin ſine ſcandalo poſsit celebrare,quantumcunque
fuerit grauis exceſſus,poteſt epiſcopus cum tali poteſt peracta
pœnitentiam diſpenſare:arg.in d.cap.j. quod ſecūdum Ray.
verū eſt,ſi neceſsitas vel vtilitas expoſcat:ſed ſi mors vel mu-
tilatio interuenit,non poteſt epiſcopus cū tali diſpenſare in
officio,ſecundum omnes:ſecus in beneficio,ſecundum Ray.
cui licet videatur Hoſt. contrarius tamē non eſt,niſi quo ad
beneficium cum cura animarum,in quo,ſecundum eū ſolus,
papa diſpenſabit.Et hoc ſequitur Summ.Ang.ſed veritas eſt
quòd diſpenſabit in beneficio indiſtinctè,non ſolùm habito,
ſed etiam habēdo:quia d.c.ij.hoc indiſtinctè concedit:& pœ-
næ non ſunt extendendæ:& beneficium , in quo fuerit cū eo
diſpenſatum,habere poterit etiam in titulum,ſecūdum Gof.
aut verius ſecundum alios tantùm in ſtipendium,ſicut laicus,
ſiue in ſuſtentationē.xxxij . diſtinct.ſi qui verò.& ratio:quia
beneficium datur propter officium.xvj.q.j.generaliter,quo
officio ex diſpenſatione epiſcopi iſte vti non poteſt.Et nō ſo-
lùm efficitur irregularis pugnādo per ſe, ſed etiam per alium,
ſi mors aut mutilatio ſequatur:& ſimiliter omnes mādantes,
conſulentes,& defendentes:vt in d.cap.ij.iuncta gloſſ.Sum.
autem Ang.videtur velle quòd ipſe ſit irregularis ex ſola pu-
gna:etiam ſi mors aut mutilatio nō ſequatur.ſed hoc nullibi
habetur clarè:ideoq; nō eſt dicendum. ¶Quintò†quæritur,
vtrū ſint irregulares clerici afferētes reliquias pugnaturis in
duello ad adiuuādum,ſi inde ſequatur homicidium vel mu-
tilatio?Et dico eſſe varias opiniones:qa Ray. videtur tenere
quòd ſic,eo quòd adiuuare videātur.Dicunt autem alij quòd
non:ſed bene diſtinguit Veruec. quia ſi eis non deferentibus
nihilo minus duellum futurum erat, non ſunt cooperatores:
nec vidētur irregulares.aliàs ſic.& hoc rationabiliter:qa re-
liquiæ illæ non conferunt ad occidendum:cùm neſciat iuſti-
tia Dei patrocinia dare criminibus,ſcilicet per miracula,ṗ-
quid faciat dando vires naturales.Si autem cōferrent,eſſent
irregulares,etiam ſi aliàs futurū erat : qa eſſent cooperato-
res.¶Sextò†quæritur quid de clericis & capitulis,qui à ſecu-
lari domino cogūtur ſubire duellū,aut res eccleſiaſticas per-
dere:item quid de prælatis habentibus iuriſdictionē tempo-
ralem:in quorum curijs indicuntur duella? Et dicit Veruec.
quòd in omnibus huiuſmodi caſibus ſi clerici offerūt,aut ſu-
ſcipiunt duella,vel per illa iudicāt, aut præſtāt aliquam ſpe-
cialem authoritatem,peccāt mortaliter:& ſi ſequatur mors,
ſunt irregulares.Adde quòd videntur eſſe irregulares,ſecun-
dum aliquos,etiam ſi non ſequatur,quando ipſi propria ma-
nu pug-



nant.Si autem talia fiant per œconomos vel præpo-
ſitos ſeculares, adminiſtratores prælatorū ſine ſpeciali man-
dato eorū,peccāt quidē,inquit,mortaliter prelati talia tole-
rādo:nō tñ credo ꝙ efficiātur irregulares: ex quo ſuper hoc
ſpecialē authoritatē nō præſtant,licet præcipiāt ſuis ballinis
quòd iuſtitiā faciāt in tali vel tali cauſa: quia in tali generali
mādato nihil intelligitur de duello mādari.¶Septimò†que-
9 ritur,qđ de iudicio ferri cādentis & aquæ bullientis? Et dico
omnia huiuſmodi eodē modo eſſe ꝓhibita: quia in his Deus
tētari videt̃:vt dicit̃ extra de pur.vul.¶Octauò†quærit̃, vtrū
10 in duello facto ad veritatē indagādam ſemper Deus verita-
tem oſtēdat iuuādo eū,qui eſt pro veritate,ſicut credunt mi-
lites,& huiuſmodi?Et dico ꝙ nō: vt expſsè caſus eſt de pur.
vul.cap.ij.vbi innocētes victi narrātur in duello.Et idem ea-
dem ratione eſt de iudicio ferri candētis & aquæ bullientis.

¶DVLIA.vide infrà Latria.

## De Ebrietate.

1 *Ebrietas quando peccatum eſſe dicatur, & quando pœna?*
2 *Ebrietas,num mortale ſit peccatum? Et an ebrietatem procu-
rans,mortaliter peccet:& quid ſi quis in ſuā vel alterius ebrie-
tatem ſanitatis gratia,conſentiat?num.3.& 4.*
5 *Ebrietas num hominem à peccato in ea commiſſo, excuſet? Et
circa delictum hoc, quot ſint conſideranda? Et de his opiniones
variæ.*
6 *Geſta ab ebrio,num efficacia ſint,ac teneant?*

1 EBRIETAS†dicitur aliquando priuatio
vſus rationis ad tempus ex immoderato potu
vini,vel cuiuſcunque rei potabilis: & hæc non
eſt peccatum, ſed pœna: aliquando verò dici-
tur actus potationis, ex quo cauſatur: & iſta
eſt aliquando peccatum.hæc ex Sanct.Thoma ij.ij.quæſt.cl.
¶Primò†verò quæritur,vtrum ebrietas ſit peccatum mor-
2 tale? Et dico quòd quantum colligitur ex Sanct. Thom.
ij.ij.quæſt.cl.& Alexand.ij.ij.& gloſ.xxv.diſtin.§.aliàs ea de-
mum.& Doctor.ibi.aut quis ſcieter & volens inebriatur to-
taliter:& ſic eſt mortale.cuius rationem aſsignat San. Tho.
quia priuat ſe vſu rationis, quo operatur ſecundum virtu-
tem:& exponit ſe periculo peccandi. Et intellige quòd pri-
uat ſe ſine cauſa rationabili:quia ſe priuare ex cauſa,vt in ſo-
mno,nō eſt peccatum.Aut neſciens, & conſequēter non vo-
lens:& hoc dupliciter, ſcilicet raró: & ſic eſt nullum aut ve-
niale peccatum ſecundum negligentiam, qua vtitur quis ad
cauendum.Aut aſsiduè:& tunc eſt mortale, ſecūdum Augu.
vt in dicto.§.alias.non quidem ratione aſsiduitatis vel itera-
tionis actus,ſecūdum omnes:quia multiplicatio actuum ve-
nialium non facit mortale: ſed quia non poteſt quis aſsiduè
inebriari, niſi ſciens & volens, vel notabiliter negligens in
ſciendo & cauendo.Si autem non inebrietur quis totaliter:
ſed tamen ſcit quid facit,licet ſit valde grauatus:ſi hoc ſcien
ter & ſponte facit ſine cauſa tractus dulcedine vini:non vi-
detur,aut vix videtur excuſari à mortali:quia notabiliter læ-
dit vſum rationis ſine cauſa,& cum periculo peccandi.Sed ſi
hoc facit ex cauſa:puta ratione ſanitatis,eſt veniale, vel nul-
lum,& ſimiliter ſi nō aduertit,eſt veniale, etiam ſi frequen-
3 ter contingat,vt credo.¶Secundò†quæritur, quid de procu-
rante ebrietatem alterius?Et dico quòd ſemper mortaliter
peccat,ſi ſciens & volēs operatur:& hoc ſiue ſequatur ebrie-
tas,ſiue non:& ſiue in alio ſequatur cum mortali,ſiue cum
veniali:quia cōſentit in malum, & periculum notabile pro-
ximi.Si autem ignorans & nolens operatur, eſt veniale, vel
nullum.Siverò ſciens quidem,ſed nolens:vt quia ſcit quidem
ſe prouocare ad immoderatum potū:nolēs tamen ad ebrie-
tatem deducere,non eſt ſine veniali:ſed nō eſt mortale com
muniter,niſi fortè in exceſſu valde magno,qui nō poteſt ar-
te diffiniri.¶Tertiò†quæritur,quid ſi quis cōſentiat in ſuam 4
vel alterius ebrietatem gratia ſanitatis? Et dicit Sanct.Tho.
vbi ſuprà, quòd immoderatus cibus vel potus cauſa medici-
næ ad prouocandum vomitum non eſt peccatum: quia talis
cibus vel potus non eſt ſuperfluus infirmo:ſed propter hanc
cauſam non debet potus dari vſque ad ebrietatem:quia tunc
non excuſaret à peccato:cùm vomitus aliter procurari poſ-
ſit,vt ex potu aquæ calidæ. hæc ex illo. Cuius dictum Sum.
Ang.& Roſ.extendunt ad hoc quòd ſit peccatum mortale
inebriari gratia ſanitatis & medicinæ.quod verum eſt quan-
do eadem ſanitas induci poteſt per alias medicinas:vt in vo-
mitu,quæ aliter prouocari poteſt:ſi tamē ſanitas aliter pro-
curari non poſſet, niſi per ebrietatem, ex qua nullum peri-
culum ſequitur: non video quòd ſit mortale. Sed ex Sancto
Thoma patet oppoſitum : quia priuare ſe vſu rationis ad
tempus: vt deinde quis melius & diuturnius contempletur,
non eſt malū,vt in ſomno patet.¶Quartò† quæritur,vtrum 5
ebrietas excuſet hominem à peccato ſequenti in ea com-
miſſo?Et dico quòd cùm circa peccatum duo conſideren-
tur, ſcilicet pœna & culpa: quantum ad vtrunque ſunt opi-
niones.Nam quantum ad culpam, ſi vſus rationis non per-
ditur penitus: ſecundum omnes excuſat, niſi fortè à tanto:
ſed ſi penitus perdatur, quidam dicunt quòd excuſat à toto.
Et hanc opinionem ſequitur Sum.Angel.& Roſ. indiſtinctè:
quidam verò dicunt etiam indiſtinctè quòd excuſat ſolùm
à tanto.Sed Sanct.Thom.vt ſuprà, diſtinguit, quia excuſat à
toto,ſi fuit ſine culpa:ſi verò fuit cum culpa,excuſat ſolùm à
tanto.quod quomodo debeat intelligi,vide eum in iiij.diſtin.
xvij.quæſt.ij.articulo ij.quæſt.iiij.ad ſecundū.Ibi enim ſic di-
cit.Effectus conſequens, qui peccatum agrauat,iam in actu
præceſsit velut in cauſa:& ideo quando cōmiſſum eſt,totam
ſuam quantitatem habuit, & ex effectu conſequente nō ac-
creſcit aliqđ quo ad rationē culpæ:& ſi accreſcit quo ad pœ-
nam accidentalem,ſecūdum quod plures habebit homo ra-
tiones dolendi in inferno de pluribus malis cōſecutis ex ſuo
peccato.Et ratio,ſecundū mētem eius,eſt:quia quādo ebrie-
tas eſt cum culpa,eſt aliquo modo volita:& conſequenter in
ea ſunt volita implicitè omnia, quæ ſequuntur ſicut volens
proijcere ſagittam ſine adhibita diligētia,vult implicitè ho-
micidium quod ſequitur.¶Quantum ad pœnam verò qui-
dam dicunt quòd non imputatur, niſi quod ex culpa imme-
diatè procedit:non autem quod mediatè. Vnde ei, qui pro-
pter ſuam culpam excōmunicatur, non imputatur quòd be-
neficium intra tempus debitum non contulerit:niſi fuerit in
mora petendæ abſolutionis:quia culpa non eſt cauſa imme-
diata,ſed excommunicatio,quæ eſt pœna: & ſic in propoſito
licet ſuperflua potatio fuerit immediatè cauſa priuationis
vſus rationis,nō tamen homicidij vel alterius peccati: & con
ſequenter,ſecundum iſtam opinionem non erit irregularis.
Et iſta eſt opinio Panor.in cap.quia diuerſitatem. de conceſ.
præben.quam ſequitur Summa Ang. Quidam verò alij di-
cunt quòd imputantur illi ad pœnam omnia, quæ ſequūtur:
& ſi occidat,erit irregularis.& hæc eſt opinio Richar.in iiij.
diſtinct.xv.Sed opinionē ſecundam dico eſſe de mēte Sancti
Tho.ſi ebrietas fuit culpabilis.vnde iſte erit irregularis, etiā
ſi culpa fuit leuis: ſicut & qui iacit ſagittā incautè dans ope-
ram illicitæ rei.¶Quintò.† quæro,vtrum teneant geſta per 6
ebrium:puta,cōtractus matrimonium?Et dico quòd nō, ſe-
cūdum Veruec.& omnes,ſi eſt ebrius propriè, id eſt,penitus
alienatus mente.ſecus ſi eſt bene confortatus,intelligens ta-
men quod facit,licet in multis ſuccurratur ei per miſericor-
diam

diam iuris,vt in iuramento, & confeſsione, & huiuſmodi: vt
ſuprà dixi in Blaſpemia.§.vij.

## De Eccleſia,& eccleſiaſticis priuilegijs ac perſonis.

1 *Eccleſia & ſynagoga quid notent.Et cur Apoſtoli populum Chriſtianũ Eccleſiã appellarũt?Item quotuplex ſit Eccleſia de quibus hic ſigillatim.Et de multiplici eius acceptiõe.remiſsiuè. Chriſtus caputne ſit Eccleſiæ,an membrum?*

2 *Eccleſia an errare poßit?Et in quibus:Et quænam ſit eccleſia illa,quæ errare nequit: & cuius doctrinæ infallibiliter inhærendum ſit?num.4.*

5 *Eccleſiæ Romanæ, quænam ſint priuilegia?Et ibidem quòd à tribus ipſi priuilegia cõceſſa ſunt,à Deo ſcilicet,Papa,& Cæſare.Et quotuplicia ſint huiuſmodi priuilegia? Et ibidem de omnibus ſigillatim.*

6 *Eccleſiaſticæ perſonæ,quænam ſint,& quotuplex earum priuilegium.Et priuilegio clericali quinam gaudeãt, concluſiones variæ,de quibus fusè & apertè,vbi deuotorum, ſeu Eccleſiaſticarum perſonarum,proprietati rerũ non renuntiantium, ſed ne matrimonio quidem,ſeptem genera referuntur?*

7 *Honorius regulam fratrum ac ſororum de pœnitentia beati Dominici,approbauit,& Prædicatorum ordinem.*

1 ECCLESIA † eſt nomen Græcum, & latinè ſonat conuocatio:ſicut ſynagoga eſt Hebraicum, & latinè ſonat
congregatio:vnde eccleſiare eſt cõuocare vel concionari.Et
ideo Apoſtoli Chriſtianũ populũ ſemper eccleſiam, & nun-
quam ſynagogã appellari voluerũt:vt ipſis vocabulis Chri-
ſtianorum fidelitas & diſcretio, Iudæorũq; infidelitas & be-
ſtialitas notaretur:qui frequentius appellati ſunt nomine ſy-
nagogæ: quia,vt dicit Vgo, conuocantur homines propriè:
*Eccleſia.* pecora verò congregãtur.vnde eorũ ſunt greges.Et ſic dici-
tur eccleſia ſecundũ Græcos ab eccleſijs, quod eſt miſerans
quia miſericordia plena ſit,& nunquã redeũtibus ſinum clau
dat.C.de ſum.Trin.in epiſtola, inter claras.& de hære.c. ſu-
per eo.lib.vj. Videtur autẽ eccleſia eſſe idẽ ꝓpriè quod po-
pulus cõuocatus ſeu adunatus in dei cultu,quæ dicit͛ eccleſia
ſpiritualis.tranſſumptiuè autẽ locus,in quo populus ad per-
cipiẽda quæ fidei ſunt, cõuocatur:qui dicitur eccleſia mate-
rialis. Eccleſia autẽ ſpiritualis eſt duplex, ſcilicet generalis,
id eſt,totus populus Dei Chriſto vnitus per fidẽ,aut viſionẽ.
*Duplex* & ſpiritualis,ſcilicet eccleſia Chriſto ꝑ charitatẽ vnita. Quæ
duplex eſt, ſcilicet triumphans iã Deo coniuncta per gloriã:
& militans,quæ etiã eſt duplex,ſcilicet catholica ſiue vniuer-
ſalis,ſcilicet Dei populus ꝑ totũ orbem diffuſus, ſed propriè
ei cõiunctus per fide & charitatem.& ſpecialis, ſicut eccleſia
Mediolan.& Bononienſis, & huiuſmodi,niſi eſſet Romana:
quia illa eſt eccleſia vniuerſalis in virtute:vt j.§.iij. Sumitur
autẽ eccleſia alijs modis, de quibus vide extra ne prælati. vi.
ſuas.in c. quereiã. in gl. & ſpecialiter ſumit͛ vt diuidit͛ contra
populũ:ſicut clericus & multitudo eccleſiaſticarũ perſonarũ
2 dicitur eccleſiã:vt ibi patet. ¶ Primò † verò quærit͛, quãtum
ad eccleſiam generalẽ,vtrũ Chriſtus ſit eccleſię membrum,
vel caput?Et dicit S.Tho.in iiij.diſt.xlix.quòd eccleſia dupli-
citer ſumit͛,ſcilicet corpus Chriſti myſticũ præcisè: & ſic di-
citur,ſpõſa Chriſti & corpus Chriſti myſticũ ſimul cũ capite,
id eſt,Chriſto:vnde Chriſtus eſt caput ſpõſæ,nõ membrum:
3 eſt tñ membrũ eccleſię.¶ Secũdò † quærit͛,vtrũ eccleſia poſ-
ſit errare?Et dico ſecundũ doctrinã S.Tho.& aliorũ Docto-
rum ꝙ errare non põt in ſpectantibus ad fidẽ vel mores: ſed
in his ſemper verum determinat:quia Chriſtus pro ea orauit
vt nõ deficeret fides eius:& Spiritus ſanctus docet eã omnẽ
veritatẽ,ſcilicet in neceſſarijs ad ſalutẽ,vt ſunt fides, & mo-
res:& ſic intellige xxiiij.q.j. à recta. & ſimiliter creditur pa
quòd errare non poſsit in canonizatione ſanctorũ,vt dictum
eſt ſuprà,Canonizatio.§.iij.in alijs autem errare poteſt:quia
ſequitur humanam opinionem,quæ falli põt. & ſic intellige
c.à nobis.el ij.de ſenten.excom.Vnde S.Tho.in ij.ij.q.j. vult
quòd quilibet teneatur inhærere doctrinæ Eccleſiæ tanquã
regulæ infallibili.vide etiã infrà Fides.& infrà vſus. ¶ Tertiò
† quæritur,quę ſit iſta eccleſia,quæ errare nõ poteſt,& cuius 4
doctrinæ infallibiliter hærẽdum eſt?Et dico quantum colli-
gitur ex ſancto Thom.& alijs Doctor.maximè Archiep.iiij.
parte.tit.viij.cap.iiij.§.iiij.quòd dupliciter dicitur,ſcilicet for
maliter & virtualiter:& vtrunque horum dupliciter:& ſic ſu-
mitur quadrupliciter.Iſta ergo dicitur primò formaliter &
verè:& eſt omnis populus fidelis per totum orbem maximè
Deo vnitus per charitatis amorẽ. Et ſecundò dicitur forma-
liter & repręſentatiuè:& eſt cõcilium generale.Tertiò dici-
tur virtualiter & formaliter ſimul:& eſt eccleſia Romana:
quæ eſt caput omniũ eccleſiarũ virtualiter cõtinens autho-
ritatem totius eccleſiæ.Quartò etiã virtualiter & repræſen-
tatiuè ſimul:& eſt collegium Cardinalium cum ſuo capite,
id eſt,ſummo põtifice,ſiue papa vel caput eccleſiæ vtẽs ſcili-
cet auxilio ſiue conſilio membrorum ſuorum,quantum po-
teſt ad indagandam veritatem:non autem eſt papa vt ſingu-
laris perſona,quæ poteſt errare.Et ſic intellige glo.in dicto
cap.à recta.dicentem quòd eccleſia, quæ errare non poteſt,
dicitur nõ papa,ſed congregatio fidelium,quæ ſcilicet tenet
fidem quam Petrus cum alijs populis docuit:& hæc dicitur
Eccleſia Romana,& fides Eccleſiæ Romanæ ſiue ſint Ro-
mæ ſiue alibi.& de his etiã ſuprà,Concilium.§.ij.& iij.& in-
frà fides.§.j.¶ Quartò † quęritur,quæ ſint eccleſiaſtica,id eſt, 5
Eccleſiæ Romanæ priuilegia? Et dico quòd ſunt triplicia,
ſcilicet à Deo,à papa,à Cęſare cõceſſa.¶ Priuilegiũ autem à
Deo cõceſſum eccleſię vniuerſali vel Romanæ, eſt dignitas
vel prærogatiua illi cõceſſa in perſona beati Petri primi Ro
mani põtificis,& vniuerſalis vicarij Ieſu Chriſti. Et hoc pro-
batur per cap.omnis.diſtinct.xxij.Ex quo etiam patet, quòd
tale priuilegium eccleſiæ eſt etiã papæ:& eſt multiplex:ſed
tantùm quinq; enumerabo.¶ Primum eſt quòd ipſe Roma-
nus pontifex eſt caput ſummum & vnicum vniuerſalis eccle-
ſiæ:ſuper eam totam habens principatum, nulli inferior vel
ęqualis,ſed omnibus ſuperior:ex quo etiam habet ipſa eccle-
ſia Romana quòd ſit caput,princeps, & mater omniũ eccle-
ſiarum.Et iſta patet in capit.non decet. xij.diſtinct.vbi etiam
patet quòd eadem dicitur Eccleſia Apoſtolica & Romana:
vnde eadem eſt Romana & Apoſtolica. diſtinct.xix.ita do-
minus.¶ Secundum. Nam idem Romanus pontifex eſt ge-
neralis prælatus,habens ſuper omnes iuriſdictionem,& ple-
nitudinem poteſtatis.ij.quæſt.vj.qui ſe ſcit.cęteræ autẽ eccle
ſiæ vocatæ ſunt in partem ſolicitudinis,non in plenitudinem
poteſtatis:vnde pallio,in quo ſcilicet confertur pontificalis
officij plenitudo: vt extra de author. & vſu pallij:ipſe ſolus
vtitur in miſſarum ſolẽnijs ſemper & vbique:alij autem nec
ſemper necvbiq;:ſed in eccleſia ſua certis diebus.¶ Tertium.
Nam ipſe condere poteſt ſtatuta perpetua, firma & immu-
tabilia.diſtinct.xj.cõſequens.quam firmitatem innuit Chri-
ſtus dicens.Et ſuper hanc petrã.quaſi ſcilicet ipſe Chriſtus ſit
fundamentum naturale.j.Corin.iij.Petrus autem etiam ſuc-
ceſſorum quaſi petra prima in fundamento, vnde ipſe poſt
Chriſtum eſt eccleſiæ fundamentum, ſecundum Hierony.
Chry.Origenẽ,S.Tho. ¶ Quartum. Nam ipſe ſolus dat ro-
bur & authoritatem concilijs & ſtatutis conciliorum:vt di-
ſtinct. xvij.per totum. & ij.quæſt.v. ideo.& iij. quæſt.vj.da-
dum.& hoc ſequitur ex ij.& iij.¶ Quintum.Nam omnes
dicat,& à nullo poteſt iudicari.diſt.xl.ſi papa. niſi inueniatur
deuius à fide.ix.q.iij.conqueſtus.§. ſola.& de hoc ſuprà Con-
cilium.§.ij.& infrà Papa. §. iiij. ad quod reducitur quòd ipſe
habet interpretari omnia dubia:qui fil.ſint legitimi.per venerabilem.
Sunt & alia multa.A papa etiam ſunt eccleſiæ Ro-
manæ & alijs conceſſa priuilegia: vt ꝙ inijciens manus vio-
lentas in clericum ſit excommunicatus: & in legatis ad pias
cauſas ſufficiãt duo teſtes:de teſta.relatum.& huiuſmodi.Ab
imperatore ſimiliter ſunt multa cõceſſa ſparſa in iure ciuili,
6 vt de immunitate eccleſiarũ,& huiuſmodi. ¶ Quintò † quæ-
ritur,quæ ſint eccleſiaſticæ ꝑſonæ?Et dico multa ex doctri-
na Archidiac.¶ Primum. Clericale priuilegium duplex eſt,
ſcilicet perſonale,per quod clerici percuti violenter ſuaden-
te diabolo ſine excommunicatione non poſſunt.xvij.q.iiij.ſi
quis.& fori, per quod conueniri non poſſunt in cauſis ciuili-
bus,aut criminalibus ſub iudice ſeculari.vj.quæſt.j.de perſo
na.nec de ſuis bonis patrimonialibus vel eccleſiarum,aut lo
corum ſuorum tailliari debẽt:ſed liberi ſunt ab oneribus lai-
corum:vt impoſitionibus,præſtãtijs,gabellis,pedagijs,& hu-
iuſmodi.¶ Secundum. Secundũ Hie.xij.q.j. duo ſunt genera
Chriſtianorum.vnum diuino officio,contemplationi,& ora-
tioni dicatum:vt ſunt clerici,& Deo deuoti,videlicet cõuer-
ſi,nullam inter ſe proprietatem habentes. quod intellige ſe-
cundum tempora,quibus clerici viuebant in communi ſecũ-
dum Arch.vel de religioſis.hodie enim clerici ſeculares lici-
tè proprium habẽt:vt xij.q.j.in multis capitulis.& de pec.cle.
per totum.Aliud genus eſt laicorum.Laos enim Græcè,La-
tinè dicitur populus.Vnde cùm ibi non detur tertium genus
Chriſtianorum,oportet omnem non comprehenſum ſub ge
nere laicorum,pertinere ad genus clericorũ, id eſt, deuoto-
rum:& huiuſmodi dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ gaudẽtes
priuilegio clericali.Et iſti,ſecundum Pan.c.ij. de foro cõpet.
ſunt hi qui alieno actu eripiũtur à iuriſdictione Imperatoris,
quæ eſt duplex,ſcilicet receptio ordinis, intellige etiã mino-
rum:& conuerſio ad aliquam de religionibus approbatis. Ad-
de verò quòd eſt tertius actus, ſcilicet quo quis ſe obligat &
ſua perpetuò & efficaciter alicui religioſo vel clerico cũ al-
teratione habitus, de mente eiuſdem ibi. Adde etiam ꝙ eſt
quartus,ſecundum Ant.de Bu.vt infrà parti.vij. ſcilicet viue-
re in communi regulariter. Adde etiam quintum,id eſt,con-
ſuetudinem rationabilem & præſcriptam,quæ habet vim le-
gis.¶ Tertium.Igitur perſonæ eccleſiaſticæ ſine dubio dictis
priuilegijs gaudẽtes quo ad religioſos ſunt canonici regula-
res,monachi mendicantes , & omnes in aliqua religione ap-
probata tria vota profitentes.de ſtatu monac.cum ad mona-
ſterium.Et ſimiliter conuerſi in huiuſmodi religionibus ob-
ligati ad tria vota:vt expreſſe notatur in c . lex continentiæ.
xxvij.quæſtione prima. Et ſimiliter quo ad perſonale priui-
legium religionum,& huiuſmodi nouitij,clerici,vel conuer-
ſi,vt perſonæ eccleſiaſticæ cenſentur. de ſentent.excom. re-
ligioſo.lib.vj.Adde idẽ eſſe de his qui ſe & ſua obtulerũt cũ
alteratione habitus.Et idem de monialibus, & earum noui-
tijs,& conuerſis:vt in d.cap.vt lex. Et vtroque gaudent pri-
uilegio,etiam ſi efficiantur apoſtatæ,vel reijciantur,vel licẽ-
tientur ad manendum extra clauſtrum,ſi ſunt profeſsi tacitè,
ſiue clerici, ſiue conuerſi, aut moniales, vel clerici ſeculares
in ſacris conſtituti non incedentes in habitu & tonſura, cùm
ſciuntur eſſe tales.vide infrà Excommunicatio.vj. §. quinto.
¶ Quartum.Et ſimiliter quo ad clericos perſonæ eccleſiaſti-
cæ ſunt omnes conſtituti in ſacris,id eſt, ſubdiaconatu,& ſu-
pra,& conſtituti in minoribus: vt patet xj . quæſtione j. de
perſona. vtroque priuilegio gaudẽtes etiam excommunica-
ti,ſuſpenſi,depoſiti,,& irregulares , niſi eſſent ſolenniter de-
gradati:vt qui traduntur curiæ ſeculari:de pœn.degradatio.
libro ſexto.Imò per Pſalmiſtatum, qui idem eſt quod prima
tonſura:nec eſt ordo , ſed diſpoſitio ad ordinem : ſecundum
Theologos efficitur quis clericus gaudens priuilegio perſo-
nali d.canonis,ſi quis ſuadente.vt expreſſè ponit gloſſa diſtin
ctio.xxj.cap .j.& probatur per capit.non dubium. & per cap.
parochianos.de ſent.excomm. In hoc tamen eſt differentia:
quia in ſacris conſtituti priuilegium clericale retinent ſem-
per,nec ei poſſunt renũtiare: & ſi de facto dimittant clerica-
tum tranſeundo ad actus omnino contrarios,vt contrahen-
do,aut vacando militiæ,vel negotiationi,& huiuſmodi , cogi
debent redire ad clerum,& viuere clericaliter,licet non inci-
dant in canonem , qui eos capiunt vel cædunt ignoranter:
quia ſine habitu & tonſura incedunt. Sed conſtituti in mino-
ribus,ſi ſunt clerici ſeculares, poſſunt liberè & ſine peccato
dimittere clericatum contrahendo matrimonium, vel alijs
exercitijs omnino laicalibus inſiſtendo.Et ſi contrahant cum
vna & virgine deferentes tonſuram & habitum,retinent pri-
uilegium canonis,ſi quis ſuadente.nec trahi poſſunt ad iudi-
cium ſeculare pro exceſsibus in ciuilibus aut criminalibus,
aut ꝑſonaliter,vel pecuniariter à iudice cõdemnari:reali au-
tem priuilegio nõ gaudent in tallijs,& huiuſmodi: vt de cle-
ri.coniug.capite vnico.libro vj.Quando autem perdant pri-
uilegium clericale,vide ſuprà Clericus.ij.§ . finali. ¶ Quin-
tum.De conuerſis autem ad eccleſiam ſecularẽ ſiue clerico-
rum ſecularium,vtrũ ſint eccleſiaſticæ perſonæ.gloſſa in di.
capite,vt lex.xxvij.quæſt.j.diſtinguit:quia ſi retinent ſibi ſua,
non gaudent huiuſmodi priuilegijs : ſecus ſi ſe & ſua alicui
eccleſiæ tradũt:quia gaudent:licet teneret matrimonium ſi
cõtraherent:& filij inde nati poſſent petere legitimam por-
tionem de rebus oblatis eccleſię:vt xix.quæſtiõe tertia.ſi qua
mulier. & capite ſequenti.quia non intelliguntur vouiſſe cõ-
tinentiam,& renuntiaſſe proprijs, ſicut conuerſi vel oblati
ad eccleſiam regularem.Sed Ioannes Andreas ſuper cle.j.de
decimis.limitat , quòd gaudent ſi hoc faciant realiter cũ ef-
fectu.& per illud verbum,cum effectu,dicit tolli primò frau-
des.vnde non gauderet hoc faciens ad fugiendũ onera com-
munitatis:quia fraus & dolus nemini debent patrocinari. de
reſcriptis.in capite,ſedes.& ſecundò conditiones & pacta quę
ſuſpenſum tenerent talium oblationum effectum:vnde non
ſufficit quòd ſua donaſſent remanentes in ſeculo,retento ſi-
bi vſufructu.Limitare etiam videtur gloſſa in capite , vt pri-
uilegia,de priuilegijs.ſi mutent habitũ : ita quòd diſtingua-
tur ab habitu ſeculari:licet ex toto non habeant habitũ mo-
nachalem.arg.xxxiij.quæſtione quinta.quod Deo . vnde Ar-
chidiaconus ſuper gloſſ.capite , duo ſunt. xij. quæſtione pri-
ma.dicit quòd tale ex quo habitum mutant, perſonæ eccle-
ſiaſticæ habentur,& priuilegiati intelliguntur. arg.xij.quæ-
ſtione ſecunda.eccleſiarum ſeruos.Panormi.etiam in d. cap.
ij.videtur limitare,vt non gaudeant maximè priuilegio fori,
niſi ſint oblati perpetuò & efficaciter.licet gloſſa in c.cleri-
cum.xj.quæſtione j.velit indiſtinctè,quòd familia clericorũ
gaudeat priuilegio fori,quod ſpeciale,inquit videtur in fami-
lia epiſcopi.de offi.Arch.capite ſi. Sed ego puto in hoc ſtan-
dũ cõſuetudini,ſi appareat:aliàs nõ gaudẽt , niſi ſint ꝑpetuò
oblati,& aliqualiter habitum mutent.Quidam autem dicũ-
tur minores gaudentes clericali priuilegio:de quo vide Pan.
ibi.¶ Sextum.Quantum ad Deo deuotos autem,quorum ſci-
licet aliqui ex ſua profeſsione non renuntiant proprijs nec
matrimonio nec aliquam regulam profitentur: dico quòd
dicuntur eccleſiaſticæ perſonæ gaudentes huiuſmodi priui-
legio perſonæ & fori.& quibus inferre iniuriam perſonis aut
rebus,ſacrilegium reputatur.xvij.quæſt.iiij.quiſquis.Primò,
mulier:

mulieres canonicę ſeculares nuncupatæ, quæ apoſtolico priuilegio eximuntur à poteſtate iudicis ſecularis: & ſi non ſunt exemptæ in particulari, ſubſunt diœceſano loci: & ab eo vt eccleſiaſticæ perſonæ viſitantur, ſiue ſint exmptæ, ſiue non: quanuis retineant proprium, & aliquam de ſubſtantialibus religionum approbatarum non profiteantur. & ita tenet Archidia. & bene, ratione conſuetudinis & vitæ regularis, quandiu in ea tolerantur. Qui etiam ſubdit: Nec tamẽ ex hoc ſtatus earum approbatur: de quibus in cap. indemnitatibus. de ele. lib. vj. & in cle. attendentes. de ſtatu monac. & in cap. dilecta. de maio. & obed. in glo. imò videtur quaſi reprobari per cap. pernicioſum. xviij. q. iij. ¶ Et ſecundò ſolẽniter pœnitentes, ſecundum gloſſ. xvij. q. iiij. quiſquis. quod probat per cap. aliud. xj. q. j. vbi dicit Leo, ꝙ talis, ſcilicet ſolẽniter pœnitens, melius expectabit iudicium eccleſiaſticum quàm foreſe: ſed non inſiſto hic: quia hodie talis pœnitentia non imponitur: ſed quaſi videtur prohiberi, de pœn. diſtin. j. quanuis. Pro quo vide ſi vis Panor. in d. cap. ij. de foro compet. tenentem quòd non gaudẽt: licet ipſi & aliæ perſonæ miſerabiles poſsint adire iudicem eccleſiaſticum. ¶ Tertiò, templarij: vt no. gl. xvij. q. iiij. quiſquis. & ibi Arch. quod de templarijs ſancti Ioannis Hieroſolymitani certum eſt: cùm profiteantur regulã beati Auguſtini, & teneantur ad caſtitatem, & ſuorum beneficiorum habeant vſum ſeu adminiſtrationem, non proprietatem. ¶ Quartò, milites gaudentes, de quibus licet habeant proprietatem, & ſint vxorati, dicit Ioã. de Lign. ſe conſuluiſſe, & Bart. ſe hoc notaſſe in l. ſemper. ff. de iu. immu. quòd gaudent hoc priuilegio, niſi appareat eos in fraudem hoc feciſſe, talẽ habitum ſuſcipiendo, ſcilicet ad vitandum onera communitatis. de reſcript. ex tenore. ¶ Quintò, milites de ſpata nuncupati, portantes rubeæ ſpatæ ſignum in pectore, gaudent hoc priuilegio, vt religioſi, & eorum priuilegium per Nicolaum quintum renouatum eſt. ¶ Sextò, etiam eremitæ: vt dicit gl. xvj. q. j. qui vere. vbi dicitur quòd qui verè & purè ſolitariam eligunt vitam, digni ſunt conuenienti honore: non obſtante quòd poſsint habere proprium. xix. q. iij. §. econtra Paulus. & quæ ſit regula eorum, non inuenitur. Sed contrarium tenere videtur Lud. de Roma, & Pan. & poſſet dici hoc habere locũ in vagis & profugis nulli ſuperiori vel regulę aſtrictis: vide j. Eremita. §. j. ¶ Septimò, Ieſuati, qui licet nullã regulam profiteantur: tamen deferunt habitũ religioſum, & viuunt in communi & continentur ſecundum quaſdam eorum obſeruãtias deuotas. Ant. de Bur. tenet quòd vt perſonæ eccleſiaſticæ gaudeant huiuſmodi priuilegio: & dicit in c. nullus. de foro compet. quòd generaliter omnes perſonæ regulariter viuentes, ſunt eccleſiaſticæ, quanuis nõ faciant profeſsionem: vt no. gl. in cap. indemnitatibus. de elec. lib. vj. de ma. & obe. dilecta. gl. quod facit, inquit, pro Ieſuatis maribus & fœminis: & idẽ dicit de muliere incluſa. alle. xj. q. j. de perſona. quod videtur intelligi de incluſa ſpõte ob deuotionem & mutato habitu. Vide tamen Panor. vbi ſuprà tenentem contrariũ. ¶ Septimum Quantum ad fratres & ſorores tertij ordinis beati Franciſci. qui dicuntur Pizocherij, ſunt opiniones: quia dicunt quidam, quòd non gaudent clericali priuilegio: quia nec ſunt religioſi, nec clerici. Et ita ſentit gl. in clem. cum ex eo. de ſent. excõ. & Pan. ibi & Landu. & Ioan. Cald. in quodam cõſilio, & Feder. in alio conſilio. Alij verò dicunt quòd ſic: quia ſunt de ordine & modo viuendi approbato: vt in cle. j. de relig. domi. & ita ſentit Zen. in d. cle. cum ex eo. & Lap. & Io. de Lign. & Archid. & Dyn. & Bart. qui tamen dicit ſeruari contrarium in ciuitate Peruſina: vbi cõueniuntur ſub iudice ſeculari, & ſoluũt collectas, quod procederet, ſi dictum habitum aſſumpſiſſent in fraudem: & de ea conſtaret ſecundum Ioan. de Imo. Si verò de ea non conſtet verior eſt opinio Zen. vt dicit. Sed Zaper not. in cle. per literas. de præben. virtualiter diſtinguit dicens eſſe cõſiderandũ ſtatũ horũ: quia ſi ſunt adſtricti ordini perpetuò vt egredi non poſsint, videntur cenſeri perſonæ eccleſiaſticæ: quia deputatæ perpetuò ad vſum pium: alias non. Sed adde tu quòd nulli tali poſt ſuæ regulæ profeſsionẽ licet ad ſeculum redire: ſed ad arctiorem tranſire religionẽ. Adde etiam quòd hæc quæſtio ceſſat ex priuilegio Eugenij tertij, quòd incipit, nimis. mandantis epiſcopis & prælatis, ne permittant eos in grauationibus ciuitatũ & communitatum à laicis vexari, niſi haberent bona alijs obligata Inno. etiã dedit eis priuilegium exemptionis: quod incipit, nec per ſecularia. Aliàs ceſſante priuilegio, iuxta prædicta vera eſt opinio Zaba. ¶ Octauum. Quantum ad fratres ac ſorores de pœnitentia beati Dominici, idem dicendum eſt, ſcilicet quòd ſint eccleſiaſticæ perſonæ: quia de ſimilibus idem eſt iudiciũ. de tranſact. inter corporalia. habent etiam regulam, quam profitentur, approbatam per Honorium † qui ordinem Prædicatorum approbauit: & confirmatam per bonif. ix. & Inno. cuius tranſgreſsio nõ obligat ad mortale, cuius profeſsio impedit reditum ad ſeculum, & cuius modum viuendi coniugati aſſumere non poſſunt, niſi ex mutuo conſenſu: & quem ſi aſſumant, vti quidem poſſunt matrimonio, tamen ſolutus ab eo, contrahere non poteſt ſine peccato mortali, licet teneat matrimoniũ: quia aſſumptio talis ſtatus cum profeſsione habet vim voti ſimplicis: & poſſunt manere in proprijs domibus, & habere proprium: ac etiam collegialiter viuere, & in communi, ſi volunt propria ſponte, non ex vi regulæ: & quantum ad aliquid ſunt magis priuilegiati quàm fratres & ſorores beati Franciſci: quia iſti admitti poſſunt ad diuina fratrum Prædicatorum tempore interdicti: non aũt illi olim hoc poterant: vt in clem. cum ex eo. de ſenten. excom. Sed intellige quòd iſti gaudẽt priuilegio clericali de iure, ſi ſunt perpetuò oblati cum ſuis: aliàs verò ex priuilegio, maximè Xiſti quarti excommunicantis omnes imponentes eis grauamina: & bulla plumbea eſt Bononiæ. ¶ Nonum. Quantum ad Mantellatos & Pizocherios fratrum Eremitarum, idem dicendum eſt quod de prędictis ex priuilegio Bonif. ix. Vide de iſta materia Panor. vbi ſuprà in cap. ij. de foro compet. & de vxore cleric. & de multis alijs, vide etiam infrà Excommunicatio. vj.

## Rurſus de Eccleſia ſecundò, quo ad materialem in genere & in ſpecie.

1 *Eccleſia materialis, quænam ſit? Et quot requirantur, vt eccleſia eſſe poſsit? Et ibidem, Oratorium cuius authoritate fieri poſsit? Et de multiplici horum acceptione.*

2 *Eccleſia materialis à quo, et qualiter fundari debeat? et num...*

4 *Manſus, qui aliàs variè ſumitur, qualiter hic accipiatur: & num eccleſiæ mendicantium ſine dote ædificari poſsint, & quid de ijs, quæ in monaſterijs reditus habentibus ædificantur.*

5 *Eccleſia vbi ædificari debeat, & quis eam reparare teneatur numero ſexto.*

7 *Iura de eccleſiarum deſtructione, quid ſanciuerint: Et ibi conclusiones tres.*

8 *Præſentatus ad eccleſiã parochialẽ, ſi in ſacris nõ ſit, num admitti debeat, ac poſsit? Et an ei cõferri queat, qui annũ non attigit? nu. 9. Et ibidẽ cui collata fuerit, ad quid teneatur.*

10 *Epiſcopus, an diſpenſare queat, vt obtinens eccleſiã parochialem inſiſtendo ſtudio, non teneatur, niſi ad ſubdiaconatum intra annum promoueri. Et quid ſi intra promotus nõ fuerit ad ſacerdotium intra quantum tempus promoueri teneatur.*

11 *Diaconus ad eccleſiam promotus fuit parochialẽ: cuius pacificam poſſeſsionem vltima die menſis Septembris adeptus eſt glexit, aut vſque ad quatuor tẽpora Septemb. ad ſacerdotium promoueri: & in ſabbato quatuor temporum eiuſdem promoueri nullo modo potuit: an menſe illo finito, & conſequenter annui conſtitutionis cap. licet. de elect. libr. vj. priuatus ſit dicta parochiali eccleſia?*

11 *Prauidere licet quis quod accidere poteſt, teneatur: diuinare tamen non tenetur.*

1 ECCLESIA † materialis quantum ex vario iure colligitur, eſt locus publicus, id eſt, epiſcopali authoritate conſtitutus & conſecratus, in quo fideles conueniũt ad percipiẽda fidei ſacramẽta. Vñ ad eſſe eccleſiã tria requirunt᷑. Primò, ꝙ ſit ab epiſcopo fundata. Secundò, ꝙ ſit facta ad percipienda ibi ſacramenta. Tertiò, ꝙ ſit cõſecrata: alioquin nõ eccleſia, ſed baſilica dicitur, id eſt, domus regis, ſcđm Pan. in rub. de conſe. eccle. vel alt. alleg. gl. cũ tex. in c. j. de reli. do. quod facit ad ſtatutũ ꝙ delictũ cõmiſſum in eccleſia nõ conſecrata, non ſit cõmiſſum in eccleſia: gaudet tñ eodẽ priuilegio, quo & conſecrata, ſi fundata ſit authoritate epiſcopi, ſcđm Pano. in c. ſi. de conſe. eccle. vel alta. pro quo multa ibi allegant᷑ in gl. Oratoriũ aũt fieri põt etiam authoritate priuata in domo propria, dũmodo nõ fiat in forma eccleſiæ, ſcđm Ray. & in eo non miniſtrantur ſacramenta regulariter: cùm ibi nõ liceat celebrare ſine licentia diœceſani: alioquin clericus celebrans ibi, debet deponi. de conſe. diſt. j. vnicuiq;. & c. clericos. Aequiuocè tñ tam oratoriũ quàm baſilica dicit᷑ eccleſia. Dicitur verò eccleſia materialis, aliqñ eccleſia matrix: quæ aliqñ eſt eccleſia cathedralis: vt in c. venerabili. de ver. ſig. aliqñ eſt baptiſmalis ſeu parochialis: vt in c. ex trãſmiſſa de pręſcri. & in c. ad audientiã. el j. de eccle. ædi. vt no. Car. in cle. ne Romani. de elec.

2 ¶ † Primò verò quærit᷑, à quo debeat materialis eccleſia fundari? Et dico quòd fundari non poteſt authoritate diœceſani: vt in authen. de eccle. tit. §. ſi quis autem. & de conſe. diſt. j. nemo. el j. & hoc verum in locis non exemptis: in exemptis verò nullus ædificare poteſt ſine licentia ſedis apoſtolicæ: vt in cap. authoritate. de priui. lib. vj. & ſic intellige c. de locorum. cum c. ſeq. de conſec. diſt. j. Exempti autem conſtruere nõ poſſunt eccleſias, oratoria, vel capellas in locis nõ exemptis ſine diœceſanorũ authoritate: nec facere celebrari in conſtructis, vel celebrare tempore interdicti in caſibus non expreſsis. aliàs per ordinarios compelluntur: cõtra quos ſi propter hoc eorum conſeruatores ferrent ſententias: non valent: vt in d. c. authoritate. in locis verò exemptis prædicta conſtruere non poſſunt ſine licentia ſedis apoſtolicæ: vt in d. c. authoritate. & ſic intellige c. de locorum. cum c. ſeq. de

3 cõſec. diſt. j. ¶ † Secundò quæritur, qualiter debeat fundari? Et dico quòd diœceſanus ponere debet primariũ lapidem, & crucem ibi figere, & deſignare cœmerium, & petere dotem ſufficiẽtem, ſine qua conſecrare non debet. de conſe. di. j. c. ſi nemo. & c. placuit. quæ dos ſufficit, ſi ſit vnus manſus. de

4 eccle. ædi. c. j. Qui † manſus dicitur multipliciter: vt no. glo. in c. ſcđm canonicam. xxiij. q. vij. & ſecundũ Pan. in c. j. de cenſi. accipit᷑ hic pro dote neceſſaria ad ſuſtentationẽ miniſtri: & ſcđm Arch. eſt prædiũ ſufficiens pro vno pari boũ: quod totaliter liberũ eſſe debet ab omni ſeruitute tpali: vt de eccle. ædi. c. j. Et talis quãdiu fuerit in hac paupertate, nõ tenebit᷑ ad hoſpitalitatẽ, nec ad perſoluendũ aliqd epiſcopo, niſi quãtũ põt, donec veniat ad pinguiorẽ fortunã. arg. de conſue. cũ dilectus. Eccleſię tamen mendicantium ædificari poſſunt ſine dote: & ſimiliter quæ ædificantur in monaſterijs habentibus

5 reditus: vt no. in c. j. de cẽſi. ¶ † Tertiò quæritur, vbi debet eccleſia ædificari? Et dico ꝙ in proprio, & nõ in alieno ſolo: ſi autem fundata fuerit in alieno, ſecundũ Ray. & Hoſt. ſi dominus ſoli laicus erat, & hoc ſciuit, & non contradixit, ſibi imputabitur: & eccleſia libera manebit. arg. diſt. liiij. ſi ſeruus. Si verò ignorauit: eccleſia quidem remanebit conſtructa & libera, nec efficietur laico ſenſualis: ſed tñ ille, qui contraxit, tenetur dominũ ſeruare indemnẽ: vel etiã epiſcopus ſi ponẽdo primariũ lapidẽ, vel etiã poſtea in cõſecratione fuit negligens, ſcilicet ad veritatẽ indagandã. arg. de cõſe. diſt. j. nemo. & xiiij. q. ſi. cõperimus. Si verò ſolũ erat alterius eccleſiæ vel collegij eccleſiaſtici: eccleſia debet ei reſtitui hoc modo ꝙ eccleſia cõſtructa ſit ei ſubdita quo ad ius patronatus. xvij. q. iiij. quæ ſunt. xij. q. ij. apoſtolicos. ¶ † Quartò quærit᷑, qs teneatus eccleſiã reparare? Et dicit Hoſt. ꝙ ſi fabrica habeat ſuper 6

portionẽ deputatã, de illa reparari debet. x. q. iij. vnio. & ſi nõ ſufficit, rector & alij in ea bñficiati cõferre debẽt bñficia. extra eo. c. j. & xvj. q. j. ſi monachus. in quo caſu ſtãdũ eſt diſpoſitiõi epiſcopi vel maioris ptis capituli. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. ſi. Alicubi etiã hoc laici faciũt ſuis expẽſis: & vbi ẽ cõſuetudo, tenent᷑, cùm ibi pcipiãt eccleſiaſtica ſacramenta, & audiãt diuina. xvj. q. vij. quicũq;. & c. filijs. & cõpellendi ſunt talẽ cõſuetudinẽ ſeruare. de ſmo. ad apoſtolicã. & ſi talis cõſuetudo nõ reperit᷑: quartã ꝓuẽtuũ, quæ quondã à ptibus fabricæ deputata eſt, ſoluãt q eã percipiũt nulla obſtãte præſcriptione vel conſuetudine: ſed poſt reparationem quarta redibit ad eoſdẽ. & ſic intelligitur illud xij. q. ij. de reditibus. & tribus ca. ſequentibus. Et idem ſentit Pan. in c. j. de eccle. ædi. dicens ꝙ prælatus tenetur dare quartã redituũ ad hoc, ſi ſpeciales non ſunt deputati, vel ſi conſuetudo nõ tranſtulit onus fabricæ in populũ: quo caſu ipſe tenetur. Nec valet cõſuetudo in cõtrarium. xij. q. ij. cognouimus. Et idem dico de omni bñficiato in ea: vt in d. c. j. quod limita, ſcđm eundem in c. de his qui. de eccle. ædi. quando detractis ſibi neceſſarijs aliqd ſupereſt. limita etiã populũ conſuetudine teneri, niſi ipſe egeret, & eccleſia abundaret: arg. c. aurũ. cũ ſi. xij. q. ij. ¶ † Quintò quæritur, 7

quid iura velint de eccleſiarum deſtructione? Et dico multa. ¶ Primũ. Eccleſia, & præcipuè cõſecrata, vel oratoria, monaſteria & huiuſmodi, reuerti nõ debẽt ad ſecularẽ habitationẽ & vſus ꝓfanos. xvj. q. iij. quæ ſemel. & c. quoniam. vt dictũ eſt ſuprà Benedictio. §. vj. imò etiã hoſpitale ad alium vſum coeuerti nõ poſſet. extra de reli. do. c. ad hæc. Si tamẽ deſtruatur monaſterium, ſecundũ glo. in d. c. quæ ſemel. de lignis & lapidibus cõſtrui poteſt dormitoriũ, vel alius locus honeſtus, vel etiam in coquina ſua ligna comburi à monachis. de conſecr. diſt. j. ligna. Sed ad priuatos vſus conuerti non debent. Locus autem remanet ſacer, licet dirutũ ſit ædificiũ. ¶ Secundũ. Secundum Ioan And. in glo. ſuper §. quæritur ſi monaſterium. xiiij. q. iiij. de monaſterio fieri non poteſt eccleſia ſecularis: vt in d. c. q̃ ſemel. niſi enormiter viuant. quo caſu remoueri poſſunt monachi, & inſtitui canonici ſeculares, cum authoritate tamen Papæ: vel niſi ita ſit quòd non inueniantur aliqui de ordine illo, per quos locus poſsit ordinari: vel niſi aliter non poſsit locus ille reformari quàm per canonicos. Econtra verò videt᷑ quòd epiſcopus de eccleſia ſeculari poſsit facere regularem. xvj. q. vij. ſi quis vult. ¶ Tertium. Altaria conſecrata ſine authoritate epiſcopi deſtruenda non ſunt. de conſec. diſtinct. j. eccleſia. ſicut nec inſtituenda ſunt altaria in eccleſia conſecrata: diſtinct. lxviij. quanuis. altaria autem non conſecrata, ſicut pręsbyteri poſſunt propria authoritate inſtituere in eccleſia nõ conſecrata: ita & deſtruere; & de his ſuprà Altare. §. ij. ¶ † Sextò, quo ad eccleſiam parochialem quæritur, 8

vtrum pręſentatus ad eam poſsit admitti, ſi non eſt in ſacris? Et dico quòd ſic, modò intra tempus debitum poſsit ordinari in ſacerdotem. c. ſi is. de teſti. lib. vj. ſed ſine præſentatione non poteſt inſtitui, niſi diſpenſatiuè, ſecundum Ioan. Andr.

9 in c.præterea.de æta.& quali.or.¶† Septimò quęritur vtrum conferri poſsit ei,qui xxv. annum non attigit? Et dico quòd non,ſed collatio ipſo facto nulla eſt:& tenetur,qui aſſumit, fieri ſacerdos intra annū à tpe cōmiſsiōis &adeptæ poſſeſsionis:aliàs ea priuatus eſt, & vacat. Item tenetur perſonaliter reſidere:licet in hoc diſpēſare poſsit epiſcopus ad tempus ex cauſa.de elec.licet canon.lib.vj.nō tamē vacat.ſic vt alteri cōferri poſsit ſtatim cū tale tēpus tráſiuit ꝙ iam intra annum ordinari nō pōt,ſed ſolū elapſo anno.& de hoc ſ.Beneficium
10 iij.§.ij.& j.Pœna.§.xv.Epiſcopus† etiam diſpenſare poteſt ꝙ obtinens parochialē eccleſiā inſiſtēdo ſtudio nō teneať promoueri intra annū,niſi ad ſubdiaconatū:ad quē ſi non fuerit promotus,priuatus eſt,vt de ſacerdotio dictū eſt.Ad ſacerdotium verò non tenebitur vſque ad ſeptenniū:& interim ꝓuideatur eccleſiæ per vicariū,& elapſo ſeptennio intra annum debet fieri ſacerdos:alioquin dictā pœnā incurrit.de elec.cū
11 ex eo.lib.vj.¶† Octauò,poſito ꝙ quidā diaconus fuerit ꝓmotus ad eccleſiā parochialē:q vltima die Septēbris habuit pacificā poſſeſsionē eccleſiæ,& neglexit vſq; ad quatuor tēpora Septēbris ꝓmoueri ad ſacerdotiū , & in ſabbato quatuor temporū dicti menſis nullo modo potuerit ꝓmoueri:quæritur vtrū finito illo mēſe,& cōſequenter anno ſit priuatus per cōſtitutionē c.licet.de elec.lib.vj.&dicit Io.An.regula,imputari.de reg.iur.lib.vj.in merc.ꝙ nō:cū in primis ſabbatis non fuerit in mora:& hoc etiā reſpectu pœnæ de qua loqmur:& ſic in caſu,quo nō præceſsit mora vel culpa,nō imputatur.Et hoc etiā procedit qñ impedimentum ſuperueniens in vltimo ſabbato nō fuit ex culpa ipſius:& fortius ſi à principio diſtulit ex cauſa iuſta.Et licet dilatio recipienti ſacerdotiū potuerit inducere culpā & morā &cōſcientiæ læſionē:nō tamē induxit morā vel culpā,de quo loquimur.Nec iſte diciť ſe arctare qa ille nō diciť ſe arctare in veniendo,qui arripuit iter tēpore quo pleriq; illius conditionis homines peruenire ſolēt. ff.de ver.obli.l.cōtinuus.Nec eſt obligatus ad operā , q incipit eo tpe quo perfici poterat ſcd̄m operam diligentis ædificatoris:vt eadē l.item q inſulam.Vñ cū veriſimiliter ſcd̄m morem aliorum ordinandorum ille diaconus intra tempus ordinari poſſet:non poſſet dici ſe arctaſſe,cùm tempus con-
12 gruum &ſufficiēs haberet. Et† licet quis prȩuidere teneatur interdum quòd poteſt accidere,non tamen tenetur diuinare. De eccleſia etiam parochiali,vide ſuprà Commenda.§.ij.

## Rurſus de Eccleſia tertiò quantum ad bona temporalia.

1 *Eccleſia quo ad temporalia duobus ſe habere modis dicitur, in dando ſcilicet atque recipiendo.*
2 *Eccleſiam à quo quis poſſit & debeat recipere? Et quid ſi clericus à laico acceperit, nec monitus reſignet?*
3 *Emptum de eccleſiæ pecunijs, num eccleſiæ ſit? Et quibus caſibus res empta, illius efficitur, cuius eſt pecunia?*
4 *Eccleſia pro alienis debitis, an obligari queat? Et quid de eius poſſeſsionibus?*
5 *Legatum eccleſiæ ædificandæ factum, num cum fructibus intermedij temporis ſolui debeat?*
6 *Eccleſiæ donari quantum poſſit?*

1 ECCLESIA† tertiò quantum ad temporalia duobus modis ſe habet,ſcilicet in dando:vt cùm quis eius occaſione lucratur,etiam ſi ipſi non ſit annexum beneficium : &
2 in recipiendo:vt cùm ei donatur,vel legatur.¶† Primò verò quæritur,à quo poſsit quis eccleſiam recipere? Et dico quòd ſolùm ab eccleſiaſtica perſona potente illam de iure cōferre:clericus autem,qui ex collatione laici eccleſiam recipit, vel tenet:ſi monitus non reſignauerit, ab officio vel beneficio ſuſpendendus eſt:&ſi perſeueret contumax,deponendus laicus verò excommunicandus.de iure patr.cap.præterea.& cap.relatum.cōiuncto ca.ſi autem. xj.quæſtio.iij.& cap.cum non ab homine. de iudi. ¶† Secundò quæritur , vtrum emptum ex pecunijs eccleſiæ,ſit eccleſiæ? Et dico quòd ſic.xij.q.iij.c.j.& q.v.ca.furtū quod eſt adeò verū,vt ſi clericus habens pecuniam de prȩbenda vel eccleſia ſua,& inde prædiū emat: licet illam pecuniam potuiſſet dare alijs intuitu pietatis:non tamen poteſt dare prædium: quia ſtatim acquiſitum fuit eccleſiæ,ſiue em ptū fuerit nomine eccleſiæ,ſiue nomine alieno.de pec.cle.c.j.&.c.inquirendum.&propter hoc non poteſt clericus illud alienare.& eodem modo ſi quis de pecunia eccleſiæ,quam habuit furto vel rapina ſeu depoſito poſſeſsionem ſibi emit:quia eccleſiæ fit,vt dictum eſt.Idem Pan.in d.c.inquirendum:poſt gl.quæ not.tres caſus,in quibus res empta ex pecunia alterius,efficitur illius,cuius erat pecunia,ſcilicet in milite,minore,& eccleſia : licet Hoſt . dicat quòd in eccleſia iure non probatur.Sed hoc habet antiqua magiſtrorum interpretatio,quæ minimè eſt mutanda.ff.de legi.l.minimè.Hoc tamen ſatis probari poteſt per d.cap.j.& communiter hoc tenetur per gl.iuris ciuilis: quinimo hoc crederem procedere in quolibet clerico: quia priuilegium attributum militi ſeculari,extenditur ad militem Dei:vt not.Cardin.& gloſſ.in l.miles.ff.de re iudic.¶† Tertiò quæritur,vtrum eccleſia pro alienis debitis poſsit obligari? Et dico quòd non nec eius poſſeſsiones: & ſi quis obligauerit , eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione temporalium & ſpiritualium:extra de ſolu. cap.ij.poterit tamen hæc ſententia per epiſcopum relaxari: quia Papa ſibi non retinuit abſolutionem:de ſenten.excom. nuper.Hæc tamen pœna epiſcopos non comprehendit.de ſentent.excommunicatio.quia periculoſum.libr.vj.
¶† Quartò quæritur,vtrum legatum eccleſiæ conſtruendæ ſeu monaſterio,debeat ſolui cum fructibus intermedij temporis? Et dicit Panormita.in cap. nos quidem , de teſta.quòd ſic:vt conſuluerunt Barto.& Franciſ.de Albe.quia text.præfati ca.nos.dicit quòd relicta eccleſiæ conſtruendæ ſolui debent ſine diminutiōe.& facit pulcher tex.in l.ſi ita relictum, §.Pegaſus.ff.de lega.ij . vbi dicitur quòd ſi relinquitur prædium in certum diem:puta poſt decem annos,vel cùm legatarius erit pubes, debetur prædium cum fructibus intermedij temporis,ſi dies fuerit appoſita fauore legatarij. Sic autem in caſu noſtro dies apponitur fauore eccleſiæ vel monaſterij:quia ſi fuiſſet conſtructa tempore teſtamenti, legaſſet ſimpliciter , & non in diem.
¶† Quintò quæritur,quantum eccleſiæ donari poſsit? Et dico quòd ei donari poteſt in infinitum abſque inſinuatione authen.de nō alien.aut permutan.reb.eccl.§.ſi minus,col. quod tamen in ipſo fallit,qui ad cōſtruendum monaſterium conferre poteſt quinquageſimam bonorum eccleſiæ ſuæ:ad ædificationem verò alterius eccleſiæ ſolùm centeſimam ... quæſtione ij.bonæ rei.nec requiritur nouus conſenſus, quia ... uis ſemel à iure conceſſum ſit. Si autem plures donationes fecerit,& excedant quinquageſimam vel centeſimam, ... dens ſiue vltima reuocabitur,& non omnes,ſecundum ... & docto.in capit.apoſtolicæ.de don. Quidam tamen dicunt debere certam partem ſubtrahi de qualibet donatione: ... procedit vbi ſimul eſſent factæ:vel vbi nō appareret ... teriorirate,non aliter:quia primæ ſunt effectū ſuum ... & conſequenter propter vnam vel vltimam reuocari ... bent:quia quod legitimè factum eſt &c.vide etiam infrà ... ſcopus.§.viij.Cuius autē ſint oblationes factæ capellæ ... eccleſiam,ſuprà Decima.§.ij.parti.iij . Qualiter etiam ... vacantium eccleſiarum non debeant occupari,ſuprà ... ... ſitum v.in princi.Qualiter etiam res eccleſiæ alienari poſsit, ſ.Alienatio.per totū.Qualiter etiā ſint excōmunicati occupantes bona vacantiū eccleſiarū,j.Excōicatio. viij.excōmunicatione xiij.per totū.Multa etiā habes de materia eccleſiarum,ſ.Ceſſatio,& Cōſecratio,& j. Immunitas,& Oratoriū.



## De Aedificijs.

1 *Aedificium vnde dictum ſit, & quid ſi in alieno ſolo efficiatur? Item quid de caſa piſcandi cauſa in maris litore facta? Et ibidem limitationes ad ſecundum quæſitum tres.*
2 *Aedificans in ſuo de alieno, ad quid teneatur: & an eius, quod ſit, dominus efficiatur? Et quid ſi cum dāno vicini fiat.nu.ſeq.*
4 *Aedificans ædificium quandoq; proprio impendio demoliri compellitur.Et id quando: Et num quando aliquid in alieno domino inuito fieri poſsit.nu.ſeq.*
6 *Aedificare caſtra,vel noua ædificia, quādo quis poſsit? remiſsiuè.*

1 AEDIFICIVM † dicitur quaſi ædiū factio,& eſt ædes ipſa:de quo multa reperiuntur in iuribus tradita.¶ Primum.Si quis de ſuo ædificauerit in alieno ſolo:ædificiū efficietur eius,cuius eſt ſolum.Inſti.de re.di.§.& ex diuerſo.Si tamen intendens piſcationi caſam ædificat in litore maris,ſua eſt quādiu durauerit. ff.de re.di.l. in tantū. Fallit quod dictū eſt,primò quādo ædificatum eſt de rebus eccleſiæ:quia ſolū cedit ædificio.xij.quæſt.ij.c.apoſtolicos.ſecundum Ioannem ibidem.& in cap.inueſtigandum.de pecul.cler.ſecūdum Ber. Sed tamen intellige quòd eccleſia ſoluet pretium ſoli.Secūdò,quando ædificans habet ius vel cauſam in re à domino:vt emphyteuta,feudatarius,commodatarius,aut inquilinus,qui ædificauit vt pleniorē vſum haberet:quia dominus tenetur ei,licet ȩdificauerit in alieno ſciēter:vt no.in d.§.& ex diuerſo.Tertiò,quādo quis ædificauit in alieno ſolo bona fide credens ædificare in ſuo:quia in conſcientia,ſecundum aliquos, dominus ſoli tenetur ei vel ad vendendum fundum,vel ad ſatisfaciendum ei pro ædificio arbitrio boni viri. quod verum puto ſi dominus fundi vel rerum illarum ſine ſuo dāno po-
2 teſt.arg.dicendorum j.particula v.¶ Secundum.† Si quis ædificat de alieno in ſuo ſolo,ædificium eſt ſuum.l.adeò quidē. §.cum in ſuo.ff.de acqui.re.do. ſed reſtituet æſtimationē de iure,ſi fuerit condemnatus in duplū.d.§.cum in ſuo.& l.gēma.ff.ad exhibend. & ſi deſtrueretur ædificiū,poſſet petere ſuum,puta trabem,ſi modò duplum nō fuerit conſecutus.d. §.cum in ſuo.& Inſtit.de re.di.§.cum in ſuo.Sed in conſcientia,ſi non fuerit condemnatus,ſufficit reſtituere æſtimatio-
3 nem ſolùm.¶ Tertium.† Aedificatus cum damno vicini ſui, non tenetur ad reſtitutionem, ſi non facit animo nocēdi proximo,ſed ſibi conſulendi.lege j.§.denique.ff.de aqua plu.arcen.quia vſque ad cœlū poteſt quis eleuare ſuū ædificium,ſi eſt ſibi vtile,& non habet ſeruitutē.l.alterius.ff.ſi ſer. ven. & tenet gloſ.in c.cum eccleſia.de elec.in verbo,iniuriarum.Secus ſi animo iniuriandi proximo hoc faceret : quia ſiue noui operis denuntiatio ſit facta,ſiue nō,in conſcientia tenetur. d.
4 §.denique.¶ Quartum.† Aedificans aliquādo tenetur ſuum ædificium proprijs ſumptibus demoliri:quando ſcilicet poſt denuntiationem noui operis ſiue iure ſiue iniuria ædificauit. ff.de ope.no.nun.l.prætor ait.§.j.extra eo.titu.per totum.
5 ¶ Quintum.† Poteſt quis aliquādo aliquid facere in alieno inuito domino,ſecundum Ang.de Are.Inſti.de l.fu.cani.tollen.quādo ſcilicet faciēti prodeſt,& domino nō nocet:vt ibidē & in l.j.§.ſi.ff.de aqua plu.arc.Secus verò ſi lȩderet.C. de ſerui.& aqua.l. aquā.& ff.ſi ſerui.vēdi.l. & ſi fortè.in prin.& l.ſicut.§.pe.Et dicit idē quod nemo poteſt facere in ſuo qđ alteri nocet,& ſibi nō prodeſt:& quod ſi facit animo nocēdi, tenetur de dolo.di.l.j.§.denique.& ff.de dam.infec.l. Proculus.¶ Quando † autem quis poſsit ædificare caſtra vel noua 6
ædificia,vide ſ.Bellum.j.§.vlti.& j.Noui operis nuntiatio.

## De Electione & eligendo primò in genere.

1 *Electio ſecūdum mores iuxta Thomā & Philoſophū quid ſit: Et quid iuxta Canon.Et quid à collatiōe & pſētatiōe differat.*
2 *Electio à quo fieri debeat, vel poſsit? Et an ius vniuerſitatis in vno ſolo remanere queat?*
3 *Eligere quinam poſsint ex collegij membris? Et in hoc concluſiones quatuor.*
4 *Iura de abſente, quantum ad electionem pertinet, quid ſanciuerint, Concluſiones tres?*
5 *Eligendi poteſtate tredecim hominum genera priuantur, de quibus hîc plenè & ex ordine diſſeritur.*
6 *Electioni celebrandæ, qui & qualiter accerſendi ſint? Ad quod concluſiones quinque.*
7 *Electioni celebrandæ, aut conſenſu præſtando, aut confirmationi petendæ, quodnam tempus ſit ſtatutū? Et electione abſoluta, quid electores, & quid electi facere teneantur?*
8 *Electioni faciendæ, num terminus tribus menſibus minor ſtatui queat: ita, vt ſi in eo non conueniant vocati , licitè ad electionem procedi poſsit?*
9 *Electio, quo in loco facienda ſit: & quomodo, & ibidem quòd formæ electionis faciendæ tres ſint.num.10.*
11 *Electio quænam caſſanda ſit. Et quæ electio valeat , vbi duæ ſimul procedunt.num.12.*
13 *Electores quibus caſibus rurſus eligere poſsint : & quibus ad alios eligēdi poteſtas deuoluatur? Et ſub hac quādo eligentes priuati ſint eligendi poteſtate: & in hoc caſus octo recenſentur.*
14 *Eligi quiſnam poſsit: aut contrà quis non poſsit? nu.ſeq.*
16 *Eligi ne quis poſsit, impedimenta referuntur octo . Et quid ſi quis non obſtantibus impedimentis, eorúmve aliquo, eligatur: an teneat electio?*
17 *Excōmunicati ſi qui ſint in capitulo, vel collegio, aut ſuſpenſi, aut de hoc dubiū eſt: nec ſine ſcādalo expelli poſſunt: aut de quibuſdā dubitatur num electiōi intereſſe debeāt, quid agendū ſit?*
18 *Eligere ex multis eligibilibus quemnā quis teneatur? Et ſub hac quod peccatum mortale omne ad prælaturam, officium eccleſiaſticum, & ſimilia indignum reddit.*
19 *Peccatum mortale ex ſuo genere eſt , quicquid contra iuſtitiam eſt. Et ibidem Sum.Ang.refellitur.*
20 *Religioſo an ex electione extra ordinem ſuum facta ad prælaturam ius acquiratur? Et quid ſi electioni de ſe ad prælaturam extra monaſteriū ſuum, factæ conſenſerit religioſus?*
21 *Electionis decretum , num fidem plenam pro electo faciat? Et an electioni electus conſentire teneatur? nu.22 .Et an canonicè electus melius faciat aſſentiēdo quàm diſſentiēdo.nu.ſeq.*
24 *Electiones duas in eccleſia eadem de ſe factas, num quis proſequi queat?*
25 *Eligens quempiam ex odio, ad quid electo teneatur?*
26 *Conſuetudo circa electionem quid poſsit, aut minimè.*

ELECTIO † quantum ex Sancto Thoma colligitur 1
j.ij.quæſt.xiij.& Philoſopho in quinto Ethico.& ex ipſo ſuo nomine,eſt multorum placentium in ordine ad finem vnius præacceptio:ſicut ſi ad iter placeat equus ac nauis , & magis placeat nauis,& præaccipiatur,id eſt,citius accipiatur, dicitur nauis eligi:ſed deſcendendo ad electionem canonicam,ſecundum Hoſt.& Ioan.eſt idoneæ perſonæ ad dignitatem vel fraternā ſocietatē ſeruata forma canonica facta vocatio.Vñ differt electio à collatione & prȩſentatiōe qa electio fit p collegiū ad dignitates.& cōfirmať à papa vel alio: ſed collatio fit ad beneficiū ſimplex:& iure cōmuni pertinet

Colla- ad epiſcopum cũ capituli conſenſu per totam diœceſim:&
tio. dat plenũ ius,nõ indigens cõfirmatiõe:ſed præſentatio per-
tinet ad patronũ:nec dat plenũ ius præſentato : ſed requirit
inſtitutio & inueſtitura epiſcopi:vt de iure patro.per totum.
2 ¶Primò†verò queritur,à quo electio fieri debeat,vel poſsit?
Et dico quòd electio iure cõmuni ad collegium pertinet:pri-
mò,quælibet congregatio iure communi debet ſibi eligere
prælatum,niſi obſtet cõſuetudo vel priuilegium.extra,eo.c.
j.xvj.q.vlt.congregatio.xviij.q.ij.abbatẽ.Si tamen clerici nõ
ſunt in eccleſia vt collegiũ,ſed vt ſingulares perſonę:tũc pro-
uidebit ſuperior per ſe vel per præſentationẽ patroni:vt in c.
paſtoralis.de iure pa.etiã ſi fuerint ſolũ duo vel tres.extra,eo.
c.j.& de conſue.cũ dilectus.lxiij.diſ.cũ Adrianus. Imò vt te-
net gl.in c.ij.de poſtu.prelat.Inn.Hoſ.& cõmuniter doct. ius
vniuerſitatis remanere poteſt in vno ſolo,omnibus alijs mor
tuis vel priuatis ſuſpẽſis,vel excõmunicatis.tex.eſt in l.ſicut.§.
ſed & ſi vniuerſitas.ff.quod cu.vniuer.no.cum gl.& Bar. Vñ
iſto caſu quando maior pars inhabilis eſt ad eligendũ, pote-
ſtas eligendi pertinet ad pauciores:& illi repræſentãt totum
collegiũ,cùm inhabiles nõ cõputentur in numero.Facit c.il-
la.de ele.& bona gl.in cle.qđ circa.eo. ti. Iſte tñ ſolus ſe eli-
gere nõ poſſet:quia notaretur ambitioſus.c.per veſtras.de iu
re pa.Et ſecundò, eligere poteſt cui conuenit ex cõſuetudine
vel priuilegio,ex quibus ad electionẽ plerũq; vocant alieni.
extra,eo.Cumana.& pro pace ſeruãda etiã laici admittũtur,
maximè principes:vt defendãt ab oppreſſoribus:ſecundũ gl.
& Goſ.& Mo. Vnde & qui eſt in quaſi poſſeſsione iuris eli-
gendi,eligere põt etiã ſi poſtea amittat poſſeſsionẽ.de iu.pa.
cõſultationibus.&.c.cũ propter.&.c.querelã.Et tertiò elige-
re poteſt prælatus,& quilibet,in quẽ fuerit cõpromiſſum, vt
dicetur titulo ſequẽti.§.xvj.xvij.& xviij.¶Secũdò†quæritur,
3 qui poſsint eligere ex membris collegij?Et dico multa.¶Pri
mum.Quando aliqui de collegio ſunt priuãdi poteſtate eli-
gendi ꝑ ea vice,dicta poteſtas nõ deuoluitur ad reliquos an
tequam priuentur,ſecundũ gloſ.in c.ij.de poſtu.præla.Secus
autem ſi ſunt priuati:quia Pan.in c.eo.poſt Inn. habet regu-
lam,ꝙ valet electio facta nõ vocatis illis qui ſunt priuati vel
inhabiles ad eligendum:licet primò nõ ſit diſcuſſum an ſint
priuati:quia ſatis eſt quòd poſtea conuinci poſſunt.¶Secun-
dum.Conuerſi non habent vocem in electione prælati,ſecũ
dum Lud.de Ro.in ſuis notãdis.alleg.c.ex eo.de elect.li.vj.&
hoc niſi antiqua hoc haberent conſuetudine ſecundum Inno.
in c.ij.de inſtit.& idem tenet Fed.cõſi. cvij.nec ſunt de capi-
tulo,etiam quando tractãtur in capitulo temporalia, vt idẽ
dicit per tex.in c.& ſi Chriſtus.de iureiu.in ver.vos & cõuerſi.
quod eſſet fruſtratorium.vide gl.in d.c.ex eo. ¶Tertiũ. Qui
non ſunt profeſsi tacitè vel expreſſe in locis regularibus,non
ſunt admittendi:vt in d.c.ex eo.nec illi,qui per eorũ regulã
aut conſtitutiones approbatas prohibentur. ¶Quartũ. Qui
non ſunt ſubdiaconi,nõ habent vocem in capitulo in cathe
dralibus,collegiatis,ſecularibus vel regularibus eccleſijs,etiã
ſi ab alijs liberè cõcedatur.cle.vt hi qui.de æta.& quali.quod
quidem limitant quo ad eos qui volunt ordinari.pro quo vi-
de gl.ibi.¶Tertiò † queritur,quid iura velint circa abſentẽ?
4 Et dico multa.¶Primum.Elector ſi ſit abſens & iuſto impe
dimento detentus,inſtituere poteſt procuratorẽ vnũ vel plu
res ad eligẽdum.Sed oportet primò ꝙ ſi inſtituit plures,qui-
libet ſit in ſolidum:& ſi non concurrũt ſimul,potior erit cõ
ditio præoccupantis:& ſi nullus eorum præoccupat,ſed con-
currunt,capitulum admittet quem voluerit:vel ſi maior pars
capituli non cõcordat,admittetur qui prior eſt inſtitutus. Et
ſecundò oportet quòd procurator inſtitutus ſit de collegio:
& ſi nullus vellet eſſe,non poſſet nolente capitulo extraneũ
deputare,neque per literas exprimere votum ſuum.Et tertiò
oportet quòd procurator non eligat vnũ ſuo,& aliũ procura-
torio nomine:quia nihil valeret,niſi dominus ſpeciale man-
datum dediſſet de aliquo nominando:quia tunc illum nomi
ne domini, & alterũ ſuo nomine poterit nominare.c.ſi quis.
de ele.lib.vj.Vbi tamen aduerte quòd licet poſsit committi
procuratori expreſsio alicuius perſonæ: tamen ſi ipſe domi-
nus per literas aliquem in electione nominaret,non valeret:vt
in d.c.ſi quis.in tex.& in gloſſ.¶Secundum.Si nõ ſit iuſtè im-
peditus,procuratorem cõſtituere non poſſet, ſecundum Pa-
nor.in c.quia propter.eo.tit.licet in alijs negotijs explicandis
per capitulum vel vniuerſitatem poſſet cõſtituere procura-
torem etiam non impeditus.Et hoc eſt ſpeciale in electione,
ſiue ſit ſeruãda forma c.quia propter.ſiue nõ:ex quo tex.ſim-
pliciter interdicit:nec retulit ſe ad caſum,in quo ſeruanda ſit
forma dicti c.Videtur enim in negotio electiõis electa indu-
ſtria perſonæ.ar.c.is cui.de off.deleg.li.vj.Si tamen alij de ca
pitulo admittere volunt ad electionẽ procuratorem nõ im-
pediti,hoc poſſunt nõ obſtante diſpoſitiõe d.c.quia propter.
quia licet tex.dicat,interdicimus.hoc tamen interdictũ ema-
nauit in fauorem aliorũ.quod ex eo patet , quia illi de colle-
gio poſſent cõmunicare ius eligẽdi penitus extraneo.extra,
eo.ſcriptum.& cõſequẽter à fortiori poſſunt admittere pro-
curatores eorũ,qui ſunt de collegio?Et hoc ſatis fuit de men
te doct.etiã ſi dictus procurator nõ eſſet de collegio.& facit
d.c.ſcriptum.Itẽ quia poſſent de nouo extraneos admittere:
ergo à fortiori procuratorem extraneum:& hoc fuit ſancitũ
in fauorẽ collegiorum,ne compellerentur ſua ſecreta extra-
neo communicare.Et propter hoc,inquit, dico hoc non eſſe
ſpeciale in electione:ſed generaliter nõ poteſt quis cõſtitue-
re procuratorẽ extraneũ in explicandis in vniuerſitate,quod
ſentit Io.And.in regula,quod alicui.de re.iur.li. vj.in merca.
licet quidam tenuerint oppoſitum.hęc Pan.¶Tertium. Con
ſuetudo quòd abſentes ad electionem non vocẽtur,valet ſe-
cundum Panor.poſt Ioan.And.in cap.coram.eo.titu.& econ
uerſo valet conſuetudo vt vocentur abſentes,dummodo non
tendant nimium in damnum eccleſiæ:quia non valet conſue
tudo eccleſijs multum grauoſa:vel ſaltẽ eſt tollenda:vt in c.
j.de conſue.ſi tamen haberet vt cum parua incõmoditate vo
cari deberent,valeret.quo caſu intellige cap.in Geneſi.extra
eo.In ordine tamẽ Prædicatorum electio ſpectat ad præſen-
tes.¶Quartò † quæritur,qui non poſsint eligere?Et dico ſe-
cundum Inno.& Panor.in cap.ij.de poſtu.quod multi priuan
tur eligendi poteſtate.Primò excõmunicato maiori.de con.
conſtitutus.ſecus minori excõmunicatione.de cle.excõ.mi.
c.vlt.Secundò,ſuſpenſi ab officio.de cõſue.cum dilectus.Ter
tiò,interdicti.de elec.cum inter.Quarto,quibus interdictum
eſt eligere ſine licentia ſuperioris.de elect.cap.fina.Quintò,
qui ſcienter celebrarũt in loco interdicto,niſi ſuper hoc ſint
priuilegiati.de ſenten.excommu.is qui.libro ſexto.Sextò,illi
qui in ea vocatione elegerunt ſciẽter indignum.capi.cum in
cunctis.& cap.cum innotuit.in fin.de elect.& idẽ ſi peccaue-
runt in poſtulando.cap.ſcriptum.eo.tit.quia pro ea vice ſunt
priuati poteſtate eligendi,ſi facta nominatiõe ſecuta eſt po-
ſtulatio vel electio:ſecus ſi nõ ſit ſecuta.cap.perpetuo.eo.ti-
tu.libro ſexto.Septimò,pupilli,id eſt,qui ſunt intra xiiij.ſuum
annum.dicto capite,ex eo.adde & impuberes:vt ibi.Octauò,
laici conuerſi.Nonò, non profeſsi. Decimò, non ſubdiaco-
ni: de quibus omnibus dic vt ſ.§. ſecundo. Vndecimò,illi
qui per laicalem abuſum elegerũt. eodem titulo.c.quiſquis.
Duodecimò,nõ eligentes intra tempus ſtatutum:vt infra §.
duodecimo.Decimotertiò adde etiam irregulares:de quibus
tamen,ſecundum Archidiaconum, eſt dubium: nec in iure
reperitur expreſſum:licet hoc ſit in quodam capitulo gene-
rali ordinis prædicatorum declaratum.Sed tu dic hoc expreſ
5 ſum in c.is qui.de ſent.excom.lib.vj.¶†Quintò quæritur qui
De & qualiter ſint ad electionem vocandi?Et dico multa.¶Pri-
modo mum.Ad electionẽ vocandi ſunt omnes præſentes, ad quos
vocā pertinet eligere:vt in c.corã.& in c.quia propter.eo.tit.& oẽs
do ad qui ſunt in ciuitate vel in hortis ciuitatis. ff.de procu.l.j.& ſi
ele- quis eorum ſit in ciuitate vel monaſterio infirmus,ſecundum
ctio- Hoſt.ſcrutatores ire debẽt ad eum,& inquirere votum eius,
nem. ſicut vota præſentium:quia præſens eſt,qui in hortis eſt:vt in
d.l.j.iuncta l.v.Nec erit neceſſe talem in collatiõe,aut alijs,
quæ ſequuntur,requirere:ſed ſufficit cõſenſus habitus in ſcru
tinio.Et concor.Inno.poſſet etiam talis cõſtituere ꝓcurato-
rem vnũ de collegio:cùm iuſto impedimento detineat.¶Se-
cundũ.Vocãdi ſunt & omnes abſentes,qui ſunt in prouincia.
extra eo.corã.qđ dupliciter limitatur. Primò,ſecundum glo.
quando prouincia nõ eſt ita magna quin cõmodè vocari poſ-
ſint.vnde etiam ſi ſunt extra,ſed propè, vocãdi ſunt.Secũdò,
vt hoc ſit obſeruandũ ſecundũ quod habet cõſuetudo, vt ibi:
quia licet de iure vocandi ſint abſentes:vt in c. quia propter.
eo.tit.conſuetudo tamen poteſt introducere vt non vocẽtur,
& valeat electio,vt dictũ eſt.¶Tertiũ.Et generaliter,ſecun-
dum Pan.in d.c.corã.eo.tit.vocari poſſunt & debent illi, qui
cõmodè vocari poſſunt:extra eo.quia propter. vbi dicitur ꝙ
admittuntur qui debẽt,volunt, & poſſunt cõmodè intereſſe,
Et dicitur,debent,vt excludantur qui de iure nõ debẽt inter-
eſſe,& qui volunt:vnde qui nolũt intereſſe,cõpelli nõ debẽt,
niſi interſit eccleſiæ.nam pro eius intereſſe poterũt cõpelli.
Ex quo infertur quòd nolentes intereſſe,cõputari nõ debent
in numero duarũ partiũ,& qui cõmodè poſſunt:quæ cõmo-
ditas refertur ad cõmoditatẽ eccleſiæ,nõ perſonę,ſcđm doc.
& bene.Vnde ſi cõmodè vocari nequeunt:in quo ſcilicet bo-
nus iudex arbitrabitur:poteſt electio ſine illorũ præſentia ce
lebrari.Et ſi vocati intra cõpetentem terminũ aſsignatũ non
veniant,nõ oportet vlterius expectare.extra eo.cũ inter.&.c.
cum nobis.¶Quartũ.Sunt aũt vocandi verbo vel ſigno con-
ſueto cãpanæ,vel ſcripto ſcđm cõſuetudinem:&qui ſunt ab-
ſentes,per literas aut nuntiũ:vt in d.c.corã.pro hoc no. ſecun
dum Pan.in c.in cauſis.eo.titu.quòd in negotijs,quæ poſſunt
expediri per præſentes quod eſt regulare : iuxta no.per gl.in
c.ij.de teſtib.li.vj.ſufficit vocatio per ſonum cãpanæ:cuius ſo
nus venire poſsit ad intelligentiã exiſtentiũ in loco,vt ſcilicet
valeat quod ſit,etiã ſi minor pars ſit quæ cõueniat.Sed in ne-
gotijs,in quibus abſentes vocandi ſunt, hoc nõ ſufficit:ſed vo
cari debẽt per nuntiũ vel literas:vt in c.cũ inter. &.c.quia ꝓ-
pter.eo.ti.Et ita videtur ſentire Inn.in d.c.in cauſis. & in c.ij.
de noui oper.nunt.Bart.tamen in l.omnes populi.ff.de iuſtit.
& iure.tenet quòd quantuncunq; pulſetur campana:niſi con
ueniant ſaltem duæ partes vniuerſitatis, nõ valet quod ſit,ꝑ
l.nominationẽ.C.de decu.& in l.nulli.ff.qđ cuiuſ.vni.& l.fin.
C.de præd.decur.& ſic cõmuniter tranſeũt Legiſtæ.Sed hoc
procedit quando pulſatur ab eo qui nõ habet poteſtatẽ:puta
per aliquẽ de vniuerſitate:quia minor pars de duabus viuer-
ſitatis non habet poteſtatẽ cõuocãdi illã: vel quãdo pulſatio
non intelligitur pro vocatione ad tale qđ peragẽdum.Et ſic
concorda,& tene.ar.extra eo.cũ nobis.vbi dicitur quòd voca
ti nolentes venire,faciunt ſe alienos.Et adde glo.in cle.quod
circa.eo.tit.dicentem quòd vocati nolentes venire,cõputare
in numero abſurdum eſt:niſi eſſet conſuetudo vt nihil fieret
niſi ſint duæ partes:quia illa ſeruanda eſſet : vt infrà Statutũ.
§.j.¶Quintũ.Electorũ ſi quis contẽptus nec ad electionem
vocatus eſt,ad petitionẽ eius caſſanda eſt:poteſt tamen eam
ratam habere ſi vult.eo.titu.ſicut. quia non eſt irrita ipſo iu-
re:ſed irritanda illo proſequente iniuriam : aliàs non extra
eodem.bonæ.quia quilibet renuntiare poteſt iuri ſuo. C.de
pac.l.ſi quis in conſcribendo.& talis quod poſtea ſit per alios
impugnare non poterit.Si tamen talis accedat electione nõ-
dum facta,admittendus eſt in omnibus quæ reſtant facienda
circa illam.extra eo.eccleſia veſtra.& concordat Alb.& Arc.
Sed intelligo ꝙ poteſt renuntiare,quando renũtiatio nõ prę
iudicat bono cõmuni:ſecus cũ illius præiudicio:quia tunc te-
netur nõ renuntiare:niſi fortè eſſet perplexus neſciẽs quẽ eli
gat:qa aliter præponeret bonũ propriũ bono cõmuni. vnde
eo caſu cõpelli põt,vt dictũ eſt.Et ſic malè faciunt,qui ꝑmit-
tunt eligi indignos,vel inſufficientes,renũtiantes voci ſuæ ne
noteñt:vel alio humano reſpectu: & poſſet faciliter hic eſſe
peccatum mortale.¶Sextum.Si autem nõ vocentur,qui pri-
uati ſunt vel inhabiles,ſecundũ Pan.in c.ij.de poſtula.præla.
tenet electio,& alia capitularia,licet nondũ ſit diſcuſſum an
ſint priuati:quia ſufficit quòd poſſunt poſtea cõuinci:vt di-
ctum eſt.¶†Sextò quæritur,quod tẽpus ſit iure ſtatutũ ele- 7
ctioni celebrandæ,aut conſenſui præſtando,vel petendæ cõ-
firmationi?Et dico ꝙ electio fieri nõ debet ante ſepulturam
ꝓdeceſſoris:vt in c.bonæ memoriæ.el ij.eo.tit. Si aũt fieret,
nihilo minus valet,ſecundũ gl.ibi.In cathedralibus autem &
regularibus eccleſijs ceſſante impedimento legitimo tenent
electores intra tres menſes eligere:alioquin deuoluitur ad ſu
periorẽ proximũ:& ſi ipſe intra dictũ terminũ non elegerit,
deuoluitur ad aliũ ſuperiorem:& ſic vſque ad Papam:vt in c.
ne pro defectu.de elec.Deinde tenentur electores electionẽ
electo præſentare,& petere conſenſum eius intra octo dies
poſtquam cõmodè poterunt:alioquin negligentes excludun
tur à proſecutione proceſſus:& ſunt ſuſpenſi ꝑ tres annos ab
omnibus beneficijs ipſius eccleſiæ.eo.ti. cupientes.§.cæterũ.
li.vj.Electus verò tenetur conſentire intra menſem à præſen
tatione:aliàs priuatus eſt iure electiõis:niſi fortè ea ſit electi
conditio,quod non poſsit conſentire abſque licentia ſuperio
ris.quo caſu tenetur ipſe vel electores licentiam petere cum
ea celeritate,quam ſuperioris præſentia vel abſentia patitur:
& ſi non habeatur,ex tunc ad electionem ipſam procedant.
¶Quilibet etiam clericus electus,intra tres menſes poſt con
ſenſum tenetur petere confirmationem : aliàs caſſa eſt ele-
ctio:vt in cap.quàm ſit.eo.titu.lib.vj.imò ſi à Papa confirma
tio petenda eſt:electus tenetur intra menſem poſt conſen-
ſum:vel ſi non fuerit ei electio præſentata, intra menſem à
notitia,iter verſus curiam arripere,& ſic confirmationem pe
tere,& negotium proſequi:vt in cap.cupientes. eod. titu. lib.
vj. In alijs verò eccleſijs prouideri debet intra ſex menſes:
aliàs prædicto modo ad ſuperiorem deuoluitur:vt in cap. de
multa.de præbend.& de conceſ.præbend.nulla.
¶†Septimò quæritur, vtrum ſtatui poſsit terminus minor 8
quàm trium menſium,in quo ſi non conueniant vocati, lici-
tè procedatur ad electionem?Et dicit Hoſt.quòd ſi duæ par-
tes præſentes ſunt, & cauſa coarctationis aſsignetur, ſic po-
teſt:quia tunc poteſt abſens ſaltem vni de collegio commit-
tere vices ſuas.cap.quia propter.eod.titu.Si verò duæ partes
abſentes ſint,vel non ſubſit cauſa coarctationis, ſic non po-
teſt:ſed expectari debet vſque circa finem trium menſium.
Et ſic intellige & concorda.docto.in cap. cum inter vniuer-
ſas.& capit.cum à nobis.eod. titu.
¶†Octauò quæritur,in quo loco electio facienda ſit? Et di- 9
co quòd fieri poteſt in eccleſia,vel capitulo,vel alio honeſto
loco ſimili,& maximè iuxta conſuetudinem:extra eo.in cau-
ſis.modò nõ ſit locus clandeſtinus:quia electiones quæ fiunt
in cameris per occulta conuenticula reprobantur.diſtinctio.
lxxix.cap.ij.& cap.ſi tranſitus.Vnde electiones epiſcoporum

præcipuè in eccleſia fieri ſolent:extra eodem.quod ſicut.Sed ex cauſa etiam extra ciuitatem fieri poſſunt.xxiij.diſtinctio. in nomine.In loco etiam interdicto facta non valet, ſecundum Archid.in d.cap.in nomine.tamen Hug.Vercel.&Ioan. Andr.& communiter docto.poſt eum, tenent quòd valet,& etiam poſtulatio:quia ſunt quidam contractus . & probatur per tex.in cap.j.de poſtu.prælat.& ibi panorm.Quod tamen fallit in electione Papæ:vt in c.vbi periculum.de elec.lib.vj.
10 ¶†Nonò quæritur,quomodo electio facienda ſit?Et dico ꝙ tres ſunt formæ traditæ nobis à iure:vt in d.c . quia propter. &electio, quæ nõ fit ſecundum vnam illarum,nulla eſt ipſo iure:vt ibi,quarum prima eſt,forma ſcrutinij. ſecunda,compromiſsi.tertia,communis inſpirationis, quæ faciunt tres ſpecies in electionibus.de quibus vide titul. ſequen.per totum.
11 ¶†Decimò quæritur,quæ electio caſſanda ſit? Et dico quòd caſſanda eſt electio illius,q requiſitus antequã eſſet electus, conſenſit electiõi de ſe fiendæ:quia præſumitur ambitioſus. extra eo.c.cum poſt petitam.Item electiões clandeſtinæ reprobantur,extra eod.quia propter.id eſt,quæ in cameris per occulta conuenticula fiunt.diſtinct.lxxix.cap.j.&ij. & cap.ſi tranſitus.Et ſimiliter ſecundum Arch.illæ quas electores inter ſe tenent ſecretas,cùm celebratæ debeant ſolenniter publicari:vt in d.cap.quia propter. quod nota propter religioſos,apud quos completa electione fit præceptum ne cui dicatur.Si tamẽ electio tenuit iure naturali,puta quia interuenit conſenſus eligentium,ſed nõ tenuit iure poſitiuo,quia omiſſa fuerunt ſubſtantialia,ſecundum Innocen.quem ſequuntur communiter docto.in c.quod ſicut.de elect. ſi confirmetur, electus eſt verus prælatus:& non tenetur in foro conſcientię
12 reſignare.¶†Vndecimò quæritur,quæ electio valeat, quando duę ſimul procedunt? Et dicit Hoſtien.quòd ſi fiant ſimul & incontinenti:puta quia in ſcrutinio diuiſa ſunt vota:illa valet quæ meritis melioribus & maioribus adiuuatur:extra eo. licet.in fin.& cap.dudum.Si verò fiant ex interuallo,&prima fuerit ritè facta,valet:& ſecunda caſſanda eſt:imò etiã ſi prima annullanda ſit:ſecunda nihilo minus caſſari debet. extra eodem.bonæ memoriæ.niſi gratia fiat,ſicut quidam intelligũt:extra eodem.bonæ memoriæ.el j.Et ſimiliter caſſanda eſt ſecunda,ſi prima nulla fuit propter cauſam nondum patẽtem.extra eodem.cõſiderauimus.Si autem nulla fuit ex cauſa notoria:valet ſecunda ritè facta:extra eodem.venerabilẽ. de ſup.neg.præl.c.ſi.¶†Duodecimò quæritur,quãdo electo-
13 res iterũ poſsint eligere,vel ad alios deuoluatur eligendi poteſtas? Et dico quòd ſunt caſus, in qbus reeligere poſſunt: vt ſi electus non vult conſentire: & ſi poſt cõſenſum renuntiat iuri ſuo,vel moritur,vel propter occultum eius vitium irritatur:in quibus caſibus habent electores integrum tẽpus à diſſenſu,vel renuntiatione.vel morte,ſeu irritatione,ac ſi vacatio non eſſet:dummodo nil egerint fraudulenter.extra eo.ſi electio.lib.vj.¶Sunt etiam caſus,quibus eligẽdi poteſtas deuoluitur ad alium.Nã in cathedralibus & regularibus eccleſijs,ſi non eligant intra tres menſes , deuoluitur ad proximũ ſuperiorem vſque ad Papam,vt dictum eſt.¶Si verò eligant ſcienter indignum:& ſic ſunt priuati iure eligendi , vel priuentur per ſententiam,quia non ſeruant debitam formam, ad Papam deuoluitur:in inferioribus autẽ eccleſijs ſemper ad proximum ſuperiorem deuoluitur :extra eodem.c.quanquam.libro ſexto.Quando etiam maior pars capituli in electione deficit,ſcilicet committendo vitium,electio deuoluitur ad pauciores : extra de poſtulan . cap . ij. Item etiam deuoluitur ad vnum propter omnium aliorum delictum.diſtinctio.lxv.ſi fortè.extra eodem.bonæ.& hoc not.gloſſa,de poſtulan.cap. ij. Et videtur intelligendum quando peccauerunt eligendo indignum.Secus ſi ex contemptu aliquorum habentium vocem:quia non deuoluitur poteſtas, ſed iuſtitia ſi caſſetur electio : quia propter peccatum formæ non ſunt ipſo iure priuati,ſed priuandi,extra eodem.quia propter.facta tamen priuatione per iudicem propter peccatum formę, poteſtas deuoluitur ad non culpoſos, ſecundum Inno.d.cap. quia propter.quòd ſi omnes deliquerint, deuoluitur ad proximum ſuperiorẽ.Et ſi quæratur quando eligentes ſunt priuati poteſtate eligendi? dic cum Panormi.poſt Innocen.cap. gratum.de poſt.præla.hoc eſſe primò quãdo poſtulant,adde vel eligunt ſcienter indignum. Secundò, quando poſtulationem,adde vel electionem caſſatam vitio perſonæ innouant. Tertiò,quando eligunt per abuſum ſecularis poteſtatis.de quo in cap.quiſquis.de elect. Quartò, quando eligunt ineligibilem.Quintò, quando recipiunt vt prælatum electũ vel poſtulatũ,cuius electio vel poſtulatio eſt nulla.Sextò,ſi ſunt excommunicati,vel ſuſpenſi. Septimò, quando non eligunt intra tempus præfixum.de quo de elec.ne pro defectu.Octauò,cùm poſtulat poſt appellationem etiam ex cauſa fruſtratoria.Secus in electiõe,niſi appellatio interpoſita eſſet ex iuſta cauſa:licet quidam dicant nõ eſſe differentiam:ſed Hoſt. concordando dicit contrariam opinionem procedere in poſtulatione facta à duabus partibus,quæ vincit electionem.de qua de elect.ſcriptum.¶†Decimotertiò, quantũ ad electum vel eligendum,quæritur quis poſsit eligi? Et dico quòd natus ex legitimo matrimonio,& qui ſit legitimæ ætatis.extra eo. cum in cunctis.id eſt,xxx.annorũ cõpletorum quantũ ad epiſcopatum.inferiores verò prælati,& alij,qui curã habere debent animarũ,attigiſſe debẽt annum xxv.aliàs eligentes priuati ſunt illa vice poteſtate eligendi,vt dictum eſt.Subdiaconus eligi poteſt in epiſcopum.de æta.& quali.à multis.Sed & qui ad vnam dignitatem reputatur dignus,ſi poſtea eligatur ad aliam,debet dignus reputari.diſti.lxxiiij.geſta.quod tamẽ quandoq; fallit:quia licet toleretur quis in officio minori,nõ propter hoc in maiori tolerari debet indignus.diſtin.xij.nos. conſuetudinem.Abbas quoque exemptus eligi poteſt in epiſcopum,ſiue in abbatem eiuſdem regulę & habitus:ſed tranſire non poteſt niſi de licentia Papę vel Legati de latere,ſi ſit in prouincia:extra eo.ſi abbatẽ.lib.vj.Religioſus quoq; iam non expreſsè profeſſus , quin etiam nouitius , poteſt eligi in epiſcopum,extra eo.nullus.lib.vj.ad prælaturã tamẽ iure vel alterius religionis,non,niſi expreſsè profeſſus,vt ibi.imò nullus religioſus eligi poteſt in abbatem aut prælatum alterius religionis vel habitus:& ſi ſecus actum ſit,eo ipſo eſt irritum & inane.vt in cle.j.extra eo.De clericis alterius diœceſis vt poſsint eligi, infrà Poſtulatio. ¶†Decimoquartò quæritur quis non poſsit eligi ſic,vt electio ſit valida? Et dico ꝙ multi.Eligi enim non poteſt excõmunicatus maiori.de appel.conſtitutus.imò ſi ſciẽter eligat excõmunicatus minori, electio caſſanda eſt.de cler.ex mi.ſi celebrat.nec ſuſpẽſus,nec interdictus,aut qui interdictum non ſeruauit.de poſtul.c.j.& cap. cũ dilectus.de conſue.nec cui aliquod obſiſtat de impedimentis circa ordinandos.de quibus infrà,Ordo.iiij.§.ij. nec ſemel reprobatus propter vitium perſonæ, qui nec ibi, nec alibi poteſt eligi.extra eo.ſup eo.Secus ſi electio caſſata fuit propter vitioſum proceſſum:quia non impeditur eius promotio,etiam in eadem eccleſia:vt in d.c.ſuper eo.&.c.innotuit.nec epiſcopus,qui ſcilicet iã alteri eccleſiæ alligatus eſt, licet poſtulari poſsit à Papa.de poſtulan.cap.ſi nec in prælatum religioſorum eligi poteſt,niſi expreſsè ꝓfeſſus:aliàs electio nõ valet vt in d.cap.nullus.eod.tit.lib. vj. nec aliquis exiſtens alterius religionis vel habitus.extra eod.cum rationi . in clemen.ne religioſus tranſiens de mendicantibus ad non mendicantes:
16 vt j.Religio iiij.§.vij.¶Et† breuiter ne quis eligatur ſunt impedimẽta quàm plurima,quæ ad octo reducuntur. Primũ ſi ſit malus.vnde ſecundum Tho.viij.quoli.q.iiij.ar.j.exiſtens in mortali eſt indignus ad quolibet ſpirituale exequendum. Secundum,ſi eſt excõmunicatus maiori. Tertiũ,ſi eſt excommunicatus minori.Quartum,ſi eſt ſuſpenſus vel interdictus, aut nõ ſeruauit interdictũ.Quintũ, ſi non eſt legitimè natus ætatis debitæ,& literaturę:vel ſi habet aliud impedimẽtum circa ordinandũ.Sextũ,ſi ſemel ſit reprobatus vitio perſonæ. Septimũ ſi eſt epiſcopus.Octauũ,in religione ſi non ſit profeſſus.Omnis electio facta de eo,qui habet aliquod prædictorum impedimẽtorũ,nulla eſt ipſo iure:excepto primo & tertio impedimento:quia caſſanda tũc eſt,vt patet in c.ſi.de cle. excõ.mi.& electores ſunt priuati ipſa vice electiõe.& ſuſpẽſi triennio ab eccleſiaſticis beneficijs ipſo facto:vt in d.c.cum
17 in cũctis.eo tit.¶Decimoquintò† quæritur,quid fiendũ,ſi in capitulo vel collegio ſint aliqui excõmunicati vel ſuſpẽſi,vel dubitatur:& ſine ſcãdalo expelli non poſſunt:vel quando dubitatur de aliquibus an intereſſe debeant electioni ? Et dico ſecũdum Pan.in c. Cumana.extra eo.ꝙ admittẽtur cũ proteſtatione:vt eorũ voces valeant,ſi & inquantum appareat eos poſtmodum debuiſſe intereſſe:vnde nõ nocet electioni aliàs legitimæ quòd non habẽtes vocem fuerint admiſsi vnà cum alijs.Idem dicit Pan.quãdo excommunicati ingerunt ſe electioni:& vbi imminet ſcandalũ,poſſunt admitti cum proteſtatione:ne videãtur ſciẽter admiſsi:& ſic corrueret tota electio,per c.ſi.de procu.Vide tamẽ ſingularẽ theoricam Inno. in c.illa.extra eo.quã omnes doc.ſequũtur,quòd ſi inhabilis ad electionẽ admittitur ignorãter,valet electio,etiã ſi vnus ſolus ſit habilis.Et loquitur propriè de excõmunicatis:ſecus tamen ſi aliàs inhabilis admiſſus ſcienter fuiſſet. ¶Decimoſextò† quæritur,quem teneatur quis ex omnibus eligibilibus
18 eligere? Et dico quòd eligẽdus eſt doctior & ſanctior , cuius comparatione cæteri grex dicatur.viij.q.j.licet ergo.& inter omnes melior,ſiue optimus,ſcilicet iuxta ſcientiam eligẽtis. di.lxiij.metropolitano.& ſecundum S.Tho.in viij.quoli.& ij. ij.q.lxiij.in foro contẽtioſo ſufficit quòd electus ſit bonus.extra eo.c.cum olim.&.c.cum dilecti.&.c.cũ inter canonicos.& ibi gloſſ.aliàs omnis electio calumniã pateretur . ſed in foro conſcientiæ eligentis requiritur ꝙ eligatur ad prælaturã vel officiũ eccleſiaſticũ bonus ſimpliciter:quia per mortale qđlibet redditur quis indignus ad huiuſmodi:& requiritur ꝙ eligatur melior inter omnes,ſcilicet quos quis põt habere, non quidẽ melior ſimpliciter,ſcilicet qui maioris eſt charitatis: ſed melior quantũ ad hoc quod eſt regere & gubernare: & aliter facere eſt acceptio perſonarũ,quod ſine peccato nõ ſit. hæc ex illo.Et intellige primò qđ oportet eligere meliorem ſecũdũ propriã conſcientiã informatã notitia eligẽdi. Vnde ſecũdum Pan,in c.bonæ memoriæ.el ij.de poſtu.præl.eligẽs incognitũ non ſaluat conſciẽtiã ſuam per tex.ibi,qui vult vt plenam habeat notitiã.quod limita,per ſe vel per eos,cũ quibus verſatus eſt.c.ſcriptum eſt.eo.ti Intellige ſecundò ꝙ nõ ſit ſine pctõ mortali ex genere ſuo:quia iſta acceptio oppo-
19 nitur iuſtitiæ:vt patet ij.ij.vbi ſuprà.¶Omne † autẽ quod eſt contra iuſtitiam,eſt peccatũ mortale ex genere ſuo.vt idẽ dicit ij.ij.q.lix.art.iiij.niſi excuſet rei modicitas:vt quia penè nihil diſtat inter hũc,qui eligitur,& aliũ meliorẽ.Ex quibus patet ꝙ hic multũ deficit Sum.Ang.Primò,quia adducit dictũ Hen.de Gã.tanquã verũ, ſcilicet ꝙ ſi duo bona præponãtur vni cæteris paribus,puta quia ſunt æquè præcepta & ęquè facta,tenet ſub peccato mortali eligere melius: quia,inquit, eligẽdo minus bonũ,cõtẽnit bonũ vbi habet rationẽ ꝑfecti, id eſt maius:& ſic præfert in ſua ratiõe defectũ boni ipſi bono.quod quidẽ dictũ eſt falſum:qa quãdo cætera ſunt paria ex parte bonorũ,ſi abſq; mortali præfero malũ bono in peccato veniali:vt dum voluptatẽ cibi præfero ſobrietati:multo magis minus bonũ præfero meliori.Quando verò ſunt paria ex parte eligẽtis,neceſſariò eligit maius bonũ,cũ nullus poſſit vnũ bonũ ſpernere,niſi ꝓpter aliud melius : vt experiẽtia docet.quod autẽ homo neceſſariò facit, Deus non præcepit fieri:puta ꝙ homo moriatur,aut moueatur deorſum ſi non habeat ſuſtentans:quia præcepta ſunt de actibus virtutũ, ſecundũ S.Tho.j.ij.q.100.arti.ij.qui ſunt liberi.Scđò,quia diſtinguit dicẽs eſſe mortale eligere ĩdignũ in eccleſiaſticis:in alijs autẽ nõ,niſi in dignitatibus maioribus: puta dñio:vel ſi inde habet ſequi nobile dãnum alijs. quæ nõ bene dicũtur : quia tam in his quàm in illis locũ habet acceptio perſonarũ.
¶Decimoſeptimò † quæritur,vtrũ religioſo acquiratur ius 20
electionis extra ordinẽ ſuũ? Et dico ꝙ nulli religioſo Prædicatorũ,Minorũ,Eremitarũ,aut quorũlibet mẽdicãtiũ,ex electione,poſtulatione,prouiſione,ſeu vocatione ad prælaturã extra ſuũ ordinẽ in diſcordia facta ius aliquod acquirit : nec ipſe cõſentire poteſt,etiã habita licẽtia.extra eo.quorũdã.li. vj.Et debet intelligi de diſcordia ſiue de iure ſiue de facto ſit,ex quo tex.loquitur indiſtinctè:vt in cle.quod circa.eo.ti. Sed & alijs religioſis nõ acquiritur ius in electiõibus:nec cõſentire poſſunt,ſi fuerint electi à minori parte numero:vt in c.quorundã.Notandũ eſt etiã ꝙ ſi religioſus electioni de ſe factæ ad prælaturã extra ſuũ monaſteriũ vel eccleſiã nõ petita & obtẽta licẽtia cõſenſerit,cõſenſus nõ valet:& electio ipſa viribus euacuatur:huiuſmodi tamẽ licẽtiã dare poſſunt religioſorũ prælati cõuẽtibus irrequiſitis.extra eo.ſi religioſus.li.vj.Sed nõ valeret licẽtia ſi cõcederetur pro futura electiõe,quã fieri cõtingeret:vt in cle.cũ cõceſſa.eo.tit.Nõ põt etiam aliquis religioſus præfici in aliqua eccleſia , quę clero careat & populo Chriſtiano:vt in cle.in pleriſq;.extra eo.
¶Decimooctauò† quęritur,vtrũ decretũ electiõis faciat ple 21
nam fidẽ ꝓ electo? Et dicit Inn.in c.innotuit.eo.tit.ꝙ nõ. qđ dom.Ant,intelligit quãdo fuit confectũ manu priuata.Secus ſi per publicã perſonã atteſtãtem omnia fuiſſe geſta in præſentia ſua:quod etiã placet Pan.dicẽti hoc verũ eſſe,dũmodo in tali ſcriptura interueniant omnia requiſita ad ſubſtantiã ſcripturæ publicæ , vt teſtiũ præſentia,& ſimilia.Et eo caſu quo decretũ ſit per publicã perſonã,nõ eſt neceſſe apponi ſigillũ capituli:quia publica ſcriptura fidẽ ſine alio adminiculo facit:ſed eſt neceſſariũ ſigillũ,quãdo ſcriptura eſt priuata. Et eſt decretum,quædã ſcriptura continens ſeriem electiõis à principio vſq; ad finem:quæ fit,vt appareat , formam debitam fuiſſe ſeruatam:&vt amplius eligentes negare non poſſint ſe electioni conſenſiſſe.Et eſt de ſolẽnitate,nõ de neceſſitate electionis,ſecũdum gloſſ.diſtinctio. ſexta.§.ſed aliud. Vnde quando ſuperior eſt præſens in domo,per vnum eligẽtium verbo recitentur geſta in electione:ſed quando eſt ab-
ſens,mittitur decretum. ¶Decimononò † quæritur , vtrum 22
electus teneatur conſentire? Et Gem.in c.ſi electio.eod.titu. libro vj.refert Archidiaconum tenentem quòd ſic:aliàs peccat mortaliter,ſi putat ſe dignum ad prælaturam.viij.quæſt. prima.in ſcripturis.quod Ioannes And.putat verum, quando non eſt æquè idoneus,per quem poſsit illi eccleſiæ conſuli. Richar.autem in tertio quoli.q.xxj.dicit quod in tribus caſibus tenetur conſentire ſub pœna peccati mortalis.Primò quando à ſuperiore per obedientiam cogetur.de renun . niſi cum pridem.Secundò,quando ſecũdum iudicium ſuæ conſcientiæ videtur ſibi veriſimiliter ꝙ nõ eſt qui velit & poſsit ſalutẽ animarũ procurare quã ipſe poſſet:& ex hoc videt ꝓbabiliter eccleſiæ notabile imminere diſpẽdium& periculũ,

nisi aſſentiat.d.ca.in ſcripturis.&c.olim.ead.cauſa.q.ij.quod
fallit in religioſo quo ad electionē extra ſuum monaſteriū,
& in mēdicantibus eo modo quo dictum eſt ſ.§.xvij.Tertiò
quando per viam illicitā refugit:puta abſcondendo ſe:niſi ex
ſpeciali inſtinctu Spiritus ſancti.Si autē nec per obedietiam
cogitur nec imminet ꝓbabile periculū eccleſię ſi refugit per
viam licitā propter pigritiā,peccat venialiter:ſi aūt propter
humilitatem reputās ſe indignū,meretur.Et cōcordat prędi-
ctis S.Thom.in quoli.v.art.xxij.vt patebit §.ſeq.¶Viceſimò
23 † quæritur,vtrū melius faciat qui electus eſt canonicè aſſen
tiendo quàm diſſentiendo,ſcilicet eo caſu quo nō tenetur ex
neceſsitate cōſentire?Et reſpōdet S.Tho.in v.quoli.art.xxiij.
dicens ꝙ ſi intendit aliquid tēporale,puta honorem,diuitias
excutere ſe à iugo religiōis,& huiuſmodi,melius faceret diſ-
ſentiēdo:quia intētio praua eſt.Sed ſi intendit profectū eccle
ſię,ſic intentio bona eſt.Vnde dicit Aug.xix.de ciui.Dei,ꝙ in
actione nō amandus eſt honor in hac vita, ſiue potentia: ſed
opus ipſum,ſi rectè atq; viriliter fit,id eſt,vt valeat ad ſalutē
ſubditorū.inducit illud j.ad Tim.iij.Si quis epiſcopatū.Sed ad
hoc requiritur maxima idoneitas:quia ſecūdum Gre.in pa-
ſto.tātū actionē populi debet actio trāſcēdere prçſulis, quā-
tū diſtare ſolet à grege vita paſtoris:ad qđ humana fragili-
tas ſecundū ꝓprias vires nō ſufficit,ſecūdū illud ij.Cor.iij. &
ad hæc quis tā idoneus?Sed tamē ex auxilio gratiæ diuinæ
homines idonei & ſufficientes reddūtur.ſicut poſtmodū ibi
ſubditur:idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti.Poteſt
ergo quis laudabiliter conſiderās propriū defectū ex humili-
tate officiū prælationis recuſare,ſicut Hiere.dicit,Neſcio lo
qui. Poteſt etiā laudabiliter cōſentire ex charitate fraterna,
vt ſalutē proximorū procuret:ſicut Iſaias,qui dicit,Ecce ego,
mitte me.Sed ſicut Gre.dicit in Paſto.in vtroq; eſt ſubtiliter
intuēdū:quia & is qui recuſauit,plenè nō reſtitit:& is qui mit
ti voluit,antè ſe per altaris calculum purgatū vidit,ne aut nō
purgatus adire quiſq; ſacra myſteria audeat, aut quē ſuper-
na gratia elegit,ſub humilitatis ſpecie ſupernæ diſpoſitioni
cōtradicat.Quia ergo valde difficile eſt,purgatū ſe quēlibet
poſſe cognoſcere,prælationis officiū tutius declinatur:nō tñ
pertinaciter,cū ad ſuſcipiendū hoc ſuperna volūtas agnoſci-
tur.hæc etiā S.Tho. vtrū autē liceat quærere aut appetere
24 prælaturā,j.Prælatus.¶Viceſimoprimò†quæritur, vtrū poſ
ſit quis proſequi duas electiones de ſe in eadē eccleſia factas.
Et dico quòd nō,ſed vnam tantum eligat.extra eo.ſciant cū-
25 cti.lib.vj.¶Viceſimoſecundò†quæritur quid ſi quis aliquem
eligat ex odio?Et dico ꝙ tenetur ei ad omne damnum inde
accidēs illi.diſt.lxxiiij.honoratus.C.ſi propter ini.crea.facta
26 ſit.l.vnic.li.x.¶Viceſimotertiò†quęritur,qđ circa electionē
poſsit vel nō poſsit cōſuetudo,vltra ea,quę generaliter ſuprà
de cōſuetudine dicta ſunt?Et dicit Pan.in c. cum terra.extra
eo.ꝙ ſi auferat libertatem eligendi nō valet.Secus ſi reſtrin
git electores ad certum collegium,vel certū genus perſona-
rum:ſicut dicimus in matrimonio,in quo requiritur plena li-
bertas:& tamen reſtrictum fuit ad certū genus perſonarum,
id eſt, fideles.Ibi etiam dicit de mente Inn.conſuetudinē in-
duci poſſe,vt mortuo prelato capitulū nō prius ad electionē
procedat, quàm principi mors prælati nuntietur , & petatur
ab eo poteſtas eligendi. quod quidē cōſuetudine induci po-
tuit propter intereſſe principis,vt ꝓponat aliquē ſibi fidelē.
nam princeps poſſet opponere cōtra electū exceptiones aliàs
legitimas,maximè ſi dubitat de proditiōe patrię,vel reuela-
tione ſecretorū aut conſiliorū. Si tamē non vult conſentire
ſine rationabili cauſa,non propter hoc caſſabitur electio.Et
per hoc nō valeret conſuetudo,vt per hoc electio dependeat
à Principis voluntate, vel alterius : quia tolleret libertatem
eligēdi.Secus ſi reſtringeret ipſam libertatē,vt dictum eſt.

## Rurſus de Electione ſecundò quantum ad ſuas ſpecies.

1 *Electionis ſecundò conſideratæ forma triplex. Et quid ſi quis contra huiuſmodi formas elegerit.ibid.*
2 *Diſpoſitio cap. quia propter. an in omni electione ad quācunq; prælaturam , vel officium, locum habeat? Et ibidem Hoſt. & Goſ. ſententia reprobatur.*
3 *Verbum viduata, in hac materia, qualiter ſumi debeat?*
4 *Electiones prelatorum iuriſdictionē ordinariam habentium & generalem, in eccleſijs regularibus religionum approbatarum, qualiter fieri debeant?*
5 *Diſpoſitio ꝓdicti c. an in poſtulatiōe aut collatiōe locū habeat?*
6 *Voti appellatione iuxta materiam præſentem, quid contineatur? Et qualiter votorum ſcrutinium fieri debeat? num.ſeq.*
7 *Vota ſingulorum, per quem ſcribi, & quomodo ſcribenda exprimi debeant? Et quid ſi eligens, vel poſtulans, ita dicat: eligo talem poſtulando: vel poſtulo eligendo &c. nu.8.*
9 *Scrutinij publicatio facienda commodum poſt ſcripta vota, quid operetur?*
10 *Iura ſuper collatione facienda quid ſanciuerint?*
11 *Collatione facta, vt quis eligatur , an ſufficiat eum maiorem & ſaniorem partem, reſpectu partium minorum, an certè neceſſe ſit eundē maiorē totius capituli partē habere? Et ad hæc regulæ ſubnectuntur duæ, quando actus explicandus pertinet ad plures vt plures. & quando ad plures vt ſingulos.*
12 *Electionis ſcrutinialis ſubſtantialia octodecim, de quibus ſigillatim & plenè Et vnde colligantur.*
13 *Electio ſcrutinialis facta nō ſeruata forma hic tradita, num ſubſiſtat? Et forma ſcrutinij faciundi difficilis, in qua multi, etiam perfecti viri peccant. ibid.*
14 *Electio, an per viam cōpromiſſi fieri queat? Et num valeat cōpromiſſum ab vno omniū nomine, alijs præſentibus & non contradicentibus factum? Et an taciturnitas pro conſenſu habeatur? Et an peccatū, vbi contradictione opus eſt, inducat. nu.15.*
16 *Poteſtas compromiſſarijs de eligendo prælato, vel officiali data, qualiter intelligitur data?*
17 *Compromiſſum de eligendo quot modis fieri poſſit? Et quæ ſunt de electionis compromiſſariæ ſubſtantia? nu.ſeq.*
19 *Cōpromiſſarius elector, ſi ſolus ſit an ſeipſum eligere poſſit? Et quid ſi plures ſint, num vnū ex ſeipſis eligere queāt? nu.20.*
21 *Prælatum aſſumere quis dupliciter dicitur.*
22 *Electus, an ad augendum numerum , poſſit conſentire dicendo ita: Eligo: vel reeligo. Et intra quantum tempus electioni de ſe factæ conſentire debeat?*
23 *Compromiſſariorum ſeptem numero, ſi tres in vnum ex ſe ipſis conſentiant: & tres in alium non de illo numero, an : quum tertius ex his electus ab illis tribus conſentire poſſit?*
24 *Compromiſſariorum trium numero, ſi duo indignum: & vnus dignū eligat: vtrorū electio ꝑferēda eſt? an verò neutra valeat?*
25 *Poteſtas compromiſſaria vltra compromittentium propoſitum & intentionem non extenditur.*
26 *Compromiſſarius. ſi non eligit intra tēpus à iure ſtatutum, ad quem eligēdi poteſtas deuoluatur? Et quid ſi indignū eligat, ſed ignoranter: aut cōtra ſi ſcienter? Et quid ſi cōpromiſſarius acceptans compromiſſum confirmandi poteſtatem habeat: an neceſſe ſit, vt prius eligat, ac mox confirmet?*
27 *Electio ſecundum formam communis inſpirationis quot modis ac qualiter fiat? Et huius ſubſtantialia quot, & q ſint? nu.28.*

Electio†ſecundò quātum ad ſpecies ſuas, vt planè
innoteſcat , ſciendum eſt quòd triplex eſt eius forma
vt dictum eſt tit. priore.§. ix. ſcilicet per modum ſcrutinij,
compromiſsionis,& communis inſpirationis: de quibus dicit
Inn.in c.quia propter.de elect.ſic:Statuimus vt cùm electio
fuerit celebrāda præſentibus omnibus qui volūt, & debet,&
poſſunt cōmodè intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide
digni,qui ſecretò & ſigillatim vota cunctorū diligēter exa-
minent & exquirant,& in ſcriptis redacta mox publicent in
communi,nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto:
vt is collatione habita eligatur,in quē omnes vel maior pars
& ſanior capituli conſentit. Vel ſaltem poteſtas eligendi ali-
quibus viris idoneis committatur,qui vice omnium eccleſię
viduatæ prouideāt de paſtore:aliter electio facta nō valeat:
niſi fortè cōmuniter eſſet ab omnibus, quaſi per inſpiratio-
nem abſq; vitio celebrata.Qui verò contra præſcriptas for-
mas eligere tētauerit:eligendi ea vice poteſtate priuetur. Et
ita electiones quoq; clandeſtinas reprobamus: ſtatuentes vt
quàm citò electio fuerit celebrata,ſolēniter publicetur.hęc
1 in d.decretal.¶Primò † verò quātum ad intellectum præ-
dicti textus & electionem per viā ſcrutinij, quæritur vtrum
diſpoſitio prædi.cap.quia propter. habeat locum, & ſeruāda
ſit in omni electione ad quamcūq; prælaturā vel officium?
Et dicit Panor.in dicto cap.de mente gloſſ.quòd non: ſed in
electione epiſcoporum & aliorum prçlatorum eccleſiarum
collegiatarum habentiū generalē iuriſdictionem in eccle-
ſijs collegiatis ſeruāda eſt dicta forma dūtaxat: quia dictum
cap.intēdit prouidere ſolùm eccleſijs viduatis:vt ibi, eccleſię
viduatæ.per mortem autem prædictorū remanent eccleſiæ
viduatæ & ſine paſtore:quia epiſcopi ſunt propriè ſponſi ec-
cleſiarum.vij.q.j.ſicut.& illi alij ratiōe generalis iuriſdictio-
nis poſſunt quodam modo dici ſponſi. Et conſequenter in-
fertur quòd in electionibus canonicorum, & in alijs dignita-
tibus ſeu perſonatibus eccleſiæ cathedralis, nō habet locū d.
c.diſpoſitio:quia ꝑ illorū mortē nō remanēt eccleſiæ vidua-
tæ,cùm nō ſint ſpōſi:ſed prælati principales,ſcilicet ſunt ſpō
ſi.Et in hāc partem videtur cōmuniter inclinari Docto.licet
aliqui cōtra:de quorū numero fuit Hoſt.qui dixit iſtum tex.
habere locū in electionibus beneficiorū ſpectātibus ad colle
giū.ad dictū text.dū facit mentionē de eccleſijs viduatis ſup-
plens,ſeu miniſtris deſtitutis.Sed hoc deſtruit iſtam literā, &
communiter nō tenetur:nec eſt cōueniens, eo quòd vbi agi-
tur de modico præiudicio,nō eſt neceſſaria tanta ſolennitas:
præſertim cùm non deficiat ſuperior, qui poterit occurrēti-
bus prouidere.arg.in c.vbi periculum.in princ.eod.tit.lib. vj.
& in cap.licet.in fi.extra eo.Eodem modo cōmuniter repro-
batur opinio Goſ.qui in quodam ſuo opere dixit d. cap. non
habere locū in electionibus abbatum:quia non ſunt,inquit,
propriè paſtores: & nomen ſonat potius in ſolitudine quàm
in honorem.nā eſt falſum,vt dixit Io.An.vt patet in c.officij.
eod.tit.vbi abbates dicuntur paſtores:item etiā abbatiſſa vi-
detur habere dignitatē:vt probatur in c.indemnitatibus. eo.
tit.lib.vj. Præterea electiones abbatū ęquiparantur in multis
electionibus epiſcoporū:vt in c.cupiētes.eo.tit.lib.vj.Et pla-
cet mihi hæc opinio,vt dicamus concludēdo quòd ſolùm in
electionibus illorū prælatorum.per quorum mortē eccleſię
remanent viduatæ & ſine paſtore,locū habeat diſpoſitio d.c.
Nec arbitror quòd in qualibet eccleſia collegiata locū ha-
beat hic textus:ſed oportet quòd prçlatus habeat iuriſdictio
nem generalem,vt ſentit gloſ.prout habēt abbates.qui poſ-
ſent cognoſcere de cauſis criminalibus & ciuilibus. Et pro
hoc optimè facit text. in cap.ne pro defectu.eod.tit.vbi papa
æquiparat eccleſias cathedrales & regulares:& illarum prę-
latos appellat paſtores,& per illorum mortē dicit eccleſias
3 viduatas.Vnde † ibi apertè colligitur quòd in hac materia nō



debet hoc verbum,viduata,capi ſtrictè.quanquam enim ſo-
lus epiſcopus dicatur ſponſus vel maritus,& cōſequenter per
ipſius ſolius mortē dicatur propriè eccleſia viduata: tamen
hoc verbū hic nō capitur ita ſtrictè vt ibi patet:& cùm dicta
decretalis ſit fauorabilis, vt colligitur ex princ.c. cū emana-
uerit.vt impedimenta & pericula eccleſiarum tollerētur, nō
debet multum ſtrictè intelligi. In electionibus ergo aliorū
beneficiorum ſeu prælatorū ſupradictis ſufficiūt ſingulares
conſenſus illorū de capitulo:dummodo præſtetur in cōmu-
ni,id eſt,collegialiter in capitulo: nec eſt de neceſsitate ſer-
uanda aliqua iſtarū formarū:ſed electus ſimpliciter à maio-
ri & ſaniori parte,habebit ius.Ad quod vide bonam glo.in c.
ſicut.eod.tit.lib.vj.& facit quod not.gl.in c.ſi cui.eod.tit.hæc
Pan.Facit etiā quod not.idē Panor.in c.eccleſia extra eo.vbi
dicit ſingulariter quòd in electionibus,in quibus non eſt ne-
ceſſariò ſeruanda forma d.c.quia propter.nō ſunt neceſſaria
verba,modò conſtet de conſenſu eligentium:& cōſequenter
multo minus neceſſaria eſt ſcriptura.Et iſto modo intelligo
quòd debent aſſumi tres ſcrutatores &c.Ex † his elice quòd 4
in eccleſijs regularibus religionū approbatarum,electiones
prælatorum habentiū iuriſdictione ordinariā & generalem
fieri debent ſecundum dictam formā: vt in ordine Prædica-
torum:reſecatis multis iuris ſubtilitatibus per cōſtitutiones
eorum,ſunt magiſter,& priores,ꝓuinciales, ac cōuentuales,
& prędictis correſpondentes in alijs religionibus.Aliorū au-
tem electio,vt ſuperiorum,& diffinitorū,ſeu diſcretorum,&
huiuſmodi:ſufficit ſi fiat collegialiter:nec eſt neceſſaria vox
aut ſcriptura.¶Secūdò † quæritur, vtrū forma d.c.quia pro- 5
pter.locū habeat in poſtulatione aut collatione? Et de poſtu
latione quidem dicetur infrà ſuo loco.§.ij.De collatione au-
tem dicit Pan.in d.c.quòd non:vt not.gl.in cap.ſicut eod.tit.
lib.vj. Vnde ſi ad plures ſpectat collatio,poſſent oēs ſimul
cōferre:nec eſt neceſſe quòd fiat per vnū nomine omnium:
vel quòd fiat ſcrutiniū ſecretum, vt hic dicitur:ſed ſufficiunt
ſingulares aſſenſus,vt ibi not.& facit l.per fundum.ff. de ſer.
ruſti.prædi.¶Tertiò † quęritur,quid veniat ſub nomine voti 6
hic?Et dico quòd veniūt primò vota abſoluta & determina-
ta:cōditionata autē & incerta nihil valent,ſed haberi debent
pro nō adiectis.extra eod in electionibus.lib.vj.vt ſi dicatur,
conſentio in Ioannē ſi Petrū habere nō potero:vel cōſentio
in eum,in quē talis cōſentit.Et ſecūdò vota expreſſa voce &
nō per fabas:quia c.eccleſia veſtra.el ij.eod.tit. vult quòd ad
electionis validitatem nō ſufficiat ſi à maiori parte fiat, niſi
etiā pars illa ſit ſanior:quod ꝑ fabas vel lupinos apparere nō
poteſt.Imò etiā verū eſt hoc in vniuerſitate ſeculari, quòd ſi
maior pars nō cōſiſtat in ſolo numero,ſed etiā in dignitate,
authoritate, & merito pſonarū,vt not.Bar.in l.Pomponius.
ff.de iudic.&ad hoc,vt dicit Pan.in d.c.eccleſia.communiter
non aduertitur.Requiruntur enim illa duo copulatiuè, ſcilicet
maior pars & ſanior:quæ tñ ſanioritas cognoſcitur etiā aliter
quàm per voces:vt per nutus,& omnes modos,quibus notæ
ſunt perſonæ conſentientes.¶Quartò † quæritur,quomodo 7
fieri debeat votorū ſcrutiniū? Et dico quòd quantū ad ipſos
ſcrutatores melior & cōmunior practica eſt, vt dicit Panor.
vt duo ex his ſcrutentur tertium:& eſt vtile ſecundū eundem
poſt Ioan.And.vt primò ipſi ſcrutētur ſeipſos, nec reſeruen-
tur in fine:quia cùm aliorū vota ſint eis nota, poſſet electio
dependere ab eorum poteſtate:& eſt vtile,vt capitulum hoc
exprimat in principio, vt duo ex eis ſcrutentur tertium ante
ſcrutinium aliorū.Quantū verò ad alios, ſi ſunt tantùm tres
electores,ſecundum Inno.duo ex eis ſcrutabūtur tertium:&
ſic procedent ad electionem.Si verò ſunt duo vnus ſcrutabitur
alium:& ſi ſit vnus ſolus,iſte vocatis teſtibus exprimet vo-

tum ſuum,& eliget,ac publicabit.Si verò ſunt multi,vt col-
ligitur ex d.c.quia propter.ſcrutiniū per ſcrutatores tres fieri
debet.primò ſecretò, vt ſcilicet quiſq; liberius dicere poſsit
votum ſuū:vt ibi dicit Panor.addēs hoc eſſe ſpeciale in ele-
ctione:nō autē regulariter eſſe neceſſe,ſed vtile in agēdis &
explicādis per vniuerſitatem:vt vota ſingulorum ſecretò ex
quirantur:ſed poteſt quiſq; votū ſuum dicere in cōmuni alijs
audientibus:quod tamen ſi nō ſeruetur,tenet actus: arg.in c.
preſenti.de præben.lib.vj.Et ſecundò requiritur quòd exqui-
rantur vota ſigillatim,& nō accedant electores,aut vocētur
ad ſcrutatores bini vel trini.Et tertiò quòd exquirantur dili-
gentur & examinentur:vnde ſecundū Panor.ibi debēt ſcru-
tatores interrogare in quem,quare,& quo zelo conſentiant,
& de meritis,& qualitate eius:quod,inquit,ſentiunt Doctor.
& probat text. cùm dicit,diligenter exquirant.Vnde ponde-
randum eſt illud verbum vota,id eſt,deſideria vel depoſitio-
nes animorum.Aliter fieri non poſſet,inquit, plena collatio
meriti & zeli, vt debet.Et ſecundū Ioan.poſſunt ſcrutatores
ſingulos adſtringere iuramēto:quod tamen ſecundum alios
non eſt neceſſe,cùm non ſit iure cautū:ſed poterunt eos ad-
iurare ſub animæ periculo,& per Deum,vt in illum conſen-
tiant,quem putant meliorem.Et quartò quòd exquiſita ſcri-
7 bantur.¶Quintò † quæritur,per quem debeant ſingulorum
vota conſcribi,cùm textus imperſonaliter loquatur?Et dicit
quædam gl.quòd per ipſos ſcrutatores vel per tabellionem.
de quo tamen in textu mentio non fit:nec qualis eſſe debeat
iſta ſcriptura.Vnde dicit Io.And. quòd non refert an ſit pu-
blica vel priuata,cùm text.indiſtinctè loquatur.Pan. autem
credit fuiſſe de mēte text.vt ipſi ſcrutatores per eorū aliquē
debeāt redigere vota in ſcriptis priuatis: cōmuniter tamen,
inquit,tenetur quòd notarius poſsit adhiberi:qui tamē ſecū-
dum Hoſt.debet eſſe clericus:& cōſentit Abb.Petr.&Aegid.
arg.c.Meſſana.eo.tit.vbi reprobatur electio per interuētum
laicorum:tamen ſecundum Compo.in d.c. quia propter,po-
teſt eſſe laicus, pro qua opinione facit cōſuetudo, ſecundum
Io.And.in c.j.de pcur.lib.vj.& tenet Spec.in tit.de inſtr. edi.
& quidam alij.Et hanc Pan.putat veriorē:quia notarius ſcri-
bendo nullā authoritatē exercet, nec aliquod ſpirituale mi-
niſtrat:ſed ſolùm præbet nudum miniſteriū ſeu officiū,quē-
admodū procurator in re ſpirituali,qui non repellitur à pro-
curatione,ex eo quia laicus:vt in d.c.j.Et præterea ſpeciali-
ter dicitur in cauſa hæreſis:vt clericus ſeu perſona religioſa
ſit notarius.de quo dicendū vt in c.officiū.de hęr.lib.vj.Ergo
regulariter clerici nō debent adhiberi vt exerceant notaria-
tus officiū. hæc ille.pro quo etiam vide infrà Tabellio.§.iij.
8 ¶Sextò† quæritur,quomodo exprimi debeāt vota ſcribēda?
Et dicit Io.And.quòd elector interrogatus reſpōdet:ego no
mino talē.vel,cōſentio in talē.vel,eligo talem.Et quòd poſ-
ſit hoc vltimū fieri,adducit c. in Geneſi.extra eo.in verb.ne
vel in idē repeti.quaſi innuat ille tex.quòd ſinguli dicere poſ
ſunt in ſcrutinio,eligo talem.ſed poſtea facto ſcrutinio ſequi
debet communis electio:quia vnus debet eligere nomine o-
mniū perverba ſingularis numeri.Pan.tamē in d.c.quia pro-
pter.magis placet prima aut ſecūda forma,ſcilicet nomino,
vel cōſentio:nō autē,eligo:quia dicit tex.is eligatur,in quem
omnes vel maior pars cōſentit.tamē nō vitiaretur,inquit,ele
ctio ex tertia practica:ex quo poſtea ſequit cōmunis electio.
Illud etiā notandū eſt quod habetur in c.perpetuo.de poſtul.
lib.vj.ꝙ in omni electione & poſtulatione dicēdo,eligo talē
poſtulando,vel poſtulo eligēdo: aut eligo poſtulandum, ſeu
poſtulo eligendū:aut eligo in poſtulandū, vel poſtulo in eli-
gendū:nihil agitur.Similiter nec ſub hac forma,eligo & po-
ſtulo,prout melius pōt de iure valere:niſi quādo ꝓbabiliter
dubitatur vtrū quis ſit eligendus,vel potius poſtulandus: quo
caſu is,qui ſic poſtulatus fuerit & electus,conſenſus tēpore te-
netur vnam tātùm determinatā viam acceptare:& redeundi
ad aliā,poſtquam vnā elegerit,eſt ſibi licentia penitus inter-
dicta.Hæc ibi.¶Septimò † quæritur,quid operetur ſcrutinij
publicatio mox poſt ſcripta vota faciēda?Et dico ſecundum
Pan.quòd ſcripta vota ſunt publicāda max,id eſt, ſecundum
gl.incōtinēti,nullo actu cōtrario intermiſſo:& ſecundū Pan.
huiuſmodi dictiōes,vbi ius nō determinat quomodo debeāt
intelligi,verificātur in tempore modico,ſecūdum quod bo-
nus iudex arbitrabitur,habito reſpectu ad circūſtantias. Pu-
blicato autē mox ſcrutinio,electores voces variare non poſ-
ſunt:ſed facienda eſt collatio,& electio celebrāda extra eo.
publicato.Et cōſequēter ante publicationē ſcrutinij à cōtra-
rio ſenſu poſſunt electores variare & alios nominare; vt per
c.quod ſicut.eo.tit.quia per talē nominationē ante ſcrutiniū
factam nullum ius acquiritur nominato.Adde ſecundū Gof.
quòd variare nō poſſunt illi qui ſunt de maiori & ſaniori nu-
mero accedēdo ad minorē partē:ſed qui ſunt de minori acce-
dere poſſunt ad eos,qui de maiori ſunt numero. ¶Octauò
† quæritur,quid ſuper collatione faciēda iura velint?Et dico
ſecundū Pan.in d.c.quia ꝓpter.quòd electio & collatio fieri
debet per illum,cui capitulū hoc cōmiſerit & vtile eſt, ſecū-
dum Doct.quòd hoc capitulum à principio dictis ſcrutatori-
bus cōmittat.Et vbi cōcurrunt plures electiones, fieri debet
collatio triplex,ſcilicet numeri ad numerū, meriti ad meri-
tum,&zeli ad zelū.intellige ſi plures eligant:vt ſic appareat
quis electorū habuerit numerū maiorē,& quis ſit meriti ma-
ioris,& quo zelo ſeu animo electores moti fuerint ad eligē-
dum:quia ex iſtis tribus apparebit clarè quis habet maiorem
& ſaniorē partē:cùm maioritas cōſiſtat reſpectu numeri,ſa-
nioritas verò reſpectu meriti & zeli.ſi tamē vna electio ſit à
duabus partibus,ceſſat collatio meriti & zeli:vt in c.ſi quan-
do.eod.tit.lib.vj.Si verò vnus ſolus fuerit electus, etiā debet
fieri collatio nō numeri ad numerū, cùm ceſſet alia electio:
ſed fiet de numero:quia cōſiderabit vtrū habuerit ſufficien-
tem numerum,cùm fortè præſentes nō faciāt duas partes vt
deberent:vel fortè nō oēs habēt vocē:& de merito electus
ſit idoneus:& de zelo,an ſcilicet bono animo,vel per illicitas
preces in illum cōſenſerint.hæc ex illo.Et adde quòd in nu-
mero eligentiū cōputari nō pōt electus:quia nullus ſeipſum
poteſt eligere.de elect.c.Cumana. ¶Nonò † quæritur, vtrū
facta collatione ad hoc quod quis eligatur, ſufficiat quòd ha-
beat partē maiorē & ſaniorē reſpectu partiū minorū,an cer-
tè requirat quòd habeat partē maiorē totius capituli:Et di-
co requiri ꝙ habeat partē maiorē capituli: nec ſufficit ma-
ior reſpectu minorū:extra eo.eccleſia veſtra.el j.vbi Pan.hoc
dicit:& probat cōtra Inn.vnum,quòd nō ſufficit pars ſanior
niſi etiā ſit maior totius capituli.& idē dicit in dicto ca. quia
propter.imò hoc ibi habet tex.quaſi expreſſe. & idem ſentit
Io.And.Sed tamen in numero iſto computari non debēt qui
nolunt intereſſe, ſecundum eundem Panor.& gl.in cle. quia
circa.eod.titu.Vnde quod dicitur,ab initio debere duas par-
tes vniuerſitatis conuenire:vt in l.nulli. & in l.planè.ff.quod
cuiuſ.vniuer.intelligi debet,inquit Panor.ſaltem in electio-
nis negotio de duabus partibus illorum, qui volunt & debēt
& poſſunt commodè intereſſe:referens ſe ad dicta in cap. ſi
nobis.& cap.cum in cauſis.extra eod.Aliud,quòd non ſolum
in electionibus,in quibus ſeruāda eſt forma d.cap.quia pro-
pter.verum eſt quòd oportet partē eſſe maiorē totius capi-
tuli,nec ſufficit maior reſpectu minorū:ſed etiā in omnibus
explicandis per vniuerſitatē.In caſibus tamen, in quibus di-
cta forma ſeruanda non eſt,valet ſtatutum vt factum à ma-



iori parte reſpectu minoris valeat. & idem ſentit glo.fi.in c.
ſi cui.extra eo.lib.vj.& in c.j.ne ſede va.lib.vj.& Fede.conſ.j.
Nec obſtat,inquit,c.quoniam.de iure patr.vbi valet præſen-
tatio facta à maiori pte patronorū:licet non cōcurrat maior
pars omniū:quia cōmuniter dicūt doc.illud procedere in pa-
tronis,qui præſentāt ,vt ſinguli,non vt collegiū.Secus in ſpe
ctantibus ad aliquos iure collegij:puta ſi ad collegiū ſpecta
ret præſentatio.Et ex his duæ regulæ colligunt. Prima: Vbi
actus ſpectat ad plures vt ad collegiū,requirit ad validitatē
ipſius diſpoſitio maioris partis collegij,id eſt,exiſtentiū tunc
in collegio:nam vt cōſtituatur vniuerſitas, ſufficit præſentia
duarum partium vocandarū:& valet quod ſit à maiori parte
iſtorum:vt not.in l.nulli.& l.plane.& dixi plenius in c. cū no-
bis.extra eo.&in c.cum omnes.de conſti.Fallit hęc regula in
electione prouincialis de ordine Minorū:quod qa valet ele-
ctio facta à maiori parte partiū comparatione minorū:vt in
cle.exiui.§.demum.de verb.ſig.Secūda.In ſpectātibus ad plu
res vt ad ſingulos,in caſibus,in quibus valet diſpoſitio maio-
ris partis,ſufficit maior comparatione minoris:vt in d.c.quo
11 niam.¶Decimò†quæritur,quot & quæ ſint de ſubſtātia ele-
ctionis ſcrutinialis?Et dico quòd quædam ſunt de ſubſtantia
electionis,ſecundum omnes. quædam verò ſecundū aliquos
tantùm doc.& ſecundū veritatem,maximè ſecundū Pan.qui
alijs plura ponit in d.c.quia propter.& ſunt hæc.¶Primū er-
go ſubſtātiale eſt ſecundū eum,vt electio fiat p cōgregatos
in vnū:quia non ſufficerēt cōſenſus eligentium ſingulariter
præſtiti:puta,ſi quilibet in ſua camera conſentiret:ſed opor-
tet ꝙ collegialiter cōſentiant.ad qđ. in c.in Geneſi. eo.tit.&
gl.in c.j.de reb.ec.non alien.lib.vj.Et hoc non eſt ſpeciale ſo
lum in electiōe,vt ibi dicit gl.ſed generale in omnibus expli
candis per vniuerſitatē:vt dicit,inquit,in c.cum omnes.de cō-
ſti. Nec tñ per hoc intelligas,inquit,quòd præſentia ſeu vo-
catio abſentiū ſit de forma vel de ſubſtātia:qa contēptus ali-
quorū non inducit nullitatē electionis:vt in c.ſicut.& ca.bo-
næ.&in c.eccleſia.el ij.eo.tit.imò nōvaleret ſtatutū epiſcopi
& capituli inducēs nullitatē propter defectum aliquorū non
vocatorū:vt no.Io.And.in addi.eo.tit.qa conſtitutio inferio-
ris immutare non poteſt conſtitutionē ſuperioris:vt in cle.ne
Romani.eo.tit.ſed eſt de iuſtitia:quia retractabitur electio,
ſi illi ſuum contemptū proſequant. ¶Secundū eſt, vt ſcruta-
tores aſſumantur per collegium:nō enim ſe debēt ingerere,
quia ſuſpecti redderentur:vt in l.quæ omnia.ff.de procur.&
pro hoc tex.in d.c.quia propter.in verbo aſſumatur.quod ta-
men ipſe dicit tutū,ſed non neceſſarium:quia ſi tres incipiūt
ſcrutari alijs vidētibus & tacētib⁹,credit electionēvalere ſer
uatis alijs:quia cùm agatur de re meritoria & cōcupiſcibili,
tacētes habent pro cōſentiētibus:ſicut in ſimili notauit gl.in
ca. ſicut cū.eo.ti.li.vj.¶Tertiū,vt ſcrutatores aſſumant tres,
non plures,nec pauciores.& hoc cōmuniter tenetur:imò ha-
betur ex tex.d.c.quia propter.ſed hoc Arch.limitat verū quā
do ſeruari poteſt:aliàs propter electorū paucitatē ſufficiunt
duo ſcrutatores,ſcđm opi. Vin. & Tan. imò vnus ſolus teſti-
bus vocatis,ſcđm opi.Inno.imò nullus,ſecūdum mentē eiuſ-
dem:quia ſi ius eligendi ſit penes vnū, iſte nullū ſcrutabitur:
ſed ipſe vocatis teſtibus exprimet votum ſuum, vt dictū eſt.
¶Quartum,vt iſti ſcrutatores ſint de collegio,ſecundū Gof.
Hoſt.& Inn.gl.tñ præallegata & Vin.ac Tanc.tenēt hoc nō
eſſe ſubſtātiale:ſed primū, inquit, magis cōgruit literæ:imò
ego dico haberi ex text.d.c.qa propter.Et intelligit Inno.de
collegio eligentiū,& non de collegio eccleſiæ vacātis : quia
ſæpius electionis negotiū proſequunt illi ad quos ſpectat.
à ſileō fortè dicit:qa nūquā electio ſpectat ad aliud col-
legium quàm eccleſiæ vacantis ratione conſuetudinis vel
priuilegij:vt in abbate.de ver.ſig.& in c.cum dilectus.de cō-
ſue.¶Quintū,vt vota ſingulorū exquirantur ſecretè:vnde ſi
vnum ex præſentibus non ſcrutaret,vel aliquis ex ſcrutatori-
bus omitteret,electio non valeret.quod intelligit Pan. quā-
do contēnitur vel prætermittitur aliquis exvocatis:qa contē
ptus non vocati non reddit electionē nullam.Et ſic intellige
Arch.dicentē non obeſſe,ſi præſentes nō reſpōdeant,aut re-
ſpondeant captioſè:nec ſi aliqui de capitulo nō requirantur,
dummodo ſuū contemptū non proſequantur.loquitur enim
de vocandis,vota,inquam,exquirantur ſecretè:quia ſecundū
Arch.ſi fieret votorū inqſitio in publico,electio nonvaleret,
etiam ſi omnes cōſentirent.extra eo.in Geneſi.ſed intellige
ſcđm Pan.poſt Inno.ſecretè,id eſt,ſeorſum ab alijs de colle-
gio:qa bñ poſsēt eſſe alij teſtes nō de collegio:ſicut & teſtes
examinari poſſunt corā teſtibus, vt probat Pan.vbi ſ.in gra-
ui & pōderoſa cauſa:modò nō ſint tales,q eligētibus poſsint
incutere timorē:quia tunc recuſari poſſent,ſicut & ſcrutato
res,ſi tales eſſent,vel aliquis ipſorū:& eſſet iuſta cauſa appel
landi,ſecundū Pan.in d.c.quia propter.¶Sextū,vt inquiſitio-
iſta fiat ſigillatim,ſicut obſeruatur in teſtibus,qui nō debent
plures cōmiſceri in examinatione:aliàs depoſitio nō valeret:
vt not.in c.venerabili.eo.tit.¶Septimū, vt exquirantur vota
omnium,vt dictum eſt.¶Octauū,vt vota exquiſita redigan-
tur in ſcriptis publicis aut priuatis . ¶ Nonū, vt vota ſcripta,
in communi,id eſt,in capitulo publicentur.Nec obſtat ſecū-
dum Arch.ſi in capitulo ſunt aliqui extranei religioſi vel alij.
¶Decimum, vt iſta votorum publicatio fiat mox, id eſt, in-
cōtinenti,nullo actu contrario interueniente poſt ſcripturā.
¶Vndecimū,vt facta publicatione fiat collatio , vt ſuprà di-
ctum eſt.quod tñ limita:quia ſi omittatur collatio , electio
tenet quando omnes vnum eligunt: ſecus ſi non omnes vnū,
ſed diuerſos.¶Duodecimū , quòd iſta collatio fiat mox poſt
publicationem, id eſt, nullo actu extraneo intermiſſo. quod
voluit glo.& Pan.arg.in l.cum antiquitas.C.de teſtam. licet
in hoc aliqui varient.¶Tertiumdecimum , vt facta collatio-
ne fiat communis electio per vnum nomine capituli : & per
verba ſingularis numeri:vt in cap.ſicut.eod.tit.lib.vj. & in c.
cum ab vno.de re iud.lib.vj.Quis aūt debeat vice omniū eli-
gere,dicit gl.in d.c.ſicut. quòd is qui primam vocem habuit,
vel cui capitulum cōmiſerit:ſed ſi capitulum,vel illi qui con
ſentiunt,hoc nulli expreſsè cōmittant,vnus præſentibus alijs
facta collatione eligat vice capituli vel conſentiētium.& ſa-
tis eſt:quia ratihabitio & taciturnitas mādato comparantur,
ſaltem in re appetibili & meritoria: ſicut eſt vt per electionē
canonicā prouideatur eccleſiæ.ff.mand.l. quod ſi fideiuſſor.
& C.māda.l.ſi fideiuſſor.Secus in oneroſa,vbi requiritur ex-
preſſus cōſenſus.ff.de procu.l.filius.§.inuitum.ſecundū Inno.
in d.cap.in Geneſi.& Compoſt.in d.cap.quia propter. Iſtum
autem eligentem oportet eſſe de capitulo, ſecundū mētem
Arch.& ſecundum Sum.Ang.poteſt eſſe vnus ex his,qui non
conſentiunt.quod tñ Archid.negaret,ſecundum quem facta
collatione maior pars debet requirere minorē de conſenſu
in eligendo:& ſi acquieuerint oēs,vnus electorū pronuntia-
bit electum dicens: Ego talis vice mea & omnium electorū
eligo talem.Sed ſi aliquis non acquieuerit,dicet:Ego talis vi-
ce mea & omnium aliorum,qui mecum conſentiunt , eligo
talem.& idem eſt ſi pro vice mea, dicat nomine meo.
¶Decimoquartò, vt ipſa electio fiat poſt collationem ſta-
tim ſiue mox, id eſt, nullo actu extraneo interueniente. ex-
tra eodem.c.cum poſt petitam.¶Decimoquintò, vt electio
fiat de eo,in quem maior & ſanior pars totius capituli con-
ſenſit:imò ſufficit ſi pars ſit maior, ſi non probetur contra-
rium : quia maior , niſi contrarium probetur , ſemper præ-
ſum

ſumitur ſanior: vt in cap.dudum.eod.titu.& maioris zeli.eo.
tit.eccleſia veſtra. ¶ Decimoſextò eſt, vt iſta electio ſit ver-
balis: vt in c.eccleſia.eo.tit.& in dicto ca.ſicut.& cap.cum ab
vno. ¶ Decimoſeptimò vt ſolẽniter publicetur: quia non de-
bet eſſe clandeſtina: vt in d.cap.quia propter.& publicari de-
bet in capitulo, & etiam ſecundum Pan. tutum eſt quòd pu-
blicetur populo: per hoc quod legitur & notatur in cap.cum
dilectus.eo.tit.ſed hoc licet fieri debeat ſecũdum Inn.& Cõ-
poſt.tamen non eſt neceſſarium, ſecundum eundem Inno.&
Pan.ſed tutũ. ¶ Decimooctauò eſt, vt ſeruetur ordo omniũ
prædictorum ſucceſsiuè per ordinem, vt enumerata ſunt: ali
ter ſi præpoſteretur, nihil valet. Et iſta omnia colliguntur in
d.cap.quia propter.iuncta gloſſ.& ibi notatis. Addunt aliqui
ſubſtantiale eſſe quòd electiõi præfigatur dies: & ꝙ ſcrutato-
res ſint fide digni: & quòd fiat in eccleſia, de cuius prælato fit
electio: & quod fiat poſt ſepulturam prædeceſſoris. Sed hæc
13 probat Panor.non eſſe ſubſtantialia. ¶ Electio † igitur facta
contra prædictam formã, aliquo ſcilicet prædictorum omiſ-
ſo irritatur, & annullatur per ſentẽtiam ſuperioris, ſecũdum
Hoſt.& Bern.extra eod.Cumana.& hoc placet Arch. Sed ta-
men in aliquibus eſt ipſo iure nulla: imò verius eſt quòd in
omnibus prædictis, vt tenet Inno.Compoſt.& Pan.& cõmu-
niter doctores.& ſic per iſta verba nõ valeat, inducitur nulli-
tas ipſo facto.ſed tamen diſtingue quantum ad priuationem
poteſtatis eligendi, ſicut diſtinguit gl.in cap.Cumana.eo.tit.
quia ſi peccant in materia, id eſt, in perſona electa, eligentes
ſcienter indignum, ſunt priuati ipſo iure per cap.cum in cun-
ctis.eo.tit. Si verò peccant contra formam, ſunt priuandi per
ſententiam, per d.c.quia propter. Ex his patet difficultas hu-
ius formæ ſcrutinij, in qua etiam multi perfecti viri deficiũt,
practicam ignorantes, vt dicit Panor.in d.cap.quia propter.
& glo.in cap.cum expediat.extra eod.lib.vj. In ordine tamen
Prædicatorum per cõſtitutiones traditur certa forma, in qua
etiam non omnia ſunt ſubſtantialia: vt quòd habens primam
vocem in electione decretũ formet: & deinde iuris aliæ ſub-
14 tilitates reſecantur. ¶ Vndecimò, † quantum ad formam cõ-
promiſsi quęritur, vtrum electio ſic fieri poſsit? Et dico quòd
eligendi poteſtas committi poteſt aliquibus. extra, eod. quia
propter.ſed cõpetentius in numero impari: extra eod.in cau-
ſis.& cap.cum dilectus.& cap.cum in iure. Nec oportet iſtos
eſſe de collegio: extra eod.cauſam quæ.oportet tamen quòd
ſint viri religioſi, ſecundum gl.in d.cap.quia propter. Poteſt
etiam committi vni: vt in d.ca.cauſam quæ.etiam maſculo à
monialibus: vt in d.c.cauſam quę.etiam habenti electionem
confirmare: vt ibi.etiam non prælato.de renunt.poſt tranſla
tionem. Imò melius expediri poteſt per vnum quàm per plu
res, ſecundum prædictam gloſſ. Imò, ſecundum Panor.in d.
cap.in cauſis. capitulum non ſolùm cõpromittere poteſt ꝑ-
ſonis certis poteſtatẽ eligẽdi, ſed etiam poteſt aliquos elige-
re, per quos eligantur compromiſſarij electuri vice capituli.
Sed tamen commiſsio non valet: primò ſi vnus diſſentiat, no
lens compromittere.extra eod.quia propter.quia nullus iuri
ſuo renunciare cogitur inuitus.extra quod me. cauſ.abbas.&
cap.ad audientiam.nec ſecundò, ſi fiat ſub hac forma, vt quis
quæſitis votis in ſecreto, illum eligat, in quem plures conſen-
tiunt.extra eod.ſi cui.libr.vj.de quo infrà.§.xiiij. nec tertiò, ſi
fiat de eligendo certam perſonam, ſecundum doct.commu-
niter. Et facta commiſsiõe re integra talis poteſtas reuocari
poteſt.extra eod.in cauſis.vbi etiam patet, rem non dici inte-
gram, quando iam compromiſſarij cœperũt habere tracta-
tum: quod verũ eſt in omni negotio extraiudiciali: qđ Innoc.
latius proſequitur in d.c.in cauſis.dicens ꝙ cùm attinguntur
ſubſtantialia negotij, puta cùm cœperunt de perſona eli-
genda tractare, deſinit eſſe integrum. Secus ſi tantùm exple-
ta ſunt aliqua pertinentia ad actus ſolennitatem: vt quia dixe
runt miſſam de Spiritu ſancto, & huiuſmodi. ¶ Duodecimò
† quæritur, an valeat cõpromiſſum factũ ab vno nomine ſeu
vice omnium, alijs præſentibus, & nõ cõtradicentibus? Et di-
cit Inno.& cõmuniter doctores in d.c.in cauſis.quòd nõ: quia
cùm res iſta non ſit leuis, ſed importãtiæ magnæ, debẽt ſigil
latim omnes inquiri & expreſsè conſentire. Et hoc dictũ no-
ta, & tene in omni re ardua explicanda per vniuerſitatem:
quia in re oneroſa & graui taciturnitas non habetur pro cõ-
ſenſu.facit glo.in regula, qui tacet.lib.vj. Secus in re leui, ma
ximè concupiſcibili. Hæc cum multis alijs ex Pan. in d.cap.
in cauſis.vbi ſubiungit: Ex quibus poteſt ſumi ſingularis limi
tatio ad dictum Inno.in c.j.de his quæ fiunt à ma.parte cap.
vbi notanter dicit, quòd ſi in capitulo tractatur aliquod illi-
citum & damnabile: tenẽtur illi de neceſsitate contradicere:
aliàs habentur pro conſentientibus: & ita inuoluũtur pecca-
to & pœna peccati cũ alijs expreſsè conſentientibus: vt illud
dictum procedat quo ad obuiandum peccato: ne ſub velami
ne taciturnitatis peccatũ nutriatur. Sed quo ad validitatem
contractus, tene quod dixi. Hæc ille.de hoc ſuprà Conſenſus.
§.iij.in fi. Decimotertiò † quæritur, vtrum poteſtas data com 16
promiſſarijs eligendi prælatum vel officialem, intelligi de-
beat de idoneo? Et dico quòd ſic: vnde ſi electus non ſit ido-
neus, non tenentur electores illum recipere: vt in d.c.cauſam
quæ. Et ibi gl.dicit eſſe arg.quòd cùm aliquod generale com
mittitur arbitrio alicuius, non valet niſi legitimè factum ſit.
de iureiur.Quintaualis.& cap.veniens.ff.de rit.nupt.l.quan-
quam.ff.pro ſocio.l.vnde ſi Neruæ. Et ſi arguatur contra ex
cap.vlt.xxxij.q.vlt.& alijs quæ allegat: ſolue vt ibi. Et hęc ſe-
cundum Pano.in d.cap.cauſam quæ.faciunt ad quæſtionem,
quando communitas eligit duos ciues vt vadant ad eligen-
dum Poteſtatem vel capitaneum: quia ſi illi eligunt indignũ,
ciuitas non tenetur acceptare: quia in generali mandato non
venit vt eligant indignum. ¶ Decimoquartò † quæritur, quot 17
modis fieri poſsit huiuſmodi compromiſſum? Et dico quòd
duobus. Primò, ſcilicet limitatè, vt compromiſſarij teneã-
tur eligere in quem maior pars totius capituli ſcrutatis votis
omnium de capitulo ſigillatim & ſecretè ab ipſis conſenſe-
rit. Et iſta forma eſt, de qua in cap.dilecti.eod.tit.& in c.cum
expediat.eo.tit.lib.vj.non tamen valeret, vt dictum eſt, & vt
dicitur in cap.ſi cui.eod.titu.lib.vj. ſi fiat compromiſſum ali-
cui, vel ſecundum glo.etiam aliquibus ſub hac forma vt ipſe
ſecretò & ſigillatim: vel ſecundum gloſſ.à fortiori ſi non ſe-
cretò votis ſingulorũ de capitulo exquiſitis, & in ſcriptis re-
dactis, illum eligat, in quem plures de capitulo partium com
paratione minorum conſenſerint: licet conſentientes maio-
rem partem totius capituli non attingant. Et iſta forma ſecũ
dum gl.in d.c.cum expediat.melior eſt omnibus formis: quia
in hac electores non abdicant à ſe poteſtatem nominandi.
Secũdò fit ſimpliciter, vt ſcilicet compromiſſarij eligãt quẽ
volunt. ¶ Decimoquintò † quæritur, quæ ſint de ſubſtantia
electionis compromiſſariæ? Et dico quòd gñaliter in omni
tali electione requirit', primò ꝙ ſeruentur dicta de electiõe
in genere: quia neceſſarium ſuperiori neceſſariũ eſt inferio-
ri, loquẽdo logicè. ſecundò ꝙ tenuerit cõpromiſſum, vt per
ſe patet. tertiò ꝙ nõ excedatur forma compromiſsionis. ex-
tra eo.cum dilecti. quartò, ꝙ electio fiat per verba ſingularis
numeri, etiã ſi cõpromiſſarij ſint plures: aliter non valet. ex
tra eo.ſicut. Dico vlterius quòd ſi compromiſſum fiat primo
modo, id eſt limitatè, ſolùm iſta requiruntur neceſſariò: pri-
mò quòd compromittentes ſint ſimul congregati, & omnes
qui volunt & debent intereſſe. ſecundò quòd compromittẽ-



omnes in vnum vel duos, vel tres, aut quot volũt: ſiue ſint de
collegio, ſiue non, dummodo ſint clerici, & nõ laici. c. cõtin-
git.de arbit. tertiò quòd cõpromiſſarius vel compromiſſarij
ſcrutentur vota ſingulorũ ſecretè & ſigillatim. quartò quòd
eligat illũ, in quem maior pars totius capituli cõſenſerit, di-
cendo, Ego N. compromiſſarius de conſenſu & voluntate
compromiſſariorum meorum, ſcilicet ſi habet alios, virtute
compromiſsi in me vel in nos facti, eligo in epiſcopum N. in
quem maior pars capituli conſenſit. Et ſi in primo ſcrutinio
non conſenſit in aliquem maior pars ſcrutinij, debet tam in
forma iſta, quàm in forma ſcrutinij replicari, donec in ali-
quem conſentiant: extra eo.cum terra. Et ſi de cõpromiſſa-
rij fraude dubitatur, poſſent electores facere ſcripta: in qui-
bus nomen eius, in quem cõſentiunt, ſcribatur, dãtes illa com
promiſſario, quia ea in præſentia omnium recipiat: & taliter
implicet vt cõprehẽdi nõ poſsint cuius ſint: & deinde coram
omnibus legat, & eũ eligat, in quẽ maior pars totius capituli
conſentit. Si verò ſiat compromiſſum ſecundo modo, id eſt,
ſimpliciter, requirũtur duo prima ſolùm: quibus ſtãtibus eli-
gat dicendo, Ego N. compromiſſarius &c. vt prius dictũ eſt:
excepto quòd nõ dicet, in quem maior pars capituli conſen-
tit. Requiritur etiã ſecũdum Sum.Ang.& Roſ.in hac forma
vt nullus diſſentiat: non autẽ in priori. Sed melius ſentit Sup.
poſt Piſa.& arch.quòd hoc ſit cõmune in omni forma cõpro
miſsi: quia d.c.quia propter.extra eo.hoc dicens loquit' indi-
ſtinctè: & ratio gloſ.ibi dicẽtis quòd maior pars capituli cõ-
promittere nõ poteſt: quia nullus debet priuari iure ſuo: nec
aliquis debet compelli ius ſuum alteri dare. C.de cõtrahẽda
empt.inuitum.habet locũ etiam in cõpromiſsione limitata.
19 ¶ Decimoſextò † quæritur, vtrum cõpromiſſarius, ſi ſit vnus
ſolus, ſe poſsit eligere? Et dicit glo.in c.cum in iure.extra eo.
quòd non: vt de iure patro.per noſtras.& de inſtit.cum ad no
ſtram.& ff. de tut.& cura.da.l.prætor.& xxiiij.q.j.didicimus.
& quia nemo debet oriri à ſeipſo.viij.q.j.in ſcripturis.& ſi iu-
raſſet eligere meliorẽ, & ipſe ſit melior: ſecundũ aliquos po-
teſt ſe eligere: ſed tamen incõueniẽs eſſet & inhoneſtũ quòd
ſe eligeret: & ſic ambitioſus videret': & ideo repellendus.per
cap.in ſcripturis. viij.quæſt.j. & potius debet renuntiare tali
poteſtati: & fatuus eſſet ſic iurans, ſi credit ſe meliorem vt ſe
eligat. Vel dic quòd tunc ipſe intelligitur exceptus: quia in
generali ſermone perſona loquens non comprehenditur. C.
de ſolu.inquiſitio.ff.de cõdit.& demonſtr.l.qui hæredi. & de
iure patr.petitio.hæc gloſſa. Et idem dic de eo, cui per ſupe-
riorem præcipitur vt magis idoneũ eligat. Vnde ſecundum
Panorm.in cap.licet.eodem tit. ſi ſupereſſet vnus ſolus Car-
dinalis: ille habebit electionem, iuxta not.in cap.gratum. de
poſtul.præla.nõ tamen poterit eligere ſeipſum: vt in cap.per
veſtras.de iure pat.tamen nomine totius collegij poterit da-
re hanc poteſtatem alteri: & ille nomine totius collegij po-
terit eligere iſtum: dummodo ceſſet fraus & ambitio. ¶ De-
cimoſeptimò † quæritur, vtrum compromiſſarij plures, eli-
20 gere poſsint vnum ex ſeipſis? Et diſtinguo. Nam ſi ex forma
cõpromiſsi habetur quòd hoc poſsint: hoc poſſunt, ſecũdum
omnes Doctor.ſine diſcrepãtia.& eſt tex.in c.cum in iure.ex
tra eo.vbi cõfirmatur electio facta ex tribus de ſeptẽ cõpro-
miſſarijs de vno ipſorum, ſi ille electioni cõſentiat: quia ſci-
licet, vt dicit gl.tunc ſua perſona computatur inter eligẽtes.
arg.l.planè.ff.quod cuiuſq; vniuer.& ff.de ado.l.ſi cõſul.& ſic
quatuor intelliguntur: & ita maior pars capituli. Poteſt autẽ
in ſe cõſentire poſtquã in aliũ conſenſerat, ſi eius cõſenſus in
aliũ nõ fecerat maiorẽ partẽ: quia talis cõſenſus illi non pro-
deſt. Nec ob.illud Apoſtoli Hebræ.v.ſcilicet. Nemo aſſumit
ſibi honorẽ, id eſt, prælaturã: ſed qui vocatur à Deo tãquam
Aaron. quia † dico quòd dupliciter quis prælaturã aſſumit, 21
ſcilicet inchoatiuè ſe primò & immediatè eligẽdo: vel quod
peius eſt, practicãdo: & cõpletiuè, ſcilicet cõſentiẽdo practicę
factæ: ſicut qui cõſentit electioni de ſe factæ, vt in ſcrutinio:
vel quaſi factæ, vt in cõpromiſſo, quãdo ſua vox complet: &
primum eſt illicitũ, nõ ſecũdum, ſi cõſentiatur bono fine, ſci-
licet ad obediendũ Spiritui ſancto, vel ſubueniẽdum eccle-
ſiæ. Vide Pan.in d.c.cum in iure.& §.ſequẽti. Si verò ex for-
ma cõpromiſsi hoc nõ habetur: tunc ſunt opiniones.& quidã
tenent quòd hoc poſſunt, vt Io.in c.qui epiſcopatum.viij.q.j.
& ibi Arch.& Inn.Hoſt.& Pan.& accurſ.gloſſator iuris ciui-
lis in l.planè.ff.quod cuiuſ.vniuer.& hoc ſequitur Sum. Roſ.
contra Supplemẽtum. Sed ea quæ per iſtos allegãtur nõ co-
gunt. Quidam verò tenẽt quòd hoc non poſſunt: vt Tancre.
& Ioan.de Deo.& Boati.& glo.in d.c.cum in iure.& de ſorti.
ca.vlti.& hoc ſequitur Sum. Piſa.& Arch.& Supple. Et dicta
gloſ adducit duas rationes: vnam in d.c.cum in iure.quia ſci-
licet talis à ſeipſo videretur electus.quæ ratio nõ eſt bona, vt
patebit ex §.ſeq. Aliam in d.c.vlt.quia ſcilicet vbi ſimpliciter
nulla adiecta forma datur poteſtas eligẽdi aliqbus, puta tri-
bus: ita habent poteſtatẽ eligendi omnes, quòd vnus vel duo
ſine tertio eligere non poſſunt. Vnde ſi duo eligant tertium,
non valet quod faciunt: quia hãc poteſtatem non habent. Et
ſi ille eligat ſe cum alijs, nõ valet: quia nemo ſeipſum poteſt
eligere. Intellige primò, ſiue inchoatiuè.de inſtit.cum ad no-
ſtram. Sicut ſi tres iudices vel arbitri ſint dati ſimpliciter ſine
illa clauſula, quod ſi nõ omnes: duo ſine tertio procedere nõ
poſſunt.de offic.deleg.vno delegatorum.&.c.cauſam matri-
monij. Nec obſtat quòd capitulum, cuius vice iſti fungũtur,
poteſt eligere vnum de ſe: quia capitulũ eligit iure cõmuni
ſiue ordinario: non autem iſti, ſed poteſtate ſibi conceſſa per
capitulum: ſed cùm datur aliquibus poteſtas eligẽdi de ſe vel
alijs, ſi volunt aliquẽ eligere de ſe, tunc poteſtas eligẽdi ma-
net penes illos tantũ: & eis ſolis data intelligitur. ſicut quan-
do committitur cauſa cũ illa clauſula, quod ſi omnes. hec ex
glo.ſed tamen intellige eis ſolis, ſic tamen quòd maior eorũ
pars hoc poſsit: vt in d.c.cũ in iure. Et hæc ratio eſt bona. Iu-
ra autem allegata per opinionẽ contrariã nõ concludunt, vt
patet intuẽti: ſimiliter nec rationes. Cùm enim dicit Panor.
quòd ex opinione cõtraria poſſet ſequi fraus: quia inter com
promiſſarios poſſent poni fraudulẽter illi, de quibus poſſet
vtiliter prouideri. dico quòd nõ oportet omnẽ licitũ modum
eligendi carere omni fraude poſsibili: quia etiã ipſi compro-
mittentes ſtatim ſine cõpromiſsione poſſent omiſſo vtiliori
eligere minus vtile. Cùm etiam adducit in argumentũ quòd
deputati ad aliqua in pias cauſas diſtribuenda, poſſent diſtri-
buere in aliquẽ ex ſeipſis egentem: dico non eſſe ſimile: quia
poteſt quis dare vocem ſuam vt ſibi detur eleemoſyna: non
autẽ prælatura. Cùm etiã adducit, quòd certi officiales depu
tati ad eligẽdum aliquos officiales, poſſunt aliquem ex ſe-
ipſis eligere, niſi forma poteſtatis eis tradita reſiſtat: dico hoc
fallere, quando talis poteſtas non datur ſingulis, nec maiori
parti, ſed ſolùm omnibus collectiuè: & nullus eorũ poteſt in
ſe cõſentire primò, ſed ſolùm in aliũ: quia eo caſu eſt impoſ-
ſibile quòd aliquis eorũ habeat omnes voces primò, ſiue in-
choatiuè, aut etiã completiuè: dum ſcilicet is, qui primò con
ſenſit in alium, variat, & cõſentit in ſe: quia iura nõ expreſſe-
runt hoc poſſe fieri, niſi quãdo in forma cõpromiſsi de hoc
fit mentio. Sicut † autem dicit Pan. poſt Phil. iſte electus ad 22
augẽdum numerum non debet conſentire dicẽdo, Eligo vel
reeligo, ne principaliter diſponat in ſe, contra cap.fin.de in-
ſtitut.ſed dicendo, cõſentio electioni de me factę: licet enim
ad hoc nõ ſit facta à maiori parte: eſt tamen in fieri & omni-

no fienda.Et debet conſentire,ſecũdum eundem, intra tem-
pus ſtatutum à iure ad electionẽ fiendam, vel appoſitum in
cõpromiſſo,electio ſuo cõſenſu perficitur. arg. in l.bonorũ.
ff.rem ra.ha.& facit qđ not.glo.in c.quàm ſit.de elect.lib.vj.
¶ Decimooctauò,† poſito caſu d.c.cum in iure. ſcilicet cum
23 ex ſeptem compromiſſarijs tres cõſentiunt in vnũ de nume-
ro ipſorum puta Titium,& tres in alium nõ de illo numero:
quæritur quare Titius cõſentire poſsit electioni de ſe factæ
à tribus? Et dicit ibi Pan.ſecundũ Hoſt.quem cõmuniter ſe-
quuntur Doctores, quòd vbi proceditur per viam compro-
miſsi,vox electi numerum auget,& ſuam electionem cõſen
tiendo perficit:quo caſu procedit dictũ c.cum in iure.Sed vbi
proceditur per viam ſcrutinij, non computatur in numero:
vt in cap.Cumana.extra eod.Ratio autẽ diuerſitatis iſta eſt:
quia cùm proceditur per viam compromiſsi, non debet eſſe
compromiſſarijs officium onoroſum.Item quia electio non
oritur à ſe,ſcilicet primò & inchoatiuè,ſicut in forma ſcruti-
nij.Ioan.autẽ Andr.in cap.per noſtras.de iure patr.dat aliam
rationem diuerſitatis dicens,quòd cõpromiſſum non arctat
ad ſeruandũ formam c.quia propter.vt ibi patet.Et intellige
quãtum ad ea,quæ dicit illud c.de forma ſcrutinij.Vnde poſ-
ſunt,& ſolent,inquit,cõpromiſſarij eligere palam:vt quiſque
audiat vota aliorum.Vnde cùm quis non poſsit eligere quin
ſciat ſe ab alijs electum, conſentiendo electioni de ſe factæ
à parte æquali,nõ videtur eſſe ambitioſus,nec oriri à ſe,cùm
ſit prius vocatus à Deo & ſocijs:vnde meritò cõſentiẽdo nu-
merum auget,cùm ſit vnus de habẽtibus poteſtatem:nec di-
ſponit principaliter in ſeipſum,ſed potius diſpoſitiõi ab alijs
factæ conſentit. nec eſt hoc ambitioſum, ſed meritorium
officium charitatis,ſi bono corde fiat.viij.quæſt.j.qui epiſco
patum.Quãdo autẽ proceditur per viam ſcrutinij,cùm in ſe-
creto quiſq; cõſentiat:& ſic ignorat an fuerit ab alijs electus,
in ſeipſum cõſentire non poteſt: quia ſic videretur ambitio-
24 ſus.¶ Decimononò,† poſito quòd ex tribus compromiſſarijs
duo indignum & vnus idoneum eligat: quæritur vtrũ valeat
electio vnius? Et dico Doctor.eſſe varios.Nam quidam te-
nent quòd ſic: quia poteſtas duorum ad vnum deuoluitur,
qui non deliquit:alij verò tenent contrarium:quia compro-
mittentes in tres,videtur voluiſſe quòd vnius electio nõ va-
leat.Hoſtien.autem dicit quòd non valet in terminis dicti c.
cum in iure.propter formam appoſitam in compromiſſo,ſci
licet quòd electio fieret ab omnibus,vel à maiori parte.qua-
ſi diceret ꝙ ceſſante tali forma,valeret electio facta à ma-
iori parte:ex quo alij cõpromiſſarij ſunt priuati.Panor.autẽ
dicit hanc quæſt.depẽdere ex alia:vtrum ſcilicet poteſtas de-
linquentiũ compromiſſariorum deuoluatur ad capitulum,
aut ad non delinquentes.& ei dictum Hoſt. non placet: quia
& ſi nihil dictum fuit in compromiſſo:tamen intelligitur ta-
citè quòd fiat ab omnib⁹,vel ſaltẽ à maiori parte.Vnde quẽ-
admodũ valeret facta à minori parte, ita debet valere cùm
fuit dictum in cõpromiſſo vt fieret ab omnibus vel à maio-
ri parte.Nã alijs priuatis electio dici põt facta ab omnibus:
quia facta fuit ab illis, in quos tota poteſtas deuoluta eſt: vt
habetur in ſimili in c.cõgregato.extra eo.Nam certum eſt,
quòd etiam cõpromiſſarij eligentes ſcienter indignum,ſunt
priuati poteſtate eligendi:vt in c.ſi compromiſſarius. eo.tit.
lib.vj.Nec delictũ maioris partis debet nocere minori,vt po
teſtas redeat ad capitulũ.& dictũ c.ſi cõpromiſſarius.qđ ſci-
licet dicit,eam reuerti ad electores ſeu capitulum, loquitur,
inquit,quãdo omnes cõpromiſſarij delinquunt eligẽdo ſciẽ-
ter indignum.Secus ſi omnes coëligũt:& electio facta à mi-
nori parte,reperit̃ facta de idoneo.hæc ex illo.Qui ſentit ꝙ
eo caſu electio valeat.Et hoc ſequitur Sum.Roſ.cõtra Sup-
plementum. & certè malè:quia † poteſtas compromiſſarij
non ſe extendit vltra quàm intendant compromittentes,qui
quando cõpromittunt in tres:ideo hoc faciut,quia ligari no-
lunt ad vnũ ſolum: ideo melius,ſecundum Arch.& ſum. Pi.
& Sup.dicit̃ indiſtinctè,ſiue oẽs,ſiue maior pars ſic delin.quod
quòd reuertitur poteſtas ad electores. Nec fit iniuria parti
minori:qa talis poteſtas ei nõ cõpetit, niſi quatenus intẽdũt
cõpromittentes:vnde dicta electio nõ valet. Adde † primò,
quòd ſi cõpromiſſarius nõ eligit intra tẽpus à iure ſtatutum,
eligẽdi poteſtas deuoluit̃ ad ſuperiorẽ: ad electores autẽ, ſi
eligat indignũ etiã ignorãter,niſi electionẽ ſciẽter factã ra-
tam haberet:& ſimiliter deuoluit̃ ad eos, ſi idoneus electus
nõ cõſentit:vt in d.c.ſi cõpromiſſarius.Adde ſecũdò ꝙ ſi cõ-
promiſſarius eligit ſciẽter indignũ, nõ puniuntur cõpromit-
tentes niſi ratificẽt:ſed ipſe triennio ſuſpenſus eſt à beneficijs
quæ obtinet in illa eccleſia,quam ſic eligẽdo offendit.Sed di-
cta pœna locũ non habet,niſi ipſe ſit epiſcopus:& electio ſit
de epiſcopo vel ſuperiori.Et idẽ de eo qui electionẽ,poſtula-
tionẽ,ſeu prouiſionem impugnãs,in probatione deficit eius,
quod obijcit in perſonã:vt in d.c.ſi cõpromiſſarius.Adde ter-
tiò quòd ſi cõpromiſſarius acceptãs cõpromiſſum, habet po-
teſtatẽ cõfirmãdi,non eſt neceſſe,ſecundũ Arch. ꝙ primò eli-
gat,& deinde confirmet:ſed ſufficit quòd vigore ſuæ prælati-
tionis & cõpromiſsionis & authoritatis inſtituat in prælatũ
illũ,de quo ſibi videt̃.Sed de hoc vide Pan.in c.cauſam quæ.
eo.ti.& dic vt ibi.Adde quartò ꝙ cõpromiſſarius prouidere
põt de pſona cuiuſcũq; loci.arg.lxiij.diſt.lectis.&.c.Reatina.
tutius tamen & melius eſt quòd de ipſa eccleſia eligat.arg.
eo. quod ſicut.& xxiij.diſt.in nomine Domini. ¶ Viceſimò,
† quantũ ad formã cõmunis inſpiratiõis quæritur qualiter &
quot modis fiat? Et quantũ & qualiter dico ꝙ nõ reperit̃ cir-
ca hoc determinata forma,ſecundũ Arch.& Pan.in d.c.quia
propter.Vnde ſufficit qualitercunq; electores exprimãt votũ
ſuum. Quãtũ verò ad reliquũ, dico ꝙ ſecundũ Pan.ibi poſt
Hoſt.in verbo,quaſi p inſpirationẽ,fit duobus modis.Primò
per veram inſpirationẽ, qñ fit authore Deo: nec indiget alia
confirmatione:vt fuit electio beati Nicolai,Ambroſij & Se-
ueri,de quibus lxj. diſt.§.his omnibus. Secũdò quaſi p inſpi-
rationẽ:qñ ſcilicet nõ cõſtat quòd authore Deo ſit facta ſed
præſumit̃ quãdo oẽs de collegio vno ore cõſentiũt in aliquẽ
nullo præcedẽte tractatu.¶ Viceſimoprimò † quæritur,quæ
ſint de ſubſtãtia huius electionis? Et dicit Pan.ibidem quòd
ſunt duo.Primò,quòd ſit facta ab omnibus: vna enim parte
cõtradicẽte nõ valet electio:qa nõ videt̃ facta Deo inſpira-
te.arg.viij.q.j.ſi ergo.Secũdò,ꝙ fiat ſine vitio ſcilicet ſimo-
niæ vel tractatus ſpecialis.Sed quantũ ex ipo & Arch.& alijs
Doctoribus colligo,requiritur primò, ꝙ oẽs congregentur.
Secũdò,quod omnes in iſtã viã procedẽdi cõſentiant:quia ſi
vnus nollet, oporteret pcedere per viã ſcrutinij, ſicut & in
cõpromiſſo dictũ eſt:p viã autẽ ſcrutinij cùm illa in d.c.
quia ppter.ponat̃ principalis:nõ obſtaret ſi vnus procedere
nollet:modò hoc velit pars maior.Tertiò,ꝙ omnes conſen-
tiant in vnã perſonam: quia ſi conſentiatur in duos,non va-
let:nec eſt inſpiratio communis,id eſt,omnibus conueniens.
Quartò, quòd fiat ſine vitio ſimoniæ. Quintò,quòd nullus
præcedat tractatus ſpecialis,in quo nominet̃ certa perſona:
generalis autẽ,ſecundũ Io.And.fieri poteſt:puta ſi quis hor-
tetur ad orationem vel electionem pro bono prælato.

## Rurſus de Electione tertiò, quantũ ad aliqua determinata perſonarum genera.

*1 Electio tertiò conſiderata reſpectu ſcilicet certarum perſona-
rum,ac primùm Papæ,à quibus celebrari debeat? Et quid de-
ficiente toto Cardinalium collegio?*



*2 Dubiorum in eccleſia emergentium interpretatio,ſede vacante
ad quem pertineat?*
*3 Cardinales quem eligere debeãt,aut poſſint? Et an in electio-
ne Theologus Iuriſta ſit præferendus.*
*4 Eligendo papæ,quænam forma ſit adhibenda? Et an ſede va-
cante,cœtus Cardinalium papalem iuriſdictionem exerceat?
Et quatenus?*
*5 Papanum Imperatorem eligere poſsit? Et quid de Imperato-
ris electoribus,num eos papa inſtituere queat, aut inſtitutos
mutare? numero ſeq.*
*6 Electores Impatoris abs quo,& quot creati ſint? Et cuiates ſint?*
*7 Iura circa monialium electionem, quid ſanciuerint? Et cuius
ætatis eſſe debeãt? Et an collatio in monialiũ electionibus de ze-
lo ad zelum,aut de merito ad meritum fieri debeat:an verò de
numero ad numerũ? Et quid in his appellari contingat? nu.ſeq.*
*9 Eligendi modi,an ſint omnes monialibus communes? Et an eli-
gendi poteſtatem ex compromiſſo habentes poſsint ſuis voci-
bus & ſuffragijs numerum ſuffragiorum ac vocum adaugere?*

1 Electio † tertiò, quantũ ad aliqua determinata per-
ſonarum genera:puta papę,Imperatoris,monialium,&
huiuſmodi:quędam continet ſpecialia documenta:vnde ſpe-
cialiter de hac agendum eſt. ¶ Primò verò quantum ad ele-
ctionem papę multa dicentur j.Excommunicatio.ix.§.ij.ſed
nunc breuiter dicendum eſt de electoribus,eligẽdo,& forma
eligendi.Vnde quæritur, à quibus debeat celebrari? Et dico
quòd Romanis ſecundum antiqua iura cõceſſum fuit tale ius
eligendi:vt dicit Aug.de Anch.& patet ex illo c.ego.Ludoui
cus.diſt.lxiij.quodã verò tempore conceſſum eſt Imperato-
ri,vel ſaltem requirebatur aſſenſus eius:& hoc propter deuo
tionem Imperatorum ad eccleſiam,& adiutorium eorũ con
tra hæreticos & ſchiſmaticos:vt diſt.xxiij.in nomine . & diſt.
lxiij.Adrianus.&.c.in ſynodo . Sed poſtmodum quia tali pri-
uilegio abutebantur,fuit eis ſublatum:vt diſt.eadẽ.§.verum.
&.c.cum Adrianus.& nũc ad ſolos pertinet Cardinales:vt pa
tet ex c.licet.de elect.& ex c.vbi periculum.eod.tit.lib.vj.vbi
dicitur quòd ſoli Cardinales debent includi pro electiõe pa
pæ.Deficiente tamẽ toto collegio Cardinaliũ electio papæ
ad Romanum clerũ pertineret,& ille ſuccederet Cardinali-
bus:quia papa eſt epiſcopus Romanus:& ſua eccleſia eſt ſan-
cti Ioan.Lateranenſis:vt ad canonicos& clericos illius eccle
ſiæ pertineret electio.licet ſecũdum do.Ang. eo caſu tutum
eſſet congregare concilium: & hoc tum ad vitandum ſchiſ-
ma,tum ad interpretãdum dubium: quia dubium eſt ad quẽ
2 ſpectaret electio.¶ Dubia † autem emergẽtia in eccleſia ſede
vacante concilium generale habet interpretari . Nec obſtat
quòd concilium generale congregari non poteſt,niſi autho-
ritate ſummi pontificis.diſtin.xvij.per totum.quia verum eſt
ipſo viuente:in dicto tamen caſu hoc facere deberet Impera
tor & reges ac principes Chriſtiani. Vide tamen Pan.in c.li-
3 cet.eod.tit.¶ Secundò † quæritur , quem eligere debeant aut
poſſint Cardinales? Et dico ſecundum Auguſtinum de Anch.
quòd eligere poſſunt vnum de collegio , & non de collegio
Cardinalium.diſt.xxiij.in nomine.& ſic multi electi ſunt nõ
de gremio Cardinalium:cæteris tamen paribus magis elige-
re debent vnum de collegio:vt idem probat multis rationi-
bus:vt patet ex d.c.in nomine.Et debent primò eligere cæte-
ris meliorem in conſcientia eligentium:non quidem melio-
rem ſimpliciter,ſed ad hoc regimen, modò exiſtimetur bo-
nus:qui enim crederetur malæ vitæ,nullo modo eſſet eligẽ-
dus, quantumcunq; aliàs idoneus.Hic tamen ſecundum eun
dem Aug.opus eſt duplici limitatione.Prima, ſi æquè facile
eſt eligere magis idoneum ad hoc ſicut alium:quia vbi non
eſſet æquè facile:vt ſi is,quem credit minus idoneum,habet
plures voces:ſic poſſet ſuam conſcientiam quis alijs confor-
mare æſtimãdo illũ magis idoneum , ex quo pluribus videt̃:
vel etiã quia ſine ſua voce peruenit̃ ad numerũ ſufficientem.
Secũda,vt intelligat̃ hoc de debito honeſtatis ſeu cõſultorio,
& nõ neceſsitatis ſeu præceptorio:qa ſufficit eligere idoneũ,
licet nõ ſit magis idoneus.quod ſcđm S.Tho.verum eſt in fo
ro contentioſo,non aũt in foro conſcientiæ.Et debet ſecũdò
èligere cæteris paribus doctiorẽ:qa ſcientia multùm cõfert
ad regimen & cæteris paribus magis Theologũ quàm Iuri-
ſtam,ſecundum eundẽ Aug.tñ ex parte eccleſiæ cui præfici-
tur:quia per eam nõ intelliguntur muri aut poſſeſsiones, ex
quibus litigia cõſurgunt dirimenda per iura:ſed animæ fide-
lium informãdæ fide ac moribus:qđ Theologia facit:tum ex
parte ſcientiæ qua præficit̃:qa ſcientia omnibus præeminẽs
cõuenit plato ſummo:tũ ratione vniuerſalis iudicij de omni-
bus,qđ cõgruit papæ:& quod iura nõ miniſtrãt:quæ nõ corri
gunt omnia mala:ſicut Theologia quæ continet ius diuinũ.
Nec obſtat ſi dicatur qđ ſine peritia iuris exulat cõcordia,
quam papa facere debet:quia dicit idẽ quòd ad lites dirimẽ-
das papa poteſt & debet aſſumere cõtemptibiles de eccleſia,
id eſt,iudices ſeculares,vt ait Apoſtolus , ſicut etiã Apoſtoli
inſtituerunt ſeptem diacones vt vacarent temporalibus:&
præterea bonus Theologus nõ eſt nudus à legibus: qa ſacra
ſcriptura omnia continet quo ad ſubſtantiã veritatis:& ſi nõ
quo ad litigiorum formã. ¶ Tertiò † quæritur, quæ forma in
electione papæ ſeruanda ſit? Et dico quòd quæ forma ſerua-
retur antiquitus,in decretis nõ habetur:ſed Alexãder tertius
in Lateranenſi concilio ſtatuit quòd duæ partes Cardinaliũ,
qui electioni intereſſent,cõcordarẽt in vnum ad hoc vt eſſet
papa:vt patet ex c.licet.de elec.Exinde Gregori⁹ decimus in
concilio Lugdunenſi addit vt mortuo papa,Cardinales præ-
ſentes in loco mortis expectẽt abſentes p dies quatuor, poſt
quos debent intrare cõclaue obſeruandum per dominos,ſeu
rectores,vel officiales loci:& inde non exire,niſi electione fa
cta,aut infirmitate ſuperueniente. Circa quod multa habes
infrà Excommunicatio.viij.§. xij. & ſumpta ſunt ex cap.vbi
periculum.de elect. libr.vj. quæ quidem conſtitutio ,vt dicit
Ioan.And.in gloſſ.quanuis reuocata fuerit per Adrianum &
Ioannem,tamen fuit per Celeſtinũ quintum renouata,& per
Bonifacium confirmata,& poſita in ſextò.Demum Clemẽs,
quintus in concilio Vien.ad dictam formam addidit quædã:
vt habere in cle.ne Romani.de elect. ſcilicet quod Cardina-
les per exceptionem excõmunicationis,ſuſpenſionis, vel in-
terdicti ab electione repelli non poſſunt.Et quod officium
camerarij vel pœnitẽtiarij maioris,vel aliorum pœnitentia-
riorum duret ſede vacante:& ſi deficiant poſsit cœtus Cardi
nalium ad tempus vacationis alios ſubrogare loco pro nu-
mero deficientium,vel ampliori etiã quo ad pœnitentiarios
ſi hoc eidem cœtui cõcorditer expedire videbitur: ſi tñ nul-
lus deficiat,nullum addere poſſunt,ſecundum gloſ. Et quòd
ſi oẽs Cardinales ſimul vel ſucceſsiuè conclaue exire coge-
rentur:puta propter incendium vel timorem mortis,hi quo-
rum erat cuſtodire conclaue , quàm citius poterunt , omnes
reintrare compellant congruum locum , prout ipſi Cardi-
nales conuenerint. Et quòd cœtus Cardinalium ſede vacan-
te nõ exerceat papalem iuriſdictionem,niſi inquantum per-
mittit Lugdunenſe concilium in d.capite,vbi periculum.nec
illud vel eius partem poſsit alterare:cuius contrarium aliqui
doctores prius tenebant,vt Hoſt.dicens non eſſe veriſimile
Dei filium voluiſſe vt ſede vacante,aut grex fidelium ſine pa-
ſtore,aut ſine ſponſo eccleſia eſſet. Cui reſpondet Ioannes
Andreas in gloſſa ibi, quòd ſponſus , tutor, & paſtor , caput
eccle

eccleſiæ Chriſtus eſt:allegans ad hoc multa iura. Vnde licet deficiat vicarius,non tamen deficit principalis : & quia vicarius ſoli Petro & ſucceſſoribus datus eſt:non habet vicariam cœtus Cardinalium. Reprobatur etiam opi. Hug.diſt.lxxix. nullus.qui dicit Cardinales tunc poſſe creare Cardinalem:
5 quod eſt falſum.¶Quartò† quantũ ad electionem Imperatoris,licet non ſit ad eccleſiaſticã dignitatem:quęritur vtrum papa eligere poſsit Imperatorem per ſeipſum?Et dicit Aug. de Ancho.quòd ſic,ex iuſta & rationabili cauſa:puta propter electorum negligentiam & diſcordiam , aut electi bonitatẽ & condecentiam,aut Chriſtiani populi,& pacis prouidentiã, aut hæreticorum,ſchiſmaticorũ,& huiuſmodi audaciã coërcendam:quia Imperator eſt miniſter papæ, eò ipſo quòd eſt miniſter Dei,cuius papa eſt vicarius:principalis autem agentis eſt eligere miniſtros & inſtrumẽta ad ſuum finem:qui in papa eſt pax & bonum eccleſiæ:ſicut militaris, cuius finis eſt victoria,eligit equeſtrem & frænefactiuã.j.Ethic. dicitur tamen Imperator recipere gladiũ à Deo.xxiij.q.iiij.quæſitum. quia non recipit illum à papa vt eſt ſingularis perſona:ſed ſolùm vt eſt vicarius Dei.¶Quintò quæritur,vtrum papa poſſit Imperatoris electores inſtituere,aut inſtitutos ex rationabili cauſa mutare?Et dico quòd ſic:ſicut & Imperatorem poteſt eligere,& electum non confirmare,& confirmatũ deponere:ſicut Stephanus ſecũdus natione Romanus,ſeu eccleſia Romana oppreſſa ab Aſtulpho rege Longobardorum,&petens auxilium à Conſtantino &Leone filio eius Imperatoribus Conſtantinop.& non obtinens,Imperiũ ad Carolum magnum Pipini filium tranſtulit:vt dicit gloſſ.in cap.venerabilem.de elect.& hoc anno Domini dcclxxvj.qui Carolus poſt annos xv.coronatus eſt à Leone papa iij.& quẽ Carolum Zacharias prædeceſſor eius ſubſtituerat Ludouico regi Franco
6 rum,quem depoſuerat:vt legitur xv.q.vj.alius. ¶Et† ſimiliter Greg.v.tẽpore Ottonis Imperatoris conuocatis & requiſitis principibus Alemanię ſeptẽ electores inſtituit officiales ipſius curiæ imperialis,quatuor ſcilicet laicos:vt regem Boemiæ,ducem Saxoniæ,comitem Palatinũ,& marchionẽ Brãdeburgẽſem:& tres clericos,vt archiepiſcopũ Maguntinum, Colonienſem,& Treuerenſem.De Alemania autẽ ſolùm tales electores ſunt aſſumpti,ſecundum Archi.Primò,quia inde fuerunt principes,qui eccleſiam liberarunt de Longobardorum ſeruitute & impiorum Romanorum.Secũdò,ratione deuotionis illius populi ad ſanctos Apoſtolos Petrũ & Paulum:quod eorũ oſtendit peregrinatio continua. Tertiò,quia ſic voluit Gregorius inde natus,& cõſanguineus Ottonis.Sicut autem Romani ante Chriſti aduentũ propter zelum rei publicæ,& obſeruationem legis ac iuſtitiæ imperium meruerunt:vt patet ex ſecundo Machab.&per Aug.v.de ciuit.Dei. cap.xij.ita cùm poſtea armis ad virtutem contrarijs fuerunt armati,meritò & imperiũ,& eligendi Imperatorem fuerunt poteſtate priuati,ſecundum Aug.de Ancho. quãuis rex dicatur Romanorũ.Et ſicut ab apoſtolica ſede hoc Alemanis eſt conceſſum:ita cùm expediret vnitati & paci Chriſtianitatis poſſet immutare.extra de elec.venerabilem.vbi etiam patet quòd ſi duo eligantur,ad papã pertinet alteri fauere,vt alterum præeligat magis idoneum,pro eccleſiæ aduocatione,& defenſione,& cui fama,vita, & iuſtitia magis ſuffragantur. Et idem eſt quando pars vocata & expectata nollet eligere, aut ad eligendum conuenire : quia ſedes apoſtolica aduocato & defenſore carere nõ debet.Vnde cum Lotharius & Corradus electi fuiſſent in diſcordia,papa Lotharium coronauit. Et ſimiliter poſſet papa prouidere de Imperatore per hæreditatem ſucceſſoriam,quando videret hoc paci Chriſtianitatis expedire:quia hoc eſt de iure poſitiuo,in quo papa habet plenitudinem poteſtatis.Et hoc ſecundum Augu.de Ancho. eſſet magis expediens.Primò, quia ſi Imperator ſciret imperium etiam ſuis filijs deberi , magis conaretur ad iuſtitiæ & eccleſiæ defenſionem.Scdò, qa non ita faciliter rebellarent fideles aſſueti obedire Imperatori,& eccleſiæ,cuius eſt miniſter familiaris.Tertiò,qa ex morte Imperatorũ, aut electorum diſcordia,plerunq; eccleſia caret defenſore, & bella naſcuntur,& ipſe Imperator contemnitur. Hoc tñ, ſecundum Arch.non eſt faciendum:quia inde ſcandala multa ſequi poſſent:à quibus abſtinendum eſt etiam in malis tolerandis,pẽdum in promouendis maioribus bonis.diſt.iij.denique.¶Sex-
7 tò† quantum ad electionem monialium,quæritur quid circa ipſam iura velint?Et dico quòd nulla monialis admitti debet ad electionẽ,niſi xij.annũ peregerit,& ſit tacitè vel expreſſè profeſſa:nec in abbatiſſam eligi poteſt,aut in prioriſſam,vbi per prioriſſam gubernatur , niſi poſt triceſimum annum, & expreſſam profeſsionem.Et cùm per ſcrutinium proceditur, electio à duabus partibus celebrata,non obſtãte alterius partis appellatione,præmiſſa tamen diligenti examinatione,ſi aliàs fuerit inuenta canonica,cõfirmetur,& benedicenda benedicatur.Sed ſi nulla electionum eſſet à duabus partibus celebrata,nõ obſtante quòd ſit ſcrutinium publicatum,aut etiã ad electionem ꝓceſſum,poſſunt, aliæ moniales antequã ad actus extraneos diuertant,ad illã accedere,quæ à maiori numero totius ſcilicet capituli electa eſt:quæ ſi per hoc veniat ad duas partes cõfirmetur, vt ſuprà:ſed nihilominus contra eam ſic cõfirmatam,poſtquam fuerit in adminiſtratiõe,aliæ poterunt opponere per modum denuntiationis , vel accuſationis,vt à dignitate remoueatur:quòd ſi ad illã, quæ à maiori parte electa eſt,aliæ nolũt accedere,vel nõ tot, quòd ad duas partes aſcendant:tunc ſuper obiectis,quæ faceret pars altera,& ſuper alijs,quæ ſunt inquirenda planè & ſine ſtrepitu iudicij per ſuperiorem ante confirmationem inquiratur:ſed ipſa interim in temporalibus & ſpiritualibus adminiſtret:ita tamẽ quòd nec de rebus monaſterij aliquid alienet, nec recipiat monialẽ.Si qua verò à minori ꝑte electa,vel nominata fuerit,nõ valet:nec dicto modo ad eam poteſt accedi.¶No-
8 ta† tamen quòd in electionibus monialium nunquam debet collatio fieri zeli ad zelum,aut meriti ad meritũ:ſed ſolùm numeri ad numerũ. Si verò procedatur per formam cõpromiſsi:ſi minor pars ſe opponit electæ,nihilo minus cõfirmetur,& benedicatur,non obſtante minoris partis cõtradictione:ſed ſi ſe opponeret pars maior,differretur cõfirmatio vel infirmatio,donec de obiectis&alijs fuerit inquiſitum:ſed interim adminiſtrabit,vt ei permittitur , niſi pars opponens fuerit duplo maior:quia tunc non adminiſtrabit,ſed expectabit litis euentum.Et ſi in huiuſmodi electiõibus cõtingat ad curiam appellari,debent cauſæ exprimi ſecundũ modum inſtitutionis,vt circa.extra eod.lib.vj. ſed ipſæ ire non debent, quin potius procuratores conſtituere.Et prædicta omnia locum habent etiã apud mulieres,quæ viuunt quaſi canonice: excepto quod dictum eſt vt nõ eligãtur nec eligant non profeſſæ:quia tales nõ profitentur.hæc omnia extra,eo.c.indemnitatibus.li.vj. De excõmunicatione autem eorum qui ad moniales in electionibus dirigendas vocantur.niſi abſtineant ab his,quibus inter eas aut oriri aut nutriri poſſet diſcordia. j.Excommunicatio.viij.§.xv ¶Septimò† quærit,vtrum præter duos ꝑdictos modos eligendi cõueniãt alij monialibus Et dico quòd ſic.Primò,ſcilicet per cõmunem inſpirationem quia iſte modus conceditur omnibus de iure in cap. quia propter.de elect.& nullibi monialibus prohibetur , non obſtante ꝙ de eo mentio nõ fiat in d.c.indemnitatibus. qa non oportebat:cùm in eo diſcordia locum non habeat. Et etiam per quandam miſtionem ex ſcrutinio &compromiſſo:vt patet in c.cum dilecti.extra eo.& in c.cum expediat.lib.vj.eod. iuncta gl.qñ ſcilicet in aliquos ſic cõpromittunt,vt eligãt eam in qua maior pars cõſenſerit: quo caſu etiã dicti cõpromiſſarij vocẽ habent in alectiõe,etiã ſi ſint mares,nõ de collegio,ſcdm aliquos:& verũ eſt indubitatè in ipſa formali electione:cũ hoc cõueniat cuilibet compromiſſario:vt patet ex verbis quibus eligit. Vtrũ† tñ ſuis vocibus poſsint augere nu
10 merum vocũ?quidã dicunt ꝙ ſic:& ita aliqñ vidi in practica ſeruatum:ſed malè, niſi ad hoc habeant ſpeciale mandatum collegij:quia qcquid iuris ibi habent,totum eſt collegio eos eligente:qđ ſine expreſsiõe nõ præſumitur tradere hanc facultatẽ,cũ requiratur cõſenſus non ſolùm maioris partis,ſed etiam omnium:vt patet per nota.in c.in cauſis.eod.tit.imò ſi hoc exprimeretur per vnũ de collegio alijs tacentibus,nõ valeret,arg.eorum quæ dicit Pan.in c.nónne.de præſump.& in d.c.in cauſis.Quæ tñ ſunt de ſubſtantia in via meri ſcrutinij, nõ ſunt de ſubſtantia huius ſcrutinij:vt ſuprà Electio ij.§.xv.



## De Eleemoſyna.

1 *Eleemoſyna vnde dicta ſit,& quotuplex. Et ſub hæc quòd eleemoſynæ ſecundum corpus ſeptem ſpecies, & totidem ſecundum animum ſint. Et vtræ meliores ac ſalubriores ſint?*
2 *Eleemoſyna,an & quando ſub præcepto ſit? Et in hoc dicta quatuor, & ad hæc concluſiones quinque.*
3 *Eleemoſyna,quibus & quo ordine paupibus dãda ſit?et nu.4.*
5 *Eleemoſyna, de quo danda ſit? Et in hoc dicta aliquot.*
6 *Turpitudo vbi ex parte dantis ſimul & accipientis eſt,licet acceptum in pias cauſas erogari debeat , in foro tamen pœnitentiali accipiens erogare aut reſtituere non tenetur.quod tamen limita vt ibidem.*
7 *Eleemoſyna à quo dari poſſit? Et ad id multa axiomata.*
8 *Mulier ſub viri poteſtate degens,an citra conſcientiam de mariti bonis eleemoſynam facere poſſit? & id quibus caſibus?*
9 *Pauperibus aduerſus diuites,vt ſibi ſubueniatur,an actio competat?Et num ſaltem iudicis officium implorare queant?*

1 ELEEMOSYNA† dicta eſt ab eleo verbo Gręco,qđ eſt miſereor,vnde ſonat aliquid ad miſericordiam ꝑtinens: & dupliciter ſumit,ſcilicet pro obiecto:& ſic eſt res eleemoſynaliter tradita:puta veſtimẽtũ aut cibus:& ꝓ actu. Et hoc modo ſecundũ S.Bona.in xv.diſt.quarti, ſumitur tripliciter. Primò ſcilicet communiſsimè:& ſic cõprehendit omne opus miſericordiæ impenſum proximo vel ſibi,iuxta illud Eccleſiaſtici.xxx.Miſerere animę tuæ.Secũdò cõmuniter:& ſic cõprehendit omne opus miſericordiæ impenſum proximo,corporale,vel ſpirituale.Tertiò propriè : & ſic cõprehẽdit opus pietatis impenſum proximo ad releuandum indigentiã corporalem.Vñ ſecundum S.Thom.ij.ij.q.xxxij.quædam eleemoſynæ ſunt corporales:ſeptẽ ſcilicet opa miſericordiæ corporalia cõtenta in hoc verſu:Viſito,poto,cibo,redimo,tego, colligo,condo,quæ quidã nota ſunt omnibus .& quædã ſpirituales,ſeptẽ ſcilicet opera miſericordiæ ſpiritualia contenta in hoc verſu:Conſule, corrige,ſolare,remitte,fer,ora. Ita tñ vt ſub cõſule,intelligat̃ etiã docere:vñ iſta opera ſunt docere ignorantẽ,conſulere dubitanti , corrigere peccantem, conſolari triſtẽ, remittere offendẽti, ſupportare oneroſos,& pro omnibus orare.ſunt aũt eleemoſynæ ſpirituales abſolutè corporalibus meliores. Primò, qa per eas exhibetur donũ ſpirituale corporali nobilius.Secundò,qa per eas ſubuenitur ſpiritui nobiliori corpore. Tertiò,qa per eas ſubuenitur actibus ſpiritualibus,qui ſunt corporalibus digniores:in particulari tamen caſu ſunt aliquando corporales præferendæ : ſicut qui fame moritur paſcendus eſt potius quàm docendus.

¶Primò† verò quæritur , vtrum & quando eleemoſyna ſit 2
ſub præcepto?Et dico quòd eam eſſe ſub præcepto in aliquó caſu nullus dubitare debet : quia propter hoc quòd eam non exercuerunt aliqui damnabant̃.quia tñ hoc præceptum tanquam affirmatiuũ non obligat ad ſemper:difficultas eſt atq; diſſonãtia inter doctores:qñ ſit caſus,in quo quis ad hoc obligatur:vt diffusè in quadã Aureæ Roſ.quæſtio. tractaui:ſed reſtringendo breuiter veritatem,diſtinguẽdum eſt ſic. Nam bonũ qđ homo habet dabile in eleemoſynã , eſt multiplex. ¶Primũ,eſt neceſſariũ neceſsitate quaſi abſoluta,id eſt,ſine quo viuere nõ poſſet ipſe & ſui,quorum neceſsitatibus habet prouidere:puta valor aureorum quinquaginta.¶Secundum eſt neceſſarium quaſi neceſsitate cõditionata,id eſt,ſine quo viuere nõ poteſt decenter iudicio prudentium,& exẽplo virtuoſorũ ipſe & ſui,puta valor aureorũ centũ . nec oportet in iudicando ſuperfluum, quòd conſiderentur omnes caſus, ſecundum S.Tho. qui contingere poſſent in futurũ:ſed debet iudicari ſuperfluum & neceſſariũ ſecundum ea quæ probabiliter &veriſimiliter occurrunt.¶Tertium,eſt quod continetur quidem intra bonũ neceſſariũ ad decentiam:ſed tamẽ ſic quòd eo ſublato ſtat decentia:&eo addito decentia nõ exceditur.Terminus enim requiſitorum ad decentiã nõ eſt indiuiſibilis:puta centũ aurei:ſed eſt in quadã latitudine:puta nõ minus quàm centũ nec plus quàm centũ viginti.ita quòd iſta viginti poſſunt addi &minui ſtante decentia.¶Quartum,eſt ſuperfluum,id eſt,omne excedens quinquaginta & centum& viginti:ita quòd non eſt neceſſarium ad viuere aut decenter viuere,ſicut ſunt centum in habente ducenta & viginti. Primum igitur bonũ,id eſt,quinquaginta,ſit a,& ſecundũ,id eſt, centũ,ſit b,& tertium ,id eſt,viginti,ſit c,& quartũ,id eſt,alia centum,ſit d.& tunc dico multas cõcluſiones. ¶Prima. Habens ſuperfluum ad viuere,licet neceſſarium ad decenter viuere,id eſt,habens b.tenetur de eo eleemoſynã facere in extrema neceſsitate,id eſt,quando apparent probabilia ſigna extremæ neceſsitatis futuræ,niſi ei prouideatur:& patet concluſio.iiij. diſt.xv.arg . q.iiij. in corpore . vbi dicitur quòd tenetur quis prius ſeruire neceſsitati abſolutæ proximi , quàm ſuæ conditionatæ:& quòd præceptum legis eſt vt quis det de neceſſario ad decentiam. Patet etiam ratione:quia tenemur magis amare vitam proximi, quàm res noſtras,aut noſtram corporalem decentiam,cùm ſit obiectum dignius:vnde propter vitam abdicamus decentiam.Et licet viro nobili ſit grauius morte viuere indecenter propter ſuam imprudentiam aut negligentiam ſeu violentiam:ſecus propter fraternã pietatem.niſi iudicando fallatur.¶Secunda cõcluſio.Dare eleemoſynam de toto b,extra neceſsitatem extremam, neq; eſt de pręcepto,neque de conſilio:ſed eſt illicitum:quia nulli licet in aliquo ſtatu viuere indecenter, niſi propter maiorem alterius neceſsitatem.¶Tertia concluſio.Dare aliquid de b, extra neceſsitatem extremam eſt conſiliũ:quia perfectionis eſt plus alij quàm ſibi de temporalibus velle,vt alius viuat ſe decentius. ¶Quarta. Nihil habens ſuperfluum ad decenter viuere nec ad viuere,nulli tenetur eleemoſynam facere de præcepto nec de conſilio,niſi in caſu,quo iuuaretur res publica aut perſona reipublicæ ſeu vtilior:quia tunc eſt de conſilio: eo quòd bonum ſit pro cõmuni ſalute exponere vitam ſuam. ¶Quinta.Habens ſuperfluũ ad decentiam,tenetur dare ſub præcepto vbi adeſt neceſsitas decentiæ,licet non adſit extrema.quarto,vbi ſuprà , ad quartum . & intellige quando non putat veriſimiliter quòd occurret alius,cui melius erit eleemoſynã tradere. Et de prædictis omnibus vide in Roſ.aur. caſu lvij. ¶† Secundò quæritur , quibus eleemoſyna danda 3
eſt?Et dico multa.¶Primum.Eleemoſyna pauperibus dãda

eſt,qui ſuis manibus operari non poſſunt. lxxxij. diſtinct.§.j. ¶Secundum.Ei qui laborare poteſt danda non eſt.arg.d.c.j. & ibidem c.epiſcopus.& v.q.v.non omnis.vnde & gloſ. dicit ſuper Matthæum, quòd iuſtius feceris,ſi iniuſtè petētē correxeris,quàm ſi ei dederis:& ſecundum leges pauper,qui laborare pōt,ſi ſe immiſcet eleemoſynæ,ſi ſit conditionis ſeruilis redigitur in ſeruitutē:ſi verò ſit liber,aliter punitur. C. de mendi.vali.l.vnica.lib.xj.auth.de quæſto.§.ſi verò.coll.ix. nec curo de diuerſitate quæ eſt inter dictas leges:ſed tamen limito iſta vera,quando is,qui laborare poteſt, inuenit ad laborandum.¶Tertium.Etiam malis &peccatoribus dāda eſt. diſt.xlij.c.quieſcamus.&prima,q.ij.quàm pio.niſi propter ſecuritatē cibi iuſtitiam negligerent, quia tunc ſubtrahendus eſt v.q.v.non omnis.& concor.S.Tho.in iiij.diſt.xv.dicens ꝙ peccatori danda eſt eleemoſyna ad ſuſtētationē ſi indigeat, cùm præcipiatur nobis etiā bene facere inimicis,qui ſcilicet ſunt mali,ſi nos ſumus boni.nihil tamen debemus ei dare ad malitiam fouendam.Vñ ſi conſtaret eum dato abuti in peccatum, dari non deberet,niſi expoſceret extrema neceſsitas. ¶Quartum.Deputatus executor ad diſtribuendum certa bona pauperibus,diſtribuere pōt inter ſuos conſanguineos,ſecundum Panor.in c.j.de coha.cle.& mulie.nam clericus pōt in pauperes conſanguineos de rebus eccleſiæ dare,qui eſt diſtributor:vt in d.c.j.& xvj.q.j.c.ſi.ſibi autem diſtribuere non poteſt:vt in §.ſi tibi centum.l.ſi mandato.ff.mandati.

4 ¶†Tertiò quæritur,quo ordinè pauperibus danda eſt?Et dico duo.¶Primum.In danda eleemoſyna præponi debet primò ipſemet:deinde ſui,deinde noti,demum boni,deinde extranei:de quo vide tex.in c.non ſatis.lxxxvj. diſt. & text.cum gl.in d.c.quieſcamus.quod limita cæteris paribus: quia tāta poſſet eſſe neceſsitas in extraneo,quòd noto &cōiuncto pręponeretur.& concord.S.Tho.ij.ij.q.xxxij.dicens quòd magis ſubueniendū eſt coniunctioribus quàm obuenientibus nobis quadam ſorte. Circa quod tamen, inquit, diſcretionis ratio adhibenda eſt ſecundū differentiā coniunctionis,ſanctitatis, & vtilitatis:quia multo ſanctiori & magis indigenti &magis vtili ad cōmune bonū magis dādū eſſet,quàm perſonæ propinquiori,maximè ſi non ſit multū coniucta, cuius ſpecialis cura nobis immineat,& ſi neceſsitatem magnā nō patiatur. ¶Secundū.Pater malus ſtante æquali neceſsitate præponēdus eſt cuicunque bono:vt patet ex dictis.Vñ ſecundū Ray. in exhibitionem nutrimenti pater infidelis eſt præponendus extraneo fideli:licet in dilectione ſit econuerſo.diſt. xxx.c.j. quia nullum beneficium tantum eſt ſicut parentum:vnde in beneficijs recompenſandis parentes ſunt omnibus præferendi,niſi ex parte alia neceſsitas pręponderet,vel alia conditio, puta cōmunis vtilitas eccleſiæ vel reipublicæ:vnde ſecundū San.Tho.in extremam neceſsitatem magis deferendi eſſent
5 filij quàm parentes.& concordat Goſr.& Hoſt. ¶†Quartò quæritur de quo eleemoſyna danda ſit?Et dico multa.¶Primum.Vt colligitur ex Canoniſtis j.quæſt.j.non eſt putanda. & xiiij.q.v.forte.& per Theologos.iiij.diſtin.xv.eleemoſyna dari poteſt de re propria nō obligata reſtitutioni,aut ꝓpriæ neceſsitati,etiam ſi ſit illicitè acquiſita.¶Secundum.Qui furatur vſurario,& huiuſmodi,vt inde eleemoſynam faciat,ſecundum Rayner.furtum committit: quia non ſunt facienda mala aut veniant quæcunq; bona.xiiij.q.v.forte.quod limita, niſi neceſsitas pauperis eſſet extrema,& aliter prouideri non poſſet.¶Tertiū.Quātū ad illicitè acquiſitū diſtinguit S.Th. ij.ij.q.xxxij.dicens illud eſſe triplex. Nā ſi debet ei,à quo acquiſitū eſt:inde fieri nō poteſt eleemoſyna,cùm ſit reſtituēdum:& hoc ſiue non transferatur dominium, vt in rapina,& furto : ſiue transferatur, vt in vſura , ſecundum aliquos. Si verò non debetur ei à quo acquiſitum eſt: licet acquirens illud retinere non poſsit:quia ſcilicet contra iuſtitiam datū eſt & acceptū,vt in ſimonia:debet in pias cauſas erogari.& idem in ſimilibus,in quibus datio & acceptio eſt contra legē. Aliquando verò eſt illicitè acquiſitum, non quia acquiſitio ipſa ſit illicita:ſed quia illicitū eſt illud,ex quo acquiritur & transfertur dominiū:nec repetitio cōpetit : ſicut in acquiſito per meretricium patet:quod propriè vocatur turpe lucrum.talis enim mulier turpiter & cōtra legem agit:ſed in eo quod accipit,nec iniuſtè,nec cōtra legem agit: vnde acceptū retineri poteſt,& inde fieri eleemoſyna:ſed nō oblatio publica ad altare.Quam diſtinctionem probat Auguſt.xiiij.q.v.non ſanè.in ſi.Aduertendum†eſt tamen quòd regulariter quando turpitudo eſt ex parte dantis & accipientis,licet acceptū erogari debeat in pias cauſas:tamen in foro pœnitentiali nō cogitur qs erogare,aut reſtituere,niſi ad hoc fuerit iudicialiter cōdemnatus,vel à confeſſore pro ſatisfactione peccati adſtrictus:vel niſi hoc ſit à iure particulariter expreſſum: vt in ſimonia,ex qua regulariter eſt facienda reſtitutio eccleſiæ,in cuius iniuriā acceptū eſt.Et hæc colligi poſſent ex no.per gl. Ray.in titu.de rap.§.nunquid circa pedagia.ſuper verbo,tenetur.De acquiſitione per aleam infrà Ludus §.xij.

¶†Quintò quæritur,à quo poſsit eleemoſyna dari?Et dico multa.¶Primum.Eleemoſynam facere poteſt quicunq; donare poteſt,iuxta dicta ſuprà Donatio j. Qui etiam donare non poſſunt vt monachi,filij,ſerui,& huiuſmodi, qui ſunt in alterius poteſtate,in multis caſibus largiri poſſunt eleemoſynā.Primò,quando de licentia ſuorum ſuperiorum peregrinantur,vel ſunt in ſcholis:quia poſſent facere eleemoſynas, quas alij honeſti peregrini & ſcholares communiter faciunt, arg.l.vnicæ.C.ad Maced.& l.ſi longius.ff.de iudi. & l.ij.ff.de iuriſdi.omnium iud.&.c.præterea.de offi.deleg.facit gloſſ.in clemen.ij.§.penul.de vi.& hone.cle.Secundò,in extrema neceſsitate,etiam contra ſuperiorum prohibitionem:quia tunc omnia ſunt communia iure diuino:imò tenentur ſecundum Ric.in iiij.diſtinct.xv.& glo.xij.q.j.non dicatis.Imò in neceſſitate magna,quando ad ſuperiorem recurſus haberi nō poteſt:vt not.Panor.in c.ſi quis.de furt.& glo.in d.c.non dicatis.& ratio eſt præſumpta ſuperiorum voluntas.Et generaliter poteſt quis de volūtate expreſſa vel præſumpta:puta quia habet adminiſtrationem à ſuperioribus commiſſam.ar.ff.de donatio.l.filiusfamilias.§.j.& in omnibus huiuſmodi. ¶Secundum.Igitur religioſus eleemoſynam dare non pōt,ſecundum Ray.quia nihil habet.xij.q.j.non dicatis.quod tamē poteſt,ſi de voluntate prælati eſt in peregrinatione vel ſcholis, ſecundum Ray.quia intelligitur cōceſſa licentia faciendi quæ faciunt alij honeſti peregrini vel ſcholares : & ſimiliter poteſt & debet ſi habet adminiſtrationem,ſecundum Ray.& ſimiliter poteſt & debet ſi videret aliquem indigere ad mortem, non obſtante contradictione prælati.Et concor.Hoſt.& S. Tho.ij.ij.q.xxxij.& iiij.diſtinctio.xv.addens quòd citra extremam neceſsitatem poteſt abſente prælato dare aliquid ſub ſpe ratihabitationis.¶Tertium.Serui etiā famuli & ancillæ quanuis ſint liberæ conditionis,ſecundum San.Thom.eleemoſynam dare non poſſunt de rebus dominorum ſine eorū aſſenſu,niſi panem,& huiuſmodi,quæ non inferunt ſenſibile nocumentum:& ſi famulus ſit diſpenſator, non tamen quaſi poteſtatem aliquam habens in rem domini,ſed quaſi tractans eam ad eius vtilitatem : de pretio tamen ſeruitij ſui conſtat quòd poteſt eleemoſynam dare. ¶Quartum. Similiter nec eleemoſynam non poteſt regulariter filiusfamiliàs,ſi peculium non habet:poteſt verò ſi habet caſtrenſe,vel quaſi quantum ad illud cenſetur paterfamiliàs. ff. ad Macedo. j.de peculio autem profectitio & aduentitio poteſt ſi credit patrem permiſſurum,non aliter : quia profectitium,& quicquid ex eo acquiritur,patris eſt:aduentitiū verò patris eſt quo ad vſumfructum.Inſtit.per quas perſo.no.acqui.§.j.de his tamen peculijs poſſet eleemoſynā facere:ſi de licentia patris eſſet in peregrinatione vel in ſcholis:vt dictū eſt.Similiter ſi eſſet filius ſenatoris vel alterius dignitatis:de quo vide ſ̄.Donatio.j.§.j.¶Quintū.Vxor quoque licet poſsit eleemoſynā facere ſi habet paraphernalia bona quę ſua ſunt:de quo dicvt infrà Paraphernalia.Si tamen nihil habet præter dotem,ſeu de rebus mariti,inter quas bona dotalia cōputantur.C.de iure do.l.in rebus.hoc non poteſt.xxxiij.q.v.quod Deo.niſi in octo caſibus:quorum quatuor dicti ſunt ſuprà in prin. huius §.Quintò,ſi habet conſuetudo loci vt vxores de pane,vino,& huiuſmodi,faciant eleemoſynam:quia conſuetudo dat iuriſdictionem,quod tamē moderatè fieri debet.Et licet vir fortè aliquando prohibuerit: tamen debet ſibi,ſecundum Summiſtas,formare conſcientiā quòd ei non diſpliceat:tum quia aliquando hoc faciunt viri vt temperent vxores,non à toto, ſed ab exceſſu:tum etiam ex pauperū miſeria, cogitās quòd etiā marito placeret, ſi talem miſeriā cerneret.Et ſi omnino ſibi cōſcientia dictat quòd viro diſplicet,deponat eam ſi poteſt: & ſi non poteſt,ceſſat ab eleemoſynis:† niſi in duobus caſibus.Primò,ſi videret indigentiam ad mortem,Secundò vtiliter gerendo negotium viri:puta quia videt eum crudelem & ſceleratū:& occultè largitur eleemoſynas vt auertat iram Dei,& illum diuina gratia illuminet:quo caſu ſecūdum gloſ. Ray.& Rodo.ſufficit quòd nō veniat contra prohibitionem mariti,nec eum ſcandalizet:licet credat quòd ei diſpliceret ſi ſciret.Et facit lex,ſoluendo.ff.de nego.geſt.cum ſimilibus. & melius exemplū Abigail,j.Reg.xxv. quæ datis panibus & quibuſdam modicis contra ſui mariti voluntatem,eum liberauit à morte.Sextò,ſi vir aſsignauit ei certum quod pro ſuo victu:& ipſa vult abſtinere,vt in eleemoſynas largiatur:quia illud videtur ſuum.Septimò,ſecundum Petr.de Palu . ſi vir ſit fatuus:quia tunc ad eam pertinet diſpoſitio domus : niſi per ſuperiorem aliter fuerit ordinatum.Octauò, ſi ſit lucratiua ſcilicet quòd exhibita gubernatione domus & familiæ ex operibus ſuis lucratur.Et ita tenet San.Tho.& Richar. & Pet.de Palu.& cōmuniter Theologi ac Summiſtæ:nec intelligo deducendas expenſas victus: quia vir eam alere tenetur propter dotem,& obſequium.Sed tamen quia cōtrarium tenere videtur gloſ.in l.ſicut patronus.ff.de oper.lib.quæ vult vxorem operari viro: pro concordia dici poteſt primam opinionem veram eſſe,quando habet dotem ſufficientem pro oneribus matrimonij ſuſtinendis:ſed ſi nō habet, eſt vera ſecunda:& operabitur viro vſque ad ſupplementum onerum: & quod ſupererit,cedet lucro ſuo non mariti . Et ita dictam gloſſ.videtur intelligere Bart.in l.Caio.ff.de ali.le.Adde tamen ad prædicta ſingularem limitationem Aſten.lib.v.titulo xxvj.ſecūdum Gul.de Mili.quia aut de rebus illis vxor ſeipſam ſuſtentat & virum:& tunc non poteſt de illis eleemoſynam facere:quia magis viro tenetur quàm alteri. Aut ſuperabundat:& tunc poteſt inuito viro.¶ Sextò † quæritur, vtrum pauperibus contra diuites conueniat actio,vt eis ſubueniat.Et dicit Panor.in c.ſi quis.de fur. quòd non : ſed bene poſſunt implorare iudicis ſeu ſuperioris officium, vt eos cogant:& eccleſia eos cogere poteſt:vt no.glo.in c.ſicut hi.xlvij. di.& arg.in c.nullus laicus.de iure patro.quod limita verum, quando ſunt in tali neceſsitate,& diuites in tali abundantia, quòd eis ſubuenire tenetur diuino præcepto.

## De Emancipatione & Emancipato.



1 *Emancipatio vnde dicta:quid ſit,& quid emancipatus?*
2 *Emancipare pater filiū,an & qualiter poßit & an teneatur?*
3 *Filius num compelli, vt emancipetur à patre,poßit?*
4 *Filius emancipatus,num in patriā poteſtatē,ob non præſtita patri alimenta,ſicut & libertus in ſeruitutem reuocari poßit?*
5 *Effectus patriæ poteſtatis, abs qua emācipatio liberet,quiſnā ſit?*

1 EMANCIPATIO † dicta eſt quaſi extra manum ſeu poteſtatē poſitio,ſiue extra ſeruitutem mācipiorum. & emanceps dicitur mancipium vel ſeruus liberatus.vnde propriè ſecundum Hug.pertinet ad captos in prælio, tamen ex vſu emancipatio liberis & manumiſsio ſeruis cōuenit à poteſtate patris aut domini liberatis. Eſt autem emancipatio , vt colligitur ex l.non nudo.C.de emanci.lib.cum ibi not.& Inſtitu.quibus mod.ius pa.po.ſol.§.præterea. relaxatio patriæ poteſtatis,coram iudice competente voluntate patris & filij concurrente.addit Sum.Ang.in vtriuſque præſentia. Sed vide infrà.§.j.Emancipatus autem,dicitur filius vel nepos,qui à iugo ſeu poteſtate vel manu patris vel aui eſt relaxatus , & ſui iuris effectus.
2 ¶Primò † verò quæritur,vtrum & qualiter pater emācipare filium poſsit aut teneatur.Et dico ꝙ poteſt etiam abſentem impetrato reſcripto Principis, & filij, accedente conſenſu:vt notat Bart.in l.iubemus. C. eod.etiam infantem:licet eius conſenſus non requiratur. & hoc per ſe vel per procuratorem:vt notat Bar.in l.Gallus.§.forſitan.de lib. & poſthu.Non tamen ad hoc tenetur pater regulariter,quia patria poteſtas eſt inæſtimabilis.ff.de leg.j.l.filiusfamilias.§. vt quis hæredem.tenetur tamē ad hoc in caſu:vt not. Azo in Sum.Primò ,ſi filium malè afficit verberibus.Secundò,ſi cōpellat eum peccare in corpus ſuum.Tertiò,ſi filius eſt arrogatus impubes,& pubes factus probat ſibi non expedire eſſe arrogatum.Quartò,ſi pater agnouit ſibi relictum legatum vt filium emanciparet.
3 ¶Secundò † quæritur, vtrum filius compelli poſsit vt emancipetur à patre?Et dico quòd non regulariter:quia in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis non poteſt quid fieri altero inuito:vt in authent.quib.mod. natu. effici.ſui.§.ſi verò.
4 ¶Tertiò † quæritur,vtrū filius emancipatus reuocetur in patriam poteſtatem propter alimenta patri non præſtita:ſicut libertus reuocatur in ſeruitutem propter alimenta denegata patrono.Et dicit Cyn.in l.filios.C.de ingra.lib.quod ſic : quia hoc eſt iniuria magna, quæ atrociori manui æquipollet.ff.de lib.agno.lege , alimenta. imò plus: quia necare dicitur denegans alimenta: vt eod.titu.l.necare.
5 ¶Quartò†quæritur,quis ſit effectus patriæ poteſtatis, à qua emancipatio liberat?Et dico quòd Ange.de Are.Inſti. de pa.po.ponit multos.vide infrà Patria poteſtas:& ibi etiam quomodo ſoluatur.

## De Emphyteuſi.

1 *Emphyteuſis vnde dicta,quid ſit,& quid emphyteuta?*
2 *Poſſeßio eccleſiæ nouiter an in emphyteuſi perpetuò dari poßit? Et quando dicatur dari perpetuò. Et quæ ſit huius contractus natura?ad quod concluſiones octo.*
3 *Contractus emphyteuticus à cenſuali quid diſtet? Et quid de emphyteuſi,quæ de generatione in generationem ſit?*
4 *Emphyteuta,ſi res ex toto perijt,vel ex parte , aut caſu aliquo fructum afferre non potuit,an penſionem ſoluere teneatur? Et quid ſi conceßio facta ſit pro penſione fructibus correſpondente abſque diminutione?num. 5.*
6 *Authoris ſententia in quæſtione propoſita.*
7 *Emphyteuta canonem non ſoluens,an à iure ſuo cadat?Et ibidem quòd verbum omnino, ſit præciſum , & quid innuat?Et quid cùm lex verbo futuri temporis aut præciſo vtitur?Et quid in emphyteuſi eccleſiæ?*

8 *Emphyteuta, num pœnam nõ ſoluti canonis vi compenſationis non obiectæ: ſe tueri poſſit? Et quibus caſibus compenſatio ipſo iure fieri intelligatur?*

9 *Emphyteuta, qui triennio, aut biennio nõ ſoluit canonem, num eum ſoluẽdo, & intra quantum tempus, morã purgare poſſit?*

10 *Emphyteuta, num ſine culpa ſua poſſit à iure ſuo, ob non ſolutum canonem, cadere? Et in hoc ſubdit axiomata octo.*

11 *Emphyteutam quinque caſibus à iure ſuo cadere, de quibus hic plenè & ſigillatim. Et ad hæc Bald. limitationes aliquot.*

12 *Emphyteuta, an ſine domini voluntate rem dimittere queat, vt ſic à præſtatione canonis liberatur?*

13 *Emphyteutica re deſtructa, ſi reficiatur, an teneatur emphyteuta in penſionis præſtatione perſeuerare?*

14 *Emphyteuta penſionẽ in multos annos ſimul ſoluere volente, an teneatur dominus recipere? Et quid ſi recipiat ab eo, qui à iure ſuo cecidit, an ſibi præiudicet? num. ſeq.*

16 *Emphyteutica res ob non ſolutam penſionem eccleſiæ reddita, an poſſit à prælato, rurſus eidem qui prius habuit ſine ſolennitatibus requiſitis dari?*

17 *Emphyteuta ſi non ipſe, ſed alius ſoluit, an à iure ſuo cadat? Et quid de pactis & conditionibus, quæ in hoc contractu interponi ſolent? num. ſeq.*

19 *Emphyteuta nũ poſſit aduerſus dominũ directũ rẽ præſcribere?*

20 *Emphyteuta, num poſſit ſine domini conſenſu aliũ emphyteutam facere, vel alteri locare? Et an poſſit ius ſuum, aut meliorationes vendere. nume. ſeq. Et in hoc axiomata ſex, cum limitationibus aliquot.*

22 *Emphyteuta eccleſiæ, vel etiam priuati, an poſſit ſine domini voluntate meliorationes, quas in re emphyteutica fecit, donare? Et huius reſolutoria concluſio. num. ſeq.*

24 *Emphyteuta, num poſſit rem emphyteuticam ſine domini voluntate legare, permutare, in pignus, aut in ſolutum dare?*

25 *Pater in rebus filij vſumfructũ habens, an poſſit rem filij in emphyteuſim dare? Et quid ſi filius hæreditati paternæ renuntiet, an poſſit emphyteuſim retinere? num. 26.*

27 *Emphyteuta eccleſiæ, ſi in monaſterium introeat, an emphyteuſis quoque in monaſterium tranſeat?*

28 *Laudemium, an ſoluẽdum ſit, cùm res emphyteutica ad alium emphyteutam tranſit? ad quod quinque ſubdit limitationes.*

29 *Emphyteutæ plures inter ſe, quoquo titulo ſine domini voluntate rem emphyteuticam alienare poſſunt.*

30 *Emphyteuta filiofami. vendente, cuius pater in ipſius bonis vſumfructum habet, quis laudare debeat, pater, an filius? Et laudemium cui debeatur, vſufructuario an proprietario?*

31 *Laudemium an domino debeatur, quãdo ipſemet ab emphyteuta emit? Et propter quid quinquageſima rei vẽdita debeatur?*

1 EMPHYTEVSIS,† vocabulum Græcum eſt: & Latinè dicitur melioratio, propter hoc quòd olim per iſtum contractum ſolũ viles quædã terræ & ſteriles cõcedebantur, vt accipiẽs melioraret, & fertiles redderet: ſed deinde permiſſum eſt de rebus fertilibus & fertiliſsimis emphyteuticari poſſe: vt C. de iure emphy. l. j. Vnde emphyteuſis ſecundũ vulgare quorundã, eſt datio ad liuellum: ſic ꝙ ſecundũ Bar. in l. j. C. de iure emphyt. nulla eſt differẽtia inter emphyteuſim & liuellũ: & eſt cõtractus medius inter emptionẽ & locationem. Vnde emphyteuta eſt, qui rem immobilẽ hæreditario iure meliorandã vel colẽdã ſub certo pretio, pactis & cõditionibus accipit, perpetuò vel ad tẽpus: puta in ſecundã vel tertiam generationem: vt in authen. de nõ alie. §. emphyteuſim. Imò cõtrahi poteſt ad decẽ aut viginti annos & vſ-
2 que ad tempus illud ſuccedit hæres. Poſſeſsio† tamẽ eccleſiæ nouiter in emphyteuſim dari non poteſt perpetuò de reb. eccle. non alie. nulli. & ſecundum mentem gloſſ. in cle. prima de reb. eccle. non alien. dicitur perpetuò ſecundum iura, cum datur ad decem annos, vel vltra. & ſecundum Anto. de Butr. ibi locatio ad decem annos vel vltra dicitur alienatio, quæ in re eccleſiaſtica prohibetur in d. c. nulli. Dari autem poteſt ad modicum tempus, id eſt, ad nouem annos incluſiuè. Vide tamen ſuprà Alienatio. §. quinto. Si tamen poſſeſsio ipſa erat prius emphyteutica, & peruenit liberè ad eccleſiã, dari poteſt in emphyteuſim etiam perpetuò ſecundum aliquos. ¶ De natura autem huius contractus, ſecundũ Petrũ Heliam in tracta. de contract. emphyt. eſt primò quòd dominium directum apud dominum remaneat, & vtile penes emphyteutã: quæ iura ciuilia ambos dominos vocant, & vtile certum eſt eſſe apud emphyteutam: & cõſequenter aliud eſt apud dominum. ¶ Et ſecundò quòd dominus dans rem in emphyteuſim habeat poſſeſsionem ciuilem. quod patet: quia emphyteuta nõ poteſt rem emphyteuticariã præſcribere. C. de præſcri. xxx. an. l. male. poſſeſsio autẽ ciuilis eſt legitima cauſa vſucapionis inducendæ. ff. de acquir. re. do. l. acquiritur. §. ſi. emphyteuta verò habet poſſeſsionem naturalẽ: cùm æquiparatur vſufructuario, qui poſsidet naturaliter tantum. Inſtitu. loca. §. adeo. ¶ Tertiò, quòd conſiſtat tantum in rebus ſoli: quia in re mobili ſeparari nõ poteſt vtile dominium à directo, quod hic fieri oportet. ¶ Quartò, quòd fiat in ſcriptis loquendo de iure. C. eo. l. j. quod tamen per conſuetudinẽ ſublatum eſt: & hic ſtãdum eſt: vt etiam Bartolus probat in dicta lege prima. Vnde dicendum eſt quod circa naturam huius cõtractus, vel circa pacta ipſius naturæ non requiritur ſcriptura: ſed bene requiritur circa pacta facta extra naturam eius, ſecũdum gloſſ. in dicta lege prima. in verbo, ſcriptura. Cuius ratio eſt quia ſcriptura non eſt de eſſentia contractus: ſed fit ad certã rei memoriam. C. de pigno. l. contrahitur. Contractus autem probatur per ſe, ſcilicet probata ſolutione penſionis. ¶ Quintò, quòd detur aliquid in introitu: quia habet magnam ſimilitudinem cum emptione & locatione. Sed adde hic, ſecũdum Hoſtien. de natura huius contractus eſſe, vt ſi contrahentes aliquid pacti ſunt, id obſeruetur. Si verò nihil paciſcantur, debet pẽſio ſolui, niſi res ex toto perierit: de quo j. §. prima. Vnde quòd aliquod ſoluatur in ipſo introitu, non eſt neceſſariũ ſecundũ docto. communiter argu. authen. de alie. & emphy. in principio. ¶ Et ſextò quòd ſi emphiteuta penſionẽ ſtatuto tempore non ſoluerit, res cadat in cõmiſſum ipſo iure. C. eo. lege fina. ff. de pign. l. lex vectigali. de quo j. §. ij. nec tenetur dominus cenſum requirere: quia dies ſtatuta pro domino interpellat. ¶ Et ſeptimò quòd ſi pẽſio non ſoluatur, emphyteuta poſſit expelli authoritate domini, ſecundum gloſſ. in c. potuit. de loca. licet melius fiat iudicis authoritate: & a ſcilicet quòd authoritate domini poſſit expelli, tenet gloſſ. l. ij. C. eo. poſt Marti. de fano, & Bulg. & Inno. & Ioan. And. & Azo. & Iaco. But. & Oldr. & Rayn. de For. nõ obſtãte quòd expulſio daret materiam rixæ: & conſequenter ſit fugienda: quia hoc verum eſt, niſi à lege daretur licentia. Et iſtam opinionem ſequitur Summa Roſella contra Ange. ſed Pan. in d. c. potuit. dicit ꝙ ſecundum Cy. poſt Accurſ. nõ poteſt: quia emphyteuta habet ius in re: vt in l. j. ff. ſi ager vecti. ideo propria authoritate nõ debet expelli. & facit l. creditores. C. de pig. Et hæc opinio tutior eſt ſequenda, vbi ius adminiſtr... ¶ Põt addi octauò, ꝙ ius emphyteuticũ tranſeat ad hæredes etiã extraneos: quia licet de hoc fuerint opiniones, magis placet opinio Io. de Imo. in c. fi. de loca. dicens quod tranſit ad illos etiam in re eccleſiaſtica: modò ſit data cum ſolennitate c. j. de re. eccle. non alie. li. vj. & cap. ſine exceptiõe. xij. q. ij. de quo ſuprà Alienatio. Si quis tamen accepit pro ſe & filijs: non veniunt filiæ, ſecundum Io. de Imo. in c. fi. de loca. per ſingulare dictum Arch. in c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. vbi voluit ꝙ in materia contractuũ maſculinũ nõ concipit fœmininũ, per l. veteribus. ff. de pact. & idẽ Gui. de Suz. & Ray. de For. in l. tres fratres. ff. de pac. & Ludo. de Ro. cõſi. xxxiiij.
5 † Ex quibus omnibus patet quòd iſte contractus differt à cẽſuali: quia per iſtum tranſit vtile dominiũ ſolũ: vt in l. j. §. qui in perpetuũ. ff. ſi ager vecti. per illũ verò transfert non ſolum vtile, ſed etiam directũ. & fit quando dicitur, concedo tibi talem rem, & transfero in te quicquid iuris habeo in illa. & ſoluitur annuatim certus cenſus. & tex. eſt ſingularis in c. conſtitutus. iuncta glo. de reli. do. Vnde ſi dicatur, concedo tibi talem rem in emphyteuſim perpetuã, transferendo in te quicquid iuris habeo in illam pro certa annua penſione: erit contractus cenſualis. caſus in d. c. conſtitutus. & illa verba, in emphyteuſim, impropriantur, vt in l. ſi vno. in princ. ff. loca. Emphyteuſis tamen quæ fit de generatione in generationẽ aſsimilatur inueſtituræ feudali: vt no. Bar. in l. ſi mihi & Titio. ff.
4 de ver. obli. cum Bal. in c. j. de vaſal. decrepitæ æta. ¶ † Primò verò quæritur, vtrũ emphyteuta teneat̃ ſoluere penſionem, ſi res ex toto perijt, vel ex parte, aut ſi aliquo caſu fructificare non potuit? Et dico circa hoc eſſe opiniones. Pan. enim in d. c. potuit. de loca. dicit nõ liberari à penſiõe emphyteutam, niſi res tota perierit. arg. in l. j. C. eo. quia penſio ſoluitur in recognitionem directi dominij: & conſequenter quandiu rei ſubſtantia durat, ſemper ſubeſt cauſa ſoluendi. Quidam verò dicunt, eum liberari, ſi perierint ſeptem partes: alij verò, ſi tantum medietas. ar. ff. de vſufr. l. etiam partis. vbi dicitur ꝙ partis appellatiõe in dubio intelligitur dimidia. Vnde cùm iura dicant, ex partis perditione non liberari emphyteutam: intelligitur de dimidia tãtum: vltra dimidiam verò perditio liberat pro rata. arg. l. quæ de tota. ff. de rei ven. Bar. verò in d. l. j. quod dicitur, non liberari emphyteutam niſi res ex toto perierit, intelligit quando tantũ colligere poteſt vt penſionẽ ſoluere poſsit. quod Pan. reprobat: quia ſecundũ hoc nõ eſſet differentia inter emphyteutam & colonũ: item propter ſterilitatem contingentem in fructibus, quantũcunq; maximã, non fit remiſsio emphyteutæ pro parte dãni: licet aliud ſit in colono. Et ratio diuerſitatis eſt: quia colonus videtur conduxiſſe ſub quadam tacita cõditione fructuũ futurorũ: ideóque deficiẽtibus illis fit remiſsio pro rata: ſed emphyteuta ſoluit in recognitionem dominij: & propter hæc pericula ſolet lõgè minus ſoluere quàm colonus. x. q. ij. hoc ius. vnde verſus. Si res perit tota, liberabit̃ emphyteuta: Sed ſi pro parte, nulla liberabitur arte. Sed pro concordia prædictorum ſciendũ eſt, *Concordat op.*
vt no. do. Alex. de Imo. in vj. cõſi. incipien. redemptoris. quòd emphyteuta aliquando ſoluit quid minimũ in recognitionẽ dominij: & tali non fit remiſsio propter ſterilitatem. imò quãdiu dominiũ vel rei ſubſtantia durat, durare debet & penſio: aliquãdo verò ſoluit penſionem correſpõdentem fructibus: & ſic pro vſu rei, nõ in ſignum recognitionis dominij: & tali fieri debet remiſsio, ſicut conductori ad longum tempus, cuius ſimilitudinẽ habet, & de eius natura magis participat hoc caſu. Vnde ſi caſu fortuito fructus percipi non potuerunt, & damnum fuit enorme, quia fructus percepti nõ aſcendunt ad dimidium eius quod percipi conſuetum eſt: nõ debetur penſio quod reprobatur in §. quia verò Leonis. in authen. de non alie. vbi dicitur quòd res eccleſiæ quãdo à principio datur in emphyteuſim, concedi poteſt cùm diminutione ſextæ partis illius penſiõis, quæ quolibet anno percipi poſſet: & hoc ex eo quòd talis diminutio debet cõpenſari cum fructuum ſterilitate: propter quam emphyteuta remiſsionem habere nõ po-
5 teſt. † Et ſic innuitur quòd vbi conceſsio fieret pro penſione correſpondente ad fructus abſque diminutione: tunc fieret remiſsio propter ſterilitatem: quia aliàs nihil haberet emphyteuta in recõpenſationem. Nec obſtat l. quicunq;. la j. C. de fun. pa. lib. xj. vbi remiſsio nõ fit emphyteutæ propter ſterilitatem: quia loquitur in conductore rei valde ſterilis: vnde ratione ſterilitatis audiri nõ debet, ſi petit remiſsionem: quia hoc ſibi debet imputari: vt not. glo. in l. habitatores. in fin. ff. loca. Vnde cõducens fundum tempore guerræ remiſsionem petere non poterit, ſi vti non poterit re locata: quia eo caſu guerra nõ annumeratur caſui fortuito, ſed culpæ. Nec obſtat quod no. glo. in d. cap. potuit. quia illud habet locum in proprio emphyteuta conducente pro modica penſione in recognitionem dominij: ſecus in alio vſurario ſoluente pro vſu rei penſionem fructibus correſpõdentem, cui debet fieri remiſsio pro rata: vt ſi quarta pars fructuum, quæ percipi conſueuerunt, percepta eſt, quarta pars mercedis præſtetur, iuxta cap. propter ſterilitatem. de loca. ¶ Et per hæc patet quid dicendum ſit ad quotidianam quæſtionem, nunquid teneatur emphyteuta ſoluere penſionem, ſi fundus propter bellũ coli nõ potuit. Dicit enim Barto. in d. l. j. & communiter Legiſtæ quòd non: quia æquiparant fundum inundatum eſſe vel captum ab hoſtibus: vt l. cum vnus. §. fin. ff. de bon. autho. iud. poſſ. Sed ſi fundus eſt inũdatus, eſt deperditus. l. iij. §. Labeo. ff. de acquirend. poſſeſsio. ergo & captus ab hoſtibus. Sed cõtrarium conſuluit dom. Cardi. Paduæ, & idem poſtea totum collegium Patauinum, vt refert Panormit. in d. cap. fin. moti principaliter per l. j. in fin. C. eo. quæ requirit quòd ſubſtantia ipſius rei penitus lædatur: quod non contingit quando hoſtium timore coli non potuit: quia eo tempore reperiret emptorem. & ſic in recognitionem dominij debet ſoluere canonem. Hoc Panorm. verius putat: niſi fortè totus fundus eſſet *Solutio*
captus ſine ſpe recuperatiõis, quo caſu procedere poteſt opi- *dubij.*
nio prima. Ego† verò dico ex mente do. Alex. quòd ſi non ſit ſpes recuperãdæ rei, indiſtinctè liberabitur à penſione. quod 6
intellige, ſi in totum vel vltra dimidium perijt. Secus ſi ſola medietas perijt: quia nõ liberabitur qui modicum ſoluebat. argu. l. etiam partis. ff. de vſufr. & l. quæ de tota. ff. de rei ven. Similiter nec liberatur à toto, qui ſoluebat multũ, id eſt, correſpondenter ad fructus: ſed fiet ei reſtitutio pro rata. Si verò ſit ſpes, ſimiliter liberatur abſolutè aut pro rata, ſi ſoluebat correſpondenter ad fructus: non autem ſi ſoluebat quid modicũ in recognitionem dominij. Si autem res emphyteuticaria augeat̃, nõ propter hoc augetur penſio, ſecundũ Bar. in l. j. C. eod. qui putat indiſtinctè omne augmentum pertinere
ad emphyteutam. ¶ † Secundò quæritur, vtrum emphyteuta 7
canonem, id eſt, regularem vel annuam penſionem non ſoluens, cadat à ſuo iure? Et dico quòd emphyteuta priuati canonem triennio nõ ſoluens, à iure emphyteutico cecidit ipſo iure: nec requiritur ſententia neceſſariò ſecundum Hoſtien. in c. potuit. de loc. & Salic. in l. ij. C. eo. & domi. Guarne. de Caſti. & Spec. in titul. de loca. & Pau. de Caſt. ad quod gloſſ. in l. finali. C. eod. in verbo, cadat. Et facit pro hac parte optimum fundamentum: quia quoties lex vtitur verbo temporis futuri ſimpliciter, quanuis intelligatur per ſententiam, & non ipſo iure: ſi tamen adeſſent verba præciſa, intelligeretur ipſo iure, ſecundum Barto. & omnes Scribentes in l. iubemus. la j. C. de ſacroſanct. eccle. & in l. Imperator. ff. de iure fiſci. hic autem lex vtitur hoc verbo, omnino. in authen. de non alie. §. ſcire autem. quod verbo eſt præciſum: & intelligitur ipſo iure: vt not. gloſ. in l. j. in §. ſi pecunia. ſuper verbo, omnino. ff. depoſi. & idẽ dicit Bar. in d. l. iubemus. de iſtis verbis, mox, & ſtatim. Requiritur tamen declaratio volũtatis domini, ſcilicet quòd velit emphyteutam ipſo iure priuari, ſi à ſuo iure ceciderit,

ſecundũ Bar. in l.ij.C.eo.& idẽ videtur ibi per text. in verbo,
volenti. & in ver. ſi modò voluerit.requiritur etiam declara-
tio quòd ipſe emphyteuta fuerit in mora ſoluendi:vt in l.lex
vectigalia.de pigno. ad quod etiã facit quod notat Archid.&
Io.And.in c.j.de homi.lib.vj.Ex quorum dictis dom.Alexan.
de Imo.in l.ſi quis maior.C.de tranſac. facit theoricã gene-
ralem valentem ad multa , ſcilicet quòd omnia iura mundi,
quæ dicunt pœnã imponi ipſo iure vel facto, debent intelli-
gi modò ſecuta ſit ſententia declaratoria,per quam declara-
tum ſit fuiſſe commiſſum id, propter quod illa pœna venie-
bat imponenda: aliàs illa pœna effectum & executionẽ non
ſortietur:ſicut non habetur pro infami periurus antequam
declaratum ſit per ſententiam quòd venit cõtra iuramentũ.
Vbi tamen lex vel ſtatutum priuaret aliquẽ bonis, vel aliter
ipſo facto:& adderet nullam requiri declaratioem etiam ſu-
per facto nõ requiritur declaratiua ſentẽtia.Et ſic fecit Pau-
lus ſecundus in extrauaganti quæ incipit,ambitioſæ. & idem
videtur , ſi factũ ſit notorium ſecundũ aliquos. Emphyteuta
verò eccleſiæ ꝑ bienniũ non ſoluens,cadit ipſo facto,niſi ce-
leriter ſoluat:vt in d.c.ſi.de loca. Fallit tamen quod dictũ eſt
de triennio & biennio,ſi dominus tenebatur emphyteutæ de
eadem vel maiori quantitate:quia non cadit,ſecundũ Pan.in
c.bona fides.de depo.quia qui cõpenſat,ſoluere dicitur: vt in
l.amplius.ff.rem ra.ha.& exceptio cõpenſationis quo ad eui-
Notabile. tandam pœnam debentis ſoluere,fit ipſo iure:vt eſt tex.nota
bilis iuncta glo.in l.ſi conſtat.C.de cõpen.vbi ſic determinãt
8 doctores.¶† Pro quo ſciendũ eſt quod Spec.in tit.de loc.di-
cit quòd emphyteuta poteſt ſe tueri,ſi dicamus cõpenſatio-
nem fieri ipſo iure,per l.ſi ambo.ff.de cõpẽ.Si verò dicimus,
eam nõ fieri ipſo iure:adhuc idem putat,ſi modò cõpenſatio
ſit obiecta ante elapſum bienniũ in emphyteuſi eccleſiæ vel
trienniũ in emphyteuſi priuati,per l.ſi conſtat.C.de cõpen.&
ita videtur tenere Io.And.& Albe.in l.ſi.C.eo.Vnde licet pri
ma conſideratione videretur dicendũ,tenendo cõmunem opi-
nionem glo.& doc.in d.l.ſi cõſtat.quæ habet quòd regulari-
ter ipſo iure nõ fit cõpenſatio , niſi opponatur ab homine, ꝙ
emphyteuta,ſi eam ante dictũ tempus nõ oppoſuerit,cecide
rit à iure ſuo:nec poſtea veniat audiendus,ſi eam velit obijce-
re,tamen ſecundũ veritatẽ contrariũ tenendũ eſt: quia licet
cõmunis opinio ſit vt dictũ eſt:tamẽ hoc fallit quo ad pœnã
euitandã,vel quo ad impediendũ curſum vſurarum:quia tũc
odio pœnæ & vſurarũ fit cõpenſatio ipſo iure:ſecundũ not.ꝑ
glo.& doc.in d.l.ſi conſtat.& per hac Bar.in l.j.eo.tit.Et ſe-
cundum hoc videtur ꝙ cùm hic agatur ad euitandã pœnam
caſus,intelligitur ipſo iure oppoſita cõpenſatio,etiam ſi non
fuerit oppoſita ab emphyteuta ante dictũ tẽpus. & ita nota-
biliter tenet Inn.in d.c.bona fides.de depo.& Ang.in l.ſemel
mora.ff.ſolu.mat.& Io.Fab.& Io.de Pla.Inſti.de act.§.in bo-
9 næ fidei.& domi.Iaſ.in l.ij.C.eo.¶† Tertiò quæritur, vtrum
emphyteuta,qui triennio aut biennio non ſoluit,poſſit ſuam
moram ſoluendo purgare,& quanto tempore? Et dico quòd
Canoniſtæ habent tex.in d.c.potuit.quòd emphyteuta eccle
ſiæ ſi ceſſauit biennio ſoluere,poteſt ſatisfactione celeri mo
ram purgare:nõ tamen eſt idem de emphyteuta priuati,ſe-
cundum Ang.& Imo.in l.ſi inſulam.ff.de verb.obli.per tex.in
d.c.potuit.per locum à ſpeciali,ſcilicet in emphyteuta eccle
ſiæ.Et ratio ſpecialitatis eſt, quia mitius agit eccleſia quàm
priuatus.imò poteſt dici quòd in eccleſia eſt ſpeciale nedũ in
emphyteuta eius,ſed etiam in foro eiuſdem eccleſię,quæ nõ
eſt ita prona ad pœnas.ad quod cap.ad ſuã.de pœnis.Itẽ pro-
batur alia ratione:quia nõ videtur eadem ratio,cùm emphy
teuta priuati habeat tempus longius ad ſoluẽdum,id eſt,tri-
ennium:vnde ſatis videtur ſibi ſuccurſum.Dicitur autem nõ
celeriter ſoluere,ſecundum Baldum in additionibus ad Spe-
culatorem in titulo de locato.ſi expectat libellum vel requi-
ſitionem:ante exactionem autem in iudicio vel extra admit-
titur purgatio moræ:imò notabilius dicit emphyteutam ſi-
bi prouidiſſe celeriter,ſi fuerit in iudicio vel extra exactus,&
tamen ſtatim ſine termino ac dilatione perſoluit: quod etiã
tenent Innocentius & Ioannes Andreas, in dicto capite, po-
tuit. gloſſa verò ibi tenet quòd hoc iudicis erit arbitrio mo-
derandum, inſpecta perſonarum & circunſtantiarum quali-
tate.Et ita tenet Cardinalis in dicto capite,potuit. & ibidem
ſequitur Imola,ſubdens quòd ſi iſtud fuerit in dubium reuo-
catum,& iudex fuerit malè arbitratus,poſſet appellari.
¶† Quartò quæritur,vtrum poſſit emphyteuta ſine ſua cul-
pa cadere à iure ſuo propter penſionem non ſolutam? Et di-
co multa.¶ Primum.Si hæredes ſunt plures,& omnes præter
vnum ſoluerunt penſionem:non cadunt,ſi totam ſoluerunt,
ſecundum gloſſam in dicto capite,potuit. ſecus ſi nõ totam:
quia caderent omnes:vnde ſoluant totã,& deinde agant cõ-
tra non ſoluentem.Et vno ſoluente , ſicut omnes caduntita
& tota res,& non pars eius,cadit in commiſſum, ſecundum
Hoſtienſem,Albericum,Speculatorem,Ioannem Andreã in
additionibus,Bartolũ poſt Dynũ, & Iacobum Butrigarium
in l.fraudati.ff.de publicanis.& ibi tenent Angelus & Lude-
uicus hac ratione:quia ſi ipſemet primus emphyteuta ſoluiſ-
ſet in parte,& in parte ceſſaſſet , nihilo minus expelli poſſet
in totum.quod licet Bartolus poſt Gulielmũ in d.l.fraudati.
limitare velint,tamen limitationẽ eorũ Ioannes Andr.re-
prehendit.Si verò vnus ſit emphyteuta,qui ſoluere annuatim
decem tenebatur,& ſoluat vnam partem,puta quinque,& in
alia ceſſat per triennium,expelli poterit in totum,ſecundum
Speculatorem titulo de locato.§.nunc aliqua.verſiculo deci
monono.niſi propter paupertatem ceſſauerit à ſoluendo:
quia tunc in nihilum cadit,ſi modò ſit ſoluere paratus.Et ita
ibi videtur tranſire Ioannes Andreas.Ipſe autẽ Speculator in
verſiculo trigeſimo,contrarium tenet,ſcilicet quòd cadat ſo
lùm in parte.Dominus autem Iaſon in l.ij. C.eodem titulo,
dicit primam opinionem eſſè communiorem, & eam tenet.
Et ita concludit Oldradus conſilio vigeſimonono,& Barto-
lus in rubrica C.de contrahenda emptione . & Albericus in
authentica,qui rẽ.C.de ſacroſanctis eccleſijs. & Imola in di-
cto capite,potuit. Quod limita,niſi per errorem minus fue-
rit ſolutum,per legem,quanuis rationes.ff.de conditionibus
& demonſtrationibus.Potes etiam ſecundò limitare , quan-
do propter paupertatem ſoluere ceſſaſſet : ſed hoc non ſine
dubio.¶ Secundum. Hæres ignorans rem emphyteuticam,
& non ſoluens,cadit,ſecundum gloſſam in l.ij.C.de iure em-
phyteutico.& Bartolus ibidem:& gloſſa ac Dynus in l.cum
filius.§.in hanc.ff.de verborum obligationibus.ſed reſtitui-
tur de æquitate. Et idem dic de minore non ſoluente,per l.
fina.C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſ-
ſaria.¶ Tertium.Si mortuus ſit dominus,& hæreditas mem-
nio vacet,in quo emphyteuta non ſoluit:nec expelli poterit,
nec cadit,ſecundum Albericum in l.iiij.ff.de damno infecto.
& Baldum in l.iij.C. eodem titulo. Sed Ioannes Andreas in
additionibus ad Speculatorem, cum ipſo Speculatore tenet
quòd cadit,etiam ſi non ſit perſona cui ſoluatur,niſi depoſuit
iuxta formam l.ij.C.eodem titulo.& l. acceptam. C.de vſu-
ris . & hoc eſt tutius & verius.
¶ Quartum.Filia inſtituta hæres in certa re,& iuſſa eſſe con-
tenta,nec poſſe de bonis ſuis plus petere , non priuatur em-
phyteuſi,ſecundum Bartolum in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.
ff. de operis libertorum . quia dicta verba debent intelligi
quòd non poſſit plus peti iure hæreditario : ſed non iure
quod habet vt filia, nõ hæres vt de emphyteutico vel vt pa-
tronus. Et poſito ꝙ pater ex ſua diſpoſitione poſſet filiam
priuare emphyteuſi:hoc tamen illa verba nõ important. Et
ſimiliter per talia verba non priuatur,quin petere poſſit do-
tem maternam,ſecundum eundem Barto.etiam ſi bona ſibi
à patre relicta ſint vltra legitimam:quia bona intelliguntur
deducto ære alieno:& æs alienũ eſt dos , & ſimiliter res em-
phyteutica.¶ Quintum.Tutor pupilli ab eo habens emphy-
teuſim,non ſoluendo per quinquennium cadit:quia exigere
debuit à ſeipſo.l.ſi pupilli.ff.de neg.geſt.ſecundum Pet.He-
liam in tra.de contractu emphyteu.¶ Sextũ. Pendente con-
trouerſia inter dominum & emphyteutam, ſi ipſe ſoluebat
penſionem proteſtãdo quòd nihil ſoluebat nomine penſiõis,
& deinde obtineat dominus: videtur quòd res non cadat in
cõmiſſum:quia licitũ eſt ſibi variare.ff.de coll.bon.l.nõnun-
quam.Vnde licet dixerit quòd non ſoluebat nomine penſio-
nis,tamen poterat variare.Sed Pet.dicit contrarium:quia vbi
ipſe aliquid ſoluit,eligere poteſt in quam cauſam magis ſol
uere velit.ff.de ſolu.l.j.& conſequenter cum proteſtatus fue-
rit ſe non ſoluere nomine penſionis,in aliam cauſam videtur
ſolutum:quare &c.& quia circa vnũ & idem non licet varia-
re.¶ Septimum. Emphyteuta non ſoluens,quia detinebatur
in carceribus,elapſo triennio,ſecundum domi.Anto.de Butr.
de pig.ſignificante.expelli nõ poteſt: quia dicitur impeditus
legitimè,& poſito quòd ipſo iure caderet, ſaltem deberet in
effectu in integ.reſtitui ex clauſula generali ſecundũ Iaſ.in l.
ij.C.eo.¶ Octauũ.Poſito quòd receperit quis emphyteuſim
pro ſe & filijs ac nepotibus ſuis:ſi primus aut ſecundus delin-
quit non ſoluendo aut alienando,nocet ſequentibus,ſecundũ
Bar.in l.eũ qui.ff.de interdi.Sed ſi aliàs delinqueret, propter
quod bona publicarẽtur,iſta bona remanere deberent apud
filios & nepotes:quia non tranſeunt ad eos vt ad hæredes,ſed
habẽt iure ſuo.l.vt iuriſiurãdi.ff.de ope.liber.¶ Quintò† quę
11 ritur,quot caſibus emphyteuta cadat à iure ſuo? Et dico ꝙ
quinque.¶ Primò,quando penſionem negat domino peten-
ti:& ſe negat eius emphyteutam,ſecundũ Pet.vbi ſuprà:quia
licet negãdo non reperiatur perfidus,nec periurus, quia non
iurat domino,ſicut vaſallus: cum tamen habet in dominum
recognoſcere:vt C.de ſi.inſtr.l.plures. Vnde ſi cõtra hoc repe
riatur infidelis,res cadit in commiſſum.Item magis operari
debet expreſſa cõtumacia quàm tacita.ti.de cõd.& demõ.l.ſi
ita expreſſum. Sed ſi emphyteuta ceſſauerit dño ſoluere per
triennium,res cadit in commiſſum:quia tacitè negat domi-
num recognoſcere:ergo multo fortius vbi expreſſe negat.
Quod Inno.in c.cæterum.de iudi.dicit verum,quando ſcien-
ter negat,& poſtea conuinceretur de mẽdacio.ſecus ſi igno-
ranter ex iuſta cauſa ignorantiæ.¶ Secũdò, quando rem em-
phyteuticã vendit ſine domini voluntate,ſecundũ eundẽ Pe.
quod limita ſecũdum Spec.in tit.de loca.& Bart.in l.ſequitur
§.itẽ Labeo.ff.de vſucap.Imol.& Sal.in l.ſi.C.eo.& Canoni-
ſtas in c.potuit.de loca.ſi res ſit tradita:quia ſi non eſſet tradi
ta,licet vendita,non cadit in commiſſum:nec etiã ſi eſſet tra
dita,tamẽ hac lege,vt ſi dominus vellet emere pro tantũdẽ
emptor illi eam reſtituat,vt no.Ang.in l.volũtas.C. de fidei-
com.ſiue ſub hac,ſi conſenſus domini acceſſerit:ſecundũ Al-
be.poſt Alber.Papienſem.Si autẽ vendidit& tradidit ſimpli
citer,& poſtea redemit,nihilo minus cecidit:quia per aliena-
tionem ius eſt domino quæſitũ: vnde ſine facto ſuo auferri
non poteſt ab eodẽ.Et ſi domini ſint duo,& vẽdidit de vnius
& non alterius cõſenſu:cadit ſolùm pro parte illius:quia plus
puniri non debet quàm deliquerit.l.hæres.ff.de his qui.vt in-
di.Et ſi alienauit eam ſolùm pro parte,an cadat à toto:domi
nus Iaſon in l.fin.C.eo.videtur innuere quòd in totum. & ita



tenetur.Propter alienationẽ tamen factam ſine domini con
ſenſu nõ poteſt dominus illum ſua authoritate expellere,ſe-
cundum gloſſ.in d.c.potuit.¶ Tertiò,quando res emphyteu-
tica data eſt pro ſe & ſuis filijs,nepotibus & hæredibus : tunc
enim ſi filius vel nepos refutat hæreditatẽ,cadit: quia eã ha-
bere non poteſt:vt no.Bar.in l.vt iuriſiurandi.§.ſi liberi.ff.de
ope.lib.ſecus ſi non poneretur verbum,& hæredibus:quia ſic
refutata hæreditate non caderet:quia conceſsio in primo ca-
ſu requirit vtrunque:vt ſcilicet ſit filius vel nepos & hæres:vt
in authen.de non alie.§.emphyteuſi. ¶ Quartò,quando quis
accepit emphyteuſim ꝑ ſe & filijs ſuis:& moritur ſine legiti
mis,relictis ſolùm naturalibus:quia reuertitur ad dominum.
quod limita ſecundum Bart.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.
ad Treb.verũ eſſe quando emphyteuſis data eſt ab eccleſia:
quia præſumendũ eſt quòd de illegitimis non cogitauit: nec
præſumendum eſt quòd cogitauerit propter indignitatẽ : &
quia haberi non poſſunt ſine peccato mortali:ſed quando da
ta eſt à priuato,ſic veniet ad illegitimos in tali caſu.& ſic in-
tellige & limita Spec. ¶ Quintò,quãdo emphyteuta canonẽ
non ſoluit:de quo dic vt ſ.§.ſecundo. ¶ Sextò , cadit propter
deteriorationẽ rei factam,etiã ſi ſit emphyteuta priuati , ſe-
cundum Pet.vbi ſ.per tex.in authen.qui rem.C.de ſa.ſanc.ec-
cle.quia ceſſante cauſa finali ceſſat effectus.l. adigere.ff. de
iure pa.§.quãuis.melioratio aũt eſt cauſa finalis:vt lege fina
li.C.de iure emphy.& ideo cadit,quia frangenti fidem, fides
frangatur eidem.Et idem tenet Cynus & Guido de Suza.in
d.authen.qui rem.& Imo.in d.l.diuortium.ff.ſolu. matrimo.
Quod Bald.in d.authen.verũ limitat primò , ſi deterioratio
ſit notabilis quantitatis:pro modica enim nõ fieret reſciſsio
contractus,per l. Seio.ff.de in inte.reſti.Et ſecũdò ad perpe-
tuã deteriorationem fundi,vt eſſet in vinea quæ nõ putatur,
vel quando arbores inciduntur.ſecus ſi eſſet ſolùm ad dete-
riorationem fructuũ:vt ſi ager non colatur:quia compendiũ
fructuũ pertinet ad emphyteutam. Et tertiò ſi deterioratio
procedat ex dolo vel lata culpa aut leui:aliàs non , vt de le-
uiſsima:quia contractus ſit gratia vtriuſque.Iſto autem caſu
ſuper deteriorationem ſententia non requiritur , ſecundum
dominũ Iaſonẽ in l.ij.C.eo.quia iſti duo caſus,nõ ſoluere, &
deteriorare,parificãtur,in d.authen.qui rem.Item quia ſi nõ
requiritur ſententia quãdo emphyteuta delinquit omittẽdo,
minus requiritur hoc caſu quando delinquit committendo.
Quoties autem cadit à iure ſuo,perdit melioramenta quæ fa
cit,ſecundũ Pan.in d.c.ſi.x.q.ij.hoc ius.& in l.ij.C.de iure em
phy.¶ Sextò† quæritur,vtrũ emphyteuta ſine voluntate do 12
mini poſsit rem dimittere:vt ſic liberetur à pẽſione?Et dico
quoſdam diſtinguere,an ſit obligatus ratiõe rei,& ſic poſsit:
an ratione perſonæ,& ſic non poſsit:vt dicit Old.Iaco.tamen
tenet indiſtinctè quòd non poteſt: quia quod ab initio eſt vo
luntatis,ex poſt facto eſt neceſsitatis.C.de act.& obl.l. ſicut.
& per illam l.Spe.in ti.de loca.tenet ꝙ rem domino cõtradi
cente relinquere non poteſt.Item quia eſt domino perſona-
liter obligatus ad prę́ſtationem penſionis:quia tenetur ex l.
Zenonis:vt in l.j.& ij.C.eo.ergo tenetur perſonaliter,cũ oẽs
actiões ſint ꝑſonales,Inſti.de.act.§.appellamus,& ſic dimit-
tendo rem nõ liberatur à penſione:cùm omnes huiuſmodi
actiones perſonales ſint affixæ oſsibus noſtris. l . quis ergo.
ff.de pecu.Et tenet Io.And.ibi in addi.& Bal.in l.ij.C.eo.&
Alb.& Pan.in c.iudicatum.de immu.eccl. ¶ Septimò† quæri 13
tur,vtrum deſtructa re emphyteutica,puta domo ex igne, ſi
reparetur,teneatur emphyteuta ꝑſeuerare in ſolutiõe pẽſio-
nis? Et dico ſecũdum Nic.de Mat.in l.j.C.de iure emphy.ꝙ
non:quia illud dicitur nouum.Facit quod dicit Bar.in l.dãni.
§.ſi is qui.ff.de dam.infect . vbi vult quòd ſi quis ſe obligauit

habenti domum in villa dare de aqua recenti in æſtate, de-
ſtructa domo, deſtruitur obligatio, licet poſtea reficiatur. Fa
cit etiam quod voluit Bartolus in l. de pupillo. §. ſi quis riuos.
ff. de no. oper. nun. vbi dicit quòd ſi refecit, de nouo facit. l. in-
ter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de verb. oblig. Et ſimiliter quod
voluit Ange. in l. prima. §. ſi quis ædificium. ff. de no. ope. nun.
& Bald. in lege, ſi vt proponis. C. de nupt. vbi dicit quòd eccle
ſiæ conſtitutione durante nullus fortalitiũ nouũ faciat papa
inconſulto, filij reficere nõ poſſunt caſtrũ propter rebellio-
nem patris deſtructum. Et facit l. cum alijs. C. de cura. furio.
vbi ſi furioſus efficitur ſanæ mẽtis, expirat curatoris officiũ:
nec reuiuiſcit, ſi poſtea redit in furiã: ſed debet ſibi dari no-
uus. Facit etiã quod no. doc. de eccleſia reparata, an ſit eadẽ:
vt not. in cap. de fabrica. de conſe. diſtinctio. prima. & in cap.
propoſuiſti. & in cap. ligneis. de conſecr. eccleſ. vel altar. & in
d. §. ſacram. & ſecundum illud limita omnia iſta. ¶ Octauò
14 † quæritur, vtrum teneatur dominus penſionem recipere, ſi
emphyteuta ſimul velit ſoluere pro multis annis. Dicit Pe-
trus quòd non tenetur ſuſcipere ſimul vno anno pro tẽpore
toto. & idẽ Cyn. in l. ij. C. eo. quia quod fauore alicuius intro-
ductum eſt, in damnũ eius retorqueri non debet. Ita autem
eſſet hic: quia niſi penſio quolibet anno ſolueretur, dominus
per emphyteutam non recognoſceretur: & conſequẽter adi-
meretur ei ius ſuũ. Bartolus tamẽ in l. ſtatu liberis. ff. de ſtat.
li. limitat hoc vt non procedat in tribus annis: ſed poſſit em-
phyteuta ſoluere ſaltem pro tribus annis futuris, per textũ l.
15 placuit. C. de fun. pat. li. xj. ¶ Nonò † quæritur, an talis domi-
nus recipiẽdo penſionem ab emphyteuta, qui cecidit, pręiu-
dicet ſibi, vt non poſſit expelli, ſi probat ſe penſionẽ ſoluiſſe
per duos proximos annos in eccleſijs, vel in tres ſecularibus,
licet antea per decem annos nõ ſoluerit? Et dicit Hoſt. quòd
expelli non poteſt. Pan. autem in cap. fi. de loc. diſtinguit ſic:
Aut dominus primò expulit emphyteutã, & pòſt petit pẽſio-
nem temporis præteriti: & ſic nõ præiudicat ſibi. Aut nõ ex-
pulit: & tunc aut recipit canonem pro tempore poſt moram
contractam: & ſic præiudicat ſibi: quia videtur per actũ con-
trarium renuntiaſſe iuri ſuo. c. ſolicitudinẽ. de app. aut recipit
canonem pro præterito cum proteſtatione quòd non inten-
dit ſibi præiudicare: & ſic non præiudicat: aut non facit pro-
teſtationem, ſed ſimpliciter recepit: & in hoc fuerunt opinio-
nes: ſed de iuris ſubtilitate dicendum eſt quòd nõ præiudicat:
quia in dubio non videtur quis velle renuntiare iuri ſuo: de
renun. ſuper hoc. ff. de prob. l. cum de indebito. & facit gl. in l.
cum quid. ff. ſi cert. pet. dicens quòd ſi trado magnam quanti
tatem pecuniæ dicendo, tolle: nõ præſumitur donatio ſimpli
citer ex hoc, ſed mutuum, vel depoſitum: niſi aliud appareat
reſpectu perſonæ. & ſic in propoſito. Et licet gloſſ. dicat verũ
eſſe, quòd recipiendo canonem præiudicat in priuato, non in
eccleſia, quæ habet capitulum: tamen ſecundum Pan. vbi ſ.
hoc non eſt verum: quia ſolus prælatus in acquirendo pręiu-
dicare poteſt & deteriorem facere: vide gloſſ. xvij. q. iiij. §. pe.
quoniam de decimis. & ideo ſolus prælatus recipiendo cano-
nem ſine cõſenſu capituli, præiudicat eccleſiæ. Sed de hoc vi-
16 de etiam §. ſeq. ¶ Decimò † quæritur, vtrum res emphyteuti-
ca reddita eccleſiæ propter non ſolutionem penſionis, poſſit
à prælato iterum dari ei, qui cecidit à iure ſuo ſine ſolennita-
te & cauſis in alienatione rei eccleſiæ requiſitis? Et dicit Fed.
cõſi. clxxxiiij. quòd ſic: quod Panorm. in cap. vt ſuper. de reb.
eccl. non alie. limitat verum, vbi prima conceſſionis cauſa du
raret: puta quia erat caſtrum in feudum, quod propter cuſto
diam erat eccleſiæ damnoſum, & huiuſmodi: quia non eſt no
ua alienatio, ſed executio ordinationis antiquę. Sed vbi ceſſa-
ret cauſa prima cõceſſionis, puta quia ager datus ad excolen
dum, tractu temporis excultus reuertitur ad eccleſiam: tunc
dari non poterit emphyteuſim vel feudum ſine debita ſolen
nitate & cauſis in rei eccleſiaſticæ alienatiõe requiſitis. Et ſe-
cundum hoc videretur vera opin. gloſſ. de qua dictum eſt §.
priore. in fi. Sed hoc dictum Panorm. oportet limitare verũ,
quãdo alteri quàm ei qui cecidit vel eius hęredibus tradere-
tur: vel quando eccleſia iam per tempus habuit rei talis poſ-
ſeſſionem pacificã. Secus quãdo fit ei qui cecidit, vel hęredi-
bus eius: quia videtur tex. in dicto capite finali, eſſe in oppoſi-
tum: & ſimiliter quando res eſt quaſi integra, & in fieri: vt pa
tet ex d. c. quod permittit celerem moræ purgationem. ¶ Vn
decimò † quæritur, vtrũ emphyteuta cadat à iure ſuo, ſi ipſe
non ſoluit, ſed alius? Et dicit Ludo. de Rom. in ſuis ſing. quòd
non, per l. forma. §. ſi cum ego. ff. de cenſi. imò dicit quòd ter-
tio ſoluente non ſolùm nomine emphyteutæ, ſed etiã ſimpli-
citer, vel nomine ſuo emphyteuta nõ priuatur ſuo iure. dicta
lege, forma. Ad quod facit quod no. Bar. in l. cum ſeruus. ff. de
verb. oblig. vbi dicit quòd ſi teſtator picturã certo loco fieri
mandauit, & reperitur pictura facta, nec ſcitur per quem, ſuf-
ficit quantum ad pœnæ euitationẽ: vt in authẽ. hoc amplius.
C. de fideicom. & ad euitãdam pœnam excommunicationis,
quæ conſueuit apponi ex conſtitutione epiſcopi contra non
implentes voluntates defunctorum. Exemplum autem eſt ſi
accepi emphyteuſim ab eccleſia, & deinde illa res peruenit
ad tertium, qui eam decẽ annis & amplius tenuit & poſſedit,
& ſemper canonem ſuo proprio nomine ſoluit, credens illud
ius emphyteuticũ ad ſe ſpectare: ego autẽ verus emphyteuta
nihil ſolui. Prodeſt enim mihi emphyteutæ, per d. l. forma. Si
autẽ dominus nolit acceptare penſionẽ ab iſto tertio volẽte
ſoluere nomine emphyteutæ, cogi nõ põt inuitus accepta-
re, ſecundũ Bal. in l. acceptã. C. de vſur. quia, inquit, cùm em-
phyteuta vel feudatarius teneatur ſoluere nõ ſolùm ad finem
liberationis conſequendæ, ſed etiam in recognitionem iuris
directi dominij exiſtentis penes dominũ: & iſtud per tertium
fieri non poſſit: conſequẽs eſt vt tertius nõ poſſit pro emphy
18 teuta ſoluere domino inuito. ¶ Duodecimò † quæritur, quid
de pactis factis in iſto cõtractu, puta vtrũ valeat pactũ quòd nõ
liceat emphyteutã expellere, etiã ſi nõ ſoluat? Et videtur tex.
in l. ij. C. eo. innuere quòd ſic: ſed in cõtrarium facit ff. de pre-
ca. l. cum precario. Veritas autẽ eſt, ſecundum Barto. in d. l. ij.
quòd pactum factum contra ſubſtãtialia contractus facit il-
lum ipſo iure nullũ: vt d. l. cum precario, ſicut ſi quis faceret
pactum quòd eſſet venditio ſine pretio. Si autem facit cõtra
accidentalia contractus vel contra naturalia, tunc valet: vt l.
paciſci. ff. de pact. Modò ad propoſitum, ſi quidem fieret pa-
ctum quòd non teneretur ad ſoluendum canonem, nõ vale-
ret: quia eſſet contra ſubſtantialia cõtractus. Si verò fieret quòd
licet non ſoluat, non poſſit aliter cogi: eſt cõtra naturalia cõ
tractus: & ideo valet. Pactum verò quòd ſi res emphyteutica
tota perierit, nihilo minus emphyteuta teneatur ad pẽſionẽ
valet, ſecundum Spec. Si autem emphyteuta promiſit pœnã
ſi non ſoluerit penſionem, & nõ ſoluit: licet offerat pœnam,
nihilo minus poterit expelli, ſecundum Azo. & Hoſtien. quia
pœna gratia ſeruantis pactum fuit appoſita. ¶ Decimoter-
19 tiò † quæritur quantum ad poſſe vel non poſſe emphyteu-
tæ, vtrum præſcribere poſſit contra dominum directi domi-
nij. Et dico quòd non, etiam ſi mille annis poſſideret, ex quo
eum in dominum directum recognoſcit. C. de præſcrip. xxx.
an. lege, male. Vbi gloſſ. omnes. & hoc niſi interuertiſſet poſ-
ſeſſionem, ſcilicet poſſidendo nomine proprio, ſicut pri-
us poſſidebat alieno: quam tamen interuertere non po-
teſt ſola animi deſtinatione: cùm nemo ſola voluntate poſ-
ſit ſibi cauſam poſſeſſionis immutare: vt lege, cùm nemo. C.
de



de acquirenda poſſeſſione: ſed bene facto interueniẽte: iuxta
l. cum fundum. & l. colonus. ff. de vi & vi ar. ¶ Decimoquartò
20 † quæritur, an poſſit emphyteuta ſine domini cõſenſu alium
emphyteutã facere vel alteri locare? Et dicit Pet. Helias quã
tum ad primũ quòd ſic. Inſtitut. loc. §. adeo. quia non eſt pro-
priè alienatio vera: nec nomine alienationis continetur em-
phyteuſis ſimpliciter. Spec. verò ti. de loca. §. nũc. tenet quòd
non poteſt: quia ſub appellatione alienationis cõtinetur em-
phyteuſis. de rebus eccleſ. nõ alie. nulli. & hoc dicit verum de
iure, & de conſuetudine obſeruari. & idem Ioan. Andr. ibi. &
Bald. in authen. niſi. C. ad Trebel. niſi fieret ad modicũ tem-
Car- pus. Et ita tenet indiſtinctè cũ Sum. Roſ. nec diſtinguas cum
pus. Sum. Ang. dicendo quòd hoc nõ poteſt ſic, quaſi ipſe ſit liber
Sum. à penſione: aliter autem poteſt, quia iſta diſtinctio non tollit
Ang. repugnãtiam: cùm in vtroque membro ſit alienatio, aut non
ſic: & conſequenter in vtroque liceat aut nõ liceat. Adde ve-
rò primò, quòd ſi ſecũdus emphyteuta vult alienare, tenetur
requirere cõſenſum directi domini, & non primi emphyteu-
tæ: vt not. gloſſ. in l. final. C. eod. Adde ſecundò quòd quãdo
alienat ſecundus emphyteuta, directus dominus debet ha-
bere laudemium, & non emphyteuta primus. Quantum ve-
rò ad ſecundum, id eſt, locare: ſi ad modicũ tempus fiat, cla-
rum eſt quòd poteſt. Si autem fiat ad longum tempus, quo
caſu transferretur vtile ius & vtile dominiũ. l. j. ff. ſi ager ve-
ctig. § qui in perpetuum. eſt dubium. & Spec. in dicto §. nunc.
21 videtur ſentire quòd poſſit. ¶ Decimoquintò † quæritur, vtrũ
emphyteuta poſſit ſine domini conſenſu vendere ius ſuum
in re emphyteutica, aut ſuas meliorationes? Et dicit Panor.
in cap. final. de loca. quòd ſic, eſt emphyteuta eccleſiæ, dum-
modo ſeruet hanc ſolennitatem. ¶ Primò, vt requirat eccle-
ſiam, id eſt, prelatum ſiue rectorem. vij. quæſt. j. ſcire. & intel-
lige quòd requirat imminente concluſione venditionis. ſecus
quo ad principium, quando rem ſuam venalem exponit: aliàs
non poſſet nuntiare pretium oblatum. ¶ Secundò, quòd de-
nunciet verum pretium oblatum. C. de iure emphyt. l. final.
¶ Tertiò, quòd eccleſia nõ reſpondente labantur duo men-
ſes. quod probatur in dicto cap. fin. ¶ Quartò, quòd non ven-
dat prohibitis perſonis, quas ponit gloſſ. ibidẽ: & ſunt omnes
perſonæ quæ non ſunt faciles conueniri: ſicut capitanei, &
huiuſmodi, ex quibus eccleſia pati præiudicium poſſet: vt ff.
qui ſatiſda. cogan. l. ij. & idem videtur de perſonis, quæ non
ſunt ſoluendo. & ſecundum Ioan. And. de notabiliter paupe-
ribus, & mulieribus: & ſecundũ Archid. huiuſmodi etiam ſunt
omnes potentiores quàm emphyteuta. quod intellige ſic quòd
non poſſunt facilè conueniri. ¶ Quintò, quòd non vendat niſi
vtile dominium ſibi competens, & meliorationes quas in re
fecit. ¶ Sextò, quòd prius non ceciderit à iure ſuo, puta non
ſoluendo canonem: quia nemo plus iuris in alium transferre
poteſt, quàm habet. ff. de re. iu. l. nemo. ¶ Fallit tamen quod
dictum eſt in fratre. Nam ſecundum Bald. in l. voluntas. C. de
fideicommiſ. frater fratri alienare poteſt ſine dicta ſolẽnita-
te quando habent emphyteuſim paternã eccleſiæ: quia vnus
poteſt ſua iura alteri alienare ſine conſenſu eccleſiæ. Si verò
eſt emphyteuta priuati, non eſt ſeruanda prædicta ſolẽnitas:
ſed ſolùm vt requiratur dominus an velit emere, & non ven-
datur perſonis, & quibus dominus commodè non poſſit ha-
bere ius ſuum: vt potẽtioribus, & huiuſmodi: aliàs caderet à
iure ſuo: vt in l. fin. C. de iure emphy. & not. gloſ. in dicto cap.
fin. de loca. Superficiarius autem eccleſiæ, id eſt, dominus ſu-
perficiei, qui ſuper ſolo alicuius eccleſiæ ędificauit domum,
dans paruũ cenſum, quando vult vendere, ſecundũ Bar. in l. j.
§ pen. ff. de ſuperfic. debet ſeruare prædictã ſolennitatẽ: ſed
dom. Card. tenet cõtrarium. Ang. verò dicit ibidem dictum
Bart. æquum, ſed iure non probari? & ideo ante factũ ſequen-
dum, poſt factũ verò Card. Ego verò dico quòd eſt indiſtin-
ctè verum ex identitate rationis. Not. tamen ſecundũ Bal. in
auth. qui res. C. de ſacroſanct. eccleſ. quòd cadẽs à ſolo, cadit
à ſuperficie. ¶ Decimoſextò † quæritur, vtrum emphyteuta 22
eccleſiæ vel priuati poſſit ſine domini voluntate donare me-
liorationes, quas fecit in re emphyteutica? Et dico quòd ſic,
ſaluo iure dominico: loquẽdo de emphyteuta priuati, ſecun-
dum gloſ. in l. fin. C. eod. & Iac. But. ibi. & Gof. & Old. & Bald.
in d. l. fin. & in mulis locis. & Dy. Cyn. & Imol. & omnes Le-
giſtas modernos in l. ſi domus. de leg. j. & gloſſ. in d. c. potuit.
& Hoſt. & Azo. in Sum. & Spec. & Ioan. Andr. in d. §. nunc. &
Innoc. & Car. Flo. in dicto cap. potuit. & Pet. de Anch. & oẽs
Canoniſtas. & iſta opinio eſt communiſſima & tenenda. Nec
obſtat primò quòd Barto. in d. l. fin. dicit hanc opinionem ve-
ram eſſe in emphyteuta fiſci, ſed non priuati, per l. ij. C. eod.
quia Bald. in l. vſufructu. ff. ſol. matr. dicit eum malè intelle-
xiſſe d. l. ij. quia loquitur quando alienat proprietatẽ, & ſic ius
domini. quando autẽ alienat ſaluo iure dominico, tenet ſem-
per donatio vel legatum. Non obſtat etiam ſecũdum funda-
mentum contrariè opinãtium, ſcilicet ſi emphyteuta priuati
hoc poſſit, multùm damnificaretur dominus, ex quo contra
tertium, id eſt, donatariũ nullã haberet actionẽ perſonalem:
& eſſet illi neceſſe agere rei vẽdicatione, & cõſequenter pro-
bare de dominio: quod multũ eſt difficile: quia reſpõdet do-
minus Card. Flo. & Imol. in dicto cap. potuit. & moderni Le-
giſtæ in d. l. ſi domus. quòd inde nullũ domino præiudiciũ fit:
quia quanuis emphyteuta nõ teneatur dominum requirere,
an velit ſibi donari: tamen cùm ipſe emphyteuta non poſſit
ſuum ſingularẽ ſucceſſorem in poſſeſſionẽ propria autho-
ritate inducere, alioquin ſuo iure priuaretur, tenetur dominũ
requirere, vt ipſe hũc donatarium in emphyteutam recipiat:
& per ſeipſum, & non per procuratorem eũ in poſſeſſionem
inducat: & conſequenter eum inueſtiat iuxta formã dictæ l.
fin. & laudemium inde recipiat: de quo infrà. § xx. vnde hunc
donatarium dominus in emphyteutam recipere nõ tenetur,
niſi ſit de perſonis nõ prohibitis, & ſoluere annualẽ ſolitum
canonem ſolenni ſtipulatione promittat, & ſit perſona idonea
ad ſoluendum: aliàs eum dominus recipere non tenetur, per
text. & glo. in dicta l. fin. in ver. neceſſitatem. ibi: ad perſonas
non prohibitas, ſed cõceſſas & idoneas ad ſoluendum. aliter
ſi ad poſſeſſionẽ ingrederetur donatarius, caderet à iure ſuo.
& ſic per illum modum lex cõſuluit indemnitati domini, vt
non habeat neceſſe agere rei vẽdicatione, ſed eũ habeat obli-
gatum ex ſua promiſſione ſolẽni. Cõcludo † igitur quòd em- 23
phyteuta ſuum ius aut ſua melioramenta donare volens non Reſolutio.
tenetur dominũ requirere an ſibi velit donari: nec eius reſpon
ſum per menſes duos expectare: cũ in hoc ſolo differat circa
hoc donatio à venditione: ſed ſtatim donare poteſt: & deinde
tenetur dominũ requirere, vt donatariũ recipiat in nouũ em-
phyteutã: pro qua receptione & noua inueſtitura debet duo-
bus mẽſibus expectari & ſolui laudemium, vt dictũ eſt: quia
ibi eſt receptio & noua inueſtitura. ¶ Loquẽdo verò de em-
phyteuta eccleſię, vbiq; docet Bart. quòd irrequiſita eccleſia
nec donare nec vẽdere, nec aliter põt alienare. & ita in con-
tingentia facti conſuluit per text. in l. vniuerſas. C. ne rei do.
vel templo. ſecus de emphyteuta fiſci: quia fiſcus habet obli-
gatum quemcunq; poſſeſſorem ad cenſum ſibi debitum eo
ipſo quòd poſſidet. quod de eccleſia iure cautũ nõ reperitur:
non obſtante cõmuni dicto quòd eccleſia & fiſcus æquiparã-
tur. l. fin. C. de ſac. ſanct. eccleſ. quia æquiparantur quo ad caſus
expreſſos ibi, inter quos iſte nõ reperitur. Sed Bal. in d. l. fi. te-
net contrariũ, ſcilicet quòd donare põt ſine cõſenſu eccleſiæ

ſaluo eccleſiaſtico iure, dicens Bart. peſsimè cõſuluiſſe. & d.l. vniuerſas. procedere quando emphyteuta donat vel alienat rem eccleſiæ tanquam propriã, nõ facta mentione de eccleſia: vel nõ dicẽdo, ſaluo iure eccleſiæ: quia cùm alienatio talis in eccleſiæ damnũ vergere poſsit: ideo lex illa talẽ cõtractum prohibuit donationis vel legati vel aliũ. imò ſecũdum Io. And. alienare poſſet hoc caſu ſine iuris ſolẽnitate, quia nõ alienatur ius eccleſiæ, ſed eccleſiaſtici emphyteutæ. Ad hæc autem probãda ipſius Bart. fundamentum Bal. aſſumit: quia ille ibi dicit ideo non poſſe donare emphyteutã priuati, quia dominus afficeretur incõmodo, cùm agere nõ poſſet contra tertiũ actione perſonali. quod ceſſat in fiſco: quia omnẽ poſſeſſorem poteſt ad canonẽ cõuenire eo ipſo quòd poſsidet: & ſic ad propoſitũ prælatus eccleſiæ habet obligatã rẽ emphyteuticã pro canone ſoluẽdo, adeò quòd ad quemcũq; trãſeat poſſeſſorẽ, agere cõtra eũ poteſt hypothecaria: vt eſt tex. no. in §. ſiue autẽ. in auth. de non alie. Quare autẽ poſsit emphyteuta ſine domini voluntate donare, nõ autem vẽdere, Ioan. And. hac ratiõe mouetur: quia vẽditor habet ſolùm affectionem ad pretiũ. vnde ſatis eſt ſibi quòd pretiũ aſſequatur à domino. vnde cùm nullũ poſsit intereſſe prætẽdere, voluit ius vt potius domino quàm extraneo vẽdat. ſed in donatione donator reſpectũ habet ad perſonã. fortè enim vult vni propter ſua merita donare, vel vt eũ obliget ſibi. quæ ratio ceſſat in domino: quia ad illum nõ habet illã affectionem. ¶ Decimo-
24 ſeptimò † quæritur, vtrũ emphyteuta rẽ emphyteuticã poſſit ſine domini volũtate legare, aut ꝑmutare, vel dare in pignus, aut in ſolutum? Et dicit Bart. in d.l. fin. quòd non poteſt legare, ſicut nec donare. Bald. autẽ ibi, & Salic. & Spec. in d. §. nunc. dicũt quòd põt, ſiue ſit emphyteuſis priuati, ſiue eccleſiaſtica, dummodo legetur tali ad quẽ trãſire poſsit, quando eſt eccleſiaſtica. Et ſi pater emphyteuſim accepit ꝓ ſe & filijs ſuis. Bal. in c.j. in tit. an agnatus. tenet quòd poteſt eã prælegare vni filiorũ, licet nõ feudum. ſed Ang. conſil. xviij. tenet quòd nõ: quia ius eſt quæſitũ filijs: niſi alteri filiorũ tãtundẽ de alijs bonis prælegaſſet. allegat l.j. §. aſsignare. ff. de aſsig. liber. iuncta l. ſi cũ dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol. mat. Et ſic cõcordat Doct. Põt etiã in eã aliquis hæres inſtitui etiã extraneus ſine domini cõſenſu. Quantũ verò ad permutationẽ attinet, Pan. in d.c. fi. de loca. dicit quòd vbi ꝓhibetur vẽditio facta commemoratione de pretio, vt in d.c. fin. & d.l. fin. nõ intelligitur de alia ſpecie alienationis: vt in l. fin. C. de prædi. curi. & decu. & per hoc infert quòd etiã permutari põt. & ſic limita l. ſtatu liberi. §. Quintus. ff. de ſtatu lib. & quod notatur in l. ij. C. de vſuc. pro empto. vbi tenetur quòd nomine emptionis & vẽditionis intelligitur omnis cõtractus, ꝑ quẽ rei dominiũ transfertur. Vnde idẽ per omnia dico de ꝑmutatione ſicut de donatione: & cõſequẽter nõ tenetur emphyteuta dominũ perquirere an velit ipſe permutare: ſed poſtquã permutauit cũ aliquo, tenetur ꝑquirere dominũ vt inueſtiẽs tertiũ inducat in poſſeſsionẽ: & inde laudemiũ ꝑcipiat, vt vult Inn. in d.c. potuit. ¶ Poteſt etiã res emphyteutica pignori dari ſaluo iure domini: ſcilicet ſi ſit priuati. Secus aũt ſi eccleſię: quia tũc pignorari vel hypothecari nõ põt: per auth. hoc ius. & auth. qui rẽ. C. de ſac. ſanct. eccl. ¶ Poteſt etiã dari in ſolutũ pro debitis ipſius emphyteutæ ſine domini cõſenſu, ſecundũ Bald. in c.j. de prohi. feu. ali. ꝑ Fed. quãdo iſta datio fit ꝑ iudicẽ: quia cùm dicta alienatio ſit neceſſaria, videtur poſſe per iudicẽ in iuribus ipſius emphyteutæ, ſaluo tamẽ ſemper iure dominico: ſi autẽ nõ per iudicẽ, ſed ꝑ ipſum emphyteutã fieret: dominus requirendus eſt. ¶ Poteſt etiã dari in dotem: vt ſ. Dos. §. viij.
25 ¶ Decimooctauò † quæritur, vtrũ pater qui ſcilicet in rebus filij habet vſumfructũ. C. de bon. mater. l.j. poſsit rẽ filij dare in emphyteuſim? Et dico videri quòd ſic: quia pater in talibus habet liberã adminiſtrationẽ, ita quòd filius eũ prohibere nõ põt ab adminiſtrãdo, aut ab eo exigere rationem. C. de bo. quæ lib. l. fin. §. hoc ꝓculdubio. tamẽ Doct. indiſtinctè dicũt talẽ dationẽ valere: ſed filios patre mortuo totũ poſſe reuocare: quia certi ſunt caſus, in quibus patri de rebus filij alienare permittitur. d.l. fin. de quorũ numero nõ eſt iſte. Item quia patri in talibus bonis prohibetur alienatio tẽporalis, id eſt, pignoris obligatio. d.l. fin. ergo multo fortius prohibetur perpetua. hæc Pet. ¶ Decimononò, † quæritur an filius renuntians hęreditati paternæ retinere poſsit emphyteuſim. Et dicit Bar. in l. vt iuriſiurã. §. ſi liberi. ff. de oper. lib. ꝙ ſic, quãdo quis recepit emphyteuſim pro ſe & ſuis filijs ac nepotibus. Secus ſi poneretur etiã illud verbũ, hæredibus: quia tũc debet filijs ita demũ ſi eſſent hæredes: quia cõceſsio tũc vtrũq; requirit, ſcilicet quòd ſit filius & hæres. & dicit tex. in auth. de nõ alie. §. emphyteuſim. Et ideo feuda quæ tranſeũt ad filios, ſi ſint hæredes, dicũtur venire in hæreditatis petitione: vt in l. item videndũ. ff. de pet. hære. & idem dicendũ in emphyteuſi, quæ hoc reqreret, ſcilicet aliquẽ eſſe filiũ & hæredẽ. ¶ Viceſimò † quæritur, an emphyteuſis eccleſiæ trãſeat in monaſterium ſi emphyteuta ingrediat̃? Et dico quòd iſta materia tractatur in c. in præſentia. de ꝓba. & ibi Fel. recitat: igit̃ ſi emphyteuta ingredit̃ monaſteriũ, Iaſ. in l. ij. C. de iur. emph. dicit ꝙ quãdo eccleſia eſt dominus directus, põt reuocare biẽnio, & idem Salic. & Pet. de anch. addẽs, data ęſtimatione vel re vendita intra annũ. & idẽ Iaſ. & Spec. Et hoc obſeruat conſuetudo quòd ſuccedat monaſteriũ cũ proteſtatione vendendi intra annũ: vt teſtatur Spec. & Iaſ. & Io. Andr. Doctori aũt inſigni hoc atteſtãti ſtatur. Arg. etiã eſt in l. ſi filiusfa. ff. de leg. j. xij. q. ij. lõginqtate. Vult etiã Spec. ꝙ eccleſia poſsit in ea hæres inſtitui, aut ei dari, vel legari, nõ vt eã habeat, ſed vt vendatur. Si verò emphyteuſis adueniat iam ingreſſo vel ꝓfeſſo ex ſucceſsione: dicit Felin. idẽ quod in priori caſu. Et ſi in contractu erat pactum de nõ alienando in monaſterium vel eccleſiam, nõ obſtat: quia pacta loquuntur de alienatione: ſucceſsio autem non eſt alienatio. Item quia ſecundum Spec. intelliguntur de alienatione facta eccleſiæ, vt apud eam maneat: ſecus vt vendatur. Item quia talis prohibitio tacitè inest & expreſſe de iure ineſt: vnde tacitè & expſſe eadem eſt virtus pacti & legis. l. cum quod. ff. ſi certum petatur. & expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur. l. extra. ff. de leg. j. l. non recto. C. de fideiuſſo. Et caſus l. ſi ita quis. in §. ea. ff. de verborum obligat. non eſt ſimilis: quia ibi non eſt prohibitum niſi ex pactis. ¶ Viceſimoprimò † quæritur, vtrũ laudemium ſit ſoluendũ quando res emphyteutica tranſit ad alium emphyteutam? Et dico quòd ſic, etiam ſi tranſeat per donationem, ſecũdum Pet. qui ſuprà, non obſtante quòd ſine domini volũtate emphyteuta donare non poſsit: quia magis fauendum eſt illi qui habuit titulo oneroſo, ſicut qui emit, quàm qui titulo lucratiuo. vnde ſicut primus debet laudemiũ. vt C. eo. l. fi. ſic iſte. Item quia legatũ & donatio æquiparantur: et legato autẽ debetur. l. is qui. ff. de leg. iij. ergo debet & donatarius. Cõtrarium tamen tenet Spec. tit. de loca. ſcilicet quòd non tenetur. Et nõ debet laudemium excedere quinquageſimam partem pretij rei emphyteuticæ. C. de iure emphy. l. fi. Sed ſecundũ Hoſt. eſt pars triceſima de cõſuetudine, quę ſeruanda eſt. Fallit tamen qđ dictũ eſt in quinq; caſibus, in quibus non debetur. ¶ Primò, quando hæres adit emphyteuſim ratione hęreditatis: quia dominus habet laudemiũ ꝓpter laborem mittẽdi nouum emphyteutam in poſſeſsionem: qui hoc caſu nõ requiritur: cùm hæres authoritate propria adire poſsit hæreditatem: vt in authẽ. de hære. & fal. §. in omnibus.



Sed hoc dictum Petri limita verum primò quando filius inſtituitur hęres, vel ſuccedit ab inteſtato: ſecus ſi extraneus inſtitueretur hæres: quia ab iſto hęrede laudemium deberetur: vt videtur velle gl. & doct. in l. ſi. C. eo. & ſecũdò, niſi cõſuetudo ſit in contrarium. ¶ Secundò fallit quando res emphyteutica fuit vendita & tradita, ſi poſt retradat̃ ex antiqua cauſa: quia non videtur noua traditio, ſed prima: ſi tñ retradita eſt ex cauſa noua, laudemiũ debet̃: quia iſta ſecunda traditio eſt ſimilis priori, ex qua laudemiũ debebat̃: & multitudinẽ traditionum ſequitur multitudo laudemiorum. l. quicunque. C. de ſer. fug. ¶ Tertiò quando quis vendidit, ſed re integra diſceſſum eſt à venditione: quia dominus nõ habet mittere nouum emphyteutã in poſſeſsionẽ. Petrus tamen, vbi ſuprà, dicit laudemiũ ei hoc caſu deberi: quia per eũ nõ ſtetit: ideoq; perinde eſt ac ſi miſiſſet: qđ & ſi verũ fortè ſit de rigore iuris: non tamen de æquitate. ¶ Quartò, quando alienatio eſt neceſſaria: puta ſi pater dotat filiam nõ habens alia, ſecundũ Bar. in l. & ideo. ff. de cond. fur. quia ſolùm ſoluitur laudemiũ quando alienatio eſt voluntaria. ¶ Quintò, ſecundum Barto. quando plures habentes rem emphyteuticã cõmunem, diuidunt eã inter ſe: quo tamen caſu Pet. Hel. dicit deberi laudemium: quia diuiſio eſt alienatio. quod patet, tũ quia ante diuiſionem nullus eſt dominus huius partis magis quàm illius: ſed per illã quilibet efficitur dominus ſuę partis. ff. de leg. ij. l. Meuius. §. duobus. tum quia in diuiſione requiritur cautio de euictiõe. Sed Bar. in l. & ideo. ff. de cõdi. fur. dicit hãc quęſtionem præcedere aliã, ſcilicet vtrum prædicti poſsint diuidere domino irrequiſito. & cõcludit quòd ſic, per l. voluntas. C. de fideic. & videtur verũ: quia ratio prohibitionis alienãdi in extraneũ eſt, quia extraneus ille nõ habet neceſſe recognoſcere dominũ: vt no. doc. in l. ſi. C. eo. quæ ratio ceſſat quãdo qs vendit alteri emphyteutæ ſocio ſuo. Nunc autẽ ad quæſtionem ꝓpoſitã Guli. videt̃ indiſtinctè tenere ꝙ dominus nihil habere debeat. & facit optimè l. per diuerſas. C. man. & hanc opinionem Bar. & Gul. tene, niſi cõſuetudo obſiſtat: qa dicta
29 alienatio eſt neceſſaria. ¶ Ad † pleniorem tamen dictorũ notitiam ſciendũ eſt quòd Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. & in d.l. & ideo. & in multis alijs locis tenet indiſtinctè ꝙ plures emphyteutæ quocunq; titulo inter ſe alienare poſſent ſine dñi conſenſu. & idem tenet Ang. & Sal. & Pau. de Ca. Et ratio Bar. eſt, quia ideo prohibet̃ emphyteuta donare ſine conſenſu domini: quia fieret illi preiudiciũ, cùm ille tertius nõ ſit obligatus domino actione perſonali, ſicut emphyteuta. quæ ratio ceſſat quãdo ſunt plures emphyteutæ vnius domini, cùm quilibet ſit obligatus domino actiõe perſonali ad canonem. Cõtrariũ autem tenuit Gul. de Cu. in l. cum hi. in §. ſi pluribus. ff. de tranſac. & do. Iaſon, ſecundum quos ratio Bar. concludit in diuiſione prædicta: aliàs eſt contra eum quia licet vnuſquiſq; emphyteutarũ ſit obligatus dño actiõe perſonali pro parte ſua, cùm obligationes hæreditariæ ipſo iure pro rata diuidantur. C. de acqui. hære. l. ij. tamen pro ꝑte quam qs emit à ſocio, nec eſt obligatus dño actiõe ꝑſonali: & cõſequenter ſocius volens alienare partem ſuã, requirere debet conſenſum dñi, an ſcilicet velit tantum pro illa parte præſtare, quantũ ſocius. ¶ Viceſimoſecundò † quæritur, quis habeat laudare, pater ſcilicet an filius, qñ emphyteuta vendens eſt filiusf. in cuius bonis pater habet vſumfructũ? Et dicit Pet. Hel. quòd filius habet laudare. C. eo. l. fi. quod de vero domino intelligitur. ff. ſi ager vecti. l.j. proprietarius autem eſt verus dominus: vt ff. ad Sil. l.j. & cõſequenter filius ꝓprietarius debet laudare. Dicit tamen quòd laudemium, quod filius habet, tenetur patri reſtituere. ¶ Pro maiori tñ notitia prædicti caſus quæritur de alia quæſtiõe. Pone quòd ſit vnus dominus directus fundi, & alius habeat vſumfructũ eiuſdem: vel vnus ſit dominus vnius domus, & alius habeat ius percipiendi pẽſiones: modò accidat ꝙ vnus alienat iſtũ fundum: cui debebitur quinquageſima, vſufructuario, an proprietario? Et ſic eſt quæſtio an appellatiõe pẽſionis vel vſusfructus veniat laudemiũ. quã format Alb. ſuper rub. C. de vſu. Et ſimpliciter tenet poſt Old. ꝙ laudemiũ debeatur vſufructuario: motus quia omne emolumentũ veniens ex re vſufructuaria debetur vſufructuario. l. itẽ ſi fundi. ff. de vſufruct. Io. autẽ An. in d. §. nunc. format quæſtionẽ: quid ſi res talis incideret in commiſſum: puta emphyteuta non ſoluẽte canonẽ, vel alienãte ſine forma debita, an applicetur vſufructuario vel ꝓprietario? Et determinat ꝙ veniret proprietario. ¶ Viceſimotertiò † quæritur, an domino laudemiũ debeatur, quando ipſemet emit à ſuo emphyteuta eius melioramẽta? Et dicit Alb. in d.l. fina. 31
poſt Odof. quòd non: quia quinquageſima debetur domino propter cõſenſum præſtitũ emphyteutæ dũ iam alterũ alienat. Item ꝓ noua inueſtitura & receptione noui emphyteutæ, in qua receptione fortè dominus afficeretur dãno ꝓpter mutationem perſonarũ: & in hoc ſaltẽ grauatur, quia nouũ debitorem inuitus recipit, quãdo ceſſat quãdo ipſemet emit.

## De Emptione & Venditione.


1 *Emptiõis & vẽditiõis appellatiõe, quæuã alienatio cõtineatur?*
2 *Emptio & venditio quomodo rem emptoris eſſe faciat?*
3 *Periculũ rei vẽditæ, ſi aliud dictum non ſit, ad quem pertineat? Et ad id traditur regula cum ipſius explicatione, vſque nu. 4.*
4 *Periculum meliorationis, deteriorationis, aut fructuum rei venditæ, ad quem pertineat?*
5 *Vendi quænam poſsint, aut id minimè? Et vtrum rem ſuam aliquo caſu quis vendere teneatur? nume. ſeq.*
7 *Res quo pretio emi, aut vendi poſsint? Et an liceat rem pluris, quàm valeat vendere? nume. ſeq.*
9 *Pretium rei venditæ, vbi iuſtum, aut æquum non fuerit, quid agendum ſit? Et vbi deceptio eſt citra dimidiam iuſti pretij, an teneatur quis in foro animæ reſtituere?*
10 *Vẽdere carius, aut emere vilius, quã põt, an alicui liceat? Et qd in negotiãdo, an liceat carius vẽdere, quàm ſit emptũ? nu. ſeq.*
12 *Emere rem intentione ac propoſito ſtatim reuendendi cum lucro ſine rei mutatione, temporis, aut loci, an liceat?*
13 *Vendere carius, quã emere ex ſola tẽporis mutatione, an liceat?*
15 *Vendere carius ad tempus, quàm præſenti pecunia, ratione dilationis temporis, an liceat?*
16 *Mercator ſciens ad aliquem locum poſt ſe multos venturos cum abundantia earundem mercium, an poſsit vendere pretio tunc currente, an verò teneatur vendere pretio, quod futurum ſit, aut tunc eſſet, ſi res ſciretur?*
17 *Mercator cupiens nocitum iri inimico, ſcribit amico vt multum lanæ, aut alterius mercis emat: quoniam deinceps futura eſt cara, quod tamen falſum nouit: ac deinde literas excidere in eo loco permittit, vnde ad inimici cognitionẽ peruenire queat: an ſi inimicus huius occaſione talia emat, ac deinde perdat, peccat mortaliter: & an ad ſatisfactionem teneatur?*
18 *Mercator magnus Venetijs literis ab oriente acceptis, vt aromata emeret, quod futura eſſent cariora, eas lacerauit proponens aromata omnia emere: alius autem literarum fruſta collegit, quæ inter ſe commiſſa legit: ac negotium intellexit: atque proinde in emendo præuenit, & ob id lucrum ſuſtulit: an peccarit huiuſmodi fragmentorum collector & emptor.*
19 *Mercatoribus, num inter ſe conuenire liceat: vt res certo pretio vendatur, aut vt quid tale ab vno ſolo vendatur.*
20 *Venditio an rei venditæ defectu iniuſta reddatur.*

*21 Venditor rei venditæ num vitiumdeclarare teneatur? Et quid de his, qui rerum defectus negant: falsò bonitates affirmant & periurijs ac mendacijs ſcienter adſtruunt? nu. ſeq.*

*23 Empium pecunia aliena, cuius fiat? Et ibidem ad quæſtionis explicationem, limitationes ad reſponſum primum aliquot.*

*24 Venditum duobus, vtrius eſſe debeat: & in quod crimen incidat venditor? Et quid ſi non vendat, qui iam alteri obligarat, ſed permutet, aut alteri in ſolutum det, alitérve diſtrahat?*

*25 Vendens xij. quod x. vendendum ſuſcepit, an ad duo ſupra illa decem danti ad vendendum teneatur?*

*26 Vēditor emptori nū de euictiōe teneatur? Et quot caſibus euictionem præſtare non teneatur? Et ibidem quòd ſeptem caſibus de quibus hic ordine. Et quid ſi pactum interceſſit, de euictione non præſtanda? nume. ſeq.*

*28 Vēditor, quo caſu de euictiōe tenet̃ quatenus teneri cēſendū ſit?*

1 EMPTIO † & venditio ſuo nomine alienationem quamlibet non includit, ſecundum Bart. in l. voluntas. C. de fideic. licet in principio iuris ciuilis nomine venditionis veniret omnis alienatio: vt patet ꝑ l. ſtatuliberi. §. Quintus. ff. de ſtatulib. Vnde emptio & venditio eſt alienatio, nō quælibet: ſed qua dominiū & poſſeſsio rei venditæ transfert̃ per traditionem ipſius domini: vel ſi nō eſt domini vſucapiēdi cōditio in ementē pro ipſa ſoluto pretio. Nec poteſt eſſe venditio ſine pretio, ſcilicet pecuniæ numeratæ. Inſti. de emp. & ven. §. itē pretium. quia vbi aliud pro alio datur, permutatio eſt, nō vē-
2 ditio. ff. de contrahen. emp. l. j. ¶ Primò † verò quæritur, quomodo emptio & venditio rem faciat eſſe emptoris? Et dico quòd non aliter, niſi aut pretium ſit ſolutum, aut ſatis eo nomine factum, vel aliter fidem de pretio habuerit venditor, & res tradatur: vt l. quod vendidi. ff. de contrahenda empt. nec tradendo tñ rem venditor videt̃ fidem habere de pretio, ſecundum gl. in d. l. quod vendidi. niſi fortè emptor dicebat ſe pecuniam habere ad manū, cùm non haberet: & ſic tradidit: vt ff. de pig. act. l. ſi quaſi. Similiter fidē habet de pretio ſi dedit diem ſolutionis emptori. ar. l. ad ſolutionem. C. de re iud. nō tamen quilibet qui poteſt vendere, poteſt fidem habere de pretio, vt tradēdo rem emptori trāsferat in eum dominium: quia hoc nō poteſt ꝓcurator fiſci, eccleſiæ & minoris, vt no. Bart. in l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iud. & Cyn. in l. in ciuile. C. de rei vend. & eſt text. iuncta glo. in l. ſi procurator fiſci. ff. de iure fiſci. & not. Panor. in cap. cum olim. el j. de
3 offic. deleg. ¶ Secundò † quæritur, ad quem pertinet periculum rei vinditæ, ſi aliud in pacto ſpecialiter non eſt defectū? Et dico de natura eſſe huius contractus, quòd ex quo initus eſt pertineat lucrum & periculum rei emptæ ad emptorē: licet res tradita non ſit. Inſti. eo. §. cū autem. ff. de peri. & com. rei ven. l. id quod. Circa hoc autem datur regula talis: Cū venditio fit purè, & ſine ſcriptis, certæ ſpeciei nō exigentis deguſtationem, omne periculum ſpectat ad emptorē: excepto caſu publicationis: niſi pactum, culpa, vel mora interueniat, vel calliditas. ¶ Primò autem dicitur purè: quia ſi conditionalis eſſet venditio, ante conditionis euentum periculum pertinet ad venditorem. ff. de peri. & cōmo. l. illud. quod, vt ex Azo. & Gof. colligitur, intelligendū eſt de periculo peremptiōis: ſed periculum deteriorationis pertinet ad emptorem: vt in l. neceſſariò ſciendum. ff. de peri. & com. rei vendi. ¶ Et ſecūdò dicitur, ſine ſcriptis: quia ſi fiat in ſcriptis, periculum ſpectat ad vēditorem, antequam ſcriptura perficiatur: cùm neuter agere poſsit quouſque compleatur. C. de fide inſtr. l. contractus. Sed limita quod dictum eſt, intelligēdo cōtractū fieri in ſcriptis, quando conuenitur vt non valeat antequam ſcriptura ſit facta. C. de prob. l. cum res. Vnde ſecus ſi à principio ſimpliciter contrahatur, & poſtea ad probationem fiat inde ſcriptura. ff. de pig. l. cōtrahitur. ¶ Et tertiò dicitur, certæ: quia ſi ſub alternatione ſeu diſiunctione vendam tibi Stichum vel Titium: periculū primi ad venditorē, ſcđi verò ad emptorē pertinet. Vñ ſi perit Stichus, peribit vēditori: & Titius erit in obligatione ſolùm, & dabitur. Si verò ambo pereunt: vēditor liber erit, & Titius peribit emptori, qui ſolus remāſerat. ff. de contrahend. empt. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. ¶ Et quartò dicitur ſpeciei, quia ſi in genere fiat venditio: puta, vendo tibi aſinum vel hominem, nō dicendo quem, nūquam ad emptorem periculū ſpectat: quia genus perire non poteſt. ff. ad leg. fal. l. in ratione. §. verum. Et hoc verum eſt, quādo genus non eſt determinatū, ſeu quando venditur certū de incertis. Sed ſi genus eſſet determinatū, ſeu ſi vendatur incertum de certis: vt vendo tibi decem ſaxtaria ex hoc dolio: vel aſinū vnum de his quos poſsideo: liberatus eſt venditor ſi pereūt omnes, ſicut in legato. d. l. in ratione. §. incertæ. In hoc tamen Hoſt. in Summa, tenet, vt videtur, quòd legatarijs ſi omnia pereāt, non perit legatum: puta vinū cùm effuſum ſit. neq; pretium: quia illud non eſt legatum: emptor autem poterit pretiū repetere, quaſi ſine cauſa ſit apud venditorem: & ſi adhuc non ſoluit, habet exceptionem: & ſic ad eum periculum non ſpectat. Sed ego dico quòd nec etiam pretium emptor iſto caſu repetere poteſt, nec excipere vt non ſoluat, niſi venditor fuiſſet in mora: quia iam tranſlatum erat dominium vnius illorum aſinorum indeterminatè ſiue per indiuiſum: res aūt domino ſuo perit: nec illud pretium erat apud venditorem ſine cauſa: ſed cum cauſa, ſcilicet emptionis. Vnde Paul. de Ca. in l. quod te. ff. ſi certum pet. dicit quòd debitor obligatus in genere generaliſsimo, puta ad hominem, nō liberatur per interitū: nec in ſubalterno, puta ad ſeruos, ſi intereant ſolùm aliqua. ſecus ſi omnes: quia perijt totum genus: vt d. §. incertæ. Quod tamen dictum Pauli, qui opi. teneret Hoſt. diceret verum ſolùm in legato: vt loquitur d. §. incertæ. ſecus in venditione. ad quod eſt text. not. in l. quod ſi pendente. ff. de peri. & com. rei ven. ¶ Et quintò dicitur, non exigentis deguſtationem: quia ſi fiat vēditio purè, id eſt, ſine cōditione, & ſine ſcriptura, & de re certa, ſeu determinata, & in ſpecie, id eſt, in ſingulari, puta hunc ſeruum, aut hoc vinum: vbi res vendita deguſtationem requirit, vt vinum, diſtinguendū eſt: quia ſi venditio fiat in ſpecie, periculū erit emptoris poſt deguſtationē ſolùm, ſecundum Sum. Roſ. quæ allegat l. ſi vina. ff. de peri. & com. rei vend. vel etiam ante deguſtationem, ſecundū Sum. Ang. quæ allegat gloſſ. in l. j. ff. eo. Sed illa gloſſ. videtur quibuſdam euertere textum, & tangit contra opinionē communem. Ibi vide ſi placet. Si autem non in ſpecie, ſed ad menſurā venditio fiat: periculum eſt venditoris, donec ſit menſurata: & ſi emptor nolit menſurare, venditor etiam ſi nihil dixit de expeditione vaſorum, poteſt coram teſtibus mēſurare, & effundere monito prius emptore, ſi vaſa ſunt ei neceſſaria propter vindemiam, vel nouam & iuſtam rationem. ff. vbi ſupra. l. j. & ij. ¶ Et ſextò dicitur, excepto caſu publicationis: quia ſi fundus venditus fuerit ante traditionem, vel pòſt publicatus cauſa maleficij venditoris, periculum erit venditoris. l. ſi fundus. ff. loca. & ibi gloſſ. & ibidem Gofr. & Hoſt. Sed intellige propter maleficium admiſſum antequā emptor proprietatem adipiſceretur. ¶ Et ſeptimò dicitur, niſi pactum: quia licet vēditor ex natura cōtractus teneatur de dolo, & lata culpa, & leui: non tamen de caſu fortuito. ff. de peric. & commo. rei vend. l. cuſtodiam. & l. ſi vendita. ex pacto tamen tenetur ſcilicet de caſibus ſpecificatis tantùm. ff. eod. l. ſi in venditione. ¶ Et octauò dicitur, culpa ſcilicet præcedēte. Inſti. eodem. §. cum autē. & hoc etiam ſi fuit in culpa leui perditionis rei vt



in commodato & depoſito. ¶ Et nonò dicitur, mora, ſcilicet tradendi rem: quia tunc periculum ſpectat ad moroſum venditore, etiam ſi res penes aliū erat peritura. ff. de leg. j. l. cū res. & hoc in foro cōtentioſo: ſecus in foro animæ. Si verò vterq; id eſt, tam vēditor quàm emptor fuit in mora, poſterior mora præponderat primæ: & illi nocebit quo ad periculum d. l. illud. ff. de peri. & cō. rei ven. quod limita, niſi poſterioris moræ primus moroſus fuerit cauſa: quia ſic poſteriori nō nocebit. & caſus eſt iuncta gl. in l. ſi per emptorē. in fin. ff. de act. emp. & ven. ¶ Et decimò dicit̃, calliditas: quia ſi vēditor affirmauit bonitatē duraturā, imputatur ei: vel ſi bonitatem ſciebat nō duraturā, & tacuit. ff. de peri. & com. rei ven. l. ſi quis veſtra. Vnde admiſcētes vina praua bonis, & tacentes, tenentur ad reſtitutionē de omni damno vel intereſſe, & de
4 eo quod inde plus habuerūt. ¶ Tertiò † quæritur, ad quē ſpectet periculum meliorationis & deteriorationis aut fructuū rei vēditæ? Et dico quòd ſi res vēdita eſt in ſpecie, ſecundum Legiſtas, ſiue in numero, ſecundū dialecticos, quod idem eſt: puta ſi venditus eſt iſte equus, deterioratio & melioratio rei vēditæ ꝑtinet ad emptorē: extra de reg. iur. qui ſentit. lib. vj. niſi vēditio ſit cōditionalis, vt dictū eſt: fructus aūt rei vēditę pertinēt ad venditorē, donec ſit ꝑfecta vēditio: quod tūc eſt, vt not. gl. C. de peri. & com. rei ven. l. j. quādo pretiū eſt ſolutum, vel habita fides de pretio: licet aliàs ſit perfecta, quādo res eſt tradita. ff. de act. emp. & ven. l. ſi quis alienā rē. Ea verò perfecta pertinet ad emptorē. Vnde ad ipſum pertinet quod per alluuionē flumen accreſcit, & fructus, & partus. C. de act.
5 emp. l. fructus. & l. penult. Quartò † quæritur, quæ ſunt, quæ poſſunt, aut nō poſſunt vendi? Et dico quòd vendi poſſunt omnia menſurabilia pecunia, nō prohibita vendi. ¶ Prohibentur autē primò ſpiritualia: vt j. Simonia. ¶ Secundò, illa quorum vſus eſt ſolùm ad malum: vt ſ. Ars ¶ Tertiò, res aliena. de quo vide gl. in l. rem alienam. ff. de contrahen. emp. & qui emit, ad reſtitutionem tenetur, vt j. Reſtitutio. j. ¶ Quartò, vaſa ſacra in eadē forma laicis: ſed ſolùm alteri eccleſię propter neceſsitatem. l. ſancimus. la j. C. de ſacroſanct. eccleſ. cōfracta autem vendi poſſunt cuicūq;. de conſec. diſt. j. ligna. x. q. ij. hoc ius. ¶ Quintò, res pupilli ipſi tutori. l. cum ipſe. C. de cōtrah. emp. & ff. eo. l. ſi in emptione. ¶ Sextò, liber homo. poteſt tamen pater vendere filiū neceſsitate famis vrgēte. l. j. & ij. C. de pat. qui fi. di. ita tamen quòd ſi reſtituat̃ emptori pretium ſiue à filio, ſiue ab alio quocunq;, quādocūq; ipſe in ingenuitatem perueniat: in nullo autē alio caſu licet filiū vendere patri: matri verò nec in alio nec etiā in iſto: ſimiliter nec marito vxorē; quia nō eſt ita in eius poteſtate, ſicut eſt filius in poteſtate patris. Si autem liber homo patiatur ſe vendi ad pretium participādum, efficitur ſeruus. Inſtit. de iure perſo. § ſerui ¶ Septimò, Chriſtiani, ſecundum Arch. capti in bello redigi nō poſſunt in ſeruitutem, aut emi in ſeruos, aut emptivendi: infideles autē redigūtur in ſeruitutē, & emi poſſunt ac vendi in bello iuſto: & ſi poſtea efficiātur Chriſtiani, non tamen ex hoc à ſeruitute liberātur, quāuis hoc facere ſit pium. ¶ Octauò, omnia ſophiſticata prohibentur vendi pro veris: vt de auro & argento alchimico dictum eſt ſ. Alchimia. §. v.
6 & j. §. xvij. ¶ Quintò † quæritur, vtrum quis rem ſuam aliquo caſu vēdere cōpellatur? Et dicit Pan. in c. j. eod. tit. ſecundum communiorem opinionē, quòd aut quis expoſuit rem ſuam venalem, aut nō. Primo caſu in neceſſarijs ad vitam hominis poteſt ſuperior inſtituere iuſtum pretium, quia intereſt ſuperioris prouidere vtilitati ſubiectorū & rei publicæ: & in iſtis debet intelligi dictū cap. primum, & iura ſimilia. Ex quo infert Bal. in l. j. C. de epiſc. au. quòd cùm vita hominis ſine veſtimentis & hoſpitio duci nō poſsit: quòd etiam in domibus aptis ad locādum, & in pannis poteſt ſtatui certum pretium. Et ita iam dudum actum fuit Paduæ in domibus conducendis per ſcholares: quia deſcripta fuit domus quælibet apta in certo libro, & deſcripta penſio annalis. In alijs autē quæ non ſunt neceſſaria ad vitam hominis, locū habet l. dudum. C. de contrah. empt. & l. nemo exterus. C. de Iudæ. vbi habet̃ quòd nemo compelli poteſt ad vendendum rem ſuam: nec poteſt quis alienæ rei pretiū imponere, ſed quiſq; in re ſua erit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & in dicta l. dudum. Secūdò autē caſu principali, ſcilicet cùm quis rem ſuam nō exponit venalem: aut ſubeſt neceſsitas: & poſſunt exuberantes compelli ad vendēdum iuſto pretio ea, quæ ad hominis vitam ſunt neceſſaria: & ſic ſeruatur tēpore cariſtiæ; quia tunc omnia victualia debent eſſe communia. Et ad hoc text. cum glo. in c. ſicut hi. xlvij. diſt. vbi cōcluditur quòd licet indigentibus agere cōtra diuites ad victualia communicanda: tamen cū imploratione iudicis, vt cōpellat. Nota verò ſecundum Azo. quòd ordo ciuitatis pretia grandia taxare non poteſt. ff. ad l. Iul. de anno. l. vlti. poteſt autē ſtatuere ne quis fructum ſuum ad domū reportet, aut rem aliam, poſtquam in foro venalem expoſuit. l. nemo. la ij. C. de iud. & quòd pro ſterilitate vitāda & fertilitate habenda quilibet mercator partes alias adire teneatur ad emēda frumēta vendēda in communi: & quòd quilibet ad hoc pecuniā mutuare teneatur. l. vnica. C. vt ne. lic. in compara. ſpe. ſe ex. li. x. & ibi gl. & quòd nullus emat vltra ſuam indigentiā, ne alijs res ſint cariores, vel incōmodè habeātur. l. j. C. de epiſc. au. ¶ Sextò † quæritur, 7
quo pretio res poſſunt emi aut vendi? Et dico quòd licet varię fuerint opiniones tam Legiſtarū in l. j. C. de epiſ. au. quàm Canoniſtarū in c. j. & c. cum dilecti. de emp. & vend. tamen, ſecundum omnes, nō licet ſemper vēditori rem ſuam vendere quantū poteſt: quia eſt ſententia iuris. x. q. ij. hoc ius. addita gl. Sed vt dicit S. Tho. ij. ij. q. lxxvij. oportet pretiū eſſe ęquale rei, & econtra: quia emptio & venditio pertinet ad iuſtam commutationem, ſecūdum Philoſophū in lib. Ethi. de cuius ratione eſt æqualitas. Pretium autē iuſtū, ſiue æquale, ſecundum Inno. & Rayn. eſt quod cōmuniter currit in loco huiuſmodi contractus, & etiam in tempore, vt in c. cum dilecti. de emp. & vendi. & in l. ij. C. de reſcin. ven. niſi dubium ſit an res tempore ſolutionis plus ſit valitura. de quo j. Vſura. ij. qđ tamen pretium iuſtū, ſecundum S. Tho. in indiuiſibili nō conſiſtit. Vnde dicit gl. in d. c. hoc ius. quòd iuſtum pretium taxatur ſecundum æſtimationem cōmunem: & idem habetur in l. pretia. ff. ad leg. Falcid. Et ſi alicuius cōmertij non ſit communitas, determinabitur pretiū præſcitis circunſtantijs iudicio boni mercatoris in re mobili, cū alia regula dari nō poſſit: in re verò immobili ſecundū fructus: vt not. gl. & Bar. in l. ij. C. de reſcin. ven. & ſequūtur communiter doctores. Quod tamen limitatur primò ſecūdum S. Tho. quia quādo vēditor ex vēditione damnificatur multū, vendere poteſt & rē & ſuū damnū. qđ tamē intellige, ſi venditor vēdit ad inſtantiā emptoris, & vt ei ſeruiat: nō aūt ſi vēditor vēderet coactus propter aliquā propriā neceſsitatē: qa tūc S. Tho. in q. de ma. q. xiij. art. iiij. dicit quòd qui emit rē aliquā, tātum pro ea iuſtè dat, quantū valet: nō aūt quantū ille, qui vēdit, ex eius carētia damnificatur hic ille. Secus autē, ſi ipſe nō damnificaretur, & emptor multū iuuaret: quia cùm hoc nō ſit ꝓpter conditionem vēdentis: vēderet qđ nō eſt ſuū. Et ſecūdò limitatur ſecundū Arch. niſi adſit fraus minorantiū vel augentiū pretia rerū ſtudioſè: ſicut quidā lupi ſua volentes vēdere frumēta; cōueniūt vt nō niſi certo pretio vendāt; vel emāt omnia quæ ſunt in foro: vt pretiū creſcat, & ſuo modo vendāt: aut volentes emere exponūt multa in foro, vt pretiū vileſcat. Quibus

duob

*Quæ vendi non poſſunt.*

*Exēplū.*

*Notabile.*

*Pretium iuſtū.*

*Lupi reipublicæ.*

duobus caſibus pretium rei non eſt ſecundum communem
æſtimationem: ſed in prima limitatione eſt maius, in ſecũda
eſt maius aut minus: vide infrà eo. §.ix.& Vſura.ij.§.j. ¶Septi
8 mò† quæritur, vtrum liceat rẽ vendere plus quàm valeat, aut
emere pretio viliori, dummodo nõ excedatur medietas iuſti
pretij, vt dicunt iura? Et dicit Sanct. Thom.ij.ij.quæſt. lxxvij.
quòd iniuſtum eſt vendere carius, aut vilius emere, quàm res
valeat: poteſt tamen aliquando vendi plus quàm valeat in ſe:
licet tunc non vendatur plus quàm valeat venditori, neque
quantum valet emptori, iuxta dicta in priori §. vt quando ex
venditione læditur venditor: ſed vendit vt complaceat, vt ſu-
prà. Et ſimiliter eadẽ ratione licet emere vilius, quàm res va
leat in ſe: puta, quia valde vtile eſt venditori vendere, non au-
tem emptori emere: ſed emit vt ſeruiat: ſicut ꝙ emit operas
pauperis pretio expenſarum, ne fame moriatur. Et hæc vera
ſunt in conſcientia: iura tamen ciuilia permittunt cõtrahen-
tes ſe decipere vſq; ad dimidium iuſti pretij. C.de reſcin.ven.
l.ij. extra de empt.& vendit.cap.cum cauſa. quod Innocen.in
cap.in ciuitate.de vſu. dicit procedere iure fori, nõ iure poli,
& quo ad Deum. Nam ius poſitiuum in odium litium noluit
dare actionem pro modica læſione: ſed ſolùm quãdo exceſ-
ſus eſt magnus: puta, cùm quis eſt deceptus vltra dimidium
iuſti pretij: quod quidem, ſecundum aliquos, tunc eſt, quando
res valens decem, venditur viginti & vno: ſed ſecũdum Azo.
eſt ſi res valens x. venditur quinq; minus vno denario: aut xv.
plus vno denario. & hoc eſt verius, & ſecundum Hoſtien. &
Bern.in cap. cum cauſa. extra eo. vbi & Panor. dicit quòd ſe-
cundum aliam opinionem non eſſet dare caſum deceptionis
in venditore: quia rem valentem x. oporteret dare pro nihilo
vel pro minus. quod eſt impoſsibile: quia venditio eſſet ſine
9 pretio. ¶Octauò† quæritur quid agendum ſit vbi pretium
non fuerit æquale rei, ſiue iuſtum? Et dico quòd ſi hoc ſit vl-
tra vel citra dimidium iuſti pretij, in plus vel in minus reſcin
detur vẽditio, vel pretium reducetur ad æqualitatem: & ha-
bebit optionem reſcindendi contractum, vel æquandi pre-
tium emptor, quandò eſt citra dimidium: vt not Ber.in cap.
cum dilecti.& cap.cum cauſa.de empt.& vendi. Quando ve-
rò eſt vltra dimidium, optionem habebit venditor, ſecũdum
Azo. per arg. à contrario. Et ſi periret res, ſecundum Panor.
in dicto cap.cum dilecti. periret emptor, ſi pretium erat mi-
nus dimidio, quia cùm duo ſunt in obligatione alternatiuè,
vno perempto remanet aliud. l. plerunq;. ff.de iur.do.& l. Sti-
chum. ff.de verbor.obligat. Aut venditori, ſi res eſt plus ven-
dita, per eandem rationem. tamen prædicti non tenentur re-
ſtituere: niſi illud plus, vel illud minus. Et poterit agere dece
ptus vſq; ad xxx. annos, ſiue agatur condictione ex l.ij. C.de
reſcin.vend. quæ condictiones, cùm ſint perſonales, ſunt per-
petuæ, ſiue agatur ex eo contractu, ſcilicet ex vendito: vt no.
Panor.& Innoc.in dicto cap.cum cauſa. ſed ſi ageretur offi-
cio iudicis, vt volunt aliqui, ſic agere non poſſet niſi vſque ad
quatuor annos: quia vſq; ad illud tempus datur reſtitutio in
integrum. l. vltima. C.de in integrum reſtitut. Panor. tamen
vbi ſuprà vult quòd etiã vſq; ad xxx. annos. Si verò inæquali-
tas pretij non ſit vltra vel citra dimidium iuſti pretij, ſi qui-
dem dolus dedit cauſam contractui, annullat illum. Sed ſi
non dedit cauſam contractui, ſed incidit in illum, tenet qui-
dem contractus, ſed æquabitur pretiũ. Si verò nec dedit nec
incidit. & tamen emptor ſciebat rem plus valere, & venditor
ignorabat, ſecundum Panormitanum, in cap. quia plerique.
de immunitate eccleſ. in foro animę tenetur reſtituere quod
plus valebat: quia egit contra iuſtitiam naturalem decipiens
proximum, ſaltem re ipſa in pretio. Si autem vterque fuit
ignorans, ſed rẽ ipſa euenit deceptio: puta, quia lapidem pre-
tioſum venalem vterque vitreum credebat, quidam dicunt
emptorem non teneri: quia emptione bonæ fidei lapidem
acquiſiuit. Sed Panormitanus dicit illum teneri ad reſtitu-
tionem, ſi à principio emiſſet vero valore, ſi illum ſciuiſſet:
non autem ſi vero pretio nõ emiſſet: ſed eo caſu tenetur re-
ſtituere rem, ſi alter vellet pretium reſtituere, ex quo iuſtum
pretium ſupplere non vult. arg. l. in fundo. ff.de rei vendicat.
& in l. ſi quis cum aliter. ff.de verborum obligati. vbi pariſi-
cantur deceptio ex re ipſa, & à propoſito. Intellige ſi ſit vltra
dimidiam. Vnde & Bart.in dicta l. ſi quis. dicit quòd ſi in ven-
ditionis inſtrumento dicatur, Vendidit rẽ pro tanto, & quod
plus valebat, donauit: non propter hoc ceſſat remedium l.ij.
C.de reſcin.vend. quæ loquitur de deceptione à propoſito. &
dictæ l. ſi quis. ſi vẽditor ignorabat rei valorem: quia per ta-
lia verba habebat animum donandi ſolùm modicum: vt l. ſi
libertus. ff.de operis liber.& l. hæc adiectio. de verbor.ſigni-
fica. Si autem ſciebat valorem, ceſſant remedia dictarũ legũ.
Notandum eſt verò, quòd vbi iuxta prædicta vẽditio reſcin-
denda non venit, tenet: & ſic ſufficit æquare pretium. Et licet
Sum. Roſ. dicat quòd vbi deceptio eſt citra dimidiam re ipſa
non teneatur quis reſtituere in foro animæ: tamen eſt cõtra
mentem Sancti Thomæ, & contra rationem iuſtitiæ: quia
oportet pretiũ eſſe æquale: vnde in conſcientia tenetur quis
de pluri, niſi ſit adeò modicum, vt damnum paſſus nõ cura-
re putetur. Dicit etiam Panormit.in cap.in ciuitate. de vſur.
quòd iura canonica permittentia deceptionem vſque ad di-
midium, intelligi debent quando venit deceptio re ipſa. Secus
vbi dolus dat cauſam contractui, vel incidit in contractum:
quia tunc debet illud reſtitui: quia nõ eſt veriſimile quòd ius
canonicum inſtinctu Spiritus ſancti conditum, dicta l. ſi quis
diaconus. approbet hanc deceptionem doloſam. Ego autem
dico quòd loquitur in foro contentioſo: ſiue deceptio ſit ex
re, ſiue ex dolo: non quia illum approbet, ſed quia tolerat, ſi-
cut & lex diuina tolerauit iniuſtum diuortiũ. ¶Nonò† quæ- 10
ritur, an liceat alicui carius vendere aut vilius emere quan-
tum poteſt? Et dico quòd res tantùm valet quantũ vendi po-
teſt. ff.ad Treb. l.j.§. ſi hæres.& ff.ad l. Falc. l. quærebatur. &
ff.de furtis. ſi quis vxori.§. vlti. & hoc ad numeratũ in loco &
tempore venditionis: quia pretia rerũ nõ ex affectu ſingulo-
rum, ſed cõmuniter æſtimãtur. ff.ad l. Falc. l. pretia. & ſecun-
dum hoc licet cuilibet carius vẽdere, aut vilius emere, quan-
tum poteſt ad numeratũ. Sed prædicta ſentẽtia, ſcilicet quòd
res tantũ valet quantũ vẽdi poteſt, eſt vera, quantũ ex docto-
ribus colligo, cõcurrentibus tribus. Primò, quòd ceſſet fraus
minorantium vel augentiũ pretia doloſè, de quo ſ.§.v. Secũ-
dò, quòd ceſſet ius ſeu coactio ementiũ & vendentiũ: ita ſci-
licet quòd nõ cõpellãtur aliqua neceſsitate emere aut vẽde-
re hic, & nũc, ab iſto, vel iſti, eo modo quo moriẽs fame vẽ-
deret equũ electũ paruiſsimo pretio, vt inde redimeret panẽ
pretio maximo. Tertiò, quòd ceſſet ignorãtia cõtrahẽtium,
ita ſcilicet quòd vterq; bene nouerit factũ ſuũ. Addit ſecun-
dum Ang. ex mẽte Sco. requirit quòd ceſſet leuitas mẽtis, &
adſit prudẽtia: ſed hoc ptinet ad ignorantiã. Addit etiam re-
quiri quòd qui plus debito vẽdit aut emit, donare poſsit: ſed
hoc nihil facit ad hoc quòd contractus iuſtè fiat: ſed ad hoc
quòd iniuſtè factus iuſtificet, cũ illũ ſupponat iniuſtũ: omit-
tit autẽ primũ requiſitũ, qđ tamen Arch. ponit: & per ſe ma-
nifeſtum eſt requiri, alioquin potentes conuenire poſſent, &
opprimere pauperes. ¶Decimò† quæritur, vtrũ negotiando
liceat aliquid carius vendere, quàm ſit emptũ? Et dicit Sanct.
Thom.ij.ij.quæſt.lxxvij. & Petr.de Anchar.in cap.j. de vſur.
libro vj. & alij Doctor. quòd ordinato lucro ad aliquem fi-
nem neceſſarium vel honeſtum, licita redditur negotiatio:
puta ad ſuſtentationem ſuæ domus, vel pauperum, vel pa-
triæ: ne deſint illi neceſſaria, expectando moderatum lucrum
nõ quaſi finem, ſed quaſi ſtipendiũ laboris. Sed tñ ex hoc li-
cet dicatur negotiatio licita ex intentione: nõ tñ licet carius
vendere rem, quàm ſit empta, vt colligit ex dictis eiuſdẽ Sã.
Tho.& Pet.de Ancha. niſi pretium rei ſit mutatũ ratiõe loci,
aut tẽporis, aut formæ: puta quia res in ſe eſt meliorata à ſe:
vt equus, qui creuit. vel ab arte: vt gladius, qui eſt expolitus.
Imò inter mutationes formæ videt cõprehendi poſſe, ſi em
pta in quantitate magna vendatur minutatim: pro quo vide-
tur facere dictum Chryſo. quòd qui rem cõparat, vt integrã
& immutatam, ſcilicet aliquo trium modorum prædictorũ,
vendendo lucretur, ille mercator eſt qui de tẽplo Dei eijci-
tur: vbi illud verbũ, integrã, ponderandũ eſt. Additur hoc li-
cere quartò ratiõe laborum & periculorum in trãſferendo:
ſed hoc reducitur ad prædicta: & verum eſt, quando tranſla-
tio ſit ad locum, vbi pretiũ eſt maius: alioquin ſtultus mer-
cator emens rem vbi eſt cara, poſſet eam vendere carè vbi eſt
vilis & abundans: & conſequenter iuſtum non eſſet ſecundũ
communem ęſtimationem, cõtra prædicta. Poſſet tamẽ hoc
quartum membrũ eſſe à tribus prioribus diſtinctũ, & habe-
re locum vbi quis res detulit cũ periculo & labore ad locum,
vbi nullum habent pretium: quia ibi ſcilicet non venduntur:
quia eo caſu in ſtatuendo iuſto pretio habebitur ratio picu-
lorum & laborum & expenſarum. Qui autem emit vt carius
vendat ſine aliquo honeſto fine, ſolùm vt lucretur, ſine reipu
blicæ vtilitate, ſed potius cum damno, peccat mortaliter, ſe-
cundum Alex.in iij. parte Sum. vt etiam patet per c. eijciens.
lxxxviij. diſtin. de talibus intelligitur c. quicunque tempore.
xiiij.q.iiij. vbi turpe lucrum dicitur tempore vindemiarum
vilius emere, vt carius vendatur. Et concordat his Hugo.&
Lau. xiiij.q.iiij. ſi quis.& Sanct. Thom. vbi ſuprà & Panormi.
in cap.j. ne cler.vel mona. Non tamen neceſſariò tale turpe
lucrum eſt reſtituendum, ſecundum Rodofred. ſed de conſi-
lio ſolùm, niſi fortè fuiſſent cauſa talis excreſcentiæ, quæ
aliàs non fuiſſet: quia tenerentur damnificatis.
11 ¶Vndecimò† quæritur, vtrum liceat emere rem intentione
ſtatim reuendendi cum lucro ſine mutatione rei, temporis,
& loci: ſicut faciunt qui prius vendunt rem quàm emant, ven
dentes pro xij.& ementes pro decem? Et dico quòd Summ.
Roſ. facto fundamento ex Archid. quòd iuſtum pretium non
ſit indiuiſibile, dicit iſtum de prudentia eſſe laudandum. Ar-
chid. autem dicit non apparere clarè quòd ſit iuſtum: ego au
tẽ dico apparere clarè quòd hoc ſit iniuſtũ: quia de iſto pro-
priè intelligitur dictum Chryſo. allegatum §. ſuperiore. Vn
de Alexand. vbi ſ. accuſando eum qui à caſu emit bono foro,
& vendit ſtatim carius, accuſat eum qui hoc hac intentione
facit. Imò. Nider vij. præcept.c.v. dicit quòd tales eſſent à re-
publica exterminandi: quia nocent vtrique eorum qui para-
ti ſunt œconomicè commutare. Qui tamen emit nõ illa in-
tentione, ſi ſtatim ſibi occurrit ad reuendendum cum lucro,
non peccat: quia iuſtum pretium eſt diuiſibile. ¶Duodecimò
12 † quæritur, vtrum liceat carius vendere quàm emere ex ſola
mutatione temporis, puta emendo blada tempore frugum,
vt poſtea carius vendantur? Et dico reſponſionem patere ex
dictis §. priore. Nam ſecundum Ray. Archidia. & Viliel. hoc
lucrum ex ſe eſt turpe, vt patet xiiij. q. iiij. quocunque. vnde
oportet illud aliquo bono fine honeſtari. Vnde & San. Tho.
ij.ij.q.lxxvij. dicit quòd ſecundum philoſophum primo Poli-
ticorum, lucrum mercatorum de ſe eſt turpe: quia ordinatur
ad ſeruiendum cupiditati: ideò oportet illud honeſtari hone-
ſto fine, qui eſt præſeruatio ſui, vel pauperũ eleemoſyna, aut
opulẽtia communitatis. Igitur eſt licitum hoc facere ad bo-



num communitatis, ſecundum Ray. vt Ioſeph.& ſimiliter ad
prouiſionem ſuam, ſecundum Viliel. maximè ſi aliter neſcit
negotiari, nec habet vnde ſuſtentetur: dummodo non inten-
dat cariſtiam: & ſimiliter ad largiendum inde eleemoſynam,
ſecundũ Rayn. Inn. Viliel.& omnes. Si verò hoc fiat ex aua-
ritia, vt alij compellantur emere ab eo, & ille ſuo modo ven-
dat: aut ſi intendatur cariſtia, eſt mortale, ſecundũ Viliel. Et
ſecundum Ray. tenetur reſtituere pauperibus. xiiij. quæſt.v.
qui habetis. quod ſecũdũ Viliel. verum eſt de honeſtate, ſed
nõ de præcepto. ¶Decimotertiò,† quid de facientibus anno- 14
nam carius vendi: puta impediendo conductores? Et dico eos
teneri ad ponendum eam in bono foro, ac ſi fuiſſet delata, ſi
poſſunt: & puniuntur pœna xx. aureorum. l.ij. ff. ad l. Iuliam
de anno.& etiã corporaliter. l. annonam. ff.de extraordi. cri.
& idem de emente omnia blada, vt carius vendat. d.l. anno-
nam.& idem de omnibus pertinentibus ad victum vel vſum
per ipſos ſolos vendendis in cariſtiam reipublicæ: vt l. vnica.
C. vt ne. lic.in compara. ſpec. ſe.&c. vnde qui dat arras pro o-
mnibus aromatibus, ſciens naues quę ferebãt eas ſubmerſas,
facit monopolium, & incidit in pœnam d.l. vnicæ.& tempo-
re neceſsitatis tales compelli poſſunt vendere minus pretio
tunc aliàs iuſto. l.ij.§. cum in eadem. ff.ad l. Rho. de iac.
¶Decimoquartò† quæritur, vtrum liceat carius vendere ad 15
tempus quàm ad numeratum ratiõe dilationis temporis? Et
dico quòd nõ, ſed eſt vſura virtualiter: vt infrà Vſucapio.ij.§.
j.& idẽ eſt ſi ematur pretio viliori, quia ſoluitur ante tempus.
¶Decimoquintò† quæritur, vtrum mercator, qui ſcit ad ali- 16
quem locum alios poſt ſe venturos cum abundantia earundẽ
mercium, poſsit vendere pretio tunc currente: an verò tenea-
tur vendere pretio, quod futurum eſt, aut quod eſſet tunc, ſi
res ſciretur? Et dicit S. Tho. quòd non facit contra iuſtitiam
vendens pretio currente, & tacens quod futurum eſt: ſi tamẽ
diceret, vel de pretio ſubtraheret, eſſet abundantioris virtu-
tis. ¶Decimoſextò,† quid ſi quis intendens nocere inimico, 17
ſcribit amico vt multùm emat de lana, vel alia re, q̃ erit ca-
ra in poſterum: quod tamen nouit falſum: & deinde literam
ſibi cadere permittit in loco vbi inueniatur & legatur ab ini-
mico: & conſequenter talia emat & perdat? Et dico, ſecundũ
Archidiaconum ꝙ mortaliter peccat ex intentione nocendi:
non tamen tenetur ſatisfacere de damno: quia non dedit oc-
caſionem efficacem: extra de iniur. ſi culpa. quia ille non de-
buit ita leuiter credere.
¶Decimoſeptimò,† quid de eo quod in facto accidit. Mer- 18
cator magnus Venetijs acceptis literis ab Oriente vt eme-
ret aromata, quia futura erant cariora, eas lacerauit inten-
dens omnia aromata emere: ſed alius tenuis colligens litera-
rum fruſta & legens eum præuenit in emendo & lucrum ſu-
ſtulit? Et dicit Archidiaconus quòd ſi legit literas illas, vt
ſciret eius ſecreta, curioſitas eſt: ſi verò vt ſibi prouideret, pru
dentia humana eſt, & non peccatum: quia licitum eſt cuili-
bet accipere quod pro derelicto habetur, vt dictæ literæ.
¶Decimooctauò† quæritur, vtrum liceat mercatoribus cõ- 19
uenire vt certo pretio vendant, vel vt vnus ſolùm tale quid
vendat? Et dicit Hoſtienſis pactum eſſe illicitum: & idem eſt
ſi quis in ciuitate impetret vt ſibi ſoli vendere liceat: vnde
ſi quis huiuſmodi exercet officium, ſecundum leges debet
ſpoliatus bonis exilio perpetuo damnari, & concedentes pu-
ri, id eſt, officiales qui prædicta concedunt, aut non pu-
niunt: vt C.de monopolijs. l. vna. vbi Azo per illam legem
concludit prohibitum eſſe ne quis exerceat monopolium,
id eſt, ſingularem negotiationem. quod accidit cùm aliqui
paciſcuntur ne in arte ſua quenquàm inſtruant præter fi-
lios vel nepotes. & idem eſt in omnibus huiuſmodi. Prædi-

cta tamen & d.l.vnam,intellige ſecundum Inno.in c.ſignifi-
cante.de pig.quando fraudulenter & in damnum reipublicæ
fiũt.Secus ſi communitas ſic ſtatuat pro bono reipub.vt vnus
ſolus vẽdat vinum aut huiuſmodi: & tale lucrum applicetur
20 cõmunitati,vt quotidie fieri videmus.¶ Decimononò† quæ-
ritur,vtrum venditio reddatur iniuſta propter defectum rei
venditæ? Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxvij.quòd circa rem venalẽ
triplex defectus conſiderari poteſt,ſcilicet ſecundũ ſpeciem,
quantitatem,& qualitatem:vt ſi vendatur aurichalcũ pro au
ro,vel vtatur quis deficienti pondere aut menſura: vel ſi ani-
mal infirmum vẽdatur quaſi ſanum.In his igitur tribus ſi vẽ-
ditor ſcienter offendit,peccat,& reſtituere tenetur. Si verò
ignoranter,non peccat quidem:ſed cùm ad eius notitiam ve-
nerit,recompenſare tenet̃ emptori.hæc ex illo.Sed quod di-
xit de qualitate,intelligitur de corruptiua ſubſtãtiæ,vt in do
mo combuſta:arg.l.quid tamen.ff.de contrahend. emptiõe.
Secus in non corruptiua,puta ſi agrum ſterilem putabat vbe-
rem.xxix.q.j.§.his.ita reſpondetur.Vnde tunc,vt ibi patet in
gloſſ.venditio non reſcinditur,niſi eſſet deceptio vltra dimi-
diã,vt dictũ eſt:vel haberet peſtiferas herbas.C.de ædil.edic.
l.ſi prædiũ.vel niſi dolus dediſſet cauſam contractui:vt ff.de
dolo.l.eleganter.Ex his multa patent.¶ Primum.Si vendens
intendit vendere rem vnam,puta vnum agrum,& emẽs eme-
re aliam in ſubſtantia,vt alium agrum,venditio non valet.l.
in venditionibus.ff.de contrahend. empt. Et idem eſt in ma-
teria:vt ſi vendatur aurichalcũ pro auro: vt in d.l.in emptio-
nibus.¶ Secundum.Tabernarij dantes vini menſuram dimi-
nutam,ſecundum Archidi.non excuſantur:quia decipiunt &
damnificant emptores,non obſtante contraria cõſuetudine,
quæ eſt corrupta : niſi hoc faciãt ad ſuam indemnitatem vel
lucrum moderatum:puta,quia ſi darẽt plenas,oporteret pre
tium augere,& cõſequenter nullos aut paucos inuenirẽt em-
ptores.Si autem econtra, mulier dans ad filandum pro libra
dat vncias xiij.& non ſoluit niſi pro libra , ſecundum eundẽ,
non eſt fraus,ſcilicet vbi ſic eſt conſuetum: quia ſic intelligit̃
eſſe pactum,cùm à principio datur opus vt ſic ſoluatur:ſciẽ-
ti autem & cõſentienti non fit iniuria,quanuis mos turpis vi-
deatur.¶ Tertiũ.Si equus venditus ad paucos dies ratiõe ſuæ
malę qualitatis moriatur.Pan.in cap.iniuſtum.de re. permu.
poſt Cyn.diſtinguit. Nam aut morbus erat notus vtrique:&
non competit remedium:quia ſcienti, &c. Aut vterque igno
rabat:& tunc aut emptor non fuiſſet aliàs empturus:& com-
petit actio redhibitoria.Aut aliàs emiſſet: & tunc competit
actio quanti minoris,non autem ad totum damnũ.Aut ſcie-
bat alter tantùm:& ſi emptor,ſibi imputetur ratione prædi-
cta:ſi venditor,tenetur ad omne intereſſe,nõ ſolùm ad pre-
tium:vt in l.Iulianus.ff.de act.emp.niſi interueniſſet pactum
vt non teneret̃:& ſi emptor fuiſſet minus diligẽs,nihilo mi-
nus ſecũm Cy.venditor tenetur : quia licet ille fuiſſet in qua-
dam negligentia vel culpa:tamen venditor non patefaciens
fuit in dolo,quæ preponderat culpæ:vt in l.item ſi obſtetrix.
ff.ad l.Aquil.Io.tamen And.poſt alios dicit quòd ſi intra tri-
duum moritur,& inuenitur habere cor marcidum , ex tẽpo-
ris prauitate præſumitur illum morbum tempore vẽditiõis
habuiſſe.¶ Quartũ. Si quis vendat equum dolentẽ in ſpatu-
la,ſed hoc non oſtendentem, quia erat calefactus dicens,do
tibi equum iſtũ pro ſtrabone & dolente ac habente oẽs ma-
culas,nec volo ex aliquo teneri:ſecundũ Spec.in titu.de emp.
& ven.§.nunc.nihilo minus tenetur,ex quo aliàs ſpecificè nõ
propalauit defectum,quia emptor fuit deceptus vidẽs dictã
eſſe falſitatem in alijs expreſsis : & credidit veriſimiliter ſic
eſſe de morbo ſpatuloſo.¶ Quintum.Si fundum vendidi tibi
expreſsis confinibus & menſura terræ,&nunc inuenitur ma-
ioris quantitatis,an cedat emptori quod plus eſt,aut vendito-
ri:diſtinguit Old.Nam quandoq; loquens vtitur terminis de-
notantibus certum numerum vel menſuram,& agit ad ſup-
plementum,quando ſcilicet exprimit conceptum ſuum inci-
piendo à numero vel menſura: vt vendo tibi terrã quatuor
modiorum in talibus confinibus:quandoq; autem vtitur ter-
minis denotantibus ſpeciem ſeu corpus : licet adijciat certũ
numerum vel menſuram:vt vendo tibi talem fundum ſic cõ
finatum,qui eſt trium modiorum:& tunc quod eſt plus,cedi-
tur emptori:quia hoc caſu numerus vel menſura videtur ad-
iungi loco demonſtrationis;quæ licet ſit falſa , nõ vitiet nec
minuit illud,cui adiũgitur:vt l.falſa demonſtratio.ff.de cõd.
& demonſt. Hæc Pan.in c.per tuas. vel dona. Vel dic quòd
ſi pretium taxatur per modia,emptor nõ habebit illud plus:
ſi verò non taxatur per modia,habebit totũ.& de hoc ĩ.Do-
natio.j.§.¶ Viceſimò† quæritur , vtrum venditor teneat̃ di- 21
cere vitium rei venditæ.? Et dico quòd S.Thom.ij.ij.q.lxxvij.
art.iiij.obſcurè de hoc loquitur,& ij.quoli.ar.x.cuius doctri
nam ſic intelligo. Nulli eſt licitum inferre damnũ proximo
vel periculum. Cùm igitur quidam defectus dent damnum
tantùm,vt pãnus malus.quidam verò damnum & periculũ
perſonæ vel rerũ,vt cibus corruptus ſeu venenoſus,& equus
retrocedens:in primis ſiue defectus ſit ſecretus,ſiue nõ,ven-
ditor dicere non tenetur : ſed ſufficit ſi minuat de pretio rei
quantum apprehendit ille defectus : quia neque damnũ neq;
periculum infert emptori:ſi tamẽ pretium nõ minueret,in-
ferret damnum.In ſecundis autem,ſi ſint publici,ſufficit mi-
nuere de pretio,nec eos dicere tenet̃:puta,ſi equus ſit mono
culus,quia nec damnum nec periculum infert.ſi verò ſint oc
culti,dicere tenetur:nec ſufficit minuere de pretio:qa expo-
neret emptorem periculo.Hæc ex illo.cui conſonat & quaſi
cõcordat ac limitat Ang.in l.ſi quis cũ aliter.ff. de act.emp.
& vend.& Panor.in cap.iniuſtum.de re.perm.Ex quibus col
ligitur quòd diſtinguẽdum eſt ſic:Nam aut emptor ſi ſciret
huiuſmodi defectus nullo modo emeret:& tunc nullo modo
celare licet.Aut emeret quidem,ſed nõ ita libenter:& tũc ſi
nullum immineat periculum vel damnum, non tenetur ven
ditor reuelare,ſed ſufficit minuere pretium.& idẽ eſt de mi-
ſtura aquæ ad vinũ,& huiuſmodi.Si autem imminet pericu-
lum vel damnũ emptori vel alteri, manifeſtare tenetur:ali-
ter eſſet obnoxius reſtitutioni dãni ſi accideret.ar.l.in rebus.
§.itẽ qui ſciẽs.ff.cõ.& l.Iulianus.ff.de ac.emp.¶ Viceſimopri
mò† quæritur,quid de his,qui rerum defectus negant,aut fal 22
ſas bonitates affirmant cũ periurijs & mendacijs ſciẽter? Et
dico ex Ray.iuncta gloſſ.eius,quòd quantum ad iuramenta
ſemper peccant mortaliter iurãdo falſum,etiam in modico.
Quantũ verò ad mendacia,ſimiliter quando per hæc lędunt
proximum in magno,vel etiam paruo cum voluntate lædẽ-
di in magno:ſecus ſi in modico,animo nõ lædẽdi in magno,
vel ſi in nullo,ſed ad ſe ſeruandum indemnes.Vtroq; autem
modo tenentur de nocumento. ¶ Viceſimoſecundò† quæri- 23
tur,vtrum emptũ ex aliena pecunia ſit emẽtis? Et dico quòd
ſic,ſi nomine ſuo emit.l.ſi ex ea.C.de rei vend.Fallit quod di-
ctum eſt in empto ex pecunia eccleſiæ.xij. q. iij.c.j.&.q.& q.
v.fixum.quod adeò eſt verum,quòd ſi clericus habens pecu-
niam de præbenda , emerit prædium,amplius illud dare nõ
poterit intuitu pietatis, licet pecuniam dare potuiſſet:quia ſta
tim prędiũ fit eccleſię:ſiue emerit nomine ſuo,ſiue alieno,ar
pec.cle.c.j.&.c.inquirendum.Et idẽ dic de empto ex pecunia
pupilli vel minoris à tutore vel procuratore:quia minor ſibi
vendicare poteſt.l.ij.ff.qñ ex fac.tut.Idẽ de empto ex pecu-
nia militis.C.de rei vend.l.ſi vt ꝓponis. Similiter dic in em-
pto à marito vel vxore de pecunia ſibi ab altero corum do-
nata,



ſi efficiatur non ſoluendo , qui donum accepit.l . vxor
marito.ff.de don.inter vir.& vxo.Hæc ita limita,quando pe-
cunia non fuit alteri miſta:quia ſi fuiſſet miſta , tranſiret in
dominium etiam furis.l.ſi alieni numi. ff. de ſolu. & ſic non
eſſet eccleſiæ vel prælatorum.¶† Viceſimotertiò quæritur,
24 ſi res vendatur duobus,cuius erit? Et dico quòd potior eſt ſe-
cundus,ſi res tradatur ſibi,vel primus , ſi primò ſibi detur.&
idem in donatione.l.quoties.C.de rei ven. arg.c.ex literis.de
conſue.& expreſſè.C.de ſacroſanct.eccle.l.vt inter diuinum.
etiam ſi ſecundus emiſſet & ipſe nomine eccleſiæ:quia præ-
fertur primus.ff.de procu.l.in cauſæ. Venditor autem tene-
tur crimine falſi:vt patet.ff.ad l.Cor.de fal.l.qui duobus. Sed
ſi permutauit,aut alteri in ſolutum dedit, vel aliter diſtraxit,
poſt quàm eam obligauerat, tenetur crimine ſtellionatus.ff.
de cri.ſtel.l.iij.De hoc tamẽ pleniſsimè Iaſ.in repe.l.quoties.
25 C.de rei vend.¶† Viceſimoquartò quæritur,vtrum is,cui da-
tum eſt aliquid ad vendẽdum pro x.& vendidit pro xij. tenea
tur de duobus domino rei? Et dicit Archid.quòd cùm habeat
mercedem pro ſuo labore , & exhibet nudum miniſterium:
totum quod ſuperuẽdit, tradere tenetur domino ſiue primo
venditori,& nõ emptori,niſi fortè plus iuſto vendidiſſet. Sed
Sum.Ang.cõtra Roſ.tenet quòd ſibi acquirit illa duo ſua in-
duſtria,non obſtante mercede:quia illa datur vt inueniat em
ptorem pro decem,ſi tamen daretur ſibi ſimpliciter, vt ven-
Con- deret,ſecus:quia teneretur vẽdere meliori pretio quo poſſet.
tra Sed hoc non benedicitur : quia illa duo non retinet ratione
Sum. rei venditæ,cùm nõ ſit ſua:nec ratione laboris vel induſtriæ:
Ang. cùm habeat mercedem pro toto illo quod exhibet in vendẽ-
do.Nec res datur ſic vendenda à domino pro decem,quin ve
lit habere duodecim ſi poteſt,ſed expreſsit minimum. Et ita
tenet Archi.Ioan.Fab.& Ioan.de Pla.in §.actionum.Inſtitu.
de act.& ibidem domi.Iaſon.
26 ¶† Viceſimoquintò quæritur,vtrum venditor teneatur em-
ptori de euictione? Et dicit gloſ.& Panor.in cap.ſi venditori.
de empt.& vend.quòd ſic:& ſi non defendat emptorem poſt
quàm ſibi denuntiauit,tenetur ad omnes expenſas,quas fecit
in iudicio,ſecũdum eundem,ſiue obtinuerit,ſiue nõ: vt in.l.j.
C.de euict.& l.venditores.ff.de verb.obligationibus.& vtro-
bique per Bartolum.Secus ſi nõ denuntiaſſet litem motam.
Fallit autem,inquit, in tribus caſibus quod dictum eſt,nec ad
euictionem tenetur.Primò,ſi in principio litis , vel ad minus
poſt litem cõteſtatam,non denuntiauit venditori vt eam de-
fenderet.C.de euict.l. emptor fundi.& l.authore . ff.eod.l.ſi
rem.§.fin.Sed & ſi venditor ſciebat litem motã, videtur ſen-
tire Bart.in l.denuntiaſſe.ff. de adulte.quòd etiã denuntiare
teneatur: quia quando requiritur denuntiatio ad aliquid fa-
ciendum,vt in caſu iſto,non ſufficit ſcientia ſola:vt in d.l.de-
nuntiaſſe. Secus quãdo requiritur denuntiatio ad ſimplicem
ſcientiam habẽdam:quia valet:vt regula,qui certus.de regu.
iur.lib.vj.& l.j.ff.de act.emp.& ven.Et licet glo.& Cy.in d.l.
emptor.& Dy.in d.regula,qui certus.teneant quòd nõ tene-
tur denuntiare:& multi alij:tamen tutius eſt quòd denũtiet,
per l.ſi controuerſiam.in verſi. authori hæredi ve eius nũtia.
C.de euic.quæ denuntiatio non importat ſimpliciter indica
re,ſed per officialem notificare litẽ motam,vt veniat ad de-
fendendum.Secundò , quando emptor citatus contumaciter
abfuit: quia videtur cõdemnatus propter ſuam contumaciã.
d.l.emptor.& ff.de euic.l.ſi ideo.j.reſponſo. & idẽ ſi vẽditore
abſente nõ appellauit à ſentẽtia.l. Herennius.ff.de euic.Ter
tiò, quando per iniuriam ſentẽtia lata fuit cõtra emptorem.
d.l.emptor.quia iniuria,quæ fit emptori, non contingit vẽdi
tori.l.ſi imprudentiam.in prin.ff.de euic idem dic ſi per vio-
lentiã extraiudicialiter auferatur.d.l.ſi per.& C.de euict.l.ſi.
etiam ſi notarius poſuit quòd obliget ſe defendere de iure
& de facto:quia illud de facto intelligitur,ſi lis moueatur de
facto,non de iure ſecundũ Pan.vbi ſuprà, quia violentia ex-
traiudicialis non venit ſecundũ naturã contractus:de quo dic
vt no.per Bar.in l.ſtipulatio iſta.ff.de ver.obli.Adde quartò,
quando emptor compromiſit & reportauit ſententiã cõtra-
riam.l.ſi dictum.§.ſi in arbitrũ. ff.de euic.quod intellige ve-
rum,ſi volũtariè compromiſit:quia ſecus ſi coactus,ſcilicet à
ſtatuto:quod ſic vult vt inter conſanguineos cõpromittatur,
& huiuſmodi:& hoc denuntiauit venditori,ſecundum Bar.in
d.§.ſi in arbitrũ.& Bal.in l.j.C.de peri.& cõ.rei ven. Et quin-
tò,quando emptor potuit vſucapere,& non vſucepit.d.l.ſi di
ctum.§.ſi cum poſſet.Et ſextò,ſi rem alienam ſciẽter emit:
niſi de euictione ſpecialiter ſibi cauerit.l.ſi fundũ.C.de euict.
Et ſeptimò,ſi aliquid caſuale contingat.C.eo.de lega.l.ſi.de
reb.eccleſ.non alie.c.ad noſtram. Vide etiam alios caſus per
Hoſt.in Sum.eo.tit.¶† Viceſimoſextò quæritur,quid ſi ven- 27
ditor pactum fecit quòd de euictione non teneretur? Et dico
nihilo minus eũ teneri ad pretium re euicta. l. ex empto.in
fi.de act.emp.& vend.quod limitat Ludo.de Ro.quando pa-
ctum fit in genere,ſcilicet à quocunq; euincatur:ſecus ſi ſpe-
cificatur perſona vel cauſa vna:quia tunc etiam non tenebi-
tur ad pretium.Caſus eſt in l.qui libertatis.in prin.ff.de euic.
& ibi gl.de hoc.¶† Viceſimoſeptimò quæritur,quantum em 28
ptori tenetur venditor in caſibus,in quibus de euictione te-
netur re euicta? Et dico quòd tantum in ſimplum:& ſi fuit in
culpa in vendendo,tenetur etiam ad intereſſe.In foro tamen
contentioſo in rebus pretioſis arbitrio iudicis cogitur pro-
mittere duplum: aliter condemnatur in duplum pretij con-
uenti.ff.de euict.l.ij.& l.emptori. De emptione rei furtiuæ
habes infrà Reſtitutio iij.§.vij.Vide etiam ſuprà Cõtractus.
§.ix.Vtrum teneat venditio per compromiſſum:& ſimiliter
vide multa infrà Negotium,& Vſura ſecundò.

¶ EMVNITAS,vide infrà Immunitas.

## De Enormi.

1 *Enorme, quaſi extra normam poſitum, dictum eſt. quid autem importat, & præſertim ad mores relatum? & quotupliciter malum enorme dicatur?*

2 *Enormia crimina iuxta Canones quænam ſint? Et ibidem, quod crimen enorme dupliciter dicatur.*

3 *Enormis iniuria corporalis quæ dicenda ſit? Et ibidem quòd exceſſus notorius ſit enormis: qui ſi fiat in perſonam eccleſiaſticam ab eo epiſcopus abſoluere non poteſt.*

4 *Iniuria enormis num ſit, quis arbitrabitur?*

ENORME† dicitur quaſi extra normam , vel ſine nor- 1
ma,id eſt,menſura : & importat aliquid exceſſiuè ma-
gnum:& loquendo in moribus,ſemper ſonat in malum:quia
bona ex ſuo genere non poſſunt eſſe magna per exceſſum:
cùm infinitè creſcere poſsit homo in gratia,& conſequenter
in virtute.Dupliciter autem malũ dicitur enorme,ſcilicet in
ſe:& ſic peccata aliqua dicuntur enormia : & in ſuo effectu
vel nocumento illato:& dicitur enormis iniuria.
¶† Primò verò quæritur, quæ ſunt enormia crimina ſecun- 2
dum canones? Et dico quòd dupliciter crimen dicitur enor Enor
me.Primò quod ad normam pœnitentiæ,quæ ſcilicet pœnã mia
delet cùm culpa,plenè reduci non poteſt, quin ſemper aliqd vitia
remaneat de pœna:quia ſcilicet impedit ordinis executionẽ
& beneficij detentionem,etiam poſt pœnitentiã. Et hoc eſt
triplex,ſcilicet homicidium voluntarium.diſt.50.minora.j.q.
vij.ſi quis omnem.de conſec.diſtin.j.c.j.& idem eſt de caſua-
li præcedente culpa.de homic.continebatur.Secus vbi culpa

non præceſsit.eodem titu.ex literis.Item hæreſis,in qua poſt ſanatum vulnus remanet cicatrix.j.q.j.vẽtum.Item ſimonia in ordine. de accuſat.inquiſitionis.& ibi patet quòd idem eſt de ſimonia in beneficio, id eſt, ſi quis adipiſcatur ordinẽ vel beneficiũ per ſimoniam:vt ibi.Et de his vide etiam ſuprà Crimen.Secundò dicitur enorme, quod diſpenſationem nõ recipit:vt ſimonia in beneficio.j.q.j.erga.& q.vlti.patet quomodo enormia dicuntur etiam omnia delicta, quæ inducunt infamiã ciuilem, id eſt, ex quibus quis remanet infamis etiam poſt pœnitentiã.iij.q.vij.§. porro.& ij.q.iij.§.hinc colligitur.

3 ¶†Secundò quæritur, quæ iniuria corporalis dicatur enormis? Et dico quòd cap.cum illorũ. de ſenten.excommunica. exẽplificat ſi mutilatio ſequitur,vel ſanguinis effuſio,ſcilicet abundans,& ex membro,ex quo de facili non fluat,ſecũdum doct.ſeu ex vulnere:& ſi in epiſcopum vel abbatem ſeu ſuperiorẽ manus iniecta ſit. Similiter in §.atrox.Inſtitu.de iniur. exemplificatur:ſi quis vulneretur. intellige ſecundum Mo.ſi opus ſit medicamine chirurgiæ vel emplaſtrorum ſeu aliorum medicaminũ. Item ſi quis fuſtibus cæditur,ſi in theatro vel foro aut in conſpectu iudicis verberetur:item,ſecundum alios,ſi in eccleſia vel cœmeterio vel dormitorio. argum.c. cum pro cauſa.de ſenten. excommunic. xvij.q.iiij.quiſquis.& §.qui autẽ. Item ſi ſacerdoti induto veſtibus ſacerdotalibus, magiſtratui,parenti,patrono,& prelato.ff.de iniur.l.prætor. §.atrocem.C.eod.l.atrocẽ. Et ſic enormis dicitur primò ex perſona:ſecundò ex loco: tertiò ex tempore, puta ludi aut feſtiuitatis:& hoc eſt arbitrarium.quartò ex re, puta vulnere:aut etiam vulneris loco,veluti oculo percuſſo.ff.de iniur. ita incipit.quintò ex modo.vnde ſecũdum Panorm.in d.cap. cum illorũ.exceſſus notorius dicitur enormis: & ſi fit in perſonam eccleſiaſticam,epiſcopus abſoluere non poteſt. Et de his omnibus ſuprà Abſolutio iiij.in princip.

*Vnde aliquid enorme dicitur*

4 ¶†Tertiò quæritur,quis arbitrabitur an iniuria ſit enormis? Et dico quòd is, qui habet abſoluere & ligare, vt ſciat an ſit quis ſuæ iuriſdictionis, & poſsit illũ abſoluere nécne.arg. cap.ſuper literis.de reſcript. & l.ſi quis ex aliena.ff.de iudic. Sed caueat ne leuẽ arbitrari velit,vbi ius atrocẽ determinat: q̃a nõ abſolueret,ſed deciperet: ſecus aũt vbi nõ determinat.

## De Epiſcopo.

1 *Epiſcopus vnde dictus, qualiter interpretetur, quodnam ſit ipſius officium ac munus. Et an differentia ſit inter epiſcopum & presbyterum: & qualis?*
2 *Epiſcopatus ordo ne ſit,an dignitas? Et num eorum ſtatus religioſorum ſtatu perfectior ſit? numer.ſequen.*
4 *Epiſcopatum expetere,aut oblatum recuſare,an liceat? Et ad hoc ſubnectuntur concluſiones aliquot.*
5 *Epiſcopus in ſui ordinatione & inſtitutione interrogatus,an nouum ſimulq; vetus teſtamentum nouerit, reſpondens, quòd ſic:ſi illa ignoret, an mortaliter peccet?*
6 *Epiſcopalis dignitas,num à ſeruili,aut adſcriptitia conditione liberet? Et iura epiſcopalia,quænam poteſt epiſcopus à ſuis ſubditis ex Canonum diſpoſitione exigere? nume.ſeq.*
8 *Epiſcopalis lex ſecundum iura,quænam, ac quotuplex ſit.*
9 *Epiſcopus quid ſecundum iura aut poſsit, aut non poſsit.*
10 *Epiſcopus quid debeat, & quid non.*
11 *Epiſcopus ad quid iure teneatur.*
12 *Epiſcopus quas incurrere poſsit pœnas.*

1 EPISCOPVS† Græcum nomen eſt, dictum ab epi, quod eſt ſupra, & ſcopos vel ſcopi, quod eſt intendere: quaſi ſuperintendens: quia ſuperintendit laicis & clericis ſibi commiſsis.viij.q.j.qui epiſcopatum.diſt.x.cleros.vbi etiam interpretatur ſpeculator, eò quòd ſubditorum mores & vitã ſpeculatur.& in hoc negligens eſt in peccato mortali:& dicitur canis impudicus.ij.q.j.c.qui nec.cuius officium conſiſtit in confectione chriſmatis, chriſmatione frontis, collatione ordinis,conſecratione eccleſiarum,& altarium:vt de ſenten. excõmunicatio.cap.quia periculoſum.lib.vj.in glo.& ſecundum Sanct.Tho.in iiij.diſtin.xxiij.l.ſolus diſpenſat illa ſacramenta,quæ ponunt ſuſcipientem in aliquo gradu perfectionis ſuper alios:& æqualis eſt Papæ,ſecũdum eundem ibi.diſtinctio.iiij.in collatione ſacramentorum,ſeu quo ad ea,quæ ſunt ordinis epiſcopalis:ideo quilibet poteſt alium conſecrare,ſolus etiam,vt ibi dicit diſtinct.xx.propriè eſt prælatus eccleſiæ:& quaſi ſpõſus eius accipit annulum:cuius etiam conuerſatio debet eſſe,quã Grego.in Paſto.deſcribit dicens, Sit rector cogitatione mundus, actione præcipuus,diſcretus in ſilentio,vtilis in verbo, ſingulis per compaſsionẽ ſocius,præ cunctis contemplatione ſuſpenſus, internorum curam exteriorum occupatione non minuens: exteriorum prouidentia internorum ſolicitudinem nõ relinquens. Et quantum ad appellationem quandoque inter epiſcopum & presbyterum differentia nõ fuit:quia iſti & illi presbyteri & epiſcopi dicebantur:ſemper tamen fuit differentia realis:vnde & in primitiua eccleſia ſoli epiſcopi cõfirmabãt, Act.viij.id eſt,per manuum impoſitionem Spiritum ſanctũ dabant,vt tenet Sanc. Tho.Ray.& Pet.de Pal.quę impoſitio per cõfirmationẽ deſignatur:ideoq; ſoli epiſcopi ſunt,qui apoſtolorum vice confirmant:vt extra de ſac. vnct.cap.vno.§.per frontis. Erant & olim quidã prȩlati,qui coepiſcopi dicebantur,de quibus pertrãſeundũ eſt,quia amoti ſunt.diſ.lxxxviij.§.hi verò & c.ſeq.

2 ¶†Primò verò quæritur, vtrum epiſcopatus ſit ordo vel dignitas? Et dico quòd eſt dignitas:vt patet ex dictis ſuprà Dignitas:eſt etiam ordo ſupra Sacerdotium,ſecundum Sanct. Tho.in iiij.diſtin.vij.& diſtin.xxiiij. non in ordine ad verum, ſed ad myſticum corpus Chriſti, ſuper quod habet aliquem actum & aliquam poteſtatem,quam non habet ſacerdos,ſicut poteſt ordinare,& confirmare,& huiuſmodi.Vnde ſecundum Ioannem Andream in principio ſexti, Papa ſe epiſcopum appellat,licet in eccleſia ſint dignitates epiſcopatu maiores: quia epiſcopatus eſt ordo maximus.

¶†Secundò quæritur, vtrum ſtatum epiſcoporum perfectior ſit ſtatu religioſorum.Et dicit S. Tho.ij.ij.q.clxxxiiij. quòd ſic:quia in omni genere agens præſtantius eſt patiente:in genere autem perfectionis, epiſcopi ſecundum Dio.ſe habent vt perficientes, religioſi verò vt perfecti: quorum vnum ad actionem, reliquum ad paſsionem pertinet. Si tamen ſtatus epiſcopalis agatur perfunctoriè, nihil eſt miſerius aut periculoſius.diſtinct.xl.ante omnia.

¶†Tertiò,vtrum liceat appetere epiſcopatum, aut recuſare oblatum? Et dico quòd ſecundum Augu.xix.de ciuitate Dei & S.Tho.ij.ij.q.clxxxv.& viij.q.j.qui epiſcopatum.& ſi adminiſtretur vt decet,tamen indecenter appetitur.quamobrem, inquit Augu.otium ſanctum quærit charitas veritatis:negotium iuſtum ſuſcipit neceſsitas charitatis: quam ſarcinam ſi nullus imponit,percipiendæ atque intuendę veritati vacandum eſt:ſi autem imponitur,ſuſcipienda eſt propter charitatis neceſsitatem.Iſtam autem quæſtionem diffuſè tractat in Rosa aure.Dominica xvij.poſt Trinita.& ibi habentur hæ concluſiones. ¶Prima.In nullo caſu licet prælationem procurare quacunque populorum neceſsitate vel quocunque fine. ¶Secunda.Licet nunquã liceat prælaturam quærere,tamen neceſsitatis tempore,id eſt,quãdo nõ videt quis vnde cõpetenter de bono paſtore prouideatur:licitũ eſt hanc appetere non abſolutè,ſed à Deo, non vt quis præſit, ſed vt proſit:& iuſtum eſt hoc deſideriũ: vellem quòd me Deus dignum faceret,& faceret vt alijs prodeſſe poſſem:quia velle prodeſſe eſt laudabile,& velle promoueri per Deũ nõ eſt prȩſumptuoſum,cùm ipſe nõ promoueat niſi dignos. ¶Tertia. Tale deſiderium extra caſum neceſsitatis non eſt laudabile nec licitum:quia eſſet minus bonum præferre meliori, cùm ſit melius vacare Deo quàm proximo, vbi non eſt neceſſe vacare proximo. ¶Quarta.Is cui vitia placent in propria perſona, vel eum non diſplicent,nec ea conatur euertere in aliena,nunquam licitè appetit à Deo promoueri,quandiu ſic eſſe deliberat. Eſt autem mortale iudicio meo,appetere ratione deliberata epiſcopatum, & omnem prælaturam ſiue beneficium cum cura,in multis caſibus, de quibus infrà, Superbia. §.vl.& ſpecialiter propter ambitionem vel cupiditatem principaliter,quia eſt ambitio periculoſa,& repugnãs bono communi:tum quia talis neſcit ſe idoneum ad illud adminiſtrandum:cum hoc ſine Dei gratia,quam ſe habere neſcit, facere non poſsit:tum quia bonum commune ordinatur ad particulare,vt populus ſit propter prælatũ,cùm ſit econuerſo.Eſt etiam mortale hoc recuſare, cùm quis probabiliter credit ſe idoneum,vel ſaltem dubitat,& ad ſuſcipiendum adſtringitur præcepto ſuperioris quia in dubijs tenetur ſubditus obedire: vt infrà,Obedientia.& idem videtur ſi nõ adſtringatur præcepto,ſed conſilio,& probabiliter credat quòd per aliũ ȩquè bene prouideri non poteſt: quia eſt contra fraternam charitatem.& facit c.in ſcripturis.viij.q.j.ſed vide ſuprà, Electio. j.§.xx.infrà.Simonia.§.xvj.

5 ¶Quartò † queritur,vtrum peccet mortaliter epiſcopus ignorans in ſua ordinatiõe interrogatus an ſciat nouum & vetus teſtamẽtum, & reſpondens quòd ſic? Et dicit Richar.in quol.iiij.q.xxiij.quod ſic,ſi ita eſt ignarus quòd neſciat in generali mandata Dei,articulos fidei,virtutes,& vitia,& ſacramenta: quia tunc pernicioſè mentitur: non autem ſi ſciat duo teſtamenta quantũ ad ea,ſine quibus officium ſuum cõuenienter exercere non poteſt:licet in alijs ſit indoctus:quia videtur quòd conſuetudo ſic ſolùm velit.

6 ¶Quintò† quæritur,vtrũ epiſcopalis dignitas liberet à conditione ſeruili vel adſcriptitia? Et dico quòd ab vtraq;:imò & ſacerdotalis.diſtin. liiij. ſi ſeruus ſciẽte.&.c.ex antiquis. iuncta glo.& etiam à curiali ſeu officiali,ſecundũ gl.in dicto c.ſi ſeruus.& idem ſecundũ Piſ.& Sum.Ang.licet Supple.ſentiat quòd non,innitendo textui d.c.ſi ſeruus.Sed quantum ad hoc illud c.non tenet ſecundum Piſa. Veruntamẽ nec ſeruus,nec adſcriptitius,nec etiã curialis ordinari debet,niſi ſecundũ diſtinctionẽ quã habes infrà Seruus.ij.per totũ. id eſt,niſi prius à tali conditione ſint abſoluti,& ab alijs irregularitatibus.

7 ¶Sextò † quæritur,quæ ſint epiſcopalia iura, quæ epiſcopus exigere poteſt à clericis & religioſis ſibi ſubiectis ſecundum canones? Et dico quòd declarantur in c.conquerẽte.de offic. ordi.vbi dicitur,In eccleſijs ſeu capellis tuæ diœceſis ad monaſterium ipſum, ſpectantibus habeas canonicam obedientiam,ſubiectionem & reuerentiam,inſtitutionem & deſtitutionem,correctionem,& reformationem ac cẽſurã eccleſiaſticam,iuriſdictionem quoq; ordinariam cauſarum omnium ad forum eccleſiaſticum de iure ſpectantium,pœnitentias,& ſacramentorum omnium, quæ ab epiſcopo recipienda ſunt. &c.de quibus vide plenè Archie.tertia parte.ti.ix.c.v.

8 ¶Septimò † quȩritur,quotuplex,& quæ ſit lex epiſcopalis ſecundũ iura? Et dico quòd duplex,ſcilicet iuriſdictionis,cui ſubijciuntur monaſteria:& diœceſana,cui monaſteria non ſubijciuntur:in quibus conſiſtit totum ius & poteſtas epiſcoporum: & de quibus in c.dilectus.de offic.ordi.vbi gloſſ.dicit iſtam eſſe inter vtranque differentiam. Nam ad legem iuriſdictionis pertinet datio curæ,delictorum coërcitio,ordinatio eccleſiarum,conſecratio earum,altarium,& virginum, & chriſmatis,& generaliter omnium ſacramentorum & ordinum collatio,quæ in dando conſiſtunt:& alia plura, quæ enumerantur in §.præcedenti.c.conquerẽte. vſq; ad verbum ſynodaticum.Ad legem verò diœceſanam ſpectat cõuocare ad ſynodum,ad ſepulturas mortuorũ,cathedraticũ,id eſt,quod ſoluitur in ſignum ſubiectionis,tertia vel quarta mortuariorum, decimationum,hoſpitiorum,& ſimilia,quæ conſiſtunt in recipiendo.Igitur omnia monaſteria ipſo iure exempta ſunt à lege diœceſana.xj. q.j.ca.j. & q.iij. inter cætera. & xviij.q.ij. quàm ſit.& xvj.q.j.placuit.nec cogi poſſunt ad prædicta pertinentia ad illam.d.ca.quàm ſit.à lege verò iuriſdictionis non ſunt exempta, niſi munita ſint ſpeciali priuilegio. de quibus omnibus vide diffuſè Archi.vbi ſuprà. ¶Octauò † quæritur, 9
quid epiſcopus poſsit ſecundum iura,vel non poſsit? Et dico multa. ¶Primum.Secũdum Panor.in c.accedentibus. de exceſ.prȩla.poteſt concedere nõ epiſcopis authoritatem,quam habet,quantum ad ea,quæ ſpectant ad dignitatem epiſcopalem:ſicut cognoſcere de cauſa matrimoniali, iniũgere publicam pœnitentiam,concedere indulgentiam,iudicare de clericis,& huiuſmodi:vt xvj.q.ij.viſis.præter inſignia,vt eſt vſus mitræ ac pontificalium,quæ ſolus papa concedit:ar.c.vt apoſtolicæ.de priuileg.lib.vj.Et etiam quæ ſunt iuriſdictiõis poteſt concedere,quanuis nondum ſit cõſecratus nec ſacerdos. Et idem Ioan.And.& Cal.Quantum ad ea verò,quæ ſpectãt ad ordinem,concedere non poteſt non epiſcopis: vt ordinare,chriſmare,conſecrare,& ſimilia,quę no.in c.quãuis. lxviij. diſt.& in c.aqua.de conſe.eccle.vel al.Vnde credo quòd dare non poſsit authoritatem benedicendi veſtes ſeu paramenta. Eo autem mortuo expirat officium vicarij, ſecundum eundem Panor.in c.j.ne ſe.va.vt no.gl.in cle.ſi.de procu.Et idem videtur de officio prioris cõſtituti ab abbate eo mortuo:ar. ex not.in d.cle.Secus ſi conſtitutus eſſet ab abbate cum capitulo:arg.c.ij.de ſta.regu. ¶Secũdum. Pro perſecutiõe ſui corporis licitè poſſet fugere,ſecundum S.Tho.ij.ij.q.clxxxv.vbi per alium in eius abſentia ſufficiẽter poſſet ſaluti gregis prouideri.Vbi verò ſalus ſubditorum eius præſentiam exigit,fugere non poteſt propter temporale aut corporale damnum: ſed tenetur ſicut bonus paſtor animam ſuam ponere pro ouibus ſuis:& idem j.q.j.ſciſcitaris. ¶Tertium.Poteſt etiam per ſe vel per alium in quolibet loco nõ exempto pro tribunali ſedere,cùm in tota ſua diœceſi iuriſdictionẽ habeat ordinariam.de offic.or.cum epiſcopus.lib.vj.Vtrũ autem poſsit immediatè iudicare de ſubditis ſubditorum ſibi prælatorũ non appellantium ad eum gradatim,ſecundum Hoſt.&Gof.licet ſint opiniones,ſeruanda tamen cuiuſlibet eccleſiæ cõſuetudo eſt,quę iuriſdictionem tribuit. ¶Quartum . Poteſt etiam cogere religioſos mendicantes, vt vadant ad proceſsiones.c. nimis praua.de exceſ.præla.Ex quo tex.dicunt doc.quòd quia prohibetur eis ne ex leui cauſa eos cõpellant ire: ſequitur quòd ex magna & graui poſſunt:puta ex nouo introitu epiſcopi vel legati,aut imminente peſte,aut alio flagello,vel in generalibus litanijs,quæ ſunt tres dies Rogationum. hæc Pan.in c.cum dilectus.de off.or.quæ limita,niſi ſint ſpecialiter priuilegiati. ¶Quintum.Poteſt etiam quȩrere de titulo beneficij ſubditi ſui,ſi non conſenſit in eum:vt voluit Fede.cõſi.xcviij. & idem dic de quocunq; alio cuius intereſt. ¶Sextum. Poteſt etiam vbicunq; celebrare & celebrari facere cum altari portatili:vt in c.finali.de priuilegijs. libro ſexto. & ſimiliter tempore interdicti celebrare poteſt & celebrari facere,& audire diuina vbicunque: vt in dicto c.finali.quod limita vt in c.quod nonnullis. de priuilegijs.ſcilicet excluſis interdictis, ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, & campanis non pulſatis, & ſi ipſe ſpecialiter non ſit interdictus, vel non fuerit cauſa

interdicti. Quomodo autẽ in aliquibus poſsit diſpenſare, habetur ſuprà, Diſpenſatio. §. iiij. & ix. & xj. & in beneficiorum pluralitate ſpecialiter ſuprà, Beneficium iiij. §. viij. Quam autem habeat iuriſdictionẽ, vide extra de offic. ord. per totum. ¶Septimum. Poteſt etiã in ſua diœceſi multa etiã ſine metropolitani cõſilio, ſecundum Ray. vt cõſecrare eccleſias ac virgines, ordinare, erigere altaria in eccleſia cõſecrata: nam in non conſecrata hoc poteſt etiã ſacerdos, chriſma conficere, confirmare, reconciliare ſolẽniter pœnitẽtes, literas commẽdatiuas clericis dare, inter ſubditos iudicare, anathematizare cum ſolẽnitate, de qua xj. quęſt. iij. debẽt. vnã eccleſiam in duas diuidere, & duas in vnã vnire, vnam alteri ſubijcere, & nouas erigere ex cauſa, & non aliter, & requiſito conſenſu eorum quorũ intereſt, & qui forſan ex hoc lædi poſſent, quãdoque etiam eorum conſenſu non obtento. de exceſ. prælat. ſicut. & ibi Panor. extra de eccle. ædi. ad audiẽtiam. ſynodum celebrare, canonem latæ ſentẽtiæ cõdere in ſua diœceſi. Vide Arch. iij. parte, tit. xxj. c. ij. ¶Octauum. Non poteſt autem ſine capituli conſenſu à principio de nouo conſtruere monaſterium, nec eccleſiam cõſtructam ſecularem monaſticis regulis informare, ſecundum Panormita. in cap. apoſtolicæ. de donatio. & ita intelligitur cap. ſi epiſcopus. xij. q. ij. Sed poſtquam hæc ſunt acta cum aſſenſu capituli, poteſt ſolus donationem facere, de qua ſuprà, Eccleſia. iij. §. vlti. etiam de poſſeſsionibus ipſis ſecundum communiter Doct. & non ſolùm reditibus. Sed intellige de donatione inter viuos, nõ de teſtamento, ſecundum Doct. communiter: quia teſtamẽtum porrigitur ad tempus, quo eſt non futurus prælatus, cùm morte confirmetur: & non fit de rebus alienis. Si tamen quinquageſima aut cẽteſima eſſet in graue damnum eccleſiæ, dari non deberet. d. cap. apoſtolicæ. ¶Nonum. Nõ poteſt etiam teſtari de bonis eccleſiæ, niſi vt alij clerici: tamẽ ſecundum Sanct. Tho. ij. ij. q. clxxxv. poteſt habere propriũ, & illud hæredibus teſtari. non poteſt autem cauſam ſpiritualẽ cõmittere laico, aut laico & clerico ſimul: vt ſuprà, Arbiter. §. xix. ¶†Nonò
10 quæritur, quid facere debeat vel non debeat? Et dico multa. ¶Primum. Epiſcopus in ſynodo cõſtituere debet idoneos viros per totam diœceſim, eos iuramẽto adſtringẽs, ad denuntiandum ſibi vel miſſo per eum quicquid perpenderint fieri contra volũtatem Deĩ & Chriſtianitatem, quòd pertineat ad eccleſiaſticam iuriſdictionẽ. xxxv. q. vj. epiſcopus in ſynodo. & tales appellantur teſtes ſynodales. ¶Secũdum. In eccleſijs etiam baptiſmalibus debet ordinare magiſtros, qui doceant pueros in ſtudijs literarũ, artiũq; liberalium aſsiduè, vbi neceſsitas occurrerit. xxxvij. diſt. de quibuſdã. ¶Tertium. Singulis etiam annis debet ſynodum tenere admonendo clericos, conſtitutiones legendo, & laicis prædicando. x. q. j. placuit. & ſimiliter ſingulis annis, ſi poteſt, viſitare oẽs eccleſias, monaſteria, & hoſpitalia ſibi ſubiecta. ¶Quartum. Debet etiam in publico lineis vti, niſi ſit religioſus, ſuper indumentis. de vit. & honeſt. cle. clerici officia. ¶Quintum. Debet etiam, vbi temporalem iuriſdictionem habet, cõſtituere iudicẽ laicũ, qui in cauſa, præcipuè criminali, iuſtitiam faciat: cui & delegare poteſt in ſpeciali ſuper aliquo maleficio vt iuſtitiam faciat ſine irregularitate: dũmodo per ſuã reſponſionẽ nec directè nec indirectè indicet iudici quòd pœnam ſanguinis debet irrogare: ſed ſolùm in genere quòd iuſtitiã faciat: & ſi dubitat, conſulat peritos: aliter eſſet irregularis. de exceſ. præla. ex literis. ſanguinis tamen vindictæ præſens eſſe non debet: vt in dicto c. ex literis. ¶Sextum. Debet etiam ordinandos, ne citò nimis manus imponat, inquirere primò de ætate ad illum ordinem debita, de quo infrà, Aetas. Et ſecũdò, de bonitate vitę: & quo ad hoc quemlibet poteſt admittere, niſi ſit peccator notorius aut vel facto, vel excommunicatus maiori, vel ſuſpenſus, vel interdictus: quia nemo ſalutis ſuæ immemor iudicandus eſt, j. quæſt. vij. ſancimus. ſi etiã eſſet quis illegitimus, ſine diſpenſatione promoueri non poſſet, vel epiſcopi quo ad minores, vel papę quo ad reliquos ordines, niſi ſit religioſus qui diſpẽſatione non indiget ratione religionis, ſecundum Archi. Et tertiò de literatura: quia ordinans diaconum vel ſubdiaconum, qui neſcit officium, peccat mortaliter: & ſimiliter promouens ad curam non habentem ſcientiam neceſſariam, de qua ſuprà, Cõfeſſor. iij. in princ. & de hoc infrà, Ordinãdus. & qualiter tam ipſe quàm ſuus notarius cauere debet à ſimonia. ¶Septimum. In conferendo etiã beneficia debet attẽdere vt conferat dignis: aliter mortaliter peccat, ſecundũ Sanct. Tho. & Alber. in iiij. & facit quod no. lxj. diſtin. in ſacerdotibus. ¶Octauum. Nõ debet autem eccleſiaſtica officia committere propinquis, nec rerum eccleſiaſticarum adminiſtrationem. lxxxix. diſtin. iudicatum eſt. & cap. ſequenti. quod intellige quãdo alij haberi poſſunt æquè idonei, vt ceſſet ſcandalum: aliàs poteſt etiam ſuis committere, ſi ſunt alijs meliores: cùm hoc caſu ceſſet ratio prohibitionis. Sed & œconomus debet eſſe clericus honeſtę vitę: vt probatur eadẽ diſtin. per totum.
11 ¶Decimò † quæritur, ad quæ epiſcopus iure tenetur? Et dico duo. ¶Primum. Executione deuoluta ad epiſcopum propter negligentiã executoris, tenetur ſeruare formam, quam & executores ſeruare tenebantur, ſecũdum Bar. in l. ſi puellam. C. ſi man. ita fu. ali. & facit tex. in cle. j. de ſup. negli. prælat. & quod notat Ioan. Andre. in cap. publicato. de electi. ¶Secundum. Epiſcopus tenetur deputare in eccleſijs cathedralibus & alijs conuentualibus viros idoneos ad prædicandum, & confeſsiones audiendum, & viſitandum, quibus & ꝓuidere debet. de officio ordinarij. c. inter. cætera. vbi dicit Ioã. Andre. quòd quia dicitur, præcipimus. & ſubſequitur, ſi quis autem qui in hoc ſunt negligentes, ſcilicet notabiliter, ſunt in mortali. Hoſtien. autem orat vt Deus miſericorditer agat cum tranſgreſſoribus huius præcepti: hodie tamen, inquit, prouidit paracletus per ordines Prædicatorum & Minorum: licet non omnes capiant verbum iſtud. de priui. cap. nimis. Et intellige de conuentualibus ſecularibus, id eſt, collegiatis: quia monachis non competunt iſta officia ſcilicet ex monachatu, ſecundum Petrum & Abbatem. ¶Tertium. Secundum Sanctum Tho. etiam tenetur ingredi religionem quam vouit. ij. ij. q. clxxxix. & exponere omnia ſua ꝓ honore Dei & ſalute gregis ſui cùm opus fuerit. ibi. q. clxxxiiij. & alere clericos indigentes, quos promouit ad ordines: non autem alios clericos, ſecundum eum. iiij. diſtinct. xxiij.
12 ¶Vndecimò † quæritur quas pœnas epiſcopus de iure incurrat, vel non incurrat? Et dico duo. ¶Primum. Ex nulla conſtitutione epiſcopi cadunt in pœnam ſuſpenſionis vel interdicti, niſi de ipſis in illa fiat mentio ſpecialis: ſimiliter nec eorum ſuperiores. de ſenten. excommuni. quia periculoſum. lib. vj. Et idem dic de ſuſpenſione à beneficio iure poſita: vt in capite, ſi compromiſſarius. §. huiuſmodi. de electio. lib. vj. Secus de excommunicatione: vt not. in dicto capit. quia periculoſum. ¶Secundum. Epiſcopus canones non ſeruans, aut ſeruari non faciens, eſt periurus: vt no. Panor. in cap. ego. de iureiuran. alleg. gl. in cap. ſacerdotes. el j. ij. q. vij. quę dicit quòd à prælato non ſeruãte canones recedi poteſt, ſicut ab excommunicato & præciſo receditur. quod dictum Panor. intelligit verum, quando ex contemptu hoc procedit. Quomodo autem non poſsit reſtituere degradatũ, ſuprà Degradatio. §. vlti. Quomodo autem teneatur ad obſeruantias regulares, ſi eſt religioſus, vide infrà, Monachus. Quomodo etiam ſibi caſus ei reſeruentur, vide ſ. Caſus. §. ij. iij. iiij. & v. Quomodo etiam



etiam poſsit aliquid accipere à clericis, & quando, vide archi. & diffuſiſsimè iij. parte. titul. xxj.

## De Eremitis.


1 *Eremita quis ſit, & quotuplex.*
2 *Eremita an gaudere debeat clericorum priuilegijs.*
3 *Eremita an poſsit ad monachorum prælaturam aſſumi.*
4 *Religioſi quando ad vitam eremiticam tranſire poßint.*


1 EREMITA, †qui & Eremicola, eſt is, qui eremum colit inhabitãdo. Et eſt duplex, quidã ſcilicet colens quidẽ ſeu habitãs eremum, ſeu non ex deſiderio vitæ ſolitariæ: ſed alia cauſa, puta ad aggrediendum vel fugiendum: & hic propriè non dicitur eremita: qa, vt dicitur in c. qui verè. xvj. q. j. eremita dicitur, qui verè & purè ſolitariam vitam eligit. quidam verò colens ex deſiderio colendi. Et iſte eſt duplex: quia quidam eſt colens ex deſiderio colendi, & tamen eſt adſtrictus obedientiæ alicuius approbatæ religionis, qui etiam & ſi ſit eremita propriè, non tamen pręcisè: ſed eſt religioſus ducens vitam eremiticam: alius verò non eſt obedientiæ adſtrictus: & iſte propriè dicitur eremita, ſcilicet is, qui vitam eremiticam eligit ſub ſpiritu libertatis. Vnde dicit Sanct. Thom. in iiij. diſtinctio. xxviij. quòd eremitæ habent ſolenne votum continentiæ, ſed non obedientiæ: licet teneantur epiſcopis obedire ſicut & alij: vt dicitur ij. ij. q. clxxxvj. articu. v. ad iij. imò etiam poſſunt habere proprium ſecundum glo. in dict. cap. qui verè. & eſt text. xix. q. iij. §. econtra.

2 ¶†Primò verò quæritur, vtrum eremitæ gaudeant priuilegio clericali? Et dicit Sum. Ang. ac Roſ. cum Ioan. de Lig. in cle. per literas. de præben. quòd ſicut laici nati ſunt, ita laici perſeuerant ſub Imperatoris iuriſdictione, cùm eis nihil adueniat eos eripiens aut eximens inde. quod eſt duplex, ſcilicet receptio ordinis: vel conuerſio ad aliquam religionem approbatam. de reli. do. cap. ſi. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. de ſenten. excommunica. non dubium. & ſequitur Panor. in cap. nullus. de foro compe. Sed contrarium tenuit glo. in d. cap. qui verè. quod Archid. limitat verum in eremitis, non profugis, ſed qui adſtricti ſunt alicui regulæ vel ſuperiori, ſcilicet religioſo: vel ſaltem hoc priuilegio gaudenti, vt ſuprà Eccleſia j. §. v. dicto vj. & hoc tene: tum quia ſi laicum viuentem in turba dicta adſtrictio facit gaudere priuilegio clericali: quare non vacantem Deo penitus in ſolitudine? tum quia & ipſa Summ. Ang. dicit quòd ſunt de foro eccleſiaſtico, per c. nulla ratione. diſtinc. xciij. & per c. ſi autem. xj. q. iij. priuilegium autem fori tardius acquiritur, & citius ac facilius perditur, quàm perſonale, ſecundum docto. vnde ſi gaudent reali priuilegio ſiue fori, gaudent & perſonali, ſuprà Excommunicatio. vj. §. ij.

3 ¶†Secundò quæritur, vtrum eremitæ vocari poſsint ad prçlaturam monachorum? Et dico quòd ſic per poſtulationem. extra de elect. cum ad monaſterium. & ratio, quia tranſeunt ad vitam ſtrictiorem in hoc quòd monachus abrenũtiat proprijs: non autem eremita. vnde poteſt condere teſtamentum. xix. q. iij. §. ſed illud eſt. quod intellige vbi eremita non eſt religioſus. Vita tamen ſolitaria debitè aſſumpta præeminet ſociali, ſecundum San. Tho. ij. ij. q. clxxxvj. ſicut iam perfectum ei quod ad perfectionem exercetur: ſed ſine præcedenti exercitio eſt periculoſiſsima: niſi diuinitus ſuppleatur.

4 ¶†Tertiò quæritur, vtrum religioſi poſsint vitam eremiticam eligere? Et dico quòd ſic de licentia ſuorum prælatorũ etiã mendicantes: & cellas ſiue habitacula in eremo, ſiue vbi hominum habitatio de propinquo non ſit, capere & mutare, de exceſ. præla. cũ ex eo. lib. vj. prælati tamen nemini debent dare licentiam, niſi iam in ſocietate perfectis, cùm imperfecto ſit periculoſiſsimum habitare ſolitariè: cui & dicitur, væ ſoli, quia cùm ceciderit, non habet ſubleuantem. Vnde Sanc. Tho. vbi ſuprà, dicit quod vita ſocialis neceſſaria eſt ad exercitium perfectionis, quia mutuo ſe inſtruunt verbo, exemplo & correctione, quæ ad perfectionem ducunt: ſolitudo autem competit iam perfectis.

## De Errore.


1 *Error quid ſit, & an conſenſum tollat.*
2 *Error quando intolerabilis dicatur.*


ERROR †conſenſum tollit: & errantes non videtur conſentire. ff. de regulis iuris. l. nihil. & ſi ſit error iuris, excuſat à dolo: & cõſequenter à pœna, quæ debetur propter dolũ. ſi etiam ſit error communis, aliquando facit ius. art. xcv. diſt. ecce ego. quaſi in ſi. & in l. Barbarius. ff. de offi. præto. Dicitur 1
†autem intolerabilis quando continet aliquid, quod in ſuo genere eſt peccatum: vt in c. venerabilis. §. poteſt. de ſent. excom. lib. vj. vel aliquod impoſsibile: vt in glo. in c. per tuas. de ſent. excom. vel ſi ſit cõtra ius aut legem, vel ſi excõmunicet aliquem, quia bonum fecit, puta eleemoſynam. vide dictã gl. 2

## De Euangelio.

EVANGELIVM non ſedendo vel genu flexo audiendum eſt: ſed ſtando, & venerabiliter adorando, ſcilicet capite diſcooperto. de conſec. diſtinct. j. apoſtolica.

## De Sacroſancta Euchariſtia primò in ſe, quantum ad materiam & formam.


1 *Euchariſtia Grecè, quid Latinis ſignificet.*
2 *Euchariſtiæ ſacramenti quæ ſit materia.*
3 *Materia ſacramenti euchariſtiæ quæ ſit.*
4 *Euchariſtiæ materia quæ ſit, dum ad modum potus ſumitur.*
5 *Sacramenti euchariſtiæ ſpeciebus an poßit liquor aliquis licitè miſceri.*
6 *Vino deficiente quo confici poßit liquore.*
7 *Euchariſtiæ ſacramenti quæ ſit forma.*


EVCHARISTIA †Grçcè, Latinè, dicitur bona gratia: ab eu, quod eſt bonum, & charis gratia: ſic dicta ꝙ Chriſtum pleniſsimum gratiæ in ſe cõtineat: vt ſignum verò rememoratiuum paſsionis, qua ſpiritualis agnus Chriſtus oblatus eſt, dicitur ſacrificium vel hoſtia: vt ſignum demonſtratiuũ vnitatis eccleſiæ cui vnitati homines per ipſam aggregantur, dicitur communio vel ſynaxis: prout verò eſt ſignum præfiguratiuum diuinæ fruitionis in patria, continet illud quo nobis ianua cœli aperta eſt, id eſt, ſanguinem Chriſti, & dicitur viaticum. Eſt autem euchariſtia ſacramentum vnum: vt probat Sanctus Thomas in iiij. diſtinctio. viij. in quo tria ſunt, ſcilicet ſpecies viſibilis panis & vini, corpus Chriſti verum & corpus Chriſti myſticum, id eſt, eccleſia vel vnitas eccleſiæ: & ſecundum S. Tho. Vgo. & alios ſanctos, primum eſt ſignum ſecundi & tertij: & dicitur ſacramentum tantùm. Secundum verò eſt res ſacramenti, & ſacramentum, ſeu ſignum ac cauſa reſpectu tertij. Tertium verò eſt res ſecundi & veritas primi. vnde eſt res tantùm: de qua de celebra. miſſ. in cap. cum Marthæ. §. diſtinguendum eſt. [Synaxim.]

2 ¶†Primò verò quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti, inquantum ſumitur per modum cibi, ſeu inquantum continet ex vi ſacramenti corpus Chriſti tantùm? Et dico ſecundum S. Tho. & cõmuniter omnes ſanctos, quòd eſt panis triticeus aqua naturali confectus: tum quia Chriſtus grano frumenti ſe comparauit, Io xij. tum quia in tali creditur ipſe cõfeciſſe: tum quia hoc habet vſus eccleſiæ ab apoſtolis traditus: non tamen diſtinguendo vtrum ſit azymus aut fermẽtatus: quia vterque eſt materia huius ſacramenti: & in vtroque confici poteſt de facto: vt eſt text. de celebra. miſ. literas. & de conſe. diſt. ij. in ſacramento. ſed nõ de iure: quia ſecundũ Sanctum Tho. & alios Theologos conficiendus eſt cum Chri-

ſto in azymis.& hoc eſt rationabilius: vnde peccaret grauiter Latinus conficiẽs in fermẽtato:ſicut & Gręcus in azymo, quaſi agens contra eccleſiæ ſuæ cõſuetudinem.Ex quibus patet ſecundũ omnes,quòd confici poteſt ex pane, in quo cùm tritico ſunt alterius generis grana:niſi tanta ſit additio quòd ſoluatur ſpecies tritici:puta q̃a trahitur in illud aliud genus, vel in ſpeciem mediam ex vtriſq; cõpoſitã.Similiter & ex ſiligine,ſecundũ S.Tho.licet cõtrariũ teneãt aliqui,quos ſequitur Sum.Ang.& Roſ.ſed de hoc in §.ſeq. Et ſimiliter etiã ex pane nondũ corrupto,ſed in via corruptionis exiſtẽte,ſecundum S.Tho.& alios,licet peccaret cõficiens propter irreuerentiã ſacramẽti.Si tamẽ tanta eſſet corruptio quòd ſpecies ſoluta eſſet,quod inde cognoſcitur ſi continuitas ſoluitur,& deſinit ſapor,& color, & alia accidentia panis: inde cõfici nõ poteſt.Non autẽ confici poteſt ſecundũ S.Tho.& cõmuniter doct.ex pane ordei,farris , ſpeltæ, & alterius grani,neque ex paſta tritici:quia iſta ſpecie differunt à pane triticeo:& eadẽ ratione,neque ex pane tritici cõfecto ex aqua roſacea aut endiuiæ vel huiuſmodi:ſed tantũ ex aqua naturali,quia,vt dicit San.Tho.aqua eſt de cõpoſitiõe & ſubſtantia panis. vnde diuerſificatio aquę ſecundũ ſpeciem facit diuerſitatem ſpeciei in materia ſacramẽti.Nec tamẽ eſt ſimile de materia ſanguinis , id eſt vino,cui apponi poſſet aqua artificialis,licet eſſet peccatũ:quia aqua non eſt de ſubſtãtia vini.Non debet etiam confici ex amidò ſecũdum S.Tho.quod ex farina triticea fit: quia videtur amiſiſſe ſpeciẽ farinæ:vel ad corruptionẽ omnino diſpoſitũ:quidã tamẽ,inquit,dicũt quòd ſic coquatur,inde cõfici poteſt,cũ ſit farina triticea.Intellige autẽ in prædictis cùm dicitur nõ poſſe cõfici,de poſſe facti,ita ſcilicet quòd ſi quis conficiat,nõ eſt ibi corpus Chriſti:nõ autẽ de poſſe iuris, quo dicitur nõ poſſe fieri quod fieri nõ licet.¶†Secũdò quæ-
3 ritur,quomodo aliqui differunt in prędictis quæ ſunt ſecũdũ cõmunem opinionẽ Theologorũ? Et dico multa. ¶Primũ. Si aqua fuit roſacea,vel huiuſmodi,tenet Aſtẽ.inde poſſe cõfici:quia aqua in pane non manet, ſicut quæ apponitur vino conuertitur in vinũ.& idẽ Duran.ordi.minorũ.ſed iſtã rationem S.Tho.ſoluit antequã fieret dicẽs nõ eſſe ſimile:quia aqua apponitur vino quod iam erat vinũ,& nõ eſt de ſubſtãtia eius:ſed aqua apponitur pani tanquã pars eius ſubſtãtialis, & materia trãſiens,ſicut & farina:vnde licet nõ maneat, eſt tñ de ſubſtantia eius ſicut & farina:variato autẽ aliquo eorum quæ ſunt de ſubſtantia,variatur ſubſtantia ſiue ſpecies:cũ totum non poſsit eſſe idem,& partes aliæ.¶Secundũ. Quantũ ad ſiliginẽ dicit Richar.quòd inde cõfici nõ poteſt:& hoc,vt dictum eſt ſequitur Sum.Ang.& Roſe.contra S.Tho.Pet.de Pal.& Alber.Sed ratio S.Tho.concludit dicentis iij.q.lxxiiij. arti.iij.ad ſecũdũ,quòd generãs generat ſibi ſimile in ſpecie: licet fiat diſsimilitudo aliqua generãtis ad genitũ,quantũ ad accidẽtia,vel propter materiã,vel propter debilitatẽ virtutis generatiuæ.vnde ſi qua frumenta ex ſemine tritici generari poſſunt:ſicut ex grano ſeminato in malis terris naſcitur ſiligo:ex tali frumento panis cõfectus poteſt eſſe materia huius ſacramenti.hæc ille.Quod autem contra hoc aliqui obijciũt de aceto,quod generatur ex vino,& nõ eſt eiuſdẽ ſpeciei cũ eo,nec inde cõfici poteſt,eſt inſtãtia valde rudis:quia vinũ nõ generat ſeu producit acetũ,ſicut triticũ generat ſiliginẽ : ſed generatur ex vino,nulla exiſtente virtute generatiua in vino. ¶Tertiũ.Quantũ ad ſpeltam,Alber.dicit quòd abſq; dubio frumentũ eſt genus,& nõ ſpecies grani,habens ſub ſe triticũ & ſpeltã:vnde & de ſpelta cõfici poteſt ſicut de tritico, quod nulli dubiũ eſt conſideranti granũ cũ grano & panẽ cũ pane: vnde parum diſtant in ſapore, colore,& forma. Pet.autem de Pal.dicit cum Alber. poſſe confici ex ſpelta: addẽs quòd etiã ex farre:non quia triticũ ſit genus ad iſta,ſed quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum eo:quia cõpertũ eſt in eadẽ terra triticũ aliquando far,aliquando ſpeltam,aliquando triticũ generaſſe.Sed S. Tho.in iij.parte vbi ſuprà,implicitè,in iiij. autem diſt.xj.q.ij. arti.ij.q.j.ad tertiũ,explicitè negat ex tritico aliquando naſci ſpeltam vel ordeum aut far,quod inter omnia grana eſt ſimilius tritico,& ſimilitudo coloris,figuræ,& accidẽtium in huiuſmodi eſt ſignum propinquitatis, & non identitatis ſpecificæ.¶†Tertiò quæritur,quæ ſit materia huius ſacramenti, 4
inquantũ ſumitur per modũ potus,ſiue inquantũ ex vi ſacramenti cõtinet ſanguinem Chriſti? Et dico quòd ſecundũ San. Tho.& Pet.eſt vinũ vitis:quia in eo Chriſtus cõfecit : & propriè dicitur vinũ,& cõmunius ſumitur in potũ:& aqua naturalis miſcenda inſtante oblatione in tam parua quantitate vt in vinũ cõuerti poſsit:& hoc nõ propter neceſsitatẽ ſacramẽti,quia etiã ſine aqua cõficeretur verũ ſacramentũ,licet peccaret ſacerdos:ſed hoc ſit ad ſignificandam vnionẽ populi ad Chriſtũ.aquæ enim multæ populi multi ſunt.Apoca.xvij.& quia Chriſtus creditur aquam vino miſcuiſſe. ¶Ex his quantum ad vinũ patet quòd cõfici poteſt ex muſto,ſecundũ San. Tho.& Pet.quia habet cõpletã ſpeciẽ vini,vt dulcedo teſtat: quod tamẽ nõ eſt faciendũ,ſi ſit multũ recẽs propter impuritatẽ.quod limita ſecundũ S.Tho.niſi neceſsitas vrgeat,quę ſcilicet irreuerentiã excuſat. limita etiam ſecundũ eundem, ſi miſtũ ſit expreſſum de vna:quia ſcilicet aliter non eſt ſub ſpecie potabili.arg.de conſe.diſt.ij.c.didicimus.& c.ſequenti. Non poteſt verò confici,ſecundũ oẽs Theologos, ex aceto: licet oppoſitum teneat Inn.de offic.miſſæ.& malè:quia iam non eſt vinum,vt etiam per philoſophũ patet viij.Metaphy. Si autem vinũ ſit quaſi in via aceſcendi,ſecundũ S.Tho.idem eſt iudicium,ſicut de pane,qui eſt in via corruptionis:quomodo Richar.in iiij.exponit dictum Inn . & idem eſt ſecundum Albert.ſi vinum ſit in via putreſcendi.Nec ſimiliter ex vappa ſeu aquarello,ſecũdum Albert.quia non eſt vinum:ſed aqua fuſa ſuper acinos vuarum habẽs aliquantulum vini acumen. Nec ſimiliter ex agreſta,ſecundũ San.Tho.& alios,quia adhuc non habet ſpeciem vini,ſed eſt in via generationis: ſi tamen,vt dicit Alber.cum ſapore vinoſo eſt ſapor aromaticus vel ſtipticus aut ponticus,vel ſapor acer ex minus perfecta digeſtiõe,ſecus eſt:quia ſtat ſpecies vini.Nec ex aqua expreſſa de panno intincto vino rubeo:quia ibi non eſt vinum: ſed aqua rubea aut vinata:vnde hoc damnatur,de conſecra.diſtinctione ii.cum omne.¶Quantum verò ad aquam patet primò quòd apponi nõ debet aqua roſacea,vel alia artificialis, ſecundum omnes:ſed ſola naturalis.de celebratione miſſa.c. in quadam.nec de aqua naturali tantum debet apponi quòd ſe conuertat in ſe vinum : vt quando eſt maioris virtutis : aut quòd tam aqua, quàm vinum tranſeat in tertium miſtum ex vtroque : vt quando eſt æqualis virtutis.& de hoc infrà §. ſequenti. Et ſecundò quòd non ſufficit aquam appoſitam fuiſſe in dolio,ſecundum Sanctum Thomam:quia non ſignificaret aliquid:ſed apponi debet imminente celebratione, ſeu quando ſacra myſteria inchoantur: & debet apponi in calicis.de celebratione miſſar.literas.& de cõſecratione,diſtin.ij.c.j.& cap.cum omne crimẽ.& quare vide ibi.Et tertiò quòd ſi aqua omittatur:nihilo minus verè conficitur.de conſec.diſtin.ij.ſcriptura.ſed peccat mortaliter, qui hoc ſciens facit.argu.cap.literas.de celeb.miſ.& ſimiliter ſecundũ Alex. qui ex negligentia:quia nulla eſt adhibita diligẽtia: venialiter autem qui ex negligentia ſemiplenæ diligẽtię ſecundum mentẽ San.Bona.in iiij.diſt.xj. Et quartò quòd ſi apponatur aqua artificialis tã modica quòd vertatur in vinũ:licet ſit peccatũ mortale eo modo quo dictũ eſt,tamẽ cõficitur verè ſacramentũ:quia ſtat ſubſtantia vini,quę ſola eſt de neceſsitate.

¶Quartò † quæritur , vtrũ poſsit aliquis liquor miſceri ſpe-
5 ciebus vini in Euchariſtia? Et dicit Sanct.Tho.in iiij.parte. q. lxxvij.ar.viij.ſic:Species in hoc ſacramẽto permanẽtes ſicut adipiſcuntur virtute conſecrationes modum eſſendi ſubſtantiæ:ita etiam adipiſcũtur modũ agendi & patiẽdi: vt ſcilicet agere & pati poſsint,quicquid ageret vel pateretur ſubſtãtia. Sed ſi ſubſtãtia ibi eſſet,poſſet alius liquor permiſceri. Ergo & illis ſpeciebus.Huiuſmodi tamen permiſtiõis duplex eſſet effectus,ſcilicet ſecundũ formam liquoris, & ſecundũ quantitatem.Si enim permiſceretur aliquis liquor in tãta quantitate quòd poſſet diffundi per totum vinũ,totũ fieret permiſtum:quod autem eſt permiſtũ ex duobus,neutrum miſtibilium eſt,ſed vterque trãſit in quoddam tertiũ ex his cõpoſitum:vnde ſequeretur quòd vinũ prius exiſtẽs nõ remaneret, ſi liquor permiſtus eſſet alterius ſpeciei . Si autẽ eſſet eiuſdẽ ſpeciei liquor adiũctus,puta ſi vinum permiſceretur vino,remaneret quidẽ eadem ſpecies,ſed non remaneret idẽ numero vinũ:quod declarat diuerſitas accidentiũ,puta ſi vnum vinum eſſet albũ & aliud rubeũ.Si verò liquor adiunctus eſſet tam paruæ quãtitatis quòd nõ poſſet diffundi per totũ,nõ fieret totum vinum permiſtũ,ſed aliqua pars eius:quę quidem non remaneret eadem numero propter miſtionẽ extraneæ materiæ,remaneret tamen eadẽ ſpecie:nõ ſolùm ſi paruus liquor permiſtus eſſet eiuſdẽ ſpeciei,ſed etiã ſi eſſet alterius ſpeciei quia gutta aquæ multo vino permiſta tranſit in ſpeciem vini,vt dicitur primo de Generatio. Manifeſtum eſt autẽ quòd corpus & ſanguis Chriſti remanent in hoc ſacramento,quandiu illæ ſpecies manent eædem.cõſecratur enim hic panis & hoc vinum.Vnde ſi fiat tanta permiſtio liquoris cuiuſcũque, quòd pertingat ad totum vinum conſecratum,& fiat permiſtio,erit aliud numero,& non remanebit ibi ſanguis Chriſti. Si verò fiat tam parua alicuius liquoris additio,quòd non poſsit diffundi per totum,ſed vſque ad aliquam partem ſpecierum:deſinet eſſe ſanguis Chriſti ſub illa parte vini conſecratum:remanebit tamẽ ſub alia.Hęc ille.Et ſimile dicit in iiij.
6 diſt.xj.q.j.art.ij.q.vj.¶Quintò † quæritur, quid faciendum in partibus,in quibus vinum non habetur & Alb.dubitatiuè dicit quòd videtur papa conſulendus,cùm propter intolerabile damnum animarum quod incurritur ex ſacramenti defectu,diſpenſandũ videretur,vt corpus Chriſti abſque vino conficeretur:quia corpus non eſt ſine ſanguine. quod dictum ſequens Sum.Angel.ſuo more in determinãdo audax, dicit papam in hoc poſſe diſpenſare.Sed hoc eſt falſum:quia ea quæ ſunt de ſubſtantia ſeu integritate ſacramentorum papa mutare non poteſt,ſecundum ſanct.Tho.iij.quæſt.lxiiij.& alios Theologos communiter:huiuſmodi autẽ eſt cõſecratio ſanguinis,ſine aqua,vt idem dicit,ſacramẽtum nõ eſt integrum, ſed immane ſacrilegium.Vnde & cõſilium Toletanum vij. quæſt.j.in cap.nihil.contra tales excommunicationis ſententiam tulit. quod non feciſſet, ſi non eſſet de ſe mortale.Nec obſtat quod corpus ſine ſanguine à fidelibus ſumitur : quia hoc ſacramentum non conſiſtit in vſu fidelium:ſed in conſecratione materiæ,ſecũdum ſanct.Tho.iij.quæſt.lxxiij.in iij. & iiij.diſt.viij.Vnde ſecundum ipſum dicendum eſt quòd nõ eſt aliqua terra,ad quam non poſsit tantùm portari de vino, quantum ſufficeret ad celebrandum.¶†Sextò quæritur,quãtum ad formam Euchariſtiæ,quid ſentiendum ſit ? Et dico multa. ¶Primum.Forma conſecrationis potus & ſimiliter formæ aliorum ſacramentorum,ſecundũ ſanct.Tho.nõ ſunt ab Euangeliſtis ex intẽtione traditæ: ſed eas eccleſia habuit ex traditiõe Apoſtolorum:& ſucceſsiuè ad poſteros tranſmiſit.& quãtum ad panem,ſecundũ omnes,eſt hæc,ſcilicet,hoc eſt enim corpus meum.ita tamen quòd ly enim,non eſt de ſubſtantia formæ ſecundũ San. Tho. & Sco.& cõiter Doct. licet peccaret illud omittẽs ex negligẽtia vel cõtemptu:quia eſt de conſuetudine eccleſiæ Romanæ data à beato Petro apoſtolo.¶Secundũ.Secundũ Albe.in lib.de miſſa.formæ panis ac vini mutari aut truncari nõ debẽt,aliter non cõficeretur,etiam ſi viderentur habere eundem ſenſum: ſi tamẽ aliquid addatur nec ſignificationẽ mutans , nec inducẽs errorem,nihilo minus ſit conſecratio:vt,hoc eſt corpus meũ dilectum.licet valde eſſet increpandus iſte ſacerdos.Vide tamen ſuprà Baptiſmus.j.¶Tertiũ.Si ſacerdos ſolùm prædicta verba ſuper pane proferret,ſecũdum Sco.in iiij.diſtin.viij.quem Sum.Ang.ſequitur contra Roſ. non conſecraret:quia dicendo,hoc eſt corpus meũ:non refertur ad corpus Chriſti: vnde licet non ſint alia verba de ſubſtãtia formæ quàm prædicta, tamen neceſſariò requiritur vt aliqua proferãtur,quibus forma illa determinetur ad corpus Chriſti:ſed ſecundũ Sanctũ Tho.conſecraret ſi hoc intẽderet:& ipſa intentio facit vt illa verba intelligantur dicta ex perſona Chriſti & limitentur ad eius corpus.Et hoc eſt verius: quia ſi illa determinatio fieret per verba præcedentia,vt illi dicunt,& non per intẽtionem, ſacerdos non intendẽns conſecrare,cõſecraret : quod eſt abſurdum.idem de vino.¶Quartum. Circa formam conſecrationis vini Scotus in diſt.viij.quarti,dicit virtualiter quòd nõ eſt certa forma præciſa:quod contra , quia pari ratione vel à fortiori nõ eſſent certæ formæ aliorũ ſacramentorum:item contra,quia in miſſali Romano & Ambroſiano vbiq; literis maiuſculis vel aureis ponitur forma præciſa, vt docet experientia.& de Ambro.olim teſtatus eſt Pet.de Pal. ſanctus autem Bona.in ead.diſtin.dicit quòd conſiſtit ſolùm in iſtis verbis,hic eſt enim calix ſanguinis mei: cætera autem , quæ ſequuntur,non ſunt de ſubſtantia:ſed pertinent ad oſtendendum effectum,vt ibi,noui & æterni &c.vel vſum,vt ibi, accipite.vel ornatum.quod contra eſt communis vſus eccleſiæ, ſecundũ quem forma eſt hæc ſcilicet, Hic eſt enĩ calix ſanguinis mei,noui & æter.te.my.fidei,qui pro vobis & pro multis.effun.in re.peccatorũ:vt patet ex dictis miſſalibus.Quod etiam confirmatur ſecundũ Sanct.Tho.& communem ſcholam:quia cætera,quæ ſequuntur ly mei,cùm ſint determinatio prædicati,pertinent ad illam vnam orationem,& conſequenter ad illam vnam formam.Quantum autem ad prolationẽ harũ formarũ:vide ſuprà Baptiſmus j.Quantum verò ad conuerſionẽ prædictæ materiæ in corpus & ſanguinem Chriſti & quomodo in hoc ſacramẽto ſit veraciter corpus & ſanguis Chriſti,multa ſubtiliter dicuntur à doctoribus, quæ Theologicæ potius,quàm præſentis ſunt ſpeculationis.

## Rurſus de Euchariſtia ſecũdò,quãtum ad miniſtrum & defectus, qui accidere poſſunt in miſſa.

1 *Miniſter ſacramenti euchariſtiæ quotuplex.*
2 *Sacerdos ſolus an poſsit corpus Domini conſecrare.*
3 *Sacerdos quilibet num poſsit euchariſtiam conficere.*
4 *Sacerdotes plures, num poſsint ſimul eandem hoſtiã cõſecrare? Et an ſacerdos quantamcunque materiã conſecrare queat. Et ad corpus Chriſti conficiendum, quid in miniſtro requiratur? numero ſequenti.*
6 *Intentio in ſacramentis quotuplex eſſe debeat?*
7 *Sacerdos,an vnam hoſtiæ partem ſine alia, ſtante cõtinuitate conſecrare poſsit? Et quid ſi ſacerdos vndecim hoſtias ante ſe habeat,decem duntaxat cõſecrare intendens, an nihilo ſecius ipſas prorſus vndecim vna confectione conſecret? Et quid de vini guttis in calicis pede exiſtentibus? numero ſequenti.*

9 *Sacerdos incœpta miſſa,ſi quod in ſe impedimentum, quo,ſal-*
*ua religione ac conſcientia,in ſacramento pergere non poßit,*
*recognoſcat:quid facere debeat? Et in hoc doctorum ſententiæ*
*variæ. Et quid in hoc ꝓpoſito neceßitatis nomine cõtineatur?*
10 *Cõfeſſus ſemel in anno cũ cõtritione,an celebrare poßit? Et an*
*ſine confeßione Paſchatis tẽpore, quis communicare queat? Et*
*quid de excõmunicato & irregulari,nũ diuina inchoare poſ-*
*ſint:circa qđ adducũtur multa,& ſimul Ang.Sũma refellitur.*
11 *Simulatio in ſacramento Euchariſtiæ in omni caſu ſumopere*
*deuitanda:quoniam falſa remedia abijcienda ſunt, quæ veris*
*periculis grauiora ſunt.*
12 *Sacerdoti in miſſa deficienti, quid faciendum ſit? Et quis tum*
*ſupplendi modus? Et qualiter hoc ipſum fieri poßit, vt aſtan-*
*tium ſcandalum euitetur.*
13 *Sacerdoti ſi quid præter intentionem in miſſa, vel extra quip-*
*piam ab extrinſeco circa materiam aut ſpecies Euchariſtiæ*
*accidat, quid agendum ſit, concluſionibus octo expedit.*
14 *Sacerdos ſi deprehendat inter celebrandum defectum eſſe in Eu*
*chariſtiæ materia, quid efficere debeat? vſque ad finem cap.*
15 *Sacerdotem, cùm ad Canonẽ celebrando peruenerit, quid facere*
*oporteat? Et ibidem variè Summa Ang. errare coarguitur.*
*Sed fortaßis arguè nimium, nec citra inuidiam.*

1 EVCHARISTIA† ſecundò quantum ad miniſtrum,
vt innoteſcat, ſciendum quòd eſt duplex: vnus ſcilicet ad
conficiendum & diſpenſandum ſimul, vt ſacerdos: ad diſpen-
ſandum ſolùm, vt diaconus, ſicut ſuprà dictum eſt, qui & pro-
2 priè diſpenſator, & non miniſter dicitur. ¶ Primò† verò quæ-
ritur, vtrum ſolus ſacerdos ſeu presbyter poſsit conſecrare
corpus & ſanguinem domini? Et dico quòd ſic. xxv. di. perle-
ctis. de ſum. tri. & fide cat. firmiter. §. vna. & hoc ſequuntur
omnes Theologi in iiij. di. xiij. Si qs aũt credat ſe ſacerdotẽ
eſſe, cùm non ſit, & celebret, ſecundum gl. in c. apoſtolicam.
de presbyter. non bap. in veritate nõ conficit. & ita etiã ſentit
S. Th. licet credatur ſupplere ſummus ſacerdos, quantum ad
effectus vltimos ſacramentorum: quia ſcilicet recipiens pa-
nem à tali ſacerdote loco corporis Chriſti ęquè ſaginatur in
ſpiritu, ac ſi verum corpus Chriſti ſuſcepiſſet. Oppoſitum ta-
3 men ſentit Sum. Ang. vt ſuprà Baptiſ. vj. §. iij. ¶ Secũdò† quæ-
ritur, vtrum quilibet ſacerdos poſsit hoc ſacramentum con-
ficere? Et dico quòd ſic de facto, quantuncunq; nefarius ſit,
etiam hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, & degrada-
tus, ſecundũ S. Th. in iiij. diſt. xiij. quia character, ſuper quem
fundat̃ conficiendi poteſtas, eſt indelebilis: de iure tamen ſe-
cundum Rich. ea. di. conficere non poteſt irregularis, nec ſu-
ſpenſus ab executione eorum quæ ſunt ordinis, nec ſimonia-
cus, ſchiſmaticus, excommunicatus, aut degradatus, ſiue depo
ſitus, aut qlibet publicus & notorius peccator. De corpore vi-
4 tiatis, vide ſuprà ſuo loco. ¶ Tertiò† quæritur, vtrum plures
*Sum.* ſacerdotes poſsint ſimul eandem hoſtiam conſecrare? Et di-
*Ang.* cit Sum. Ang. cum Supplemento quòd non: contra Roſ. quia
*Car-* qui prius verba protulit, ille conſecrauit, & alij nihil faciunt
*pit.* Sed contra: primò quia eadem ratione plures nõ poſſent ſi-
mul vnum baptizare. quod ipſe negat. Secundò, quia poſſunt
ſimul verba proferre: & tunc, vt arguit Albert. qua ratione
conſecrat vnus, & alij, ſi intendunt: ſi autem non ſimul profe
rant, ſecundum Inn. de offi. miſſę, intentio omnium ferri de-
bet ad illud inſtans in quo epiſcopus profert, ſiue prius ſiue
poſterius proferant. Vnde Inn. & Pe. de Pa. & S. Tho. tenent
quòd poſſunt: quia eccleſia Romana hanc habet conſuetudi
nem vt cardinales papæ, & ordinati epiſcopo ordinanti cele-
brãti cõcelebrent: vt repręſentent apoſtolos Chriſto cœnã-
ti concœnantes: eccleſia autem Spiritu ſancto regitur. Quòd
autem ita eccleſia Romana cõſueuerit, credendum eſt Inn.
qui fuit pontifex ſummus: & Sanct. Tho. qui fuit doctor Ita-
licus, & Campanus, & Romę conuerſatus. ¶ Quartò† quæ-
ritur, vtrum ſacerdos conſecrare poſsit quantamcunq; mate-
riam? Et dicit Ale. in iiij. trac. de euchariſtia, quẽ ſcilicet Sum.
Ang. cum Suppl. contra Roſ. ſequitur, ꝙ nõ: ſed ſolùm quã-
titatem illã, quæ rationabiliter ſumi poteſt à fidelibus: quia in-
tentio Chriſti & eccleſiæ eſt vt ſumatur. vnde nõ conficeret
qui intenderet conſecrare totum panẽ qui eſt in foro, non ex
defectu virtutis verborum, quæ vna vice conficere poſſet tot
hoſtias quot mũdo toti ſufficerẽt, ſi eſſet neceſsitas eccleſię:
ſed propter defectum intentionis eius qui hoc ſacramentum
inſtituit: qui non intendit quòd in ludibrio vel ſtultitia ſiat
conſecratio: & ſic patet quòd multò minus cõſecrat, qui cõ-
ficit ad irriſionẽ, veneficia, & huiuſmodi. Et licet, inquit Sum.
Ang. San. Tho. in iiij. diſt. xj. teneat quòd conficit, non curet.
Et idem ſenſit Suppl. malè limitãs dicta Sancti Tho. ad diſtĩ
ſenſum. Sed iſta irrationabiliter & periculoſè dicũtur: quia
ad conficiendum requiritur quòd miniſter non ſolùm inten-
dat cõſecrare: ſed etiã eo fine quo Chriſtus inſtituit: ſequitur
quòd non conſecrabit is, cui in miſſa ſubrepit inanis gloria
vel cupiditas: & conſequẽter, quantũ in ſe eſt, idololatrare fa
cit. Et ideo ad quæſtionẽ ex S. Tho. iij. q. lxxxiiij. ar. ij. & iiij.
di. xj. q. ij. ar. j. q. iij. ſic reſpondet̃. Quidã dicunt virtutẽ nõ eſ-
ſe datam miniſtro & verbis ad conſecrandũ panẽ ſub qua-
cunq; quantitate, puta totũ panẽ fori, aut vinũ dolij: ſed ſub
tanta, quãta ſufficere põt ad vſum fideliũ: quia ſic cõforma-
bitur intẽtio cõſecrantis intentiõi eccleſiæ. Sed hoc verũ nõ
videtur. Oportet enim hic quãtitatem materiæ determinari
per cõparationẽ ad vſum fideliũ, qui eſt finis huius ſacramen
ti: cũ in omnibus materialibus ratio determinatiõis materiæ
ſumatur ex ordine ad finẽ. Non autẽ poteſt determinari per
cõparationẽ ad vſum fideliũ, qui nũc occurrit: alioquin ſacer
dos in deſerto vel habens paucos parochianos cõſecrare non
poſſet tot hoſtias, quot is qui parochianos habet multos: ſed
ad vſum qui occurrere põt, ſeu ad vſum fideliũ abſolutè, quo
rũ ſcilicet numerus eſt indeterminatus. Vñ dici nõ poteſt ꝙ
quãtitas materiæ huius ſacramẽti ſit determinata: præcipuè,
cùm vnus hoc ſumere poſsit in magna & in parua quantita-
te. Cũ† aũt poteſtas miniſtrorũ eccleſię ordinet̃ ad effectum 6
propriũ & ad finẽ effectus: in ſacramentis duplex eſt intẽtio.
prima ſcilicet ordinata ad perfectionẽ ſacramenti: & ſcđa or
dinata ad finẽ ſacramẽti: quarũ prima eſt eſſentialis ſacramẽ
to: vñ ea prætermiſſa nõ eſt ſacramentũ: ſecunda verò illud
cõſequitur: vñ ea poſita vel remota, nihilo minus perficitur.
ſicut ſi quis intendat baptizare ad lucrũ, eſt verũ ſacramẽtũ
quia cõfirmatur intẽtioni eccleſię quantũ ad primã intẽtio-
nem, licet nõ quãtũ ad ſecũdã: & ſimiliter hic, ſi quis intẽdat
cõſecrare ad vſum in veneficijs, aut magnã quantitatẽ panis
aut vini ad irriſionẽ. Non tamẽ dico quòd poſſet ſimul cõſe
crare totũ panẽ ciuitatis aut fori: quia ipſa forma pronomine
demõſtratiuo vtens, oſtendit ꝙ materia cõſecrãda debet eſ-
ſe corã ſacerdote: vnde exiſtẽs in domo cõſecrare nõ poſſet
panẽ in altari, nec totũ eum qui eſt in foro, nec totũ vinum
qđ eſt in cellario: ſed quantacũq; ſit quantitas panis, qui corã
illo proponitur, credo quòd conſecrari poſsit ab ipſo. hæc ex
illo. Sed qđ dixit de toto pane fori, aut vino cellarij, intellige
ſi ſit ibi diuiſio in plura: ſecus ſi eſſet vnus aceruus, aut vnum
doliũ tñ: quia verè diceret̃, hoc eſt, vel hic eſt, &c. ¶ Quintò
† quærit̃, vtrũ ſacerdos cõſecrare poſsit vnã partẽ hoſtiæ ſi
ne alia ſtãte cõtinuitate? Et dicit Io. de Neap. in quol. & Ric.
in iiij. diſt. x. ꝙ ſic, ſi intẽdat cõſecrare vnã determinatẽ puta
medietatẽ quæ eſt à dextris: quia verba nõ operant̃ niſi ſuper
materia intenta: ſecus ſi vnã indeterminatè: quia reales ope-
rationes nõ ſunt circa ſingularia vaga: vnde nulla eſſet pars
conſecrata. Non requiritur autem ſecundũ Petrum de Pal.
quòd fiat determinatio tactu, viſu, aut ſenſu, vel imaginatio-
ne: ſed ſufficit ſi fiat intellectu: qui ſcilicet apprehendit indi-
uiſibilem lineam partes diuidentem. ¶ Sextò† quæritur, quid
8 de ſacerdote habente coram ſe hoſtias vndecim, intendens
conſecrare ſolùm decem ex illis? Et dicit Duran. quòd effe-
ctus conſecrationis ſequitur intẽtionem conſecrantis, & non
eius opinionem. Igitur ſi numerus ſit quidẽ in eius opinione,
ſed intentio ſit conſecrandi totũ quod eſt ante ſe, omnes ſunt
conſecratæ. Si verò numerus ſit in intẽtione, ita ſcilicet quòd
intendit conſecrare decem præciſè: ſubdiſtingue: quia aut
ſcit verum numerum: & ſic ſunt conſecratæ decem tantùm,
quas determinat: aut nulla, ſi non determinat quas decem.
Aut illum ignorat: & eodem modo diſtinguẽdum an deter-
minet quas decem conſecrare intendit, aut non. Et concor-
dat Ioan. de Neapoli, & Richard. Poteſt autem determina-
re decem, & ignorare vndecimam: vel quia vna latet, & re-
liquæ ſunt viſæ & intentæ: vel quia alius vnam appoſuit: vel
quia ibi erat, & neſciuit. Si autem ipſe vnã plus poſuit quàm
crediderit, vel alius poſuit vndecim cùm ipſe iuſſerit poni
decem, & non intendit conſecrare niſi decem tantùm, non
eſt determinata eius intentio: & ſic nulla eſt conſecrata. Ex
quibus patet, ſicut etiam dicit Alber. in libr. de miſſa, quòd ſi
remanent ex obliuione in altari, aut guttæ vini in pede cali-
cis, & ſacerdos conficiat, non conſecrantur: quia de his non
erat intentio. Patet etiam quòd ſi ſacerdos aſſumat multas
hoſtias conſecrandas, de quibus in actu conſecrationis non
aduertit, quòd ſunt nihilo minus conſecratæ: quia ſufficit in-
tentio virtualis, ſecundum Sanctum Tho. & alios Theolo-
9 gos communiter. ¶ Septimò† quæritur, quid faciet ſacerdos
quãdo cœpta miſſa aliquod impedimentũ recognoſcit in ſe?
Et dico quòd ſi quis in miſſa recordatur ſe eſſe excommuni-
catum, vel ſuſpenſum, vel non ieiunum, aut non confeſſum,
mortale aliquod, ſecundum Alb. & S. Tho. iij. quæſt. lxxxiij.
art. v. & iiij. diſtinct. xiij. in lite. & Petrus de Pal. ſi recordatur
horum poſt conſecrationem incœptam, proſequi debet: quia
vbi difficultas occurrit, ſemper accipiendum eſt quod minus
habet de periculo. arg. diſtinct. xiij. nerui. eſt autem maximè
periculoſum quod eſt cõtra perfectionem huius ſacramenti:
quia eſt immane ſacrilegium: minus autem quod pertinet
ad qualitatem ſumentis: debet tamen dolere & proponere
vt expedit: & per inuiſibilem põtificem abſoluitur quantum
ad actum illum, ſecundum Sanct. Thom. & conſequenter ſi
erat excommunicatus, non efficitur irregularis: quod etiam
tenet Sum. Angel. cõtra Roſ. Et idem dico de irregularitate.
Si verò alicuius horum recordatur ante conſecrationem: ſi-
quidem illud eſt ſolùm peccatum non confeſſum, proſequi
debet miſſam inchoatam, etiam ſi ſine ſcãdalo poſſet dimit-
tere, ſecundum Pet. de Pal. & concordat S. Thom. & ſufficit
contritio. Si tamen cõmodè & ſine aſtantiũ nota ante ſecre-
ta poſſet habere confeſſorẽ: vt communiter accidit quando
ipſa miſſa cãtatur: credit Arch. quòd debet quęrere. imò cre-
do illum teneri: cùm idem ſit quo ad hoc ac ſi miſſam nõ in-
choaſſet. ſi verò hoc ſit quia eſt excõmunicatus, vel non ieiu-
nus: S. Bonauẽ. quẽ ſequitur Sum. Ang. dicit quòd poteſt in-
choatam miſſam perficere cum cõtritione. Pet. verò de Pal.
dicit quòd omnino dimittere debet, niſi ſcãdalũ immineret:
imò inſtante ſcãdalo magis videt̃ declinare ad hoc vt dimit-
tat. Sed opi. S. Th. media inter iſtas eſt verior, quòd tutius eſt
miſſam inchoatã dimittere, niſi graue ſcãdalum immineret:
quia iſta impediunt ex iure poſitiuo, quod eſt in pectore pa-
pæ: quem nõ eſt veriſimile velle incidere in ſcandalum eum
qui inſcius cũ talibus vinculis miſſam inchoauit. Si verò hoc
ſit, quia eſt irregularis, ſecundũ S. Bona. proſequi poteſt cum
contritione. ſed ego dico vt de excommunicato. Si verò hoc
ſit, quia incœpta miſſa habet conſcientiã quòd non ſit ſacer-
dos, dicit Sanct. Bona. quòd ante cõſecrationẽ debet miſſam
dimittere fingendo infirmitatem, aut conſcientiã deponere.
¶ Si verò quis alicuius horum recordatur ante inchoatam
miſſam quantum ad peccatum non confeſſum, ſecundum S.
Tho. in iiij. diſt. xvij. ſi quidem habet copiam confeſſoris te-
netur confiteri: ſi verò eã nõ habet, licet ei celebrare vrgen-
te neceſsitate: & hæc neceſsitas ſecundũ Petr. & Alb. eſt, vt ſi
timetur ſcandalũ populi, vel ſi iam incœpit ſacra myſteria,
vel ſi infirmus amiſit loquelã, & eſt in propoſito confitendi.
Ego autẽ puto quòd hic ſub nomine neceſsitatis, intelligat̃
omne excuſans ab irreuerẽtia ſacramenti: vt ſi eſt obligatus
ad celebrandũ: vel ſi nõ celebrãdo generaret ſibi infamiam
vel admirationẽ: vel ſi nuꝑ deceſsit anima indigẽs ſacrificio
probabiliter: aut ſi imminet ſolemnitas magna, in qua valdę
vtile ſit, animæ celebrare: aut ſi tãtus ſit feruor in eo qui pec
cauit, ꝙ inde ex ſacrificio ſperet magnũ iuuamen cõtra pec-
catum, & huiuſmodi: quia in talibus poteſt eſſe reuerẽtia ma
ior in aliquo nõ confeſſo, quàm aliàs plerunq; in multis con-
feſsis: tota autẽ ratio abligationis ad cõfeſsionem hic eſt re-
uerentia ſacramẽti, quæ naturali iure debetur, & nõ aliquod
præceptũ canonis: licet multæ de hoc ſint glo. Vnde† & qui- 10
dam tenent quòd cum cõtritione ſufficit ſemel in anno eſſe
cõfeſſum. quod Pan. in c. de homine. de celeb. miſ. dicit verius:
quia ſcilicet ius canonicũ & non naturale conſiderauit. Imò
dicit Richar. in iiij. diſt. xvij. habens idoneum confeſſorẽ, ſed
expectans alium, cui deuotius, & ſecurius confiteatur: poteſt
çum ſola contritione cõmunicare: & à fortiori vbi nõ eſt co-
pia cõfeſſoris, & adeſt magna vtilitas: ſuprà Confeſsio ſacra-
mentalis. j. §. ij. Pet. etiam de Pal. dicit, quòd ſine cõfeſsione
communicare poteſt quis tẽpore Paſchali, ſi nõ habet con-
feſſorem, vel habet caſum reſeruatũ, & epiſcopum adire nõ
poteſt. quod dictũ recitãs Arch. dicit: Credo iſtud reſtringen
dum, quando ex hoc quòd abſtineret ſequeretur magnũ ſcan
dalum, & haberetur multùm ſuſpectus dę aliquo malo: tunc
fortè poſſet. hæc ille. Ex his etiã dico quòd volens communi-
care poſitus corã ſacerdote, ſic quòd iam ſine nota nõ com-
municare nõ poteſt: ſi recordatur de mortali nõ confeſſo, li-
citè ſine confeſsione communicat cum propoſito cõfitendi.
Quantum verò ad excõmunicatum & irregularẽ: puto quòd
inchoare poſſunt diuina, vbi nõ inchoando metuerent mor-
tem, aut verbera, metu cadente in cõſtantem virum. & idem
de non ieiuno: quia in talibus iura poſitiua agentes cõtra ſua
ſtatuta excuſant: nec incurretur in huiuſmodi aliqua irregu-
laritas. arg. ca. clerici. & cap. latores. & c. fraternitati. quæ te-
meritatem requirunt. de cler. excomm. mini. per totum. Nec
obſtat cap. apoſtolicæ. eod. ti. quia illi ſunt in culpa nõ intel-
ligendo quod debẽt: iſti verò in neceſsitate: imò hoc Summa
Angel. extendit non ſolùm ad verbera, ſed etiã ad ſcãdalum,
modò nõ ſit Phariſæorum, vel idem quod admiratio. Circa
prędicta tamen Roſel. multipliciter deficit. ¶ Primò, quia di
cit quòd recolens ſe excommunicatum poſt cõſecrationem, *Roſ.*
celebrando efficitur irregularis, etiam ſi examinando con- *car-*
ſcientiam fuit ſine omni culpa quod eſt falſum: quia ante- *pit.*
quam recolat, ſine culpa ignorat: & conſequenter excuſatur
per cap. apoſtolicæ. de cler. excom. mi. poſtquam verò reco-
lit, excuſatur: quia Dei præcepto tenetur ſacrificium cõſum-
mare, & per ſummum pontificem abſoluitur quantum ad
actum illum, vt dictũ eſt, ſecundò, nam dicit quòd is, qui poſt

conſecrationem recolit ſe comediſſe vel bibiſſe: licet perfi-
cere debeat, per cap. relatum. de cõſe. diſtin. ij. tamen ſic per-
ficiendo mortaliter peccat, etiam ſi examinãdo cõſcientiam
fuiſſet ſine culpa: quia, inquit, verum eſt dicere quòd nõ cele-
brauit ieiunus. quod eſt falſum & ridiculum: quia ante recor-
dationem nõ peccauit, per ipſum: nec poſt, quia ſi conteratur
& proponat vt debet, ſequitur quòd contritus peccauit mor-
taliter faciẽdo quod facere tenetur: & eſſet verè ꝑplexus non
habens viam ſalutis, ſiue cõpleat miſſam ſiue non: potuit ta-
men antè peccaſſe mortaliter non examinando conſcientiã.
Tertiò, quia dicit quòd is qui ante conſecrationẽ recordatur
ſe comediſſe vel excõmunicatũ eſſe, debet omnino deſiſtere,
non obſtãte ſcandalo: quia nõ video, inquit, quòd oriri poſsit
tam graue ſcandalum, cùm illud ſit quia fortè populus die
feſto miſſam perderet: ſed dico quòd etiã illud eſt fortè ſuffi
ciens quãdo tenetur celebrare: vt quia eſt curatus: & ſi illud
non eſt, poſſunt eſſe multa alia: vt quia deſiſtẽdo ſe infama-
ret de graui peccato: aut ſaltẽ quia incumberet illi mors aut
vulnus. Nec obſtat quod dicit d. cap. apoſtolicæ. excuſare ſo-
lùm ignorãtem ſine culpa: exceptionem autem regulam fir-
mare in alijs: quia ibi nulla fit exceptio: ſed abſolutè excuſan
11 tur ignorantes probabiliter. ¶ In † omni autẽ caſu debet ca-
uere ne ſimulet ſe cõſecrare, & nõ cõſecret: quia in ſacramẽ-
to veritatis nõ debet eſſe aliqua fictio, ſecundũ Pet. & S. Th.
nec debet, quantũ in ipſo eſt, facere idololatrare. Vnde dicit
decretalis ꝙ abijciẽda ſunt falſa remedia, quæ ſunt veris peri-
12 culis grauiora. de celeb. miſ. de homine. ¶ Octauò † quæritur
quid fiẽdum cùm ſacerdos deficit in miſſa? Et dico ſic: Si cele
brãs in miſſa deficit morte vel infirmitate occupatus, ſecun-
dum ſtatutũ conſilij Toletani, alius explere debet quod ille
inchoauit: & iſte debet eſſe ieiunus. vij. q. j. nihil. quod S. Tho.
iij. q. lxxxiij. limitat, ſi impediatur incœpta cõſecratione: quia
ſi ante cõſecrationẽ corporis decedat, nõ oportet per aliũ, vt
dicit, ſuppleri: licet hoc fieri poſsit: vt dicit Arch. & intellige
ante cõſecrationẽ inchoatã. Modus autẽ ſupplẽdi eſt vt à ca
pite incipiat ſecundũ omnes, ſi neſcitur vbi primus dimiſit: ſi
autẽ ſcitur, indiſtinctè dicũt Pet. & S. Th. vt ſecũdus incipiat
vbi primus dimiſit. quod de verbis formarũ nõ debet intelli-
gi, ſed de alijs ſecundũ Arch. quia ſi primus dixiſſet vnã partẽ
verborũ formæ & ſecũdus aliã, nullus cõſecraret: vnde opor-
tet quòd primus vel ſecũdus dicat totã formã. Alb. tamen in
lib. de miſſa, quando ſcitur vbi dimiſſum eſt, ſic diſtinguit. Si
primus deficit ante canonẽ, incipiendũ eſt à capite & totum
ritè peragendũ: quia dicta ante canonẽ nõ ſunt de cõfectiõe
ſacramenti, ſed populi inſtructione. Si verò incœperat cano-
nem, ſed nondũ cõſecrarat: proſequendum eſt vbi dimiſſum:
tum ne populus minus appretiet verba canonis vidẽs ea tam
facilè repeti, quaſi prius dicta eſſent annullata: ſigna enim
illa repræſentãt Chriſti paſsionẽ, quæ nũquã debẽt irrita re-
putari: tum quia ex verbis & ſignis pactis materia recepit ſan
ctitatẽ vt eſſet magis idonea ad tranſſubſtãtiationẽ: vnde ſu
per illa hoſtia repetẽda nõ ſunt, ne fiat iniuria virtuti verbo-
rum, tãquam nihil valuiſſent prius dicta. Si autẽ defecit cœ-
pta & nõ cõpleta forma corporis: ſeruetur illa hoſtia in alta-
ri pro reliquijs, & ſuper aliã celebretur, inchoãdo ibi, qui pri-
die, ſecũdum Innoc. in c. presbyter. de ſacra. ite. vel ſecundum
Arch. poſt ſumptũ ſacramentũ ſacerdos etiã dictã hoſtiã ſu-
mat. Si autẽ deficit cõſecrato corpore & nõ ſanguine, ſecun-
dum Alber. incipiatur ibi: ſimili modo. & ſuper calice prępa-
rato canon peragatur, & in fine corpus & ſanguis ſumatur.
Si autẽ deficit in prolatione formæ ſanguinis: fiat ſicut dictũ
eſt de hoſtia, ſuper qua aliqua verba formæ dicta ſunt, & nõ
omnia: incipiẽdo ibi, ſimili modo: ſuper aliũ calicẽ præpara-

tum. Sed quia nõ eſt periculum repetere verba, niſi in formis
ſacramentorũ, nõ omniũ, ſed aliquorum: ideo melius dicitur
ſecundũ mentẽ S. Tho. vt ſuper eadem hoſtia & eodẽ calice
verba proferãtur. ¶ Nonò † quæritur, quid agẽdum ſit cùm 13
ſacerdoti in miſſa vel extra aliquid præter ſuã intentionem
ab extrinſeco accidit circa materiam vel ſpecies euchariſtiæ?
Et dico multa. ¶ Primum. Si propter frigus vel ex negligen-
tia hoſtia labatur in calice ante fractionẽ vel poſt, ſecũdum
S. Tho. iiij. q. lxxxiij. nõ eſt neceſſe ꝑpter hoc aliquid iterari:
quia fractio hoſtiæ cõſecratæ & ꝙ vna ſola pars mittatur in
calicem, reſpicit corpus myſticũ, ſicut admiſtio aquæ ſigni-
ficat populũ: vnde horũ prętermiſsio nõ facit imperfectionẽ
ſacrificij. ¶ Secundũ. Si in calice deprehẽdatur venenum aut
muſca vel aranea ante cõſecrationem effuſo vino & loto ca-
lice aliud ponatur, ſecundum S. Tho. ibi. Si verò poſt cõſe-
crationẽ aliquid horũ acciderit, debet animal cautè capi &
diligẽter lauari & cõburi: & ablutio cũ cineribus in ſacrariũ
mitti, id eſt, ſecundũ Pet. de Pal. in piſcinam in qua ponuntur
quæ ſpecies ſacramẽti mediatè vel immediatè cõtigerunt. Si
verò ibi venenũ adeſſe deprehendit, intellige ex immiſsione
vel infectione animalis venenoſi nullo modo ſumat nec tra-
datur alteri, ne calix vitæ vertatur in mortẽ: ſed in vaſe apto
diligẽter poni debet, & pro reliquijs ſeruari. Et ne ſacramen
tum remaneat imperfectũ, calix de alio vino debet præpa-
rari, & à verbis conſecrationis ſanguinis inchoari, ſi nondum
ſumpta eſt hoſtia. Si verò ſumpta eſt: apponenda eſt hoſtia
conſecrãda cũ vino: nihil enim abominabile occaſione huius
ſacramenti ſumi debet, ſecundũ S. Tho. Sum. autẽ Ang. dicit
quòd ſanguis, quẽ S. Tho. dicit reponendũ in vaſa, eſt cõburẽ
dus intincta ſtupa vel pãno in eo: ſed hoc eſt immane ſacrile
giũ: vt de hoſtijs mucidis à ſacerdote cõbuſtis dicit Pe. de Pa.
¶ Tertium. Sicut legitur de conſecr. di. diſtinct. ij. ex decreto
Pij papę, ſi per negligentiã aliquid ſtillauerit de ſanguine in
tabula, quæ terræ adhęret, ita ſcilicet ꝙ ſtet ſpecies liquoris,
lingua lambetur, & tabula radetur: ſi verò nõ fuerit tabula,
terra radetur: & igni cõburetur & cinis iuxta altare cõdetur:
& ſacerdos xl. diebus pœniteat. Si autẽ ſuꝑ altare ſtillauerit
calix, ſorbeat miniſter, id eſt, ſacerdos ſtillã, & tribus diebus
pœniteat. Si ſuper linteum altaris, & ad aliud ſtilla peruene-
rit, quatuor diebus pœniteat: ſi vſq; ad tertium, nouem die-
bus pœniteat: ſi vſque ad quartum, viginti diebus pœniteat:
& linteamina quę ſtilla tetigerit tribus vicibus lauet mini-
ſter, id eſt, ſacerdos calice ſubtus poſito: & aqua ablutionis
ſumatur, & iuxta altare recõdatur: poſſet etiam ſumi in po-
tu à miniſtro, niſi propter abominationẽ dimitteretur. Qui-
dam autẽ vlterius partem illam linteaminũ incidũt & com-
burunt, & cinerẽ in altari vel ſacrario deponunt. hæc S. Tho.
dicit tamen Gul. ſufficere quòd lauet modo prædicto. Quo-
modo aũt intelligatur cũ dicitur tot diebus pœniteat. j. Pœ-
nitentia. §. vj. ¶ Quartũ. De cõſec. diſt. ij. ex pœnitẽtiali bene
dicitur quòd ſi per ebrietatẽ aut voracitatẽ euchariſtiam vo
muerit, ſi eſt laicus, xl. diebus pœniteat: ſi clericus vel mona-
chus, lx. epiſcopus, xc. Si verò infirmitatis cauſa vomuerit, vij.
diebus pœniteat. vbi gl. in c. ſi quis per ebrietatẽ. dicit quòd
pro cauſa infirmitatis imponitur pœnitetia ad cautelã, ſicut
xxxiiij. q. ij. in lectũ. & quia ſumere nõ debuit cùm eſſet infir-
mus, id eſt, ſtomacho alteratus: & ſecũdum Rayn. ille vomi-
tus debet cremari, & cineres iuxta altare recõdi. Sanct. Tho.
autem dicit quòd vbicũq; ſpecies integræ inueniũtur, id eſt,
incorruptæ, ſunt reuerenter obſeruãdæ, vel etiã ſumẽdę niſi
obſtet abominatio: quia, inquit, eis manentibus manet cor-
pus Chriſti: ea verò, in quibus inueniuntur, ſi commodè fieri
poteſt, dicit comburenda cinere in ſacrario repoſito. ¶ Quin
tum



tum. Si quis non bene cuſtodierit ſacramentum, & mus vel
aliud animal illud in eccleſia comederit, xl. diebus pœniteat,
de conſe. diſt. ij. qui bene. & ſi eſt poſsibile, capiatur animal, &
comburatur, ac cineres iuxta altare ponãtur, ſecũdũ S. Tho.
quod intellige cùm iã ſpecies creditur totaliter alterata. Pet.
verò de Pal. dicit animal exenterãdum & comburendum, vt
ſuprà, ſpecies verò in tabernaculo ponendas donec naturali-
ter conſumantur: aut ſi non impedit abominatio, ſumendas:
nequaquam autem in piſcinam proijciendas. Quod intellige
quando factum eſt ita recens vt credantur ſpecies in ſtoma-
cho animalis perdurare: quia tunc exenterandum eſt. ¶ Sex-
tum. Si quis euchariſtiam vel partem eius perdiderit, vt inue
niri non poſsit, xxx. diebus pœniteat. de conſe. diſtin. ij. ſi quis
intellige ſi ex negligentia, nõ ex miraculo: ſicut vna particu
la delata eſt beatæ Catherinæ de Senis de altari, quam frater
celebrãs inuenire nequiuit. Et ſecundũ beatum Tho. eadem
pœnitentia dignus videtur ſacerdos, per cuius negligentiã ho
ſtiæ putreſiunt. ¶ Septimum. Secundum Hoſti. ſi is, ad quem
ſpectat euchariſtiæ cuſtodia, illã incautè dimiſerit: quamuis
nihil nefandum acciderit, tribus menſibus ab officio ſuſpen-
datur: & ſi per eius incuriã aliqđ nefandũ acciderit, grauio-
ri pœnæ ſubiaceat vltioni. de cuſto. eucha. c. j. ¶ Octauum. Si
ſanguinem ſumendo particula remaneat in calice, digito ad
labium calicis adducat & ſumatur: nec apponat vinũ ad aſſu-
mendum cũ ea: qa illud citius deſcenderet, & ſic ſacerdos ſu-
meret illã non ieiunus, ſecundũ Sco. in iiij. quãuis dici poſsit
quòd non procedit, quia qđ fit tali modo, dicitur fieri ſimul.
pro no. in c. quia propter. de elec. & in l. continuus. ff. de verb.
14 oblig. in prin. j. Euchariſtia. iij. §. viij. in fi. ¶ Decimò † quæri-
tur quid cùm ſacerdos aduertit aut meminit eſſe defectũ in
materia euchariſtię? Et dico multa. ¶ Primum. Sanctus Tho.
loquendo de defectu circa vinum in iij. parte. q. lxxxiij. ar. vlt.
ad quartum. ſic dicit: Si ſacerdos ante cõſecrationem ſangui-
nis, etiam poſt conſecrationem corporis percipiat aut vinum
aut aquam non eſſe in calice: debet ſtatim apponere & recõ
ſecrare. Si verò hoc perceperit de aqua poſt conſecrationẽ,
ſcilicet ſanguinis, debet nihilo minus procedere: quia impoſi
tio aquæ nõ eſt de neceſsitate ſacramenti: vino autem conſe-
crato nullo modo debet aqua miſceri: quia ſequeretur corru
ptio ſacramenti pro aliqua parte. Si verò poſt conſecrationẽ
hoc perceperit de vino: ſi quidẽ hoc percipiat ante ſumptio-
nem corporis: debet imponere vinum cum aqua, & reſume-
re à verbis conſecrationis ſanguinis: ſed ſi hoc perceperit poſt
ſumptionem corporis, debet apponere aliam hoſtiam conſe
crandam ſimul cum ſanguine: quod ideo dico: quia ſi dixerit
ſola verba conſecrationis ſanguinis, non reſeruaretur debi-
tus ordo conſecrandi: & ſicut dicitur in d. cap. Toletani con-
cilij, perfecta videri non poſſent ſacrificia, niſi perfecto ordi-
ne compleantur. Si verò inciperet à conſecratione ſanguinis,
& repeteret omnia verba conſequentia, non competerent,
niſi adeſſet hoſtia conſcrata: cùm in illis verbis occurrant
quædam dicenda & fienda non ſolùm circa ſanguinem, ſed
etiam circa corpus: & debet in fine iterum ſumere hoſtiã cõ
ſecratam & ſanguinem, non obſtante etiam ſi prius ſumpſe-
rit: quia præceptũ de perfectiõe ſacramenti maioris eſt pon-
deris quam præceptum quòd hoc ſacramentum ſumatur à
ieiunis. hæc ille. ¶ Secundum. Circa defectum hoſtiæ dicit Pe
trus de Pal. quòd ſi quis ante conſecrationem aduertat, eam
non eſſe triticeam, vel eſſe corruptam: ea remota aliam po-
nat, reincipiens à canone: vel melius ſecundum mentem S.
Tho. à verbis conſecrationis: vt in ſimili dicit de ſanguine, ſci
licet ne fiat iniuria verbis iam dictis ſine cauſa. Si verò poſt
conſecrationem idem fiat, ponendo aliam & eam ſumendo:

nihilo minus ſumendo illam primam, vel ſumẽdam traden-
do, vel reuerenter ſeruando, ſcilicet ad cautellam aut reuerẽ
tiam formæ ſuper eam prolatæ. Et intellige etiã ſi aduertat
poſt conſecrationem ſanguinis: quo caſu omnia replicabit,
excepta forma ſanguinis. Si autem aduertat defectum hoſtię
poſtquam ſumpſerit, licet doctores varient, tñ beatus Tho.
ſentit vbi ſuprà, quòd aliam debeat hoſtiam ponere & ſume-
re, vt ei imponit Archiepiſcop. & patet ex dictis in ſimili, vt
ſcilicet ſacramentũ ſit integrum. & hoc Archiep. idem intel
ligit, etiam ſi aduertat defectũ hoſtiæ poſt ſumptionem ſan-
guinis, ſcilicet quòd rurſus ponat nouum panem & nouũ vi-
num, & conſecret, ac proſequatur, & ſumat: ne ſacramentum
remaneat imperfectũ. ¶ Et † ſic patet ex dictis iſtã eſſe men- 15
tem ſancti doctoris. Sacerdos qui peruenit celebrando ad ca
nonem, tenet ſi poteſt ſimul vna oblatione offerre panem &
vinum, & conſecrare ac ſumere vtrunq; nec ſufficit alterum
ſine altero: quia ſacramentum eſſet imperfectum, vel indebi
to ordine completum, quorum vtrunque eſt contra dictum
concilij. ¶ Tertium. Ex his patet ꝙ Sum. Ang. deficit in qua-
tuor. Primò, quia dicit vbi accidunt defectus, reincipiendũ al-
tius quàm à forma: vt ibi, Suſcipe ſancte pater. quo ad hoſtiã.
& ibi, Deus qui humanæ. quo ad ſanguinem: & intermitten-
da eſſe aliqua, contra dictum concilij volentis Sacrificia per-
fecto, id eſt, completo ordine compleri. vbi tamen aduerte
quòd cùm San. Thomas inchoandum dicit à forma, intelligi
poteſt à particula, quæ includit, & introducit formam: vt, qui
pridie: &, ſimili modo. & eſt veriſimile vt forma proferatur ex
perſona Chriſti nõ ſolùm quantũ ad intentionem, ſed etiam
quantum ad verborũ ſeriem. Secundò, quia dicit quòd dicen-
do, hoc eſt corpus meũ, ſcilicet cum intentione conſecrandi,
non conſecraretur: quod ſuprà improbatum eſt. Tertiò, quia
dicit quòd ſi aduertatur defectus in vino poſt ſumptum cor-
pus non debet alia hoſtia conſecrari ratione ſcandali. quod
etiam tenet Sco. ſed ſolùm vinũ cum aqua: quæ ſunt expreſ-
ſe contra dictum concilium: quia ſacramentum non eſſet in-
tegrum. Quartò, quia dicit corpus Chriſti, id eſt, particulam
quæ eſt in calice, eſſe cõburendum, cùm ſine periculo vomi-
tus ſumi non poteſt. & idem Roſel. quod eſt immaniſsimũ ſa
crilegium: cum ſecundũ S. Tho. & Pet. de Pal. ſeruandũ eſſet
inter reliquias, donec naturaliter conſumeretur. Patet etiam
quòd Roſel. deficit multipliciter. Primò, quia deficit in dictis
defectionibus inchoandum eſſe à canone: licet nihil dicat de
ſequentibus omittendũ: quod tamen non puto cõtra S. Tho.
quia cùm dicit incipiendum eſſe à forma, loquitur quantũ ad
id quod neceſsitatis eſt, licet etiam inchoari poſsit à canone:
ſed nõ æquẽ bene: ne iterẽtur iam dicta ſine cauſa: niſi nomi-
ne canonis intelligamus quod ſequitur de ſecretis incipiendo
ibi: qui pridie. vbi propriẽ incipit canon, ſecundum Innocen.
Hoſt. & Io. And. Pa. Alex. à neuo. & communiter ſcribentes,
per c. cum Marthæ: de cele. miſ. Vnde etiam ſecundum iſtam
Sum. ſufficit incipere ibi, qui pridie. vel ibi, ſimili modo. Secũ
dò, quia dicitur quòd ſi ſacerdos perpendit defectum hoſtiæ
poſt eius ac vini ſumptionem, non debet illa die aliam conſe
crare: quia non eſt ieiunus. quod falſum conſtat ex dictis, &
rationem eſſe nullam. Tertiò, quia videtur nõ determinare,
ſi ille defectus percipiatur poſt ſumptionem hoſtiæ ante ſum
ptionẽ ſanguinis, an ſit alia hoſtia conſecranda vel non. Quar
tò, quia dicit quòd ſi ſacerdos aduertat defectum in calice
poſt ſumptionem hoſtiæ & materiam indebitam calicis, non
debet aliam debitam capere. ¶ Quartum. Si ſacerdos habens
aquam in ore, antequam deglutiat, de defectu aduertat, ſecũ
dum Dir. libr. j. titu. vij. ſi poteſt ſine ſcandalo, ſpuat in cali-
cem, & extracta particula aquam in alio vaſe reponat: & ſic
accep

acceptovino conſecret,&particulam in eo ponat:&ſumat,&
ſimiliter aquam illam ſi ſine vomitu poteſt:de quo ſi timet,
eam ponat in ſacrario.&idem dic de particula,quam tamen
Ang.& Roſ.cõburendam dicunt,& cineres in ſacrario repo-
nẽdos.Quintũ.Si vinũ in calice cõgeletur:ſacerdos illud an-
te conſecrationem reſoluat, vt habeat rationem actualem
potus:ſi tamen non reſoluit,adhuc conficit:quia vinum con-
gelatum à non congelato ſpecie nõ differt, ſed ſolùm acci-
dentali qualitate:vnde rurſus de congelato fit non congela-
tum:quod eſſe non poſſet.¶Sextum.Si hoſtia ante conſecra
tionem inueniatur fracta,nihilo minus conſecrari poteſt,niſi
ſcandalum eſſet in populo:quia fractio & quadratura & hu-
iuſmodi non vitiant ſacramentum,ſicut nec tollunt ſubſtan-
tiam panis.Nec obſtat ſi non ſit aliquid vnum:quia intentio
ſacerdotis eſt,totam illam hoſtiam conſecrare,& conſequen
ter omnes eius partes,ſiue vnitæ ſint,ſiue diuiſæ. ¶Septimũ.
Si celebrante ſacerdote occurrat caſus,quo neceſſe ſit alicui
dare euchariſtiam, puta in infirmitate: ſacerdos habens vnã
hoſtiam tãtùm, poteſt exhibere partem eius,& aliã partem
ſumere,ſecundum S.Thom.in iiij.diſt.xvij. Et idem puto de
qualibet rationabili cauſa,puta deuotiõe magna alicuius ad
cõmunicandũ.¶Octauũ. Cùm miſſæ celebritas terminetur
benedictione ſacerdotis:vt infrà Miſſa.ij.§.j.nõ ita iudicãdũ
eſt de defectibus miſſæ reparandis ante bñdictionem : cùm
adhuc ſtet officiũ miſſæ ſecundũ Arch.ſicut poſt, quãdo iam
ſolutũ eſt:quia poſt bñdictionem quicquid fieret, magis eſſet
iteratio miſſæ,quàm reparatio defectus.¶Nonũ. Si ratione
defectus debita materia eſt apponenda,& nõ poſsit haberi:ſi
ſit ante cõſecrationem corporis,vlterius procedi non debet:
quia aut integra ſacramenta perficiãt,ſcilicet cõficientes:aut
ab integris arceantur.de conſec.diſt.ij.comperimus. Si verò
ſit poſt cõſecrationem debitam corporis: puto proſequendũ
fortè tacitis verbis,quæ ſuper ſanguine dicuntur:quia ex quo
ſacrificium inchoatum eſt,minus malum eſt quòd imperfe-
ctum remaneat ex altera parte tantùm,quàm ex vtraque.

## Rurſus de Euchariſtia tertiò, quantum ad vſum & ſumptionem eius.

1 *Euchariſtiæ vſus quibus,ac qualiter ſiue ſecundum vnam,ſiue ſecundum vtranque ſpeciem ſumenda ſit, competat?*

2 *Euchariſtia quot modis ſumatur? Et an in hoc ſacramento Chriſtus verè manducetur?nu.ſeq.vbi duplex manducandi ſpecies deſcribitur.*

4 *Corpus Chriſti in ſumentis ac communicantis ſtomacho quandiu durare & ineſſe dicatur.Et ibidem Summa Ang.refellitur.*

5 *Euchariſtiã, quis iuridicè diſpẽſet,vt licitè ab eo ſumi queat? Et an ſaltẽ in mortis articulo ab hæretico pcipi poſsit?Et quid de ſchiſmatico,excõicato,ſimoniaco , & fornicatore notorio?*

6 *Miniſtrum,quem quis certò malum eſſe ſcit,ad officiorum executionem inducere ſummopere quiſque cauere debet, ne huiuſmodi peccati occaſionem præbeat. Et ibidem num à quolibet ſacerdote Euchariſtia ſumenda ſit.*

7 *Euchariſtia dari,aut denegari quibus,& quare debeat,vndecim axiomatis definitur.*

8 *Euchariſtiæ ſacramẽtum percepturus,an ieiuno ſtomacho eſſe debeat?*

9 *Euchariſtiam ſumere,poſt cibum ac potum,aut contrà,an diu quis differre debeat?*

10 *Sacerdos ſi poſt cibi ſumptionem , reliquias Euchariſtiæ,videat,aut quid ipſius palato adhæſerit, quid efficere debeat?*

11 *Euchariſtiam percepturus qua munditia purus ac mundus eſſe debeat?Et quid de nocturna pollutione?numero ſeq vbi quòd pollutio variè excitari poſsit,ac procedere.ad quæ concluſiones quinque ſubduntur.*

13 *Cõicaturus,nũ ante ac poſt ſumptionẽ,à coitu cõiugali mundus eſſe debeat?Et quid reſpectu partus ac mẽſtruorũ in mulieribus numero ſeq.Et quid de ſomnio homicidij,& ſimilium.nu.15.*

16 *Communicaturus, an ab omni peccato per contritionem & confeſsionem,mundus eſſe debeat?*

17 *Communicandum ſiue à ſacerdote, ſiue à ſubdito, quàm ſæpe ac frequenter ſit,ſeptem dictis expeditur.*

18 *Communicaturo,ſi corpus Chriſti alia ſpecie ac forma,quàm panis appareat,vtpote in pueri formam, aut carnis cruentæ, quid agendum ſit , & an illum ſumere debeat?*

EVCHARISTIA† tertiò quantũ ad vſum, vt plenius 1
innoteſcat,ſciendũ eſt quòd aliquibus cõpetit ille vſus
ex neceſsitate præcepti quantum ad vtranq; ſpeciem,vel al-
terã tantùm.Primò quidem ſacerdoti dũ celebrat.de cõſec.
diſt.ij.relatum.quia ſacramentũ in ſumptione complemen-
tũ ſuæ ſignificationis accipit:& ſi pluries celebrat in die,ſem
per ſub vtraque ſpecie ſumere debet, omiſſa purificatiõe in
prioribus miſsis.Secundò, cuilibet Chriſtiano cùm ad annos
diſcretionis peruenerit.de pœ.& re.omnis . de quo infrà,§.v.
particu.vij.niſi ex cauſa rationabili de conſilio proprij ſacer-
dotis ad tempus abſtineant.Tertiò,cuilibet in articulo mor
tis conſtituto.Vnde viaticũ dicitur:& videtur mortale in ta-
li articulo contemnenti,id eſt, negligenti cõmunicare,cùm
poſsit,ſecundum Sum.Ang.ſed quia ſumptio Euchariſtię nõ
eſt ex neceſsitate ſecundũ ſe,ſed ex ſtatuto eccleſiæ,ſecundũ
S.Tho.in iiij.diſt.ix.ideò verius eſt hoc non eſſe mortale,vbi
ſola negligentia eſt in cauſa.Quartò,ratiõe ſtatuti.Quintò,
ratione officij,ſicut ſacerdoti, qui tenetur aliquãdo celebra-
re:vt j.Miſſa.j.§.vij.par. iiij. ¶Primò† verò quæritur, quot 2
modis Euchariſtia ſumitur ſeu manducatur? Et dico ſecũdũ
S.Tho.& alios doctores,quòd duobus ſimplicibus,ex quibus
reſultant tres.¶Primò,ſcilicet ſpiritualiter tantùm,dum ſci-
licet quis maſticat Chriſtum,per fidem cogitãdo,& illum ſi-
bi incorporando per charitatis ardorem, habendo ſacramen
tum hoc in voto,non in effectu.Vnde Auguſt.Crede,ſcilicet
amando,& mãducaſti.& ſic mãducauerũt patres veteris Te-
ſtamenti,ſecundum S.Tho.iiij.diſt.ix.¶Secũdò,ſacramenta-
liter tantùm : ſicut qui ſuſcipit hoc ſacramentum non vt ci-
bum,ſed vt ſacramentum,id eſt,ſignũ alicuius:credendo ſci-
licet ſub illis ſpeciebus aliqd latere ſpirituale: vel ſaltem,ſe-
cundum S.Bona.intendendo ſumere quod alios æſtimat cre-
dere,licet ipſe non credat.Vnde hoc modo manducat fidelis
peccator,& etiam aliquo modo infidelis, licet impropriè:de
quo S.Tho.iiij.diſt.ix.ar.ij.q.ij.¶ Tertiò,vtroq; modo ſimul:
vt iuſtus.Brutum autem neutro modo manducat,vt patet ex
dictis. ¶Secundò† quæritur, vtrum verè in hoc ſacramento 3
Chriſtus manducetur?Et dicit Richa.in iiij.diſtin.ix.quòd in
ſumptione huius ſacramenti eſt quędam manducatio carna-
lis,qua comeſtum maſticatur,traijcitur,digeritur, & vltimò
in ſubſtantiã conuertitur:& ſic verè manducatur illa ſpecies,
ſub qua realiter verum Chriſti corpus continetur.Eſt & alia
mãducatio ſacramentalis,qua corpus Chriſti verum realiter
ſub illis ſpeciebus contentum ſumitur:ſed ſic ſumptum cor-
poraliter non maſticatur. Et ſi ſpecies ſic in ore maſticentur
quòd per digeſtionem ibi factam nõ corrumpatur in eis for-
ma propria,ſed in ea in ſtomachum deſcendãt,etiam corpus
Chriſti in ſtomachum deſcendit per deſcenſum ſpeciei , ſub
qua continetur:& tam diu ibi manet,quàm diu in eadem ſpe-
cie forma propria ſpecierum ſaluatur.Si autem ſpecies panis
tam diu in ore maſticetur,quod per digeſtionem in ore factam
corrumpatur forma propria ſpecierum,& non deſcendãt in
ſtomachum:tunc nec corpus Chriſti in ſtomachũ deſcendit.
Et ſic intelligitur illud de conſec.diſtinct.ij.cap.tribus.in gl.
fin.cùm dicitur quòd quàm citò ſpecies dentibus atteritur,
tam citò in cœlũ rapitur corpus Chriſti.Hęc ex illo.Ex qui-
bus patet quòd Chriſtus manducatur ad hunc ſenſum,quia
ſcilicet ingreditur os & ſtomachum: non autem quia corpo-
raliter atteratur,aut incorporetur.Licet etiam iſta aliquan-
do attribuantur corpori Chriſti,id eſt,ſpeciebus, ſub quibus
4 eſt.¶Tertiò† quæritur,quandiu corpus Chriſti ſit in ſtoma-
cho communicantis?Et dicit gloſſ.in cap.tribus gradibus.de
conſec.diſtinct.ij.quòd vbi ſpecies ſacramenti atteritur den-
tibus,Chriſtus euolat ad cœlũ.quod verũ eſt, ſi ſic atteritur
quòd formam perdat:aliter autem eſt contra tex.in c.ſi quis
per negligentiam.ea.diſt.vbi dicitur,ſi quis euchariſtiã euo-
muerit.euomi enim non poteſt,niſi traiectum in ſtomachũ.
Sum. Ang. Sum.Autem Ang.innixa Sanct.Bona. dicit primò quod tan-
diu ſub ſpeciebus manet Chriſtus,quãdiu ſunt habiles ad re-
fectionem quòd habent in ſtomacho & extra ſtomachum:&
ſecundò quòd ſi ſpecies illæ tranſeant per ſtomachũ indige-
ſtæ & vadãt in ſeceſſum,nõ eſt ibi corpus Domini.Sed cõtra
primũ,quia ibi non eſt corpus Chriſti,niſi quia ſuccedit pani
in ipſum cõuerſo:vt fortè in titulo ſequenti dicetur: vnde ibi
eſt corpus Domini eodem modo,quo ibi eſſet panis,qui non
eſſet ibi quandiu illa materia eſt habilis reficere, quum hoc
ei cõueniat etiã cùm eſt digeſta:ſed quandiu duraret ſpecies
panis.Et per idem patet cõtra ſecundũ:quia ibi eſſet ſubſtan
tia panis:& conſequenter eſt corpus Domini.Et præterea ſi
illæ ſpecies ſunt habiles nutritioni extra ſtomachũ, trãſiue-
runt indigeſtæ:& cõſequẽter ibi eſt corpus Domini.Et ideo
dicẽdum eſt,ſecundũ S.Tho.& Petrũ,imò etiã ſecundũ ean-
dem Sum.ex Rich.quòd eſt ibi tandiu quandiu ſpecies panis
durãt incorruptæ ſiue in vomitu, ſiue in ſeceſſu. nec eſt, in-
quit Petrus, mirũ:ſicut etiã à diabolo ſe permiſit in mõtem
5 portari,ſecundum Gregoriũ.¶Quartò † quærit̃,quis poſsit
iuridicè Euchariſtiã diſpẽſare,vt licitè ſumat̃ ab illo?Et dico
ſic,ſecũdum Pet.de Pal.diſt.xiij. ſolus ſacerdos eſt euchari-
ſtię diſpẽſator ſicut celebrator :nec aliquis eo inferior habet
aliquod ſacramentũ diſpenſare:diaconus autẽ ex officio par-
tem euchariſtiæ diſpẽſat,id eſt,ſanguinẽ, vt beatus Laurem.
quia cũ mediãte vaſe ſacrato diſpenſetur,nõ oportet manus
diſpenſantis eſſe ſacratas:corpus autẽ quod manibus cõtre-
ctantibus diſpẽſatur,ab eo ſolo diſpenſatur,cuius digiti con-
ſecrati ſunt & manus,id eſt, ſacerdote, qui etiã tangere non
debet niſi duobus digitis ſacratis.Et eadem ratione inferior
diacono vaſa ſacra tangere non debet,quando in eis eſt cor-
pus aut ſanguis,ſed ſolùm quando non eſt:quia diaconi eſt
ſanguinem diſpenſare, & corpus ad ſacerdotem deferre: va-
ſa autem reliquiarũ,& huiuſmodi,acolyti,& non laici,quan-
tumcũq; nobiles.diſt.xviij.nõ liceat.In neceſsitate tñ presby
tero abſente vel non valente,licet diacono euchariſtiã defer-
re infirmo:vt ſ.Diaconus.§.ij.hæc Petrus. cõtra quẽ tamen
Henr.Boic.ſuper cap.decernimus.de iudic.dicit quòd in ne-
ceſſitate poteſt dari per laicum.quod Sanct. Thom. & Petr.
de Palu in omni caſu ſimpliciter negat: cùm nõ habeat ma-
nus ſacratas. & hoc ſacramentum nõ ſit neceſsitatis:licet lai-
cus poſsit inuentum in terram leuare: quia ad hoc nõ requi-
ritur conſecratio,ſicut ad diſpenſandũ,ſecundum Pet.Vnde
pyxis in quo ſeruatur,nec conſecratur nec benedicitur,quod
tamen fit de corporali.Ab hæreticis autẽ etiã in morte ſumi
non debet.xxiiij.q.iij.cœpit. & idem ſecũdum Pet.de Pal.vi-
detur de ſchiſmaticis,excõmunicatis, & ſimoniacis: ita quòd
quantum ad ſuſceptionem euchariſtiæ vitandi ſunt in occul-
to vel publico,ſecundũ quod ſunt occulti vel publici.de ſent.
excommunic.cum non ab homine.ſed quod dicit de occulta
ſimonia,reſtringendum videtur ad ſimoniã in ordine ſuſce-
pto,vel dignitate, aut beneficio curato:quia aliter ſimonia,
ſi nõ ſit notoria,nõ inducit ſuſpẽſionem quo ad alios, ſecun-
dum Ioan.Rayn.& alios.A notorio autẽ fornicatore ſacra- *à for-*
menta ſuſcipienda nõ ſunt,etiam in occulto,excepto baptiſ- *nica-*
mo & euchariſtia, quæ in extrema neceſsitate ſumi poſſunt *tore.*
à ſimoniacis & fornicatoribus etiam notorijs.xxxij.diſt.§. ve
rum.cum gloſſ.Alios etiam malos miniſtros quantumcunq;
publicè ſceleratos nõ debet quis vitare in ſuſceptione ſacra-
mentorum,niſi eſſent irregulares:& cõſequenter à ſuis offi-
cijs ſuſpenſi,à quibus ſuſpenſis nõ ſunt ſuſcipiẽda ſacramen-
ta.j.q.j.ſi fuerit.bene tamẽ eſt huiuſmodi in occulto cauere
ſecundũ Pet.vt erubeſcãt & reſipiſcant.Dicit† autem Sanct. 6
Thom.quòd debet quis cauere,ne inducat, quẽ certitudina-
liter ſcit eſſe malum,vt quia notorium,ad executionem offi-
ciorum ſuorum:ne ſit occaſio peccati:puta faciẽdo illum di
cere miſſas:qui fortè aliàs nõ eſſet dicturus, & huiuſmodi: ſi
tamen eſt ſubditus,qui ſacramenta nõ poteſt ab alio accipe-
re,& ad ipſa tenetur,ſuſcipere debet,niſi ſit ſuſpẽſus.Nec ta-
mẽ à quolibet ſacerdote eſt ſuſcipiẽda euchariſtia:ſed à pro-
prio, vel à ſuperiore,aut ab alio de horum licẽtia:religioſus
autem abſq; tali licentia eam tribuens,eſt excõmunicatus:vt
infrà Excõmunicatio.vij.§. xiiij. vide etiã de his ſuprà Cle-
ricus.ij.§.viij.¶Quintò † quæritur, quibus debeat Euchari- 7
ſtia dari,aut denegari,& quare?Et dico multa.¶Primum.Si
ſacerdos pro certo ſciat ſubditum eſſe in mortali,ſecundum
Sanct.Thom.in iiij.pro occulto peccato non eſt deneganda
communio petenti in publico:vt de conſec.diſt.ij. nõ prohi-
beat.& cõcord.Petr.& Albe.tum quia eſſet reuelator crimi-
nis,tum quia quilibet Chriſtianus habet ius in perceptione
euchariſtię,niſi illud amittat per mortale.Vnde cùm in facie
eccleſiæ non conſtet, illũ hoc amiſiſſe, non debet ei in facie
eccleſiæ negari.Et præcipuè vidẽtur iſta vera quo ad ſubdi-
tum.Sed Pet.de Pal.in iiij.diſtinc.ix.diſtinguit: quia ſi eſt ſa-
cerdos,qui teneatur exhibere,vt curatus,& in caſu quo tene-
tur ei,vt in paſchate: nõ debet negare peccatori occulto pe-
tenti in publico:quia eſſet proditor criminis. quod prohibe-
tur.de offic.ordi.c.j.neq; occulto petenti inſtãter in occulto
tanquam ſibi debitum,ſi peccatum nouit ſolùm in cõfeſsio-
ne:quia ſcit vt Deus,nõ vt homo.de offic.ordi.cap.ij. negat
autem vt homo in foro cõtentioſo,nec ex cõfeſsione acqui-
ritur ſibi ius negandi,quod prius nõ habebat: nec aliqua ex-
ceptio ſibi datur ex confeſsione extra iudicium confeſsionis:
plus quàm ſi neſciret:quia nõ ſcit niſi vt Deus:ſi tamen pec-
catum aliter ſciret,quàm per confeſsionem occulto petenti
occultè deberet denegare.Si verò petat ab eo quod nõ tenetur
ei dare,vel in quo caſu nõ tenetur,quia nõ eſt paſcha,nec eſt
infirmus, occulto peccatori occultè petenti debet denegare:
quia debet eũ à peccato reuocare quantũ põt:& hoc poteſt,
etiã ſi ſciat ſolùm ex cõfeſsione:quia ius negãdi habet eo ipſo
quòd alius nõ habet ius petẽdi.de tẽp.ord.ad aures.vnde etiã
nõ peccatori negari poſſet eo caſu. ¶Secundũ.Si autẽ cura-
tus ſcit crimẽ eſſe notoriũ,ſecundũ omnes,etiã in publico pe-
tenti negari debet.Ex quo patet quòd meretrices & publici
vſurarij ſunt omnino ab altari repellendi,niſi egerint pœni-
tentiã ita quod poſt priuatã admitti poſſunt ad euchariſtiã pri-
uatè,id eſt,in ſecreto,nõ in publico propter ſcãdalũ,& publicè
poſt publicã:quia manifeſta delicta,id eſt,notoria nõ ſunt oc-
cultè corripienda.de pœn.& remiſ.c.j.vnde vel ſacerdos de-
bet iniungere publicam pœnitentiã vel publicare quòd ſunt
pœnitentes.¶Tertium.Suſpectis de crimine ſuſpicione vio-
lenta,ſecundum S.Thom.in iiij.diſt.ix.& alios,negari debet

euch

euchariſtia. Intellige ſecundum prædictam diſtinctionem,
quia habetur pro certitudine.nõ autem ſuſpectis ſuſpicione
leui:imò nec ſuſpicione ꝓbabili.quod patet:quia nec per hu-
iuſmodi ſuſpicionẽ debet maritus vxori debitum negare.de
ſent.excom.inquiſitioni.Quartum,& ſecundũ eundẽ in ter-
tia parte.q.lxxx.dari nõ debet ad aliquod experimentum vel
purgationẽ infamiæ:quia tales purgationes inhibitæ ſunt.de
pur.cano.cap.ex tuarum.¶Quintum.Hiſtrionibus quoq; da-
ri prohibetur.de cõſec.diſt.ij. pro dilectione. quod tamen de
omnibus non intelligitur:ſed de vtẽtibus in ea arte magicis
& turpibus,quæ ſunt mortalia: ſimiliter nec magis, per no-
tata ibidem.nec cuicũq; infami notoriè,ſecundũ gl.ibi: ſi ta-
men,vt dicitur c.ſeq.tales reuertantur ad dominũ,eis recõci
liatio nõ negatur:nõ quaſi ſubitò exhibeatur euchariſtia ſe-
cundum Rich.ſed peracta pœnitẽtia:niſi articulus neceſsita-
tis vel pietatis aliter fieri ſuaderet.¶Sextũ.Similiter nec da-
ri debet pugnantibus in duello.ij.quæſt.v.monomachiam.in
gloſſ. ¶Septimum. Nec pueris carentibus vſu rationis non
potentibus diſcernere inter corporalem & ſpirituale cibum,
ſecundum Sanct.Thom. vbi ſuprà: quia habere non poſſunt
actualem deuotionem quæ exigitur: pueris autẽ incipienti-
bus habere diſcretionem etiam ante perfectam ætatẽ, puta
cùm ſunt x.vel xj.annorum,poteſt dari,ſi in eis ſigna diſcre-
tionis & deuotionis appareat. Et concor.Pet.& in hoc ſtan-
dum eſt:ſecundum Aure.arbitrio boni viri.¶Octauum.Pro
criminibus ſuſpendendis vel decapitandis, ſi ſint confeſsi &
pœnitentes negari nõ debet euchariſtia.xiij.quæſt.ij.cap.fin.
ſed nec hæretico relapſo,cùm paratus eſt incendio.de hære.
ſuper eo.lib.vj. Sed & excommunicato in morte ſicut pœni-
tentia,ſi pœniteat,item & viaticum nõ negatur, cùm in pœ-
nitẽtia includatur.de pœn.& remiſ.quod in te.in vita autem
arcentur excõmunicati etiã iniuſtè maiori ac minori ab eu-
chariſtia interdicti,etiam niſi in mortis articulo.de ſpon.non
eſt nobis.iuncto c.quod in te.de pœn.& re.& ſuſpenſi,quãdo
ſcilicet à perceptione ſacramentorũ ſunt ſuſpenſi:ſecus ſi ab
alijs:vt colligi poteſt ex not.in Sum.Cõfeſ.lib.iij.tit.xxxij. q.
lxxxj.ad finem.vbi patet ſecundum Hoſt.quòd ſuſpẽſio non
egreditur terminos ſentẽtiæ datæ:vt infrà Suſpenſus.ꝑ totũ.
Degradati quoq; arcẽtur à celebratione.¶Nonum.Sed nec
amẽtibus debet negari,ſecundũ S.Th.& alios:qui ſic dicũtur,
quia debilẽ habeant mentẽ:& tamen ſunt aliquo modo do-
ciles pertinentiũ ad fidẽ,& ſacramẽti deuotione,nec amen-
tibus omnino,ſiue habeãt lucida interualla,ſiue nõ:cõcurrẽ-
tibus duobus,ſcilicet quòd nõ ſit periculũ expuitionis aut ir-
reuerẽtiæ alterius:& ꝙ ante amẽtiã habuerint deuotionem
ad hoc ſacramentũ.xxvj.q.vj.ſi quis in infirmitatẽ.etiã ſecun
dum Arch.ſi tales in ſanitate nõ petiuerint ſibi dari ſacramẽ
tum:& tamẽ ex bona eorũ prẹterita cõuerſatione veriſimile
eſt ꝙ ſi huiuſmodi caſum præuidiſſent,hoc petiuiſſent:quia
tales habẽt deuotionẽ habitualẽ interpretatiuã: quẹ ſufficit.
furioſis autẽ vel amentibus perpetuò ſeu à natiuitate non eſt
danda:quia nunquam habuerunt actualẽ deuotionẽ ad hoc
ſacramentũ:licet ſint baptizati & cõfirmati.¶Decimũ.Sed
nec demoniacis negãda eſt,ſecundũ S.Tho.niſi cõſtet eos ꝓ
crimine aliquo torqueri:quia tũc ꝓ excõicatis ſunt habendi.
¶Vndecimum.Nullo etiã caſu ſecundũ S.Tho.& alios dãda
eſt hoſtia non conſecrata pro conſecrata: quia cùm mandu-
cans adoret quod mãducat, ſecundũ Augu.daretur occaſio
idololatriæ.de celeb.miſ.de homine.& in ſacramẽto verita-
8 tis nulla debet eſſe fictio.¶† Sextò quæritur,vtrũ ſumẽs hoc
ſacramentũ debeat eſſe ieiunus? Et dico ꝙ ſic:quia hoc ſta-
tutũ eſt,de cõſec.diſt.ij.ſacramẽta.vt homo deuotius cõicet:
& principalius ſecundũ S.Tho.& Pet.ꝓpter reuerẽtiã ſacra-
menti,ſcilicet vt primus cibus in ſtomacho ſit corpus Chri-
ſti pro illa die.qđ habetur de cõſec.diſt.ij.liquido.vnde quod
olim licuit in die cœnæ, ſcilicet cõmunicare ſtomacho non
ieiuno:vt in d.c.ſacramẽta,ſecundũ Pet.abrogatũ eſt,nec ſer
uandum:ſed eſt mortale:aliquo tñ caſu licet nõ ieiuno com-
municare:vt qñ infirmus expectare nõ põt propter periculũ
mortis vel phreneſis.nunquam tñ celebrare,nec propter in-
firmum cõmunicandũ,nec ꝓpter ſcandalũ qđcũq; vitãdum,
nec ꝓpter præceptũ,niſi papa,ꝗ ſolus in hoc poſſet diſpen-
ſare:liceret tñ nõ ieiuno proſequi miſſam inchoatã poſt cõ-
ſecrationẽ iam factã,ſecundũ Arch.vel ſupplere defectũ cõ-
miſſum iterũ cõſecrando,ſi ſumpſit aquã pro ſanguine,& hu
iuſmodi,vt dictũ eſt.Et intellige hæc nõ de ieiunio eccleſię:
de quo ĩ.Ieiunium.in princ.ſed naturæ, quo dicitur ieiunus,
qui poſt mediã noctẽ nihil cibi aut potus,etiã ꝑ modũ medi-
cinæ,aſſumpſit,etiã ſi pòſt illa die ſit pluries comeſturus, ſe-
cundum S.Tho.Alb.& Hoſt.& Petr.de Pal.reprobantẽ per
rationes in iiij.diſt.viij.opinionẽ Gof. & Io.Pari. dicentiũ ꝙ
non impedit hãc ſumptionẽ ſumptio alicuius per modũ me-
dicinæ,vt modicũ gingiberis.Nec eſt verũ quod dicũt, cibũ
prohiberi vt nutrit,ſed prohibetur ad reuerentiam vt ſtoma-
chus ſit nouus.Quam etiã egregiè reprobat Herue.probans
quòd nõ eſt opinio S.Tho.vt illi dicunt.Non imdedit tamen
hanc ſumptionẽ,ſecundũ Pet.ſi à caſu reliquiæ cibi vel aquę
etiam in ſaliuã nõ conuerſæ in oris ablutione glutiãtur:quia
nec ad nutriẽdum,nec ex intentione ſumuntur vt medicina.
quod limita ſecundum S.Tho.modò non traijciãtur in ma-
gna quantitate: nec perfuſio ſalis & aceti ad lauãdum dẽtes
ſi nõ glutiatur:nec deguſtatio cibi aut potus ſi ſtatim proij-
ciatur:& ſimiliter ſi prẹter intentionẽ deſcẽderet.Hęc idem
Pet.& generaliter ſecundũ Herue.omne qđ ſumitur ab ex-
tra,& vicari poteſt,impedit,nõ autem alia: vnde nec ſanguis
nec humiditas deſcendens à capite impedit.¶Septimò† quę- 9
ritur vtrũ debeat quis diu eſſe abſtinens ab euchariſtia poſt
cibum ac potũ, vel ab his poſt euchariſtiã? Et dico ſecũdum
S.Tho.quòd poſt cõmunionẽ debet interuenire aliqua mo-
ra:quia debet gratias agere de beneficio tanto:ſed nõ opor-
tet eũ diu ſtare ante ſumptionẽ cibi & potus:tum quia etiam
ſpecies ſacramenti citò alterãtur:tum quia magis requiritur
prẹparatio & actualis deuotio ante,quàm poſt.Et quod dici-
tur in cap.tribus.de conſecr.diſt.ij.quòd cõmunicans ieiunet
à mane vſq; ad ſextam, eſt abrogatũ per cõtrariam conſue-
tudinem,ſecundum Archiep.& ſecũdum Petr.locum habuit
poſt eccleſiam primitiuam,quãdo ex magna reuerẽtia rarò
celebrabatur.ſecundũ Sanct.Tho.autem in iij.parte.q.lxxx.
& alios non refert vtrum quis poſt cibum aut potũ dormie-
rit,vel etiã digeſtus ſit,quantũ ad rationem præcepti.refert
autem quantum ad perturbationem mẽtis, quam facit inſo-
mnietas & indigeſtio:ex quibus,ſi perturbatio ſit multa,ho-
mo ad communionem ineptus redditur:vnde ſecundum Ar-
chiep.non impedit,ſcilicet neceſſariò,& ſi de congruo quòd
quis poſt cibum non dormierit, aut non ſit facta digeſtio,
dummodo poſt noctem mediam non comederit aut biberit
etiam ſi comediſſet aut bibiſſet poſt matutinũ,cùm dicitur
ſero:licet nõ multũ liceat,vt dicit, poſt illud bibere, & mul-
tò minus comedere:niſi neceſsitas vrgeat. Adde vel vtilitas
vt ſi à ſtudioſis fiat ad redimendum tempus:quia oppoſitum
ipſe nullo iure probat.Nec obſtat, ſecũdum Petrum de Pa-
lude.capit.ſi conſtiterit.de accuſat.vbi qui pernoctauerat in
taberna ſine ſomno,priuatur eccleſia:quia cùm ibi communi-
ter
apponatur vinum,veriſimiliter poſt mediam noctem bibit
& celebrauit: & ſic eſt præſumptio iuris, contra quam non
admittitur probatio: vel ſaltem cui ſtatur, quando con-
trarium non probatur.¶Octauò,† quid ſi ſacerdos poſt ſum-
10 ptionem viderit reliquias euchariſtiæ aut adhæſerit palato
eius? Et quantum ad primum dicit Petrus de palude quòd
quantumcunq; ſit minima,dũmodo ſit ibi ſpecies panis,cùm
ibi ſit Chriſtus,ipſe nullo modo debet accipere, cùm non ſit
ieiunus:ſed debet reſeruare in craſtinum, vel alteri ieiuno &
diſpoſito tradere.Et ſic intellige quod dicitur in d.c. tribus.
de conſec.diſt.ij.de miniſtris,qui debent ſumere portiones re
manentes ſacramenti,ſcilicet quòd ſint ieiuni. Sed prædicta
intelligo quando reliqua videtur ex interuallo poſt ſumptio
nem,puta qa iã repoſuit calicem:ſecus ſi in eodem actu par-
ua interueniente morula,per no.in c.qa ꝓpter.de elec.Quã-
tum verò ad ſecundum, dico quòd licitum eſt eo caſu ſacer-
doti adhuc bibere vinum vel aquam,& quoties quo ad deſcen
dat:& hoc eſt tutius & honeſtius quàm digitum apponere.ſu
11 prà,Euchariſtia.ij.§.ix.par.viij.¶Nonò† quæritur,vtrum de-
beat eſſe mundus munditia purè corporali? Et dicit S.Tho.
in iiij.diſtinctione ix.quòd cùm cibus iſte nõ ſit corporis, ſed
mentis,magis in eius ſumptione conſideranda eſt munditia
mentis quàm corporis:ideòq; diſtinguendum eſt de immun-
ditia corporali:quia ſi ſit perpetua ſiue diuturna, non eſt ab-
ſtinendum,ne propter immunditiam corporis perdatur fru-
ctus mentis:ſicut accidit in leproſis & patientibus fluxum ſe-
minis vel ſanguinis. Si autem ſit temporalis & facilè purga-
bilis,tunc ſi quis ſit mente bene diſpoſitus,ſumere non prohi
betur,quamuis poſſet ad tempus laudabiliter abſtinere pro-
pter reuerentiam tanti ſacramenti.diſt.v.ad eius.Vtrum au-
tẽ ſacerdos leproſus poſsit celebrare.infrà, Leproſus. ¶De-
12 cimò† quæritur,vtrum debeat eſſe mundus à pollutione no-
cturna? Et ex S.Tho.iij.q.lxxx.& iiij.diſt.ix.dico multa.¶Pri
mum.Huiuſmodi pollutio ex triplici cauſa venit: primò ab
extrinſeca ſpirituali,id eſt,dæmonum illuſione,qui phantaſ-
mata commouere poſſunt.Secundò,à ſpirituali intrinſeca,id
eſt,cogitatione prẹuia.Tertiò,ab intrinſeca corporali,id eſt,
ex ſuperfluitate vel debilitate naturæ : ſeu ſuperfluitate cibi
vel potus,vel ſub alijs verbis procedere poteſt ex quatuor,ſci
licet ab illuſione dæmonum,à turpi cogitatione , à cibo vel
potu,à diſpoſitione naturẹ.¶Secundum.Quælibet autem il-
larum trium cauſarum poteſt eſſe cum peccato mortali & ve
niali,& ſine peccato, ſicut illuſio quando venit ex negligen-
tia præparationis,quæ poteſt eſſe mortale & veniale: quan-
doque autem ex ſola dæmonum nequitia,volentium à com
munione impedire.ſimiliter præcedens cogitatio laſciua eſt
cum mortali,ſi adſit conſenſus:aut veniali,ſi non adeſt,ſed in
ſola cogitatione finitur,& omnino ſine peccato:vt cùm quis
lectionis vel diſputationis cauſa cogitur de talibus cogitare,
& eſt cogitatio tantùm ſine concupiſcentia & delectatione:
tamen pollutio ſequi poteſt,vt patet ex verbis Aug.xij.ſuper
Geneſi.Similiter etiã cauſa corporalis poteſt eſſe cum mor-
tali & veniali:vt cùm venit ex ſuperfluitate cibi vel potus: li-
cet frequentius ſit mortale circa cogitationes:gratia cuius
Gregorius ſcribit Augu.epiſcopo.Ang.ceſſandum à commu-
nione quando venit ex cogitationibus,non quando ex ſuper-
fluo cibo & potu:præſertim ſi neceſsitas adſit & ſine peccato:
vt cùm eſt ex infirmitate naturæ. Vnde quidã etiam vigilan-
do ſine peccato ſemine fluunt,vel etiam ex ſuperfluitate na-
turæ:quia ſicut ſanguinem,ſic & ſemen,quod eſt ſuperfluitas
ſanguinis,contingit fluere ſine peccato.hæc ex illo. Vbi nota
quòd venire ex ſuperfluitate naturæ ſine ſuperfluo cibo vel po
tu,eſt venire ex cibo & potu,non ſuperfluo,niſi indiuiduo.in
cuius tamen ſumptione non eſt peccatum.¶Tertium.Circa
huiuſmodi igitur pollutionem aliquid impedit hominem à
communione neceſſariò,vt ſolum peccatum mortale anne-
xum:non autem veniale , ita ſcilicet quòd homo ſumendo
ſit reus corporis & ſanguinis domini : aliud ex congruentia
ſolùm & hoc quantũ ad duo: quorum vnum ſemper accidit,
ſcilicet fœditas corporalis:cum qua ad altare propter ſacra-
menti reuerentiã accedere nõ decet,niſi fortè immũditia ſit
perpetua vel diuturna,vt lepra,vel fluxus ſanguinis,& huiuſ-
modi.Aliud eſt euagatio mentis,quæ illa ſequitur,præcipuè
quando cum imaginatione contingit, impedimentũ tamen
ex congruitate proueniens poſtponi debet propter aliquam
neceſsitatem:puta ſecundũ Grego.quia exigit dies feſtus,vel
quia alius deeſt.hæc ex illo.¶Quartũ.Ex his patet ꝙ ſi huiuſ-
modi pollutio veniat ex cogitatiõe vel crapula,vel quacunq;
alia cauſa,quam certũ vel probabiliter dubium eſt eſſe mor-
tale,neceſſariò impedit:ſi verò certũ eſt probabile eã fuiſſe
veniale,impedit ex congruitate: imò nullo modo impedit ſi
immineat neceſsitas vel alia potior cauſa: vt colligitur ex S.
Tho.in iiij.qui etiã dicit quòd ſi ſine tali neceſsitate vel cauſa
celebretur,erit veniale tantùm:quæ neceſsitas vel cauſa iudi
cabitur arbitrio boni viri:vt quia adeſt dies feſtus,vel oportet
ſupplere pro alio:vel homo eſt in valde magna diſpoſitione
ad ſacramentum,& huiuſmodi.Si autem veniat ex cauſa vbi
nullum creditur probabiliter fuiſſe peccatum:in ſua liberta-
te eſt cõmunicare vel nõ,præcipuè ſi defuit turpis imagina-
tio,& diſtractio mentis. Et quia difficilimum eſt in pluribus
ſcire iſtam vel illam fuiſſe cauſam, laudabilius eſt,ſecundum
S.Thom.abſtinere,niſi potior cauſa reformet peccatum : vt
magna deuotio,vel huiuſmodi.Et hæc omnia ſunt aut beati
Tho.Aut Pe.de Pal.aut Rich. ¶Quintum propter huiuſmo
di pollutionem ſecundum Albe.& S.Tho.abſtinendum eſt à
ſacramẽto xxiiij.horis:quia iſto tempore reputatur deordi-
nata natura reordinari.quod Pet.de Pal.limitat verum,quã-
do accidit circa mediã noctem: ſecus ſi ante. imò dicit quòd
poſt pollutionem,quæ fuit ex cauſa mortali,non eſt mortale
eadem die communicare cum contritione & confeſsione. &
hoc tene,nõ obſtãte S.Tho. quia loquitur ex opinione alio-
rum,infrà Pollutio nocturna.¶Vndecimò† quæritur,vtrum 13
debeat eſſe mundus à coitu coniugali ante communionem &
poſt? Et dicit S.Tho.iij.q.lxxx.quòd ſi talis coitus ſit ſine pec
cato:puta cauſa prolis vel debiti reddendi,impedit, ſolùm vt
pollutio nocturna accidens ſine peccato, ſcilicet per immũ-
ditiam corporalem & mentis diſtractionem . vnde talis ſuo
iudicio eſt relinquendus,ſecũdum Greg.xxxiij.q.iiij.vir cum
propria.Si verò non cauſa procreandæ prolis ſed voluntas do
minatur in opere:tũc,vt ibi Greg.ſubdit,prohiberi debet ne
accedat ad hoc ſacramentum. hæc ille. Sed tamen talis exi-
gens cõmunicando non peccaret mortaliter,ſecundum Pet.
de Pal.& Albe.dicit quòd ſi omnibus modis ex deuotione ſe
ingerat,non eſt prohibendus:conſultius etiã eſſet,ſecundum
Arc.quòd reddens abſtineret.Quod autem dicitur de cõſ.di.
ij.omnis homo.quòd ſcilicet debet per aliquos dies ante ab
actu cõiugali abſtinere:conſiliũ eſt,non præceptũ , ſecundũ
gl.ibi.Facta verò cõmuniõe eadẽ die nõ licet exigere,nec ex-
actũ reddere,niſi cũ difficultate, ſecũdũ Alb. cõtrariũ tñ nõ
eſt mortale,id eſt,exigere, ſcđm eũdem Alb.iuxta intellectũ
Arch.¶ Duodecimò† quærit᷑,vtrũ debeat eſſe mũda mulier à 14
menſtruo vel partu? Et dico iſta non impedire neceſſariò. Si
tamen ex reuerentia abſtinet,non peccat.diſt.v.ad eius.& de
pur.poſt par.c.vno.dũmodo cõmunicet ſcđm inſtitutionem
eccleſiæ.in c.omnis.de pœ.& remiſ.¶Decimotertiò† quæri- 15
tur,vtrũ debeat eſſe mũdus à ſomnio homicidij vel alterius
peccati mortalis? Et dicit S.Tho.in iij.part.q.lxxx.ꝙ ſomniũ
homicidij nõ inducit etiã corporalem immũditiã, nec tantã
diſtractionẽ mentis ſicut fornicatio,propter delectatiõis in-
tentio-

tentionem: ſed cùm prouenit ex cauſa quæ eſt peccatum, præſertim mortale, impedit à communione ratione ſuæ cauſæ. quod intellige quouſq; homo conteratur & confiteatur. Et ſimiliter videt de alijs nõ turpibus ſomnijs. Decimoquar-
16 tò † quæritur, vtrum debeat eſſe mũdus ab omni peccato per contritionem & confeſsionem? Et dico multa. ¶ Primum. Omnis accedens ad ſacramẽtum cum peccati mortalis conſcientia, peccat mortaliter, ſecundum S. Tho. manducans indignè. Cùm tamen ſecundum Bern. per quatuor ſigna poſsit quis habere cõiecturam quòd ſit à peccato immunis, ſcilicet primò, quia Dei verba libenter audit. Secundò, quia ſe inuenit ad bene agendũ promptum, Tertiò, quia à peccato proponit cauere in poſterum. Quartò, quia dolet de præterito: ſi quis per huiuſmodi ſigna facta ſuæ conſcientiæ diſcuſsiõe diligenti quanuis fortè non ſufficienti, ad communionem accedat aliquo peccato mortali in ipſo remanente, quod eius cognitionem ſubterfugit, non peccat: ſed ex vi ſacramenti illius peccati remiſsionem conſequitur. Ex verbis autem S. Thom. collige quòd cõmunicare cum mortali ſine diſcuſsione ſufficienti, non eſt mortale: ſecus autem ſine diligenti, ſed negligenti, ſecundum Pet. ¶ Secundum. Volenti cõmunicare contritio non ſufficit: ſed requiritur confeſsio, ſine qua cõmunicare habita copia confeſſoris, eſt mortale. ſecundum S. Tho. niſi fortè ſecundũ Richa. expectetur in breui cui deuotius & ſecurius quis confiteatur. Si verò non habetur copia cõfeſſoris: dic vt ſuprà Euchariſtia. ij. §. vij. & ſuprà Confeſsio. j. §. ij. Tertium. Exiſtens in mortali Chriſti corpus videndo non peccat, ſi videat humiliter & reuerenter: ſimiliter nec tangẽs ex neceſsitate, puta quia cecidit in terram, & huiuſmodi, ſecũ-
17 dum S. Bona. & Tho. iiij. diſt. ix. ¶ Decimoquintò † quæritur, qua frequentia ſit à ſacerdote vel ſubdito communicandum? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Thom. in iiij. diſt. xij. ſacerdos conſecrans ſemper ſumere debet: de conſec. diſti. ij. relatum. & toties quoties celebrat, ratione iam dicta in prin. Et ſi pluries in die celebrat: de quo j. Miſſa. ſolùm in vltima percipiat perfuſionem, & non in priori: quia non eſſet ieiunus, nec poſſet aliã celebrare. de cele. miſ. ex parte. Et ſi poſt conſecrationem infirmetur, & nõ habeatur alia hoſtia, ſacerdos alius ſupplens hoſtiam debet diuidere & partem ſumere, partem tradere infirmo. Et ſecundũ Pe. [illegible] alius quicunque infirmaretur ad mortem, imo licet ratione deuotionis, vt dictum eſt. ¶ Secundum. Quilibet fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, communicare tenetur, ſaltem ſemel in anno, in paſcha: niſi ex rationabili cauſa ad tempus de conſilio proprij ſacerdotis abſtineat. de pœn. & re. omnis. Nec intelligitur hoc ſolùm de die paſchæ: ſed à diebus iouis ſanctæ vſque ad octauam paſchæ incluſiuè quilibet cõmunicans ſatisfacit dicto ſtatuto, ſecundũ declarationem Eugenij in extrauaganti, quæ incipit, fide digna. quam Archi. non viderat, qui contrarium tenuit. ¶ Tertium. Qui noluit cõmunicare in paſchate, nec ex rationabili cauſa diſtulit, licet inducendus ſit vt ſuppleat paſchate tranſacto: tamen non videtur ad hoc de neceſsitate teneri, ſecundum Arch. & idem de confeſsione prioris anni omiſſa, quod trahi poteſt à ſimili per illud quod ſeruatur circa alia eccleſiaſtica præcepta: quia nullus dicit quòd teneatur quis omiſſum ieiunium ſupplere aut omiſſum officium. quot autem peccata cõmittat, j. Omiſsio. ¶ Quartum. In locis vbi iſta prædicantur, & de facili ſciri poſſunt; ſecundũ Arch. nõ excuſantur ignorantia qui non communicant, neſcientes ſe ad hoc teneri, poſſent aũt magis excuſari in locis ſylueſtribus, vbi ſacerdotes nõ ſolùm iſta non prædicant: ſed etiã ab iſtis retrahunt, dicentes debere cõmunicare ſolùm ſenes & morientes. ¶ Quintum. Licet cõmunicans nõ celebrans poſsit omni hora diei communicare, quando ſit ieiunus, cùm oppoſitum non legatur: mane tamen videtur hora congruẽtior, quo tempore Chriſti paſsio peragebatur: non tamen poteſt niſi ſemel in die cõmunicare, ſecundum S. Thom. in iiij. diſt. xij. ar. de conſec. diſt. j. ſufficit. ¶ Sextum. Qui in multis ſeu magnis peccatis fuit irretitus, nõ debet ſtatim peracta confeſsione communicare: ſed ſi tempus patitur pluries cõfiteri, & orationibus, ieiunijs ac eleemoſynis ſe mundum & odoriferum reddere, quãto tempore ex cauſa videbitur confeſſori. de pœn. diſt. j. non ſufficit. & cap. in accuſatione. Non eſt autem cauſa iuſta, quia nõ vult indulgere, aut reſtituere, aut aliud facere ad quod tenetur: quia aq huiuſmodi tenetur: & niſi pœniteat, excõmunicandus eſt. de conſec. diſt. ij. ſi quis intrat. ¶ Septimum. Secundum S. Thom. in iij. parte q. lxxx. arti. x. ſi conſideretur hoc ſacramentum ex parte ſui, quotidie ſumẽdum eſt: quia eius virtus eſt hominibus ſalutaris & ſimiliter ſi cõſideretur ex parte ſumentis, in quo requiritur magna deuotio & reuerentia, laudabile eſt quotidie ſumere, ſi quis ſe quotidie paratum inueniat. Vnde Auguſt. de ver. do. ſic viue, inquit, vt quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominibus occurrũt huiuſmodi deuotionis impedimenta: nõ eſt vtile omnibus quotidie communicare: ſed quoties ſe quis paratum inuenit. Vnde dicitur in lib. de ec. doct. Quotidie euchariſtiæ cõmunionem accipere nec laudo nec vitupero: cõſulitur tamen tibi omnibus diebus dominicis eſſe communicandum. In iij. autem & in iiij. diſt. xij. dicit: Simpliciter loquendo melius eſt ſumere quàm abſtinere: quia illud per ſe, hoc per accidens eſt bonũ. In caſu tñ abſtinere, poteſt eſſe melius, quando ſcilicet aliquis probabiliter præſumit ex ſumptione reuerentiam minui, & amorem non multum augeri. vnde laudabiliter abſtinet. Sed ſi econuerſo creſcit amor, & reuerentia non minuitur, quotidie ſumendũ. videtur etiam in quarto tenere, quòd ſi quantũ minuitur reuerẽtia, augeatur amor ſeu feruor charitatis, adhuc ſit omni die cõmunicandum: vt ibi patet. q. vlt. ar. vlt. q. vlt. in fine corporis. Vnde ſacerdos in dubio de celebrando nécne, ſemper deberet celebrare ſecundum mentem eius ibi. ¶ Decimoſextò † quæritur, quid agendum quando corpus Chriſti apparet in alia ſpecie? Et dicit S. Tho. in iiij. diſt. x. & Aur. quòd ſi appa ret in forma pueri, vel carnis cruentæ, vel huiuſmodi, ſumi non debet ab eo cui apparet: ſed ab alio cui ſub ſpecie panis apparet: quia non apparet ſub ſpecie conuenienti humanæ refectioni: & ſi apparet omnibus illo modo, debet cum reliquijs poni. Et ſi apparet ſic celebranti, ſunt duæ opin. vt recitat S. Tho. quia dicunt quidam quòd ſacerdos debet iterum celebrare, & ſumere: & ſi ſecundò hoc accideret, iterum tertiò. Alij verò dicunt quòd ſufficit ſpiritualis manducatio: nec propter hoc efficitur tranſgreſſor conſtitutionis eccleſiæ: quia ad ea quę frequentius accidunt leges aptantur. Hęc ille qui ſentit quòd non tenetur iterarò celebrare: tamen ſi hoc faceret, melius faceret: vt patet. iij. q. lxxxij. ar. iiij. ad tertium.

## Rurſus de Euchariſtia iiij. quantum ad effectus & miranda eius ſummariè.

*1 Euchariſtia, in qua qualitas rei à quantitate ſecernitur, admiranda duodecim in ſe habet, de quibus hic aperte.*
*2 Euchariſtiæ effectus mirabiles, qui ex quatuor deprehenduntur, de quibus hic.*
*3 Euchariſtia, vt variè conſiderari poteſt, ita & varijs prodeſſe, & quot modis proſit?*
*4 Euchariſtiæ effectum quænam peccata venialia impediant & quæ gratiæ augmentum?*





1 EVCHARISTIA † quartò continet quędam miranda, & mirandos facit effectus. pro quorum notitia ex doctrina & mente S. Tho. ſciendũ eſt quod qualitas rei à quantitate diſtinguit: quia videmus ſtante vna quãtitate variari qualitatem: ſicut Socrates nihil creſcens aut decreſcẽs eſt aliquãdo calidus, aliquãdo frigidus. & ſimiliter quantitas diſtinguitur à ſubſtantia: quia eadem ſubſtantia aliquando eſt maior, aliquando minor: vt patet in maſſa paſtæ. Sciendum eſt etiã quòd ſicut agens naturale de vna re facit aliã ſtãte materia, & forma tranſeũte vel mutata: ſicut anima de cibis facit ſanguinem & carnem: ita Deus, qui eſt ſupra naturã, & qui de nihilo facit aliquid, põt de vna re facere aliã, tranſeunte non ſolùm forma, ſed etiam materia: ita quod totũ conuertatur in totum, & materia in materiã, & forma in formã. Et ſic ſubſtãtia panis cõuertitur in ſubſtantiã, & nõ in quantitatem corporis Chriſti, ſtãte quãtitate & qualitate panis: & ſimiliter vinũ in ſanguinem. Ex quo fit quòd corpus Chriſti cõparetur ad ſpecies ſiue accidentia panis per ſuã ſubſtantiam, non per ſuam quantitatẽ: & quod ſit nouiter in altari hac ratione, quia ibi ſunt accidentia eius, quod in corpus Chriſti cõuerſum eſt, id eſt, panis. Et eſt in paruo loco, quia parua ſunt illa accidentia: & in magno, quia magna: & in multis, quia multa. ¶ Igitur in hoc ſacramento ſunt xij. miranda, quæ omnia ex S. Tho. in iiij. & in iij. habentur. ¶ Primum, quia corpus Chriſti exiſtẽs in cœlo localiter, incipit eſſe in altari abſq; hoc quod de cœlo deſcendat: quia non incipit eſſe in altari per ſui mutationem: ſed quia aliquid in altari exiſtens conuertitur in illud: ſicut ignis incipit eſſe in aëre, quando aër in ignẽ conuertit. ¶ Secundum, quia facta cõuerſione nihil remanet de ſubſtantia panis: & tamen nõ eſt corrupta, neque annihilata: quia ſcilicet cõuerſa eſt, in aliud, id eſt, corpus Chriſti. ¶ Tertium, quia quanuis materia panis conuertatur in materiã corporis Chriſti, & forma in formã: nõ tamen conuertitur in animã rationalem, quæ eſt forma, inquantũ eſt anima rationalis, ſed inquantũ dat eſſe corporeũ, id eſt, quòd anima vt anima nõ eſt ibi ex vi ſacramenti, ſed cõcomitanter. ¶ Quartum, quia quotquot hoſtiæ in Chriſti corpus conuertant, ipſum tamen non augetur nec mutatur: quia illud, quod ei additur, eſt ſubſtantia ſine quantitate, & cõſequenter eſt indiuiſibilis, ex ij. Phyſ. & conſequenter nõ auget, ſicut nec punctum additũ lineæ, vel color additus ligno. ¶ Quintum, quia quanquã in multis altaribus ſint multæ hoſtiæ conſecratæ: & in qualibet integrum corpus Chriſti, illud tamen eſt vnũ tantũ: quia vna eſt ſubſtantia, in quã omnes hoſtiæ conuertunt: & illa eſt in multis locis: quia eſt quantitas multarũ hoſtiarum conuerſarum. ¶ Sextum, quia in tã parua hoſtia eſt verè corpus Chriſti cum carnibus & oſsibus. & ratio iam patet. ¶ Septimum, quia in qualibet particula hoſtiæ, ſiue continua, ſiue diuiſa, eſt totus Chriſtus indiuiſus: ſicut ſubſtantia aëris eſt ſub qualibet parte aëris, ſiue continua, ſiue diuiſa: & anima eſt in qualibet corporis parte: quia ibi eſt corpus Chriſti ſolùm per modũ ſubſtantiæ, quæ tota eſt ſub qualibet particula: vñ nõ eſt maioris virtutis aut efficaciæ hic cibus ſi ſumant mille hoſtiæ quàm ſi vna ſola, ſecundũ S. Tho. iij. q. lxxix. ¶ Octauũ, quia in qualibet particula hoſtiæ eſt totũ corpus Chriſti cũ ſuis mẽbris ſine membrorũ confuſione, nõ obſtante eorũ diſtantia: quia determinata diſtantia membrorũ in corpore organico fundatur ſuper quãtitate dimenſiua. Vnde quia conuerſio panis directè terminatur ad ſubſtantiam corporis Chriſti, non ad quantitatem: ideo ſubſtantia corporis Chriſti non comparatur ad hoc ſacramentum per modum quantitatis, ſed potius eius quantitas per modum ſubſtantiæ, id eſt, indiuiſibiliter. Vnde corpus Chriſti habet ordinem & diſtantiam partium in ſe, ſed non comparatiuè ad ſpecies ſacramentales. ¶ Nonum, quia in hoc ſacramẽto accidentia, id eſt, dimẽſiones ſine ſubiecto ſubſiſtunt: qualitates autem in dimẽſionibus ſuſtentãtur. quod fit diuina virtute, quæ dat eſſe poſterioribus, id eſt, accidentibus ſine priori, id eſt ſubſtantia: quia ceſſante ſecunda cauſa, non ceſſat prima. ¶ Decimum, quia fracta hoſtia non frangit Chriſtus: quia fractio non fit niſi per diuiſionem quãti: Chriſtus aũt nõ eſt ibi per modũ quanti. ¶ Vndecimũ, quia cũ nõ ſit ibi ſubſtantia panis: tñ illę ſpecies ita nutriũt & cõfortant, & omne aliud agũt, & patiunt, ac ſi ibi eſſet ſubſtantia panis. Vnde corrumpuntur, & inde aliquid generatur. & idem de ſpeciebus vini: quia ſicut ab eis aufertur miraculosè ſubſtantia panis: ita eis miraculosè confertur ſubſiſtere, quod eſt ſubſtantiæ propriũ: & cõſequenter poſſunt omnia facere & pati, quæ & ſubſtãtia poſſet. ¶ Duodecimum, quia quãuis hoſtia cõſecrata putreſceret, aut reſolueretur in puluerẽ, corpus tñ Chriſti quod in ea eſt, nihil horũ pateretur: quia iſta accidentia illi corpori nõ inſunt, ſed ſubſiſtunt.
¶ † Habet etiam hoc ſacramentũ mirabiles effectus. ¶ Et in 2
generali comprehendi poteſt eius effectus, primò ex præſen- *Effectus euch.*
tia eius, qui in eo eſt, qui dedit vitam & gratiam mundo. vnde proprius effectus huius ſacramenti ſecundum S. Tho. in iiij. diſt. xij. eſt transformatio hominis in Deum, ſcilicet per gratiam & amorem: ad quod ſequitur augmentũ virtutum. ¶ Secundò, ex repræſentato per illud, quod eſt paſsio Chriſti: vnde quicquid eſt effectus paſsionis Chriſti, eſt effectus euchariſtiæ, ſecundum S. Tho. in vj. vel vij. ¶ Tertiò, ex modo quo traditur: quia per modũ cibi & potus. vnde ſecundum S. Tho. iij. q. lxxix. facit omnem effectũ vitæ ſpiritualis ad ſimilitudinem cibi corporalis: quia ſuſtentat, auget, reparat, & delectat. ¶ Quartò, ex ſpeciebus, ſub quibus traditur: quæ ex multis ad vnum aliquid rediguntur: ſicut ex multis granis fit vnus panis, & ex multis acinis vel vuis, vnum vinum. Vñ ſecundũ S. Tho. in miſſa corporis Chriſti ſignificant vnitatem eccleſię,
& conſequenter illam efficiunt. ¶ † Igitur euchariſtia inquã- 3
tum ſacramentũ, prodeſt ſumentibus tantũ: ſed vt ſacrificiũ, prodeſt etiã alijs. Et primò, cõfert gratiã, eã auget, & excitat ad virtutes. iij. q. lxxix. ar. j. ¶ Secũdò, ex cõſequenti cõfert charitatem, & omnes virtutes. ¶ Tertiò, ex cõſequenti diminuit fomitem ratione feruoris charitatiui. iij. q. lxxix. ar. vj. ad tertium. ¶ Quartò, ſuſtentat, ſiue dat vitam, auget, reparat, delectat vt cibus. iij. q. lxxix. ar. j. adde etiam quòd facit laudare, ſicut cibus cantare. pſal. xxj. col. viij. ¶ Quintò, cõfortat in pugna, dãs prægustationem gloriæ. Iſa. iiij. col. iij. ¶ Sextò, dat viatoribus adeptionem gloriæ, id eſt, virtutem adipiſcendi. iij. q. lxxix. ar. ij. & beatis auget gloriã accidentalem. iiij. di. xij. q. j. ar. j. q. ij. ¶ Septimò, pręſeruat à peccato dupliciter, ſcilicet interius roborando per gratiã: & exterius repellendo omnẽ dęmonũ impugnationem per Chriſti paſsionem cuius eſt ſignũ. ¶ Octauò, delet peccata venialia. iij. q. lxxix. ar. iiij. ¶ Nonò, delet etiam mortalia, quorum quis non habet conſcientiã, nec affectũ. iij. q. lxxix. ar. iij. vñ eſt ablutio ſcelerũ, id eſt, mortalium peccatorũ tripliciter, ſcilicet ignoratorum, futurorum, vel cauſando contritionem. ¶ Decimò, delet pœnam debitã peccatis, non totã, ſed ſecundũ menſurã peccatorũ & deuotiõis. iij. q. lxxix. ar. v. ¶ Vndecimò, liberat à purgatorio, inquantũ eſt ſacrificiũ ſatisfactoriũ pro peccato. iij. q. lij. viij. ij.
¶ † Effectum euchariſtiæ impediunt peccata venialia præſen- 4
tia quo ad refectionem dulcedinis ſpiritualis: nõ autem quo ad augmentum gratiæ habitualis. iij. q. lxxix. ar. iij. aliqua tamen venialia impediunt gratiæ augmentum, ſcilicet quæ faciunt mentis diſtractionem: & tollunt deuotionem actualem. iiij. diſtinct. xij. q. ij. ar. j. q. iij. Nec tamen tunc incurritur

neceſſariò peccatū mortale,ſed veniale tantū, vt ibi.peccata tamen venialia præterita nullo modo hūc effectū impediūt.

## De Euictione.

EVICTIO,vt recitat Azo,ſecundum aliquos eſt rei em præ vel ex alia iuſta cauſa acceptæ per ſententiam iudicis abductio:vel eſt rei ex iuſto titulo ab alio emptæ iuridica amiſsio:ſicut emo agrum à Sempronio : & Titius in iudicio probat illum eſſe ſuum : dicitur illum euincere.

¶EVNVCHVS an poſsit ordinari, vide ſuprà Corpore vitiatus. Vtrum autem debeat puluerem portare, dic quòd non.diſtinct.lv.eunuchus.

## De Exactione.

EXACTIO non eſt,vbi quis ſponte ſoluit. vide gloſſ.& Card.in cle.præſenti.de cenſi.Et ibi dicit Pau.quòd exigere & extorquere dicit violentiam:vt ff.de leg .iij.l. fidei-commiſſa.dicit tamen quòd ſi præceſsit extorſio,licet ſequatur voluntaria ſolutio,eſt exactio.facit quod not.Hoſti.in c. præterea.el ij.de iure patro.& de pœ.c.conſtitutus.Exactiones quomodo & quando fieri poſſunt à dominis vel prælatis,ſuprà Dominium.§.v. & infrà Gabella.

¶EXCEPTA intelligitur in generali ſermone perſona loquens.de iureiuran.cap.petitio.cum allega.in gloſſ.

## De Exceptione.

EXCEPTIO dicitur extra captio:&ſic regulam firmat. vide ſuprà Alienatio. §.xij. & xviij. Dicitur etiam exceptio,defenſio,quæ reo competit contra actionem,quę eſt in eum:& dicitur quaſi actionis excluſio : vt ſi petis à me debitum:& ego excipio quod remiſiſti illud.

## De Excommunicatione primò de maiori in ſe.

1 *Excōicatio,quæ eſt à fideliū cōione excluſio,vt triplex fidelium cōio eſſe dicitur,ſic triplex quoq; eſt. Et ibidem eius diffinitio.*

2 *Excommunicato ſuffragia,quæ pro tota eccleſia fiunt,an proſint. Et quot requirantur, vt pro excommunicato orans peccet? Et an ſacerdos,in ipſo memēto,poſsit pro eo nominatim orare.*

3 *Excommunicationis alia definitio : & ſub hæc de ſecunda & tertia ipſius ſpecie de quibus ſigillatim & abundè.*

4 *Conſuetudo ſola ſine ſtatuto,aut ſententia,num quem excommunicatum reddat?*

5 *Excommunicationis infligendæ, quinam poteſtatem habeant?*

6 *Excōmunicandi facultas,vt cui pſiā cōpetat,quid neceſſariū ſit?*

7 *Excommunicari quinam poſsint? Et quo caſu mortuus excommunicatur , ad quid excommunicetur?*

8 *Papam pro hæreſi non modo excommunicari , ſed & iudicari & deponi poſſe.*

9 *Superiorem inferioris ſententia ligari non poſſet,qualiter intelligatur.*

10 *Collegium,perſonam veram non eſſe , ſed repræſentatam. Et an ſententia perſonam veram ſolùm liget?*

11 *Excommunicabiles,quibus cauſis , aut culpis excommunicari poſsint. Et excommunicationis pœna quanta ſit?*

12 *Excōicationi inferēdæ quinā ſit modus adhibēdus & ſeruādus?*

13 *Excommunicatio inferenda,quando monitionem nō requirat?*

14 *Prælati in excòmunicando, qui formā prædictam nō ſeruant, an pœnā de qua ſuprà incidāt? Et ſubinde limitatiões aliquot.*

15 *Forma certa,ac determinata,nū in excōmunicatiōe ſit aliqua. Et quid ſi iudex dicat,excōmunico te & abſoluo.n.16.& ſeq.*

18 *Iudex cùm dicit,excōmunico te,vel vbicunque de excōmunicatione mētio ſit,an de maiori excōmunicatiōe intelligatur?n.ſe.*

20 *Excommunicari per literas num quis poſsit? Et vtrum excommunicatio latæ ſententiæ ſit comminatoria , cùm dicitur: ſub excommunicationis pœna?21.*

22 *Canónne ſit ſententiæ ferendæ, an latæ,num aliquibus verbis, aut regulis cognoſci poſsit?*

23 *Differētia,nū ſit inter maiorē excōmunicationē & anathemat*

EXCOMMVNICATIO†primò maior, vt intelligatur quid & quotuplex ſit,& quæ ſint eius cauſæ , ſciendum eſt primò ex doctrina & mente S.Tho.in iiij.diſt.xviij. & Arch.in iij.parte.tit.xxv.quòd excommunicatio,vt nomen ipſum oſtendit,dicitur excluſio à communione, ſcilicet fidelium.Eſt autem tripex fidelium communio:prima ſcilicet in conuerſatione,ſiue in actibus legitimis corporalibus:& ſecunda in ſacramentorum ſuſceptione,dum vnus ſuſcipit & alius miniſtrat:vel multi ad ſuſcipiendum adunantur : & tertia in actibus legitimis ſpiritualibus,ſiue in bonorum ſpiritualium participatione:quæ fit vel ratione intentionis,dum vnus pro alio orat , vel aliud ſuffragium facit : vel ratione charitatis, quæ facit omnes eſſe vnum in Deo,ſecundum illud Pſalmiſtæ, Particeps ego ſum omnium timentium te . Vnde etiam triplex eſt excommunicatio. ¶Prima dicitur excommunicatio maior,de qua iij.q.iiij.Engeltrudam.& hæc etiam dicitur anathema,quod interpretatur ſeparatio: quia ſeparat & excludit à triplici prædicta communione: & ſecundum Sanct. Tho.ſic diffinitur:Excommunicatio,eſt ſeparatio à communione eccleſiæ quo ad fructum &ſuffragia generalia:per fructum intelligendo perceptionem ſacramentorum & conuictum fidelium:& per ſuffragia generalia intelligendo ſpiritualia bona,quibus eccleſia priuat excōmunicatum inquantum ſunt cōmunia non per charitatem,quam aliquando habet excommunicatus,ſed per interuentionem : non quidem huius perſonæ particularis,quę orare pōt pro eo:ſed eccleſię quæ excōmunicatū ſeparat ab vniuerſitate fideliū,pro quibus ſuffragia facit. Vnde† ſecundū S. Tho.excōmunicato nō proſunt ſuffragia,quæ ꝑ tota eccleſia fiūt:nec ex perſona eccleſiæ oratio pro eo inter membra eccleſiæ fieri pōt:quāuis aliqua perſona particularis poſsit aliqđ ſuffragiū ad eius cōuerſionem per interceſsionem dirigere. Quæ ꝗdem dicta S.Th. ſic intelligo,qa ad hoc ꝙ peccet orās pro excōicato, duo requirunt̃. Primò quòd oret ex perſona eccleſiæ, id eſt,tanquā eccleſiæ miniſter:vt ſacerdos inquantū ſacerdos:hæc oratio eſt publica quātū ſpectat ad ordinationē eccleſiæ, licet propter occupationes aliqñ aliter ſit. Secundò quòd oret enumerando ipſum in membris eccleſiæ: quod fit qñ orat pro eo in particulari,ſicut tūc facit vel aliàs facere cōſueuit pro alijs fidelibus nō excōmunicatis. Et cōſequenter qui nō orat publicè,etiā ſi oret ſpecialiter:vel qui nō orat ſpecialiter,etiā ſi publicè, nō peccat: vñ in paraſceue eccleſia generaliter orat p hæreitcis.& Sum.Con.lib.iij.tit.xxxiij.q.clxix. dicit ꝙ in priuato poteſt orari pro eis.& Hoſt.dicit nō eſſe orādū ſpecialiter.& Sum.Conf.limitat in publico . Vtrum autem ſacerdos in miſſa infra ipſum Memento poſsit orare pro ipſo etiā ſpecificè & nominatim. videtur quibuſdam quòd ſic : quia licet miſſa ſit oratio publica, tamen illud ſpatium concedit ſacerdoti vt poſsit orare pro ſuis tāquā perſona priuata: & ſimiliter ſeorſum à miſſa & officio:in ipſis etiam petitionibus, quæ in miſſa vel officio ex ordinatione eccleſiæ recitat poteſt orare pro eo intentione gñali,non ſpecifica. Diffinitur † etiā ſic:Excommunicatio,eſt à qualibet licita communione & legitimo actu ſeparatio.xj.q.iij.§.euidenter. ¶Secunda eſt excommunicatio minor,de qua xj.q.iij. cum excommunicato, quæ excludit præcisè à participatione & communione paſſiua ſacramentorum,ſecūdum Io.de Lig.vt de cle. excō.m. c.ſi celebrat.& à participatione eorum,quæ ſunt via ad ſacramenta percipienda:quia ſic excommunicatus non eſt eligibilis,nec conſequenter habilis ad quodcunque eccleſiaſticum beneficium,vt in eodē c.notatur. vnde ibi dicit Inno. quòd nullam dignitatē conſequi poteſt,etiā ſi eligentes hoc ignorabant,vt tenet ibi gloſ.& cōiter doctores: non autē excluditur à cœtu fideliū vel ſpiritualiū bonorū participatione, aut etiam à ſacramētis cōferēdis,ita quòd collata effectu nō careant,licet ipſe peccet:vt patet in eo.c. ¶Tertia eſt excōmunicatio excludēs à perceptione ſacramentorū & bonorū ſpiritualium participatiōe: ſed nō à cœtu fidelium:de qua xj q. iij.cū excōmunicato. & in d.c.Engeltrudā. & hæc à Deo infligitur pro quolibet mortali.¶Si tamen volumus maiorem & minorem excōmunicationē tam à iure quàm ab homine diffinitione cōcludere,ſic diffinit Panor.ſuper rubrica eiuſdē tituli dicēs:Excōmunicatio,eſt cēſura à canone vel à iudice eccleſiaſtico prolata,priuans à cōmunione ſacramētorum,& quandoq; hominum.Igitur omiſſa excōicatione diuina,duas alias habemus, maiorē ſcilicet & minorē : & vtraq; eſt duplex,ſcilicet ab homine,id eſt à iudice eccleſiaſtico:licet hodie minor ab homine nō conſueuerit inferri: & à iure . Dico autem excōmunicationē eſſe à iure ſecūdū Gul.de pa.& Archi.quādo ab eo,qui pōt cōſtitutionē facere,conſtituitur aliquid animo iuris ſtatuendi in perpetuū, & generaliter in oēs ſubditos ſuos,& ſtatutū illud roboratur per ſententiā excōmunicationis in futuros tranſgreſſores : vt dicendo excōicamus omnes qui exercēt vſuras. Vnde quædā eſt à iure cōmuni ligans per totā eccleſiā facta in cōcilio generali,vel ab aliquo ſummo pōtifice. quędā verò eſt à iure particulari, id eſt cōſtitutione ſynodali alicuius diœceſis,vel cōſtitutiōe facta in concilio prouinciali:vel à cōſtitutione alicuius legati prouinciæ alicuius:quæ nō extēduntur ad alia loca extra diœce-
4 ſim vel prouinciā.Cōſuetudo† autē ſola ſine ſtatuto vel ſententia nō reddit aliquē excōmunicatū,ſecundū Sum. Piſa.& Roſel.quia iſte nō eſt modus ferēdi ſentētiā:contrariū tamē tenuit Sum.Ang.dicēs ſecundū Hoſt.ꝙ ſic:quādo cōſuetudo eſt approbata per papā vel aliū pręlatū quo ad ſuos ſubditos: quia perinde eſt ac ſi eſſet ſtatutū:aliàs non,quantuncunq; ſit longa. Ego verò diſtinguo: quia ſi conſuetudo non habet in obſeruantia vel opinione hominum annexum ꝙ ſic faciēs ſit quaſi excōmunicatus,eius tolerantia aut approbatio etiā explicita non inducit excōmunicationē: quia nō plus exprimit approbatio,quàm ſit in cōſuetudine,quæ nō exprimit actum excommunicādi. Si verò conſuetudo habet in hominū obſeruantia vel opinione annexū quòd ſic faciēs ſit quaſi excōmunicatus:approbatio inducit excōmunicationem. Et hoc tene: quia ſecūdū gl. Ray.eo caſu intelligitur cōſtitutio eſſe edita verè aut præſumptiuè:vt in Sum.Con.li.ij.tit.v.q.x. Ab homine verò eſt,quādo fertur pro cōtumacia vel offenſa præterita aut futura:nō tamen intētione faciendi conſtitutionē generalē aut perpetuā:ſed vt alicui vel aliquibus perſonis prouideatur ad vitā eorū,aut alicui negotio ad tempus:ſicut dicendo excōmunicamus omnes, qui ballabūt vſq; ad illud tē-
5 pus vel vſque ad illud. ¶Sciendum†eſt ſecundò quātū ad excōmunicationis cauſam effectiuā , ꝙ excōmunicationē à iure facere poſſunt omnes iudices eccleſiaſtici, qui poſſunt facere ius: vt papa in vniuerſali eccleſia, & legatus in ſua prouincia & ſinguli epiſcopi in diœceſibus.xvj.q.ij.viſis.xxiiij.q. iij.corripiātur.& à fortiori multitudo epiſcoporū,id eſt concilii prouinciale.qui verò nō poſſunt facere ius vel ſtatuere, etiam nō pñt excōmunicare. Statuere autē poteſt,vt dictum eſt papa & epiſcopus requiſito conſilio capituli, per notata in ca.quanto.de his quæ fiunt à præla. etiam ſi capitulū non conſentiat,ſed diſſentiat,nihil rationabile opponēdo,ſecundū Arch. & Io.An.in c.j.de cōſti.lib.vj.quod Panor.in d.c.quāto. dicit indubitabile:quia cùm requiratur conſilium capituli,& non cōſenſus,ſatisfactū eſt iuri ex ſola petitione & expectatiōe reſpōſi:cùm nō teneatur cōſiliū ſequi:vt in c.cū olim.de arbi.de quo vide ſ.Cōſiliū.§.ij.Canonici autē cathedralis eccleſiæ ſtatuere nō poſſunt ſine licētia epiſcopi ſuper his,quæ tangūt epiſcopū aut iura eius, aut cōmunem ſtatū eccleſiæ: aut ſuper magnis rebus &negotijs eccleſię:ſed ſolū ſuper ſua ſingularia negotia:puta ꝙ ſuas dietas certis modis diſtribuāt vel certo modo ad capitulū vocētur:ſecundū glo. in ca.ij.de ver.ſi.Similiter nec capellani eccleſiarū ſine epiſcopo ſtatuere pñt etiā cum ſui prælati conſenſu in arduis & magnis,ſecundū Panor.in c.cū omnes.de cōſti.Secus ergo in paruis.Et generaliter ſtatuere poſſunt vel nō poſſunt aliqui, ſecūdū qđ habēt vel nō habēt iuriſdictionē:de quo vide ĩ.Lex.§.iiij.Excōmunicationē verò ab homine facere pōt omnis iudex eccleſiaſticus potēs cōſtituere:&vlterius etiā propriè facere excōmunicationē maiorē ꝑtinet ad officiū epiſcopale:vt patet in c.corripiātur.xxiiij.q.iij.quia dicit mucro epiſcopi,in c. viſis.xvj.q.ij.S.Tho.dicit in iiij.quòd ſolus epiſcopus & ſ.pōt ꝑpria authoritate excōicare,niſi in furto& rapina,& huiuſmodi in quibus cōceſſum eſt à iure parochiano excōmunicare. Excōmunicare etiā poſsūt de iure cōmuni etiā citra epiſcopum oēs eccleſiarū pręlati:vt in c.cum eccleſiarū.de of.or.id eſt ſecundū gl.omnes qui ſunt ſimul prælati collegio vel vniuerſitati eccleſię ab habēte adminiſtrationē cū iuriſdictione:vt puta,epiſcopo,vel qui ſunt electi à collegio vel vniuerſitate,licet ſubſint alteri,id eſt epiſcopo:vt in c.j.de elec.& xciij.di.legimus.& hoc verū eſt,niſi epiſcopi præſcripſiſſent cōtra eos ne hoc poſsint.Et ſimiliter abbates etiam nō benedicti,modò ſint cōfirmati:vt in c.ſicut tuis.de ſimo. Et ſimiliter priores excōicare poſſent ſingulos de collegio,etiā alienos:ſi in eos aliquo iure ſpeciali habeant iuriſdictionē: vt in d.c.cum eccleſiarū.Et ſimiliter idē ſecundū Arch. videtur de archidiacono licet nō ſit presbyter.ar.diſt.xxv. perlectis.niſi cōſuetudo ſit in contrariū.Sed Panor.in c.cum in cunctis.de elec.dicit quòd de iure cōmuni nō habet curam in foro contentioſo vel pœnitētiali:ſed de cōſuetudine aliquādo habet parochiam,in qua exercet curam,& inquirit ac viſitat totam diœceſim loco epiſcopi:& ex iſtis cauſis meritò excommunicat. Pan.In alijs ergo videtur ſecus. Et ſimiliter ſacerdos parachiales excōmunicare poſſunt,ſecundum Hoſ. in notorijs, quæ non indigent indagine iudiciali, præmiſſa tamē monitione.quod verum eſt vbi hoc eis tribuit cōſuetudo quæ dat iuriſdictionē.ix.q.iij.cōqueſtus,vel vbi ſpeciali iure eius competit iuriſdictio,ſcilicet in aliquibus particularibus caſibus, vt dicit Sāct.Tho.quod intellige,niſi epiſcopus ꝓhibeat:aliter non eſt verū.ij.q.j.nemo.nec c.cū inhibitio.de clande.deſpon.quod allegat Hoſtiē.hoc probat. Et ſimiliter metropolitanus excommunicare poteſt ſuffraganeum ſuū, ſecūdum Io.de Lig.cū ſit eius ordinarius.xij.di.de his.Et ſimiliter excōmunicare & ſuſpēdere non poteſt epiſcopus propter cōtumaciam ortam in iudicio ſine conſenſu capituli, ſecundum eūdem,niſi aliud ſibi competat aliquo iure ſpeciali.xvj.queſ. vij.epiſcopus nullius. Et ſimiliter capitulum vel prior, ſecundum eundē,cùm ſuccedat in iuriſdictionalibus : vt in c.cum olim.de ma.& obe. Nullus tñ inferior epiſcopo excōmunicat cū illa ſolennitate:de qua xj.q.iij.debēt. ſed ſolus epiſcopus,id eſt circunſtantibus xij. ſacerdotibus cum cādelis accēſis in manibus Nulli etiā alij à ſacerdote cōpetit poteſtas excōmunicādi procedēs à clauium poteſtate vel fori pœnitētialis& ſemper ipſe illā exercet,cū prępoſitus eſt curę,niſi ſit cōtraria cōſuetudo vel ſuperioris inhibitio:facultas autē excōmunicādi procedēs ex iuriſdictiōe ſpeciali cōpetit prælatis habentibus iuriſdictionē ordinariā à iure cōmuni vel priui-

6 legio vel cõſuetudine ſpeciali:vt dicit Inn.† Quę facultas ad hoc quòd alicui cõpetat,requiritur ꝙ ſit clericus vel religioſus,& electus per vniuerſitatẽ eccleſiaſticã,& quod ad dignitatem principalem:aliàs nõ habet ordinariã, niſi conſuetudo vel priuilegiũ concedat:cõpetit etiã hoc habẽti iuriſdictionẽ ſpecialem à prælato eccleſiaſtico ,vel delegato:cõpetit etiã habenti ordinariã nõ principaliter,vt vicario ordinarij . hæc ille.Excommunicareverò nõ poteſt aliquis ſeipſum.x.q.iij.ſi is qui.Nec mulier prælata,cũ non habeat iuriſdictionẽ talẽ, qualem habet vir,ſecũdũ gl.in c.dilecta.de maio.& obe.& careat clauibus.de pœn.& remiſ.noua.Nec delegatus extra ſibi cõmiſſa,ſecundũ Io.de Lig.vt ij.q.iij.c.j.tenet tamẽ ſententia eius,ſecundũ Richar.in iiij.lata poſt reuocationem commiſsionis,antequàm tamẽ reuocatio ad eũ venire potuerit: quia adhuc remanet penes eum cõmiſſa poteſtas.de procur. auditis.in glo.quod quidam probabiliter limitant verũ,niſi is qui reuocat,intẽdat,& exprimat quod totũ ſit irritũ & inane, quod extunc per delegatũ fuerit attentatũ.Quod etiam Pan. in c.audita.de reſti.ſpo.ſentit dicẽs quòd ſi papa in ſecũdis literis clarè exprimit,irritũ & inane eſſe quicquid actũ eſt poſt datam ſecundarũ literarum,indubiè proceſſus non valet iuſtus vel iniuſtus:vt in c.j.de conceſ.præbẽ.lib.vj.Si autem iuriſdictionẽ reuocat ſimpliciter,valet proceſſus agitatus per primos tam inter partes quàm cõtra tertios impedientes iuriſdictionem.Et de hoc eſt caſus in c.audita.quia non videtur, papam voluiſſe cũ graui pręiudicio irritare proceſſum factũ ignoranter.quod intellige quando ex reuocatione præiudicium generatur tertio,aliàs non valet actus,licet ignoranter geſtus:vt in d.c.j.vnde nõ valet excõmunicatio lata ab ordinario ,licet ignoranter,cõtra habẽtem priuilegium quod ab eo excommunicari non poſsit:vt in d.c.j. Sed ſi verba eſſent ambigua & generalia,vt in d.c.audita.vbi mandabatur reuocari quicquid eſſet immutatum in cauſa à tempore miſsionis nuntij,nõ tenet reuocatio ꝓceſſus legitimè facti.Ratio,quia cùm factum ſit odioſum,& alteri parti præiudicatiuũ, debet fieri interpretatio ſtricta.& ſic debet intelligi de mutatione facta per violẽtiã,ſeu quãlibet præſumptionem.Nec ſimiliter excommunicare poteſt *alienus* epiſcopus,ſcilicet nõ ſubditum ſuũ,modò ratione delicti vel cõtractus,ſeu rei,de qua agitur,non ſit effectus de eius iuriſdictiõe,vt no.in c.j. de priuile.li.vj.imò nec ſentẽtia ab eo lata poteſt ratificari per epiſcopum propriũ:etiã ſi ſit lata in eius territorio: quia ab initio fuit nulla,ſecundum Inn.& Barth.Brix.Nec laicus,*niſi* ex delegatione ſummi pontificis : quia tunc poteſt.xxxij.diſt.§. verum.Nec epiſcopus extra ſuam diœceſim,nec alij prælati extra territoriũ ſuæ iuriſdictionis.ſecundum Hoſt.quia cùm nullus ſit excõmunicandus ſine cauſæ cognitione.xj.q.iij.nemo requiritur locus ad ſedẽdum pro tribunali,quem epiſcopus non habet in aliena diœceſi ad hoc aut ad aliquid cõtentiosè diſponẽdum.ix.q.ij.epiſcopum.niſi epiſcopus ſit expulſus:vel conſentiat is,qui iuridictionem habet in loco eo modo quo dictum eſt ſuprà,Abſolutio.j.§.iij.licet quidã dicant, epiſcopum extra ſuam diœceſim poſſe excõmunicare. quod de notorijs cõcedi poteſt:quia nec illa requirunt examinationem cauſæ.ix.q.iij.§.fi.Nec prælatus habens iuriſdictionem temporalem tantùm,ſecundũ Hoſt.argu. de offic.ordi. dilectus.& hoc niſi habeat iſtud ex priuilegio ſpeciali,vel ex conſuetudine,quæ etiam dat iuriſdictionem.Nec is qui in cõmuni opinione hominum non credebatur excommunicatus, & tamẽ erat.iij.q.vij.c.infamis.§.tria.in gl.quia nec excommunicatus,nec interdictus,nec ſchiſmaticus, nec hęreticus , nec intruſus, nec ſuſpenſus à iuriſdictione:ſecus ſi ſolùm ab officio,poteſt excõmunicare.xxiiij.q.j.audiuimus.&.c.fi.de conceſ.pręben.Nec violans interdictum,ſecundum Hoſti.extra, de exceſ.pręla.c.fin.ſi tamẽ fuiſſet abſolutus à tali violatiõe, teneret ſententia,¶ Sciẽdum † eſt tertiò quantum ad cauſam excommunicationis materialẽ,qua eſt excommunicatus,& culpa eius, quòd excõmunicari nõ poteſt mortuus à canone vel à iudice:quia nõ eſt homo.de ſum.tri.& fi.ca.c.j.Item excõmunicatio canonis nõ fertur, niſi propter crimẽ:mortuus autem delinquere non poteſt: excommunicatio verò iudicis requirit monitionem,quę mortuo nõ cõpetit.Inde quibuſdã tamẽ ſpecialibus caſibus mortuus excõmunicatur: & hoc ad terrorem:& potius ratione præcedentis vinculi,quàm pręſentis, ꝓpter quod fit negatio ſepulturæ,communionis,orationis,& huiuſmodi:vt in decedente in crimine notorio.Ioã.de Lig.Nec Iudęus vel paganus:quia nullus põt perdere quod nõ habet re aut ſpe : quod verũ eſt de cõmunione intrinſeca ſacramentorum extra quã ſunt prędicti : & circa quam nihil ad nos de his quæ foris ſunt.ij.q.j.multi.Sed loquẽdo de extrinſeca fideliũ cõmunione inquantũ ſunt animalia ciuilia & ſocialia: vt in cõmercijs,& alijs actibus humanis nõ poſſunt excludi directè:ita quòd excluſio terminetur in eos, quia nõ ſunt ſubditi:per indirectũ tamẽ poſſunt, ſcilicet interdicendo fidelibus talium communionẽ.Ioã.de Lig.Quomodo tamen ſint ſubditi,vide infrà, in verbo, Papa.§.vij. & viij.Nec † papa ſimiliter excõmunicari poteſt,niſi pro hæreſi, ꝓ qua & iudicari,& deponi poteſt.xl.diſt.c. ſi papa.nec ab homine, quia eſt omnibus ſuperior.di.xxj.inferior.nec à canone: quia papa à canone ſolutus eſt:quanuis deceat eum ſecundũ canones viuere:nec etiam minori cõmunicando cum excõmunicatis, vt in c.nulli.de ſen.excom.in gl.excõmunicari poteſt excommunicatione ſeparante à Deo per mortale.Ioan.de Lig.Nec episcopus ſimiliter,aut eius metropolitanus ꝑ ſtatutũ ipſius contrafaciendo intra territoriũ ipſius ſuffraganei,ſecundum Lau.Io.And.Io.Cal.Pau.&Ho.qui in Summa dicit certo certius eſſe tenendum,nec ſuperiorẽ,nec proferentem ſententiam fulminatoriã ligari. xxj.di.inferior.& de ma.& obe.cũ inferior.Idẽ S.Th.in iiij.di.xviij.q.ij.ar.iij.cuius ratio eſt irrefragabilis:qa,inquit,per iuriſdictionẽ eſt quis ſuperior eo,in quẽ illam habet,cũ ſit iudex eius:vnde nullus in ſe vel æqualem aut ſuperiorem habet iuriſdictionẽ. Et hanc opinionem ſequitur Sum.Piſ.contrarium tenuit Hug.Arch.& Petrus de Bel.& Dir.li.iij.& Bar. Brix. Qui Hugo.dicit hoc caſu ipſum non ligari ſententia inferioris,ſed iuris.Gof.† etiã dicit quòd illa regula,quòd inferior ſuperiorem ligare non poteſt,fallit cùm maior delinquit in iuriſdictiõe minoris.vj.q. iij. placuit. nec datˀ ſententia puri hominis,ſed canonis,cùm incidat in factum dãnatũ:& epiſcopus authoritate apoſtolica generalem habeat authoritatem cõdendi canonẽ,à quo nullus excluditur:vnde talis ſentẽtia dicitur papæ.vnde & Arch.dicit quòd ipſe epiſcopus conditor contra faciẽdo incidit: nec poteſt diſpenſare contra propriam conſtitutionem,nec generalẽ conſuetudinem:ex quibus iam alijs ius eſt acquiſitum.Sed ſi vult non ligari,deſtruat ipſa ſtatuta. Ioann. Andr.verò & Ioann. de Lig.in tract.de *eccleſiaſtica* cẽſu.conatur facere cõcordiam quòd non incidunt facientes contra , vt archiepiſcopus, velut ſi ſtatutũ erat quòd nullus exerceret iuriſdictionem in tali loco:& iſti ibi celebrant in pontificali:ſecus ſi contraueniunt vt perſonæ priuatæ:vt ſi ſtatutum erat de non furando vel ludẽdo ad azardum , & ludunt.Et hanc cõcordiam ſequitur Sum.Angel.Sed quia plures & ſolẽniores doctores tenent ſimpliciter opinionem primam:ipſa videtur magis tenenda di.xix.in canonicis.Vnde dico quòd iſta concordia nihil eſt: quia virtus excommunicationis ex voluntate pendet ferentis & ſuperioris:neuter autem iſtorum habet voluntatem quòd liget eos:quia à revolita quilibet vellet omne malum abeſſe. Vnde peccator vellet ſine offenſa Dei peccare,ſi poſſet.nec dictã concordiã Io.de Lig.aſſertiuè tenet:ſed primã opinionem:nec dicta Summa bñ recitat:quia qđ iſte dat pro exemplis,illa recitat pro membris diuiſionis,vt patet intuenti.Dico igitur quòd prima opinio videtur cõmunis, ſecundũ Pan. in c.j.de rap.Ad motiua aliorum ſoluo. Nam fallentia Gofr. non habetur in illo c.quia ibi nõ plus habetur,niſi quod ſubditum vnius epiſcopi alius poteſt excommunicare : ſi tamen ibi haberetur,intelligeretur quando maior delinquit in iuriſdictione *minoris* cõtra legem ſuperioris vtriuſque,puta Papæ vel Dei:non autem contra legem inferioris. Non etiã ligatur ſententia papæ: quia epiſcopus non habet licentiam à Papa cõdendi canonem,quo liget ſe & maiores,ſed minores tantùm ſubditos,& aliquando non ſubditos. Nec verum eſt, ſed falſum,ſecũdũ Inno.in c.cum ad monaſteriũ.de ſtat.mo. quòd non liceat epiſcopo diſpenſare contra ſuam conſtitutionem:ſed eam poteſt tollere,&in ea diſpenſare,ſecundum Io.Andr.in regula,generali.& hoc dicit ſeruare vniuerſum. *Et addo* quod mirabile eſt ſi poteſt,ſecundũ aduerſarios,ſuã *conſtitutionem* ſine præiudicio alterius auferre ex toto , ſed non in parte,ſiue in caſu,quod eſt diſpenſare.Sicut tamen dicit do.Anto.hoc limitatur,niſi conſtitutio tranſierit in priuilegium vel cõtractum:vel niſi eſſet iurata:quia ea ſtante nõ poſſet diſpenſare:ſicut nec ſe à iuramento abſoluere. Excõmunicari etiam nõ poteſt collegium vel cõmunitas ſiue vniuerſitas:quia hoc de ſent.excom.Romana.lib.vj.§.vniuerſitatem.prohibetur fieri penitus.Et ratio aſsignatur:quia contingeret innoxios irretiri.Item quia,vt dicit S.Tho.in iiij.actus ſunt ſingularium:&ſi aliquãdo actus ſit multitudinis:vt cum *multi trahunt nauem* , tamen non eſt probabile quòd tota aliqua multitudo ſic in malo conſentiat, vt nulli ſint diſſentientes.

*Communicati non excõmunicari.*

10 Item † quia,vt dicit Gemi.collegium non eſt perſona vera,ſed rep̃ſentata. ff.de fideiuſ.l.mortuo.nec habet baptiſmum.Sententia autem excõmunicationis ligat ſolùm verã perſonam.de offi.deleg.P.& G.& baptizatam.xj.q.iij.omnis Chriſtianus.Si tamen excommunicetur, quidam dicũt quòd ſententia tenet:alij verò ſecũdũ Rich.in iiij.dicũt quòd nõ. Mihi autem videtur dicendũ,quòd vniuerſitas ipſa ſumpta vt aliqđ præſcindẽs à ſingularibus hominibus,nulla authoritate poteſt excõmunicari:quia neque cõmunicat:quia cõmunicatio in actibus eſt ſingularium ,quorum ſunt actiones: ſed ſumpta pro ſingularibus perſonis omnibus collectiuè,excõmunicari poteſt,etiam citra Papam,non excõmunicando totum collegiũ:quia textus,cui ſubijcitur omnis inferior Papa, hoc prohibet:nec excõmunicando ſingulos de collegio abſolutè,vt putauit Hoſt.dicẽdo ſic,excõmunico Præpoſitũ,Decanum,& oẽs alios de collegio:quia eſt idẽ. & ratio aſsignata in textu rẽpugnat.Secus excõmunicãdo ſingulos cũ hac limitatiõe,qui vel ſi fecerũt tale quid:quia ſic nec irretitur innocens,nec aliquid inanimatũ.vnde propter cõtumaciã capituli excõmunicantur ſinguli de capitulo qui fuerunt culpabiles.de ſent.excõ.Romana.lib.vj.ſecũdũ Arch.Si autem Papa excõmunicet,qui nõ ſubijcitur d.c.Romana.tenet ſententia, etiã ſi excõmunicet oẽs & ſingulos abſolutè:quia vt patebit, excõmunicatio tenet,etiã ſi liget innoxiũ. Nec ſimiliter excommunicari põt Imperator vel princeps ab epiſcopo ſuo, ij.q.vij.§.cũ humanã.Nec debet ſimiliter excõmunicari multitudo exiſtens in crimine,vbi ſchiſmatis aut ſcãdali periculũ timetur.di.50.vt cõſtitueretˀ.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.Veritas tñ iuſtitiæ propter ſcandalũ poſtponẽda nõ eſt.quod ſanè intellige,ſcilicet vt detur iniqua ſententia.Io.de Lign.Nec debet excommunicari vnus pro alterius peccato.xxiiij.q.iij.ſententia. Excommunicari autem poteſt regulariter Imperator poſt monitionem:&rex ſolùm pro notorijs.diſt.lxvj.Valentinianus.Io.de Lig.Et ſimiliter,ſecundũ eundem,ignorans& abſens,qui tamen liber eſt apud Deũ à ſententia,ſi moriatur antequã ſciuerit:ſed poſt mortem abſolui debet iuxta dicta ſuprà Abſolutio iij.§.xj. Et ſimiliter excõicari põt archiepiſcopus à ſubdito delegato:ſi eſt ei à ſuperiore cõceſſa poteſtas.ij.q.vj.ſi quis epiſcopus.Et ſimiliter põt excõicari raptor ſine monitione præmiſſa,ſi rapina eſt manifeſta , ſi præſens eſt,&ſtatim nõ reſtituat:ſi abſens,intra tempus præfixũ:vt in c.Romana.de ſen.excõ.lib.vj.Et ſimiliter excõicatus,iterum põt excõmunicari pro eadẽ & alia cauſa ab eodẽ & ab alio iudice.c.Engeltrudã.iij.q.iiij:excellentiſsimus.xj.q.iij.&conſentit Io.And.& S.Tho.in iiij.¶ † Quibus verò cauſis vel culpis excõmunicabiles poſsint excõicari:dico ꝙ excõicatio maior ferri nõ debet ab homine,niſi pro mortali peccato,ſecundum S.Tho.& Pet.in iiij.di.xviij.Et quia dãnificans in corporalibus,poteſt peccare mortaliter: ideo pro temporali dãno ferri poteſt:nõ tamen debet infligi etiam pro mortali,niſi in cõtumacẽ,ſecundũ S.Tho.& xj.q.iij.nemo. quia eſt grauiſsima pœnarũ,inqt S.Tho.qua ſcilicet nulla eſt maior in eccleſia:vt in c.corripiantˀ.xxiij.q.iij.Vnde dicit Pan.in c.per venerabilem.qui filij ſint legi.quòd vbicunq; in iure eccleſiaſtico reperitur pœna mortis, pro excõmunicatione debet exponi. Quę quidem cõtumacia,ſcđm Ray.eſt triplex,vt dictũ eſt s. Contumacia.Si tamen perſona,quæ deliquit,ignoratur,excõmunicatio fit in generali,& valet expreſſa cauſa vt quicunq; fecerit furtũ niſi reſtituat:& qui ſcit niſi reuelet:vt in c.à nobis.de ſentẽ. excõ.el j.Sed hæc intellige quãdo quis excõicatur propter culpã præteritã:qñ verò ponitur ſententia cõminatoria vel abſoluta pro aliquo futuro nõ oportet illud in ſe eſſe mortale,imò nec veniale:licet peccet mortaliter qui cõtra facit,ratione præcepti incluſi.ſimiliter nõ oportet tũc hominẽ eſſe cõtumacẽ,ſed ſufficit ſi ſit inobediens . Igitur põt quis excõmunicari ꝓ inuaſione aut retentiõe rerũ eccleſiaſticarũ.de reſti.ſpo.Piſanis.& pro iniuria facta prælato.xxiij. q.iiij.Guiliſarius.& propter negligentiã.de cõſe.diſt.j.nemo. & dominus propter cõtumaciã ſerui aut procuratoris:vt lite non cõte.c.j.& de dolo &cõtu.c.ij.& cũ modificatiõe ibi notata.& põt excõmunicare ordinarius pro defenſa fratris ſui: vt in c.dilecto.de ſen.excõ.lib.vj.Et quia excõmunicatio non niſi pro mortali infligenda eſt:quia eccleſia præſcindere non debet,niſi eum qui iudicio Dei creditur præciſus: ideo ſcđm Pet.de Pal.in iiij.diſt.xviij.poteſt ſibi homo formare cõſcientiam quòd vbi mortaliter non peccat,nũquã incurrat ſententiam iuris:quia illa nũquã eſt iniuſta. Quod intelligo quãdo poſita eſt cõtra aliquid,qđ eſt de ſe mortale:vt percuſsio clerici:quãdo verò poniˀ cõtra illud quod de ſe nõ eſt malũ : vt quòd ante annũ profeſsio nõ recipiatˀ in mendicantibus:ſufficit quòd actio aliàs licita habeat rationẽ inobediẽtiæ.vtrum autem ſit ſimile de ſententia hominis:dico ꝙ nõ: quia interdum tenet,etiã ſi irretiat innocentem,vt diceˀ ti.ſeq.in prin. caſu viij.§.iiij.dubio.xiij. Eſt aũt ſimile quantũ ad hoc,quòd licet vtraq; nunquã fiat ſine mortali,tamen quãdo non infertur pro re præſenti aut præterita,ſed pro futura,à qua prohibetur ſub pœna excomunicationis cõminatoria,vel latæ ſententiæ:ſufficit ipſa trãſgreſsio,quæ eſt mortalis:cũ talis ꝓhibitio ſemper habeat incluſum p̃ceptũ.Ratio prædictorũ eſt, quia qñ aliquid eſt de ſe mortale,ibi eſt præceptũ Dei: vñ ſi addatur excõmunicatio,nõ intelligiˀ ſuperaddi nouũ præceptum,ſed noua pœna:ad quã incurrẽdã oportet quòd illud aut fiat quo ad præcepta negatiua,aut omittatur quo ad affirmatiua deliberatè ſecundum rationem,& quantum ad ali-

*Quid ad iuriſdictionẽ neceſſarium.*

11 *Quãdo feratur excõmunicatio.*

12 quod notabile:quia ſic cadit ſub præcepto Dei.¶†Sciendum
eſt quartò,pro cauſa formali excõmunicationis,quis eſt mo
dus ſeruandus,ꝙ excõmunicatio à iure ſecundũ Hoſt.profe-
ratur eo ipſo quòd quis incidit in factũ damnatum à canone
ſub pœna excõmunicationis:ſententia verò hominis fertur vt
dicetur.Igitur ſententiã excõicationis debet præcedere trina
monitio, vel vna pro tribus:aliàs iniuſta eſt : & iudex eſt ſu-
ſpenſus per mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ.extra eo.ſacro.Et ſi
quis haberet ſimpliciter in mãdatis à Papa,vt ſententiã excõ
municationis in aliquem ferat,ſcdm Inn.in c.ſi.de offi. dele.
non debet eã ferre,niſi præcedente cauſæ cognitione,&mo-
nitione præmiſſa.ij.q.j.nemo.& d.c.ſacro.& facit gl.in d.c.ſi.
Addit tamen ꝙ ſi conſtat, Papã cognouiſſe de cauſa ꝙ tunc
ad eius mandatũ ſine cauſæ cognitiõe debet ferre ſententiã.
l.de qua re.ff.de iudi. Et ſimiliter dicendũ eſt de ſententia,
quam alij poſſent per aliũ ferre:ſed tamen eo caſu monitio
deeſſe nõ debet,niſi conſtaret ꝙ Papa eam feciſſet: quia re-
gulariter monitio præcedere debet. Quæ monitio,vt notať
in Sum.Conf.iij.lib.tit.xxxj.c.lvj.diciť cõpetens ad arbitrium
boni viri.Et ſiue fuerit triplex,ſiue vna ꝓ tribus,debet habe-
re dierũ cõpetentia interualla,niſi neceſsitas ſuaſerit aliud:vt
in c.cõſtitutionem.eo.ti.lib.vj . Nõ eſt tamen neceſſariũ ꝙ
fiat in ſcriptis:vt no.gl.in c.ſacro.ſed ſententia ipſa fieri de-
bet in ſcriptis cõtinentibus cauſam excõicationis:& exẽplar
debet tradi excõmunicato intra menſem, ſi requiſiuerit:ali-
ter excõmunicator eſt ſuſpenſus nõ ſolùm ab ingreſſu eccle
ſiæ,ſed etiã à diuinis ꝑ menſem:vt in c.cũ medicinalis.eo.tit.
lib.vj.quæ quidem,ſi exequať,irregularis eſt,nec niſi ꝑ Papã
poterit cũ eo diſpenſari:vt ibi . Hæ tñ pœnæ nõ tangũt epi-
ſcopũ,cũ de eo mẽtio nõ fiat ſicut oportet, vt ſuprà Epiſco-
pus.Et ſi iſta nõ ſeruenť,tamen ſentẽtia tenet:licet ſuperior,
ad quem recurriť,ab ea faciliter abſoluat: & lator teneať ad
pœnas prædictas:vt in d.c.ſacro.&.c.cùm medicinalis.ſimul
niſi in caſu c.ſtatuimus.eo.tit.lib.vj.ſcilicet quando eſt cõtra
participãtes excõmunicatis: videť autẽ mihi ꝙ iſta monitio
locũ nõ habeat neceſſariò,niſi in ſententia hominis, & nõ in
qualibet:ſed in aliqua tantũ.& horũ vtrunq; haberi poteſt ex
ſententia Io.de Lig.in tracta.de cenſur. eccleſiaſti . dicentis.
Licet contumacia ſit cauſa immediata,propter quam fertur
maior excõmunicatio ab homine:ipſa tamen cõtumacia ali-
quando ortũ habet à crimine,id eſt,ſpeciali inhibitiõe crimi
nis,ſcilicet futuri,facta ab homine:& tũc nõ eſt opus moni -
tione ſuper emendatione criminis iã cõmiſsi,vt incidat: imò
ſtatim incidit:vt cùm monet ſuperior aliquem vt nõ fornıceť
cũ tali,aliàs ipſum excõmunicat:ſi cõtra faciat,excõmunicari
põt: & excõicatus eſt ſine alia monitione ſuper emendatiõe
criminis.Et ratio eſt:quia iſte verè contumax eſt.Aliquando
verò cõtumacia oritur à crimine iam cõmiſſo: vt dũ cõmiſit
quis crimen ſuper quo monitus erat ne cõmitteret:& ſic nec
lata nec cõminata eſt ſententia in cõtra facientẽ:& tũc opus
eſt monitione,ſi cõtingat:& ſi cõtumax fuerit,poterit excõi-
13 cari.hæc ille.¶Ex†his habetur ꝙ prohibitio alicuius futuri
*Quãdo nõ requiritur monitio.* roborata ſententia,vt ſi quis fecerit hoc,ſit excõicatus, non
indiget monitione:quia ſcilicet ipſa prohibitio eſt monitio:
ſed monitio eſt neceſſaria,vbi inferť ſententia pro re præteri
ta originaliter:& ſic quia omnis cõſtitutio reſpicit futura:vt
in c.ij.de cõſti.nulla ſententia iuris monitionẽ requirit:quod
limita vt infrà Excõmunicatio vij.excõmunicatione xx. Sed
tamen notandũ quòd dicta decretalis ſecundũ gl . habet lo-
cũ in excõmunicatiõe etiã cõtra perſonã incertã,&cõſequen
ter in ſentẽtia etiã generali.Quãdo autem monitio ſit debi-
ta,vide ti.ſeq.§.j.Poſt hæc verò ſententia ferri cõſueuit duo-
bus modis.Primò,in generali,quando reus ignoratur: vel in
ſpeciali:vt dicendo excõmunicamus tales vel talem,propter
talem cauſam ſententiã ſcribẽdo.Et licet nulla ſit determi-
nata forma verborũ,oportet tamen ꝙ excõmunicatus vtať
verbo,excõmunicamus,vel æquiualenti: qđ exprimat cõſen
ſum iudicis de præſenti. Vnde Ray. nõ approbat illũ modũ
quorundã,ſcilicet denũtiamus talem excõmunicatũ , quem
ſcilicet prius nõ excõicauerunt:quia illa verba nõ ſunt apta
ad excõicationem.& gl.dicit ꝙ talis eſt vitandus ab ipſis,qui-
bus denuntiať:quia nõ eorũ eſt iudicare vtrũ ſit excõmunica
tus nécne:tamen ſi agať in foro cõtentioſo, nõ iudicabiť ex-
cõmunicatus.De cauſa autem finali excõmunicationis,cùm
ſit eius effectus,dicetur in tit.ſeq. ¶†Circa præmiſſa autem
dubia multa cõſurgunt.¶Primũ,vtrũ prælati regulares,qui
in excõmunicando nõ ſeruant formã ſupradictã, incidant in
ſupradictã pœnã?Et Lapus qdem dicit ꝙ non , hac ratione:
quia cũ ſingulis horis habeãt corrigere,durũ eſſet vt ſemper
chartã & calamũ tenerẽt in manibus:ſed text.in c.cũ medici
nalis.de ſent.excõ.lib.vj.ſecundũ Gemi.adſtringit ad dictam
formã omnem habentem poteſtatem excõicandi:dicẽs,quiſ-
quis igitur excõmunicat.Nec valet ratio Lapi:quia nõ habẽt
continuè corrigere de criminibus quæ requirãt ſummã pœ-
nã,id eſt,excõmunicationẽ. Limitari tamen põt quo ad oẽs,
quod dicitur de iſta forma, qñ ſeruãdo eã periculum eſſet in
mora:quia tũc locũ nõ habeat dicta pœna,ſecũdũ Dir.& Io.
And:& gl.in d.c.ſacro.eo.ti.in verbo,temerarius.quia hoc ca
ſu excõmunicator nõ fuit in culpa.Secundò , limitať quo ad
religioſos ſpecialiter & rationabiliter quãdo ſtatuta ſui ordi
nis vel cõmuniter approbata cõſuetudo aliud haberet : quia
vt dictũ eſt ſuprà,Citatio.§.vlt.ſecundũ Pan.ordo iuris in re-
gularibus nõ ſeruatur ad vnguem.Tertiò,limitat Sum.Ang.
quo ad religioſos,ſi ex ignorãtia cõtrafacerent:quia faciliter
inquit,religioſi ignorãt iura:vt in c.veniens.de ſimo.ſed licet
illud c.verũ dicat,propter hoc tamen nõ excuſat religioſos,
maximè prælatos:maximè quia tunc nullus talis poteſt igno
rare,niſi ex negligentia maxima:& in eis maximè eſt verum
illud,Ignorantia facti,non iuris,excuſat.de reg.iur.in vj.&quan-
to magis,quanto nunc religioſi,mendicantes præcipuè,ex di
uina prouidentia ſunt illi,qui principaliter habent curam ani-
marũ quantũ ad laborem & effectũ : licet nõ habeãt iuriſdi-
ctionem ordinariã in populũ,neque beneficia.¶†Secundum
eſt,vtrum in excõmunicatione ſit forma verborũ certa deter
minata?Et dico ꝙ oportet vti talibus verbis quæ exprimant
conſenſum iudicis de præſenti excõmunicantis:ſicut in ſimi-
li de ſpon.c.ſi inter virũ.& de ſpon.duo.c.j.& ſecundũ Hoſt.
requiritur expreſsio certa.Vnde ſi dicat iudex. Denũtiamus
talem excommunicatum: quem tamen prius nõ excõmuni
cauit:vel,habeo talem pro excõmunicato,vel huiuſmodi:nõ
erit excõmunicatus in foro contentioſo,ſecundũ Gul.niſi ali
ter conſtiterit de mente iudicis:vt quia ſemper ſolitus eſt ſic
dicere.tunc enim eſt excommunicatus:quia verba intentioni
deſeruiunt,nõ econuerſo.xxij.q.v.humanæ.& ſermo.ſed non
res ſermoni eſt ſubiecta.de ver.ſigni.intelligentia in foro ta
men pœnitentiali eligenda eſt tutior via,vt ſe pateť excõmu
nicatum,ſi dubitat de intentione,ſecundum Hoſt.& Gul.ſed
tamen non ſunt aliqua verba determinata , quibus ita opor
teat vti, quin poſsit quis æquipollentibus vti , vt dictum eſt.
¶†Tertium,vtrum ſit quis excommunicatus, ſi iudex dicat.
Excõmunico te & abſoluo?Et dico ſecundũ Veruec. quòd ſi
vtrunq; ſimul intendebat,nihil egit:ſi autem voluit excõmu
nicare prius,& abſoluere poſt: vtrunque valuit. Si autem di-
cat,Excommunico vnum de iſtis duobus:credit Gul.neutrum
eſſe excommunicatum,de quo iudex intellexit . quod ſi non
poteſt ſciri , aut vaga , id eſt , indeterminata fuit eius ſen-
tentia
tio neuter eſt vitandus vt excõmunicatus:licet in foro animę
tutior ſit eligenda vbi dubitatur. ¶Quartum†eſt,ſi mande-
17 tur duobus vt aliquem excõmunicent:& vterque eorum eo-
dem momento dicat,Excommunico talem,ſi illum talis nõ
excommunicauit,vtrum iſte ſit excõmunicatus?Et dico ſe-
cundum Hugo.quòd ſic,quia vtriuſq; iudicis intẽtio eſt quòd
iſte excommunicetur . Et eſt ſenſus,Excommunico te,ſi ille
te,id eſt,quia neſcio an ille te excommunicet:vt ſic pœnam
18 non euadas.¶Quintum eſt,† vtrum cùm dicit iudex Excom
munico te.vel vbicunque ſit mentio de excõmunicatione,in-
telligi debeat de maiori?Et dico quòd ſic, quando iudex ſic
dicit ſi aliud non exprimat,per c.ſi quem.eo.ti.& idẽ videtur
vbicunque ſit mentio de excommunicatione ſimpliciter ſine
limitatione:quia verba ſimpliciter prolata,conſueuerunt, &
debẽt accipi in ſignificato cõſueto:vt in c.ex literis.de ſpon.
& l. Labeo. ff.de ſup.leg.communis autem vſus habet quòd
accipiatur pro maiori:vnde excõmunicatum minori nõ dici-
mus ſimpliciter & communiter excommunicatum. ¶Sex-
19 tum,† vtrum excõmunicatio maior fieri poſsit ad tempus?
Et dico quòd ſecundum Ioã.de Lig. excõmunicatio dicitur
perpetua:quia nullũ tempus cõtinet diffinitiuum.Intelligi-
tur tamen donec expiret:& poteſt fieri ad tempus ſecũdum
do.Anto.& eius abſolutio:vt recitat Pan.in c.veniens.el ij.de
teſti.vbi dicit quòd poteſt abſolui vt ferat teſtimoniũ , & de-
inde reincidat:ſuſpendi autem non poteſt:ſed oportet quòd
totaliter liget,aut totaliter tollatur, ſecũdum gloſ.in c.præ-
ſenti.de ſen.excõ.lib.vj.Poteſt autem ferri conditionaliter:&
conditione deficiente non ligabit,vt diceturtit.ſeq.in prin c.
caſu xv.Abſolutio verò non poteſt fieri cõditionaliter: quod
intellige de conditione propria,quæ actũ ſuſpẽdit : quæ ſcili
cet eſt de futuro,non de præterito,vt ſuprà dictum eſt,Abſo
20 lutio.iij.§.j.¶Septimum†eſt,vtrum poſsit quis excommuni-
cari per literas?Et dico,ſecundum Arch.& Ioan.de Lig.quod
poteſt quis excommunicari per literas,etiam excõmunicato
ignorante, ſi excõmunicans hoc expreſsit ſed nõ punitur in
termedio tẽpore ſi ſe ingerat fideliũ cõmunioni. Sufficit au
tem quòd ſententia excõicationis vel interdicti ſit lata pu
blicè ad hoc vt teneatur quis ad obſeruãtiã eius.de cle. excõ.
21 mi.illud.¶Octauum†eſt vtrum excõmunicatio latæ ſenten-
tiæ vel cõminatoria cùm dicitur:Sub pœna excõmunicatio-
nis?Et dico quòd vbi ſic dicitur,nõ habet vim ſentẽtiæ,ſed cõ
minationis.Et ſic intellige quod dicitur in rubro C.cõmina.
vel epiſtolas.tamen ſecundum Hoſt.& Hug.quando prohibi
tio eſt a lege,id eſt canone,hæc verba habet vim cõminatio
nis.xxx.diſt.per totũ.quãdo verò eſt à iudice, habent vim la-
tæ ſententiæ,dumtamẽ iudex hoc non intendat: quia mitius
agitur cũ lege,quàm cũ miniſtro legis.ff.de arbi. l. ſi cũ die.
& conſentit gl.Ray.Et addit Ho.ꝙ in hoc iudici credẽdũ eſt,
& ante eius declarationẽ excuſatur,qui probabiliter credidit
quòd eſſet cõminatio tantũ.Sed tamẽ quia iudicis intẽtio no
bis conſtare nõ poteſt, cõcludit glo.in c.vnico.de ſagit. & in
c.ij.de ſimo.& in c.ij.de matri.cõtra.cõ.inter.ecc. ꝙ nõ eſt la
ta ſentẽtia,quãdo ſic dicitur:& hoc niſi aliud appareat ex cõ
iectura.& cõmuniter ita tenetur. Dicit autẽ Gul. ꝙ ſi iudex
dicat,Præcipio ſub interminatione vel pœna excõmunica-
tionis ne fureris:furãdo nõ incidis.Secus ſi excõmunicet ſub
conditione,dicẽdo, Excõmunico omnes,qui furtiuè ordines
ſuſcipiunt.quia cõtra faciendo es excõicatus. & idem in d.gl.
in d.c.vnico.de ſagitta. ¶Nonum†vtrũ aliquibus verbis aut
22 regulis cognoſci poſsit quando canon ſit latæ ſententiæ, aut
ferendæ?Et dico, ſecundũ Pan.in c.ſi diligẽti.de fo.comp. ꝙ
cùm fertur ſentẽtia in iure ꝑ participiũ tẽporis præteriti: vt,
ſit excõmunicatus vel interdictus:tunc ipſo iure regulariter



ligat. de ele. cupientes.in §.cæterum. & idem tenet gl.ibi in
verb.ſuſpẽſos.& in c.quicunque. de hęre.li.vj. & ſimiliter gl.
in l.in criminali.C.de iuriſ.om.iu.circa iſta verba,ſit metatus.
Et hoc verũ,niſi alio iure appareat quòd canon ſit ſententiæ
ferẽdæ:vt no.in c.ij.de fo.cõpe.in ver.ſit ſequeſtratus.Si verò
verba nõ ſint reſpectu præteriti temporis: tunc ſi ſunt decla
ratoria,ipſo iure ligãt,vt ſi dicatur,Decernimus excõmunica
tioni ſubiacere,& huiuſmodi:vel viribus carere:vt in c.nouit.
de his quæ fiunt à præl.iũcta gl.Si autẽ verba ſunt diſpoſiti-
ua,& reſpiciunt actũ iudicis,vt,priuetur,excõicetur,& huiuſ-
modi:ſic eſt canon ferẽdæ ſentẽtiæ,niſi addatur aliquod ver-
bum oſtendens quòd ipſo facto.de quo vide gl.in regula, in
pœnis.lib.vj.vt ipſo facto:vel eo ipſo.&idẽ eſt de ly omnino,
ſecundum aliquos:quia intelligitur ipſo facto.Et gl.eſt ſecũ-
dum Bal.in l.j.§.ſi pecunia.ff.depo.& idẽ eſt de ly,omnibus
modis,id eſt ipſo iure,ꝑ gl.in authẽ.de reſti.& ea quæ.§.ſan-
cimus .& idẽ de ly mox,vt intelligatur ipſo iure,per gl.in au
thẽ.de inceſt.nup.§.ſi verò contigerit. etiã verbũ præſentis
tẽporis aut futuri non intelligatur ipſo iure:tamẽ ſi diceret
tale quid,caſſent & irritent:intelligitur ipſo iure, ſecundum
Bal.in ti.de pa.Conſtã.c.j.col.ix.& idẽ Lud. Rom.in ſuis ſin-
gularibus.Tenetur aũt cõmuniter de iſto verbo,ſubiaceat.ꝙ
ſit latę ſentẽtię,licet ſonet in futurũ.Similiter verbũ,habeať:
vt no.in c.vnico.de iniur.li.vj.& probatur in c.ſi quis ſua den-
te.xvij.q.iiij.Adde quòd hoc verbum,ſub anathemate,vel ſi-
mile,cõminatorium eſt.ff.cõmi.vel epiſtolas.in rubro & ni-
gro.De his Felinus in c.Rodulphus.de reſcri. ¶Decimũ†eſt 23
vtrum differẽtia ſit inter maiorẽ excommunicationẽ,& ana
thema?Et dico ꝙ ſunt realiter idẽ.quòd patet primò per d.c.
Engeltrudã.vbi dicitur quòd anathematizati illi intelligẽdi
ſunt,qui nõ ſolũ à perceptione ſacramentorũ,ſed etiã à com
munione hominũ ſunt ſeparati:quod ſcilicet facere propriũ
eſt maioris excõmunicationis.& ſecundò ex ſignificato:quia
idem eſt quod ſeparatũ à cõmuni vſu,ſecũdũ S.Tho.Vnde &
dicitur ab ana,qđ eſt ſurſum:& thema, quadã ſcilicet figura
olim impreſſa frõtibus dãnatorũ,quia à ciuili conuerſatione
ſeparabantur:quaſi ſuperna damnatio vel maledictio. vnde
pro excõmunicatiõe ponitur.xxiiij.q.iij.certũ eſt. Vnde ſicut
duplex eſt excommunicatio,ſcilicet ſolennis : quæ eſt ſolius
epiſcopi,vt dictum eſt:& non ſolennis : ita etiam dupliciter
ſumitur anathema.Vñ vj.q.ij.in c.viſis.dicitur mucro epiſco
palis,ſcilicet quãdo eſt ſolenne.Additur tamẽ ad ly excom -
municamus:ly anathematizamus,ad maiorem terrorem.

### Rurſus de Excommunicatione ſecundò id eſt, de maiori quantum ad virtutem obligatoriam eius.

1 *Excommunicatio maior, quando obliget , vel id minimè : & proinde non ſit timenda:vbi quòd quindecim caſibus: de quibus ſigillatim & fusè.*
2 *Sententia,licet iniuſta fuerit timẽda ſit:qualiter intelligendũ.*
3 *Sententia iniuſta,quot modis dicatur? Et vt iuſta ſit, quot concurrere debeant?nu.ſeq.*
5 *Sententijs quoruncunque prælatorum, per viam ſtatuti latis, qui ligari dicantur?num.6.*
7 *Statutũ an forẽſes liget,& qd de ſubditis extra territoriũ.n.8.*
9 *Limitatio ad cap.vt animarum.*
10 *Sententia lata,quæ iuris non eſt,licet hominis ſit,qui ligentur: & an etiam extra territorium.*
11 *Sententia pro futuris culpis,an ferri poſſit.*
12 *Delinquens contra Epiſcopi ſtatutum in loco exempto an pœna ſtatuti ligetur.nu.ſeq.*
14 *Licẽtia ingrediẽdi monaſteria exẽpta, petendáne ſit ab Epõ*

*acceſſum ad illa prohibēte: an verò ab eo qui horū curā gerit?*

15 *Prælati Epiſcopis inferiores, an habeant territorium? Et an religioſorum ſubditi extra exemptorum loca, in quibus degunt delinquentes ligentur?*

16 *Iudice dicēte, Excōico te, ſi appelles, vel appellare præparaueris, an ſentētia teneat: & ſic appellans excōicatus ſit. Et quid ſi iudex dicat: Excōmunico te, ſi talē elegeris: an ſententia efficax ſit, ac teneat, & pinde nulla ſit electio inde facta? nu. 17.*

18 *Iudex ſi dicat: Excommunico omnes, qui nouerint ſciūntque authores talis damni, vel furti, ſi non reuelent: an ſcientes & nō reuelantes in excommunicationem incidant? Et hic ſæpius Angel. Sum. refellitur. Et quid ſi res, ob quam incutitur excōmunicatio, ab aliquo in compenſatiōis titulū detineatur? nu. ſeq.*

20 *Epiſcopo excommunicante omnes, qui in die feſto in eccleſia parochiali miſſam non audierint, an omnes non audientes excommunicationem incurrant?*

21 *Iudex ſi dicat: Excommunico te ſi habes res furtiuas, & non reddis: an appellatione huiuſmodi ſententia ſuſpendi poſſit?*

22 *Cauſa falſa, ratione erroris intolerabilis, an poſſit aliquando nullam facere ſententiam? Et quid ſi cauſa falſa, ſit notoriè, aut non notoriè impoſſibilis? ibidem.*

23 *Impotentia implendi, quod mandatur, notoria, an excuſet implere non potentem?*

24 *Epiſcopus, aut iudex, ſi præcipiat cuipiā ſub excōmunicatiōis pœna, vt aliquid det ſibi, & in quo peccatū nō verſetur, iniuſtū tamen ſit, an hmōi ſententia teneat? Et an qui conſulit ei, cui mādatum ſit, vt mādato huiuſmodi iniuſto nō pareat, peccet?*

25 *Incidēs ex ignorātia in excōicationis ſententiā, num ligetur?*

26 *Rector pro eo, quod in adminiſtratione ſua facit, excommunicatus: an ſi poſtea remoueatur, excommunicatus quoque ſit?*

*1. Notabile. In v. caſibus excōmu. non timēda.*

1 EXCOMMVNICATIO † ſecundò maior, quādo obliget vt plenius cognoſcatur, ſciendum eſt primò quòd excōmunicationis ſentētia lata ab homine aliquādo eſt ipſo iure nulla: & conſequenter nec obligatoria, nec timenda: & hoc ſecundū Piſa. eſt in quinq; caſibus: ſecundū aliquos in vij. ſecundū alios, vt Arc. in ix. ſecūdū veritatē in xv. qui oēs ad ix. & vij. & v. reducūtur. & oēs cōiter numerātur per doc. in c. ſolet. & in c. pręſenti. eo. ti. lib. vj. ¶ Primus eſt quādo is qui tulit eā, de hoc nō habebat poteſtatē: vt quādo nō erat iudex excōicati, vel hmōi. xj. q. iij. ſentētia. & in c. ad noſtrā. de conſue. quod intellige, niſi quis ex certa ſcientia in eū tāquàm in ſuū iudicē cōſenſiſſet. ff. de iuriſ. om. iud. l. ſi per errorē. & ff. de iudi. l. ij. Hic aūt caſus ſub ſe cōtinet multos ſequētes in vj. ¶ Secūdus eſt, qn̄ eſt à iudice etiā ſuo ſiue proprio, ſed excōicato. xxiiij. q. j. audiuimus. quod quidā intelligūt, ſi publicè, nō autē ſi occultè: quia valet ratione publici officij: alij verò etiā ſi occultè. Pan. autē in c. veritatis. de do. & cōtu. tenet vt ſtatim dicam. Eſt autē idem ſecūdū Ray. de intruſo. xij. q. ij. alienationes. & de ſuſpēſo vel interdicto. quod S. Tho. dicit verū. ſi ſit ſuſpēſus à iuriſdictione: vt in c. quia. de cōceſ. præbē. cū ibi no. Secus ſi ab ordine tantū: quia poſſet ea quę ſunt iuriſdictiōis: ſicut ecōuerſo ſuſpenſus vel interdictus à iuriſdictione pōt ea quę ſunt ordinis. Si autē horū crimē ſit occultum: ſecundū Ray. & Arch. horū ſententia eſſet nulla, ſed tamē toleranda quandiu occultū eſt crimē, & illi ab eccleſia telerātur. viij. q. iiij. nōne. quod intelligo, publicè: quia ſi ab his excōmunicatus celebraret publicè, aut ſe diuinis immiſceret, daret ſcādali occaſionē, ſi pbare nō poſſet iudicem excōmunicatum. Secus in occulto: quia in veritate ſententia nulla eſt. ¶ Tertius eſt, quādo is, qui eam tulit, eſt violator interdicti hominis. c. tanta. de exceſ. pręlat. quod verum intellige, niſi à violatione fuiſſet abſolutus. ¶ Quartus eſt, quādo quis ſubditum excommunicat contra ſui priuilegij tenorem, de priui. cum capella. & c. quanto. ¶ Quintus, quando fertur à delegato impetrato in caſu non permiſſo: vt de reſcrip. c. j. lib. vj. & de offi. or. plerique. ¶ Sextus, cū quis excōicatur à delegato contra delegātis intentionē: extra de præb. c. ſi. ¶ Septimus eſt, quādo quis excommunicatur poſt legitimam appellationē: vt in c. ſolet. & c. venerabilibus. eo. ti. lib. vj. & in c. per tuas. eo. ti. qd ſecūdum Pan. in c. venerabili. de cenſi. fallit, quādo prælatus procedit extraiudicialiter vt pars, ad cōſeruationem iurium ſuorum: quia ſicut materiali, ita & ſpirituali gladio ſe defendere poteſt: nec tenetur admittere probationes in contrarium, vel appellationem: vt in c. dilecto. eo. ti. lib. vj. Si tamē appellationem intra ſtatutum tempus non proſequatur, quid iuris, vide ſuprà, Appellatio. §. iiij. & infrà, Excommunicatio. vl. §. j. Appellatio tamen poſt ſententiam factam, illam non ſuſpēdit, ſecundū Pan. in d. c. per tuas. ſed ſolùm defert iuriſdictionem ad ſuperiorē: vt in c. paſtoralis. & quod ibi no. de app. Eſt autem ſciendum in hoc caſu & ſequēti, quòd ſi eos proponens non petat abſolutionem, debet tamen audiri. eo. ti. c. per tuas. Si verò abſolutionē petat ad cautelā, negari nō debet, etiā ſi aduerſarius vel excōmunicator ſe opponat: niſi diceret eū excommunicatum pro manifeſta offenſa. quo caſu dabitur ſic dicenti terminus octo dierum: & ſi probauerit, nō abſoluetur niſi præſtita emēda vel cautione de parendo iuri ſi offenſa ſit dubia: ſed tamen pendente probatione prima, id eſt illius qui fuerat excommunicatus, debet vitari in illis omnibus, quæ vt actor in iudicijs attentauerit: extra iudiciū verò in officijs poſtulationibus, electiōibus, & alijs legitimis actibus debet admitti. eo. tit. ſolet. lib. vj. quòd ſi appellationē ſup hæc non fuerit proſecutus, vt debuit intra tēpus à iure vel iudice ſtatutū: & ipſe fuit excōmunicatus expſſe & nominatim lapſo dicto tēpore debet denūtiari: & tā in iudicialibus quàm extraiudicialibus actibus debet remoueri, donec de ipſius ſententiæ docuerit nullitate. e. ti. c. licet. lib. vj. De iſto autē tēpore habes in c. cū ſit. de app. Notat autē Pan. in d. c. per tuas. q licet ibi nō ponantur niſi duo caſus, in quibus quis debet audiri, tamen hec exēpli gratia intelligitur: vnde in omni caſu in quo quis dicit ſententiā eſſe nullā, debet audiri in iudicio volens hoc probare, quanuis nō petat abſolutionē, ſecundū cōmuniter doc. in d. c. per tuas. & vitari debet in iudicio & nō extra modo dicto: allegās tamen ſententiā fuiſſe iniuſtā nō auditur ante abſolutionem. ¶ Octauus eſt, quādo ſentētia continet intolerabilē errorē: vt in d. c. per tuas. eo. tit. Eſt autē intolerabilis error, primò quādo præcipitur illicitum: vt excōico te ſi nō fueris. vel prohibetur bonū de ſe: vt, excōmunico te ſi Deū colis, aut paupi tribuis eleemoſynā. xj. q. iiij. ſi is. & in c. venerabilibus. eo. ti. & cōſentit Ray. Pet. Goſ. & Hoſ. in Sum. Secundò quādo pręcipitur impoſsibile, ſecundū gl. in d. c. per tuas. Tertiò quādo pronūciatur expreſſe cōtra ius ſcriptū vt dicendo: pronuntio excōmunicationē valere, quanuis ſit lata poſt legitimam appellationē: vt ij. q. vj. §. diffinitiua. Sed intellige quando error eſt expreſſus in ſententia. ſi autem nō exprimatur in ſententia, illa tenet ſecūdū gl. in d. c. per tuas. niſi appellatiōe ſuſpendatur. quā tamē gl. Pan. in c. cū apoſtolus. de cenſi. dicit verā, quando nō conſtat notoriè de errore. Sed quādo notoriè cōſtat: vt puta, quia noluit eum procurare vltra numerum debitū, excōmunicatio nō ligat. & d. gl. hoc tenens eſt falſa. cle. paſtoralis. §. Piſana. de re iu. Vn̄ ſi error eſt in facto: vt dicēdo, Excōmunico te propter tale peccatū commiſſum, puta furtū: quod ſcilicet nō eſt verè cōmiſſum, ligat ſecundū gl. in d. c. per tuas. & Gul. quia error nō eſt expreſſus: & hæc cauſa licet ſit falſa, eſt tamē poſsibilis: & hic eſt quo ad eccleſiam ligatus, & ſi non quo ad Deum: & ſi contemneret peccaret mortaliter: vt in dicto cap. per tuas. Vnde ſecūdum Ray. tali cōſulendum eſt, vt patienter ſententiam ferat, ſcilicet non ingerendo ſe cōmunioni fidelium, & inſtanter abſolutionem petat. & conſentit S. Tho. Innoc. & Bern. Sed intellige ſemper, niſi de errore facti notoriè conſtaret. ¶ Nonus eſt, qn̄ quis excōmunicat participantes excommunicato nō in crimine, ſed in locutione, & alijs caſibus, quibus incurritur minor: quia talis ſententia ipſo iure nulla eſt: niſi præmiſſa trina monitione, vel vna pro tribus, cū aliquo dierū interuallo, quibus, vel in quo nominatim exprimātur ipſi admonēdi, ne cū tali participent: vt in c. ſtatuimus. & in c. conſtitutionē. eod. tit. lib. vj. & ſine dicta monitione excōmunicās ipſo facto eſt per mēſem ab ingreſſu eccleſię ſuſpēſus: vt in c. ſacramēto. eo. tit. & notatur in d. c. ſtatuimus. Et ratio eſt, quia nullus excōmunicari debet niſi pro mortali: cuius modi nō eſt prædicta excōmunicatio, niſi poſt monitionē: quia tunc eſt cum inobedientia & cōtumacia. Iſta tn̄ limitātur primò quando excōmunicator eſt inferior papa: quia papa excommunicare poteſt aliquē cum participātibus. & ſic ligarētur eadem ſententia ab ipſo ſolo abſoluēdi. c. quod in dubijs. eo. tit. Secundò limitatur ſecundū Ioā. Aud. & Abb. & ſequitur Pan. in d. c. quod in dubijs. cùm quis excōmunicat participantes cum excōmunicato à ſe: quo ad excommunicatū enim ab alio teneret ſententia, quanuis illi nō eſſent moniti: vt ſi epiſcopus excōmunicet participātes excōmunicato ab archiepiſcopo vel papa. quod clarè videtur probari in d. c. ſtatuimus. ibi, excommunicatis ab eo. quo etiā caſu nō valet ſentētia ſuſpenſionis vel interdicti, niſi canonica monitione præmiſſa: vt in c. ſtatutum. eo. tit. lib. vj. Tertiò limitāt aliqui quādo ſingulares & nominatæ perſonæ excōmunicātur: quia tūc requiritur monitio ſpecialis. ſi autē ſentētia generaliter fertur, tunc dicunt ſufficere generalem: & ſic adhuc remanent antiqua iura. Sed gl. in d. c. cōſtitutionē. dicit quòd tutius eſt dicere hodie quòd excōmunicatio in participātes ferri nō poſsit in genere: & ſic ſublatū eſt quod dicitur in d. c quòd in dubijs. In his ergo tribus caſibus, vel ſaltem in duobus, timenda eſſet, non aliàs. ¶ Decimus eſt, quando prælatus ſuis ſubditis interdiceret ne exponat ſuis ſuperioribus aut legatis aut inquiſitoribus ſtatutum ſuarū eccleſiarū vel monaſteriorū, perſonarū & rerum ſuarū, & de hoc ferret ſententiā excōmunicatiōis: vt in c. quia pleriq;. de offic. ordin. lib. vj. Hos caſus omnes ponit Io. And. in c. præſenti. de ſen. exc. libr. vj. licet primū & ſecūdum non diuidat. & conſentit Arch. iij. parte. tit. xxv. c. lxxiij. ¶ Vndecimus eſt, quādo prælati excōmunicant ſubditos, quādo nolūt eos procurare vltra euectionis & perſonarū numerū taxatū in cap. cū apoſtolus. de cenſi. dum eos viſitant: vt in cap. cum ad quorundam. de exceſ. prælat. ¶ Duodecimus eſt, quando ſententia profertur generaliter contra nō facientes aliquid: puta reſtitutionem vel ſolutionem: & aliquis non facit, quia nō poteſt: quia ſic nō ligatur, ſecundū Fed. cōſil. xciij. quia ſecundū Pan. in c. j. & gl. de offic. delegat. verba ſimilia, ſcilicet generalia, debēt intelligi modo ciuili. arg. l. ſi cui. ff. de ſerui. & impoſsibiliū nō eſt obligatio. de reg. iur. c. nemo. lib. vj. Sed tamen de hoc vide infrà Pœna. §. xviij. vide etiā ſ. eo. §. iiij. dubio xij. ¶ Decimuſtertius eſt quando ſub pœna excōmunicationis imponitur vt aliqd fiat in certo termino: & terminus prorogatur ab eo, cui facere debebat: puta ſi Petro imponit vt ſoluat Henrico x. in paſcha: & Henricus prorogat vſq; ad Pentecoſten: in quo caſu Hoſt. & Inno. dicūt ꝙ creditor terminū prorogare non poteſt quantum ad ſententiā excōmunicationis, ſcilicet vitandam, niſi iudex prorogationi conſentiat: quod ſi fiat, adueniēte ſecundo termino eſt excōmunicatus, ſi nō ſoluerit: quia terminus videtur prorogatus cū acceſſorijs. arg. ff. de preca. l. ſed ſi manente. Si tn̄ pars in primo termino reputat ſibi ſatisfactū, ceſſat excommunicatio tota. Contrariū autē tenuit Pet. in c. j. de loca. facit c. præterea. de app. Bar. in l. j. §. & poſt operū. ff. de no. ope. nun. tenēdo quòd iſte nō ſit excommunicatus. Sed Io. And. in c. præterea. de appel. el ij. dicit ante factum tenendā eſſe opi. Hoſt. & Inn. poſt factum autem contrariū dicendum eſt: & dicēs hanc opinionem cōtrariam eſſe veriorē: quia iudex ſententiam fulminat in fauorē partis: & dato partis aſſenſu excluditur cōtumacia. Et hanc opi. Pan. veriſsimā putat, adducens ſimile: quia iuramentū præſtitū parti, principaliter obligat Deo. de iureiur. ſi debitores. & tamen ſi ille, cui iuratur, obligationem remittit, nō indiget iurans aliqua abſolutiōe: quia etiā Deus remittere videtur, cùm ad alterius vtilitatē acceperit iuramentum. facit de ſpon. c. ij. Si tamen Dei cōtēplatione principaliter iuratur, ſecus eſt: quia tunc etiam papa non remittit ſine cauſa. de iureiur. c. quanto. Et ita in propoſito cùm iudex excōmunicet in fauorem partis: ſi pars vult terminū differre, etiam iudex videtur differre velle: cùm nil aliud agat, niſi vt partes ad concordiam reducat. l. j. §. poteſt autem quis. ff. de noui operis nuntia. Et pro hac opinione videtur caſus expreſſus in cap. j. de loca. Intellige tamen ſi conſenſus præſtat ante commiſſam pœnam: quia ſi pœnę iam inflictæ ſuperueniat, eam non tollit. Faciunt notata per Bartol. in l. j. §. ſed ſi filius. ff. de leg. iij. Si autem adueniēte ſecundo termino non ſoluat, erit excommunicatus, ſi prorogatio eſt facta de conſenſu iudicis. facit cap. ſignicauit. & c. ad reprimendam. de offic. ordin. non autē ſi eſt facta ſine iudicis cōſenſu, etiā poſito pacto, quòd ſi nō ſolueret, reincideret: vt determinat Bal. in l. tale pactū. §. qui prouocauit. ff. de pact. dicens quòd excōmunicatio naſci nō poteſt ex cōtractu: ſe ſolùm ex ſentētia: tale autem pactum, quod reincideret, nō eſt ſentētia. Sed intellige dictum Bal. quādo pactum eſt appoſitum per debitorem & creditorem: quia ſi apponeretur in ſententia abſolutionis per ipſum iudicem reincideret, vt dictū eſt. ¶ Decimuſquartus eſt, quando iudex ſententiam ferens ligare non intendit: quia excommunicatio ab excōmunicatoris intētione vires ſumit, ſecundum Panor. in cap. ex parte. el j. de offic. ordi. Facit quod not. gl. in cap. ij. de teſtib. cog. & in c. penult. & gl. de offi. deleg. & in c. j. de iud. Et ideo quando iudex generaliter excōmunicat qui fecerūt aliquid, vel nō reuelātes: ſi intēdit aliquos ab hoc eximere, nō ligantur in veritate, & ſi fortè aliquādo ſecūdum cōſciētiam ſuā: & ſimiliter quādo fit ad inſtantiā alterius ſolùm, nō ligat vltra intētionem eius. c. bonæ memoriæ. el j. de poſtul. prælat. ¶ Decimuſquintus eſt, quando excommunicatio ſub cōditione fertur: quia eo caſu nō ligat ante quàm extet conditio, ſecundum Hoſt. extra eo. à nobis. & ſi pendente conditione appelletur, tenet appellatio: quæ tamē releuaret ſi ſentētia purè ferretur. extra de appel. paſtoralis. Sed ſolùm transferret in ſuperiorem cauſæ cognitionem: vt in c. p tuas. eod. tit. Et ſi pendente cognitione deſinat eſſe eius ſubditus: tenet tamen ſententia, niſi appellet. extra de fo. compet. cap. pen. extra de offic. deleg. cap. gratum. & c. relatum. & cōſentit Innoc. & Hoſt. & Ioan. And. licet cōtrarium ſentiat Arch. Sed ſi pendēte cōditione excōmunicator moriatur vel amoueatur: non eſt excommunicatus poſtea qui facit contra illam ſententiam: quia expirat, & non ligat, ſecundum Panor. in cap. cum ad hoc. de cler. non re. & quęlibet etiam alia ſententia expirat, ex quo nō habuit effectum in vita ſententiantis. facit ff. de pœn. l. fin. Quod tamen Panor. & Archid. limitant niſi diffiniendo illud ſtatuerit. ff. de offic. præſid. l. penul. vel niſi à ſucceſſore expreſſe cōfirmetur. extra de loca. cap. j. ſecūdum Hoſtien. Dicit autem Pet. de Pal. in iiij. quòd cum

ſapientibus notum eſt,ſententiã eſſe nullam, licet apud vul-
gus non ſciatur:poteſt homo eam in occulto non ſeruare: in
publico autem debet eam ſeruare quouſque ſcandalũ ratio-
nabiliter ſedauerit:vt ſicut aliquis publicè excommunicatur,
& denunciatur : ita ex aduerſo ipſe publicet cauſam quare
ſententia nõ valet,quo facto amplius non eſt ſcandalũ puſil-
lorum,ſed Phariſæorum,& ideo cõtemnendum. Vnde in o-
mnibus prędictis caſibus nullo modo timẽda eſt quo ad Deũ
vel eccleſiam, quando notoriè conſtat de caſu: quãdo autem
non cõſtat,timẽda eſt quo ad eccleſiam:& contemnens mor
2 taliter peccat,& iuſtè poſſet excommunicari. Et †ſic intelli-
gitur cap.j.xj. quæſt.iij. vbi dicitur quòd ſententia paſtoris,
ſiue iuſta,ſiue iniuſta fuerit,timenda eſt:quia eadem videtur
ratio ſi ſit nulla,& de nullitate nõ conſtet. Contemnere au-
tem,ſiue agere ex contemptu,ſecundũ Steph.eſt mandatum
non curare.xj.quæſt.iij.excellentiſsimus.& ſic cõtemnere,vt
etiam dicit Sanct.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.art.ix.eſt quando non
propter aliquam cauſam,puta iram vel cõcupiſcentiam quis
tranſgreditur: ſed ſolùm propter hanc, quia non vult parere
præcipienti:& hoc niſi ex eadem cauſa quis frequẽter iteret
delictum,ſecũdum Zab.in cle.j.de ſepul.Sed intellige quòd
etiam iſta iteratio nõ facit propriè contemptũ,cùm non ag-
grauet infinitè,nec alteret delicti naturã: ſed facit præſum-
ptionem contẽptus in foro contentioſo. ¶Sciendum †eſt ſe-
3 cundò quòd ſententia excõmunicationis tribus modis eſt in-
iuſta,ſecundum S.Tho.in iiij.& Ray.& Arch.& gl.eo.ſacro.
¶Primò ex cauſa:quia ſcilicet nulla prætenditur in ſentẽtia:
vel ſi prætẽditur,nõ tamen vera:vel ſi vera, nõ ſufficiẽs & ra
tionabilis:vt in c.ſacro.eo.tit.¶Secundò, ex animo:quia ſci-
licet licet exprimatur cauſa vera,ſufficiẽs,& rationabilis:nõ
tamen fine debito promulgatur,puta zelo iuſtitiæ vel huiuſ
modi,ſed indebito,puta indignationis,inuidiæ vel huiuſmo-
di.xj.q.iij.illa.& in c.cum medicinalis.eo.tit.lib.vj. Ideo tutũ
eſt vt offenſus ſententiam promulget per alium:vel ſi per ſe
vult facere,ſaltem nõ quando mouetur paſsione, ſed reſiden
tiã eius expectet.¶Tertiò,ex ordine iuris,ſcilicet prętermiſ-
ſo:quãdo ſcilicet cauſa eſt idonea,& finis bonus,ſed iuris or-
do non ſeruatur:vt quia nõ præceſsit monitio debita,vel fa-
cta nõ fuit coram perſonis idoneis.extra eo.ſacro.¶Quando
autem monitio ſit debita,ſecundum Pet.& Ray.& archid.di
cẽdum eſt quòd in hoc ſtabitur arbitrio boni viri,ſiue ſit tri-
na,ſiue vna pro tribus: maximè in notorijs.Et ſecundum.gl.
in cap.conſtitutionem.el j.eodem tit.lib.vj.fit tribus modis.
Primò ſic:Monemus te pro prima:qua finita,monet ſecũdò
pro ſecunda:qua finita,monet tertiò pro tertia.Secundò in-
terdum vna monitione facit tres,ſic: Monemus te vſque ad
diem talem pro primo,talem pro ſecundo,talem pro tertio.
Tertiò vnã tantùm dat dilationẽ dicens:Monemus te quòd
vſq; ad talem diẽ pro primo,ſecũdo,& tertio peremptorio à
communione taliũ abſtineas,&c.Et ſecundum eandẽ gl. ſu-
per verbo,cõpetentia,ſcilicet interualla iudex arbitrabit pro
perſonarũ & negotiorum qualitate.Qui autẽ dicãtur moni-
4 ti nominatim,infrà in verbo,nominatim.Ex† omnibus autẽ
dictis collige quòd ad iuſtã excõmunicationẽ oportet quòd
iſta cõcurrant.Primò,cauſa iuſta.ſecũdò, animus iudicis bo-
nus.Tertiò,ordo iuridicus:vt,ſcilicet monitio ꝑmittatur de-
bita,& ſentẽtia feratur in ſcriptis,&verba ſint cõgrua,& cau
ſa exprimatur,& exemplũ ſcripturę,ſi requiratur,detur intra
menſem.Sed tamẽ ſecũdum Pet.Ray.& S.Tho.quãuis ꝓfe-
rens iniuſtam ſententiã quocũq; illorum triũ modorũ gra-
uiter peccet:tamẽ talis ſentẽtia tenet,& ligat quantũ ad ec-
cleſiã militantẽ,niſi eſſet ipſo iure nulla,ſecundũ Ray.ex ali-
qua ſcilicet dictarũ cauſarũ,de quibus ſ.in princ.debet tñ ex-

*Notabile. Excõmunicatio. tribus eſſe iniuſtam.*

communicator eam reuocare,vel excõmunicatũ abſoluere,
quando ſuũ errorem vel iniuſtitiã aduertit,nõ obſtante con-
tradictione aduerſarij.Sed caueat ne prætendat errorem vel
iniuſtitiã in alterius partis præiudiciũ indebitè:vt in c. ſacro.
eo.tit.Caueat etiã qui ſe tenet excõmunicatũ iniuſtè vel ex
falſa cauſa,ne ſententiã contẽnat: quia mortaliter peccaret,
& iuſtè poſſet excõmunicari.xj.q.iij.c.audi.§.cũ ergo.niſi in
caſibus dictis in hoc tit.in prin.¶Sciendũ† eſt tertio ad intel-
ligendũ qui ligetur à ſententijs quorũcunq; prælatorũ latis
per modũ ſtatuti,quòd vt colligitur ex Pan.in c.à nobis.el j.
de ſent.excõ.& Gemin.in c.vt animarũ.de cõſtit.lib.vj.ſic di-
ſtinguẽdum eſt.Aut enim fit cõtra ſtatutũ ab exiſtentibus in
territorio ſtatuẽtis,aut extra eius diœceſim.Si primum,ſiue
ſint ſubditi ſiue forẽſes,& ſciunt ſtatutũ, ſunt excõmunicati,
& incurrunt omnem aliam pœnã ſtatuti cuiuſcũque pœna-
lis.Quod tamen Inn.limitat,vt ibi refert Pan. quãdo ſtatutũ
eſt aptum cõprehendere tam ſubditos quàm nõ ſubditos:vt
ſi dicat,quicunq; furtũ fecerit,ſit excõmunicatus. Si verò nõ
ſit aptum cõprehendere niſi non ſubditos: vt ſi ſtatutum ar-
chiepiſcopi dicat,quicũque archiepiſcopus in prouincia mea
crucẽ ante ſe portauerit,ſit excõmunicatus:ſecundum Inno.
ſtatutũ nõ valet:quia nõ comprehẽdit niſi nõ ſubditos:cùm
archiepiſcopus nõ habeat archiepiſcopum ſubditũ.Hoſt.au-
tem hoc impugnat:quia ſequitur quòd contra peregrinos in
loco delinquentes nihil ſtatui poſsit. Pan.verò dicit hũc arti-
culum eſſe dubiũ:ſed tñ Hoſt.adhæret.Si verò delinquentes
etiam nõ ſubditi in territorio ignorant ſtatutũ,gl.in c.à no-
bis.dicit quòd ſi ſtatutũ punit factum aliàs damnatum, ligat
etiam ignorãtes.& cõſentire videtur Bart.in l.cunctos popu-
los.C.de ſum.Trini.& do.Ant.Sed Io.Andr.in d.c.à nobis.&
in c.vt animarum.tenet contrariũ.& videtur ibi text.pro eo:
quia ſtatutũ ibi excõmunicabat fures:& conſtat furtum aliàs
eſſe dãnatum,& tamen nõ ligat ignorãtes.Pan. autẽ vbi ſu-
prà dicit quòd opinio gl.eſt verior de rigore iuris, licet opi-
nio Io.And.ſit æquior:quia nõ põt quis licitè allegare igno-
rantiam,cùm ſcire debebat factum eſſe damnatum.Secus ſi
non eſſet damnatum:quia probabilis ignorantia excuſaret:
& in dubio ſtabitur iuramento deliquentis.arg.in cap.ſi ve-
rò.el ij.de ſent.excommunic.Mihi †videtur dicendum quòd 6
ignorantia etiam in facto damnato excuſet à pœna ſtatuti
humani:niſi fortè eſſet ſtatutum papæ,vel ignorantia eſſet
craſſa aut ſupina:ſicut eſt text. in cap.vt animarum.ſed non
excuſat à pœna diuini:nec quantum ad hoc licitè allegatur.
Et iſta fuit ſentẽtia Summæ Piſa.imò etiã in ſententia papæ
idem videtur intelligendum:quia S.Thomas in quolib.arti-
culo decimonono, tenet quòd conſtitutio papæ ligat ſolùm
negligentes.& propter odium pœnarum videtur intelligen-
dum de negligentia lata. vide infrà Excommunicatio ſeptimò.§.iij.Si †verò ſecundum,ſcilicet extra diœceſim: ſic non
ligantur forenſes:vtrum verò ligentur ſubditi,vel incurrant
aliam pœnam ſtatuti, Bartol.in dicta l.cunctos populos.di-
ſtinguit:quia ſi ſtatuens intẽdebat ligare ſubditos,etiam ex-
tra territorium,tunc ligãtur:vt ſi dicit ſtatutum, quicunque
furabitur vbicunq;,ſit excõmunicatus.Si autem ſtatutum eſt
generale,reſtringitur ad territorium ſtatuẽtis. Panor.autem
in dicto cap.à nobis.dicit quòd multi moderniores Legiſtæ
tenent oppoſitum in l.fin.ff.de iuriſd.omniũ iud.& hoc Pan.
credit verius:quia d.c.vt animarum.non dicit, illum nõ ligari ex defectu voluntatis ſtatuentis:ſed potius ex defectu po-
teſtatis,vt patet ibi:quia extra territorium ius dicenti non
paretur impunè.Et hoc tenuit Summa Piſana allegans c.
vt animarum.Fallit† autem hoc,quia ligãtur ſubditi in qua-
tuor caſibus.¶Primus eſt, ſi ſtatutũ originat cauſam in ter-



ritorio proprio ex facto negatiuo commiſſo in limitibus al-
terius territorij:ſecus ſi ſtatuto cauetur quòd faciẽs furtum
vbicunq; niſi intra menſem à die commiſsi criminis compa-
reat coram iudice delicti, vel coram nobis, ſit excõmunica-
tus:iſte faciens furtum ligatur , non ratione furti non fiendi:
quia eſt factum negatiuum in territorio alieno:ſed ex ea par
te quia non cõparuit : quod comparere eſt factum affirma-
tiuum contrarium faciendum in limitibus torritorij ſtatuen
tis.Ratio,quia per edictum ad hoc potuit arctari : vt in c.ex
parte.de cle.non reſi.facit quod not.de rap.c.j.&.c.Romana.§.
contrahentes.de fo.comp.lib.vj.¶Secundus eſt,quando ſtatu
tum principaliter reſpicit rem ſubiectam ſtatuenti : puta ſi
epiſcopus per ſtatutum excommunicat clericos non reſiden
tes,ligantur clerici etiam extra diœceſim reſidentes ratione
rei,quia ſubiecti ſunt epiſcopo , quæ ſita eſt in eius diœceſi.
de foro competenti.c.ſi.etiam ſi perſona ſit extra diœceſim:
vt probatur in d.§.contrahentes.&per hoc quod hic ſequitur.
¶Tertius eſt,quia vbi quis tenetur ad aliquid faciendum, &
illud nõ facit,factum videtur vbi illud facere debebat:vt ff.de
reg.iur.l.qui non facit.& de vſur.c.j.lib.vj.& quod not.gloſſ.
magna.in c.j. vt lit.non conteſt.ſicut ſi ſtatutum mandat ſub
pœna excommunicationis omnes clericos intereſſe prouin-
ciali capitulo in diœceſi tali:qui non interſunt , etiam ſi ſint
in alia,ligantur.¶Quartus eſt, quando factum eſt principia-
tum in territorio,licet alibi ſit completum.Et facit quod no.
Io.And.in c.j.de priuile.libr.vj.de ſagittante in loco non ex-
empto,cùm ipſe ſit exemptus , vt efficiatur ſubditus iudicis
vtriuſq;.Et per hoc patet quòd religioſus faciens contra ſta-
tutum,quod excommunicat quemcũq; aſſentientem præla-
tioni extra ordinem,niſi prius reſtitutis libris,eſt excommu-
nicatus ſi aſſentit:quia originatio facti ſit in ſubiectione præ
lati ſtatuentis:licet efficiatur exemptus ab eo poſt pręſtitum
conſenſum.Et ſic determinant Domini de Rota per not.per
Inno.c.præterea requiſiti.de app.de eo qui excommunicauit
9 ſi elegerit.¶Et†ideò limita tex.d.c.vt animarum.quòd ſtatu
to non ligantur extra territorium delinquentis , quando de-
linquens,& res,circa quam delinquit,& ipſum delictum ſunt
totaliter extra prouinciam ſeu territorium ſtatuentis.
10 ¶Secundum†eſt quartò,ad intelligendum qui ligentur quã-
do ſententia nõ eſt iuris,licet hominis,quod ſecundum Pan.
&Gemi.vbi ſuprà,ſic diſtinguitur:Aut enim ſententia fertur
primò pro culpa præterita generaliter : aut ſecundò ſpecia-
liter pro eadem culpa præterita: aut tertiò pro culpa futura
generaliter : aut quartò pro eadem ſpecialiter. Primò caſu
non ligat ſubditum,qui eam commiſit extra territorium ſta
tuentis:ſed ſubditum eius qui eam commiſit in territorio,
quanuis ſit extra territorium tempore ſententiæ: non ſubdi-
tum verò,qui in territorio deliquit,non ligat,ſi ſit extra terri
torium,à quo ſcilicet iam diſceſsit,ſi generaliter proferatur,
ſiue ſpecialiter contra eum , niſi fuerit citatione præuentus
antequam recederet,aut niſi ad requiſitionem prædicti iudi-
cis iudex proprius,ſub quo degit,ipſum citaret,prout tenetur
requiſitus,ſecundũ notata in c.ſi.de foro comp. vt iret ad re-
ſpondendum:quia ſi hoc nõ faceret,excõmunicari poſſet. Et
hoc intellige in eo,qui non habet domicilium ſub iudice ſub
quo deliquit.Secus ſi haberet domicilium: quia citari poteſt
& excommunicari etiam extra territorium exiſtens ſecun-
dum Pan.ibi.qui etiam dicit quòd cùm ſubditus ratione do-
micilij eſt abſens,citari poteſt per iudicem domicilij quo ad
omnes effectus : & citatio decernitur facta in proprio terri-
torio, licet nuntius exequatur extra.In ſecũdò autem caſu li-
gat ſubditum , qui deliquit extra territorium etiam ibi exi-
ſtentem:quia cùm coram vtroque ordinario poſsit conueni-

ri.de foro comp.c.fin.poteſt cogi per ordinarium ad compa-
rendum:& ſi non comparet.Et licet nuntius exequatur cita-
tionem extra territorium proprium, tamen citatio decerni-
tur facta in proprio territorio ipſius iudicis quo ad omnes ef
fectus:quia ſecundum Pan.executio nuntij non eſt iudicialis:
ideò poteſt exerceri extra proprium territorium. licet Pan.
in cle.paſtoralis.de re iud.teneat contrarium:quia doct.mo-
derni tenent primum.Sed hoc intellige niſi ante talem cita-
tionem alibi caperet domicilium:quia tunc citari non poſſet
nec excommunicari tanquam contumax ſecundum commu
niorem opinionem,niſi eſſet citatione præuentus,vt dictum
eſt.In tertio verò &quarto caſu ſententia æquiparatur ſtatu-
to quo ad ſubditos ſolummodo in hoc vt non liget ignoran-
tes,nec extra territorium delinquentes.quantum verò ad fo-
renſes poſtea delinquentes nullo modo comprehenduntur
ſtatuto,nec ligantur:quia cùm ſententia vires ſumat inconti
nenti contra quos profertur , ſic non poteſt comprehendere
niſi ſubditos,ſecundum communiter Legiſtas in l.cunctos po
pulos.C.de ſum.trin.¶Et† hoc no. quòd iſta ſententia pro fu 11
turis culpis non poteſt ferri, niſi mora in exhibenda ſatisfa-
ctione præceſſerit,aut culpa,ſeu offenſa, vel alia rationabi-
lis cauſa,quæ in ipſis ſententijs exprimenda eſt:vt in c.Roma
na.§.caueant.eo.ti.lib.vj.ſi tamen feratur,tenet,licet ſit iniu
ſta ſecundum Gemi.ibi.¶Circa† prædicta magis enucleanda 12
dubia multa conſurgunt.¶Primum eſt,vtrum ligetur delin-
quens contra ſtatutum epiſcopi in loco exempto:puta ſi ca-
ueat ſtatutũ quòd omnis ludens ad azardum ſit excommuni
catus,vel alteri pœnæ ſubiectus:vtrum ligetur ludens in lo-
co exempto?Et dico quòd ſic,ſecundum Marſi. & Archid.&
Fed.conſ.ij.hac ratione,quia locus exemptus eſt de diœceſi &
territorio epiſcopi : alioquin fruſtra impetraretur priuile-
gium exemptionis.Contrarium tenuit Io.And.in nouel.in d.
c.vt animarum.quia locus,inquit , extra diœceſim , & locus
exemptus æquiparantur.Et conſentit Io.de Lig.& Io.Cal.in
d.c.vt animarum.&.c.cum epiſcopus.de offi.ord.lib.vj.& per
gl.in cle.quanuis.de fo.comp.quia,inquit,locus exemptus,&
locus extra diœceſim æquiparantur.Inducit etiam c.lumino
ſo.xviij.q.ij.&.c.j.de ſta.re.lib.vj.& cle.ſi.de priuil.per quę pa
tet quòd,exceptis quibuſdam caſibus,nullam iuriſdictionem
vel poteſtatem habent epiſcopi in locis exemptis.Et Gem.in
d.c.vt animarum . credit ſecundam opinionem veriorem:&
hæc eſt tenenda.Nec valet ratio Fed. quia eſt de diœceſi quã-
tum ad ſitum,ſed non quantum ad iuriſdictionem: ad quam
annullandam prius habitam exemptio petitur vt non habea-
tur.Pe.tamen de Anc.in d.c.vt animarum.concordat hoc mo
do:quia ſi prælatus loci exempti ex forma priuilegij habet
iuriſdictionem epiſcopalem in ſuo loco exempto , eſt vera
opinio Io.Cal.& ſequentium.Si verò non habet,eſt vera opi
nio aliorum.Remittit autem ad c.poſtulaſti.de foro compe.
vbi dicit ſe horum opiniones copioſè recitare.Et per hoc pa-
tet quomodo liget ſtatutum diœceſani mandantis ſub pœna
excommunicationis,ne quis ingrediatur monaſterium mo-
nialium exemptarum.¶Secũdum† eſt ſi ſtatutum facit men- 13
tionem de loco exempto:vt dicendo,nullus furetur aut for-
nicetur in monaſterio aliquo exempto vel non exempto.vtrũ
contrafacientes ſubiaceãt pœnæ excommunicationis vel al-
teri?Et dico quòd nomine monaſterij,vt dicit Nicol.papa in
c.exijt.de verborum ſigni.libr. vj. intelligitur clauſtrum do-
mus,& officinæ interiores.Vnde vbi dicitur quòd ad alia lo-
ca,puta portam,vel eccleſiam non eſt prohibitum accedere.
Sed intellige,niſi prælatus prohiberet nõ ſolùm ingreſſum,
ſed etiam acceſſum : quia tunc non liceret adire portam,&
minus intrare eccleſiam : quia omnia iſta ſunt de integri-

tate

tate monaſterij quod prohibetur adiri:licet non ſint intra
clauſuram,quàm träſgredi nõ licet vbi prohibetur ingreſſus.
Igitur dico ꝙ ſi ſtatutũ loquitur de monaſterijs in generali,
ſecundum Gemi.in d.c.vt animarum.nõ incidunt cõtra faci-
entes.Nec obſtat ſi dicatur quòd hoc caſu delicta manerent
impunita: quia reſpondet ibi quòd tales conueniri poterunt
ſuper hoc coram ſuo ordinario.iij.q.vj.c.j.Non obſtat etiam
quòd quidam tenentes oppoſitum dicunt,hoc delictum com
mitti in loco non exempto,ſcilicet in ipſo acceſſu,antequam
perueniatur ad monaſteriũ: qa hoc eſt falſum quo ad ipſam
excõmunicationem:licet malè faciant accedentes ſine licen
tia eius,ad quem pertinet:vt in d.c.j. Si autem ſtatutum ſpe-
cialiter exprimeret exẽpta monaſteria:dicit Phil.de Peruſio
in d.c.vt animarum . quòd contrafaciens in cidit,ſi ſtatutum
eſt factum à diœceſano ex cauſa:quia ſic facere potuit.Et fa-
cit quod not.Bar.in l.relegatorũ.ff.de interdi.vbi vult quòd
ciuitas propter cõmodum ciuitatis,vel odiũ eorum,ad quos
non vult ciues ire,prohibere poteſt ciuibus ſuis ne vadant ad
talem terrã.Et notat idem Pan.in c.poſtulaſti . de foro cõp.
Vnde ligat dictum ſtatutum epiſcopi factum ad bonũ ſubdi
torum ex cauſa legitima,vel in odium monialium, quæ ſua
irreligioſitate hoc merentur:ſi tamen hoc faceret in pœnam
eius,contra quem fit:tunc non poteſt prohibere , ſecundum
Pan.vbi ſuprà,ſcilicet niſi habeat iuriſdictionem in loco ex-
empto:puta qa poteſt arcere acceſſum: vt in cle. attẽdentes.
14 de ſtatu mon.de quo vide ĩ.Religio.vij.§.vlt.❡Tertium†eſt,
vtrum licentia ingrediendi dicta monaſteria exempta peten
da ſit ab epiſcopo prohibente talem acceſſum:vel ab eo qui
habet curam eorum?Et dico quòd in caſu quo epiſcopus po-
teſt facere tale ſtatutũ,etiã de monaſterijs exemptis, peten-
da eſt ab eo:ſed ſi ſtatutũ generaliter loquatur,& de mona-
ſterijs exẽptis nõ ſpecificet:petenda eſt ab eo qui habet curã
eorum.De acceſſu autem ad moniales,ĩ.Excõmunicatio.vij.
15 §.j.& ĩ.Religio.vij.§.vlt.❡Quartum†eſt,vtrum prelati epi-
ſcopis inferiores habeant territorium?Et dico ſecundum Io.
And.in cap.cùm contingat.de foro.comp. quòd non: & con-
ſentit Gemi.in d.c.vt animarum . Sed Io.de ſancto Georgio
limitat,niſi eſſent exempti cum ſuis ſubditis.❡Quintum eſt,
vtrum ligentur ſubditi religioſorum exemptorũ extra loca,
in quibus degunt,delinquentes? Et dico ſecundum Gemi.in
d.c.vt animarum.quòd ligantur eo modo,quo ſubditi epiſco
porum delinquentes extra diœceſim:quia ſubiectæ eccleſiæ
ſunt eis pro territorio:imò ſecundũ Lauren.totus mũdus eſt
eis pro territorio. Vnde vbicunque eſt perſona ſubiecta,vel
potius religata,illuc ſe extendit prælatorum poteſtas,ſcdm
16 Vinc.vide etiam ĩ.Pœna.§.xj.❡Sextum†eſt , vtrum dicente
iudice,excommunico te,ſi appellas,vel præparaueris appel-
lare,ſententia teneat?Et dico quòd ſic:& appellans erit excõ
municatus,ſecundum Io.And.Primò,quia cùm appellatio &
excommunicatio concurrant eodem momento,excommu-
nicatio tanquam gladius Domini ſpiritualis & facto hominis
penetrabilior cenſeri debet in dubio præceſsiſſe.Secundò,qa
excommunicatio non fundatur ſuper appellatione,ſed ſuper
contumacia & inobedientia in actu appellandi: ſed ante ap-
pellationem præceſsit cõtumacia valida:ergo &c.Sed Butri.
tenet iſtũ nullo modo excõmunicatũ:& opinionem Inn. di-
cit meliorem in c.præterea.el ij.de appel.quia nõ videtur pu
rificata vel perfecta cõditio,niſi appellatio interceſſerit:cùm
antè non dicatur appellare , ſed appellare velle. Vnde quia
conditio implementum requirit,non debet incidere tanquã
appellet.Præterea iſta ſententia videtur continere intolera-
bilem errorem, cùm ſit lata poſt appellationem : quia vide-
tur quis excommunicari ſi ſe defendat . quod eſt contra ius
naturale, quod defenſionem concedit. Si tamen dicitur ex-
communico te,ſi diſponis appellare:eſt magis dubium:ſed di-
cõ quòd non erit excommunicatus,vbi appellatio nõ poteſt
prohiberi:aliàs ſic.Ad primũ in oppoſitum dicitur quòd ex-
communicatio & appellatio non concurrunt in eodem mo-
mento,ſed appellatio præcedit,ſicut cauſa effectũ . Nec ob-
ſtat quòd ſpiritualis gladius eſt penetrabilior:quia hoc nõ eſt
verũ quando non habet iuris acumen, nec rectitudinem ſer-
monis,vt in ꝓpoſito:quia iſta ſententia nõ põt habere locũ
ſalua ratione recti ſermonis & verbis iudicis,qui vult ꝙ tamen
prius incidat quàm appellet.Ad ſecundum dicitur quòd ante
appellationem nulla contumacia eſt commiſſa:cùm non di-
catur appellaſſe,ſed appellare voluiſſe.Vel dato quòd aliqua
præceſſerit cõtumacia:illa tamen eſt facto appellationis an-
nexa per iudicem:vnde ante factum completum incidiſſe nõ
debet.Vel ſecundum Hoſt.reſpondetur aliter verbis,ſed non
ſententia,ſcilicet quòd ſi appellatio eſt iuſta,ſententia nõ te-
net:quia continet intolerabilem errorem,vt videlicet cùm quili-
bet oppreſſus poſsit appellare.Si verò eſt friuola,ſententia te-
net.hoc autem determinari debet per ſuperiorem iudicem.
vel dic vt §.ſequenti.❡Septimum†eſt, vtrum dicente iudice
excõmunico te ſi talem elegeris:teneat ſententia, & electio
ſit nulla,vel econtra?Et dico ſecundũ Dir. lib.iij.quòd in hu-
iuſmodi ſequenda eſt excommunicantis intentio: quæ ſi fuit
vt tantùm poſt electionem eſſet excõmunicatus, electio te-
net,& facta electiõe ſtatim incidit in excommunicationem.
Sed intellige,niſi ſententia eſſet nulla: ſententia põt eſſe iu-
ſta:vt ſi is,qui prohibetur eligi,ſit indignus vel inſufficiens.&
poteſt eſſe iniuſta:vt ſi ſit ſufficiens.& põt eſſe nulla:vt ſi cõ-
tineat intolerabilem errorem.verbi gratia:excommunico te
ſi elegeris maximè idoneum.Si autem apparet de intentione
excõmunicantis eſſe quòd ſit excõmunicatus ſimul dũ eligit
de facto:tunc electio non tenebit,& ſententia tenebit.Et idẽ
videtur ſi de intentione eius dubitetur:quia penetrabilior eſt
gladius Domini quàm factũ hominis,id eſt,electio.❡Octauũ
eſt,†vtrũ dicẽte iudice,excõmunico omnes q ſciũt authores
talis dãni vel furti ſi nõ reuelant:ſcientes & nõ reuelãtes in-
cidãt nécne?Et dico primò, ꝙ ſciens nõ tenetur reuelare ei,
qui damnũ paſſus eſt:q a iſta nõ eſt intentio iudicis, ſed eſſet
inimicitias fouere vel etiam generare.Dico ſecundò ꝙ quã-
dò iſtud mandatum eſt generale,non tenetur reuelare iudici,
ſecundum Sum.Ang.qui hoc non poteſt probare . Sed Sum.
Roſ.& Rod.dicit quòd tenetur,ſed non publicè vel in forma
iudicij:ſed occultè ad corrigendum.Et hæc eſt veritas:quia
hæc eſt intentio iudicis,à qua ſententia vires ſumit.Dico ter-
tiò,quòd ſi iudex addat in mandato,ſiue ſciens poſsit proba-
re ſiue non:ꝙ intelligendũ eſt de reuelatione ſacreta ad cor-
rigendum.& ſi exprimat quòd vult illud ſibi dici in iudicio ſe-
cundùm Sum.Ang.ſententia cõtinet intolerabilem errorem
quod non videtur verũ:quia ſic dicendo,ſententia non con-
net aliquid illicitum,vt patet: quia debet ſententia intelligi
ſaluo ordine Euãgelico:nec aliud impoſsibile:cùm non ſit ne-
ceſſarium ꝙ denuntiãs in iudicio adſtrictus à iudice probet:
ſed aliquãdo hoc fit vt ex denũtiatione habeatur plenior no-
titia, & procedatur ad ſpeciales inquiſitiones contra reum,
vel ad quæſtiones,id eſt,torturam.Vnde dico quòd tenet ſen-
tentia:& iſte tenetur comparere in iudicio,ſi non vult incide-
re.Et ſi ſeruauit ordinem Domini in corrigendo: ibi in iudi-
cio deponat quòd ſcit dicendo ſe probare non poſſe. Si verò
non ſeruauit , deponat ſe ſcire quidem malefactorem: ſed
velle ſeruare diuinum mandatum de correctione fraterna.
Dico quartò , quòd ſi iudex mandet vt probet , etiam ſi non
poteſt ; vel denuntiet etiam non obſtante mandato Do-
mini:



mini:tunc ſententia continet intolerabilem errorem, vt pa-
tet ex dictis.Dico quintò quòd ſi probare poteſt,non tamen
hoc tenetur facere ad ſuas expenſas:quòd ſi mandet iudex vt
id faciat ſub pœna excõmunicationis,videtur Sum.Roſe.ſen
tire quòd nõ teneatur.Sed tu dic quòd ſentẽtia eſt quidẽ in-
iuſta,ſed tamẽ tenet,etiam ſecundũ dicta eiuſdem Summæ:
quæ in tit.Excõmunicatio.vij.§.xxxvj.tenet ex ſentẽtia Dir.
libro iij quòd is,cui epiſcopus mandat ſub pœna excommuni-
cationis vt det ei librum ſuum vel domum,dare nõ tenetur:
ſed tamen à ſuperiori debet petere abſolutionem: & partici-
pans illi,incidit in minorem. Ad propoſitum huius dubij fa-
cit infrà Correctio.§.ix.& denũtiatio.§.iiij.& ſuprà Crimen.
19 & infrà Inquiſitio.Sed † reſtare poteſt dubium,ſi res, de qua
reuelãda fit excommunicatio,detinetur ab aliquo ſub titulo
compenſationis:vt quia tantum debet habere in veritate: &
dico quòd non tenetur reuelare,ſi ſententia eſt comminato-
ria contra detinentes iniuſtè & malo animo in generali:ſed
ſi in ſpecie fiat mentio de caſu recompenſationis, vel huiuſ-
modi,dicit Sum.Ang.in verbo,Furtũ.§.xlj.quòd ſentẽtia cõ-
tinet intolerabilem errorem:nec ligaret detinentẽ aut ſcien
tem aliquem detinere animo recompenſandi:niſi quãdo nõ
eſſet certus.quòd quidem Sum.Roſ.in verbo,Familia.ex in-
tentione reprobat.& meritò:quia eſt cõtra ſtylũ curiæ Ro-
manæ,de qua nõ eſt dicendũ ꝙ erret:quæ ſic ſeruat,& mul-
ti alij,& rationabiliter:quia multi ex proprio amore & cupi-
ditate decipiuntur in ſatisfaciẽdo ſibi:ideoq; iuſtè talis clau-
ſula poteſt apponi: & ſententia ligat.Et ſi dicatur quòd talis
pro certo debet habere,ſed probare nõ poteſt: vnde ſi reue-
let,ſuum perdet.Dico quòd hoc nõ obſtante ſententia eſt li-
cita:quia dicit Richar.in iiij.diſt.xlij.quòd licet leges adaptẽ-
tur ad ea,quę in pluribus accidunt,vt in l.nam ad ea.ff.de le-
gib.tamen lex data generaliter non tantùm ligat habentes
aliud,propter quod lata eſt,ſed etiam non habentes.Et præ-
terea non mãdatur directè vt ſuum talis perdat,ſed quòd ta-
lem rem manifeſtet.quod de ſe nõ eſt illicitũ. Vide Furtum.
20 §.xv.❡Nonum† eſt, vtrum excõmunicante epiſcopo omnes
miſſam nõ audientes in die feſto in eccleſia parochiali, inci-
dant omnes nõ audientes?Et dico quòd ſi intendit obligare
ad miſſam aliam præter eam, quæ eſt de iure communi:in-
cidunt omnes nõ audiẽtes potentes audire:quia talem con-
ſtitutionem facere poteſt. Sed intelligitur ſemper ciuiliter,
cùm ſint verba generalia:& deducto impedimento: vt patet
ſuprà,in iſto tit.in princip.caſu xij. & infrà Pœna. §.xviij.Si
verò intendit de ea ad quam omnes tenẽtur iure communi:
dico quòd non incidunt.primò,qui nõ poſſunt ex iuſta cauſa
puta infirmitate,vel huiuſmodi.Secundò quòd eadẽ ratione
nec qui audiunt in eccleſijs Prædicatorum & Minorum, vt
iura permittunt, interueniente conſuetudine rationabili &
præſcripta.Et ſi epiſcopus exprimat in ſententia etiam ex-
tante rationabili cauſa vel caſu iure permiſſo, vel conſuetu-
dine præſcripta:tunc continet intolerabilem errorem,& nõ
ligat:quia ſicut epiſcopus attentando contra ius, facit nihil.
cap.vides.xj.diſtinct.& quod not.in l.non dubium.C. de legi.
ita etiam attentatum contra conſuetudinem totius orbis,eſt
nullum,vt Ioan.in cap.his.&.c.catholica.xj.diſtinct.Et ratio
eſt quia hæc attentatio eſt contra legẽ ſuperioris:cùm papa
& ius commune talem cõſuetudinem habeat pro lege.Imò
idem videtur de quacũque eccleſia: quia in qualibet audiens
videtur ſatisfeciſſe præcepto,ratione cõſuetudinis: niſi id fa-
ceret ex ſui parochiani cõtẽptu:vt extra de parochijs.cap.ĩj.
Et idem eodem modo iuxta prædicta intellige,quando man
dat ne quis laboret in diebus feſtis, vel vt quis ſatisfaciat in
tali termino.Et pro his & ſimilibus, vide infrà Pœna.§.xv.&
xviij.❡Decimum,† ſi dicat iudex,excommunico te ſi habes 21
res furtiuas & non reddis: vtrúmne per appellationem ſen-
tentia ſuſpendatur?Et dico ſecundum Hoſt.quòd non,ſi eas
habet:ſi tamen occultum eſt,eccleſia nõ iudicat de occultis.
Idem Sum.Conf eo.tit.quæſt.lxxviij.Sed iſta intelligo quã-
do habet res furtiuas reſtituendas:aliter non: vt ſi fur vult
eas detinere pro ſuo certo & liquido intereſſe quod paſſus
eſt:quia eo caſu appellatio videtur legitima:& conſequenter
ſuſpendit ſententiam:licet fortè aliquando peccauerit ſubri-
piendo furtiuè,quaſi ſibi faciens ius.❡Vndecimò†eſt,vtrum 22
cauſa falſa poſsit aliquando ſentẽtiam facere nullam ratio-
ne erroris intolerabilis? Et dico iuxta dicta in principio,in
caſu octauo,quòd error in facto ſi non eſt notorius, nec in
ſententia expreſſus,non facit ſententiam nullam:vt,excom-
munico te,quia furtum perpetraſti: quod ſcilicet eſt falſum.
Sed tamen hoc fallit,ſecundum Panor.in c. inter cæteras.de
re iudic.vbi dicit quòd ſi ſentẽtia continet cauſam falſam, &
illa eſt notoriè falſa & impoſsibilis: ſentẽtia nõ tenet, etiam
ſi ſit excommunicationis:vt ſi excommunicauit iudex eunu-
chum vel infantem,quia monialem prægnãtem reddidit. Si
verò cauſa ſit notoriè falſa,nõ autẽ impoſsibilis: vt ſi excom
municauit Petrum,quia ſpoliauit & incẽdit eccleſiam, quod
ſcilicet notoriè falſum eſt: vel quia cõſtaret rem nõ factam,
vel non factam ab iſto:tunc ſecũdum Archid.in cap.venera-
bilibus.eod.tit.lib.vj.ſentẽtia tenet,& loquitur in excõmuni-
catione.& cõſentit gloſſ.in dicto cap.per tuas.Et eorum ra-
tio potuit fuiſſe:quia in nullitatę ſentẽtię excommunicatio-
nis iura loquuntur,quando in ſententia expreſſus eſt intole-
rabilis error.Sed dom.Anton.tenet quòd nõ valet:quia iniu-
ſta ſentẽtia ſuſtinetur propter præſumptionem iuſtitiæ,quæ
cadit ſuper dubio:vt in cap.cauſam.de iudic. ſecus, inquit, in
cauſa manifeſtè falſa.Et hoc Panor.veriſsimum putat. Nec
obſtat aliorum motiuum:quia dico quòd iura illa loquuntur
cauſa exemplificandi ſuper nullitate. Quæ autem dicuntur
cauſa exempli,regulam nõ ſtringunt,& præterea loquuntur
vbi non eſt iniuſtitia euidens: quia ideo expreſsio erroris in
ſententia annullat illam,quia iniuſtitiã notoriam facit. Vn-
de ſi factum eſt re ipſa iniuſtũ notoriè, idem eſt: quia poſita
cauſa eadem vel æquali ſequitur idem vel æqualis effectus:
nec refert quid ex æquipollentibus fiat.Et conſentit Panor.
in cap.ab excommunicato. de reſcript.Si verò cauſa ſit qui-
dem impoſsibilis,ſed non notoriè, ſententia tenet: quia ceſ-
ſat ratio nullitatis,id eſt,euidentia & notorietas iniuſtitiæ:vt
ſi ſuprà dictum eunuchum nõ conſtet eſſe eunuchũ. ❡Duo-
decimum†eſt,vtrum impotẽtia notoria implẽdi quod man- 23
datur,excuſet:vt ſi excõmunicetur ſi non ſoluat is,qui noto-
riè eſt impotens ad ſoluendum:vt quia nihil penitus habet in
bonis?Et dico quòd ſic : & facit ſententiam eſſe nullam quo
ad Deum & eccleſiam:vt diſputatum eſt per quendã Archid.
& conſenit Panor.quia error eſt intolerabilis.Quod tamen
intelligo de eo, qui omnino nihil habet in bonis:in alijs au-
tem,qui ideo dicuntur impotentes, quia non habent niſi ne-
ceſſaria ad vitam & infimam decentiam: à qua,ſi deficerent,
viuerent indecenter:intelligo verum quod dicit Fed.in con-
ſil.ſuis, ſcilicet quòd ſi ſententia fuit lata generaliter, puta
contra non ſoluentes cenſum, vel quid ſimile: illa ligat ſol-
uere nolentes,non autem impotẽtes. Intellige, niſi cum ſua
indecentia.quod placet Panorm.qui verba generalia ciuili-
ter intelligẽda putat;arg.in l.ſi cui.ff.de ſerui.& in l.quod di
cimus.& in l.ratum.ff.de ſolutio.Quod tamen intelligo nõ
eſſe verũ,vbi is,cui debentur,reſtituenda eſſet in æquali ne-
ceſsitate vt debitor:puta quia & ipſum oportet viuere inde-
center,niſi reſtituantur aut ſoluãtur ei ſua: quia nemo debet
cum

cum alterius iactura locupletari.de reg.iur.libr.vj.Si tamen ſententia ſit ſpecialiter cõtra tales,ſcilicet habentes præciſè ad decentiam:tunc intelligo verũ eſſe quod dicit do.Ant. in c.pe.de offic.deleg. vbi quærit an ſentẽtia liget impotẽtem: & diſtinguit:quia ligatur ſi cõſtiterit iudicem voluiſſe ligare in omni caſu:& nõ ligatur, ſi cõſtiterit eũ noluiſſe ligare in caſu impotentiæ.Si verò dubitat:ligat quo ad nos ſaltem:ſed quo ad alios effectus,puta vt ille puniatur,non ligat.¶Tertiumdecimũ† eſt,vtrũ ſi epiſcopus aut iudex præcipiat alicui
24 ſub pœna excõmunicationis aliquid quod non ſit peccatum, ſed tamen ſit iniuſtum: vt quòd det ſibi equũ vel librũ proprium,talis ſententia teneat.Et dico ſecundum Dire.libr.iij. quòd talis dare nõ tenetur:ſed agat cum ſuperiore vt abſoluatur:extra eo.ſacro:ſi tamen nõ obediat, ligatur ſecundum Pet.de Peru.& conſentit Dir.vt patet ex ſtatim dicẽdis.Qui tamen conſulit ei vt nõ pareat iniuſto mandato,nõ incidit in maiorem,ſecundũ eoſdem:quia nõ participat in crimine.incidit tamẽ in minorem,ſecundũ eoſdem.Sed intellige poſtquam excommunicatus eſt ei participando:quia ille ſeruare debuit ſententiam iniuſtã.xj.q.iij.c.j.Nullus tamen deberet tale dare cõſiliũ:qa licet talis nõ participet in crimine,id eſt in eo quod aliàs fuiſſet crimẽ:tamẽ eo caſu participat in crimine,id eſt,in cõtumaci inobediẽtia:quæ licet aliàs nõ eſſet crimen,tñ eo caſu eſt crimen:quia formidare debuit ſententiam iniuſtam.Vnde dubito iſtũ incidere,& in foro cõſcien-
25 tiæ debet cẽſeri ligatus.¶Quartũdecimũ †eſt,vtrũ incidens ex ignorantia in ſententiam canonis alicuius ligetur? Et dico quòd de hoc eſt tex.in c.vt animarũ.de cõſti.lib.vj.dicẽs: Sententijs per ſtatuta quorũcũq; ordinariorũ prolatis,ligari nolumus ignorãtes:dum tñ eorũ ignorãtia craſſa nõ fuerit aut ſupina.Sed,vt dicit ibi gl.tex.nõ loquitur de generalibus ſtatutis canonum vel legum, quæ ab omnibus ſciri & cuſtodiri debent:vt in c.j.de cõſtit.hæc gl.Vnde iſta locũ nõ habent in ſtatuto papæ:ſaltem quantũ ad forũ contentioſum: quãtum autẽ ad animã, dic vt j.Ignorãtia. §.viij. ¶Quintũdecimum
26 †eſt,vtrũ rector excõmunicatus pro eo qđ in ſuo regimine fecit,ſi poſtea amoueat̃ ſit excõmunicatus? Et dico quòd ſic: imò & ſucceſſor eius, niſi ſatisfecerit intra mẽſem: qa vterque debet eccleſiæ ſatisfacere pro his quæ ſtatuit,vel in quibus ſuccedit:vt in cap. aduerſus.de immuni.eccleſ.

## Rurſus de Excommunicatione tertiò, id eſt, de maiori, quantum ad eius effectum.

1 *Excommunicatio maior tertiò conſiderata, multos & eoſdem malignos,tã corporales, quàm ſpirituales effectus habet: nam à multis reijcit,& priuat,qui ea alligatus ſit:quod concluſionibus hîc expeditur.*

2 *Contractus per excommunicatum excommunicatione maiori, facti,num teneant & efficaces ſint? Et ibidem ad hoc concluſiones quinq; ſubijciuntur.Item quod officium ciuile duplex.rurſus publicum quoq; duplex.Et de quibus officijs prædictæ concluſiones intelligendæ ſint?*

3 *Excommunicatus,quod ab omni rei eccleſiaſticæ adminiſtratione, omniq; officio, actiuve publico, vel in ciuilibus quoque ſit ſuſpenſus, qualiter intelligendum ſit?*

4 *Contrahentem in omni contractuũ genere ratione priuati officij cum excõmunicato peccare. Et an teneant de ſe contractus. Et ibidem quod in male promiſſis reſcindenda fides.*

5 *Alienationem rei eccleſiaſticæ per excommunicatum toleratum factam: ſtẽ inſtrumẽta confecta iuris publici fauore & vtilitatis publicæ cauſa,regulariter tenere ac valida eſſe.Et qualiter id limitandum ſit.Et ad quos etiam extendatur.*

6 *Excommunicatio ab excommunicato occulto illata, num ratione publici officij efficax ſit?*

7 *Excommunicatus cõtrahens in priuato officio, in nõ ſpiritualibus,an ſibi alium obliget?*

8 *Cauſa finalis,proxima,& remota excõmunicationis,quæ ſint.*

Excommvnicatio tertiò, ſcilicet maior, quantum ad eius effectum,vt plenius innoteſcat, ſciendũ eſt quòd multos habet effectus malignos corporales & ſpirituales.¶†Primò nanq; excõmunicatus priuatur eccleſiæ ſacramentis:nec ſic ligatus eſt alicuius eorũ ſuſceptibilis ſine peccato mortali.iij.q.iiij.Engeltrudam.licet quędã ſuſcepta teneant vt matrimoniũ.¶Secundò priuatur eccleſiæ ſuffragijs generalibus,ſiue cõmunionibus,quæ fiũt pro tota eccleſia,ſecundũ S.Tho.vt patuit ſ.Excõmunicatio.j.in primæua quidem valebant ad tria.Primò,ad gratiam Dei promerendam nõ habentibus,vel augendã habẽtibus.Secundò,ad habendam Dei protectionẽ vel fauorẽ paternalem.Tertiò,ad defenſionem ab hoſtibus.Vnde dicit magiſter Sententiarum quantum ad primũ quòd excõicatio priuat gratia Dei,quantum ad ſecundũ quòd per eã ſubtrahitur homini protectio Dei,qua ſcilicet filios eccleſiæ ſpecialiter cuſtodit & fouet paternaliter:& ſibi relinquitur: licet nõ excludatur omnino à prouidẽtia.quantũ ad tertiũ verò quòd propter eam datur diabolo poteſtas ſæuiendi maior.Et quidem in eccleſia primitiua qñ oportebat ad fidẽ homines inuitare per ſigna,ſequebatur vexatio diabolica corporalis: vt patet j.Corinth.v. nũc autẽ ſequit̃ vexatio ſpiritualis & inuiſibilis regulariter, non autẽ corporalis obſeſsio.Dicit tamẽ S.Tho.quòd ſi quis ſeruet humiliter ſententiã iniuſtã: & humilitatis meritũ recompenſat excõmunicationis damnum.& Rich.dicit quòd excommunicatos ex iniuſta cauſa nõ priuat ſuffragijs eccleſia:quia hoc ipſa nõ intendit.xj.q.iij.&ſi.¶Tertiò non poteſt cum alijs intreſſe diuinis, vel cum eis in eccleſia orare ſine mortali:nec etiã licet ei ſtare extra eccleſiã prope,ſic quòd audiat diuina.de pœn.& remiſ.qđ in te.Imò ſecũdum Ray. non poteſt eccleſiã intrare etiã ſi excommunicatio ſit occulta.quod tamen ſecundũ Veruec. intelligitur ad orandũ,vel dum ibi aguntur diuina: ſecus ad tranſeundum, vel audiendam prædicationem:qua tamen audita ſtatim exire debet:vt in cap.reſponſo.eodem tit.Secus etiam ad orandum ibi ſolus,ſecũdum aliquos.Imò ſi eſt clericus obligatus ad horas, eas dicere non poteſt per modum officij,ſed orationes ſolas ſcilicet,& ſine dominus vobiſcum.quod,etiam ſi ſit ſacerdos, dicere non poteſt in officio.arg.xj. quæſt.iij.nihil. vide infrà Horæ.¶Quartò excluditur à regno cœlorum ſi excommunicatio ſit iuſta.xxiiij.quæſt.j.quilq;. imò etiã ſi ſit iniuſta & cõtemnatur.xj.quæſt.iij.nemo.quia mortaliter peccat ſecundum Doctores.¶Quintò excluditur à participatione fidelium in conuerſatione:vt in loquendo,ſalutando, comedendo,& huiuſmodi.xj.quæſt.iij.ſicut.licet excipiãtur aliqui caſus,de quibus infrà Excommunicatio.v. Vnde alios in communicando vitare tenetur,ſecundum Panorm.in cap.nuper. eodem tit.& in cap.illud.de cler.excõ.Et cõtemnendo euitare alios ſecundum Rayn.peccat mortaliter.vide infrà Excommunicatio.v.notabili.tertio.Imò ſecundũ Hoſt.debet etiam vitare alios excõmunicatos:nec excuſatur per cõſtitutionem factam Conſtantiæ, de qua j.Excõmunicatio.v.notabili iij. Nec poteſt quiſquam ei in alimentis, veſtibus, & vtenſilibus ſubuenire,niſi in caſu quo ad iſta ex præcepto charitatis tenetur,id eſt,in extrema neceſsitate vel quaſi.facit gl. quoniã.xj.q.iij.Quidã tñ,vt recitat gl. Ray.dicunt quòd non peccat ſi eſt occultus intrando eccleſiã & cõmunicando alios quia ſe prodere nõ debet,ſicut nec alij debent eũ prodere vitando illum:ſed non eſt ſimile, vt dicit:quia alij non poſſunt eum vitando corrigere,ſicut ipſe ſeipſum corrigerre poteſt. Supplementum verò tenet quòd peccet quando eſt in mora petendæ abſolutionis:non tamen debet ſe prodere:quia peccaret dando ſcandalũ.Sed tu dic quòd cùm iſta ſeparatio ſit ei inflicta in pœnam à ſuperiore,ipſe tenetur eam acceptare & ſeruare,etiã ſi ſit occultus,licet alij ad hoc non teneantur, quia non ſunt iudices eius,vt eum cogant pœnam ſubire:nec debent ſine culpa habere tam graue onus.Si autem ſeruãdo mandata ſe publicet,per accidens eſt:ſicut ſi etiã publicabãt peccatores in lege veteri offerẽdo determinata ſacrificia ex mandato Dei:nec in hoc dabant ſcandalum,cùm eſſet actus virtutis:ſed dabãt ſcandalum virtualiter quando peccabant. ¶Sextò,efficitur irregularis,ſi in aliquo ordine exiſtens ingerat ſe diuinis:vt infrà Irregularitas.j. §.xiij.¶Septimò,ſuſcipi non poteſt ad religionem,ſecundum Ray.niſi prius abſoluatur.& de hoc ſ.Abſolutio.v.§.ix.¶Octauò, non poteſt eligere nec eligi.de app.cõſtitutis.& ſi fiat ſecus, electio ipſo iure nulla eſt.de conſue.cum dilectus.& ix.q.j.nos.vbi etiam dicit gl.quòd vitiatur electio eligentium cum excommunicato. Item quia excommunicatus maiori,ſecundum Bald.eſt infamis.vj.q.j.infames.& intelligitur de excommunicatione notoria.Infamibus autem portæ non patent dignitatum, vt dicit regula iur.lib.vj.quod ſecundum Pet.de Pal.intelligitur de dignitate eccleſiaſtica,& etiã laica. Vñ in regem vel Imperatorem eligi non poteſt de elect.per venerabilem.¶Nonò,beneficium eccleſiaſticum conferre non poteſt.de exceſ. prælat.tanta.nec illud acquirere. de cle.excom. mi. poſtulaſti. de æta.& quali.cum bonæ. nec de habitis aliquid percipere, quando eſt in mora petendæ abſolutionis.de app.paſtoralis. Secus ſecundum Io.de Lig.ſi nõ eſt in mora de conceſ.pręb. quia diuerſitatem.& idem tenuit Sum.Piſ.Nec videtur ſecũdum iſtos,diſtinguendum vtrum excommunicatio fuiſſet iuſta vel iniuſta: ſicut videt̃ diſtinguere Pet.de Pal.qui dicit ꝙ ſi quis eſt iniuſtè excõmunicatus,vel facit poſſe ſuum de impetranda abſolutione ab iniuſta excommunicatione,in foro conſcientiæ facit fructus ſuos : & etiam in foro contentioſo debet cum eo diſpenſari.Imò ſi fuit excõmunicatus tempore electionis vel confirmationis vel collationis beneficij,nõ poteſt accipere fructus,etiam facta cũ eo diſpenſatione,ſecundum Pet.de Pal.quia requiritur noua collatio, cùm nullum fuerit ſibi ius acquiſitũ.Vnde ſi eſt, inquit, beneficium pertinens ad collationẽ epiſcopi,vel ſimpliciter, vel ꝓ tũc,ratiõe delicti,quia contulit excommunicato:non ſufficit eius diſpẽſatio,ſed papæ vel alterius,qui poteſt conferre ex certa ſciẽtia.Et idem videtur tenere gl.in c.bonæ.de æta.& qual.ſcilicet quòd epiſcopus nõ diſpenſet vt retinere poſsit beneficia, ad quæ erant huiuſmodi inhabiles tempore cõſecutionis.licet poſsit dici quòd loquitur de obtentis à papa.gl.tñ in c.poſtulaſti.de cle.ex.mi.dicit quòd ex quo nõ dicitur qs debeat diſpẽſare,videt̃ poteſtas relicta epiſcopo.ar.extra de ſen.exc. nuper.& ſcdm do.Ant.de Bu.ibi,Gof.& Inn.hanc gl.ſequuntur.de temp.or.dilectus.quod Veruec.in Spe.de delegato,limitare videtur dicens hoc non eſſe verũ in excõmunicato ꝓpter contemptum ſedis apoſtolicæ.& Hoſti. dicens hoc non eſſe verũ quando ab excõmunicatione abſoluere non poterat epiſcopus:ita quòd ſecundum eum,ille poterit diſpenſare qui poterat ab excõmunicatione abſoluere.Hæc autem glo. ſaltem limitata tenenda eſt:quia Pet.de Pal. nõ cõcludit niſi quando excõmunicatus accepit beneficiũ ab epiſcopo ſciẽter illud conferente excommunicato.Imò nec abſolutus ex ipſo facit ſuos fructus perceptos tempore medio,niſi cum eo ſuper hoc ſpecialiter diſpenſetur, ſecundum eundem:vel excommunicatio fuerit iniuſta,aut nõ fuerit in mora.Si etiam per annum ſtet excõmunicatus,priuari poteſt omnibus bñficijs quæ habet.xj.q.iij.rurſus.qđ limitat glo.in c.cũ cõtumacia.de hær.lib.vj.& Inn.in c.cum bonæ.de æta.& qual.& do. Ant.in c.j.de iud.ſi excommunicatus fuit pro cauſa criminali:ſecus ſi pro ciuili: quia etiã ſi mille annis ſteciſſet, priuari nõ poſſet.& gl.eſt ſingularis in c.cõtingit.de do.& cõt.¶Decimò,eſt ſuſpenſus ab officio & beneficio. Vnde nec ligare poteſt,nec abſoluere.xxiiij.q.j.audiuimus.nec beneficiũ conferre:de conceſ.præben.tanta.quandiu tamen toleratur, valet quod fit ab eo:vt ſi prouideret alicui eccleſię,vel alicuius cõfirmaret electionẽ,ſecũdum Arch. qui argumentũ ſumit. vij.q.iiij.nónne,niſi fortè eſſet notorium.Vnde dicit Rich.in iiij.diſt.xviij.quòd ſi irriti eſſent actus legitimi excõmunicatorum latenter:excõmunicatione detecta multi de ſuo ſtatu dubitarent.Vnde mitior & rationabilior eſt opinio cõtraria ſcilicet ꝙ in eo caſu valent abſolutiones eorũ,& beneficiorũ collationes,quamuis poſtea detegatur excõmunicatio eorũ. de excep.c.exceptionem.in gl.ar.de iure pa.cõſultationibus. Vide etiam §.ſe.¶Vndecimò, interdictus eſt ei omnis actus legitimus:vt patet ex diffinitione excommunicatiõis. Vnde nec iudicare,nec accuſare,nec teſtificari poteſt.iij.q.ij.§.euidenter.imò iudices ſeculares cõpellendi ſunt ab eccleſiaſticis iudicibus repellere excommunicatos ab agendo, patrocinãdo,& teſtificando in ſuis curijs:vt in c.decernimus.eo.tit.lib. vj.Et conſtitutiones vel ſententiæ factæ aut latæ ab eo , vel de eius mandato,irritæ ſunt ipſo iure nunquam valituræ.de immu.ecc.aduerſus.niſi non ſit excommunicatus publicè.valet enim iudicium habitum coram eo, ſecundum Io.de Lig. Imò ſi plures ſint iudices,non valet ſententia,ſi ſimul cũ vno eorum excommunicato pronuntiant,ſecũdum Io.de Lig.de ſen.& re iud.ad probandũ.quod ſecundum Pet.de Pal.in iiij. eſt verum:ſi eſt excõmunicatus publicè:vt in d.c.ad probandũ:quia facta & iudicata per excõmunicatũ occultè , valent. vnde & in ſpiritualibus non valet quod fit ab excõmunicato. de app.conſtitutionem.& tamen quandiu tolerantur prælati excõmunicati occultè,valet qđ faciũt.viij.q.iiij.nónne. Vnde tenet collatio beneficij,& electionis cõfirmatio,& abſolutio in foro cõſcientiæ.hæc ex illo.& cõſentit Rich.vt §.priore dictũ eſt.& l.Barbarius.ff.de of.præt.vide j.§.xiiij.in fi.§.xxiij. circa medium.¶Duodecimò,nõ põt procurator inſtitui . de prob.c.poſt ceſsionem. nec etiã cõſtituere ꝓcuratorem.quinimo ſi cõmunitas cõſtituit procuratorẽ , & excõmunicatus fuit inter cõſtituentes,vt rector, vel principalis & expreſſus, ſcilicet in literis procuratorijs vel eius authoritate factus eſt procurator:vel ſi ipſa cõmunitas ſciens ipſum excõmunicatũ vnà cum illo conſtituerit procuratorem,nõ valet.de proc.c. ſi.Si tamen excõmunicatus ſit reus, bene poteſt ſe in iudicio defendere,& ad hoc procuratorem inſtituere.de iudi.c. intellexímus.& ſecundũ gl.ſi nõ inueniret procuratorem vel fidelem, põt etiã reſpõdere per ſeipſum:ſecus aũt ſi ſit actor, aut reconueniat.de proba..poſt ceſsionem.& melius.de excep.cũ inter. ¶Decimotertiò, obligati ei ex iuramento fidelitatis ſunt abſoluti.xv.q.vj.nos ſanctorũ.&.c.iuratos. Vnde ſi quis debet alicui in certo termino, & interim creditor ipſe excõicatur,ei ſoluere nõ debet dũ perſeuerat in excõmunicatiõe, ſecundũ Io.de Lig.& Bar.Bri.& Pan.ſed ſecundũ Io.And.deponet debitum in ædem ſacram,vt detur abſoluto.Io.tamen & Hug.dicunt quòd ſoluere debet. & credo verius : vt infrà Excomunicatio.iiij.§.vlt.dubio xij.¶Decimoquartò, vti non poteſt ſacramento matrimonij,id eſt,contrahere non poteſt matrimonium ſine mortali, ſecundum Archidiac. tamen ſecundum Ioann . de Lign . tenet ſi contrahat , & debitum

redde

reddere tenetur:exigere verò non debet:licet hoc Arch.non
putet mortale.Non poteſt etiã vti ſacramento ordinis,id eſt,
non poteſt ordinare quo ad executionem,etiã ſi ignoret:vn-
de ordinati ab excõmunicato etiã ignoranter,imò & occul-
to,ſecundum Pet. de Pal.indigent diſpenſatione quo ad exe
cutionem ordinis,vt in c.fi.de eo qui renun.nec poteſt ordina
ri quo ad executionem. Vnde qui ordinatur excõmunicatus
publicè,ſiue ignoret ius,ſiue factum,nõ ſuſcipit executionẽ.
de ſent.excõ.cum illorum.Et addit Pet.de pal.quòd ratio di-
uerſitatis in epiſcopo excommunicato occultè,cuius abſolu-
tio in ſacramento pœnitentiæ tenet,nõ autem ordinatio quã
tum ad executionem,eſt:quia epiſcopus ordinando ſe habet
vt cauſa vnica communicans,ſcilicet formam eo modo quo
habet:vnde executionem nõ cõfert,cùm eã non habet:ſed in
pœnitentia ſe habet vt æquiuocũ inſtrumentũ in conferendo
gratiam,etiam ſi eam non habet:ideo tenet abſolutio.¶De-
cimoquintò,nõ poteſt adminiſtrare tẽporalia vel ſpiritualia:
ſed tamen tenet contractus per eum factus nomine eccleſiæ
vel nomine proprio,ſecundum Io.de Lig.de quo ĩ.§.xxiij.&
ſubditi tenentur ei obedire,ſecundũ Io.de Li.quandiu tolera
tur ab eccleſia.viij.q.viij.nonne. alij tamen cõtrarium tenẽt.
¶Decimoſextò,nõ valent literæ impetratę à papa per eum
ſuper alio articulo quàm excõmunicationis vel appellatio-
nis:vt in c.ipſo iure. de reſcript.lib.vj.nec poſt abſolutionem
vti poteſt impetratis pendente excommunicatione,& poſt li
tis conteſtationem opponi poteſt exceptio excommunicatio
nis:& eo repulſo ab agendo currit præſcriptio contra eum,ſi
eſt in mora petendi abſolutionem:& ſi præſcriptũ ſit,nõ da-
bitur ei reſtitutio.Io.de Lig.Nec poteſt quis pacto tacitò vel
expreſſo adſtringi ad participãdum ei,niſi in caſibus iure ex-
preſsis.idem.¶Decimoſeptimò,infamis efficitur.vj.q.j.infa-
mes.quod tamen Bal. refert ad excommunicationem noto-
riam.¶Decimooctauò,ſecundum aliquorum epiſcoporum
ſtatuta tenetur ſoluere pro ſingulo die vnum groſſum ante-
quam abſoluatur.quod quidem licet videatur ſimoniacum
per c.ad noſtram.&.c.nemo.de ſimo.tamen Hoſt.& Ioannes
And.in c.ad aures.de ſimonia.dicunt licitum eſſe.quod verũ
eſt intelligendo hoc eſſe in pœnam & non in pretium , & vt
citius quærat abſolui.¶Decimononò,condere nõ poteſt te-
ſtamentum,ſecundum aliquos:ſed tamen verius eſt quòd po
teſt:vt no.Alb.in l.j.C.de hær.inſti.& Card. in c.quanquã.de
vſur.lib.vj.& Pan.in c.ad probandũ.de re iud.quia æquiparaẽ
relegato.¶Viceſimò,ſic decedens non poteſt in eccleſia vel
loco ſacro tumulari:quia cui non communicamus viuo,nec
mortuo communicare debemus: de ſepul.ſacris . nec pro eo
oblatio ſuſcipi,nec publica oratio fieri,ſicut nec pro eo viuo.
quod verum eſt,niſi in eo ſigna contritionis ante mortem ap
paruerint:quia eo caſu abſoluetur poſt mortem : & fieri po-
terunt pro eo omnia prædicta.xxiiij.q.ij.ſanè.ſecreta tamen
oratione orari poteſt pro excommunicatis,ſecundum Pe.de
Palude.quod intelligunt aliqui etiam intra canonem miſſæ
in memento.vide ſ.Excommunicatio.j.in princ.¶Viceſimo-
primò,eius cadauer non facit locum religioſum,vt cadauer
fidelis non excommunicati,ſcd̃m Io.de Lign.& ſepultum in
cœmeterio,ſi diſcerni poteſt,exhumatur , ſecundum Archi.
Sed intellige niſi abſoluatur,vt dictum eſt ſuprà,Abſolutio.
iij.§.xj.¶Viceſimoſecundò,non poteſt baptizare ſolenniter
paratus,ſed efficitur irregularis per hoc,ſecundum Gul.Dur.
ſi tamen baptizat aliter,vt in neceſsitate,ſecus eo modo quo
2 de malo miniſtro dictum eſt Baptiſmus.iij.§.iiij.¶Ad† maio
rem tamen prædictorum euidentiam,xxiij. quæritur vtrum
valeantẽ contractus facti per excommunicatum maiori ex-
communicatione?Et dico quòd multiplici diſtinctione opus
eſt.¶Prima eſt,quòd aliquis eſt excõmmunicatus publicè,id
eſt,notoriè:alius verò occultè,qui ſcilicet ſecundum commu
nem opinionem hominum habetur pro non excommunica-
to , vel pro abſoluto. ¶Secunda eſt, quòd ciuile officium
eſt duplex,ſcilicet publicum, vt tabellio,tutor, & etiã procu
rator:quia eius actus eſt communis : vt in c.poſt ceſsionem.
de prob.& priuatum,vt emptor,& vẽditor.¶Tertia eſt,quòd
officium publicum eſt duplex,ſcilicet publicum authoritate
& vtilitate,id eſt,quod communi authoritate fulcitur , & ad
communem vtilitatem ordinatur,vt tabellionatus:& publi
cum authoritate,ſed vtilitate priuatum:vt tutela,quæ ad pri
uatam pupilli vtilitatem ordinatur.¶Quarta eſt,quod actuũ
quidam ſunt ſpirituales,id eſt,deſcendẽtes à ſpirituali autho
ritate,vt baptizare,abſoluere.quidam nõ ſpirituales:vt eme-
re,commutare.¶Quinta eſt,quòd actuum ſpiritualium qui-
dam ſunt,in quibus imprimitur character:vt baptizare,ordi
nare.quidam,in quibus non imprimitur:vt abſoluere,& con-
ferre bñficia.¶Sexta eſt,vt ꝙ actuũ ſpiritualiũ,in quibus nõ
imprimitur character,quidam ſunt publici,& communes:vt
abſoluere,conferre beneficia,& excommunicare.quidam ve
rò priuati : vt eligere . quod licet quo ad capitulum ad offi-
cium publicum pertinere videatur:tamen quo ad ſingulares
non eſt officium publicum , ſed pertinet ad canonicatum:
quia non quilibet canonicus habet officium publicum.¶Igi-
tur,ſecundum Richard.in iiij.diſtinct.xviij.art.vij.quæſtio.j.
diſtinguendum eſt de publicè & occultè excommunicato.&
dicendum eſt quòd ſi quis eſt excommunicatus publicè,non
valent geſta per eum : Sed intellige primò de geſtis ratione
officij publici authoritate & vtilitate ſimiliter , vel etiam
authoritate ſola:vnde non tenent actus publici,& ciuiles pu
ta,quia tutor exiſtens interponit authoritatem alienandi,ſeu
ſuſcipit procuratoris officium, aut adminiſtrationem bono-
rum eccleſiæ,aut alienat eccleſiaſtica bona , aut conficit in-
ſtrumenta,ſiue laudum profert vt arbiter : quia tales actus
ſunt publici . Secus ſi compromiſſum eſt in eum vt in arbi-
tratorem:ita quòd arbitramentum accipiat effectum ex con
ſenſu partium,non ex vi ſententiæ:vt quando partes ad con-
cordiam reducit:quia talis actus tenet ex conſenſu dictarum par
tium.Ratio prædictorum eſt:quia† excommunicatus ſuſpen
ſus eſt ab omni adminiſtratiõe rerũ eccleſiæ,& ab omni offi
cio & actu publico,etiam in ciuilibus:vt in c.pia.de except.lib.
vj.vbi dicitur quòd eſt priuatus omnibus actibus legitimis.
Intellige primò quando eſt notorium.Intellige ſecundò quã
tum ad actus ſpirituales , in quibus character imprimitur:
quia licet teneant quantum ad impreſsionem characteris,
nõ tamen quantũ ad executionem officij,ſi eſt character or-
dinis.Intellige tertiò etiam quatum ad ſpirituales,in quibus
non imprimitur character.Fallit autem illud dictum in actibus
bus priuati officij ciuilibus:vt qa emit,vendidit,depoſuit,
cauit,& aliter ſuo nomine contraxit: quia ſecundum Inno.in
c.veritatis.de do.& cont.omnia talia & ſimilia valent:& pa
his excõmunicatus procuratorem conſtituere poteſt, ſecun-
dum aliquos,ad negotia:& conſentit Inno.Panor.ib dicens
quòd iura diſtinguentia inter publicè & occultè excommuni
catum,procedunt in his,quę reguntur ratione publici officij
ratione publicæ vtilitatis:in geſtis verò ratiõe priuati officij
ceſſat illa diſtinctio.Sed tamen in iſtis alia oportet vti diſtin-
ctione ſecundum glo.Ray.dicentem quòd tenet contractus
ex quo alter tranſit in alterius ſeruitutem:vt cùm quis dat ſe
in arrogationem alicuius excõmunicati, vel ſe vendit in ſer-
uum,aut contrahit matrimonium cum perſona excõmunica-
ta:in quibus poſſent ſibi inuicem contrahentes communica-
re tempore excommunicationis: ſicut, inquit , cùm quis ex-



cõmunicatus recipit in monaſterio ad profeſsionem,aut re-
cipitur ab excõmunicatis:credo quòd poſſent inuicem com-
municare ſcd̃m qđ excõicatis regularibus ſolet ab alijs fra-
tribus cõicari.In alijs aũt cõtractibus etiam diſtinguendum
eſt:quia,inquit,ſi cõtrahens nõ obligat ſe ad cõicandũ excõi
cato,licet mortaliter peccet cõtrahendo,tñ tenet cõtractus:
vt ſi quis vendat excõicato,& tradat aliqđ ſtatim ſumpto pre
tio.ſi aũt obliget ſe ad cõicandum ei tempore excõicationis,
vel in caſu nõ conceſſo,nõ tenet:vt ſi quis excõicato iuret ſe
vendicurũ ei aliqđ aut locaturũ aut ſeruiturũ,vel huiuſmodi:
quia illicitũ promittitur.Si verò iuraſſet ſe facturum aliquas
operas,poſt excõicationẽ teneret: licet ſic iurãdo peccaret.
4 hæc ex glo.Cui† addo breuius quòd in omnibus cõtractibus
ratione priuati officij contrahendo quis cũ excõicato peccat,
quia cõicat:niſi ille eſſet in extrema neceſsitate vel quaſi, &
cõtraheret ſuper neceſſarijs ei: quilibet tñ talis cõtractus ex
ſua natura eſt validus de ſe,vt patebit §.ſequenti ex dictis In-
no.ſed ꝑ accidens qdem nõ tenet: qa tota promiſsio eſt ſup
illicito:vt quando promittiẽ aliquid,ad quod ſequitur cõica-
tio tota cõplenda intra tempus excõicationis : quia in malis
promiſsis reſcinde fidẽ.Si verò cõicatio cõpleri poſſet etiam
poſt excõmunicationẽ & tpe excõicationis,tenet pro primo,
non pro ſecũdo.Vnde dictã glo.quantũ ad aliquid nõ appro-
bo.Si verò excõmunicatus ſit quis occultè,inquit Rich.tunc
valent geſta eius prætextu publici officij:quamuis eius excõi-
catio poſtea fuerit detecta.Et conſentit Inno. & Pan. in d.c.
veritatis.dicens ꝙ geſta ratiõe publici officij valent,ſi excõi-
catus erat toleratus,ita quòd communi opinione habebatur
pro nõ excõmunicato.l Barbarius..ff.de offi.præto. iij.q.j.§.
5 verum.Ex quo dicto in eo.c.infert† quòd valet alienatio rei
eccleſiaſticæ facta per excõmunicatũ toleratũ,& inſtrumen-
ta cõfecta:& tãdem cõcludit ꝙ geſta ab excomunicato tole
rato regulariter tenent fauore iuris publici & publicæ vtilita
tis:quia dignitas videtur exercere,quæ nõ eſt excõmunicata,
& non perſona:per d.l.Barbarius.& hoc cõmuniter tenetur
per doct.Sed tamen ipſe Pan.videtur limitare iſta in d.c.poſt
ceſsionem,de proba quia regulariter ſunt vera, ſi officiũ eſt
publicũ authoritate & vtilitate:ſed ſi authoritate tantùm,nõ
valent generaliter:quia ſi erat excõicatus tpe aſſumptionis
officij:vt quia excõmunicatus fuit cõſtitutus procurator,nõ
valent generaliter:ſecus ſi fuit excõmunicatus poſt cõſtitu-
tionem:quia tenet,niſi excipiaẽ,vt dicit:aliàs aũt valent regu
lariter,vt dictũ eſt. Et hoc intellige etiã de omnibus actibus
ſpiritualibus,in quibus non imprimiẽ character, ſi ſunt publi
ci officij: & etiã in qbus nõ imprimiẽ,excepta executione,vt
ſuprà dictũ eſt:ſunt tamen primi retractandi,ſi is,in cuius fa-
uorem ſunt facti,erat conſcius de excõmunicatione:ſecus de
his in quibus character imprimiẽ,modò ſit impreſſus. Imò
dicit Pan.in c.ad probandũ.de re iud.de mente Inno.in c.j.de
ſchiſma.ꝙ ſpiritualia etiã ſacramenta ab excõmunicatis col
lata & ſchiſmaticis & hæreticis,& ſimilibus,in forma eccleſię
illa cõferentibus habẽt omnimodã vim ſuã, ex quo ab eccle-
ſia tolerantẽ:& ſic ordinati ab iſtis recipiũt nedũ ſacramentũ,
ſed etiã executionem abſq; alia diſpenſatione.Sed glo.ix.q.j.
tenet contrariũ.& Io.Cal.quantũ ad executionem:& ſic ſu
prà determinatũ eſt.Qui tñ vellet tenere opinionem Inno.
quæ videẽ valde æqua,vbi quis nõ põt ſine magna incõmo-
ditate recipere hæc ab alijs,& iſti toleranẽ, & ſcd̃m cõmunẽ
opinionem hominũ non ſunt excõicati:ad iura cõtraria dicat
quòd loquunẽ de nõ toleratis:& ꝙ licet nõ habeãt executio-
nem tamen conferunt vt inſtrumenta Dei,licet mortua.Sed
in excõmunicatione lata ab excõmunicato occulto dubiũ
eſt an teneat ratione officij publici.& Panor.in d.c.veritatis.
dicit quòd poſt factum ad pœnam irregularitatis vitandam
non valeat.Et ſi tenent geſta ex officio publico : multò ma-
gis officio priuato,ſi nõ ſunt ſpiritualia:cùm etiã talia teneãt
in excõmunicato publicè:ſi tamẽ ſunt ſpiritualia, vt electio,
non tenent etiam in occultè excõmunicato ſiue tolerato,ſe-
cundum Inn.& Io.And.& Cal.& idem eſt de impetrante re-
ſcriptum ad proprium commodum . ¶†Eſt etiam xxiiij.du-
bium vtrum excommunicatus contrahendo in priuato offi- 7
cio,in non ſpiritualibus,obliget ſibi alium?Et dico ſecundum
Hoſt.quòd non:quia contrahendo poteſt,inquit,ſuam condi
tionem deteriorare,non meliorare:vnde obligatur alteri,&
non obligat ſibi alterum.Sed verius videtur quod dicit Inno.
ſcilicet omnes contractus initos cum excõicato etiam ſcien-
ter & durãte excõmunicatione tenere:& ex eis agi cõtra ex-
communicatum:licet ipſe durante excommunicatione age-
re non poſsit:licet poſt abſolutionem : & ipſum poſſe agere
de contractu inito dum erat excommunicatus. xj. q.iij.quo-
niam multos.in fin.& in cap.ſi verò.eo.titu.& conſentit Ver-
uec.ac Sum.Confeſſ.eod.titu.quæſt.cxxxiij . ¶† Ex prædictis 8
patet de cauſa finali excommunicationis : quia proxima eſt
pœna multiplex:remota,& principalis eſt emendatio.

## Rurſus de Excommunicatione quartò, id eſt, de minori in ſe.

1 *Excõicatio quarto modo conſiderata , id eſt , minor, quid ſit.*
2 *Excommunicatio minor, quo ad eius vim obligatoriam decem modis hîc contrahi dicitur.*
3 *Excommunicationis minoris, quis effectus principalis ſit.*
4 *Excommunicatione minori excommunicatus , & irregularis, quo ad beneficij obtentionem, num paris ſint iuris?*
5 *Excommunicatus minore , ſacramenta percipiendo duntaxat, num peccet:an verò etiam conferendo: nume.ſequen.*

EXCOMMVNICATIO† quartò , ſcilicet minor,vt 1
plenius innoteſcat in ſe,& in ſua virtute , & in ſuo effe-
ctu,quomodo contrahatur,ſciendum eſt primò quòd excom
municatio minor,ſecũdum S.Tho. eſt ſeparatio à participa-
tione ſacramentorũ,& quo ad eccleſiã. intellige à participa-
tione paſsiua:quia peccat ea recipiendo:& carent effectu vlti
mato,id eſt,executiõe quãdo imprimitur character: vel etiã
proximo,quando non imprimitur:vnde abſolutus à peccatis
ſic excommunicatus tenetur iterum ad confeſsionem in ge-
nere vel ſpecie. Quo ad Deum verò intellige etiam à parti-
cipatione actiua , ſcilicet quia conferens ſacramenta ſic ex-
communicatus ſcienter , peccat mortaliter : ſed non quo ad
eccleſiam: quia illa habent omnimodum ſuum effectum:
quia non eſt iuriſdictione priuatus:vt in c.ſi celebrat.de cler.
ex.mi.& ideo ſi ſunt duo excommunicati minori: alter alte-
rum poteſt abſoluere,ſecundum Pan.in c.duobus,de ſen.ex-
com.Vnde alij diffiniunt,quòd eſt ſeparatio à perceptione ſa
cramentorum.¶† Sciendum eſt ſecundò quantũ ad eius vir- 2
tutem obligatoriam quòd ligat & contrahitur quantum ad
Deum pro quolibet mortali etiã occulto.xj.q.iij.audi inquã. *Excõmunicatio*
tum tali non licet participare in ſacramentis actiuè vel paſsi- *ipſa multis*
uè:ſed quo ad eccleſiã quæ priuat aliquo effectu ſacramen- *modis incurritur.*
torũ,puta executione ordinis,etiã poſt cõtritionem ante ab-
ſolutionem & validitatem abſolutionis ſacramentalis:quan
do excõmunicatio eſt ex parte ſuſcipientis,incurritur ipſo iu
re multis caſibus.¶Primò,cùm quis communicat excõmuni
cato in caſibus non conceſsis.¶Secundò,cùm quis ſacrilegiũ
committit.xvij.q.iiij.miror.&.c.ſi quis inuentus.ibi,donec in
conuentu admonitus. & generaliter quando violatur eccle
ſiaſtica immunitas:vt in cap.cum pro cauſa . eod.titu.iuncta
glo.in c.canonica.xj.q.iij.Aliquando tamen per ſacrilegium

incurritur maior: vt ſi inferatur iniuriæ eccleſiaſticæ perſonę: vt in c.non dubium.eo.tit.vel ſi incendatur aut frangatur eccleſia: vt in c.conqueſti.eo.tit. ¶ Tertiò, cùm quis præcipuè clericus, eſt notorius fornicator: vt in c.veſtra.de coha. cleri. Et hic ſecundum Hoſt.& Io.And. celebrando efficitur irregularis: oppoſitum autem ſentit Innoc. in d.c.ſi celebrat.ſed Pan. ibi dicit, ꝙ tota difficultas conſiſtit in videndo an ſit directè ſuſpenſus ab homine, vel canone in pœnam: an certè ſit ſuſpenſus indirectè: quia alij prohibentur ab eo audire diuina, vt facilius reſipiſcat. Et refert ſe ad not.in d.c.veſtra.vbi concludit quòd efficitur irregularis notorius fornicator & indubitabilis aliàs ſecus. & de hac materia ſuprà Clericus ij. §.viij.& infrà Irregularitas.§.xiiij. ¶ Quartò, cùm quis eſt ſimoniacus: vt in c.tanta.de ſimo. hodie tamen in caſu iſto videtur excommunicatio maior: vt patet per extrauagantes Martini quinti & Eugen.quarti. ſed de hoc infrà Simonia.§.xix. ¶ Quintò, cùm quis recipit eccleſiam de manu laici. xvj. q.vij.ſi quis deinceps.& tam is qui dat, quàm is qui recipit debet excommunicari maiore: de iure patro.præterea. Dicit tamen gl.Ray.quòd quantum ad iſtum caſum illi iuri derogatur in multis partibus per contrariam conſuetudinem: quia reges & principes in aliquibus eccleſijs dãt decanatus & alios perſonatus & præbendas & illi, quibus dant, per epiſcopum non inſtituuntur.hæc glo. Sed hæc conſuetudo non excuſat, cùm ſit mala.viij.diſt.mala.imò potius grauat: quia eſt contra eccleſiaſticam libertatem: & conſequenter, vt videtur, inducit ſententiam maioris excommunicationis contra ſeruantes aut ſeruari facientes: vt in c.nouerit.eo.tit. ¶ Sextò, ſecundum quoſdam, quando quis in bello iniuſto exercet artem baliſtariorum vel ſagittariorũ.de ſagit.artem. ſed ibi non fit mentio de excommunicatione maiori vel minori: ſed prohibetur illa ars ſub anathemate.quod propriè eſt excommunicatio maior. Sed ſecundum gl.non eſt canon latæ, ſed ferendæ ſententiæ: & intelligit in bello iniuſto. Veruntamen quia bellum iniuſtum, ſi ſit notoriè iniuſtum, eſt crimen notoriũ: ideo tunc incurritur excommunicatio minor, iuxta dicenda in caſu.ix. ¶ Septimò, in diſsidentibus & pauperum oppreſſoribus, manifeſtis raptoribus, publicis vſurarijs, & meretricibus, qui largè dicuntur excõmunicati, inquantum oblationes eorum ad altare non recipiuntur. & intellige in omnibus his quando ſunt publici. ¶ Octauò, in his, quibus denegatur eccleſiaſtica ſepultura.de qua infrà Sepultura.iiij. vt ſunt qui in torneamento moriuntur: quia nõ ſepeliũtur in cœmeterio, etiam ſi pœnituerint: vt infrà, Torneamentũ.§.j.& idem dici poſſet de eo qui non confitetur ſemel in anno.de pœn.& re. omnis. ¶ Nonò, in quolibet notorio peccatore.diſt. lxxxviij. neque.& diſt.xcv.illud.xiij.q.ij.pro obeuntibus.de conſe.diſt. ij.pro dilectione. Omnes prædictos caſus ponunt Ray.& Inno.qui etiam concorditer dicunt quòd in eis abſolui quilibet poteſt à proprio ſacerdote, id eſt, ſecundum Hoſt. ab eo, qui abſoluere poteſt à peccatis.& hoc etiam ſi ipſe eſſet excommunicatus minori: vt in d.c.duobus.eo.tit.non autem ab alieno: vt extra eo.nuper.& idem S.Tho.in iiij.diſtin.xviij. ¶ Decimò, infligi poteſt minor excommunicatio ab epiſcopo & quocunque eccleſiaſtico inferiori, extra de offi.ord.ab eccleſiarum.& hoc ſiue pro contumacia: vt v.q.ij.præſenti. & ij.q. ij.audi.ſiue etiam pro alijs culpis: item ſiue ſimpliciter: vt de pœ.diſt.j.in actione.ſiue ad tempus.diſt.lxxxvij.tanta.Sed tñ

3 hodie ab homine non eſt in vſu. ¶ † Eſt etiam ſciendum tertiò quòd effectus minoris excommunicatiõis principalis eſt quòd talis remouetur à participatione ſacramentorum: & ſi ſe immiſceat, peccat mortaliter, licet non incurrat irregularitatem, etiam ſi celebret: peccat etiam ſacramenta conferendo: licet ab eo collata non careant virtutis effectu. Non prohibetur autem eligere, nec exercere ea, quæ ſibi competunt ratione iuriſdictionis: ſed tñ ſi talis electus fuerit ſcienter, irritanda eſt electio eius: vt in c.ſi celebrat.de cle.excom. vbi dicit Pan.ꝙ eſt inhabilis ad conſequendũ officium, adeò quòd electio de tali facta non valet: & ſecundũ Inno.nec dignitatem nec canonicatũ cõſequi poteſt, niſi prius pœniteat & abſoluat. Et ratio ibi in tex.redditur: quia eligitur ad ſuſceptionem ſacramentorũ qua priuatus eſt. Ex quo elicitur ꝙ prohibitio omnis actus impedit omne, per quod venitur ad illum.l.oratio.ff.de ſpon. ¶ † Circa prædicta, dubia nonnulla

4 conſurgunt. ¶ Primum eſt, vtrum ſit ſimile de excõmunicato minore & irregulari quo ad beneficium obtinendũ? Et dico quòd glo.Ray. dicit colligi ex ſupradictis.ꝙ excommunicatus minore poteſt excõmunicare & abſoluere: & ſi fuerit electus ignoranter, valet electio, modò ignorantia fuerit probabilis: ſed ſi fuit craſſa, & collatũ ſit ei beneficium, indiget diſpenſatiõe vt illud retinere poſsit.& idem dicit eſſe de interdicto ab ingreſſu eccleſiæ & officio diuino: de irregulari verò qui beneficium recepit dum eſſet irregularis: putat ꝙ impetrata diſpenſatione ſuper irregularitate, alia nõ indigeat.nec eſſe ſimile de excõmunicato vel ſuſpenſo ſententia hominis vel iuris: quia irregularitas non eſt niſi quoddã impedimentum ex defectu ſacramenti vel canonica inſtitutione proueniens. Sed quibuſdã alijs videtur eſſe eadem ratio in irregulari: quia ſimiliter eſt inhabilis ad executionem officij ſine diſpenſatione: vt in c.cum illorum.de ſent.excom. Et iſta eſt ratio, quæ videtur ponderari in d.c.ſi celebrat. & quia propter officium datur beneficium.de præb.cum ſecundum. Sed primum eſt verius: quia iſta inhabilitatio excommunicati eſt in pœnam peccati: irregularitas autem poteſt eſſe ſine culpa: & irregularis non eſt ſeparatus à perceptione ſacramentorum: licet celebrare non poſsit. Glo.etiam in d.c.ſi celebrat. dicit quòd etiã ſi eligatur ignoranter, non valet electio: quia ignorantia eligentium nõ habilitat illum. Sed primum eſt verius: tum quia quaſi clarè habetur ex text. qui non ſpecificaret de electione ſcienter facta, niſi aliter ſentiret de oppoſita: tum etiam quia aliter ſequerentur infinita ſcandala: vt ſi confirmata electione ignoranter facta diu pòſt excommunicatio detegatur: quia non tenebunt abſolutiones factæ ab eo in foro animę, nec pacta facta nomine eccleſiæ, & hmõi. ¶ Secundum eſt, vtrum excõmunicatus minore peccet ſolùm percipiendo ſacramenta? Et dico quòd ſecundum Inn.peccat etiã ea conferendo: licet ſubditi ab eo recipere nõ prohibeantur. Hoſtienſis verò dicit quòd conferendo non participat, id eſt partem capit: quia non ad ſuam, ſed aliorum vtilitatem confert.quod non ſic eſt intelligendum, quaſi Hoſt. velit dicere quòd non peccet: quia text.eſſet expreſſe in contrarium in c.ſi celebrat. Sed vult dicere quòd illud participium, non eſt illud quod eccleſia ꝓhibuit, ſed illud quo percipitur aliquod ſacramentum.quod etiam Io.de Lig.clarius exprimit dicens quòd eſt ſeparatus à participatione ſacramentorum paſſiua tantùm: ita quòd recipere non poteſt ſacramenta. quod etiã dictum non ſic eſt intelligendum, quaſi non ſit ei prohibita participatio actiua, id eſt, collatio ſacramentorum: ſed quia non eſt ei prohibita in ordine ad alios, quaſi non habeat omnem ſuum effectum.quod eſt eſſe ſeparatum quo ad Deum, non quo ad eccleſiam. Gul.autem ſeparationem à participatione paſsiua extendit vſq; ad oſculum pacis in miſſa [illegible] eſt loco cõionis. Sed hoc Pet.de Palu.in di.xviij.iiij. [illegible] biliter improbat: quia eſt, inquit, ſeparatus à participatione ſacramentorum, non autem diuinorũ. Vnde poteſt [illegible] officiare, & audire miſſam, & ad oſculum venire: quod illum eſt benedicti panis datio: ideo ſucceſſerunt loco cõmunionis, vt ad iſtam non admitterentur indigni. Et intẽdit Petrus ꝙ indigni ſacramento admittuntur ad iſta quæ pro eis

6 excogitata ſunt, tanquam minori. ¶ Tertiũ † eſt vtrũ talis eccleſiã poſsit intrare? Et dico quòd circa hoc multi doct. ſcrupuloſè ſcripſerunt Canoniſtarum more tutiorẽ viam conſulentes: quia Ray.dicit ꝙ eccleſiam poteſt intrare ad orandũ, præſertim non conſecratã, & videtur nõ peccare: licet tutius agat non intrando: & forſitan etiam ad horas dicendas cum alijs, dum tamen nõ ad miſſam: aut ſi ad miſſam, nõ ad oſculum, quod eſt quaſi loco communionis.& idem Gof.dicẽs ꝙ audire põt diuina præter miſſam: ſed ſecurius facit abſtinens ex deuotione. Multi etiã alij ſimilia ſcripſerũt: ſed veritas eſt quam docet Pet.de Pal.dicens ꝙ eſt ſeparatus à ſacramẽtis, non à diuinis: vnde intrare poteſt eccleſiã, & ad miſſam audiendam, & horas cum alijs dicẽdas.quod Gul.cõcedit, & ad oſculũ pacis, quod Gul.negat.vnde & gloſ. Ray. dicit ꝙ etiã miſſę poterit intereſſe, modò ibi nõ cõmunicet. Poteſt ergo iſte cum alijs participare in diuinis, & à fortiori in ciuilibus.

## Ruſus de Excõmunicatione quintò, id eſt, de participatione cum excõmunicatis.

1 *Excõmunicatio minori cõmunicans aut participans nullã ſententiã, aut peccatum incurrit. Ea enim in tertiã nõ permeat perſonã: ſecus ſi maiori. Et quid ſi maiori excõmunicatus parti ſatisfecerit, aut cũ illa aliter cõuenerit, nõdũ tamẽ abſolutiõe accepta? Et quid dũ ad curiã abſolutiõis petẽdæ cauſa ꝓficiſcitur?*

2 *Vitari nũ debeant hi, de quibus excõmunicati num ſint, à Doctoribus dubitari ſolet, vitari? Et quando? Itẽ quæ excõmunicatis denegentur, vſque ad num. 4.*

3 *Sacerdos ſi miſſa incœpta occultum excõmunicatũ in eccleſiam ingreſſum deprehendat: an miſſam dimittere debeat? Et quid ſi ſit publicus, quid tum ſacerdos efficere debeat?*

4 *Participatio & cõmunicatio cum excõmunicatis, nũ aliquãdo licita ſit. & quibus caſibus. Et ibi, quòd quinq; caſibus, hoc verſ.contentis: vtile, lex, humile, res ignota, neceſſe. quæ hic ſuſe explicantur.*

5 *Excõmunicatio omnis cũ excõmunicato quæ ſit pro damno cõmunicantis vitando, cõmunicantem excuſat. Et an excõmunicatis humanitatis gratia aliquid dandum ſit?*

6 *Cõmunicatio reſpectu eorũ, quæ ſuprà dicitur: Os, orare, vale, &c. quot caſibus illicita ſit: & in quid incurrant cõicantes?*

7 *Excõicati nũ denũtiati, an hodie vitari debeãt? Et in hoc refertur Cõcilij Cõſtantiẽſis cõſtitutio, q gratioſa & miſericors eſt.*

8 *Ciuitas vel collegium an excommunicari debeat, Et tum qualis publicatio eſſe debeat? Et qualis reſpectu interdicti & ſuſpenſionis aduerſus communitatem?*

9 *Interdictum eccleſiaſticum non publicatum, an quis obſeruare teneatur? Et quid ſi ciuitas ſit interdicta? Item quid de ſententia generaliter lata?*

10 *Papa, aliuſve prelatus num excõmunicato à ſe, ſuiſve inferioribus cõmunicantes, excommunicationem incurrãt? Et an omnia quæ in Apoſtoli doctrina ſunt: propriè ac ſtrictè de iure diuino ſint? Et in quibus Papa diſpẽſare nequeat, & in quibus ſic?*

11 *Delegatus num maiori excommunicatione eos excommunicare queat, qui à ſe excommunicato participant?*

12 *Vendẽdo, aut emẽdo, nũ quis cũ excõicati ſeruo contrahere poſſit: & an ab vxore, vel familia excõicati aliquid accipere n.ſe.*

14 *Prædicatores num paſſim cum excommunicatis participare queant: & ab his aliquid accipere: & id quibus ex cauſis?*

15 *Legatum ab excommunicatis, an licitè accipiatur. Et quid de [illegible] ab huiuſmodi datis?*

16 *Fratres, num eo caſu, de quo hîc, eleemoſynas rectè accipiant?*



17 *Patres ac domini, ſi filijs ac ſeruis excommunicatis participẽt, nũ excuſentur? Et in quibus licitè cõicẽt eis, ac participẽt? 2 r.*

18 *Vaſalli dominis excommunicatis, communicantes, num aliquam excuſationem promereantur.*

19 *Iudicibus, ac Rectoribus excommunicatis in iudicio conſiſtendo, an quis licitè communicet? Et ibidem quandoq; requirere non modò licet, ſed & neceſſe eſt: quanquam in certis caſibus communicatio licita non ſit.*

20 *Epiſcopus ſi excommunicato à ſe in crimine damnato, vel criminoſo communicet, num eandem ſententiam incurrat?*

21 *Soluere, qui iuramẽto adſtrictus eſt certo termino ſoluere: an ſi ille cui adſtrictus eſt interim excõicetur, eidẽ ſoluere teneatur?*

22 *Participãdo ac excõmunicando in diuinis, excommunicatis, an ſemper eadem ſentẽtia, aut etiam maior incurratur? Et quid ſi in his communicatio per metum fiat.nu.ſeq. Et ibidem an prælatis mortem, aut verbera ſubire præcipientibus, obedire ſubditus neceſſe habeat? nu. ſeq.*

24 *Sacerdos, cui iudex aliquem excõmunicatum denuntiare mandat, num mox viſis literis, eundem vitare teneatur? Et excõmunicatus qualiter vitandus ſit? nu.ſeq. Et quem ſemel excõmunicatũ ſciuero, num is ſemp & vbiq; vitandus ſit. nu. 26.*

27 *Excommunicati domo, num mihi vti liceat? Et aliquem excõmunicatũ eſſe quomodo credere debeam, vt exinde eundem deuitem? nu ſeq.*

29 *Participationis cum excommunicatis prohibitio, an ad mortuos quoque extendatur?*

EXCOMMVNICATIO † quintò, quo ad participatio- 1
nem cum excõicato, vt plenius innoteſcat, ſciẽdũ eſt primò quòd excõmunicato excõmunicatiõe minori participãs, nullã ſententiã incurrit vel pctm: & hoc eſt quod communiter dicit quòd excõmunicatio, ſcilicet minor, nõ trãſit in tertiã perſonã.xj.q.iij.qm multos.ſed excõicato excõmunicatione maiori non licet participare vel cõicare cum alijs fidelibus, vt dictũ eſt, Excõicatio.iij.nec etiã licet alijs cõmunicare cũ eo: quia, ſicut dicit Fabianus papa, apoſtoli ſtatuerũt dicẽtes cum excõmunicatis participandũ nõ eſſe.xj.q.iij.ſicut. & idẽ habetur in duobus c.ſequẽtibus.& cõtra faciens ſtatim eſt excõmunicatus ipſo facto, vt ibi in c.cum excõicatio.& hoc aliquãdo maiore, aliquãdo verò minore. vt j. Et hoc participãdo ante eius abſolutionẽ etiã ſi cõpoſuiſſet cum aduerſario, vel ſatisfeciſſet pro iniuria: etiã ſi vadit pro abſolutiõe: aut nõ ſit adhuc denũtiatus.extra eo.cũ deſideres, ſecũdũ Ray. Sed intellige iuxta dicẽda j. §.iiij. Imò etiã ſi iam iuraſſet ſtare mãdato alicuius epiſcopi ante abſolutionẽ participãs, etiã ſi eſſet ipſe epiſcopus qui excõmunicauit, incidit: quia nec participare illi põt ipſe, nec participãdi licẽtiã dare.extra eo.nuper. xj.q.iij excõmunicatos. Eunti tamẽ ad curiã pro abſolutione vẽdi poteſt, & pretiũ recipi, & cõmunicari in pertinẽtibus ad vitã.ſecũdũ Piſa. Adde tñ ex S.Tho.in quol.iiij.ꝙ hi, de qui- 2
bus dubitatur à doctoribus an ſint excõicati, vitari nõ debẽt niſi poſt ſententiã nõ ſuſpẽſam appellatiõe. Sũt aũt, ſecũdũ S. Th.in iiij.di.xviij.& ſcdm alios Theologos & Canoniſtas ea, in qbus participatio aliàs licita, nõ tenet, quę his verſibus cõtinetur. Si ꝓ delictis anathema quis efficiatur: Os orare, cõmunio, menſa negatur. ¶ Os, inquã, negatur primo, id eſt, oſculũ, ſecundũ S.Tho.& cõſequẽter locutio, ſecũdũ alios quę ſolet eſſe inter amicos: ſub qua cõprehẽdũtur, ſcdm Gul.& Hug. in c.quoniã multos.xj.q.iij.etiã literæ receptæ vel miſſæ, & nuntij, & munera, quæ, vt idẽ Gul.dicit, qui ab excõicato recipit, reddere nõ tenetur: ſed ex cõſilio ſunt danda pauperibus, vel remittẽda ad ruborẽ excõmunicati. ¶ Et ſecũdò orare, ſcilicet cũ eo negatur vel prohibetur. Et per orare, intelli-

*quæ negãtur excõmunicatis*

ge non ſolùm participare in diuinis & ſacramētis, ſed etiam audire oratiões, vel diuina: vnde ſi ècclesiā ingreſſus ibi ſe firmat, alij tenētur aut exire, aut exitū eius procurare, ſi eſt excommunicatus publicè, ſecundū Ray. xj. q. iij. ſicut apoſtoli. & intellige ſi intrat cauſa orandi vel audiendi diuina. Si verò occultè, quia ſcilicet à paucis ſcitur, & non communiter: qui hoc ſciūt, exibūt ſecretè & cautè ſi poſſunt, vt eius manifeſtatio non ſequatur: aliàs non exibūt. vj. q. ij. ſi tātum. quę tamen ſecundum Inn. nō ſunt intelligenda, ſi in eccleſia ſit nō cauſa orandi, ſed pro alio negotio: quia tunc, inquit, nōvideo quare orare non poſsim in eadem eccleſia: licet contrarium teneat Ho. Non intelliguntur etiā prædicta de prælato hoc ſciēte ſecundū aliquos, quia debet eū ſecretò monere: & ſi nō audit publicè increpet, quādo hoc poteſt probare: quia iſte videtur eſſe ordo in correctione fraterna inſtitutus à Domino. Circa
3 miſſam † tamē ſecūdum Ray. nota ꝙ ſi ea incœpta intrat, & eſt occultus: ſacerdos miſſam dimittere non debet. vij. q. j. nihil. Si verò eſt publicus, moneat eū publicè: & ſi nō vult exire, nec cōmodè poteſt expelli, & canonē ſacerdos nō inchoauit antequā illū viderit, miſſa dimittatur. ar. xxiiij. q. j. omnis. & canonē dico incipere à Te igitur, ſecundū Archi. de cōſec. di. ij. de hymnis. licet ſecundū aliquos Hoſt. & Inn. teneāt ꝙ à cōſecratione. Si verò iam canonē inchoauerit ſacerdos, procedat in officio ſimul cū ſibi aſsiſtente alijs omnibus exeūtibus. Et finito canone ac ſumpto ſacramēto antequā dicatur poſtcōmunio, moneat eū vt exeat: de cōſe. diſt. ij. relatū. & cōcordant Hoſt. & Goſ. Quòd ſi non vult exire, poteſt eijcere eum, etiam ſi ſit clericus. Sed limita, ſi hoc pōt ſine ſanguinis effuſione. ar. extra eo. veniēs. Aliter recurrere pōt ad brachiū ſeculare, ſecundum Supple. etiā ſi videat futuram ſanguinis effuſionem, arg. extra, de homici. poſtulaſti. ſecundum Hoſt. Sed hoc Sum. Angel. eiuſdē ordinis negat, & Roſ. non tenet, & valde rationabiliter: quia ſi non debeo exponere ſanguinem meum pro non participando in diuinis, vt dicetur: multò minus licet fundere alienum, & violare locum ſacratum. Et ſi eijci nō poteſt, in ſacriſtiam rediens dicat orationem & poſtcommunionem, & quæ reſtabant, ſecundum Hoſtien. & Goſ. ¶ Et tertiò aue, id eſt, ſalutatio, ſub qua ſecundum Sanc. Tho. videtur includi locutio: & ſecundum alios etiam reſalutatio prius ſalutātis includitur. Imò ſi ei licitè ſcribatur in caſibus, de quibus infrà, non eſt ſalutādus, ſed loco ſalutationis ſcribatur: ſpiritum conſilij ſanioris, ſecundum Archi. Si quis tamen ab eo ſalutatur reſpondere poteſt: Deus vos emēdet, vel huiuſmodi, ſecundum Arch. Si autem ſalutāti quis aſſurgat, vel exhibet reuerētiā, aut inclinat, aut mouet labia, quaſi reſalutans, nihil tamē dicēs, ſecundum Gul. non incidit: quia pœnę ſunt reſtringēdę. de pœni. diſt. j. §. pœnę. & in reg. odia. lib. vj. Et ita determinat Sum. Ang. Sed Dire. lib. iij. tenet ꝙ per hæc incurratur excōmunicatio minor: & in effectu idem tenet Gul. de mon. laudu. & Zenze. & Stepha. & Car. & Imo. cle. ſi. de ſen. ex. Et ita determinat Sum. Roſ. Et hoc eſt verius: quia iſta ſunt quędam ſalutatio, non verbo, ſed opere: & communicatio quædam, quæ generaliter prohibetur, etiā tacendo, vt in oratiōe vel cibo. xj. q. iij. excommunicatus. & cap. qui cōmunicauerit. & cap. ſicut apoſtoli. Et quod dicitur de motione labiorum, eſt ridiculum: quia eccleſia non intēdit prohibere ſalutationem interiorē, quæ in charitate interiori conſiſtit: ſed exteriorē ad punitionem rei, & terrorem aliorum. ¶ Et quartò communio, ne ſcilicet quis ei communicet, puta cooperando in aliquo exercitio: vel habitādo in domo cū excōmunicato. Si tamē ego & ille ſumus in vna domo vel camera pro diuerſis negotijs: nō participo ſecūdū Inn. in c. nuper. eo. titu. ſecus pro eodē. Et idē eſt in alijs actibus conuerſationis habendæ præcipuè legitimis: vnde nullus cōtrahere debet cū eo: licet teneant aliqui contractus, iuxta dicta ſ. Excōicatio. iij §. xxij. Et ſi quis iuraſſet alicui ſoluere ita certo termino, & interim excōmunicatur: nō debere, ſecundum Ray. ante abſolutionē ei ſoluere, ſed debitū in æde ſacra deponere. Inn. tamen conſulit quòd ſoluat. Sed de hoc infra. §. iiij. dub. xij. Si etiam quis accipiat ab eo mutuū, vel ab eo conducat aliquid pro prætio reddēdo tempore excōmunicationis, ipſum pretium vel mutuum, quo ad ciuilem obligationem, ex qua naſcitur actio, & poteſt repeti, non redditur niſi poſt abſolutionem: tamen obligatur ei quo ad naturalē obligationem. Hoſt. quod dictum nō impugnat Innocen. ſed exponit: quia hoc eſt dicere quòd talis reddere tenetur: ſed excōmunicatus agere non pōt ad redditionē. Si etiam precij, ter ſuas operas alicui domino locauit tempore quo erat excōmunicatus, locatio non valuit. Secus ſi ante: ſed poterit ei ſeruire in diuinis permanenti in excommunicatione Hoſtie. In prædictis, ſecundū Gul. non excuſat in caſu non conceſſo familiaritas, niſi illa, de qua in c. quoniā multos. xj. q. iij. nec pudor, vel ſcandali timor: ſemper quis peccat venialiter aut mortaliter: & excōmunicationem incurrit maiorem vel minorem. ¶ Et quintò menſa, id eſt, comeſtio in menſa eadem: ſub quo intelligitur etiam quies in eodē lecto: vnde ſi ſuperueniat menſæ, in qua māduco, etiam in aliena domo, teneor ſurgere, ſecundum Gul. ſi eſt publicè excommunicatus. & ſimiliter ſi occultè, & ſine eius nota poſſum declinare, nō autem cum nota eius, ſecundum Archidiac. Non teneor tamē exire domū, & ſi ſit publicus, imò poſſum adire hoſpitium, in quo manducat: modò poſsim ei propter loci capacitatē non communicare: imò ſecundū Inn. poſſum cum eo in eadē camera, & ſi non in eadē menſa, comedere. Si tamen inuitatus ad conuiuium aut feſtū inuenio excōmunicatum publicè, non poſſum ibi epulari, etiam in menſa alia: quia ſecundum Gul. omnes ſic conuenientes dicuntur communicare. Similiter incidit qui relinquit clauem & domum ei venienti ad domū comedere: vel permittit, eum in alia mēſa comederet, faciēs hoc in fraudem propter eius fauorē acquirēdū, vel ne illū offendat: nō autē ſi facit hoc qa timet ne vim ſibi inferat, vel cauſa humanitatis: quia putat eū hoſpitio vel alimētis indigere, & de hoc facit proteſtationem. Gul. ¶ Sciendum † eſt ſecundū quòd nō obſtantibus prædictis participatio cum excommunicato in prædictis aliquando eſt licita: quia Greg. in c. quoniā multos. xj. q. iij. ſubtrahit à minori excōmunicatione multos participantes excōmunicato maiore, qui in iſto verſu comprehenduntur: Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe: hæc anathema faciūt ne poſsit obeſſe. Vnde excuſat primò vtilitas, id eſt participans vtiliter, id eſt propter vtilitatē, quæ licet eſſe poteſt ex parte ipſius participantis in tēporalibus: cū ab eo petit ad quod ille tenetur ei: extra eo. ſi verò. Vnde poteſt illum in iudicio conuenire: aliàs ex ſuo delicto cōmodū reportaret. de iudi. intellexitnus. & ſimiliter in ſpiritualibus, vt loquēdo de ſalute animę ſuę, petendo cōſiliū, ſi eſt neceſsitas, & ad aliū recurrere nō poteſt. Gul. imò ſecundū eundē, conſiliū petere pōt in neceſsitate etiā de tēporalibus: quę tamē neceſsitas arbitrio boni viri limitabitur. Sed tñ ſecundum Ray. in hoc habenæ laxādæ nō ſunt, ſed diſcretè & ſolùm cum intentione vtilitatis cōſequendæ. Poteſt etiā eſſe ex parte excommunicati, vt loquendo de ſpectantibus ad abſolutionem eius, & ſalutē animæ: licet alia incidenter interponātur, ſecūdum S. Tho. vt magis proficiat. xj. q. iij. cū excommunicato. & facit c. cū voluntate. eo. ti. Vnde & ad prædicationē poteſt admitti: de cōſe. di. j. epiſcopus. extra eo. reſponſo. Per quem modum licet prædicatoribus ab excommunicatis eleemoſynas accipere, quando apud eos in prædicationibus & confeſsionibus cōuerſantes quaſi gerunt cauſas expoliatorum, præſertim ſi in locis illis ſuſtentationem habere non valent: extra eo. cū voluntate. & ſcd̄m Hoſt. etiā extra caſum neceſsitatis, dū ſperāt probabiliter de proficiendo eis: ſed tñ pro eorum ſalute tandiu participare poſſunt, quandiu correctionem ſperant probabiliter: & nō plus. ¶ Scd̄ò excuſat lex, ſcilicet matrimonialis, qñ ſcilicet de matrimonio cōſtat. xj. q. iij. qm̄ multos. Sed tamen diſtinguendū eſt: quia ſi ſententia eſt lata in alterū coniugū propter matrimoniū illicitè cōtractum, neuter pōt participare cum reliquo. Si verò lata eſt propter aliud delictū: vterq; excuſat̄ quo ad redditionem debiti. Hoſt. Goſ. Ray. Imò etiā quantū ad eū, qui nō eſt excōicatus quo ad petitionem debiti matrimonialis & cuiuſlibet alterius: cùm ab excōicato debitū peti poſsit. extra de iud. intelleximus. In alijs verò, ſcd̄m omnes, excuſatur vxor ſi communicet marito: non autem ſcd̄m Veruec. ſi cōmunicet excommunicato, cui cōmunicat maritus, vocando eū ad menſam: poterit tñ in eadem domo in alia menſa comedere, ita remotè ꝙ non dicant̄ ſimul comedere. Vtrū autem & vir ſi cōmunicet vxori excōicatæ? dicit Sum. Ang. ꝙ, ſecundum aliquos, non excuſant̄. Sed tu, inquit, tene ꝙ ſic: quia vir & vxor ad imparia non iudicantur. extra de diuort. gaudemus. Sed limitat quādo eam corrigere nō poteſt, & ſuſcipit ab ea neceſſaria: ſi tñ cùm ſit caput eius, xxxiij. q. v. eā ad abſolutionem non inducit, vt tenetur, peccat mortaliter. ij. q. vij. negligere. & incidit in minorē. ſed Hoſt. Goſ. & Ray. & Sum. Pi. & Sum. Roſ. eiuſdem ordinis tenent contrariū, & dicunt virū non excuſari: & ſimiliter Io. Mo. extra eod. ſtatuimus. lib. vj. & Dire. Nec obſtat ꝙ non iudicentur ad imparia: quia ſcd̄m Dir. eſt verum quantū ad debitū carnale, & nō quantū ad alia. vel ſecundū S. Tho. iiij. diſt. xxxv. ar. iiij. eſt verū in cauſa diuortij, & alijs fiendis per iudiciū: imò d. c. gaudemus. clarè ſe limitat dicens, cū non ad imparia iudicent̄ circa matrimoniū. & gl. dicit aliàs penè famula vxor eſt. xxxiij. q. v. hæc imago. Nō obſtat etiā ꝙ eā corrigere aliquādo nō poſsit: tum quia hoc rarò accidit: lex aūt reſpicit qd̄ eſt in pluribus, ſcd̄m S. Tho. ij. ij. q. cxx. vnde eo caſu ſaltem deberet interpretationem vel diſpenſationem petere à ſuperiore: tum quia non debet dici non poſſe eam corrigere, quandiu ſe ab illa non ſeparauit: ſed & ſi probaſſet, participare non debet ratione dicta, niſi in debitis, id eſt, in his, quæ ipſa tenetur: vt in copula, & in ordinando de reginine domus nō aūt in comeſtiōe, aut familiari colloquio & huiuſmodi. ¶ Tertiò, excuſat humile vel humilitas, id eſt, quæ ſunt in humilitate ſubiectionis aut ſeruitatis: vt ſunt filij ſub poteſtate patris exiſtentes vel emancipati cōmenſales patris, & ab eo recipientes neceſſaria, dummodo in crimine nō participent: alij verò nō excuſant̄, ſecundū Veruec. Et ſimiliter monachi participantes abbati excōmunicato, ſcd̄m eundem Gul. quia ſunt quaſi de familia eius. Et ſimiliter clerici participantes ſuo pontifici, quando ſunt eius officio deputati, ſicut & alij ſeruientes: nō aūt alij clerici. xciij. di. maritus. extra de exceſ. præla. c. ſi. Hoſt. Et ſerui ac ancillæ, id eſt, ſeruilis conditionis: ruſtici quoq; ſeruientes, & alij ſubiecti, ſcilicet de familia, qui non ſunt adeò curiales vt eorū cōſilio ſcelera perpetrentur. xj. q. iij. qm̄ multos. cū diſtinctiōe tamen ſecundū Veruec. quia ſi ante ſententiā adſtrictæ erāt tales perſonę ad familiare obſequiū, etiam nunc tenentur, & excuſantur participantes: extra eodem. inter alia. quod ſecundum eundem intelligit̄ quādo ante ſententiam obligarunt ſe ad ſeruiendum, & ſeruitium intrauerūt: ſed ſi intrauerunt poſt ſentētiā, diſtinguè: quia ſi ignorauerunt, & poſtea ſciūt, diſcedere non tenentur cum ſuo damno: ſi verò à principio ſciuerunt, tenentur diſcedere, niſi eos neceſsitas compuliſſet fieri de familia eius. Hæc tamen dicta non intelligo quantum ad eos, qui ſunt de familia tātū: quia extra eo. inter alia. habetur quòd inter perſonas exemptas à Greg. qui ante ſententiam erāt obnoxij, vt vxor, filij, & ſerui, etiā poſt ſententiā ſunt obnoxij, & cōmunicare tenent̄: qui verò nō erant, etiam nunc nō ſunt, ſed tñ poſſunt cōmunicare, quādo & prout fuerit neceſſe. Et quod dicitur de ruſticis, ſcd̄m Veruec. de colentibus terras intelligitur: &, vt dicit, etiā ad eos extenditur, qui dicunt̄ mediatarij: quia cōmunicare poſſunt quantum exigit cultura, & huiuſmodi. Et idem ſcd̄m Hoſt. intelligendum eſt de nutricibus, & ſimilibus, qui contraxerunt ſocietatem, vel alio modo erant obligati per contractū. qd̄ Hoſt. & Ber. limitant quādo ſine incōmodo nō poſſunt abſtinere, vt quia non haberent vnde viuerent. ar. extra eo. ſi verò. vbi excuſant̄ etiā, qui cum excōicatis nautis conueniūt transfretādo contra Saracenos. Et idem ſcd̄m Veruec. intelligitur de armigero & ſeruiente militi: quia poteſt dño excōmunicato cōmunicare: licet nō cum excōmunicatis, qbus participat dominus ſuus. vtrum aūt vaſalli poſsint participare dominis vel dñi ſeruis & patres filijs, infrà §. vl. dub. ix. ¶ Quartò, excuſat res ignorata, id eſt, ignorantia facti probabilis, ſecundū Veruec. extra de cle. excō. mi. apoſtolicę. extra eo. ſignificauit. nō autem excuſat ignorātia iuris, niſi eos quibus licet ignorare: vt ſunt pueri nondū capaces doli. Dicitur aūt quis ignorare factum, quando nō conſtat ei ꝙ quis tale qd fecerit: puta ꝙ verberauerit clericū, ſcilicet nec vidit, nec eſt fama ita publica vt credere debeat omnino: nam ſi ab aduerſario audit, vel leui fama, nō debet ſibi de hoc confirmare conſcientiam. xj. q. iij. nō ſolùm. Si verò eſt publica fama, vel auditur à fide dignis ꝙ quis ſit publicè excōmunicatus, vel aliquid notoriè fecerit, propter quod ſit excommunicatus, ibi debet euitare illum in occulto & publico, & interim quærere veritatem, ſecundum Ray. Dicitur verò quis ignorare ius, qñ quis ignorabat, verbi gratia, quòd percutiens clericum aut eccleſiam ſuccendēs eſſet excommunicatus. ¶ Quintò, excuſat neceſsitas tam excommunicati quàm participantis. vnde orator, id eſt, vadens cauſa orationis, ſiue peregrini, aut viatores, & ſimiles in neceſsitate conſtituti, licitè recipiunt ab excommunicatis, ſecundum Inno. & Hoſt. xj. q. iij. quoniam multos. quando aliter habere nequeunt. ¶ Et † dico generaliter, quòd omnis 5
communicatio, quæ eſt pro damno communicantis vitando excuſat, niſi ſit in crimine vel in diuinis: quia ſi poſſum ab eo petere debita: à fortiori repellere damna: arg. etiam ex no. in c. nos ſanctorum. xv. q. vj. Quanta autem eſſe debeat neceſsitas excuſans, glo. Ray. dicit quòd non eſt expectanda extrema: ſed ſufficit indigere, & non poſſe faciliter & commodè habere aliunde. Sed Dir. addit in lib. iij. quòd aliquid ſuſtinendum eſt, vt eccleſiaſtica iuſtitia ſeruetur. diſt. xix. in memoriam. Hæc tamen videtur iudicio ſuperioris arbitranda: arg. extra de offic. delega. de cauſis. & ſi res dilationem non capit, vel ſuperiorem difficile eſt audire, quiſque ſuo iudicio relinquitur. xj. q. iij. quod prædeceſſor. Intellige tamen ſecundum Hoſt. quod in his & ſimilibus caſibus ſunt excommunicati, quantum bono modo fieri poteſt, euitandi, vt patet ex mente dicti c. quoniam multos. & eo. tit. ſi verò. in ſi. Et ſimiliter excommunicatis aliquid dari poteſt cauſa humanitatis, ſecundum Veruec. in ſuſtentationem, quando ſcilicet indigent: nec eſt expectanda neceſsitas vltima: nec tenetur hoſpes, ſi ab eo petatur hoſpitium ab excommunicato, expectare quòd ab alijs omnibus expellatur. Sed intellige de neceſſarijs vitæ: non autem ſi peteret vtenſilia: puta foſſorium, vel ſecurim. xj. q. iij. quoniam multos. niſi & iſta vitæ eſſent neceſſaria.

6 ¶†Sciendum eſt tertiò,quòd participatio cum excommuni-
catis in prædictis,ſcilicet os,orare,&c.eſt etiam in multis ca
ſibus illicita.¶Primò,quando excõicato participatur in cri-
mine,propter quod eſt excõicatus, ſiue in crimine damnato;
ſcilicet dando conſilium,auxiliũ,vel fauorem:&talis incurrit
eandem ſententiam,extra eo.ſi concubinæ.&c.nuper. & gl.
ibi.ſed de hoc infrà Excõicatio viij.§.ij.dub.j.& iij.& Excom-
municatio vlt.dub.iiij.¶Secundò,participãdo quidem in cri-
mine mortali,ſed nõ in damnato:&tũc licet peccet mortali-
ter,nõ tamen incurrit maiorem,ſed minorem tantùm excõ-
municationem,ſecundũ Inno.in d.c.nuper.¶Tertiò,partici-
pando in diuinis , ſcilicet recipiendo eũ ad officia diuina vel
eccleſiæ ſacramenta,aut ad ſepulturã eccleſiaſticã.Talis em̃
peccat mortaliter,ſi ſcienter agit:etiã ſi ius ignoret: non ta-
men eſt excõicatus maiore, ſed minore : nec eſt irregularis,
ſed irregularitati vicinus:quia interdictus eſt ei ingreſſus ec
cleſiæ ſi excõmunicatio erat publica,donec ſatisfecerit com
petenter ad arbitriũ eius,cuius ſententiã cõtempſit.extra de
priui.c.epiſcoporũ.lib.vj.Et ſi poſt illud interdictũ ingerat ſe
diuinis in ſuo officio,irregularis efficit̃: & ſic interdictus de-
cedens nõ ſepelitur in cœmeterio.extra eo.l.is cui.lib.vj.Sed
tamen aduertendũ eſt quòd illud c.epiſcoporũ.habet locum
in ſentẽtia hominis,ſecundũ Arch.arg.quia dicit,ad arbitriũ.
Sed melius.Gemi.ſentit quòd etiã habeat locum in ſenten-
tia iuris:& quod dicitur,ad arbitriũ,ſi ſententia eſt hominis,
intelligitur de illo:ſi verò iuris, intelligitur de conditore.qđ
intelligo in caſu,quem ſibi conditor reſeruauit. Videtur etiã
quòd iſtud interdictũ locum non habeat in laico, ſecundum
aliquos.Fallit tamen quod dictũ eſt primò, in ſepeliente pu-
blicè excõmunicatum.ſecundò,in ſepeliente hæreticum:quia
primus incidit in maiorem:vt cle.eos.de ſepul.&ſimiliter ſe-
cundus:extra de hæreti.quicunque.lib.vj. Fallit etiam tertiò
ſi excõicatum à Papa iudicialiter clericus ſcienter & ſponte
ſuſcepit ad diuina extra eo.c. ſignificauit . quo caſu clericus
incurrit maiorem,laicus verò minorem tantùm.ar.c.ſignifi-
cante.eo.tit.ſecundum cõmunem opinionem doc.in c.ſacris.
quod met.cauſa.¶Quartò,participando nõ in crimine dãna-
to vel mortali vel in diuinis:ſed in alijs actibus humanæ vitæ
in caſu illicito:&tunc ſecundum Ray.participans mortaliter
peccat.quod Arch.putat verum, quando participatur contra
prohibitionem hominis,ſed non canonis: quia mitius agitur
cum lege,quàm cum legis miniſtro.ff.de arbit.l.Celſus.Sed
S.Tho.in iiij.diſti.xviij. dicit quòd videtur valde grauè quòd
homo pro verbo leui mortaliter peccet. Vnde probabilius
alij dicunt eſſe mortale ſolùm in quatuor caſibus,ſcilicet pri
mò participando in crimine . intelligo damnato , vel etiam
mortali,non autem veniali:puta loquendo verbum leue.Se-
cundò,in diuinis. Tertiò,in contemptum eccleſiaſticæ diſci-
plinæ. Et non videtur hic ſumi contemptus ſecundum quod
quis ideo præciſè agit cõtra legem , quia ei ſubijci non vult:
ſed etiam quia ipſam cenſuram quis non æſtimat , ſed habet
vt truffam:ſecundum Arch.& Hoſt.extra eo.quod in dubijs,
& idem videtur ſentire S.Bona.qui videtur velle quòd ſolùm
excuſatur qui participat cũ timore,& cum reuerentia ſenten
tiæ.Quarto,pertinaciter,id eſt, cõtra ꝓhibitionem ſuperio-
ris præceptoriam. & intellige generaliter vel ſpecialiter fa-
ctam:imò hodie requiritur monitio facta nominatim. extra
eo.cõſtitutionem.lib.vj.Et de hoc S.Tho.in quol. xj.art.ix.fa
cit quæſtionem.Et conſentit Pat.& Abbas. & Io.Andr.& Io.
de Lig.& Rich.in iiij.& Sanc.Bona.addens quòd eſt mortale
etiam quando quis probabiliter credit ex tali communione
ſententiam venturam in contemptum. Sed hoc ad tertium
caſum reducitur.& Pan.in c. in ſacris . quod met.cau.addens
quintum caſum,quando ſcilicet quis eſt excõmunicatus cum
participantibus.ſed hoc nõ eſt mortale ratione participatio-
nis,ſed ratione præcepti incluſi in ſententia: vnde reducitur
ad quintum.Addit & ſextum,ſcilicet quando cõmunio eſt ni-
mis frequens:ſed iſte reducitur ad tertium.Addit aũt S.Tho.
quòd Iuriſtæ oppoſitum ſentientes, nimis fauent iuri poſiti-
uo.Sed cõtra hoc videtur eſſe c.ſacris.extra qđ met.cau. vbi
videtur dici ꝙ ſit mortale.Sed illud c.loquitur qñ participa-
tio eſt in his quæ ſunt ſcđm ſe peccata:vt poteſt colligi ex S.
Tho.in quoli.ſiue in crimine crimino ſo.¶†Sciendũ eſt quar 7
tò,quòd licet ſecundũ iura cõmunia excõicati etiam non de-
nuntiati deberent euitari,vt dictũ eſt: illud tamen eſt modi-
ficatum per conſtitutionem Cõſtantiæ factã,& Baſileæ ante
ſciſſuram renouatã,ſcilicet ꝙ fideles & tales non teneantur
euitare in diuinis vel extra niſi fuerint publicè denũtiati:ex-
cepto percuſſore clerici ita notorio ꝙ nõ poſsit aliqua tergi
uerſatione celari.quæ quidem cõſtitutio licet olim fuerit du
bia:non tñ modò,vt probat Arch. in cenſuris de excõicatio-
nibus.in fi.& in iij.parte.titu.xxv.in fi.Sed quia poteſt habere
multiplicem ſenſum,eã recito formaliter. ¶Inſuper ad eui
tanda ſcãdala & multa pericula quæ cõſcientijs timoratis cõ
tingere poſſent,Chriſti fidelibus tenore pręſentiũ miſericor
diter indulgemus,ꝙ nemo deinceps à cõmuniõe alicuius in
ſacramentorũ adminiſtratiõe,vel receptione , aut alijs qui-
buſcunq; diuinis,intus vel extra prætextu cuiuſcunq; ſenten
tiæ vel cenſuræ eccleſiaſticæ à iure vel ab homine gñaliter
promulgatæ teneat̃ abſtinere vel aliquem vitare, aut inter
dictum eccleſiaſticum obſeruare : niſi cenſura vel ſententia
huiuſmodi fuerit in vel contra perſonã,vel collegiũ,vniuerſi-
tatem,eccleſiam,cõmunitatem,vel locum certum vel certã
à iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter & expreſsè:con-
ſtitutionibus apoſtolicis &alijs in contrariũ facientibus non
obſtantibus quibuſcunque. Saluo ſi quem pro ſacrilega ma-
nuum iniectione in clericum ſententiam latam à canone
adeò notoriè cõſtiterit incidiſſe, ꝙ factum non poſsit aliqua
tergiuerſatione celari , nec aliquo iuris ſuffragio excuſari.
Nam à cõmunione illius licet denuntiatus non fuerit, volu-
mus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones.In cõcilio Conſtan
tienſi ſub Martino v.¶Ex†quibus videtur primò,cùm excõ- 8
municari nõ debeat communitas vel collegium,ſed ſingula
res perſonæ:quòd loquendo de excommunicatione,dicta pu
blicatio ſpecifica &expreſſa intelligitur facta nominatim:li-
cet quo ad interdictum & ſuſpenſionem ſufficiat denuntia-
tio ſpecialis contra communitatem. Et ita etiam ſentiunt
quidam Summiſtarum. Quod verum puto,niſi vbi quis no-
toriè eſt membrum alicuius multitudinis denuntiatæ in ſpe-
cie:puta eorum,qui incenderunt vel rapuerunt.Et hunc ſen-
ſum tene:quia conſtitutio eſt gratioſa & miſericors,ideoque
amplianda,iuxta regulam iuris,odia.libro ſexto. Vnde & di-
cit Aſten. libro ſeptimo, quòd ſi Papa interdicat vel excom-
municet N.cum ſuis fautoribus & participantibus ſibi,vitan-
dus eſt N.quia nominatim interdictus vel excommunicatus
eſt:non autem alij,quouſque nominatim ſpecificentur & de-
terminentur facta fide de fauore vel participatione.Adde,vel
niſi notoriè conſtet de hoc. ¶Et ſecundò†quòd nullus tenea- 9
tur ſeruare interdictum eccleſiaſticum , niſi ſit publicatum
ab homine contra aliquam vniuerſitatem vel perſonam aut
locum ſpecificè:puta contra tale regnum , aut talem ciuita-
tẽ,aut tale caſtrũ,vel tale collegiũ.Vñ licet ſit interdicta ci-
uitas,cuius vniuerſitas exigit pedagia,vel gabellas à clericis
nullus tñ tenet̃ obſeruare niſi facta tali publicatione. Qui-
dam autem idem putant de ſententia excommunicationis
generaliter lata,ſcilicet quòd nullus eam ſeruare teneatur,
niſi poſt publicationem factam nominatim.Sed hoc non ha
betur ex textu.& Archi.dicit quòd hæc conſtitutio nõ ſuffra-
gatur excommunicato,quin ipſe alios vitare teneatur.Quod
etiam hic patet:quia eſt facta in fauorem timoratarum con-
ſcientiarum . Et non eſt ſimile ſicut de interdicto,quòd quis
poteſt incurrere ſine culpa & facto proprio:quod etiam ipſa
verba oſtendunt.Et ſi obijciatur,quia ex hoc ſequitur quòd
quis poſsit abſoluere excommunicatum miniſtrando ei ſa-
cramentum pœnitentiæ per illud verbum , ſacramentorum
adminiſtratione:dico hoc non ſequi:quia aliud eſt dare licen
tiam communicandi his,quos aliquo humano reſpectu diffi-
culter vitamus:aliud,ingerendi ſe ad illa,quæ quis ſponte fa-
cit. Vnde per illud verbum,adminiſtratione,datur licentia
conferendi ſacramenta coram excommunicatis & ligatis:
imò & dandi ea excommunicatis occultè,& quando ſe publi
cè ingerunt cum alijs.Sed in hoc notandum eſt quòd alium
textum huius conſtitutionis dicit Supple.Clericus.iij.in fine,
ſe accopiaſſe de libro proprio domini Iuliani Cardinalis, qui
præfuit concilio Baſilienſi:per quem textum excipitur non
ſolùm notorius percuſſor clerici:ſed generaliter omnis no-
torio facto excommunicatus ita quòd nulla poſsit tergiuer-
ſatione celari,aut iuris remedio excuſari.quod intellige etiã
ſi non ſit in genere vel ſpecie denũtiatus , ſecundùm hunc
textum.Et additur quòd per hæc papa excommunicatos , &
ſuſpenſos,interdictos,ſeu prohibitos non intendit in aliquo
releuare,nec eis quomodolibet ſuffragari . Et ita etiã refert
Panorm.in clemen . ij.de ſentent.excommuni.ibi fuiſſe ſta-
tutum.Et ita etiam dicitur eſſe in vero regiſtro eius.Et idem
concludit do.Feli.in cap.Rodulphus.de reſcriptis. Cauſa ve-
rò diuerſarum copiarum potuit eſſe diuerſitas cõciliorum.
in quibus de ea mentio facta eſt,& aliquid mutatum . Vnde
concilium Baſilienſe aliqualiter conſtitutionem Conſtan-
tienſis alterauit.Et huic literæ videtur ſtandum, vt etiam di-
cit Feli.ita tamen quòd illud quod dicitur de remedio iuris,
non intelligatur ſolùm de remedio vero, quia ſic concilium
nihil concederet:ſed intelligatur etiam de remedio apparen
10 ti & diſputatione ſuſtentabili,licet falſo.¶Sed † circa prędi-
cta,dubia infinita conſurgunt. ¶Primum eſt , vtrum ſit ex-
communicatus papa vel alius prælatus communicando ex-
communicato à ſe vel à ſuo inferiori?Et dico quòd papa di-
ſpenſare poteſt in participando cum excommunicatis : quia
eccleſia in ordinando pertinentia ad ſalutem errare non po-
teſt, cũ regatur à Spiritu ſancto:vt habetur diſt.viij.qui con -
tempta.ipſa autẽ in hoc diſpenſauit, vt patuit per decretum
Conſtantienſe:& quotidie diſpenſat,ad ſcandala tollẽda,quę
multum caueri debẽt.di. 5 o.vt conſtitueretur.Nec obſtat ꝙ
excommunicatis nõ communicare ſit de doctrina apoſtolo-
rum.xj.q.iij.ſicut & patet j.Cor.v.& in ſecũda cononica Ioã.
c.vnico:quia,vt dicit Sanct.Tho.in iiij.non omnia quæ ſunt
in doctrina apoſtolorum,ſunt propriè & ſtrictè de iure diui-
no,ſcilicet ſumẽdo illud pro his quę ſunt pertinẽtia ad fidem
& ſubſtantiam ſacramentorum , & moralia ad ſalutẽ neceſ-
ſaria,in quibus ſolus Deus diſpenſat:ſed quædam ſunt perti-
nentia ad ritus,& decentiam Chriſtianæ religionis,quæ ſunt
puræ ordinationes apoſtolorum,nõ Dei,ſeu diuini iuris:& in
his papa tollere poteſt & ſuſpẽdere ordinationes, cùm vide-
rit expedire:cùm eccleſia habeat illã authoritatẽ,quam tunc
papa ſuccedente Petro,qui præfuit omnibus apoſtolis.Vnde
cum bigamo diſpenſat.di.xxxiiij.lector:quod eſt contra tex.
apoſtoli.j.Timo.iij.Igitur dico, quantum attinet ad papam,
quòd non incidit in minorẽ,ſecundum glo.in c.nulli.eo.titu.
quia hoc vinculum contrahitur à iure poſitiuo,quo papa non
ligatur:vt in c.propoſuit.de conceſ.præben.Panor. tamen in
cap.cum deſideres.eod .titu.addit quòd peccat quando non
ſubeſt cauſa participandi:quia tunc facit contra ius diuinum
illud,quo in Euangelio cauetur , quòd qui ſe non vult corri-
gere,excommunicetur,& ſit vt ethnicus & publicanus.Vnde
papa non habendo eum vt ethnicum,peccat contra ius diui-
num,cui ſubijcitur.xxv.q j.ſunt quidam.non tamen incidit in
minorem:quilibet autem inferior papa in eam incidit parti-
cipando:vt idem ibidem dicit: etiam ſi talem vellet haberi
pro abſoluto: quia non poteſt illo modo abſoluere.¶Secun-
dum † eſt,vtrum delegatus excommunicare poſsit excom- 11
municatione maiori eos,qui participant excommunicato à
ſe?Et dico quòd ſic:& illi tenentur abſolutionẽ petere ab eo
vel à delegante.extra de offi.dele.præterea.&. c.ſignificaſti.
&.c.prudentiam. quod tamen intelligendũ eſt ſolùm cũ illa
ſolennitate,de qua dictũ eſt ſuprà,Excõmunicatio.ij.in prin.
caſu ix.¶Tertium † eſt,vtrũ poſsit quis vẽdendo vel emẽdo 12
contrahere cum ſeruitore excõmunicati?Et dico quòd ſic,ſe
cundum Veruec.ſi agat ſuo nomine,& nõ in fraudẽ . Si verò
agat nomine excõmunicati,nõ eſt cum eo contrahẽdũ,ſicut
nec cum excõmunicato.quod intelligo, niſi eo caſu quo iſta
cum excõmunicato licet:puta in vitæ neceſſarijs.Si tamẽ vi-
deo aliquos afferẽtes venalia de mercato publicè excommu
nicato,ſcilicet quantum ad omnes ibi contrahentes,ſecundũ
eundem,nõ teneor ꝓpter hoc eos vitare, niſi mihi aliter in-
noteſcat, ꝙ ea ibi emerũt:de rebus aũt ibi emptis comedere
poteſt quilibet,maximè ſi nõ fuit in culpa emẽdi, vt notatur
in Sum.Con.li.iij.ti.xxxiij.quęſt.cxciij.¶†Quartũ eſt, vtrum 13
ab vxore vel familia excõmunicati poſsimus aliquid accipe-
re?Et dico ſecundũ Veruec.ꝙ ſic,ſi ſua & ſuo nomine dede-
rint.ſecus ſi nomine excõmunicati & ſuo ſimul,vel excõmu-
nicati ſolùm.Item ſecus ſi dederint de cõmunibus bonis aut
proprijs excõmunicati:niſi fortè ille conceſsiſſet ꝙ ſuo pro-
prio nomine poſſent dare.Et intelligo niſi hoc cõceſſerit in
fraudẽ,puta quia ſciebat quòd aliter talia acceptata nõ fuiſ-
ſent.Et ſi dubitatur quæ vel quo nomine dentur:tenendũ eſt
certum,ſecundũ eundẽ Veruec.niſi ſcilicet eſſet tãta neceſsi
tas in accipiente, ꝙ excuſaret:vt in Sum.Conf.eo.tit.q.cxlvj.
¶Quintum eſt†vtrum prædicatores poſsint excõmunicatis 14
participare paſsim?Et dico ſecundũ Veruec.quòd eleemoſy-
nas poſſunt accipere tẽpore & occaſiõe prædicationis ac cõ
feſsiõis,vt dictũ eſt,etiã ſi aliunde poſſent ſibi prouidere, ſe-
cundũ quoſdã:quia,vt dicit Hoſt.illa cõſtitutio extra eo.cum
voluntate.ꝓpter prædicatores ſpecialiter facta eſt, qui ſcili-
cet alio iure tẽpore neceſsitatis poterãt accipere.xj.q.iij.quo
niam multos.Vnde aut iſta conſtitutio nihil eis contulit: aut
accipere tũc poſſunt etiã ſine caſu neceſsitatis,licet Inn.in d.
c.cum voluntate.dicat oppoſitũ eſſe tutius . quod verũ puto,
niſi refutatio impediret fructum prædicationis, gratia cuius
etiam verba impertinẽtia poſſunt interponi,vt ibi dicit̃. Sed
præter has cauſas,ſcilicet prædicationis ac cõfeſsionis & ne-
ceſsitatis nõ debẽt accipere ab excõicatis & ſimilibus,id eſt,
oppreſſoribus pauperũ & deſidẽtibus.di.xc.obligatiões.&.c.
eorũ.xvij.q.iiij.miror.& cõſentit Ber.& Sum.Cõ.li.iij.ti. xxx
iij.q.clxvij.Ad eandẽ quoq; menſurã ſedere nõ debẽt ſecun-
dum vtroſq;,ſcilicet ſi aliàs poſſunt ſibi ꝓuidere,ſecundũ gl.
Ray.Quod prędicatores nõ proficiãt: quãdiu tñ probabili-
ter ſperãt profectũ,recipere poſſunt.ff.de nego.geſt.l.ſed an
vltro.aliàs autẽ non,ſecundũ gl.Ray.&Hoſt.¶Sextum†eſt, 15
vtrum legatũ accipi poſsit ab excõmunicato?Et dico ſecũdũ
Inn.in d.c. cũ voluntate. ꝙ ſic:niſi ſit factũ ad hoc,vt oretur
pro anima eius.Et dicit quòd licet mortuaria, quę dãtur pro

anima,non ſint ab excommunicato recipienda, cùm pro eo
non ſit orandum:tamen ſi non pro anima,ſed ſicut alteri pri
uato excommunicatus aliquid leget eccleſiæ, illud recipere
poteſt:quia ille nec teſtari prohibetur.& cõſentit Pet.de Sa-
pſona.Ho.tamẽ contrarium ſentit,vt no.in Sum.Conf.eo.ti.
q.cxlvj.Sed primum dictũ videtur verius:quia in morte ceſ-
ſat potiſsima ratio prohibẽdi participationẽ:ſcilicet vt excõ
municatus reſipiſcat.extra eo.cum medicinalis.lib.vj.Et ſive
rum eſt primũ dictũ,addo quòd etiam ſi fiat legatũ vt ore-
tur pro anima illa, eodẽ modo quo licet orare, iuxta dicta ſ.
eo.ti.in prin.poteſt recipi:tũ quia hic ceſſat ratio Inn.ſcilicet
quòd pro eo nõ ſit orandũ:tum etiã quia iſta participatio eſt
pro bono animę eius:cùm ordinet ad orationẽ priuatã. ¶Se-
16 ptimum† eſt,vtrum fratres recipere poſsint eleemoſynas in
hoc caſu,ſcilicet quãdo Petrus,qui cõſueuit eis dare ſingulis
ſeptimanis certam ſummã,vidit ſe in breui excõmunicandũ:
ideoq; ordinauit amico vt dictã ſummã daret eis donec re-
uocaretur mandatum vel ſentẽtia,ſpondens ſe ſatisfacturũ?
Et dico ſecundũ gl.Ray.& Sum.Conf.eo.tit.q.clix. quòd ſic,
ſi fratres hoc non procurarũt:nec peccabunt ipſi recipientes
ab amico dãte nomine ſuo:nec excõmunicatus, qui proprio
motu ſibi prouidit in futurum,& pia intentione, ſciens quod
fratres ab eo excommunicato nõ reciperẽt.Secus verò ſi fra
tres hoc procurarũt:quia canoni facerẽt fraudẽ,licet ille ſuo
nomine daret.fit enim fraus canoni vel legi,quãdo ſalua lite
ræ ſuperficie,per adinuentionem aliquam dolo malo cõtra
mentem eius venitur.ff.de legi.l.contra legem. ¶Octauum
17 † eſt,vtrum excuſentur patres & domini ſi participãt filijs &
ſeruis excommunicatis, ſicut econuerſo? Et dico ſecundum
Ray.& Veruec.quòd ſecundũ aliquos excuſantur.Sed tutius
eſt dicere ꝙ nõ:quia ſuos minores corrigere tenebãtur ne in
ciderent.ar.xxvij.q.j.de filia.& conſentit Gof.& Hoſt.&vide-
tur verum,quando ipſi fuerunt cauſa quòd inciderent vel eſ-
ſent in mora petendæ abſolutionis,ſecundũ Arch.Aliter,in-
quit,locum habet quod S.Tho.dicit in iiij.diſt. xviij.quòd ad
minus debẽt eis cõmunicare in his,ad quę ſunt obligati:quia
ſicut inferiores ſuperioribus ad obſequium,ita ſuperiores in-
ferioribus ad prouidentiã obligantur. Vnde intelligo quòd
tantũ licitè communicant, quantùm requirit paternalis,aut
dominatiua gubernatio.quod intelligo, etiam ſi fuerunt in
cauſa:quia per hoc nõ tollitur obligatio eorũ.Et adde quòd
quando parentes à filijs alimenta recipiunt,licitè eis commu
nicant:vt in Sum.Con.lib.iij.titu.xxviij.q.cxxxj.Sed intellige
quod licitè participant in petendo & accipiendo alimenta
tanquam debita,ſi ea filij debent:non autem cõueniendo, ſi
aliter facere poſſunt:quia eo caſu non ideo excuſantur, quia
debeant filio,ſicut ſubditi ſuo ſuperiori: ſed quia filius debet
eis ſicut debitor creditori.Et eodmodo me dicẽdum videtur
de ſeruis excommunicatis,qui ſeruiũt domino:& de merce-
narijs,quibus licitè cõmunicãt conductores,vbi ſine magno
incommodo eos vitare non poſſent.Et idem de ſocijs haben-
tibus aliquid commune.Hoſt.Ber.& Sum.Conf.ibi.q.cxxxij.
& in cap.ſi verè.eod.titu.vbi Pan. notat iſta eſſe vera, ſi ſo-
cietas erat contracta ante excommunicationem, & etiam ſi
poſt:& ego nõ contraxi,ſed in ius ſucceſsi alterius : quia non
ſum in culpa:& ſocietas originem habuit ante excõmunica-
tionem.Secus ſi ego contraxi:quia peccaui contrahẽdo.hæc
ille,recitans Hoſtien.& videtur dicere repugnãtia.Sed intel-
ligo quòd dicat ſocietatem contractam poſt excommunica
tionem,nõ ſimpliciter,ſed in ordine ad me,qui ſucceſsi in ius
alterius,qui ante ſententiam contraxerat.Et intellige,ſecun-
dum eundem,quando ex abſtinentia ſocietatis dãnum immi
net mihi:non autem quando imminet excommunicato:quia

non teneor illi communicare in ſuum fauorem.Intellige
etiam arg.d.c.ſi verè.quòd ſemper participari poteſt ad cu-
tandum damnũ emergẽs,ar. etiã doctorũ ſuprà notabili ij.
in prin.ſed eo caſu voluntariæ cõmunicationes ſunt vitandæ.
¶Nonum,†an excuſentur vaſalli dominis cõmunicantes? Et
dico circa hoc eſſe triplicẽ opinionẽ.& prima eſt Ric.in iiij.
diſt.xviij.ꝙ non:quia abſoluti ſunt durante ſententia,vt in c.
nos ſanctorũ.xv.q.vj.& cõſentit Hug.& Sum.Ro.Secũda eſt
Inn.& Hoſt.in c.veritatis.de do.& contu. qui loquuntur am-
biguè,nec audent diffinire: ſed recitant cõtrarias opiniones.
& conſequenter,ſecũdum eos,eligenda eſt tutior,id eſt,præ-
cedens.Tertia verò eſt diſtinguẽtium,vt diſtinguit Veruec.
dicens quòd eos vitare tenentur cùm ſententia contra domi
num aggrauatur:& præcipitur vaſallis ne obediant illi.& ſic
intelligitur d.cap.nos ſanctorum.& Supple. dicens quod nõ
excuſantur quando poſſunt cõmodè dominũ vitare:aliàs ne-
ceſsitas excuſat.Sed veritas eſt iuxta ea quę determinata ſunt
ſuprà.§.iiij.& viij.quòd dominus agere non poteſt; ipſi ta-
men debita reddere tenẽtur:& in hoc licitè cõmunicant,etiã
ſoluendo in propria perſona,vt in Sum.Conf.eo.ti.q.cxxxj.
& non aliter.Nec obſtat ca.nos ſanctorum.quia nõ abſoluit
vaſallos à debitis,ſed à iuramẽto fidelitatis,quod eſt magnæ
ſeruitus vltra debitum:vt infrà, Vaſallus.& hoc patet ibi per
gloſ.& tex.Si tamen dubium eſt vtrum princeps ſit excõmu
nicatus nécne,vaſalli obedire tenentur in omnibus vt prius:
quia in dubijs,ſuperioribus obediendum eſt,ſecundum Doc.
vt xxiij.q.j.quid culpatur.¶Decimum† eſt,vtrum poſsit quis 19
iudicibus vel rectoribus excommunicatis communicare in
iudicio ſtando coram eis? Et dico ſecundum Veruec.quòd
ſic,ſi eſt de iuriſdictione illorum, & vocatur : quia eſt caſus
neceſsitatis.& ſimiliter ſi coram eis conuenit ſuos iniuriato-
res:quia etiã in hoc non ſolùm eſt neceſsitas:ſed etiam com
municatur tali in ſpectãtibus ad ſalutem animę,ſcilicet red-
dere cuique ſuum:aliter pararetur via raptoribus. Item quia
ſi licitè conuenio excommunicatum ratione debiti : pari ra-
tione & coram excommunicato.Licet etiam iudicem excõ-
municatum requirere, vt iuuet inquiſitores contra hæreti-
cos : nec inquirentes incidunt in minorem.extra de hæreti.
c.præſidentes.lib.vj. Imò in eadẽ cauſa hæreſis recipi poteſt
teſtis excommunicatus.extra,de hære.cap.in fidei.libro vj.in
alijs tamen caſibus non licet prædictis communicare : puta
comedendo vel huiuſmodi:quia non ſunt de perſonis exem-
ptis,ſecundum Veruec.& Sum.Conf.eo.ti.q.cxxxvij.¶Vnde-
cimum † eſt epiſcopus ſi communicet excõmunicato à ſe in 20
crimine dãnato vel criminoſo,id eſt, propter quod illud ex-
cõmunicauit,vtrũ incurrat eandẽ ſententiã? Et dico ꝙ nõ ſe-
cundũ Ber.& Gof.ſed incurrit minorẽ tantũmodo:aliter in
ſentẽtia ligaretur.quod fieri nõ poteſt:cùm nemo poſsit ſua
ſentẽtia ligari.ar.ff.de arbi.l.pe.&de iud.l.Iulianus.Sed Ra.
Inn.& Ho.ſentiũt ꝙ incurrat eandẽ:& nõ ſua,ſed iuris ſen-
tia ligatur,licet occaſiõe ſuæ:extra eo.nuper.& ꝙ à ſuperio-
ri oportet illũ abſolui.& ſic intelligitur c.ſicut apoſtolica.
iij.cũ tribus ſequẽtibus.& extra eo.ſi concubinæ.& conſentit
Ioã.Mo.& Arch.& addit Hoſ.quòd incurrit etiã minorẽ.Ex-
emplũ verò horũ eſt ſi epiſcopus cognoſcat illam quã pro
fornicatione damnauit:vel ſi cõſanguineũ vel amicũ damna
uit pro rapina facta ſuo inimico,& raptori fauet occultè,&
cum eo participat.Si tamen epiſcopus vel alius excommuni-
caſſet aliquẽ cum omnibus auxiliantibus: & ipſe excõmuni-
cator fuerit vnus ex illis,nõ ligatur:quia cũ non ligetur à iu-
re,ligaretur à ſe;quod eſſe nõ poteſt:cùm nemo ſe poſsit vel
abſoluere vel dãnare:ſed tantũ ſuperior.diſt.xxj. inferior.
extra de maio.&obedien.cum inferior.Sed Inn.extra eod.
quod



quod in dubijs.ſecundum Archid.extra eo.ſtatuimus.libr. vj.
21 ¶†Duodecimum eſt,vtrum qui tenetur iuramento ſoluere
alicui in certo termino,ſoluere teneatur ſi ille excommuni-
cetur interim? Et dico in hoc eſſe varias doctorum ſentẽtias.
Nam Hoſt.& Ray.tenent quòd ſoluere non debet:ſed ſum-
mã in ſacra æde deponere donec abſoluatur.xv.q.vj.nos ſan-
ctorum.vt citius reſipiſcat:ſi tamen eccleſia me abſoluit du-
rante ſententia à iuramento exigente contumacia rei, quod
facere poteſt:vt xv.quæſt.vj.iuratos.& extra,de iureiur.veni-
entes.& de pœn.cap.ſi.eo caſu depoſitionẽ fieri nõ oportet,
ſecundum Hoſtien.&idem tenet glo.in cap.iuratos.xv.q.vj.
& idẽ Supple.& Sum..Roſ.& Ang.gl.verò Rayn.dicit quòd
ſi iſte ſolutionem differat ex auaritia,nõ ex zelo iuſtitiæ,pec
cat Deo:licet ab eccleſia non puniatur.Innocen.verò conſu-
lit tali quòd ſoluat:quia& ſeruiens tenetur ſeruire ei vt pro-
miſit.xj.q.iij. quoniam multos.Et hanc opinionem Summa
Piſ.cum Archid.dicit veriorem,& ſequitur:& ſine dubio iſta
eſt mens Sancti Tho.in iiij.vbi probat patrem & dominum
poſſe communicare filio& ſeruo excommunicato,ſaltem in
his ad quę tenẽtur,vbi virtualiter habet iſtam maximã,quòd
obligatus excõmunicato ante ſententiã,eſt obligatus etiam
poſt,niſi abſoluatur:vt vaſallus quo ad iuramẽtum fidelita-
tis. Et hoc eſſe verum, patet etiã ex dictis Hoſt. tenẽtis opi-
nionẽ cõtrariã:quia ipſe fatetur quòd debens aliquid excom
municato ex contractu,tenetur quo ad obligationẽ natura-
lem,etiam ſi nõ interuenerit iuramẽtum,vt dictũ eſt ſ.iij.§.
xxiij.Obijcit autem Supple.quòd illud cap.quoniam. nõ lo-
quitur niſi de obligatione procedente ex conuerſatione do-
meſtica.Sed dico primò hoc eſſe falſum:quia extẽditur illud
cap.etiam ad colonos,vt iuſtum eſt:& data veritate huius,di
co ſecũdò quòd ſicut illa obligatio ad cõuerſandum dome-
ſticè excuſat communicationem domeſticã: ita minor obli-
gatio,quæ eſt ex cõtractu,excuſat minorẽ,quæ eſt in reddẽ-
do debitum.Obijcit etiam Roſel.allegãs Panorm. in c.inter
alia.eod.tit.qui tenet aliam opinionem per locum à ſpeciali:
quia ſi ſpeciale eſt in filijs,& mercenarijs,&ſimilibus,de qui-
bus in dicto cap.quoniam.ergo in alijs erit contrarium:quia
non debeo incurrere periculum animæ ex facto excõmuni-
cati.Sed dico primò quòd eſt ſpeciale in prędictis quantũ ad
communicationem domeſticã vel magnam,nõ quantum ad
paruam,quæ eſt in reddendo:hoc tamen dato,dico ſecundò
quòd in alijs erit cõtrariũ,vbi eſt ratio minor vel etiã par,nõ
extendendo ius priuilegiatum:ſecus vbi eſt ratio maior,vt in
debitore,qui iã accepit quod reddat:ſicut mercenarius exhi-
bet id gratia cuius accipiat.Nec incurritur periculũ animæ
faciendo id ad quod obligat lex naturæ,id eſt,ſoluẽdo debi-
tum:ſed potius non ſoluendo,quando quis non eſt abſolutus
ab obligatione. Et ſi dicatur quòd abſoluit eccleſia eo ipſo
quòd prohibet tali communicare,nõ valet: quia nũquam eſt
intelligẽdum quòd inferiorẽ aliquid agere velit aduerſus le-
gem ſuperioris,etiam in caſu à ſuperiore cõceſſo,niſi ſpecia-
liter exprimat:ſicut ſpecialiter exprimit de iuramẽto fideli-
22 tatis in vaſallo.¶†Decimumtertium eſt, vtrum participan-
do in diuinis ſemper incurratur ſentẽtia eadem ſiue maior?
Et dico quòd,vt ex dictis colligi poteſt,ſi excõmunicatus eſt
quis à papa ſententialiter & nominatim,ex tali participatio-
ne clericus incurrit eandem:vt ĩ.Excõmunicatio.vij.§.vj.lai-
cus verò minorem:vterq; tamẽ mortaliter peccat.Si verò eſt
excommunicatus à quocũq; iudice papa inferiore, & denun-
tiatus nominatim ſit clericus, incurrit minorẽ, & interdictũ
ingreſſus eccleſiæ:vt infrà Suſpenſio.§.vj.laicus verò mino-
rem tantum,ſecundũ aliquos:vterq; tamẽ mortaliter peccat.
Si verò eſt excõmunicatus generaliter à iure vel ab homine,

etiam ſi ſit papa:nec clericus nec laicus tenetur eum vitare,
etiam in diuinis,niſi ſit notorius clerici percuſſor:vt patet ex
decreto Conſtantienſi.Adde ſecũdum limitationem concilij
Baſiliẽſis,ante ſciſſuram, vel niſi aliàs ſit excõmunicatus ita
notoriè quòd nõ poſsit aliqua tergiuerſatione celari, etiam
ſi non ſit denũtiatus:quia, vt probat Feli.in cap.Rodulphus.
de reſcrip.notorius excõmunicatus nõ eſt neceſſariò denun-
tiandus.¶†Decimũquartum eſt,vtrũ participatio in diuinis 23
vel in alijs facta propter metum,vt quia tyrannus cogit ſub
comminatione mortis aut verberũ,excuſetur? Et dico ſecun
dum Hoſt.quòd beatus eſſet ſacerdos ſi ſe ad martyriũ prę-
paret:quia metus &ſi culpam attenuet,nõ tñ ſimpliciter ex-
cuſat.xxxij.q.v.ita ne.Sed in iſta opinione ipſe eſt ſingularis,
& nõ tenetur.Hug.autẽ & Veruec.&Sum.Conf. & cõmuni-
ter omnes,dicunt quòd excuſat metus cadens in virũ cõſtan
tem,de quo ĩ.Metus.ſic quòd nec peccatũ nec ſententia,etiã
minor,incurrit: quia in talibus excuſat caſus neceſsitatis vel
etiam vtilitatis,quod minus eſt,Item quia nõ tenet quis obe-
dire prælatis pręcipiẽtibus ſubire mortẽ aut verbera,vel ali-
quid facere,ad quod iſta ſequũtur:vt ſ.Charitas.§.ij.& ĩ.Re-
ligio.vj.§.vlt.Metus verò,qui in cõſtantẽ virũ non cadit,non
excuſat.Fallit tamẽ,quod dictũ eſt,in duobus.Primò, quãdo
participatio eſſet in crimine:quia tũc procedit dictum Hoſt.
& ſua probatio.Secũdò,quãdo excõmunicationis cauſa eſſet
pro tutãda fide:quia pro fide & cõmuni ſalute, quãdo aliter
defenſari nõ poteſt,prælatus ſubditũ põt obligare: vt ibi di-
ctum eſt,& dicetur.Caput autem,ſacris. quod met.cauſa. di-
cens quòd ꝓ nullo metu debet quis peccatũ mortale incur-
rere, præſupponit participantẽ facere contra præceptum ad
quod tenetur:ideo loquitur quãdo metus eſt leuis,vel parti-
cipatur in crimine vel in præiudiciũ fidei.¶†Decimũquintũ 24
eſt,vtrum ſacerdos cui mandat iudex vt aliquem denuntiet
excommunicatũ,ſtatim viſis literis teneat eũ vitare? Et dico
ſecundũ Veruec.quòd debet eũ præſumere excommunica-
tum,ſi iudex eſt ordinarius,vel etiam delegatus, niſi probabi
liter dubitetur de ſua authoritate:ſi tamẽ poſtmodũ res de-
ducatur in iudicium,&ille neget ſe excõmunicatũ,dicit lite-
ras huius mandati non ſufficere ad probationem.quod puto
verum quando ageretur cõtra excommunicantẽ coram ſu-
periore.cui oſtẽdere debet iuſtitiã cauſæ & iudicij. extra eo.
ſacro.aliàs in dubio ſtãdum eſt literis iudicis.extra de proba.
poſt ceſsionẽ.nõ tamen tenetur eum vitare, donec eũ denun
tiauerit,aut denuntiatũ cõſtet.Si autẽ iudex ſacerdoti man-
det quòd aliquẽ excõmunicet:nõ tenetur, vt dicit, eũ vitare
publicè, vel priuatim, donec eũ excõmunicauerit. ¶†Deci- 25
mumſextũ eſt,quomodo vitãdus ſit excõmunicatus? Et dico
quòd ſi de excõmunicatione certũ eſt,excõmunicatus occul-
tè vitari debet in occulto:puta bono modo recedẽdo vel ta-
cendo,aut occaſiones quærẽdo,taliter quòd nõ ꝓdatur. arg.
c.ſi tantùm.vj.q.ij.&.c.cùm nõ ab homine.eod.tit.& concor.
Ray.& Gof.Excõmunicatus verò publicè,puta quia cõmuni
ter ſcitur,& nõ tantùm à paucis, vitãdus eſt publicè: vt ſi in-
tret eccleſiã,recedẽdo inde,vel monendo vt ipſe recedat.quę
monitio,nõ eſt participatio illicita: cùm ſit in conuertendo
animã eius ad legis obſeruationẽ.Si verò de excõmunicatiõe
dubitatur,ſecũdum S.Tho.in quol.iiij.artic.xiiij. diſtinguen-
dum eſt:quia ſi dubitatio præcedit ſentẽtiã iudicũ:puta quia
nondum per eorum cõſenſum declaratum eſt,vitari non de-
bet,quouſq; certo iudicio terminetur.Si verò ſequitur cõcor
dem eorũ ſententiã,magis ſtãdum eſt ſentẽtiæ iudicũ,& vi-
tandus eſt.Cuius ratio eſt,ſecundũ mentẽ eius,quia in dubijs
obediẽdum eſt ſuperioribus,vt ibi innuitur, &, vt ibi dicitur,
quia iudices certius poſſunt percipere veritatẽ.Itẽ quia ſi ſen-

tentijs non ſtaretur non ſuſpenſis, appellatione;ſed quilibet pro ſuo arbitratu calumniã poſſet ingerere, reipublicæ bono præiudicaretur.Sed prędicta intellige de dubitatione iuris propter varietatem opinionum:vt in Sum.Conf.libro iij. tit.xxxiij.quæſt.cxciiij.non de dubitatione facti, de qua dictũ eſt ſuprà. §.ij. caſu iiij.

26 ¶†Decimumſeptimum eſt, vtrum is, quem ſcio ſemel excommunicatum,ſemper &vbiq; ſit vitandus,aut ſemper peccem nõ euitãdo?Et dico quòd ſi eum,de quo mihi cõſtat,quòd ſit Pariſijs publicatus, poſtea inuenio Bononiæ,vbi de hoc nihil ſcitur ,ſecundũ quoſdam, ibi vitare teneor. Vnde Inn.dicit in cap.inquiſitioni. extra eo.& approbat Panor.in cap.ad noſtram. el iiij.de iureiurã.& in cap. cùm non ab homine. extra eo. quòd ſi quis eſſet in vna prouincia notoriè excommunicatus,& in alia mihi ſoli pareret, debeo eum vitare ibi etiam in publico:quia nõ poteſt iſte dici ab eccleſia toleratus. Poſſet tñ ſecundum Veruec.& Sum. Confeſ.ac Piſa.benignius dici hoc eſſe verum, quãdo habeo de excommunicatione teſtes vel inſtrumenta, quibus facilè eum probarem.aliàs teneor ſolùm vitare in diœceſi, in qua facta eſt publicatio.Intelligo tamen quòd ſi eã probare non poſſem, tenerer tamen eũ vitare in occulto: quia maior eſt de iſto ratio,quàm de eo,qui nullibi eſt notoriè excommunicatus.Eum verò,de cuius ſentẽtia mihi conſtat,ſi video poſt annum,ſecundum Veruec.ei cõmunicare poſſum,& eũ credere abſolutum, ſi talis eſt quòd credatur timoroſus, & qui tunc ſeruabat excõmunicationem,& modò non ſeruat. arg. extra de offic.ordin.ex parte.aliàs debeo eum vitare ocultè vel publicè,ſecundum quod ſentẽtia eſt occulta vel publica, donec cõſtiterit vel præſumatur probabiliter de abſolutione.Igitur ſemel excõmunicatus, ſemꝑ & aliquo modo vbiq; vitandus eſt,niſi conſtet de abſolutione,per regulã,ſemel.de reg.iur.in vj.& facit cap. propoſuit.de cler.excõmunic.min. vel niſi eſſet talis,de quo hoc probabiliter pręſumatur.Si tamen ſubitò nõ aduerto actu de excõmunicatione eius,quem habitu ſcio excõmunicatum,nec pecco, nec incido in minorem,ſecundum Veruec.

27 ¶†Decimũoctauum eſt, vtrũ liceat mihi vti domo excommunicati?Et dico ſecundum glo.Rayner.quòd eo abſente non licet mihi hoſpitari in ea, vel inde ſumere neceſſaria vitæ,aut vinum ad celebrãdum,niſi accipiam ab vxore vel factore, eo modo quo dictum eſt ſuprà, dubio iiij.Si verò domum inuenio ſine cuſtodia, & prædicta facio ex confidentia amicitiæ, non licent prædicta: quia ſic quodam modo cõtraho cum illo, obligans me ad antidora. & ei communico.Si verò credo eum rem habiturũ non gratam cùm ſciuerit,nõ incido quidem in minorem, ſed tamen furtum committo.

28 ¶†Decimumnonum eſt, quomodo credere debeo aliquem eſſe excommunicatum ſic, quòd eum tenear vitare?Et dico hoc eſſe.Primò ſi vidi eum denũtiari, aut facientem aliquid cui ſcio annexam eſſe ſententiam:puta percutientem clericum.Secundò,ſecũdum Rayner. ſi eſt fama publica quòd ſit denuntiatus: aut egerit aliquid tale.Si autem alterum horum audio à fide dignis de viſu referentibus,teneor inquirere veritatem, & interim vitare illum, ſecundum eundem.Si verò fama eſt leuis,vel audio ab aduerſario:non teneor.xxij.quæſt.v. hoc videtur,& ij.quæſt.j.cap. j.& ij.quæſt.iij.non ſolùm.& extra eodem.c.cum deſideres. Tertiò,ſi audio ab aliquo hoc dicente de ſeipſo extra confeſsionem ſecundum omnes:non autem ſi in confeſsióne,ſecũdum Veruec.nec cõfeſsio reddatur odioſa: & quia ſcio ſolùm vt Deus.Et conſentit Hoſtiẽ. licet Hug.dixerit contrarium:cuius tamen dictum dupliciter eſt verũ.Primò, quãdo hoc ſcio in cõfeſsione ſimul & extra cõfeſsionem.Secũdò limitãdo quòd eũ debeo ſecretè monere & vitare quantũ cõmodè poſſum ſine ſcãdalo:ne dem ei materiam peccandi & ingerendi ſe aliorũ cõmunioni contra iura.arg.vj.q.ij.ſi tantum.& extra de offic.ordi.ſi ſacerdos.Quartò,ſecundũ Veruec.ſi audio quòd talis ſit excõmunicatus:&hoc ab epiſcopo vel alio eius prælato, aut ſacerdote parochiali,qui hoc mihi dicat denũtiando ſententiã:& talis eſt caſus, de quo ſolet excõmunicatio fieri.Secus verò ſi hoc dicat in locutione cõmuni:quia credere nõ teneor,aut illũ euitare.Secus etiã ſi aliqs illorũ dicat ſe vidiſſe parochianũ ſuum aliquid facientẽ,propter qđ incidit in excõmunicationẽ:&illud nó eſt publicum: quia ſecundũ Veruec.ſiue credã illũ vitare,ſiue non credam, illum vitare nõ teneor,etiã in occulto,quantũ ad euitandum excõmunicationẽ minorẽ: & multò minus ſi alius hoc dixerit.Si tñ credam,non debeo me ingerere cõmunioni illius,ſi poſſum ſine ſcandalo, ne dem materiã peccãdi.Sed iſta licet ſint vera modò,ratione decreti Conſtatienſi,tñ olim neceſſe erat vitare in occulto etiã occultum.extra eo.cùm nõ ab homine.Quintò,licet nõ teneatur credere ſacerdos ſi videat aliquẽ hora miſſæ nolentẽ intrare eccleſiã, ſed audire foris, præſumere eum excõmunicatũ,ſecundũ Veruec.tñ,vt dicit, inquirere tenetur veritatẽ,ſi eſt ſacerdos proprius,qui tenet agnoſcere vultũ pecoris ſui.

29 ¶†Vltimũ eſt, vtrũ iſta prohibitio participandi, extendatur ad mortuos?Et dico quòd cui cõmunicamus viuo,cõmunicamus &mortuo:extra de ſepul. ex parte.el ij.niſi poſt mortẽ appareat quòd nõ erat ei cõmunicandũ in vita:puta ſi poſt mortẽ de hæreſi cõuincatur. xxxiiij.q.ij.ſanè.& præter caſum de torneamentis.de quo j. Torneamentũ.§.j. Ecõtrario quoq; cui nõ cõmunicamus in vita,nec mortuo cõmunicare debemus.extra de ſepul.ſacris. niſi appareat ꝙ ei cõmunicandũ erat in vita:puta,qa oſtẽdit ſigna cõtritionis.extra eo.à nobis.el ij.de ſepul.parochiano. vel niſi recõſiliationẽ petiuerit.de ſepul.ſacris.in gl.quod intellige,ſi poſt mortẽ fiat abſolutio: & nõ ante abſolutioné, ſecundum Panorm.in cap.à nobis.el ij.extra,eodem titul.

## Ruſus de Excõmunicatione ſexto, ſcilicet percutientium clericos.

1 *Excommunicatio ſexto modo conſiderata à Can.ſi quis.xvij. quæſt.iiij.in delinquentes infligitur.Et ibidem verbum,ſi quis, quid contineat?Et quid clerici nomine contineatur?*

2 *Canonis,ſi quis.vt quis pœnam incurrat, quot requirantur?*

3 *Clericus quiſnam, aut religioſus, cap.ſi quis.prædicti priuilegio gaudeat?*

4 *Priuilegium prout ad negotium præſens pertinet iuxta Panorm.duplex.Et ibidem vtrunq; tractatur.*

5 *Clerici etiam ſine manuum violenta iniectione,quibus caſibus aduerſus iniuriam inferentem, Canon.ſi quis.priuilegio gaudeant,axiomatibus octo demonſtratur.*

6 *Clerico manus violẽtas inferre,quot modis ac caſibus ſine Cano.offenſiõe,quis poſsit quatuordecim cõcluſionibus expediunt.*

7 *Clericus in ſacris exiſtens,habitu dimiſſo, quibus caſibus priuilegium Cano.ſi quis.aut fori,perdat.Et ad finem huius numeri in tribus Archie.Florent.refellitur.*

8 *Clericus ſe ſponte verberibus in ſatisfactionem obtrudens,num ſit excommunicatus? Et in quã incidat excommunicationem?*

9 *Mulier clericum libidinosè impetentem ſi percutiat,an in Canonem incidat?*

10 *Clericum capillis arripiens,ac dicens:ſi nõ clericus eſſes,tecederem:an in Canonem incidat?Et quid de tangente res clerici adhærentes:num.ſequen.*

11 *Clericum aliquid per metum efficere cogens, num in canonem incidat? Et quid de eo, qui clericum de equo præcipitat,ut eius aſcenſu aduerſarium effugeret:num.ſeq.*

Cle



14 *Clericum criminoſum,an quilibet iudex,vel etiam clerici ſouius non iudex, ne fugiat, arripere queat vt eum iudici ſiſtat? Et quid de Poteſtatis familia,& creditore?*

1 EXCOMMVNICATIO † ſextò, ſpecialiter quo ad percuſſores clericorum & monachorum fertur in cap.ſi quis.xvij.q.iiij.& in c.non dubium.de ſent exc.Pro quo ſciendum eſt primò quòd per ly ſi quis, comprehenditur etiam fœmina,ſecundum gl.ibi,& Arch. & patet in c.mulieres.eo. tit.& per clericum vel monachum intelligitur perſona tali priuilegio gaudens vt ſic : ita quòd percuſſor eius in caſu , in quo non gaudet,non incidit.Et per manũ violentã intelligitur omnis effectus violenter illatus in perſonã vel adhærentia perſonæ:quia iſte canon,vt dicit Pan.in c.nuper.eo.ti.ponderat potius effectum violentiæ quàm modũ inferendi violentiam.quod patet in d.c.nup. vbi dicitur excõicatus qui clericum detinuit in cuſtodia,licet fortè eum non tetigerit:imò intelligitur omnis effectus iniurioſus,etiam ſi non eſſet violentus:vt in c.contingit.el j.eo.tit. vt cùm clericus ſponte ſe verberibus ſubijcit iniurioſis.

2 ¶Ad† hoc autem quòd quis in hunc canonem incidat,tria requiruntur.Primò effectus iniurioſè illatus.Vnde nõ incidit quis per iniurioſa verba aut cõminationes:puta eleuato pugno vel enſe,ſecundum Veruec. Gof.Hoſt.Ray.& Io.de Lig.quia iſta non tranſeunt in perſonam clerici.& ſecundum Io.And.nullus incidit in pœnam latæ ſententiæ per ſolã attentationem,niſi ad actus cõſummationem peruenerit.de elec.perpetuę.lib.vj.Secũdò ,quòd fiat ſuadente diabolo,id eſt,animo iniuriandi vel offendendi: qa tex.hoc dicit.& ſecundum Inno.& omnes Canoniſtas requiritur dolus & facti perpetratio:imò ſi quis intendens iniuriam inferre laico & errore iuſto deceptus infert clerico,non incidit,vt patebit. Tertiò, quòd effectus iniurioſus ſit notabilis apud animum inferentis:quia vt ſuprà,Excommunicatio.j.§. ij. dictum eſt ,ſententia canonis nunquam infertur, niſi pro mortali : quod in re modica eſſe non poteſt: in hoc tamen ſtabitur arbitrio boni viri, cùm arte determinari non poſsit.

3 ¶Sciendum† eſt ſecundò,quis ſit clericus vel religioſus gaudens iſto priuilegio?Et dico quòd ſecundum iura & communiter doctores,talis.Primò,omnis habens aliquem ordinem, etiam primam tonſuram ſolùm:vt de ætat.& qualit.cùm cõtingat.& no.Pet.de Anch.in c.j.de cle.coniug.lib.vj.Et ſecundò,omnes profeſsi vel profeſſæ religionis approbatæ,etiam ſi ſint cõuerſi vel cõuerſæ.Et tertiò,ſimiliter nouitij,ſcilicet religionem approbatã ſed ad probationem ingreſsi : vt in c. ſi religioſo.eo.t .lib.vj.etiam ſi ſint bigami, ſecundum Ioan. And.in q.mercuriali.¶De conuerſis autem eccleſiarum ſecularium diſtinguit Hoſt.in d.c.non dubium.quia ſi remanent in domo ſua viuentes vt laici ſiue ſi retinẽt ſibi aliquã ꝓprietatem,non gaudent iſto priuilegio . ſecus ſi ſe & ſua dedicarunt,incedentes tõſurati,& habitu mutato diuinas horas audientes,honeſteque viuentes:quia licet Sum.Ang.teneat,eos gaudere ſolùm ante factum,ſcilicet ad cautelam: tamen verius tenet Hoſt.quòd gaudent,ſcilicet antè & pòſt.Probatur hæc ſolutio in c.vt priuilegia.de priui.ver.hoc autem.& conſentit Sum.Roſ.eiuſdem ordinis.& Io.de Lig.& Pan.in d.ca. vt priuilegia.& addit Pan.quòd tales,ſcilicet ſibi aliquid retinentes,etiam non gaudent priuilegio fori:ſed cõueniri debent coram iudice ſeculari:licet largo modo ſint eccleſiaſticæ perſonæ.Et refert ſe Pan. ad notata per eum in capite ij. de foro comp.vbi dicit quòd ſolenniter pœnitentes non gaudent priuilegio fori:nec etiam eremitę.Et ratio eius eſt:quia nullus interuenit actus eximens eos etiam à iuriſdictione Imperatoris,qui eſt duplex,ſcilicet receptio ordinis, & conuerſio ad aliquam de religionibus approbatis : vt in c.ſi.de religioſo.& conſentit Lau.& Io.de Lig.licet glo.in c. quiſquis.xvij. q.iiij.quam ſequitur Innoc.& Arch. teneat quòd conuerſi & pœnitentes gaudeãt priuilegio clericali:& loquitur de conuerſis omnibus etiã ſi ſua nõ dedicauerint.Vide ſuprà Eccleſia.j.§.v.De fratribus autem & ſororibus tertij ordinis beati Dominici vel beati Franciſci Sũ.Ang.ſentit ꝙ gaudẽt ſolùm ante factum,non autem poſt:nõ ſolùm ſi in ſeculo laicaliter viuunt:ſed etiam ſi viuunt in congregatione,ſicut cæteri religioſi:quia,inquit,non ſunt religioſi propriè , cùm tria vota non promittant vni religioni approbatæ, & cras poſſunt eſſe meri ſeculares,ſi volunt.Sed iſta ratio non eſt bona : alioquin nouitij non gauderent,nec clerici habentes tantùm primam tonſuram.Vnde dico quòd loquendo de iure communi,de his,& de omnibus oblatis religioſorum vel gaudent,vt patet ex dictis ſuprà Eccleſia.j . vel ſaltem eodem modo diſtinguendum eſt:quia ſi viuunt in ſuis domibus laicaliter retenta ſibi aliqua proprietate,non gaudẽt.arg. c. duo ſunt.xij. q.j.& quod no.Hoſt.& communiter doc.in d.c.non dubium. &Car.in cle.j.de deci.Imò etiam ſi retinent ſibi ſolùm vſumfructum,vt notauit Pan.in d.c.vt priuilegia.nec ſufficit ſi habitum mutarunt,vt ibi per eundem patet:& per gl.non obſtãte quòd text.loquatur alternatiuè,id eſt,diſiunctè.Si verò ſe & ſua perpetuò dedicarũt ordinibus ſuis,gaudent : quia non eſt de his ratio minor,quàm de cõuerſis ſecularium eccleſiarũ. Loquendo verò iure priuilegiato,dico ꝙ omnes fratres & ſorores vtriuſque ordinis tertij beati Dominici & beati Franciſci gaudent per bullam auream Xyſti,& per aliud priuilegium incipiens,ſacroſanctã.& tenet Zab.in c. ſi diligenti. de foro comp.& Feli.in tract.quando literę apoſtolicæ præiud. patro.ecc. dicit indubitatũ quantum ad vtrunq; priuilegium. vide etiã vbi ſ̃.¶De eremitis autem Sum. Ang.ſequens Pan. qui in hac materia ſatis diſtat à vero,dicit quòd nõ gaudent: ſed quidam ex d.gl.in c.quiſquis. tenent contrarium . & hoc verum eſt,vt patuit ſuprà titu. Eccleſia.j.Et idem dicendum eſt de incluſa ſponte,ſecũdum Ant.de Bu.& Arch.licet dicta Summa hoc neget.¶De Ieſuatis autem , qui & diſcalciati & caputiati incedunt,ꝙ viuunt regulariter,dicit Pan.quòd non debent gaudere priuilegio:quia non ſunt clerici , nec ordines recipiunt,nec profitentur tria ſubſtãtialia vota,imò nullum,imò putat eos peccare mortaliter, cùm veniant contra conſtitutionem capi.fin.de reli.do . Sed tamen iſta fortè habent apparentiam loquendo iure communi quantum ad primos inſtitutores illius religionis:modò autem quia papa ſcit & tolerat,imò Martinus v.conceſsit eis vſque ad beneplacitum ſedis apoſtolicæ poſſe licitè in ſuo ſtatu permanere, nõ ſunt condemnandi:imò dico quòd gaudent,iuxta dicta ſuprà in tit.Eccleſia.j.ſecundum dominum Ant.de Butr. ¶De clerico etiam coniugato cum vna & virgine non bigamo incedente in habitu clericali & tonſura , dico quòd gaudet hoc priuilegio, & fori quantum ad delicta : vt in cap . vnico . de cler.coniuga.libr.vj . Sed ſi ſit coniugatus non bigamus, non deferens habitum clericalem,& tonſuram,perdit omne priuilegium ſine aliqua monitione, ſecundum Ioannem Andr. Mo.& Arch.in cap.Ioannes.de cle.coniu.& tex.in cap.vnico.

de cler.coniu.lib.vj.¶Nota† verò quòd cum ſecundum Pan. 4
cap.j.de apoſta.ſit duplex priuilegium,ſcilicet fori,vt ſcilicet tantùm quis conueniatur ſub eccleſiaſtico iudice:& canonis, ſi quis ſuadente . quia primum perditur difficilius : quia non perditur ex ſola dimiſsione habitus aut immiſtione enormium.extra eod.ſi vides.libr. vj. his autem aliquando perditur ſecundum. ¶Si autem talis dimiſerit habitum & tonſuram,& poſtea reaſſumpſerit:quidam dicunt quòd non gaudet:quia ſatis eſt quòd ſemel aſſumpſerit ſibi vitam laicalem

proſti

profeſsione:vt in regula,quod ſemel.de regu.iur.lib.vj.Sed alij verius dicunt contrarium: quia ſcilicet iuſta pœnitentia nemini eſt auferenda.ij.q.vij.ſi quis libellos.Et faciunt notata per Inn.in c.ſi.de vi.&hon.cle.dicentē ꝙ clerici priuilegio priuati propter ſe immiſcere negotiationibus,illud reaſſumunt dimittendo.& conſentiunt Io.Mo.&Arch.Et hanc opinionem probat cle.j.de vi.& hon.cler.rectè intellecta,in qua dicitur,quandiu in pręmiſsis exiſtãt vel inſiſtant,eo ipſo amittant.quod ſecundum verum intellectum ad omnia ibi pręmiſſa refertur:vt in c.j.&c.ſecundò requiris.de app.quod etiam confirmatur:quia illa conſtitutio eſt pœnalis: ideò in dubio recipere debet interpretationem mitiorem.Io.de Lig.¶De clerico verò depoſito ſiue degradato,dicit Hug.& Io.de Lig.& Hoſtien.quòd gaudet.Contrarium autem tenuit Bar.Bri.quod videtur probari per c.degradatio.de pœ.lib.vj.& extra de iud.cùm non ab homine. Sum.autem Confeſ.lib.iij.titu.xxxiij.q.xxxv.limitat quòd non gaudet depoſitus ſeu degradatus traditus curiæ ſeculari.Io.verò And.&Pan.in c.ex parte.de cle.coniu.limitant de depoſito actualiter.& eſt eadem limitatio,vt credo:quia, inquit Pan.depoſitus actualiter incontinenti per actualem degradationem clericale priuilegium perdens,efficitur de foro ſeculari: non autem in depoſitione verbali,niſi ſit incorrigibilis: quia tunc etiam perdit illud ſecundum communem lecturam in d.c.cùm non ab homine.Vide ſuprà Degradatio.&j.§.ſeq.&§.v.¶De promoto verò per ſaltum, dicendũ eſt quòd gaudet:quia characterem recipit.¶De excommunicato verò quidam dicunt quòd non gaudet per c.excõmunicatorum.xxiij.q.v.& ij.q.j.multi.Sed verius contrarium ſentit opinio communis:quia retinet ordinem,ratione cuius immunitas inducta eſt: durãte autem cauſa,durat effectus.ex v.Metaphyſ.&hoc tenet Io.de Am.Gof.Inno.& Io.And.& Speculator.¶De ordinato autem nõ baptizato,dico quòd nõ gaudet:quia non recipit characterem, ſecundum S.Tho.&idem dico de ordinato coactè coactione abſoluta.extra de bapt.maiores.in glo.Similiter nec ordinatus coactè coactione conditionali,niſi poſtea expreſsè vel tacitè ratificet ſecundum Io.de Lig.Sunt multæ aliæ perſonæ gaudentes hoc priuilegio: vt mulieres canonicè pœnitentes ſolenniter,templarij,hoſpitalarij,milites gaudentes,&huiuſmodi:de quibus ſuprà Eccleſia.j.§.v. ¶Sciendum † eſt tertiò quòd hoc priuilegio clerici gaudent,etiam ſine violenta manuum iniectiõe in multis caſibus iniurioſis:ita quòd inferens iniuriam incidit in iſtum canonem.¶Primò cùm quis percutit clericum ſubijcientem ſe ſponte verberibus pro emenda.extra eo.contingit.el j.de quibus ſuprà Euchariſtia.quia vt dicit Ray.talis percuſsio,& ſi non ſit violenta, tamen eſt iniurioſa ſaltem ordini clericali, in cuius fauore ꝓmulgatus eſt canon.Et in hoc concordant quaſi omnes. Ipſe verò clericus ſe ſubijciens ſecundum Ray.eſt excõmunicandus,vt ibi:& cõſentit Pan.ibi.¶Secundò cùm quis clericum retinet vinculatum aut carceratum carcere publico vel priuato, aut cuſtoditum:quia incidit,ſecundum Ray.vt j.§.vj.dubio v.qui verò illum retinet modico tempore etiam inuitũ &renitentem,vt auertat à flagitio,ſecundum Veruec.non peccat,citra tamen iniuriam percuſsionis.Vnde quilibet poteſt eum capere &ligare,modò quàm primum reſtituat ſuo pręlato.Et ſatis concor.Inno.in c.ſi verò.el j.eo.tit.&Hoſt.Et idem eſt ſecundum Pan.in d.c.ſi verò.ſi familia poteſtatis inueniat ipſum de nocte:quia contra eum eſt præſumptio ne velit facere aliquod malum.de offi.deleg.conſuluit.quod intelligo niſi probabiliter conſtet vel dubitetur de oppoſito:vt quia incedit honeſtè cum lumine.Et ſimiliter quando capitur ratione delicti vt ducatur ſuo prælato in dubio ne fugiat, ſecundum eum in c.cùm non ab homine.de iud. Et idem eſt ſi creditor timet de fuga eius,ſecundum Inno.&Pan.in c.vt famę.eo.tit.Et idem eſt ſi pro delicto detineatur per xx.horas ad teſtes cõuocandum,ne ſit locus inficiationi.facit l.capite quinto.ff.de adul.& in auth.vt li.ma.&auiæ.§.is quoque.Et idem eſt ſecundum Inno.ſi hoc fiat ne incidat in manus hoſtium: quia ei non irrogatur iniuria,ſed ſalus procuratur.ar.diſt.xlv.cum beatus.vide etiam infrà.§.vlt.Qui verò illum obſident vel claudunt in domo mulieris,non vt cuſtodiãt,ſed vt inferant verecundiã ſecundum Inno.non dicunť illum tenere in cuſtodia vel carcere:quia neq; hoc intendunt,nec inferunt violentiam perſonæ aut rebus adhærentibus.hæc ille,qui videtur dicere quòd nõ ſint excommunicati.Sed rationabilius Ioan.de Lig.dicit quòd obſidens eum in caſtro pro violãda perſona,incidit:nõ autem qui ꝓ habendo caſtro. claudens verò illũ in domo ad verecundiam,incidit:quia,inquit,facit iniuriam perſonæ.Intelligo tamen dictũ Inno.verum eſſe in duplici caſu.Primò, quando non ita clauditur in domo vt exire non poſsit:ſed vt exire non poſsit ſine erubeſcentia:vt quia exeundo cogit ſacere ſtrepitum &ſentiri.Secundò,quando obſidentes vt erubeſcat,intendũt erubeſcentiam leuem & iocoſam.¶Tertiò,cùm quis clericum mãdat capi vel cædi,& ſequitur effectus:quia incidit mandator & mandatarius, ſecundum Ray.& in c.perpendimus.& in c.mulieres.extra eo. Si tamen mandans reuocauit mandatum,diſtinguendum eſt: quia ſi mandatarius ante reuocationis notitiam iam percuſſerat,vterq; incidit,ſecundum Ber.& Hoſt.licet Inno.contrarium ſentiat.Si verò reuocatio ante percuſsionem ad eum peruenit:mandator non eſt excommunicatus.ar.extra de proc.ex inſinuatione.& in c.noſtra.& in d.c.mulieres.& conſentit Bern.Hoſt.& Gof.Et eadem quæſtio ac ſolutio fieri poteſt de conſulente,ſecundum Sum.Conf.Dicit tamen gl.Ray.quòd cùm percuſsio notitiam reuocationis præcedit,nõ incidit mãdator,ſi eſt ſufficienter contritus:quia ius nullum exiſtentem in charitate ligat,& ſi homo qui aliqñ iniuſtè ligat.Sed dictum Rayn.videtur verius:quia mortale præceſsit, & eius occaſione damnum irrogatum eſt: idemq; debet pœnã ſentire.extra de iniur.c.ſi.& de homi.c.ſi.lib.vj.Si autem mandator ante percuſsionem deceſſerit,ſecundum gl.in c.mulieres.eo.tit.non incidit:quia morte mandatoris ſoluitur mandatũ.ff.manda.l.inter cauſas.quod do.Ant. dicit verum ſolùm qñ mandatarius erat certificatus de morte,ſcđm Dir.Inno.Bart.Hoſt.ſi hoc eſt notorium,& in fine non fuit abſolutus, vel nõ apparuerunt pœnitentiæ ſigna haberi debet pro excõmunicato: nec ſepeliri debet in cœmeterio:nõ ex vi,inquit,eccleſię militantis,q̃a ea nullo modo ligat ſub terra.xxiiij.q.j.q̃cunq;.ſed ratione pacti notorij.& intelligit ꝙ ſub terra nõ ligatur nouiter.ſecus ſi diſcedat ligatus:vt hereticus decedens,licet ignotus eccleſię.Et ſimiliter Gof.dicit ꝙ incidit,niſi reuocauerit ante mortem:quia intelligitur in eadem voluntate decedere.Pan.verò dicit ibi quòd ſi pœnitentiam recepit in extremis,non incidit:licet fuerit in culpa non reuocando mandatum.Si verò non egit pœnitentiam,non incidit quidem de rigore,quia mãdatum reuocatur in morte: ſed quoniam deceſsit in eo peccato,tenetur de alterius delicto,ſicut tenetur principalis in nõ reuocando mãdatum:vt in l.ſi mandaſſem.ff.mandati. & operabitur hoc caſu excommunicatio: quia aut nõ ſepelietur in cœmeterio: aut ſepultus exhumabitur.c.in ſacris.de ſepul.hæc ille.cuius opinionem Ang. Excommunicatio.v.§.xxxiij.falsè recitat. Ex omnibus collige quòd eſt excommunicatus,vel ſaltem habendus tanquam excõmunicatus,ſi non pœnituit,cuius ſignũ fuit ſi non reuocauit.ſecus ſi nõ pœnituit.Si verò iniecta eſt manus in clericum nomine tuo,licet ſine mãdato,& ratum habuiſti, incidiſti: quia ratihabitio cõparatur mandato.de reg.iur.ratihabitio.lib.vj: Sed ſi nomine tuo factũ nõ fuit:ratum habendo peccans:ſed non incidis in canonem vel ſentẽtiam excommunicationis: extra eod.cum quis.lib.vj.¶Quartò quando quis non mandat quidem clericũ percuti, ſed tamen dicit ſuis quòd vellet de eo vindicari, animo prouocãdi illos:quia ſi illi ex hoc mo ti percutiant,ille incidit,ſecũdum Veruec. Idem etiam eſt ſi non dixerit eo animo:ſed tamen verba talia fuerãt,quæ comparentur mandato vel conſilio, cõſideratis omnibus circunſtantijs:quia dicẽdo fuit in culpa.& cogitare debuit hoc potuiſſe euenire:arg.cap.ſin de homicid.lib.vj. & dãti operam rei illicitæ homicidium etiam caſuale imputatur.¶Quintò, quando quis clericum à læſione nõ protegit, cùm tamen id ſine ſuo periculo poſſet.extra eo.quanto.quod verum dicunt Ioan.& Ber.in gloſ.ſuper dicto cap.quanto.& Gul.quantum ad officiales,ad quorum officiũ pertinet eos defendere.xxiiij.q.iij.forte.Hoſt.autem in Summa,dicit hoc intelligendum eſſe vniuerſaliter de quocũque, etiã ſi ex officio nõ teneretur:modò ſimplici verbo prohibere poſſet, argu. extra eod.dilecto.lib.vj.& conſentire videtur Ioan. de Lign. ſuper dictum cap.quãto.qđ Ioan.And.in nouel.in dicto cap. quanto.& Vinc.&Abb.& Hoſtien.& Dir.lib.iij. limitant quando quis doloſè dimittit.Et addit Ioan.And.quod in hunc vel aliũ canonem nullus incidit ſine dolo. ff.de adulter.l.pen.ff.de fica.l.j.idem Io.de Lig.Collige ergo quòd ſecundum omnes incidit dupliciter.Primò quando eſt officialis. Secundò,quãdo doloſè non prohibet:non autem incidit ſecũdum melius ſentientes,quãdo non eſt officialis,& non defendit ex negligentia vel timore etiam irrationabili. ¶Sextò, quando non tangit clericum manu vel inſtrumento manualiter tanto.ſed lapillo,vel ſputo,aut aqua,aut quocũque tali iacto in eũ iniurioſè:quia ſecundum Ray.& cõmuniter Doctores incidit,quod intelligo niſi iniuria eſſet leuis &iocoſa.¶Septimò, cùm quis clericũ inſequitur adeò acriter,vt ille quaſi coactus in aquam vel periculũ aliud ſe proijcit vt euadat:quia ſecundum Veruec.incidit.Si verò quis clericũ inſequatur vt cædat,& ille ſine percuſsione cadat,& lædať,Sum.Ang.tenet quòd incidat.& idem Supple.dicẽs non eſſe rationẽ diuerſitatis in primo & ſecundo caſu:cùm in vtroque læſio ab inſequente cauſetur.Oppoſitũ tenuit Sum. Roſ.eiuſdũ ordinis,& Sum.Piſa.& Archi.& hoc eſt rationabilius:quia illa læſio non fuit intenta in ſe ab inſecutore,vt patet: nec in ſua cauſa quæ eſt fuga:quia per accidens ſe habet ad illam.Et iſta eſt ratio diuerſitatis in caſu.¶Octauo,cùm quis infert metum clerico iniurioſè,ſcilicet nõ iocoſè per tactum aliquem non violentum, vt exeat de fundo hoc fine vt ipſe ingrediať, vel aliquid ſui ſe accipiat,quia iſte incidit,ſecundum Ioan.de Lig. & Archidiac.ſecus ſi metus eſſet verbalis tantùm: aut ſi realis, tñ ſine tactu,etiam ſi adeſſet intentio percutiendi: vt vibrando haſtam vel enſem:quia ſecundum Innocen.non incidit: quia non eſt iniectio manus in clericũ vel in adhærẽtia illi.& verba ſunt cum effectu accipienda:vt in cap.relatum.de cleric.non reſi.nec obeſt conatus ſine effectu.extra de ſpõ.iuuenis.¶†Sciendum eſt quartò quòd in multis caſibus quis infert manus violentas clerico, & non incidit in ſententiam iſtam.¶Primò cùm percuſſus à clerico ludente ſtatim etiam ſine deliberatione repercutit:vt extra eod.cap.j. ſecundũ Mona. quia hæc eſt conditio ludi, & quidam naturalis impulſus, vt percuſſus grauiter etiam repercutiat,ne videatur inferior.& generaliter dicit Richard.in quarto.diſtinct.xviij.quòd percutiens non ex deliberatione,quamuis turbatus, non incidit. Et idem eſt ſi ludens percutit deliberatè: tamen iocoſa leuitate & ſine dolo.Iſte enim ſecundum Veruec.nõ incidit:extra eod.cap.j.etiã ſi percutiat grauiter.intellige tamen intra limites ludi:quia ſi grauitas hoc excederet interueniente exceſſu magno ex lata culpa,ſecundũ aliquos,ſaltem præſumptiuè incideret:ſicut etiam ſi libidine vindictæ & dolo percutit quantum ad veritate rei.Sed oppoſitum credo verum ex dictis ſuprà eodem tit.in princip.& ſuprà Culpa.§.iij.Debet tamen ſecundum Ioan.de Lig.põderari qualitas ioci &ratio fallendi:quia in pœna canonis requiritur perſuaſio diabolica,quam iocus excludit,ipſius qualitate põderata.arg.notatorum in cap.j.de præſumpt.Et idem intelligo de quocũque repercutiẽte ſtatim & ſine deliberatione, etiã extra ludum: vt cùm tãta eſt ſubreptio quòd nec ſe vindicari nec iniuriari intendit.¶Secundò,quando quis ignorabat clericum eſſe, quem percuſsit:puta quia comã nutriebat:nec aliquid de clericatu apparebat:vt in cap.ſi verò.eodem tit.el ij.& cõſentit Innocen.& Ioan.And.& non incidit, etiam ſi occideret:quia dolus requiritur.Idem ſi habebat habitum, & nõ videbatur: puta quia de nocte erat,ſecundum aliquos.quod verum puto quãdo rei licitæ,puta defenſioni rerum ſuarum operam dabat.Si autem vidit in eo tonſuram,& tamen clericum nõ putauit,percutiendo incidit:vt gloſſ.not.in dicto cap. quod verum eſt ſecũdum Archi.niſi ex more patriæ,in qua laici plerunq; tonſuram ferunt tempore calorum, probabilis ignorantia excuſet.Dicit tamen Tancre.quòd ſi volẽs percutere Andream laicũ percutit Ioannẽ clericum,errans in perſona, neutrunq; cognoſcens,nõ incidit,per cap.ſi verò. eodem tit. cui Ioan.de Lig.cõſentit:quia nõ præceſsit ſuaſio diabolica. Sed oppoſitum ſenſit Ala.quia iniuriari voluit.ff.de fur.l.vltima.& hoc Hoſtien.tutius dicit.eſt etiam verius:quia dabat operam rei illicitæ.& hoc nõ ſine diabolica ſuaſione.Si verò erraret in qualitate:quia iſte qui eſt clericus,putat laicum videns eum in habitu laicali non gerentem ſe pro clerico,non incidit. extra eo. ſi verò.Sed ſi intẽdens percutere clericum, laicum percutiat:gloſſ.in dicto cap.ſi verò.ſentit quòd incidat.Sed oppoſitum ſenſit Ioan.de Lig.quia nõ debet quis iudicari ſecundũ quod intendit,ſed ſecundum quod facit.Conſentit Ber.& Innocen.imò ſecundum Fed.conſil.xiij.nõ eſſet irregularis,ſi in tali dubio celebraſſet.& ſequitur Panor.in dicto cap.ſi verò.Tertiò cùm percutit quis clericũ in habitu laicali incedentem,nihilq; oſtendentẽ de clericatu tertiò monitum & nõ correctum:vt eodem tit.cap.cõtingit. el ij. vbi ſingulariter notat Panorm.quòd ex ſolo delicto apoſtaſiæ nõ perdit priuilegium clericale, clericus etiam in minoribus exiſtens etiam deprehẽſus:ſed debet moneri tertiò, vt in cap.cõtingit.ibi.el iij.nec ſufficit,vt dicit, monitio vna pro tribus:quia ius trinã requirit,iuxta theoricam.glo.in cle.j.de vi.& hon.cler.Vnde Ioan.And.in cap.ex tuæ.de cler.nõ reſi. dicit quòd vbi ius requirit primã,ſecundam,& tertiã citationem per edictum cõtra abſentẽ, nõ ſufficit vnica peremptoria:quia in pœnalibus verba debẽt intelligi ſtrictè & ꝓpriè, non autem fictè & largè.Nec põt fieri iſta monitio per iudicem ſecularem aut quẽcunque aliũ,ſecundum Pan.per text. ibi,à te moniti:ſed per epiſcopum diœceſanũ ibi, in diœceſi tua.vel per quẽmcũque prælatũ habẽtem epiſcopalẽ iuriſdictionem in clericum:extra eo.in audiẽtia.Non tamen requiritur monitio ſpecialis, ſed ſufficit generalis:puta quòd epiſcopus faciat edictũ vt omnes clerici reaſſumãt habitum intra menſem:quia tex.in d.c.in audiẽtia.nõ requirit ſpecialem.& vbi iura volũt fieri ſpecialẽ exprimunt illã:vt in cle.j. de vi.& ho.cler.& in c.cõſtitutionẽ.extra eo.lib.vj.Sed nota quòd ſecundũ Gemin.in c.j.de cler.cõiu.lib.vj.habitus clericalis quo ad hoc quòd clericus gaudet priuilegio,conſiſtit in

veſtib



nica-ri.

veſtibus & tonſura. Quando autẽ clericus perdat priuilegiũ clericale ex habitus dimiſsione, vide §.ſeq. ¶Quartò in clerico, qui habitu cõtempto fert arma, & tertiò monitus nõ ſe correxit. extra eo. in audiẽtiia. vbi elicit Panor. quòd ex ſola dimiſsione habitus & delatione armorum militariũ nõ perdit priuilegiũ clericale. Et idẽ eſt ſi nõ ſit tertiò monitus, ſed immiſcet ſe tyrannidi. extra eod. cũ non ab homine. vbi hoc not. gl. & Innoc. extra eo. nõ dubium. vbi dicit idem de clerico ſeditionem & iniuſtam guerram faciẽte. extra eo. perpendimus. ¶Quintò, in clerico gerẽte negotia ſecularia, ſiue adminiſtrationem rerum ſecularium & monito: vt ſuprà extrà ne cler. vel mon. ſacerdotibus. & de vi. & hon. cler. cap. fin. ſed Supplementũ & Sum. Roſel. illud cap. intelligit, vt perdatur priuilegium in rebus tantùm. ſed Sum. Piſa. & Archi. & Veruec. & Innoc. & Hoſtien. tenent vt prius dicebatur. & hoc innuit ibi tex. dicens indiſtinctè quòd iſte ex facto ipſo priuilegium abijcit clericale. Et neceſſe eſt ſic dicere: quia ibi text. iſtum ſubijcit ſtatutis & conſuetudinibus patriæ quo ad res ipſas: quæ ſtatuta & conſuetudines volunt quod quis pro rebus interdum conueniatur coram iudice laico & arreſtetur, & capiatur, & carceri tradatur: vnde iſte perdit priuilegium fori, & à fortiori canonis, ſi quis ſuadete. quod facilius perditur ſecundum dictam Sum. Roſ. ¶Sextò, in clerico coniugato ſi habitum nõ defert, id eſt, veſtes & tõſuram. de cler. coniug. cap. vnico. lib. vj. & vide ſuprà Clericus. ij. §. fin. Sed addit dom. Alexand. conſil. viij. quòd cùm clerici non habeant habitum iure determinatum: vt eſt glo. in cle. j. de electio. quilibet habitus honeſtus eſt cõueniens clericis, cùm dicit quòd ferant habitum clericalem. & intelligo honeſtum: id eſt, conuenientem viro ſeni & graui: non iuueni vel hiſtrioni. ¶Septimò, in clericis buffonibus, macellarijs, & tabernarijs, qui talia officia publicè & perſonaliter faciũt: vt ſuprà Clericus. iij. §. v. vj. & vij. ¶Octauò in magiſtro percutiente. leuiter tamen, & cauſa diſciplinæ, extra eo. cũ voluntate, & cap. ex tenore. Nec diſtinguitur ſecundum Veruec. vtrum clericus ſit in ſacris vel in minoribus: ſicut nec in prælatis. in dictis capitulis. Et addit Veruec. quòd nõ incidit magiſter percutiens cum ira cauſa correctionis. Intellige tamẽ ſecus, vbi ira principaliter eſſet in cauſa. Addit etiam quòd nõ incidit ſubmagiſter percutiens dicto modo cõtra prohibitionem magiſtri principalis: vel alius quilibet, cui pueros docendos commiſerit: quia per huiuſmodi prohibitionem auferre nõ poteſt beneficiũ iuris. quod eſt, poſſe corrigere quos docet. Eſt autem idem de patre: vt in dicto cap. cũ voluntate. & facit l. ſi filius. C. de pa. po. & l. vnica. C. de emenda. propin. diſtinct. xlv. cap. diſciplina. Quod tamen limitat Sum. Ang. ſi clericus in minoribus, ſecundum Panor. in dicto cap. cum volutate. ſecundum Ioann. de Lign. Petrus de Peru. & Paul. Tanc. Veruec. Sum. Piſa. & Roſ. tenent quòd nõ incidit, etiam ſi ſit in ſacris. & ſi primum ſit tutius, tamen ſecundum eſt rationabilius, ſecundum Archi. quod etiam patet: quia dicta Sum. Ang. concedit quòd magiſter licitè verberat clericum exiſtentem in ſacris. vnde irrationabile eſt hanc poteſtatẽ ſubripere patri. Sed contra: quia licet dignitas epiſcopalis liberet à patria poteſtate: vt in cap. venerabilem. qui fil. ſint leg. ſcilicet vniuerſaliter, nõ autem ſacer ordo: vt falsè putauit gl. in d. c. cũ voluntate. & in c. Iudæorum. de æta. & quali. quia contrariũ tenet Innoc. & Hoſt. ſcilicet quòd nõ liberet, tamẽ quo ad percuſsionem, ſecũdum Pan. liberat quilibet ſacer ordo à patria & à ſeruili ſiue dominatiua quod arguit per cap. vniuerſitatis. eo. tit. arg. etiam cap. per venerabilem. qui fi. ſint legi. Sed dico quòd iſta nõ habent efficaciã: vnde tene primũ. & aduerte tamen quòd Sum. Roſ. malè adducit Pan. Et qđ de patre dictum eſt, intellige de propinquis. extra eo. cum voluntate. vbi dicit gl. quòd nõ ſolùm pater, ſed etiã propinqui domeſticos ſuos corrigere debent. C. de emenda. propin. vni. Et ſi tales perſonæ modũ excedant, nõ incidũt ſecundum gl. in d. c. cum voluntate. quia canon exigit dolum, ſine quo nõ eſt violentia: iſtæ autẽ manus ſunt charitatiuæ. Sed Io. de Lig. non conſentit: quia leuis tantùm caſtigatio eis permiſſa eſt. Sed concordo: quia ꝑ exceſſum nõ incidunt: cùm tempore nõ poſſint verbera ſuſpẽdere in ſtatera: ſed per manũ arbitrio boni viri. ¶Nonò in eo qui incontinenti vim vi repellit cũ moderamine inculpatæ tutelæ. extra eo. ſi verò. el j. & intellige incontinenti, id eſt, dũ actu impugnat. & ſimiliter intellige etiã ſcienter & deliberatè. Et ratio fallẽdi eſt: quia iure naturali inditum eſt ſe defendere. Hoc autẽ extenditur, ſecũdum aliquos, & ad defenſionem perſonarũ ſolùm, per quas nobis intelligitur iniuria fieri, ſicut ſunt vxor filij, ſerui, & huiuſmodi: ſecundum aliquos verò quibus magis aſſentit Innoc. ſuper dicta decretali, hoc extenditur etiam ad defenſionem extraneorum, nec clericum percutiens gratia huius incidit: quia & ſocij iniuria propulſanda eſt. xxiij. q. iij. non inferẽda. & in c. fortius. arg. etiam. ff. quod met. cau. l. iſti quidem. §. fin. Et hoc tenet Sum. Piſ. & Direc. lib. iij. & communiter omnes Summiſtæ. & addit Innoc. quòd ſi defendendo alium quis clericum occiderit ne alius occidatur ab eo, eſt quidem irregularis, ſed non excommunicatus: ſed de irregularitate dicit verũ in defenſione aliorum, nõ autem ſui hodie: vt in cle. ſi furioſus. de homic. Iſta tamen intellige ſtatim, id eſt, dũ imminet vel inſtat violentia aduerſarij, nõ autem poſtquam tranſijt. Vnde ſecundũ Io. And. in nouel. ſuper d. c. ſi verò. ſi clericus percuſſit laicũ amplius nõ percuſſurus, & hoc laico conſtat, repercutere nõ debet: ſi verò clericus eſſet iterũ percuſſurus verè vel ſecundũ probabilem dubitatione laici, licet laico repercutere ad repellendum violentiã imminentem. Quidã etiam hoc extendunt ad defenſionem perſonarum tantùm, nõ autem rerũ. Sed tamen Io. de Lig. in tract. de particulari bello dicit quòd nõ incidit laicus percutiens clericũ pro rerũ ſuarum, & ſecundum Arch. vel aliarũ apud ſe depoſitarũ defenſione moderatè, ſi aliter vim repellere nõ poterat. & allegat Inn. hoc dicente in c. ij. de reſt. ſpo. quia nõ eſt ibi manus violenta, ſed violentiæ repulſoria. & idẽ dicit de rebus proximi. arg. etiã in c. olim. de reſtit. ſpo. el j. & cap. dilecto. de ſenten. excom. lib. vj. in l. furem. ff. de ſica. Nõ tamen propter hæc licet occidere vel mutilare, ſecundum Bar. in d. l. furem. quando ablatũ eſt recuperabile per iudice: ſi autẽ ſit irrecuperabile, ſecus. Sed Inn. tenet cõtrariũ dicẽs quòd occidẽs clericũ pro rerum ſuarũ defenſione, incidit. imò probat Pan. in c. ij. & in c. ſuſcepimus. de ho. quòd laicis nõ licet occidere ꝓ rerũ defenſione, etiã ſi recuperari nõ poterat, niſi in foro contentioſo laicali. Et ita de clerico tenet gl. xxiij. q. iij. in princ. & videtur idẽ de mutilatione: quia ratio omniũ iſtorũ eſt, quia ꝓximi præferre debemus rebus noſtris: & eadem ratio integritatẽ perſonæ: niſi nocumentũ eſſet tẽporale, puta vulnus ſanabile. Sed dici poteſt cõcordãdo quòd licitũ eſt etiã clerico res ſua defendere fuſte & gladio cõminãdo & percutiẽdo citra mutilationẽ: & ſi raptor vt rapiat inſurgit in defenſorẽ licitè occidetur, arg. c. ſi perfodiens. de homic. in verbo, defendẽdo. quæ defenſio licet ſit defenſio rerũ quæ rapiuntur tamen reſpectu domini ꝓhibẽtis rapinã, eſt vera inuaſio & aggreſſio prohibita. Vnde quia licitè teneo rẽ meã eũ, q me vult occidere ne teneam, licet occidere multò magis, quàm eũ qui me vult occidere, quia detraxi, aut aliàs iniuriam feci. Si autem non me inuadit, & tamen rem meã tenere nequeo niſi occidam, puta quia fugit in equo meo, quem aliter habere nequeo,



niſi illum ſagitta occulta, fortè non licet mihi in conſcientia occidere: niſi vt dicam limitando dicta Pan. quanuis etiam dici poſsit hoc caſu non eſſe contra legem Dei aut naturæ occidere: quia quotidie de licentia principis mouent arma ꝓ temporalibus. quod fieri nõ poſſet, ſi eſſet contra legem Dei vel naturæ. Ad motiuũ in contrariũ dici poſſet ꝙ rebus noſtris vita proximi eſt præferenda quantũ in nobis eſt: vnde talia pro vita proximi deberemus exponere in neceſsitate: ſi tamen ipſi ſint in cauſa ſuæ vitæ perdendæ iniuſtè inuadendo, imputetur eis. Vnde dico quòd eo caſu pro rebus licet occidere, & mutilare: & quòd occidens aut mutilans clericũ hac ratione, non incidit in excõmunicationem, & ſi in irregularitatem: vt ſ. Bellum. ij. §. vij. in fi. quia vbi nõ eſt mortale peccatum, nõ eſt excõmunicatio iuris. Eſto autem quòd verũ diceret Pan. & ſic velis indiſtinctè tenere: Limita tñ prædicta dupliciter. Primò, quando ſublatio rerũ vergeret in periculũ noſtræ perſonæ: vt ſi eunti per latrones auferant arma, aut tẽpore gelu auferant veſtes: quia eo caſu defendere res, eſt defendere perſonam. Secundò, quando quis adhibita debita diligentia à caſu mutilat vel occidit: quia non incidit, cùm daret operã rei licitæ, id eſt, ſuarũ rerũ vel ſocij defenſioni. Tertiò, etiam fortè quãdo ſublatio rerum inferret damnum grauius morte viro nobili: vt quia eum oporteret inhoneſtè viuere aut mendicare. Iſtã tamen rerũ defenſionem nõ intelligas ex interuallo, ſed ſtatim: qa licet nõ incidat percutiens cum res ſubripitur, aut etiam dum ſubrepta aſportatur antequam venerit clericus ad locũ deſtinatum, ſecũdum Veruec. tamen percutiens poſtquã peruenerit ad locũ deſtinatum, & adeptus eſt poſſeſsionem perfectam illarũ rerũ, incidit ſecũdum Pet. de cen. eccleſiaſtica. & de hoc vide ſ. Bellum. ij. §. j. in fi. intellige etiam quòd ſi defenſor excedat modũ, id eſt, nõ ſeruet moderamen inculpatæ tutelæ ex propoſito, incidit, ſecundum doct. & iura. Secus ſi non ex propoſito, ſecundũ Pan. in d. c. olim. quia, vt dictum eſt, requiritur dolus. & facit gl. in c. ſignificaſti. de homi. el ij. & l. ſi ex plagis. ff. ad legem. Aquil. §. tabernarius. Quidam etiam rationabiliter extendũt iſtam licitam percuſsionem ad defenſionem honoris: vñ ſi ſpoliandus à clerico euadere poſſet per fugã: intellige turpem & verecundã, & non vult, ſed ſtat, & percutit clericum inuaſorem, non incidit, ſecundum Bar. in l. j. C. vnde vi. & ſequitur Pan. in c. olim. el j. de reſt. ſpo. quia fuga eſt quædã iniuria. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. & ſecundum Cy. in d. §. tabernarius. fuga reddit hominem viliorem: iniuria autem corporalis maior eſt quàm rerum iactura. ff. de pœnis. l. in ſeruorum. Vnde ſi licet percutere pro iactura rerum: à fortiori pro iniuria vel iactura honoris, cuiuſmodi eſt fuga. Et hoc caſu etiam, ſecundum aliquos, licet occidere, licet incurrat irregularitas. Quidam etiam vt Inno. extendunt eã ad expulſionem de domo, de qua ſi clericus exire non vult, non incidit percutiens eum. de reſt. ſpolia. olim cauſam. & de homi. ſignificaſti. Et idem in prædictis intelligo de auxiliantibus amico. ¶Decimò in eo, qui reperit clericum in adulterio vel ſtupro cum vxore, matre, ſorore, vel filia: quia non incidit: vt in c. ſi verò. el j. eo. tit. & hoc dici poteſt etiam ſi mutilet vel occidat, ſecundum Veruec. quem ſequitur Sum. Piſa. & Roſella: quia canon inter atrocem & non atrocem iniuriam non diſtinguit: ſed tamen occidens aut mutilans, licet nõ incidat, tamen grauiter peccat, vt dicit idem, & notatur in d. capite, ſi verò. & extra de pœnis. Sed tamen idem Veruec. tenet tutius eſſe quòd incidat: quia ille nõ excuſat, niſi ſimpliciter manus inijcientes violentas. & in oſtiario diſtinguit inter vulnerantes, & ſine vulnere lædentes. Sed iſta ſua ratio eſt ad oppoſitum: quia cùm vnus & idem canon diſtinguat & reſeruet in vno caſu & non in alio: videtur vniuerſaliter loqui. Vnde ponderatio textus, qui dicit, ſi manus iniecerit in clericum inuentũ. & gl. dicente, non ex interuallo. diſtinguo ſic: quòd ſi occidat vel mutilet non ex interuallo temporis aut deliberationis ſerioſè factæ, non incidit: quia tunc habet locum quod dicit gl. ſcilicet quòd tam iuſtum dolorem compeſcere non potuit: vt C. de adul. l. Gracchus. Secus quando nõ ex ſubita paſsione, ſed matura deliberatione, etiam ſine temporis interuallo id facit: quia ceſſat ratio, qua canon iſtũ excuſauit. Et ſecundum eundem Veruec. & Mo. hoc ad ſolum coitum non eſt reſtringendum, ſed extenditur ad amplexus & oſcula in loco ſuſpecto, ad præparationem in opus nefarium explendum & ad ſigna aperta vel etiã probabilia propinqua negotio ibi ſtatim peracto: quia non incidit percutiens ex interuallo ante diuerſionem ad alia. Et ſimiliter extenditur ad clericum ſuſpectũ & monitum etiam per maritum inuentum domi cum vxore ſedentem, & confabulantem, & ſi non turpiter conuerſantem: quia ſecundum leges hunc licet perimere: & multò fortius hunc & omnes prædictos capere & detinere, donec vocet teſtes: imò & per xx. horas cõtinuas: & iudici tradere. ff. de adul. l. capite. extra eodem. ſi verò alicuius. §. vltimo. & conſentit Bern. Veruec. & Dire. lib. iij. Quia tñ hæc materia eſt odioſa clericis, & exorbitans à iuris diſpoſitione: extendi non debet, ſed in terminis proprijs intelligi. Vnde nomine vxoris ſecundum gl. ibi, & ſecundũ omnes, venit etiam ſponſa de præſenti: quia & lex permittit illam accuſare iure mariti. ff. de adul. l. ſi vxor. §. j. nomine autem matris, non veniunt aſcendentes, ſecundum glo. & Io. de Lig. & do. Ant. & Pan. & Hoſt. qui hoc dicit tutius. licet ipſe & Inno. ſenſerit contrarium. nec nomine filiæ veniunt deſcendentes, ſecundum eoſdem, licet Inno. contrarium teneat: ſed tantùm filia legitima & naturalis, nõ autem adoptiua, ſecundum Hoſtien. Nec nomine ſororis veniunt collaterales, ſecundum aliquem doctorem, ſed tãtùm legitima & naturalis. ¶Vndecimò, ſi fiat à prælato vel de mãdato eius cauſa correctionis. extra eo. cum voluntate. & capite, cum ex tenore. Et intellige primò cauſa correctionis: aliter incidit & verberans & mandans. extra eodem. c. vniuerſitatis. quod de verberante intelligo, ſi probabiliter hoc credit: non autem ſi ignorat vel dubitat, quia debet obedire. Dicit tamen Monal. quòd non oportet prælatum de correctione cogitare: ſed ſufficit ſubeſſe cauſam. Vnde percutere ex correctione, eſt percutere pro culpa digna correctione. quæ ſententia & ſi ſit benigna, tamen tutius eſt, ſecundum eundem vt ſaltem habitu cogitet de correctione, id eſt, eam intendat habitu: quia, inquit, etiam ſi moueatur ex ira, non incidet: ſed longè melius eſt vt differat, donec ira quieſcat. xj. quæſtione iij. illa præpoſitorum. & capite, ira. & c. cum apud. Et ſecundò intellige ſecundum Archidiac. ſi modus non excedatur. intellige notabiliter: aliàs locus foret appellationi, & puniretur excedens: quia leuis tantùm correctio permiſſa eſt. Et tertiò intellige, ſi fiat à prælato percuſsio, & ad eum pertineat correctio: quia ſi ſit prælatus, ſed non illius: vel ſi habet authoritatem tantam in ciuilibus, vt rector vniuerſitatis, incidit: quia ſecundum Panormita. in cap. vt famæ. eod. titu. vterque horum requiritur. Et quartò, quòd percuſsio per laicum non fiat, ſi percutiendus eſt clericus: alioquin ambo incidunt: vt in d. cap. vniuerſitatis. niſi eſſet adeò incorrigibilis quòd aliter capi aut corrigi non poſſet eod. titu. vt famæ. Poteſt tamen ſi cauſa ſubeſt, per laicum capi & carcerari. extra eo. ſi clericos. libr. vj. ſcilicet mandato prælati, non autem propria authoritate, etiam ſi ſit incorrigibilis: niſi ſit traditus curiæ ſeculari. quod intellige, niſi præceſſerit depoſitio: vt in capite cùm non ab homine. extra de iudicijs: vel niſi capia-

tur incorrigibilis vt reſtituatur prelato ſuo.hec Pan.in cap.vt
famæ.eod.titu.ſed de hoc j.§.vlt.dub.vij.Et quintò,intellige
quòd etiam per laicum non fiat tortura,niſi ratione dictæ in
corrigibilitatis:quia ſecundum Panor.in d.cap.vt famæ.poſt
dominum Ant.ibi & Pet.de Anch.& gl.v.q.vj.in cap.presby-
teri.hoc fieri nõ poteſt:licet ſecundum d.Ant.malè commu-
nis obſeruãtia habeat contrariũ.Hoc tamen Sum. Roſ.gloſ-
ſat quòd per laicũ fieri non poteſt propria authoritate:ſecus
ex iudicis mandato.Sed iſta gloſſa directè impugnat dictum
gloſſarum,vt patet:& eam Panor.in cap.vniuerſitatis.ex in-
tentione deſtruit.Sum. verò Ang.etiam quo ad verbera gloſ
ſat,vt per laicum intelligatur ſecularis , non autem cõuerſus
religioſus. Sed cõtra:quia ratio huius prohibitionis eſt reue-
rentia ordinis clericalis, quẽ iſti conuerſi ex hoc tantò magis
vilipenderẽt quàm ſeculares,quãtò ſunt familiariores:tũ qa
iſta dicta ſunt à doctoribus in fauorem clericorum:vnde & in
eorum fauorem in dubio interpretari debent . & cõſequẽter
nomine laici venit omnis nõ clericus.tum quia hoc de tortu-
ra dicitur pro quanto habet locum verberũ:quia,vt dicit Pan.
in cap.verbera & cruciatus inferuntur:quæ verbera mandan
tur fieri per clericum vel monachum in d.capite, vniuerſita-
tis.vbi conuerſus non venit nomine monachi,ſed contra mo
nachum ibi diſtinguitur.Vnde & Archi.dicit diſtin.xlv.cap.j.
quod nec tutum nec honeſtum eſt monachum verberari per
conuerſum laicum.imò textus in d.cap.vniuerſitatis.mandat
ſub pœna excommunicationis hoc fieri nõ debere etiam per
ſacerdotẽ,ſed ſolùm per prælatũ, niſi neceſsitas vrgeat. Vn-
de dicendum eſt iuſta notata per Panor.in d.cap.vniuerſita-
tis.& cap.vt famæ.eod.ti.quòd clerici torqueri non deberent
vt laici de iure:quia tamẽ hodie torquentur vt laici,& malè,
ideò tortura fit per laicos:quia clerici nõ ſunt in illa arte for-
tè periti:licet hoc de iure fieri non poſsit.hæc ex Panor.præ
ter dicta Arch. Vnde dico quòd ſicut verbera per laicũ infe-
runtur,quando aliter corrigi non poteſt:ita & tortura,quan-
do per clericum fieri idoneè non poteſt.Et hoc indubitanter
tene:quia cap.vniuerſitatis.nominat quatuor perſonas diſtin
ctas,abbatem,clericum,monachum,& conuerſum:& deinde
ad dubium vtrũ per laicum poſsit verberari clericus , mona-
chus , aut conuerſus , ſic reſpondet: Nobis videtur quòd niſi
cauſa regularis diſciplinæ hoc faciat,abbas in propria perſo-
na,vel,ſi neceſsitas vrget, per clericũ vel monachum fieri iu
beat:tam qui tales verberari præcipit,quàm illi qui verberãt,
etiam ſi cauſa ſubeſſet, excommunicationis ſententiam non
euadunt.hæc ibi. Vnde etiam cõuerſus non poteſt verberari
per laicum.Et ſextò intellige,ſi prælatus mandans ſit epiſco
pus:quia ei proprijs manibus percutere nullum licet, cui ſan
ctitas ignoſcẽdi gloriam derelinquit .C.de epi.& cle.l.ſi quis
in hoc.lxxxvj.diſ.non liceat.niſi fortè aliũ non inueniat : quia
tunc licitè per ſeipſum percutit,vt probat Panor. Si autẽ eſt
inferior epiſcopo , ſaltem adſit cauſa vrgens quare ipſe pro
pria manu non verberet: alioquin mandans & exequens inci
dunt:vt in d.cap.vniuerſitatis.quod nota , quia quotidie con-
trarium fit.Quando autem vrgeat cauſa , credo ſtandum ar-
bitrio prælati.¶ Duodecimò, in turbante diuina officia , quẽ
presbyter,vel alius, ad quẽ ſpectat,eijcere poteſt de eccleſia.
extra eod.veniens.& cap.cum voluntate.§.ſi qui verò.Simili-
ter cùm quis ratiõe officij,quod in eccleſia obtinet,clericum
percutit aut cùm hoc facit ſenior cauſa deuotionis,aut magi
ſter,aut dominus : vt in eod.c.cum voluntate.vbi dicit gloſſ.
quòd dominus domus hoc poteſt,aut parẽs, vel propinquus,
qui familiam corrigit:vt in eod.cap.patet,iuncta gloſ.Sed de
omnibus prædictis intellige quo ad clericos minorum ordi-
num:vt in eo.c.cũ volũtate.excepto parente & magiſtro,qui
corrigere poſſunt etiam exiſtentẽ in ſacris,vt dictum eſt.In-
tellige etiam de omnibus prædictis quo ad perſecutionẽ le-
uem tantùm,vt ibi.Si tamẽ modum excederent,modò nõ à
propoſito,& animo irato,non eſſent excommunicati:vt not.
Bern.& Hoſt.in d.c.cum voluntate.& conſentit Veruec.quia
dolus requiritur.Sed tamen not.quòd lata culpa ęquiparatur
dolo:vt ſuprà Culpa.§.ij.Vnde ſi volens leuiter percutere, ex
lata culpa grauiter percuſſerit,incidit ſecũdum aliquos:ſicut
ſi ſtantem in gradum leui impulſu præcipitat grauiter: quia
ſtultum eſt hoc non prẹuidiſſe.Sed quia cap.ſi quis ſuadente.
videtur expreſſe dolum requirere in verbo,ſuadente diabo-
lo,quo caſu lata culpa non æquiparatur dolo: ideò non inci-
dit.¶ Decimotertiò ,ſi clericus ſit depoſitus vel degradatus:
extra de iudi.cùm non ab homine. & extra de pœn.degrada-
tio.in ſi.lib.vj.Sed de hoc,& de clerico nõ baptizato,aut vix or
dinato,& huiuſmodi,vide ſuprà eo.tit.in princip. ¶ Decimo-
quartò,quando clericus trãſfert ſe ad actũ prorſus contrariũ:
puta erat in minoribus,& factus eſt miles aut bigamus vel hu
iuſmodi.xciiij.diſt.quiſquis.De milite tñ Pan.in c.vt conſul-
tationi.de cle.coniuga.limitat de promoto ad militiam,& fa
ciente actum omnino contrarium clericatui : quia ſcilicet
exercet ſæua:aut iuit ad bellum : quia immediatè priuilegiũ
perdit,cùm iſta ſint contraria. Vnde ex quo elegit contrariã
vitam,fuit ipſo facto excluſus.xxxij.q.j.cum renuntiatur. Se-
cus de promoto tamen qui actum alium prorſus cõtrarium
non elegit,ſed viuit honeſtè vt clericus:quia gaudet,vt ſentit
etiam Innoc.in d.c.vt conſultationi. Inde conſtituto in ſacris
requiritur monitio trina:ſed ſi conſtitutus in minoribus ha-
bens clericatum pro derelicto ; conuertit ſe ad militiam &
huiuſmodi ſine monitiõe priuilegiũ perdit. De bigamo etiã
nota quòd cùm ſit exutus omni priuilegio clericali, extra de
biga.cap.j.lib.vj.glo.Io.And.ibi hoc limitat de eo,qui ſi con-
traxit,id eſt,cum duobus vel vna corrupta,exiſtens in mino-
ribus.Secus ſi in ſacris: quia non perdit priuilegium . & con-
ſentit Arch.Veruec.Gar.Io.Mona. ¶ Sciendum † eſt quintò,
vt ſciatur quando clericus exiſtens in ſacris habitu dimiſſo
perdat clericale priuilegium canonis , ſi quis . vel fori, quòd
circa hoc ſunt multæ concluſiones.¶ Prima.Clerici,qui dimi-
cto habitu clericali , efficiuntur ſtipendiarij ſeu armigeri,
quantumcunque cognoſcantur ab alijs eſſe clerici, perdunt
priuilegium canonis.extra eo . cùm non ab homine. vbi ap-
probat Pan.& idem ſecundum eum in c.perpendimus.[illegible]
dici poteſt de eo qui dimiſſo habitu & tonſura enormitati-
bus & ſæuis ſe immiſcet. quod eſt,vt dicit,quando facit ſedi-
tionem in populo & guerrã.Et idẽ intellige in percuſſionibus di-
ctis iniurioſis:quia ratio huius diſpoſitionis pœnalis eſt [illegible]
etiam præſumpta , ſcilicet de clericis ordinis & proximæ in-
iuria:vt ſi quis ſit latro armatus & publicus . & illa incurrit
etiam ſine monitione.De priuilegio fori , infra particula [illegible]
¶ Secunda.Quandiu clericus habitum defert & tonſuram, li-
cet immiſceat ſe enormitatibus,non perdit priuilegium [illegible]
aut canonis,ſecundum Io.Andr.& Pan.in d. c. perpendimus.
¶ Tertia.Clericus ſe enormitatibus immiſcens habitu dimiſ-
ſo,ſecundum Hoſt,vt ei imponit Panor.in dicto cap.perpen-
dimus.perdit priuilegium canonis,ſi quis ſuadente . & priui-
legium fori:ſed ſecundum Ioann.Andr. licet perdat priuile-
gium canonis,vt dictum eſt:non tamen priuilegium fori[illegible]
ſtatim eccleſiaſtico iudici reſtituendus eſt,niſi fuiſſet [illegible]
ratus in huiuſmodi enormibus ſeu aggreſſuris, vel incorrigi-
bilis.imò nec eo caſu illud perdit ,ſecundum Pan.in d.cap.per-
pendimus.quia per argumentum à ſpeciali.cap.vnico.de vi.&
hon.clerico. libr . vj. certi ſunt caſus , in quibus clericus ipſo
facto clericale priuilegium perdit:nec iſte eſt vnus . & ſic
[illegible]



ſequenter debemus ſtare regulę generali, vt clericus coram
ſuo iudice conueniatur quantumcunque deliquerit. & facit c.
ſi iudex.extra eo.lib.vj.ibi,clericus dimiſſo habitu & tonſura
captus in maleficio.quod ſcilicet verbum eſt generale, aptũ
omne crimen cõprehendere : eccleſiaſtico iudici remittitur
ſi ſe clericum probat.opinionem Io.And.& Hoſt.nullum ius
probat: & ſumus in pœnalibus , vbi fieri debet interpretatio
benigna:maximè in fauorem ordinis clericalis.hæc Pan. Et
hic opi.ſcilicet Pan.tenuit do.Car.& dominus Alex.de Imo.
conſi.viij. dicens quòd huiuſmodi non perdunt priuilegium
fori,niſi prius fuerint à diœceſano vel ſuo prælato moniti tri
na monitione:vt in c.in audientia.&.c.perpendimus.&.c. con
tingit.el ij.de ſen.excom.& in c.ſi iudex.eo.tit.lib.vj.niſi fue-
rint publici ioculatores,hiſtriones,ſeu buffones,exercẽdo il-
lam artem ignominioſam per annum:per c.vnicum.de vi.&
hon.cleric.libr.vj.Et facit pro hoc quod habetur in c.degra-
datio.de pœ.li.vj.quia antequam iudex ſecularis ſe poſsit in-
tromittere,requiritur degradatio:quę tamen non fit niſi pro
enormibus criminibus:vt in c.cùm non ab homne.& in c.at ſi
clerici.de iud.hoc d.Alex.Dñs tñ Pet.& do.Andr.tenuerunt
opinionem Io.And.diſputando : vt refert Pan. cui prior opi-
nio magis placet,& ſequitur Sum.Ang. Sed ego dico quòd
prima,id eſt,Io.And.eſt verior:quia in caſu c . perpendimus.
ſacerdos fuit occiſus per iudicem.Nec obſtat quòd ibi pœni-
tentia imponitur,licet non inciderit in canonem: quia vt ibi
dicit glo.eſt ad cautelam. Vnde hæc opinio eſt practicanda,
vbi iudices eccleſiaſtici ſunt in puniendo negligentes:vel pe-
riculum in mora non patitur eos adire,vel enormitas facino
rum pœnam maiorem expetit arbitrio bonorum, quàm ec-
cleſia poſsit inferre:vt quia ſunt publica & ſcãdaloſa,& Rei-
publicę valde nociua.Et licet degradatio in enormibus prius
regulariter requiratur:ſecus in caſu expreſſo à iure.Adde pri
mò quòd quia ratio quare cõpetit priuilegiũ fori,eſt pfeſsio,
vel ordo ſacer , ſcdm Panor.in cap.ij.de fo.cõpet.quantũ ad
hoc idẽ videtur iudiciũ de clerico exiſtẽte in ſacris,& de apo-
ſtata,à religione:cũ æqualiter vtrique prohibeatur regreſſus
ad ſeculũ : quæ eſt ratio vtriuſque inſtitutionis. Adde ſecun-
dò quòd in neutro habet locũ trina monitio , vbi de incorri-
gibilitate conſtat euidenter:vt quia fuerunt capti,& fregerũt
carceres,& ſciunt prælatos ſe inſequi,& huiuſmodi. ¶ Quar-
tò,non gaudet priuilegio canonis clericus incedens ſine habi
tu,& tertiò monitus,vt dictum eſt:ſed non monitus gaudet,
& percutiens extra actum belli & aggreſſuræ incidit, etiam
ſi habitu depoſito alijs ſe immiſcuerat: ſecus in actu belli vel
aggreſſuræ:quia non incidit,ſecundũ Inn.quod tamen Arch.
limitat,quando clericus iuſtam dederat cauſam:quia indubi
tatè non incidit is, contra quem venerat , ex capite defenſæ
permiſſæ:vt in c.ſi verò.neque fauentes aggreſſo:& ſimiliter
ſi tertius inſurgat contra tertium:& clericus dimiſſo habitu
temere ſe immiſceat habitu depoſito,non incidit percutiens
in [illegible] aggreſſurę.Et ſic intelligo opinionem Innocen
tij.hęc omnia Arch.Vnde Sum.Roſ.Excommunicatio.ij.§.j.
in quarta concluſione dicens. Si quis percuſſerit clericum in
habitu & tonſura,in bello iuſto,ex parte percutientis non in-
cidit,ſecundum Archi.Flo.tripliciter deficit. Primò,quia hoc
eſt falſum,niſi ſe defendendo moderatè,vt patuit. Secundò,
quia ibi contradicit in concluſione ſecunda , quæ hic poſita
eſt.Tertiò,quia malè allegat Archi.Flo.qui non loquitur de
8 eo qui habitum & tonſuram portabat.¶ † Sed circa prędicta,
dubia multa conſurgunt.¶ Primum eſt,vtrum clericus ſubij-
ciens ſe ſponte verberibus in ſatisfactionem ſit excommuni-
catus. Et dico quòd ſecundum Petrum de Peru.non incidit
in maiorem,ſi ſubijcit ſe vni tantùm ictui: ſed ſecus ſi pluri-
bus: quia ſtatim poſt primum participat excommunicato in
crimine damnato.Sed iſte falsè determinat, vt patebit, & in-
ſufficienter probat : quia ratio incidendi clerico non eſt ſo-
lùm participium,ſed etiam fauor & conſenſus : quia facien-
tem & conſentientem par debet pœna conſtringere: vt cap.
mulieres.eodem tit.Item non obuiare,cùm poſsit. Ray.ve-
rò dicit quòd eſt excommunicandus,non excommunicatus.
Et conſentit Io.And.& Pan.in cap.contingit.el j.eod.titu.&
iſta eſt veritas:quia ibi text. dicit eum excommunicandum.
Nec obſtat ratio non obuiationis : quia hoc non facit dolo,
ſed in ſatisfactionem,& vt fortè malum grauius euitet. Nec
ratio fauoris aut conſenſus eadem ratione . Nec ratio etiam
participij:quia vt Pan.dicit in illo c.Io.And.multipliciter ſol
uit.Primò,quia hoc non faciebat ille vt participaret in crimi
ne.Secundò,quia non participat excõmunicato, cùm non ſit
excommunicatus ante percuſsionem,ſcilicet completam:&
ſi obijcitur quòd ſtatim eſt excommunicatus poſt ictum pri-
mum:dicitur quòd non , niſi habito reſpectu ad omnes per-
cuſsiones inflictas impetu vno. Vnde Io.And.in regula,deli-
ctum.de regu.iur.lib.vj.in mer.concludit ibi non eſſe tot ex-
communicationes quot verbera : quia omnes habentur pro
vno facto,ex quo inferunt impetu vno.Et idem tenet Bar.in
l.nunquam.de priua.deli.dicens quòd vulnerans nolens plus
facere,ſi ſuperueniat ei impetus,& occidat:tenetur de vulne-
rato & occiſo:vulnerans autem & perſequens multis horis,&
tandem occidens,tenetur de occiſo tantùm:quia eodem im-
petu fecit,licet ex interuallo:vt l.quod ait.§.fin.de adult.Po-
teſt etiam ſolui aliter : quia ſubijcere ſe miſericordiæ alicu-
ius,non eſt participare in crimine,ſecundum aliquos:quia co
gitari poterat quòd ille remitteret.Sed hęc ſolutio non pro-
cedit poſtquam ictus geminatur.Hanc etiam ſententiam in-
currit clericus vel ſimilis perſona irato animo ſeipſum percu
tiens,ſecundum Dir.quia iniuriam facit ordini clericali , cui
hoc priuilegium conceſſum eſt:vt in d.c.olim.¶ † Secundum 9
eſt,vtrum mulier percutiens clericum ſe de turpitudine im-
petentem incidat.Et dico ſecundum Veruec.quòd ſic,ſi ver-
bis ſolis impetebat:non autem ſi tangit inuitam,& illa ſe de-
fendit moderatè.Et idem Mon.Addit autem Sum.Ang.quòd
etiam nõ incidit,ſi impetentem verbis tantùm percutit,quã-
do eum aliter repellere non poteſt . Sed hoc non eſt tutum:
quia declinare poteſt,vnde incidit.Si autẽ ipſa ad ſuaſionem
mariti ad turpitudinem clericum vocat:& ſic à marito percu
titur:vterque incidit,ſecundum Veruec.& Moder.¶ † Tertiũ 10
eſt,vtrum capiens clericum per capillos dicens,niſi eſſes cle-
ricus cæderem te,incidat? Et dico quòd ſic, ſecundum Ver-
uec.ſi iratus animo iniuriãdi hoc fecit:aliter non.Et ratio eſ-
ſe poteſt:quia licet nõ inferat iniuriam tantam,quantam te-
net in animo:infert tamen aliqualem.¶ † Quartum eſt,vtrũ 11
tangens res adhærentes clerico incidat. Et dico ſecundum
Rayn.& communiter docto.quòd ſi equitantis quis frenum
arripiat,aut frangat cingulum ſellæ,incidit. Nec differt in-
ferre manum perſonæ aut rei ſibi taliter adhęrenti. Et ſimi-
liter qui rapit indumentum de dorſo, vel rem de manu eius,
aut eam frangit,ſecundum Cardi.in clem.j.de pœnis . etiam
ſi auferat poſſeſſor tempore quo non debet:vt quia commo-
dauerat vſque ad certum tempus,ſecundum Arch.Fallit hoc
quando rem quis poterat capere propria authoritate : puta
quia eſt rapientis:& clericus non eſt pro tunc plenus poſſeſ-
ſor de iure,nec de facto:vt ſi mihi clericus ſubripiat calamũ,
& ego repentè non ex interuallo iterum ſubripio illi. Si autẽ
furto rapiatur dormienti vel aliàs non ſentienti zona qua prę
cinctus,aut veſtis qua indutus eſt, aut aliquid tale , non inci-
dit:ſecundum Innocen.& Hoſtien.& Card.in cle.j.quia mo-

dica vel nulla ſit iniuria non ſentienti. Et iſtam opin. ſequitur Sum. Piſa. & Sum. Conſ. & Sum. Ange. Sed contrarium ſenſit Sum. Roſ. eiuſdem ordinis, & Arch. & Io. de Lig. & Archi. qui not. in c. ſi quis. xvij. q. iiij. de mente canonis eſſe quòd incidat quicunque qualitercunq; tãgens perſonam clerici iniurioſè. Etiam hoc tenendũ eſt, quia tutius: item quia verius: quia ſi poteſt quis incidere in canonem inferendo iniuriã perſonæ etiam cũ eius volũtate: vt cũ quis ſubijcit ſe verberibus: multò magis præter eã: vt cũ quis nõ aduertit: quia iniuria tantò eſt maior, quãtò in paſſo eſt minus voluntaria. Nec malũ ex hoc eſt paruum quòd nõ ſentitur, vt mors in inſtanti ſeparationis animæ: ſed ex hoc ꝙ paruũ nocet: & paruũ exiſtimatur actu vel habitu. Similiter incidit qui iniuriam equo infert cui inſidet: aut lacerat veſtes nõ ſeparatas ab eo, ſecundũ aliquos allegãtes. c. cõtingit. eo. tit. & ſecundũ Card. in cle. j. de pœn. Nec obſtat quod alij obijciunt in contrarũ, hãc conſtitutionem eſſe pœnalem, & cõſequenter reſtringendã: quia ſcd̃m Io. de Lig. eſt fauorabilis attento ordine clericali, cui indulgetur, ideoq;. amplianda. de reg. iur. odia. Nam & ſecundum Pan. in c. nõ dubiũ. eo. ti. quando in conſtitutione concurrunt
32 odium & fauor: magis attenditur fauor. ¶ † Quintũ eſt, vtrũ incidat qui clericũ cogit aliquid facere per metũ? Et dico ꝙ ſic, ſi illud ſit aliquid impediens eius libertatem, & nõ aliter: vnde incidit ſcd̃m Rayn. q ponit ei cuſtodiam ad capiendũ ſi exeat domũ aut arreſtat eũ: aut facit ſecũ ire quaſi vinctũ & captũ ad iudicem: nõ aũt incidit, ſcd̃m Inno. & Dir. lib. iij. qui metu cogit vt aliquid teneat, vel de fundo exeat: quia iſta nõ ſiſtunt eum vel impediũt quin poſsit ire quò vult. Sed ſecundum Io. de Lig. intellige de metu verbali præciſè: quia ſi ſit realis, ſtatim ad tactũ perſonæ vel adhærentium quis incidit. Prædicta tamen fortè fallunt vbi clericus eſt probabiliter de proditione ſuſpectus apud verũm dñm: quia eo caſu iſta pertinent ad defenſionem ſui ſtatus, & licent cũ moderamine in-
33 culpatæ tutelæ. ¶ † Sextũ eſt, vtrũ incidat is q de equo clericũ præcipitat, vt aſcenſu eius fuget inimicũ? Et ꝙ Io. de Lig. tenet ꝙ ſic, quia hic eſt iniectio cũ violentia: & nõ iure ſit. Nec obſtat ꝙ licitũ ſit ei ſe defendere: quia hoc verum eſt ſine læſione tertij. Et conſentit Bar. Bri. & Tancre. Sed Pet. de cenſu. eccleſiaſti. tenet contrariũ per rationem notabilem etiam in alijs caſibus: quia, inquit, nullus ſapiens diceret talem peccare mortaliter: excõmunicatio autem nõ infligitur niſi pro mortali. quod intellige, à iure. Et iſta eſt vera opinio in caſu in quo aliter eſſet occidendus probabiliter: qa cùm ſit in caſu extremæ neceſsitatis, ille tenebatur ei ſeruire de equo, iuxta dicta in ti. Eleemoſyna ſuprà. §. j. Vnde ille eo caſu ſubri-
34 pit ſuum. ¶ † Septimũ eſt, vtrũ quilibet iudex etiã laicus, vel ſocius clerici non iudex, poſsit capere clericũ criminoſum ne fugiat, ſed vt eum ſuo iudici pręſentet? Et dico ꝙ Pan. in c. vt famę. eo. ti. allegat Inn. referentem ꝙ ſic ſcd̃m aliquos. Sicut defenſor ciuitatis capit criminoſum quem corrigere nõ poteſt, vt iudici præſentet: in auth. de defen. ciui. in §. nos igitur. Hoſt. verò tenet cõtrariũ dicens ꝙ vbi ius nõ eſt expreſſum, non licet inijcere manũ in clericum. Ipſe verò Pan. refert ſe ad c. cũ non ab homine. de iudic. vbi tenet ꝙ vbi captura iſta ſit ad bonũ finem, vitatur excõicatio: quia ſi capio criminoſum ne fugiat, nõ facio ſuadente diabolo, ſed Deo, & bono publico. Et idem in familia Poteſtatis inueniente illũ de nocte: quia eſt contra eũ præſumptio: & eum videtur capere, vt impediat delictum cõmittendum: quia omittens obuiare facinori, peccat: vt in c. dilecto. eo. tit. lib. vj. Et idem in capiente clericũ debitorem ne fugiat: quia ceſſat dolus & ſuaſio diabolica. Ad hoc l. ait prætor. in §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. Vnde Bart. in l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. vbi tamen loquitur de clerico capiente clerium. Sed idem putarem in laico, rationibus prædictis. Et vide per Bal. in l. ſi quis per calumniam. C. de epiſ. & cle. Hæc Pan. & conſentit Pet. de Peru. in c. vt famæ. dicens quod non ſolùm iudici ſeculari licet capere delinquentem clericum ne fugiat, ſed vt præſentetur epiſcopo: ſed etiam cuicunque læſo: imò ſecundum Inno. hoc poteſt dominus clerici, ſolùm propter ſuſpicionem furti: ſed intellige probabile valde. Vide etiam ſuprà abſolutio iij. §. iiij. dubio vj. Adde autem quòd licitè capiens clericum in caſu conceſſo, ſi modum excedat, incidit ſecundum Io. And. in c. ſi clericos. eo. tit. lib. vj. puta ſi capi & duci quiescit patitur, & capiens impingit calce vel pugno. Sed hoc intelligo à propoſito & ſcienter, non aliter, quia dat operam licitæ rei. Similiter incidit ſi clericus fideiuſſorem de parendo daret, quia tunc detineri non poteſt: niſi enormitas exceſſus vel alia cauſa rationabilis hoc ſuaderet: vt in dict. cap. ſi clericos.

## Rurſus de Excommunicatione ſeptimò, ſcilicet de excommunicatione Papæ reſeruata.

1 *Excommunicatio, quatenus Papæ reſeruatur, multiplex eſt: ad cuius explicationem tabella paucis continuata eſt: cum item tabellæ elucidatio ad finem vſque capitis protenditur.*

2 *Abſolutio ab excommunicatione Cano. Papæ reſeruata, ſede vacante, abs quibus impendi poſsit?*

3 *Abſolutio hæretici occulti, ad quem pertineat? Et in hoc in multis refellitur Gofred.*

4 *Legem de his homo facere poteſt, de quibus & iudicare. Et ibidem occultum aut omnino occultum dici, aut non omnino. Et an habens percuſsionem clerici in animo ratã, in Canon incidat?*

5 *Epiſcopi de hæreſi cum clericorũ conſilio non expectato capituli aſſenſu, an cognoſcere & punire queãt? Et an in c. Acatius incidãt, qui id qđ particularis eccleſia hæreticũ decerni credunt?*

6 *Epiſcopi ſententiam incurrit is, qui contra eius prohibitionem facit in his quæ fidei ſunt, ſi talis ſit epiſcopi ſubditus, quamlibet exemptus, & in loco exempto ſit. Et quid de extraneo.*

7 *Excommunicatio in hæretico ex iuris corpore inflicta, an Papæ reſeruetur. Et an epiſcopus ab ea abſoluat?*

8 *Literas Papales falſantes quo iure excommunicati ſint? Et quæ eorum pœnæ? Et in hoc multa conſideranda ſint, nempe an vtentes, an habentes & non reſignantes, corrigentes, an recipientes qualiter & vbi.*

9 *Breue ſubreptitium impetrans, eoq; vtens: an in falſari pœnam incidat? Et quomodo puniatur? Et quid de eo, qui literas à Papa veritate tacita, falſitate autem ſuggeſta impetrauit?*

10 *Literã in literis Papæ reformans, quæ iam expirarent: vel contractum faciens, aut aliquid quocunque modo mutans, non vitioſo animo, ſed ioco, an ipſo iure incidat? Et quid de eo, qui huiuſmodi literis ignoranter vtitur.*

11 *Excommunicatio in fautores ac receptatores hæreticorum qui prodita eſt: & ad quem pertineat? Et qui eam incurrant. Et quinam eorũ fautor, defenſor, ac receptator dicatur?*

12 *Excommunicatio, quæ ob participationem cum excommunicatis à Papa infligitur, vt incurratur, quot requirantur?*

13 *Excommunicationis ob incendium illatum, abſolutio ad quem pertineat. Et an omnes incendiarij ſint facto ipſo, an vero ipſo iure excommunicati: & abs quo abſoluendi. Et denunciatio in incendiarios qualiter fieri debeat? nu. ſeq. & 15.*

16 *Excommunicatio in eccleſiarum effractores, & earum ſpoliatores, quo Canone inducta ſit? Et quis ab ea ſiue ante denunciationem, ſiue poſt, abſoluere queat? Et item quis effractor dicatur? Et vt quis in eam incidat, quot requirantur? Et quid eccleſiarum nomine hic contineatur? nume. ſequen. & 18.*



19 *Enormia in eccleſia violenter facientes, an ipſo iure incidant? Et quid de his, qui domum ſitam in eccleſiæ ambitu priuilegiato incendunt, vel effringunt.*

20 *Excommunicationem cap. fundamenta. de electione. lib. vj. quinam incurrant, & qui minimè.*

21 *Excommunicationi à cap. clericis. de immun. eccleſiæ. lib. vj. quinam ſe illigent? Et an hodie locum habeat?*

22 *Excommunicationi cap. felicis. de pœnis. lib. vj. quinã ſupponi dicãtur? Et à quibus abſolui poſsint. Et quæ hic de hoc dicuntur, qualiter intelligẽda ſint? nu. ſeq. Et an ex ſolo mãdato incidãt mandãtes, & bonorũ cõfiſcationẽ ipſo facto? nu. ſeq. ſi captionis aut percuſsionis effectus nõ ſecutus ſit? nu. 24. Et an huiuſmodi infamiam incurrant.*

26 *Principes ac reliqui ad quos pertinet, ſi intra menſem à notitia ſententiã aduerſus prædicti cap. felicis. violatores, nõ promulgarint, modò proceſſum cœperint, an in hanc ſententiã incurrãt?*

27 *Sententiam cap. quicunque. de ſententia excommunic. lib. vj. quinam incurrere dicantur. Et huiuſmodi cap. violatores, abs quo abſolui poſsint? Et quæ de his hic dicũtur, quinam dicantur. Et ibidem grauaminis appellatione quid contineatur?*

28 *Licentiam dans aduerſus ea quæ eodem c. quicunque. prohibentur, ſi ad aliquem actum ſit proceſſum, an ſtatim incidat? Et eadem ſententia num in epiſcopo locum habeat?*

29 *Sententiæ cap. multorum. de hæret. in clem. qui obnoxij eſſe dicantur: Et quæ de eiſdem dicuntur, qualiter intelligantur?*

30 *Officium inquiſitionis, num impedire dicatur, qui de inquiſitoris vel epiſcopi familia aliquem, in hæretici captione exiſtentem offendit? Et quid ſi prædicti inquiſitores incidant, num à Cardinalium collegio abſolui ſede vacante poſsint?*

31 *Sententiam cap. religioſi. de priuilegijs. in clementinis, qui incurrant: & ſi incurrerint, abs quo abſolutionem conſequi poſſunt? Et quæ hic de his dicuntur, qualiter intelligenda ſint?*

32 *Conſtitutione prædicti capitis, quinam religioſi ligentur? Et an pœnæ, quæ ob id debetur, locus ſit in viatico? num. ſeq. Et quid ſi religioſi vnius ordinis alterius religioſis ſine licentia Euchariſtiam miniſtrarint? nu. 33.*

34 *Pœna, de qua proximè, an locum habeat in regulari bonæ famæ ac conuerſationis hæc ius ignorante, ſi Euchariſtiæ ſacramentorum & huiuſmodi ſine licentia, & nõ in parochialis eccleſiæ contemptu, miniſtret? Et an in ſuſcipientibus quoque locum habeat? nu. ſeq. Et quid ſi ipſe parochianus licentiam ſibi conceſſam dicat, ob idque ei miniſtretur? nu. 36.*

37 *Pœna prædicti cap. de qua hic num locum habeat, ſi ſententia à qua religioſus abſoluit, excommunicatio minor fuerit? Et quid ſi religioſi ab alia abſoluant ſententia, quàm excommunicationis in caſu non conceſſo? num. 38.*

39 *Licentia religioſum miniſtrantem excuſans, abs quo haberi debeat? Et qualis hæc licentia eſſe debeat? Et num in hanc pœnã religioſus à pœna tantũ abſoluẽs, incidat. nu. 40. & 41.*

42 *Pœna de qua hic agitur num locum ſemper habeat, vbi ſine prædicta licentia aut exhibentur aut ſuſcipiũtur ſacramenta?*

43 *Excommunicationi cap. j. in Clemẽ. de pœn. quinam obnoxij ſint: Et eorum, quæ hic dicuntur, quinam ſit ſenſus? Et qui ſacra relinquẽti, de quo hic tractatur, an ſtatim incidat? nu. 44. & 45. Et quid de eo qui eundem in iudicio defendit. 46.*

47 *Ciuitas in epiſcopum delinquere, vt ob id interdicto ſubiaceat quando dicatur? Et an ſatisfactione facta, interdictum abſolutum cenſendum ſit? nu. ſeq.*

49 *Sententiæ Cle. cupientes de pœnis. §. fin. quinam adſtringi dicantur. Et num in huiuſmodi pœnam incidat, qui ad ſepulturæ electionem de qua hic, quempiam inducit: quanquam non ad vouendum, iurandum, vel promittendum? Et quid ſi eximius delicto tota eccleſiam id damni patiatur, vt tota interdicatur? Item quid ſi eccleſia, ad quam eligens inducitur, ea ſit, in qua de iure ipſe ſepeliendus ſit? Et quid ſi eadem ſit cum cœmeterio interdicta? num. 50.*

51 *Excõmunicatio de qua in cap. grauis. in clem. de ſen. excõmunicatio. quos illiget? Et horum abſolutio ad quos pertineat? Et quæ hic dicuntur, qualiter intelligenda ſint?*

52 *Pœna de qua hic diſſeritur, an etiã in ceſſatiõe à diuinis poſita in dictis terris, locũ habeat, ſicut & interdicto? Et an prælati in ſententiã ad eorũ inſtantiã latã incidant? Et an idem ſit in factore, ſi ad domini inſtantiã ſententiã aduerſus rerũ dominicarũ fures, ſi ipſe de eis quoq; ſurripuit. Et ibidẽ de multis alijs.*

53 *Excommunicationẽ inflictam ex cap. cum ex eo. de ſenten. excommunicat. quinã incurrant: & qui incurrerint à quibus abſolui debeant? Et de nonnullorũ, quæ hic dicuntur, intellectu.*

54 *Pedagia noua imponentes quanã excõmunicatione premi dicantur? Et de verbo exigẽdi, quid intelligatur? Et de datia & gabellas augentibus. Et quid de Chriſtianos nauigio vectos abripientibus & eoſdẽ ſpoliantibus. Et de horũ, quæ hic dicuntur, intellectu. Et de verbo nauigio? nu. 55.*

56 *Piratam quot facere dicantur?*

57 *Canon, de quo hic, an latæ ſit ſententiæ? Et abſolutio ab excõmunicatione de qua hic, an Papæ reſeruata ſit?*

58 *Saracenis arma, ferrũ, lignamina galearũ, & huiuſmodi deferentes, ad Chriſtianorum expugnationem, cuinam excommunicationi ſupponãtur? Et nomine guerræ quid contineatur? Et abs quo tales abſolutionem accipere debeant?*

59 *Armorũ, ferri, lignaminũ, & ſaracenorum aduerſus Chriſtianos depugnantium appellatione, quid, & qui contineantur?*

60 *Prohibita, quantum ad rem pertinet, quotuplicia ſint? Et ſub hac Sum. Ang. & Roſel. refelluntur.*

61 *Belli tẽpore, num aliquo caſu prohibita deferri liceat? Et quid de tempore pacis? Et quid eodem tempore pacis de non prohibitis. nu. ſeq. & 63.*

64 *Pœnam, de qua hic, quinam incurrant, & qui non ex his, de quibus doctores addubitant? Et quid ſi tales ſatisfactione præcedente, abſoluantur, an abſolutio teneat? nu. 65.*

66 *Bonorũ cõfiſcatione qui puniũtur, quomodo puniri poſsint, vt prædicta in terræ ſanctæ ſubſidiũ mittãt? Et prædicta pœna, ꝓ indicẽ eccleſiaſticũ imponẽda, quãdo in terræ ſanctæ ſubſidiũ nõ mittitur, quia cui dari debeat neſcitur, cui tũ dãda ſit? nu. 67.*

68 *Impediẽtes eos, cui victualia, aut alia neceſſaria ad curiæ Romanæ vſum adducãt, in quã ſententiã incidãt. Et quid de his, qui ad curiã Romanã veniẽtes, aut ab ea recedentes, ꝓpria temeritate capiũt, ſpoliant, detinẽt, aut ex propoſito verberare, mutilare, vel etiã interficere præſumunt? Et de his & ferè ſimilibus vſque ad nu. 77.*

77 *Excõmunicatio, qua illigantur eccleſiæ libertatẽ offendentes, interdictũ ab Apoſtolica ſede interpoſitũ violantes, aut in ſtatum ac ſummi Põtificis perſonã offendentes & reliquos id genus ad quos porrigatur. Et ibidem Angel. Summa refellitur.*

78 *De excõmunicatione illata à Xyſto in extrauagãti aduerſus omnes diſpenſantes in voto vltramarino, ſanctorum Petri, Pauli, ac Iacobi, & ſimilium. Et ſub hæc de pleriſque alijs ad tituli finem, cuius vltimus numerus eſt, 93.*

EXCOMMVNICATIO † ſeptimò quantũ ad excõicationes papę reſeruatas ſciendũ eſt quòd ipſę ſunt multę in iure, à quibus ſcilicet nullus inferior papa põt abſoluere. Vt autẽ quiſq; volẽs ſcire an aliqua excõicatio ſit papalis aut epiſcopalis, citò inueniat quod quærit, requirat ſequentẽ ta- 1

*excõmuni*

*Excommunicationes papales.* bulam:in qua ponunt omnes papales,præter eas quæ ſunt in proceſſu cœnç,quç cõmuniter ſciũtur. Omnes enĩ aliæ aut ſunt epiſcopales,quç ſunt valde paucç,& in tit.ſeq.facilè inueniri pñt:aut nulli ſunt reſeruatç,& de eis agitur j.Excom.ix.

1 Prima ergo inter papales eſt cõtra percuſſores clericorum.
2 Contra hæreticos.
3 Contra inobedientem ſententiæ delegati.
4 Contra falſantes literas apoſtolicas.
5 Contra fautores hæreticorum.
6 Contra clericos participantes in diuinis cum excommunicato à papa.
7 Contra incendiarios.
8 Contra effractores eccleſiarum.
9 Contra aſſentientes aſſumptioni ſenatoris vrbis.
10 Contra clericos ſoluentes laicis tallias.
11 Contra inſecutores cardinalium.
12 Contra grauantes eos,qui tulerunt ſententias cõtra magnos.
13 Contra inquiſitores,in aliquibus caſibus.
14 Contra religioſos miniſtrantes Euchariſtiam vel extremam vnctionem.
15 Contra capiẽtes,banniẽtes & percutiẽtes aliquẽ põtificem.
16 Contra religioſos inducentes ad pœnitendum de electione ſepulturæ.
17 Contra dominos cogentes ad celebranda diuina in loco interdicto,& contra aliquos in hoc cooperantes.
18 Contra minores recipientes aliquos ad diuina tempore interdicti.

Sunt etiam xiiij.aliæ in proceſſu curiæ quæ prædictis iunctę faciunt xxxij.& quia vltima cõtinet octo,ſunt xxxix. Sunt & multæ aliç in extrauagãtibus & priuilegijs. Vnde quartò eſt cõtra diſpẽſantes cõtra quatuor vota priuilegia xlj.cõtra exenterãtes xlij.cõtra ſimoniacos ordine beneficio xliij. cõtra non reuelãtes ſimoniacos xliiij.cõtra ſimoniacos & ingreſſu religionis xlv.contra mẽdicantes trãſeuntes ad nõ mẽdicantes xlvj.cõtra ſimoniacos pro gratia vel iuſtitia obtinẽda in curia xlvij.contra interponẽtes decretũ in venditione rei eccleſiaſticæ cõtra conſcientiã xlviij.cõtra faciẽtes libellos famoſos cõtra ordinẽ prædicatorũ & minorũ xlix.cõtra dicentes ꝙ dicti ordines nõ ſunt ſtatus perfectiõis 50.cõtra faciẽtes violẽtiã in locis ordinũ prædicatorũ lj.cõtra intrãtes monaſteria Prædicatorũ & ſanctæ Claræ,lij.contra detinentes apoſtatas ord.prædi.liij.cõtra minores & eremitanos recipientes prædicatores, liiij.cõtra aliquos Peruſinos,lv.cõtra accedentes ad ſepulturam domini.lvj.eſt in materia de conceptione virginis,lvij.contra appellãtes ad futurum cõcilium.

2 ¶ Prima † ergo eſt in c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.iũcto c.non dubiũ.&.c.veniẽs.&.c.ad eminẽtiam.eo.ti.cõtra percuſſores clericorũ aut monachorũ:de qua in titulo priore dictũ eſt:& abſolutio ſedi apoſtolicæ reſeruatur. Sed aduertendũ eſt ꝙ ſecundũ aliquos,quando abſolutio reſeruatur ſedi, impendi poteſt à collegio cardinaliũ ſede vacãte,ſiue ab eo,cui commiſerit:nõ autẽ ita videtur quãdo reſeruatur Romano pontifici,iuxta dicẽda j.eo.Excõmunicatione xiij.dub.iij. Videtur autẽ pontifici reſeruari,quãdo mentio nõ fit de hoc adiectiuo apoſtolicus: vt dicẽdo mittatur ad nos,præſẽtetur conſpectui noſtro.Quia tamẽ ſedes parũ vacat,inter iſta doctores nõ diſtinguũt aliquãdo.Hoc tamẽ nõ videtur habere veritatẽ:quia ab hac excõmunicatione,ſecundũ multos, poteſt abſolui ſede vacante:& tamẽ in c.non dubiũ.reſeruatur Romano pontifici:& eadẽ in cap. ſi quis.reſeruatur ſedi apoſtolicæ:vnde procedit iſta diſtinctio inter pontificem & ſedem, quantum ad conceſſa ſub conditione ſuſpendẽte: vt in vj. de reſcript.ſi gratioſè, non autem quantum ad abſolutionem. Poteſt tamen ab hac ſententia abſoluere legatus: vt ſupra, de Legato.§.xij. ¶ Secunda † eſt in c.quod autem.& in c.Acatius.xxiiij.q.j.iuncta gl.& in cap.excommunicatus.extra de hære.& in proceſſu curiæ cõtra hæreticos Gazaros,Patarenos,& alios quocunque nomine cenſeantur, ſiue veterem & iam damnatã hæreſim, ſiue nouã ſequãtur:licet etiã omnino ſint occulti,ſecundũ gl.in cle.j.de hæretic.& abſolutio reſeruatur Romano pontifici. ¶ Pro qua notandũ eſt primò,ꝙ de hæretico omnino occulto ſic quòd hæreſim tenet in corde, Arc.vt refert Sum.Ang.in c.cum quis.de hære.lib.vj.vtrũ incidat nécne,allegat hincinde iura quàm plurima:& tandẽ hoc tanquam dubiũ diſputationi relinquit.Sum.verò Roſ.allegans gl.in cap.multorũ.de hære.in cle.in verbo,eo ipſo.vbi ad hoc multa iura recitãtur.& Panor.& Ioã.Ang.& Ray.& Goſ.tenet quòd ſic:& vltra prædictos adducit etiã Arch.Sed deficit in duobus. Primò,quia malè adducit Arch.vt patet in Sum.iij.partis.ti.xxv.c.iiij.imò malè adducit ferè omnia iura & doc.præter gl.cle.quia nõ loquũtur de occulto quod non proceſſit in opus exterius,ſed de occulto qđ opponitur notorio:quia ſcilicet nõ ſcitur à multis:vnde Arc.gloſſat ꝙ hic capitur occultus reſpectu pluriũ, & nõ reſpectu actus exterioris. Secũdò deficit:quia tenet falſam ſententiã,vt patebit.Vñ Sum.Ang.eiuſdẽ profeſſionis allegat vltra prædicta etiã gl.in cap.j.xxiiij.q.j.& Ioã.de Anc.in Sum.eo.ti.& Car.& tandẽ rectè decidẽs tenet oppoſitũ,ſcilicet ꝙ iſte nõ incidat:ſed ad iura quæ adducit gl.cle.reſpondẽs diſtinguit, vt aliud ſit eccleſiam præcipere,aliud iudicare: vnde tenet eccleſiã poſſe præcipere de occultis,licet non iudicare. Quod falſum eſſe probo per ſanctũ doctorẽ j.ij.q.xcj.ar.iiij.vbi probans quòd præter leges humanas neceſſe fuit tradi diuinã, in tertia ratione ad hoc ſic dicit, De † his põt homo legẽ facere,de quibus poteſt iudicare: iudicium autẽ hominis non poteſt eſſe de interioribus motibus qui latẽt:ſed ſolùm de exterioribus actibus qui apparẽt:& tamẽ ad perfectionem virtutis requiritur quòd in vtriſque actibus homo rectus exiſtat: & ideo lex humana nõ potuit cohibere & ordinare ſufficiẽter interiores actus:ſed neceſſariũ fuit quòd ad hoc ſuperueniret diuina.hæc ille in forma.Nõ ergo eſt aliud & aliud, de quo poteſt homo præcipere ſiue legem facere & iudicare:alioquin ſequitur quòd lex non ſe extenderet ad puniendum delinquentes in eam,vel præmiandum obſequentes:quod eſt contra omnem moralem philoſophiam.Et ideo dico ſecundum mentem Sanct.Tho.quòd de occultis non omnino,quæ ſcilicet non ſunt notoria,ſed tamen de ſua natura eſſe poſſunt, vt ſunt actus exteriores, eccleſia præcipit. Vnde percutiens clericum in abditiſſimis, incidit in canonem: & ſimiliter de eis iudicat:licet non iudicet quandiu ſiſtunt intra limites occultationis ferendo ſentẽtiam. Vnde quàm primùm quis incipit eſſe ſuper aliquo ſuſpectus, licet occultus, iam contra eum procedit inquirẽdo.De occultis verò omnino,id eſt quæ ſiſtunt in ſola cogitatione, non præcipit, inquantum ibi ſiſtunt:quia etiã nec iudicat:quia illa nec ſcit,nec talia ſunt vt ab ea ſciri poſſint quandiu ibi ſiſtunt:ſed tamen ſi illa ex exterioribus colligentur:indirectè & gratia alterius præcipit de eis. Vnde cle.j.de ſta.mo.prohibet acceſſum ad curiã principum animo offendẽdi,vbi non probetur animus offendendi ſecundũ ſe,ſed vt colligatur tali acceſſui,ita quòd talẽ acceſſum prohibet ſub tali pœna non cuilibet,ſed habenti animum nocendi:quẽ tamẽ animum non prohibet. Vnde accedẽs taliter,ſtatim incidit:quia cogitatio procedit in opus. Et ita dico in propoſito,quòd ſi hæreticus procedat in opus,etiã occultiſſimè ſcribendo,vel aliud faciendo, quantuncunque occultè, ſtatim incidit. Et ita loquuntur iura allegata per gl.cle.quæ theologalem materiam plenè non intellexit: ſi verò ſiſtat in cogitatione, non incidit, ſecundum Petr.de Pal.in iiij.& Hoſt.in c.mulieres.de ſenten.excom.& habetur idem ex glo.in c.cum quis.eo.titu.lib.vj.vbi dicitur quòd habens ratam percuſſionem clerici in corde tantùm,non incidit quo ad eccleſiam. Vide etiã infrà,Hora.§.xj.parti.ij.& iij.

5 ¶ † Secundò notandum eſt pro eadem, quòd huic ſententiæ annectitur alia,quæ eſt in c.ad abolendam.extra de hæretic. contra vniuerſos, qui de ſacramentis aliter ſentiunt aut docent, quàm eccleſia Romana: & contra eos,quos eadem eccleſia Romana vel ſinguli epiſcopi per ſuas diœceſes cum conſilio clericorum, vel ipſi clerici ſede vacante cum conſilio ſi oportuerit. epiſcoporum vicinorum,hæreticos iudicauerint.quod ſecundum Pan.& Gemi.& alios,intellige, ſi iudicauerint eos incidiſſe in hæreſim iam damnatam & indubitatam,ita quòd factum ſit clarum & determinatum. Si autem dubitatio de articulis fidei oriretur, & dubium eſſet an bene vel malè diceretur, ſola eccleſia Romana determinat, ſcilicet cui dubia fidei ab epiſcopo ſeruanda ſunt. xxiiij. q.j. quoties.& idem S.Tho.ij.ij.q.j.art.vl.Ex quo no.Pet.de Anc. epiſcopos cum clericorum conſilio poſſe de hæreſi cognoſcere & punire:nec expectant,licet requirant,aſſenſum capituli propter arduitatem cauſæ: & conſequenter vbi de fide agitur,epiſcopi ſunt ordinarij,& ex officio tenẽtur inquirere: vt in c.excommunicamus.de hær.Hodie tamen in cauſa hæreſis ſine inquiſitore ſententiam ferre non poſſunt:vt in.cle. j.de hæret. Nec tamen quicunque tenent contra articulos Pariſijs damnatos per epiſcopum & capitulum,incidit,per dictum c.ad abolendam.tum quia non omnes articuli damnãtur vt hæretici,ſed vt dubij & periculoſi: tum quia ad ſolum Papam pertinet determinare quid ſit hęreticũ,& quid catholicum. Vnde non incidit,qui credit illud quod particularis eccleſia decernit hæreticum:ſed ille qui illud quod vniuerſalis vel Romana:quia qui hæret fidei eccleſiæ Romanæ,alia tenente oppoſitum,non eſt hæreticus.de ſum.tri.& fide catho. damnamus.in fi.quia illa errare non poteſt,ſed omnis alia:vt tota eccleſia Græcorum.

6 ¶ † Tertiò,notandum ex Archie.in Summa,quòd in his quę ſunt fidei,ſententiam epiſcopi incurrit cõtra eius prohibitionem faciens,ſi eſt ſubditus eius in loco ſubdito:& idem ſi ſit exemptus,& in loco exempto:& multò amplius non exemptus in loco exempto: quia in his quæ ſunt fidei,non prodeſt exemptio.Si verò ſit nõ ſubditus iure communi,vel ſubditus in loco,extra territorium non incurrit.Si verò extraneus,ſupple in territorio:aut eſt talis,qui nõ ſortitur forum ratione delicti, ſicut fortè archiepiſcopus:& ſic non incidit.Aut talis qui ſortitur:& tunc ſi eſt de articulis per eccleſiam damnatis,incidit:ſi aũt nõ eſt de illis,non incidit:quia non peccat per inobedientiam:quia tunc nõ eſt ſubditus.hæc ex illo. Dubium tamen eſt quod dicit de ſubdito extra territorium, iuxta dicta ſuprà Excommunicatio ij.§.

7 ij.& iij. ¶ † Quartò notandum eſt, quòd huiuſmodi excommunicatio ex corpore iuris non reſeruatur Papæ: & conſequenter videtur quòd epiſcopus poſſet abſoluere, per c.nuper.de ſentẽ.excom.ſed tamen reſeruatur Papæ per annualem curiæ proceſſum. ¶ Tertia excommunicatio eſt in cap. quærenti.de offi.delega contra inobedientem ſententię delegati vltra annũ:de qua dic vt ſupra Abſolutio j.§.ij.in prin.

8 ¶ † Quarta eſt in cap.ad falſariorum.de crim.fal.vbi excommunicantur qui per ſe vel per alium falſant literas apoſtolicas cum ſuis fautoribus. Et clerici officijs & beneficijs ſunt priuati & degradati traduntur iudici ſeculari:& abſolui non poſſunt, niſi per Romanum pontificem per curiæ proceſſum:imò ſecundum Archi. per cap.dura.de cri.fal.licet Pan. dicat illud c.loqui ſolùm de habente literas falſas.In proceſſu verò curiæ dicitur ſic:Excommunicamus & anathematizamus omnes falſarios bullę ſeu literarum apoſtolicarum,ſupplicationem,gratiam,& iuſtitiam continentium, &c. ¶ Sed tamen circa iſtam materiã oportet diſtinctè loqui de falſantibus,vtentibus,habentibus,corrigentibus, & recipientibus eas nõ de manu põtificis aut bullatoris. ¶ Vtẽtes verò huiuſmodi literis falſis,ſimiliter ſunt excommunicati,ſi ſunt laici, licet abſolui poſſint à ſuis ordinarijs,vt ibidem: clerici verò non ſunt excommunicati,ſecundum Pan. ibi:quanuis Hoſti. teneat contrarium,ſed ſunt priuandi beneficijs: quia textus diſtinguit inter clericos & laicos:& in pœnis eſt fiẽda mitior interpretatio:vt in regula,in pœnis, nec debent conteri duplici pœna. ¶ Habentes autem huiuſmodi literas, & non reſignantes,nec lacerantes,ſecundum Panor.ſi eis non vtantur, non incidunt in ſententiam aliquam,niſi ſit lata per iudicem cum termino viginti dierum ad reſignandum:poſtquam ſcilicet quis cognouerit eas ſe habere,ſecundum Hoſt.& Sum. Piſa.vel ſecundum Pan. poſt latam ſententiam per ordinarios,ita quòd niſi illa præceſſerit,non incidunt:& hoc eſt verius. Hæc tamen intellige quando ad eos caſu literæ peruenerunt.Si autem conſcij fuerunt, incidunt indiſtinctè: quia agentes & conſentientes par pœna conſtringit:vt in c.j.& ibi per gl.de offi.deleg.l.iubemus.§.œconomus.C.de ſacroſanc. eccle.plenè per Abba.in præalleg.c.j. Et propriè eſt caſus in c.dura.de cri.fal.c.autem,ad falſariorum.loquitur de vtentibus ſcienter:qui incidunt ipſo facto. ¶ Corrigentes autem literas papales,ſecundum Hoſt.vt recitat Panor.in c.ex literis. de fide inſtru.& idem Goſ.ſunt ſimiliter excommunicati excommunicatione lata in curia, & apoſtolicæ ſedi reſeruata: etiam ſi vnam figuram ſiue literam vel etiam dimidiam abraſerint,deleuerint,aut cancellauerint,vel diminuerint,compleuerint, vel mutauerint ſine licentia illius, ad quem ſpectat,poſtquam litera eſt bullata vel ſignata. Hæc etiã intellige ſtante bulla vel litera:quia ſi quis eam totam cõbureret aut laceraret,non diceretur eam corrigere,nec incidere. Recipientes autem literas apoſtolicas,dum ipſi ſunt apud apoſtolicam ſedem,de manu alterius quàm Papę vel deputatorum ad illud officium, ſunt excommunicati, ſi ſunt laici, niſi ſint perſonæ ſolennes quæ per nuntium recipere poſſunt de manibus prædictorum,vt in c.dura.de cri.fal. Non ligat autem iſta ſententia,ſecundum Io.And.& Hoſt.niſi exiſtens apud apoſtolicam ſedem:quæ,vt dicunt,ibi eſt,vbi eſt Papa. Sed tamen ſecundũ Io.And.& Pet.de Anch.& glo.Ber.hodie iſtud curia non reſeruat:quinimo q̇libet paruę authoritatis mittit ad bullatorem,& recipit. Et quia Papa hoc ſcit & tolerat,vt dicit Ber.ideo non ligat. ¶ † Eſt autem pro hac notãdum primò ſecundum Pet.de Anch. quòd ſcienter impetrans breue ſubreptitium,& eo vtens,non incidit in pœnam falſarij:ſed ſolùm vt eius commodo careat,& in expenſis condemnetur.de reſcrip.ſuper literis.falſans autem reſcriptum,vel vtens falſo aut falſis literis apoſtolicis ex certa ſcientia, vel ignorantia procedẽte ex negligentia,incidit.ſecus ſi falſitas erat latens, & adhibuit per ſe vel per alios diligentiã quam potuit,indagando à peritioribus:quia excuſatur,ſecundũ Pet.de Ancha. xliij.di.Epheſijs.Et idem ſecundũ aliquos eſt de falſario ſupplicationum gratiam aut iuſtitiam continentium, ſignatarum per pontificem aut vicecancellarium aut regentem officium cancellariæ. ¶ Et ſecundò quòd ſecundum Richar.in iiij.diſt.xviij.impetrans literas à domino Papa etiam ſcienter tacita veritate vel ſuggeſta falſitate, aliàs nõ cõceſſuro,non incidit:ſimiliter nec vtens literis alio nomine impetratis: licet vterque dignus ſit pœna magna: quia licet ſic impe- 9

trans ſit falſarius,extenſo nomine,vt ſumitur xxv.q.ij.dicen-
ti.non tamen eſt falſarius literarum domini papæ:quia lite-
10 ras impetrat veras, quãuis ſuggeſtione falſa. ¶†Et tertiò,
quòd Richa.vbi ſuprà quærit, vtrũ reformans literã in litera
Papæ quæ iã expiraret,vel faciens punctũ aut aliqd quocun-
que modo mutans,nõ intentiõe vtendi,ſed ludo,incidat ipſo
iure? Et dicit ſecundũ aliquos,quòd non: quia illa excõicatio
non intelligitur,niſi de literis, quæ alicui poſſent eſſe vtiles.
Sed cõtra,inquit,argui poteſt: quia illa inutilis litera poſſet
per raſuram ſic mutari,vt appareret vtilis:verbi gratia,ſi di-
ceret poſt trienniũ minimè valiturũ:& poneret quinquenniũ.
Vnde videtur quòd iſte incidat.quod mihi videtur conceden
dum.de literis tamen,quæ vtiles apparere nõ poſſent vlla ra-
ſura,vtputa de litera curatoria data à ducentis vel trecentis
annis:ſecus tamen vt habetur in glo.in d.c.ad falſariorum.in
ver. per raſuram immutans ſcriptum Papæ nulla adhibita
diſtinctione eſt falſarius. ¶Et quartò quòd vtens huiuſmodi
literis ignoranter,ſecundũ Hoſt.excuſatur,ſi falſitas erat ita
latens quòd bene percipi nõ poterat:& ipſe adhibuit diligen-
tiam quam potuit:alioquin non: quia debuit inueſtigare per
alios:arg.xxxvij.diſt.§.vlt.extra de homi. Ioannes.&.c.vlt.ff.
11 de redhibi.acti.li.vj.¶†Quinta eſt in c.nouerit.extra de ſen.
excom.vbi excõicantur nõ ſolùm hæretici,ſed etiam fauto-
res & receptores eorum.& intellige ſecundum Pet.de Pal.in
quarto,dum vitium ſuum aliquo exteriori actu produnt pu-
blicè vel occultè. Si tamen, vt dicit, in poteſtate exiſtens o-
mittit facere qđ debet,licet nihil exterius agat, incurrit iſtã
ſententiam:quia ad idem iudicium pertinet habitus & priua-
tio.Et ſecundũ Arch.iſta excommunicatio eſt papalis,vt pa-
tet ex curiæ proceſſu. Quis autem dicat̃ fautor, defenſor,&
12 receptator,infrà Hæreticus,vel hæreſis.j.§.vij. ¶†Sexta eſt
in c.ſignificauit.eo.tit.vbi excõmunicati dicuntur eadem ſen
tentia clerici,qui participauerunt ſcienter & ſponte cum ex-
cõmunicatis à Papa,ſcilicet iudicialiter vel nominatim,ſecũ-
dum cõmunem lecturam,& eos in diuinis officijs receperũt:
& Papæ reſeruatur abſolutio.Sed notãdum quòd ſecundum
aliquos intelligitur quando Papa excommunicat aliquem &
participantes:ſcđm alios verò quando participatio eſt in cri-
mine.& hæc eſt opinio Tancr.& gl. & quæ ſecundum Inno.
poteſt dici eſſe vera:& cui ſecundũ Io.And.& Io.de Lig.vide-
tur adhærendũ.Sed quia iſtæ opiniones, vt dicit Pan.parum
deſeruiunt, ſecundũ alios iſta eſt noua excõicationis ſpecies,
ad quam incurrendã quinque requiruntur, vt notatur in tex.
Primò,ſcilicet quòd participet clericus: ſecundò quòd ſcien
ter:tertiò quòd ſponte,id eſt,excluſa coactione abſoluta,nõ
cõdemnata,ſecundũ Gof.quartò,quòd in diuinis,ſcilicet quæ
in eccleſia,& quæ extra dicuntur,vt in horis canonicis,ſecun-
dum eundem.quintò, ꝙ excõmunicato à Papa nominatim,
ſecundum Arch.vel ſcđm aliquos iudicialiter. Et hæc eſt o-
pinio cõmunis,quã tenuit Hoſt.& Gof.& Dir.& Arch.& Al-
be.& Sum.Conf.& Archi.& omnes ferè Summiſtæ.Glo. aũt
exponit eadem ſententia iſtos inuolui quãtũ ad priuationem
ſacramentorũ:& intendit quòd incidunt in minorem, vt in-
nuit in ſequentibus.Sed hoc cõmuniter reprobatur:quia Pa-
pa ſibi abſolutionem non reſeruaſſet.¶Sed nota quòd ſecun
dum Hoſt.& Gof.hunc rigorem inducit iudicis magnitudo,
& excellentia diuinorum officiorũ,in quibus participat̃:adde
& dignitas perſonæ participantis.c.clerici. de quo textus lo-
quitur.Vnde laicus nõ incideret in maiorem. Si tñ ſententia
eſſet quidẽ à Papa,ſed per canonem,nõ aũt iudicialiter,pec-
caret quidem participans, nõ tñ incideret in eandem ſecun-
dum Hoſt.& Gof.quia mitius agitur cum lege,quàm cũ mi-
niſtro legis,l.Celſus.de arbi.Pro opinione tamen Tanc.facit

quia text.diſtinguit inter participaſſe & recepiſſe in officijs:
quaſi primum referatur ad participationem in crimine.ex
quo ſequitur declaratio quòd inciderunt in eandem. & ideo
approbo dictũ Io.And.& Io.de Lig.poſt Inn.¶†Septima,eſt
in c.tua nos.de ſent.excõ.vbi dicit̃ ꝙ incendiarij,ex quo ſunt 13
per eccleſiæ ſententiã publicati,pro abſolutiõis beneficio ad
apoſtolicam ſedem ſunt mittendi.Sed circa hanc ſunt dubia.
¶Primò vtrũ omnes incendiarij ſint excõicati ipſo facto vel
ipſo iure? Et dico ſcđm aliquos,quòd ſic, ſiue incenderint ſa-
crum ſiue non.Sed contrariũ tenuit Sum.Piſ.& Arch.& glo.
in d.c.tua.& Ray.& Hoſt.& Gof.& Io.de Lig.& Pan.qui o-
mnes tenent hoc eſſe verũ de incendiario eccleſiarũ vel reli
gioſorum locorũ.quod ſcđm Ray.Gof.Hoſt.& Io.de Li.ex-
tenditur etiam ad locũ cœmeterij vel ſpatij priuilegiati cir-
ca eccleſiã:qđ eſt xxx.paſſus,ſeu xl.quo ad eccleſiã matricẽ,
xvij.q.iiij.ſicut vel loci cõtigui priuilegiato. Quod tñ poſſet
procedere ſolũ ſi res cõbuſta ſpectaret ad eccleſiã, cùm ali-
ter nõ ſit locus religioſus.xvij.q.iij.quiſq;.etiã ſi ſit de patri-
monio clerici.Vnde Lapus ſuper c.quia nonnulli. de immu.
ec.lib.vj.dicit ꝙ nomine eccleſiarũ includunt̃ nedũ monaſte
ria,ſed etiam omnia loca pia:quia iſta equiparantur.de teſta.
requiſiſti.Et dicit Arch.ꝙ habito cõſilio cũ quibuſdam Iuri-
ſtis conſuluit ꝙ frangens vel cõburens domũ ſitam intra di-
ctum ſpatium,non eſt ipſo iure excommunicatus:& hoc per
d.c.quia nonnulli. & per c.cõqueſti. licet ſit violator immu-
nitatis eccleſiæ,& vt ſacrilegus puniendus. Iſtius ſecundæ o-
pinionis ratio eſt,quia de iſtis,qui ſacra incendunt loca,repe-
ritur in iure quòd ſint excommunicati:vt xj.q.iij.canonice.&
xvij.q.iiij.omnes eccleſiæ.de ſent.excõm.conqueſti.de rapt.
ex literis. de alijs aũt hoc non inuenitur ꝙ ſint iure cõmuni
excommunicati:vt dicit gloſ.in c.deuotiſsimam.xij.q.ij.ſed
excõmunicentur,ſiue ſint excommunicandi:vt xxiij.q.vl.peſ-
ſimam. Nec obſtat quòd d.cap.tua.loquitur indiſtinctè:quia
non fert ſententiam,ſed prohibet abſolutionem poſt denun-
tiationem ſententię,quæ ſcilicet poſsibiliter fuit à ſtatuto ſy
nodali vel aliquo iudice.Nõ obſtant etiã quædã verba in d.c.
peſsimam.vt patet ibi per gloſſ.Iure autem ſynodali alicubi
tales ſunt excommunicati: alicubi ex conſuetudine haben-
tur pro excõmunicatis:licet re vera non feratur excõmunica
tio ſine conſtitutione vel ſententia,ſecundum Verue.de quo
ſuprà Excõmunicatio.j.notabili.j. Vtrum autem incidat qui
eccleſiam in bello iuſto comburit,infrà Incendiarius.¶†Se- 14
cundò vtrum omnes incendiarij, etiam locorum non ſacro-
rum,ſint per ſummum pontificem abſoluendi, ſi fuerint de-
nuntiati? Et dico ſcđm Hoſt.& Veruec.& cõmuniorem opi-
nionem,ꝙ ſi locus fuit ſacer, poſt denuntiationem abſoluit
ſolus Papa,ante verò etiã epiſcopus.Si verò fuit nõ ſacer,ita
ꝙ excõmunicati ſunt per epiſcopũ: abſoluit epiſcopus ante
& poſt:ſcđm Pe.aũt de Anch.& Gof.& Ber.& opinionem tu-
tiorem, imò & veriorem ante denuntiationem eo abſoluit
omnes,præmiſſa tamen ſatisfactione:vt in d.c.peſsimam &
hoc ſiue locus ſacer fuerit,ſiue nõ ſacer:poſtea verò nullum.
Et hanc ſequitur Sum.Piſ.& probatur clarè ex c.tua.& c.con
queſti.eo.tit.& conſentit Pan.in dicto c.conqueſti.ſic mentē
glo.concludens quòd ſi locus fuit ſacer, ipſo facto incidit,&
ante publicationem abſoluit epiſcopus:poſtea verò Papa.ſi
verò non ſacer, eſt excommunicandus: & poſt denuntiatio-
nem abſoluit Papa ſolus.Et intellige ſecundum Verue.etiam
ſi ſit mulier,& illa abſoluatur ab iniectione manus in cleri-
cum:imò nec legatus abſoluit huiuſmodi, qui abſoluit per-
cuſſores clericorum:vt ſuprà Delegatus. ſecũdũ Gulielmũ
quia licet iſta,vt inquit Panormitanus in cap. tua,parificen-
tur quantum ad difficultatem obtinendi abſolutionem non
tamen



tamen ſequitur quòd promiſsio facta in vno caſu extenda-
tur ad aliũ,maximè quia in iſtis exorbitãtibus nõ fit exten-
ſio etiã per maioritatem rationis:vt in regula, in argumen-
tum.de reg.iu.lib.vj.& in l.qđ verò.ff.de le.& ſenatuſcon.Io.
15 And.¶Tertiò†quomodo intelligẽda ſit iſta denũtiatio? Et
dico,ſecũdũ quoſdã,neceſſariò debet fieri nominatim,id eſt,
expreſſo nomine:nõ autẽ in generali ſub hac forma:Excom
municamus illos,qui tale fecerunt incendiũ. Sed ſecundum
Veruec.& ſi ſolùm in generali fiat,ſolus papa abſoluit.& cõ-
ſentit Piſ.& hoc tenendũ eſt,præſertim cũ Hug.dicat & iure
periti,ꝙ cũ fertur ſentẽtia ſub hac forma, Excõmunicamus
omnes qui fecerunt hoc vel illud:oẽs intelligũtur excõmu-
nicati nominatim:de quo j.in verbo,nominatim. & dic verũ
de his,quos notoriè cõſtat feciſſe.Et ſecundũ Arch.intellige
à quocunque iudice denuntiatio fiat:quæ autẽ loca dicantur
16 religioſa,j.Loca.¶Octaua † eſt in c. cõqueſti. extra de ſen.
exc.vbi excõicantur effractores eccleſiarũ cũ ſpoliatione:&
ante denũtiationẽ quidẽ abſolui poſſunt ab epiſcopo,ſi volũt
ſatisfacere,extra eo.nup. poſtea verò abſoluit ſolus papa,ſe-
cundum communẽ opinionem doc.etiam ſi denuntiatio fuit
generalis ratione dicta prius.¶Primò verò dubitatur quis ſit
effractor? Et dico ſecundũ Veruec.ꝙ eſt is qui dolo malo aut
per iniuriam parietẽ fodit aut ſubfodit,aut fregit vitream fe
neſtrã,aut ſerraturã, aut oſtia, aut cardines, aut vectes,dum
tenẽt oſtia firmata,aut ipſum tectum eccleſiæ.Hæc ille.qui
per exẽpta declarat.Diffinitio autẽ eſt hæc:Effractor,quan-
tum ad ipſum nomẽ,eſt qui frangit:ſed quantũ ad iſtum ca-
nonẽ,eſt qui per vim parat ingreſſum,vt furetur.Vnde licet
hoc fiat cõmuniter per fractionẽ:tamẽ ſi quis impingens fa-
ciat debilem vectem cedere loco,incidit: quia cùm iſta cõſti
tutio ſit in fauorẽ eccleſiarum,latiſsimè interpretanda eſt in
17 dubio. ¶Secundò†vtrum ad incidẽdum in hanc ſentẽtiam,
requiratur effractio & ſpoliatio,vel ſufficiat alterum tantũ?
Et dico requiri vtrũque,vel ſaltem effractionẽ:quia Io.And.
& Pet.de Anch.ſic illud c.ſummãt:Qui cum effractione ex-
poliant eccleſias,excõmunicati ſunt,& poſt denuntiationem
per papam abſoluendi.Vnde ſecundum Veruec.cui cõſentit
Panor.in c.fi.de fur.nõ incidũt qui furantur ſine effractione,
etiam ſi habuerunt animũ frangẽdi,ſed fractionẽ factam ab
alijs inuenerunt,etiam ſi res fuerũt ſacræ,vt calices,ſecundũ
Pan.ſed qui frangit & nõ furatur:ſi fecit animo ſpoliãdi,cre-
do quòd incidat:licet Sum.Ang.ſentiat contrarium:quia illa
duo cõputantur pro vno facto,quod iſte incœpit, licet non
perfecerit.Nec tamẽ eſt ſimile de furãte ſine fractione:quia
ille fecit primum,facturus ſecundũ:non autem iſte ſecũdum
facturus primũ.Si autem non intẽdebat ſpoliare:licet ſit ſa-
crilegus ſi iniurioſè fregit,nõ tamẽ incidit.Nec obſtat c.ca-
nonica xj.q.iiij.&.c.cum pro cauſa. ſecundum quæ vidẽtur
omnes ſacrilegi & violatores eccleſiaſticæ immunitatis ex-
cõmunicati:quia vt patet per gl.& Pan.in d.c.cũ pro cauſa.
aliquãdo tales incidunt ſolùm in minorem:vt ſi quis laicum
18 percutiat in loco ſacra. ¶Tertiò †vtrũ nomine eccleſiarum
veniant hic monaſteria & pia loco? Et dico quòd ſic,ſecundũ
Pan.in c.tua nos.eo.ti.Et ratio,quia hæc cõſtitutio eſt in fa-
uorem eccleſiarum,vt dictum eſt,& addit idẽ in c.fi.de eccl.
ædif.vt refert Sum.Ang.ꝙ huic nomine eccleſiarum, veniũt
etiam nõ cõſecratæ,& hoſpitalia. quod intellige ſi ædificata
eſſent authoritate papæ vel epiſcopi:aliter nõ eſſent loca re
19 ligioſa:vt no.in c.ad hæc.de relig.dom.¶Quartò†vtrũ enor
mia in eccleſia facientes violenter,incidant de iure? Et dico
quòd ſic ſecundũ aliquos:vt refert Sum.Piſ. vt diruẽtes alta
re frangentes crucem,aut calicẽ:vel diripiendo corpus Chri
ſti,vel furando. Et hanc opinionem tenuit Supplementum:

ſed oppoſitum ſenſit Sum. Roſ.& Ang.Et hoc verius: quia
Gof.& Hoſ.& Ioan.de Lig.tenent quòd ſunt ſolùm excom-
municandi.Publicati autem abſolui poſſunt per epiſcopum,
ſecundum Sum.Ang.Sed oppoſitum tenuit Supplementũ,&
verius:quia,vt ſupra dictum eſt incẽdiarij loci non ſacri,qui-
bus iſti videntur comparari,mittuntur ad papam denuntiati:
etiam ſi non fuerant excommunicati de iure, ſed ab epiſco-
po tantùm:vt iſti:ſecus tamen de effractoribus aliorum lo-
corum:vt patet per no.in d.c.conqueſti.¶Quintò,vtrum in-
cidant incendentes vel effringentes domum ſitam in ambitu
priuilegiato eccleſiæ? Et dico vt s.§.vij.in prin.¶Nona † eſt 20
in c.fundamenta.de elect.lib.vj.vbi excõmunicantur primò
omnes cuiuſcunque notabilis præeminẽtiæ,dignitatis,pote-
ſtatis,vel excellentiæ,quocunque nomine cenſeantur,& fra-
ter,filius,vel nepos aliquorum prædictorũ, qui ſine licentia
ſedis apoſtolicæ nominationi,electiõi,vel aſſumptioni in ſe-
natorem,capitaneũ,patritiũ, aut rectorem ad regimẽ vrbis
Romæ aſſentiũt vel ſe intromittunt per ſe vel per aliũ.Ex-
cipiuntur Romani naturaliter ex ipſa vrbe oriũdi,vel ibi in-
colæ ſeu continui habitatores:qui licet ſint prædictorum fra
tres,filij,vel nepotes,aut ſub comitatus vel baroniæ nomine
extra territorium vrbis iuriſdictionẽ perpetuã vel tempora-
lem obtineant,poſſent tamen aſſumi in ſenatores Romanos
ad vnum annum vel breue tempus,dummodo extra territo-
rium non habeant talem poteſtatem,quòd poſsint euacuare
rationem prędictę cõſtitutionis.quæ ſcilicet ratio eſt ne ſua
potentia poſsit ſibi vrbem illam vſurpare,& ſubiugare eccle
ſiam,& pontificem Romanum,ſicut fecit Conradinus,qui de
venenoſa radice Federici quõdam Romani Imperatoris ex-
ijt.Item ſecundò excommunicantur omnes alij à prædictis
aſſentientes ad prædictum regimẽ vltra annum,ſine licentia
ſedis apoſtolicæ. Et tertiò intendẽtes vel obedientes ſic aſ-
ſumptis.Et quartò qui eos nominauerunt,elegerunt, vel aſ-
ſumpſerunt.Et quintò dantes auxilium,cõſiliũ vel fauorẽ pu
blicè,vel occultè tã nominatoribꝰ,electoribus,& aſſumpto-
ribus,quàm nominatis,electis,& aſſumptis.Nec aliquis præ-
dictorum abſolui poteſt,niſi per Romanorũ põtificẽ. ¶De- 21
cima†eſt in c.clericis.de immu.eccleſ.lib. vj. vbi excõmuni-
cantur clerici ſoluentes laicis tallias,collectas, decimas, vel
quancunque quotam: ſed hæc conſtitutio hodie eſt reuoca-
ta per clem.vnicam,de immu.eccle.quantum ad clericos.
¶†Vndecima eſt in c.felicis.de pœ.lib.vj.vbi excõmunican- 22
tur primò inſecutores eccleſiæ Romanæ cardinalium hoſti-
liter:& ſecundò percuſſores & captores:& tertiò qui mãda-
uit & ſocij facientiũ:& quartò qui factũ habuerint ratũ, vel
conſiliũ dederint, aut fauorẽ:& quintò qui poſtea tales rece-
ptauerint,aut defenſauerint ſcienter. Et horũ qlibet eſt reus
criminis læſæ maieſtatis,& perpetuò infamis,diffidatus,ban
nitus,& inteſtabilis,vt nec teſtamẽti liberã habeat factionẽ,
nec ad alicuius bona ex teſtamẽto vel ab inteſtato vocet̃, &
multis alijs pœnis eſt ſubiectus,& filij.& nepotes,vt ibi patet.
Nec ab alio quàm à Romano põtifice poteſt abſolui,niſi in
mortis articulo:excõmunicantur etiam principes,ſenatores,
conſules,rectores,ſiue alij domini, & eorũ officiales,qui in-
tra mẽſem à die notitiæ habitæ de prædicto delicto nõ pu-
niunt prædictos reos ſecundũ tenorẽ dicto ca.felicis.Sed ta
men iſti abſolui poterunt à ſuis ordinarijs: quia iſta ſenten-
tia ibi papæ non reſeruatur.Excommunicantur etiam qui
aliquid prædictorum fecerint clericis,aut religioſis de fami-
lia papæ vel Cardinalium.Sed abſolutio ibi papæ non re-
ſeruatur.Ciuitas verò quæuis alia præter vrbem, quæ talia
facientibus in his qui conſilium vel auxilium dederint, aut
fauorem,vel intra menſem ſaltem taliter delinquẽtes prout

tanti facinoris enormitas exegerit,& facultas ei affuerit,non
duxerit puniendos, pontificali & ſupra ſit eo ipſo dignitate
23 priuata,& nihilo minus remaneat interdicta. ¶Primò † ve-
rò dubitatur,quomodo intelligantur prædicta?Et dico quòd
ſecundum Archi.intelligi debet,hoſtiliter, id eſt,ſicut hoſtis
& inimicus capitalis:vel publicè & manifeſtè:ſicut etiam ſu-
mitur hoſtile.xj.q.iij.quicunque. Et ſecundum Ioann.Andr.
percuſſerit,ſcilicet iniuſtè:ſecus ſi pro defenſione:& ceperit,
ſcilicet cum effectu.vnde ſi non capiatur,ſed inſultus ei fiat
ad domum vt inferatur iniuria: vel ſi obſideatur in domo,
vel in caſtro,vel etiam in domo claudatur,non vt ibi cuſto-
diatur, ſed inferatur verecundia. non credit Archid. habere
locum quod hic dicitur,ſecundũ quod no.Inn.in c.nuper.eo.
tit.Et ſecũdum Io.And.& arch.ratum habuerit: ſcilicet cùm
eius contemplatione vel nomine ſit factum: vt de regu.iur.
tantum.in vj.Et ſecundum Io.And.fauorem non nudum vel
ſimplicem,id eſt,qui ad maleficiũ nihil adijcit.& idem intel-
lige de conſilio.Et ſecundum eum receptauerit:quia ſcilicet
pari pœna puniẽdi ſunt receptatores,ſine quibus diu nõ poſ-
ſent delinquentes latere.ff.de rece.l.j.niſi eſſent cõſanguinei
24 vel affines.ff.eo.l.ij.¶Secundò,† vtrũ ex ſolo mandato inci-
dat quis in hanc ſententiam,ſi non ſequatur effectus captio-
nis vel percuſsionis?Et Sum.Roſ.videtur tenere quòd non:vt
patet in tit.Abſolutio.j.§.ix.in fi.& clarius §.iiij.Sed ego di-
co quòd ſic,ſicut & ex ipſa inſecutiõe,quia proximus effectus
ipſius mãdati eſt ipſa inſecutio, ex qua,vt dicitur in tex.ipſo
facto ſentẽtiã incurrit inſecutor, & alij prædicti:quãdo autẽ
mandatur aliquid habens annexã ſentẽtiam:ſi effectus ſequa
tur,incidit mãdans.Et licet ſit regula generalis ꝙ ſine effe-
ctu quis excommunicatiõis ſententiã nõ incurrat: tamẽ hoc
fallit in tribus caſibus. Primò in hoc caſu quantũ ad effectũ
remotum.Secundò,in eo qui mãdat per aſſaſsinum interfici:
qui eſt excommunicatus,etiam ſi nõ ſequatur effectus:vt de
homi.pro humani.lib.vj.Tertiò ſecundum aliquos,in his,qui
in perſonam vel ſtatum Romani pontificis conſpirant,id eſt,
coniurant:quia habetur in Xyſtina,quæ incipit,& dominici.
& communiter in proceſſu curiæ tales ſunt excommunicati.
Et intellige etiam ſi non ſequatur effectus.de quo j.§.xxxij.
Sed tamẽ Sum.Roſ.videtur velle quòd in ſtatum illum con-
ſpirant omnes,qui in aliquam terrã eccleſiæ cõſpirant:quod
non credo verum, niſi illa eſſet ſedes põtificis:ſed in ſtatum
conſpirant,qui volunt illum mutare,aut periculo mutatiõis
exponere:vt aliud ſit cõſpirare in ſtatum,aliud in res ſtatus.
25 ¶Tertiò † vtrum tales incurrant infamiam & bonorũ con-
fiſcationem ipſo facto?Et dico ſecundum Arc.quòd quãtum
ad infamiam & cõfiſcationem effectualem, & corporalem,
pœnæ infligendam neceſſaria eſt ſentẽtia,ſaltem generalis
vt ſcilicet pronũtietur,eũ eſſe crimino ſum crimine læſæ ma
ieſtatis:aliàs quanuis bonorum dominio ipſo iure priuetur,
vel ipſo facto etiam prius amittat ex die cõmiſsi criminis:ta
men ei nõ aufertur: nec fit executio ablationis bonorum vel
alterius pœnæ,niſi poſt ſententiam ſaltem generalem. Et ſi
quæratur ad quid priuatur dominio,ex quo bona non aufe-
runtur ante ſententiam?Reſpondet Arch.in d.c.felicis.quòd
propter fructus medij temporis qui fiſco debent reſtitui.Et
ita notatur per gl.in authenti.de inceſ.nup.§.j.vbi etiam ad-
uerte ſecũdum doct.quòd iſta clauſula,ipſo iure,vel eo ipſo,
tria operantur.Primò perditionem dominij illius rei.Secun-
dò retrotractionem ad diem cõmiſsi criminis:ita quòd alie-
natio facta ab eo die vſque ad ſentẽtiam ſaltem generalem,
non valet, ex quacunque cauſa ſit facta, ſiue lucratiua,ſiue
oneroſa.quod erit magis dubium.Tertiò,reſtitutionem fru-
ctuum medij temporis.De his j.Hæreticus.j.§.viij.particu-

la.iij.¶Quartò † vtrum incidant principes & reliqui, ſi intra 26
menſem à notitia ſententiam contra tales non protulerint,
modò incœperint proceſſum?Et dico ſecundũ mentem Ar-
chi.quòd illud dictũ tripliciter poteſt intelligi. Primò quòd
incidant,ſi inſtantia huius cauſæ non terminetur per ſenten-
tiam intra menſem à litè conteſtata,ſi quis exiſtat accuſator.
Secundò quòd incidat qui intra menſem non inquiſierit, &
receperit teſtes,ſententiam protulerit, & fuerit executus à
denuntiatione ſibi facta ſine accuſatiõe per ſuum officialem
aut alium priuatum.Sed intellige ſanè:quia quãdo res igno-
ratur, debet plenius ad iudicis notitiam peruenire.xj.q.iij.
ſummopere. vnde nõ incidit,niſi fuerit negligens in cogno-
ſcendo de cauſa.Tertiò,vt iſte mẽſis incipiat currere ex die
qua iudici per famam innotuit.Et hoc magis placet. ¶Duo-
decima † eſt in capi.quicunque.de ſententia excommunicatio- 27
nis.libr.ſexto.vbi excommunicantur primò omnes alicui li-
centiam dantes occidendi,capiẽdi, ſeu aliàs grauandi in per-
ſonis:vel bonis ſuis aut ſuorum,eos qui contra reges, princi-
pes,barones,nobiles,balliuos,vel contra quoſlibet miniſtros
eorum ſententiam excommunicationis,ſuſpenſionis, vel in-
terdicti tulerunt,vel eos quorũ occaſiõe ſunt prolatæ, vel eas
obſeruantes,ſeu nolentes communicare taliter excommu-
nicatis, niſi licentiam ipſam re integra reuocauerint, vel ſi
eius occaſione ad captionem bonorum ſit proceſſum: niſi
ipſa bona fuerint intra octo dierum ſpatium reſtituta, aut
impenſa pro illis ſatisfactio. Secundò,omnes,qui auſi fue-
rint vti licentia.Tertiò,qui aliquid præmiſſorum commiſe-
rit ſuo motu.Et ſi per ſpatium duorum menſium omnes præ-
dicti manſerint in dicta ſententia, iam niſi per apoſtolicam
ſedem abſolui non poſſunt.Ex quo elice quòd antè poterunt
abſolui per ordinarium.¶Primò verò dubitatur quomodo
intelligantur prædicta.Et dico quòd ſecundum Ioann.Andr.
ordinarius regis eſt epiſcopus,in cuius diœceſi delinquit, vel
habet domicilium.diſt.xcvj. ſi Imperator. & ſecundum Ar-
chid.non ſolùm rex,ſed etiam Imperator excommunicari
poteſt ab epiſcopo.ij.q.vij. §.item condicendum. Et ſecun-
dum Ioannem Andre.verbum miniſtros, ad clericos referri
poteſt: & ſic propriè inſequitur verbum ſuſpenſionis. Et ſe-
cundum Archid. quod dicitur, licentiam, multò fortius lo-
cum habet in mandato vel in iuſſu. Si quis tamen contem-
platione excommunicati faciat prædicta, ipſe excommuni-
catus non dicitur eſſe in culpa, ſecundum Archi.niſi ratum
habeat.Et ſecundum eundem dicitur,ſuorum,id eſt,conſan-
guineorum,& omnium,qui ſunt ſub eorum poteſtate. Inſti.
de his qui ſunt ſui vel ali. iuris.per totum.& domeſtici,vt C.
de his qui ad eccle.confu.l.præſenti.§.ſanè.vide j.Familiaris.
Per grauamen autem intelligo omne nocumentum ea de
cauſa attentatum.¶Secundò,† vtrum dans iſtam licentiam
ſtatim incidat,ſi ad aliquem actum ſit proceſſum? Et dico ſe-
cundum Arch.quantum ad perſonas, quòd non,ſi re integra
fuit reuocata:ſecus ſi ad aliquem actum ſit proceſſum.Quan
tum verò ad bona præfigitur terminus octo dierum:quia
grauior eſt perſonarum,quàm rerum offenſa.
¶Tertiò,vtrum iſta ſententia locum habeat in epiſcopo? Et
dico ſecundũ glo.ꝙ ſic.nec obſtat de ſen.excõ. quia pericu-
loſum.li.vj.quia nõ loquitur in ſententijs excõmunicationis.
¶Decimatertia † eſt in cle.multorũ.de hære.vbi excommu-
nicantur omnes inquiſitores hæreticæ prauitatis inferiores
epiſcopis,q'odio gratia,vel amore lucri,aut cõmodi tempora-
lis obtẽtu cõtra iuſtitiã & cõſcientiã ſuam omiſerint contra
quempiam procedere vbi fuerat pro hæreſi procedendum:
ſimiliter ſi obtentu eodem prauitatem hæreſis vel officium
impe dimentum alicui imponendo præſumpſerint aliquem



quoquo modo vexare: nec abſolui poſſunt, niſi à papa, quia
præterquam in mortis articulo ſatisfactiõe præmiſſa, nullo
in hac parte priuilegio ſuffragante.¶Primò verò dubitatur
de præmiſſorum intellectu?Et dico quòd ſecũdum Io.And.
non eſt locus huic pœnæ, ſi non omittant inquiſitores præ-
ter prædicta:ſed timore vel ſcandalo:nec etiã, vt dicit Card.
ibi,niſi hoc faciant contra iuſtitiam & conſcientiam copula-
tiuè.Non habet etiam locũ in epiſcopis & ſuperioribus præ-
latis ſi omittant prædicto obtentu: ſed ſunt per trienniũ ſu-
ſpenſi,ſicut inquiſitores inferiores ſunt excommunicati. Ex
prædictis autẽ Ioan.And.cõcludit quòd conſtitutio eccleſiæ
militantis ligat omnino occulta:de quo dic vt ſuprà Excom-
30 municatio.ij.¶†Secundò,vtrum dicatur officiũ inquiſitionis
impedire,qui offendit aliquẽ de familia inquiſitoris vel epi-
ſcopi exiſtentem in captione hæretici? Dico ſecundum Mat.
quòd non,ſi offendit non animo impediẽdi officium,vel iu-
uandi hæreticum, ſed propter aliam cauſam: poterit tamen
procedi contra eum tanquam officij turbatorem,ſecundum
ea quæ not.Innoc. in cap.j.de offic.deleg.hæc Zaba.¶Ter-
tiò,vtrum inquiſitores prædicti, ſi incidant,abſolui poſsint à
collegio Cardinalium ſede vacante?Et dico quòd abſolutio
reſeruatur Romano pontifici.Vnde ſecundum Lap. non in-
telligitur de dignitate,ſed de perſona.de quo Archi.in cap.ſi
gratioſè.de reſcrip.libro vj.Poterunt ergo abſolui à papa eo
viuente vel ab eo, cui cõmiſerit:non autem à collegio Car-
dinalium ſede vacãte.de elect.vbi periculum.§.idem quoq;.
libro vj.& cle.ne Romani.eodem tit.licet ſecus in alio colle-
gio.de maio.& obed.cap.vno.libro vj.hæc Zaba.Sed hoc ibi
clarè nõ probatur,ſed ſolùm quòd Cardinales ſe nõ habent
perſonaliter occupare in aliquo retardante prouiſionẽ ſedis:
ſed potius ex glo.habetur oppoſitum,quæ habet quòd tunc
Cardinales poſſent inſtituere pœnitentiarios ſi deficerent:
ideo dic vt ſuprà eodem tit. excommunicatione j.ideo dico
31 quòd poteſt.¶†Decimaquarta,eſt in cle.religioſi. de priuil.
vbi excommunicantur religioſi, qui clericis aut laicis ſacra-
mentum vnctionis extremæ,vel euchariſtiæ miniſtrare præ-
ſumunt: vel ſolennizant matrimonia ſine licentia ſpeciali
presbyteri parochialis.Itẽ ſi abſoluũt excõmunicatos à cano
ne,præterquã in caſibus expreſsis in iure, vel per priuilegia
ſedis Apoſtolicæ conceſſa eiſdem:vel ſi abſoluũt à ſententijs
promulgatis per ſtatuta ſynodalia vel prouincialia:ſeu à pœ
na & à culpa,nec abſolui poſſunt niſi ab apoſtolica ſede nul-
lo ſuffragãte priuilegio.¶Primò verò dubitatur de intelle-
ctu præmiſſorũ.Et dico quòd miniſtrare hic, ſecundũ Zaba.
ſumitur ſecundũ communẽ vſum loquẽdi pro exhibere,non
pro executione ordinis legitima: & ſolẽnizare matrimonia
ſecundum Ioannem And.& Paul.eſt ſolenniter benedicere:
ſed in verbo,ſolennizare,ſecundum Zenze.comprehenditur
omnis ſolennitas obſeruata iuxta ritum regionis.de ſponſa.
cap.j.ſiue fiat ſolẽnis benedictio,ſiue dicatur miſſa ſpecialis
pro contrahentibus:inducere autem fœdus matrimonij, aut
verba proferre inter contrahentes nõ prohibetur eis ſecun-
dum eundum.Parochialis autem presbyter,ſecundum Ioan.
Andr.quo ad mercenarios ſcholares & ſimiles eſt presbyter,
in cuius parochia habitant.Frãciſ.autem Zab.dicit quòd ſta-
tim cùm quis vadit ad habitandũ in aliqua parochia,intelli-
gitur ibi factus parochianus,niſi acceſſerit recreatiõis cauſa,
aut alia tẽporali,ſtatim reuerſurus ad propriam parochiam
de ſepul.is qui.lib.vj.Intellige etiam quòd ligat iſta ſenten-
tia ſecundum Lap. ſiue is qui abſoluitur ab excommunica-
tione,ſit laicus maſculus aut fœmina, ſiue clericus ſiue reli-
gioſus eiuſdem ordinis vel alterius. ¶†Secundò dubitatur,
qui religioſi ligentur hac ſententia ſi contra faciant? Et di

co ſecundum Paul.quòd cùm canon vniuerſaliter loquatur,
omnes religioſos comprehendit.& limitat Cardi.& Lauren.
& Lap.modò ſint religionis approbatę.alij religioſi nõ ſunt:
vt in cap.vno.de voto.libro vj.& in clem.de ſtatu mona.cap.
ne in agro.Zaba.Limitant etiam alij ad exemptos,vt Fed.de
ſtagno refert,argumentũ ſumentes à rubrica,quæ eſt de pri-
uilegijs.Sed hoc non procedit:quia ſecundum gloſſ. in auth.
de inceſt.nupt.plerunq; generalior eſt textus quàm rubrica,
& econtra.Vnde communiter tenetur vt ſuprà, quòd omnes
comprehendit,etiam ſecundum Panor.populum habẽtes,&
præfectos eccleſiæ parochiali,ſi alijs quàm ſuis parochianis
miniſtrãt.& cõſentit glo.in clemen.j. de deci.etiam nouitios
ſecundum Lapum,& Card.argum.cap.religioſo.de ſentent.
excommunic.in vj.quia gaudent priuilegio,ſi quis ſuadente.
Vnde ſentire debent onus,etiã conuerſos & moniales, ſecun
dum Zen.& Zab.licet Pet.de anchar.& Cardin.dicant quòd
non.Sed primum videtur verius, quia maſculinum, etiam in
pœnalibus,comprehendit fœmininum. xvij.quæſt.iiij.ſi quis
ſuadente.imò à fortiori,quia iſti ſe immiſcent nõ conuenien
tibus ſibi.Nec obſtat ſi iſti dicantur nõ miniſtrare, ſed abuti
ſacramentis:ſed etiam religioſi habentes ordinem, vbi ſine
licentia ea exhibent, dicũtur abuti:& miniſtrare ſumitur hic
ſecundum vſum communem pro exhibere.Non autẽ clerici
ſeculares,ſecundum Panormit. etiam ſi in iſtis excederent.
¶†Tertiò dubitatur, vtrũ locus ſit huic pœnæ in viatico. Et 32
dico ſecundũ Panor.& Lap.& Cardi.ꝙ locus eſt pœnæ ſiue
euchariſtiã religioſi dent in morte ſiue in vita: quia nõ dici-
tur viatici,ſed euchariſtię.contrariũ ſentit Dir.lib.j.& Ioã.&
Archi.xxvj.q.vj.ſi presbyter.& Inn.& Hoſt.in cap. omnis.de
pœ.& remiſ.& hoc Sum.Ang.placet, ſi haberi non põt alius
ſacerdos,qui miniſtret.Sed Sum.Roſ.dicit primã opinionem
eſſe practicandam:quia tutior eſt. Et idẽ ſentit Archi.& hoc
tene:quia ſacramẽtum euchariſtiæ nõ eſt neceſsitatis. Item
quia hoc prohibetur hic niſi in caſibus iure expreſsis.Et licet
Direct.ad hoc dicat hoc eſſe iure cõceſſum,nõ tamen proce
dit:quia aliud eſt hoc deduci ex iure per argumẽta: aliud eſt
quòd ius hoc exprimat,id eſt,explicitè & clarè contineat, ꝙ
ſonat nomen expreſsionis.Nec obſtat quod idẽ dicit in pœ-
nitentia,intellige viaticum.de pœn.& remiſ.qđ in te. verum
eſt vt cui exhiberi poteſt vnum,exhiberi poſsit aliud, nõ ta-
men à quocũq;:cùm iſta nõ ſint paris neceſsitatis.Sacramen-
tum tamen extremę vnctionis,etiam ſecundũ Dir. exhibere
non poſſunt, quia hoc nullo exprimitur iure. ¶†Quartò, 33
vtrum ſit locus pœnæ ſi religioſi euchariſtiã ſine licentia mi
niſtrant religioſis etiã alterius religionis? Et dico ſecundum
aliquos,vt refert Card.quòd nõ:quam opinionem ſecuta eſt
Sum.Roſ.quia conſtitutio mentionem facit de laicis & cleri
cis.appellatione autẽ clericorũ in materia odioſa & ſtricta
non veniant religioſi:vt not.Pan. in rub.de vita & hon. cler.
Imò,vt dicit,nec epiſcopi,vt in cap.quia periculoſum.de ſen.
excõmunic.libro vj.nec clerici exiſtentes in dignitate,vt ca-
nonici eccleſiarum cathedralium: quia in eis ſupra alios eſt
qualitas quæ nõ reperitur in ſimplicibus.Et ſecundum Ioan.
And.appellatione eccleſiæ parochialis venit parochia colle-
giata:quia ſupra curã habet qualitatem collegij: nec appel-
latione monachorum venit abbas:licet ſit monachus,ſecun-
dum Panor.in cap.fin.de ſimo.quia qualitatem habet. Idem
in rectore ſcholarium,licet ſit ſcholaris.Secus autem in ma-
teria fauorabili.Eandem opinionem tenuit Sum.Angel.Sed
Lapus oppoſitum tenuit:& hoc Archi.dicit eſſe tutius. & ita
tene propter duo.Primò, quia vix inueniretur aliquis timo-
ratus & doctus hoc faciens qui deinde abſolutionem nõ pe-
teret ad cautelam: nullus autem debet ſe exhibere periculis

aut ſcrupulis propter ea, quæ non ſunt neceſsitatis, vt hoc ſa-
cramentum. de quo dicit Aug. Crede, & manducaſti. Secũdò,
quia ratio prædictorum concludit oppoſitum: quia licet hæc
materia ſit odioſa exhibentibus religioſis, tamen fauorabilis
eſt eccleſiarum rectoribus aut religioſorũ prælatis, ad quo-
rum fauorem motus eſt conditor huius cõſtitutionis, ne ſci-
licet ſupra eorum ſubditos religioſi alij curã vel iuriſdictio-
nem vſurparent: vbi autem concurrunt fauor & odium, ma-
gis attenditur fauor ſecundum Pan. in c. non dubium. eo. tit.
Nec obſt. ſi diceretur quòd ſecundũ tex. hæc licentia petẽda
eſt à parochiano: & cõſequẽter ſolùm ad ſubditos eius exten
ditur prohibitio: quia ſicut nomine clerici venit religioſus
in materia fauorabili, vt priuilegio, ſi q̃s ſuadẽte. ita nomine
rectoris vel parochiani venit omnis prælatus regularis.
34 ¶† Quintò, vtrum habeat locũ in regulari bonæ conuerſa-
tionis ignorãte hoc ius, ſi hæc ſacramẽta ſine licentia mini-
ſtret, nõ tamen in cõtemptũ parochialis presbyteri? Et dico
ſecũdum Card. Zab. quòd in foro pœnitẽtiali maximè hunc
poſſumus excuſare: quia verbũ, pręſumpſerit, notat dolum &
temeritatẽ miniſtrãtis? Et idẽ puto in foro cõtentioſo, vbi ex
ſignis probabilibus de ignorantia cõſtaret: ſicut & miles ar-
matæ militiæ excuſatur ab ignorantia iuris. C. de iur. & fact.
ignor. l. j. Nec obſtat quòd ignorãtia facti non iuris excuſet:
quia hoc verũ eſt regulariter: ſecus vbi de ea ꝓbabiliter con
ſtat: vt patet per not. de cõſtitut. cap. ij. in vj. Quia tamen dici
poſſet quòd ſit præſumptio ex hoc ipſo quòd fecit cõtra iſtã
35 cle. ideo tutius eſt quòd abſolutio petatur. ¶† Sextò, vtrũ lo-
cum habeat in ſuſcipiẽtibus hæc ſacramenta vel talem abſo-
lutionẽ ratione participationis in crimine? Et dico ſecũdum
Pan. quòd nõ: quia iſta participatio nõ eſt poſt latam ſenten-
tiam: ſed in actu pro quo quis ligatur: vel ſecundum Io. And.
& Franc. Za. quia illud de participatione in crimine locũ ha-
bet quãdo participatur poſt actũ damnatũ: nõ tamen in ipſo
actu. Sed intellige in prima vice: in ſecũda autem incidunt in
eadem, quia participant poſt actum damnatum. ¶ Septimò,
vtrum habeat locum, quãdo religioſus credit parochiano li-
centiam mẽtienti, & miniſtrat ei prædicta? Et dico quòd re-
ligioſus tali credet ſecundũ gl. quę ſcilicet eſt Ioan. And. quia
nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis. j. q. vij. ſancimus. &
cõſentit Laur. Pan. & Steph. Vnde ex dictis gl. colligit quòd
ſi parochianus fatetur ſe religioſo dixiſſe quòd licẽtiam ha-
beret, non erit contra religioſum procedendum ad pœnam,
36 quia nõ miniſtrauit in cõtẽptũ vel præſumptuosè. ¶† Octa-
uò, vtrum habeat locum ſi religioſi abſoluãt à peccato, vel à
ſententia nõ lata à canone? Et dico quòd nõ incidũt ſi abſol-
uant à peccato, propter quod incurritur dicta excommuni-
catio vel alia ſententia: dummodo à ſententia non abſoluant
ſecundũ Direct. lib. iij. Similiter nec incidunt ſi ſentẽtia ſit ab
homine, etiã à papa, ſecundũ gl. Pan. & Zenze. quia ſi condi-
tor hoc voluiſſet, expreſsiſſet illud. arg. in c. ad audiẽtiam. de
deci. Secus ſecundũ Zaba. Pan. & Laur. ſi ſit à quocũq; cano-
ne papæ qui propriè per excellentiã dicitur canon, etiã ſi ſit
extrauagãs. Et ſecus ſi ſit à canone largè, id eſt, ſtatuto ſyno-
dali vel prouinciali: vt patet in tex. Si aũt ſit à ſtatuto legati,
nõ incidũt, ſecundũ Sum. Roſ. quia cõſtitutio eſt pœnalis, nec
debet extendi. oppoſitũ tenuit Sum. Ang. & hanc opini. tene,
quia eſt opinio Zenze. & Lau. & Zab. & Archi. & rationabili-
ter: quia licet cõſtitutio pœnalis extẽdi non debet in dubio:
ſecus vbi eſt ratio euidẽs vt hic, q̃a hoc ſtatutũ æquiparatur
ſynodali in perpetuitate, ſine vlla dubitatione: vt patet in c.
fin. de offic. leg. & in efficacia pręualet: quia vt ibi dicit gl. epi
37 ſcopus eſt legato inferior in ſua prouincia. ¶† Nonò, vtrũ lo
cum habeat ſi ſentẽtia, à qua religioſus abſoluit, fuit excom-
municatio minor? Et dico ſecũdum Gemin. in c. vnico, de li-
qui. lib. vj. quòd ſic. Primò, quia lex pœnalis prohibens abſo-
lutionem ab excõmunicatione, includit etiã abſolutionem à
minori. pro quo eſt gl. in cle. iſta. in verbo, canone, dicẽs, quo-
cunq; etiã à quo epiſcopus vel ſacerdos poſſet abſoluere de
ſent. excõ. nuper. Secũdò, quia vbicũq; ſit mẽtio excõmunica-
tionis, & materia, in qua proferť, eſt proportionabilis etiam
minori, intelligitur de vtraq;: vt not. gl. pen. in c. præſidẽtes.
de hęret. lib. vj. in verbo, excõmunicationis. Contrariũ tenuit
Zab. & Lap. & Laur. ꝑ c. ſi quẽ. & c. nuper. de ſent. exc. & hoc
tene: quia regulariter, ſecundũ cõmunẽ doctrinam, à minori
abſoluere põt quicunq; abſoluit à peccatis, vt dictũ eſt ſupra
Abſolutio. j. §. j. & Excõmunicatio. iiij. §. ij. Ad primã rationẽ
Gemin. negatur quod aſſumit, nec illa gl. probat: quia c. nup.
ad quod remittit, cõcedit in caſu ſacerdoti proprio etiã abſo
lutionẽ à maiori. Vide ſ. Abſolutio. j. §. iij. Ad ſecundã ſimili-
ter præcisè reſpondeo, nec gl. ibi illud not. verè: ſed ſecũdum
eius falſum intellectũ. ¶† Decimò, vtrum habeat locũ ſi reli-
gioſi abſoluãt à ſentẽtia alia quàm excõmunicationis in ca-
ſu nõ cõceſſo? Et dico quòd ſecundum gl. in verbo, ſentẽtijs,
intelligitur de omni ſentẽtia excõmunicationis, ſuſpẽſionis,
vel interdicti, cuius neceſſaria eſt abſolutio. Et cõſentit Pan.
& Sum. Hoſt. ſed Sum. Ang. videtur ſentire oppoſitũ, adducẽs
Zab. dicentẽ verius eſſe quòd intelligatur ſolùm de ſentẽtia
excõmunicationis. quod bene probat litera per alternatiuã:
quod ſuprà dicit de his q̃ abſoluũt excõmunicatos à canone:
& poſtea ſubijcit, vel à ſentẽtijs per ſtatuta: & ſic reſtringitur
ly ſentẽtijs, per ly excõmunicatos. arg. de reſcript. c. ſecundò
requiris. Et hunc ſenſum tene. Alius enim eſt irrationabilis:
quia ſecundũ eũ, nõ prohibetur abſolutio à ſentẽtia ſuſpen-
ſionis vel interdicti lata à canone papę: ſed lata à canone epi
ſcopi: qđ eſt irrationabile. Itẽ quia ſi propterea quòd tex. di-
cit, ſentẽtijs, accipiť ille ſenſus, etiã extẽſio fiet ad ſententiam
peccati quo quis eſt excõmunicatus: & cõſequenter ſi ſacer-
dos abſolueret ab illo, & nõ ab excõmunicatiõe: incideret in
hãc pœnã. qđ negat Zenze. & Zab. & omnes. ¶† Vndecimò
dubitať, à quo debeat eſſe licẽtia, qua religioſum miniſtran-
tem excuſet? Et dico quòd ſufficit primò licẽtia parochialis:
vt patet ex textu, etiã ſi nõ ſit ſacerdos, ſecũdũ Zab. & gl. Io.
And. qđ limita, ſi ſit legitimæ ætatis, vt intra annũ poſſit fie-
ri ſacerdos: vel ſi ſit diſpẽſatũ cũ eo ſecundũ formã decreta-
lis, cum ex eo. de elect. lib. vj. vel eccleſia eſt parochialis colle
giata. eodem tit. ſtatutum. Et ſecũdò licentia vicarij eius in-
ſtituti per modum illius decretalis, cũ ex eo. vel gerentis cu-
ram ordinariam inſtituti ab epiſcopo: ſecundum glo. Ex quo
infertur quòd ſi non habet curã ordinariam, ſed eſt ſibi pro
uo tempore cõmiſſa: hanc licentiam dare nõ poteſt. Et ter-
tiò, licentia diœceſani, ſecundũ gl. quia eſt parochialis ordi-
narius omniũ ſubiectorũ ſuæ diœceſis. de dona. Apoſtolicæ
imò, tenet Paul. Zen. & Stehp. quòd archipresbyter curam
poſsit hãc licentiã dare: nec eſt abſurdũ, inquit Paul. quia cu-
ra eiuſdem parochiæ pluribus cõperit in ſolidũ. Pro quo fa-
cit quod not. Hoſt. in c. omnis. de pœ. & remiſ. vbi dicit quòd
papa, epiſcopus, & eius vicarius ſunt immediati ſacerdotes &
idem tenent Stepha. & Zenze. lib. de vicario, epiſcopi in ſpi-
ritualibus, vel delegato aut eius pœnitentiario. licet ſecun-
dum Paulum, tutius ſit à litera nõ recedere: licet non ſit ne-
ceſſarium. Veritas autem indubitata eſt de epiſcopo, quia
ab eo eſt tota authoritas parochialis. Vnde etiam poſſet ab-
ſoluere à ſententia hominis per parochialem lata eo non re-
quiſito, vt dictum eſt ſuprà Abſolutio. ij. §. j. & ſimiliter à
vicario epiſcopi: quia ille eſt ordinarius, & delegare poteſt
maximè quia hoc habet conſuetudo generalis ſcita à pa-
& to-



& tolerata, etiam ſecundum opinionem contrariam. De ar-
chipresbytero autem hoc videtur quidem verum per nota-
ta à Archipresbyter. ſed non habeo tutũ. ¶ Duodecimò † du-
40 bitatur, hæc licentia qualis eſſe debeat? Et dico quòd debet
eſſe ſpecifica. quod ſecundum gl. Io. And. intelligitur quo ad
ſacramentum quod ſpecificandum eſt, puta euchariſtia, vel
aliud. Vnde ſi ſacerdos dat ſubdito licentiam accipiendi eu-
chariſtiam vel extremam vnctionem & quolibet religioſo,
nullo ordine vel ꝑſona ſpecificata, ſufficit. Similiter ſi de re-
ligioſo licentiã eam dandi ſubditis ſuis. Imò dicit Lau. vt re-
citat Pet. de Anch. quòd parochialis, quantuncunq; ſimplex
cura ſit illi commiſſa, in adiutorium curæ aſſumere poteſt
ad tempus ſacerdotem religioſum vel alium ſine alicuius ſu-
perioris licentia, qui eum iuuet, forſitan in quadrageſima ad
audiendum confeſsiones, & dandum euchariſtiam in paſcha,
vel ad celebrandum, ſeu aliàs, vt hic. Et addit Arch. quòd da-
to quòd mendicantes audire non debeant ſine licentia ſuorũ
prælatorum: tamen ſi eùm horum licentia abſoluerent, illi
eſſent abſoluti: & iſti non eſſent excommunicati, licet pecca-
41 rent extra caſum neceſsitatis. ¶ Decimotertiò † dubitať, vtrũ
incidat in hãc pœnam religioſus abſoluens à pœna tantùm.
Et dicit Zab. & Zenze. quòd nõ: quia litera loquitur copulati
uè à pœna & culpa. & cõſentit Sum. Ang. quæ hęc refert Roſ.
Sed mihi hoc videtur irrationabile: quia cùm religioſi expo-
ſiti abſoluere poſſunt à culpa tota, maximè vbi nullus eſt ca-
ſus reſeruatus: quæ ratio eſt quòd abſoluens à pœna, ſcilicet
tota, nõ incidat: & tamen incidet etiam ſi ſuper hoc abſoluat
à culpa, à qua poteſt ſine prohibitiõe abſoluere. Alioquin, ſe-
cundum ſenſum iſtorum, ſi religioſus ei, qui eſt alteri confeſ
ſus, plenariam indulgentiam conferret, non incideret: quod
eſt ſtultum. Nec obſtat quòd conſtitutio loquitur copulati-
uè: quia hoc non facit vt exprimat ſenſum iſtorum: ſed vt pa-
tet in textu, hoc dicit ſe facere vt verbis eorum vtatur, ſcili-
cet religioſorum, qui plenariam indulgentiam vocare ſolent
à pœna & culpa. vnde idem eſt ac ſi dicantur incidere, quia
plenariam abſolutionem à pœna impartiuntur. ¶ Decimo-
42 quartò † dubitatur, vtrum ſemper locum habeat iſta pœna
quando ſine dicta licentia exhibentur aut ſuſcipiuntur ſacra-
menta: Et dico quòd ſecundum Io. And. & Pau. non habet lo-
cum iſta conſtitutio in ſacramento pœnitentiæ vel baptiſmi:
quia hic non exprimuntur. Adde quia iſta ſacramenta ſunt
neceſsitatis maioris, & conſequenter minoris prohibitionis.
Similiter ſecundum Paul. non habet locum in illis, qui ſacra-
mentum euchariſtiæ vel extremæ vnctionis recipiunt à cer-
ta perſona ratione conſuetudinis. de religio. do. quia contin-
git in clementinis. in fin. Vnde hæc ſecundum Zaba. proce-
43 dunt, niſi aliud haberet conſuetudo. ¶ Decimaquinta † eſt in
clem. j. de pœnis. vbi excommunicatur quilibet, qui ſuadente
diabolo iniurioſè vel temerè percuſſerit, ceperit, aut bannie-
rit quemuis pontificem: vel qui prædicta mandauerit, aut fa
cta ab alijs rata habuerit: vel ſocius fuerit in his faciendis: aut
conſilium vel fauorem dederit, vel ſcienter defenſauerit eun-
dem, nec abſolui niſi per ſummum pontificem præterquam
in mortis articulo: & tunc data cautione quòd parebit pœnę
imponendę & pœnitentiam domino auxiliante perficiet. Ex-
communicantur etiam omnes officiales, quocunque nomine
cenſeantur, qui in aliquo prædictorum fuerint culpabiles:
nec valent abſolui, niſi vt prædictum eſt. Ciuitas autem, quæ
præmiſſa, vel eorum aliquid, in epiſcopum ſuum commiſe-
44 rit interdicto, donec ſatisfecerit ſubiaceat. ¶ Primò † verò du
bitatur de præmiſſorum intellectu: & dico quòd dicitur pri-
mò ſuadente diabolo. aliàs ſecus videtur ſi ignorenter, ſecun-
dum Paul. vt in cap. ſi verò. eo. ti. Et ſecundò temerè: ſecus ſe
defendendo, ſecundum Io. And. Et tertiò pontificem. vnde ſe-
cundum Io. And. includitur is, qui renuntiauit loco, non ordi-
ni: non autem his qui electus eſt, ſed non conſecratus: quia nõ
eſt pontifex, id eſt, epiſcopus. de cele. miſ. cle. ij. Et quartò, mã
dauerit: ex quo videtur mandatum ſolùm puniri, etiam ſi ef-
fectus non ſequatur. Sed quia hoc ſatis durum videtur, ſecun-
dum Paul. & Io. And. poſſet exponi quòd requirit factũ per-
fectum, vt ſcilicet percuſsiones, captiones, vel banna ſint fa-
cta. Et quintò ſocius, qui ſcilicet, ſecundũ Io. Andr. hic ſtrictè
ſumitur pro agente, qui aliquid operatur ad prædicta. Et li-
cet quandoq; ſint plures ſocij, quorũ nullus eſt principalior,
qui includuntur ſub agentibus, de quibus præmiſit, quandoq;
tamen vnus eſt principalis, alter cooperans: & ſic ſumitur hic
ſocius, ſecundum eundem. quod patet, quia de faciente præ-
miſerat. Et ſextò, conſilium: ſed non intelligitur, ſecundũ eũ-
dem, & Pau. de nudo, ſcilicet quod nihil adijcit ad peccandũ,
vt no. in c. nuper. eo. tit. in ſecũda gl. ſed de fraudulento. Præ-
ſtatur autem conſiliũ ſuadendo, rogando, impellendo, inſtru
endo, vel ſecuturã vtilitatem oſtendẽdo, vt not. Inn. de homi.
ad audientiam. Et ſimiliter non intelligitur de fauore ſimpli
ci, qui ſcilicet nihil adijcit ad peccãdum. ¶ Secundò † dubita- 45
tur, vtrum fauens huic deliquenti, vel eum defenſans poſt
peractum delictum, incidat? Et dico ſecundum Ioannem An
dream quòd non, quo ad fauentem: quia dixit textus in his fa
ciendis, ſcilicet percuſsione, captione vel banno. in materia
autem hæreticorum fautores accipiuntur latius. Sed de de-
fenſore putat quòd etiam poſt maleficium intendat punire.
Vnde diſtinguit quòd eſt duplex, ſcilicet vnus, qui eſt delicti
authorizator, qui grauius punitur quàm agentes. xj. quæſtio-
ne iij. qui conſentit. Alius qui poſt delictum defendit: puta im
pediendo ne delinquens ad manus iudicis veniat examinan-
dus vel puniendus. xxvij. quæſtione j. ſi cuſtos. vel impediendo
ne fiat executio: & hunc intendit includere. Et probatur in ca
pite, felicis. eo. tit. lib. vj. Addit tamen quòd defendens iſtum
ne à priuato lædatur, etiam ab ipſo offenſo, puta epiſcopo vel
conſanguineo vindicare volente, non incidit. & hoc eſt ve-
rum: quia illa actio eſt iniurioſa, ad quam propulſandum à
ſocio quis tenetur: vt in c. dilecto. eod. titu. libro vj. ¶ Tertiò,
† vtrum incidat qui hunc in iudicio patrocinando defendit? 46
Et dico ſecundum Pau. quòd aut hoc facit iuſtè: quia ſcilicet
putat illum non culpabilem: & ſic aliqua pœna non ligatur,
etiam ſi poſtea appareat illum culpabilem: quia in talibus
iſta defenſio reſeruatur. de excep. cum inter. Aut hoc facit
contra iuſtitiam & conſcientiam: & ſic ligatur hac pœna. de
hæret. ſi aduerſus. tales eñ defenſores appellantur. xviij. q. j.
¶ Quartò † dubitatur, quando dicatur ciuitas delinquere in 47
epiſcopum, vt ſubiaceat interdicto? Et reſpondet Panormit.
in capite, dilectus. el ij. de ſimo. concludendo dicta Bartol.
in l. aut facta. ff. de pœnis. & aliorum, dicens quòd communis
& vera concluſio eſt, vt tunc aliquid vniuerſitati attribuatur,
quando fuit prius deliberatum in ipſa pulſata campana, &
alijs requiſitis ad congregationem vniuerſitatis. Vnde ſi
omnes homines vniuerſitatis certum delictum committe-
rent, & inſurgerent, non diceretur factum per vniuerſita-
tem: ſed per ſingulos de vniuerſitate: etiam, quod plus eſt, ſi
facerent pulſari campanam, & vexillum vniuerſitatis leua-
rent: quia potius ſunt incitatores ſingulorum. Oportet ergo
quòd prius deliberatio fiat in vniuerſitate. hæc ex illo. ¶ Quin
tò, † vtrum facta ſatisfactione ſit abolitum interdictum? Vi- 48
de ſuprà ciuitas, ſine alia relaxatione. Et reſpondet Io. de Lig.
ſecundum Laud. quòd non: imò neceſſaria eſt ſuperioris
ſententia, quæ relaxet. xxvj. quæſt. vj. presbyter. Secus autem
ſi vſque ad certum tempus vel modum factum fuit inter-
dictum

dictum:quia ceſſat elapſo tempore vel modo ceſſante: de ſpon.c.non eſt.Ratio diuerſitatis eſt:quia primo caſu dubitari poteſt an plenè ſatisfactũ ſit:ſed in alijs ſecus. de hoc in c.cum bonæ.de æta.& qual.¶Sextò dubitať quomodo intelligenda ſit inhabilitatio horũ ad beneficia obtinēda, de qua dicitur in gloſſa?Et dico primò,quòd ſecundum gloſſam iam obtenta non perdunt.Et ſecundò, quòd ea non poſſunt cum alijs permutare,ſecundũ glo.Pau.& Zen.quia dicunť beneficia nouiter acquirere.&tertiò quòd ea poſſunt augere,ſecundum Gemi.in c.cum ex eo.de exceſ.præla.libro vj.quia prohibitus acquirere nouum ius in re,non venit contra prohibitionem licet augmentet priſtinũ ius antè quæſitum:vt eſt caſus in c.fi.ij.reſponſo.de conceſ.præb.lib.vj.Et ſic in propoſito.Et hoc facit ad augmentum gabellarum,an ſit impoſitio noui pedagij.de quo dic vt ĩ.excõmunicatione xix.¶Decima
49 ſexta†eſt in cle.cupientes.de pœnis.§.fi.vbi excommunicantur omnes religioſi & clerici ſeculares contra primum c. de ſepult.libr.vj.inducentes ad vouendum,vel iurandum,vel fide interpoſita ſeu aliàs promittendũ de eligendo apud eos ſepulturam:vel vt iam electam vlterius non mutent:nec ab alio quàm ab apoſtolica ſede, niſi in mortis articulo poſſunt abſolui.Et no.quòd in vj.ᵒetiã dicitur ꝙ ſic eligentes non ſepeliantur apud eccleſias electas,nec alibi:ſed ſolùm vbi erãt de iure ſepeliēdi, ſi deceſsiſſent ſepultura nõ electa:prędicti verò religioſi vel clerici ſi illos in ſuis cœmeterijs vel eccleſijs ſepelire præſumpſerint,teneňť intra decenniũ reſtituere illa corpora ſi petantur:& omnia quæ occaſione talis ſepulturæ eis obuenerunt,etiã ſi nõ petanť,ſcđm gl.quia, vt dicit Pet.de Ancha.malè accipiens ſemper eſt in mora:aliàs eccleſiæ in quibus fuerũt ſepulti,& earũ cœmeteria eo ipſo ſunt interdicta,donec facta fuerit omnium prędictorum plenaria reſtitutio.hæc ibi.propter quæ tamen,ſecundum Arch.non prohibetur quis proprio motu vouere vel iurare ſuper electione ſepulturæ: quod ſi fecerit obſeruare debet ,.dũmodo per prædictos modis prædictis non inducatur. ¶Primò verò dubitatur,vtrum incidat in hanc pœnam,qui inducit quendã ad iſtam electionem:ſed non advouendum vel iurandumvel promittendum?Et dico quòd non,ſecundum Arch.ſimiliter nec qui inducit etiam ad vouendum,iurandũ , promittendũ: ſed non apud eccleſiam inducentis,ſecundum Pet. de Anch. & Io.And.ſimiliter nec ſi prædicto modo induxit apud eccleſiam ſuã:ſed non eſt ſecutus effectus : vt quia inductus illud non fecit ad qđ inducebatur,ſecundũ Zab.in d.cle.Verba enim debent intelligi cũ effectu,maximè hoc caſu quo agitur de pœna ſpirituali.¶Secundò dubitatur,quare ex delicto vnius de eccleſia,& fortè minimi, propter prædicta tota eccleſia damnũ patitur,vt ſit interdicta?Et dico ſecundũ Petr. de Anch. quòd reliqui de eccleſia hanc pœnam incurrunt ex ſequenti eorum delicto , nõ reſtituendo malè accepta ex facto alicuius de collegio:quaſi ex hoc totũ collegium delinquat.¶Tertiò,quid agendum quando eccleſia, in qua dictus eligens erat de iure ſepeliendus,eſt illa ad quã inducebatur? Et reſpondet Io.Andr.quòd iſta quæſtio eſt indubitata:quia iſta conſtitutio emanauit in fauorem eccleſiæ cui ſepultura debetur:vnde in eius pœnã retorqueri nõ debet.de regu.iur. quod ob gratiã.lib.vj.Item licet inducens peccet auferendo libertatem eligendi:tñ certat de debito retinendo.C.de cõd.
50 l.fi.Idem Pet.de Anch.¶Quartò,† qd agendum ſi eccleſia, apud quã debebat de iure ſepeliri , ſit interdicta cũ ſuo cœmeterio?Et dico ꝙ ſepelieť in eccleſia cathedrali,ſcđm Arc. quæ etiam ſi eſſet interdicta,ſeruabiť ordo c.vbicunque.xiij. q.ij.vbi dicitur ꝙvbicũq; ſepeliať. Et eo caſu cathedralis,vel alia , in qua ſepelitur, ei , apud quam erat iure tumulandus, ſubrogatur ſicut in onere,ita &in honore:vt ſcilicet ad iſtam pertineant, quæ reſtituenda erant illi : quia onus comitatur emolumentum in tali caſu.l.alumnæ.§. Seiam. de adi.lega. Fallit autem ſi illa ſine ſuo delicto erat interdicta:quia non eſſet priuanda commodis conſuetis.ar.l.ab adminiſtratione. C.delega.Et idem dic ſi ſepeliri nõ potuit apud eccleſiã electam propter caſum contingentē in perſona mortui:vt quia deceſsit in campis,nec inueniť,vel erat bannitus:quia ipſa propter hoc non eſt priuanda legatis ſibi factis gratia ſepulturę: vt not.in c.in noſtra.de ſepul. Et ſi poſt electã ſepulturam & legatum eligitur alibi ſepultura , videtur transferri legatum ad electam vltimò,arg.dicti §.Seiam.hæc Pet.de Anch.Sed de his & de portione canonica,de qua eſt eadem ratio,vide ĩ. Canonica portio.§.xij.caſu.viij.¶Decimaſeptima†eſt in cle. 51
grauis.de ſent.exc.vbi excommunicantur primò omnes pręſumptores, id eſt, domini temporales , etiam ſi ſint prælati temporale dominium habentes,ſecundum Pau. etiam ſecũdum gl.ſi eſſent epiſcopi,qui in terris vel locis eorũ ſuppoſitis interdicto cogãt quomodolibet diuina officia celebrare: & ſecundò hi, qui voce præconis ſeu campanarum pulſatione ad officia eadem audienda aliquos præſertim ſententia excõmunicationis vel interdicti innodatos euocant:& tertiò illi qui excõmunicatis publicè aut interdictis prohibent ne exeant de eccleſijs dum miſſarum ſolennia aguntur , à celebrantibus moniti vt exeãt:& quartò excõmunicati publicè & interdicti , qui in ipſis nominatim à celebrantibus vt exeant moniti remanere præſumpſerint. Et omnium horum abſolutio apoſtolicæ ſedi reſeruatur.Et ſic collige quòd hæc pœna eſt contra cogentes,euocantes,prohibentes, & remanentes. ¶Primò verò dubitatur,de pręmiſſorum intellectu:Et dico quòd dicitur,primò quòd domini temporales, ſecundũ glo. quia ſecundum Paul . ad hos tantùm extenditur hæc pœna: niſi in caſu vltimo.Et ſecundò dicitur , ſuppoſitis interdicto, ſcilicet iuris vel hominis,ſecundum gl.quia ſi compellunt in loco non interdicto,locũ nõ habet hæc pœna,ſecundũ Pau. & idem ſcđm eundem ſi præcipiant nõ ſubiectis:ſi aũt præcipiant ſubditis etiam non interdictis in loco interdicto,eſt locus huic pœnæ,ſecundum eundem.Et tertiò quomodolibet: vt comprehendat ſecundum Io. And.omnem modum compulſionis realem,perſonalem,directum,indirectum:vt ſi occupant res eorum, cõſanguineos grauant in perſonis vel rebus.Et quartò voce præconis:quia ſecũdũ Zab.Paul.& Zen. ſi vacarent ad diuina ſecretè per nuntiũ,nõ incidunt,niſi voce præconis vel campanis: & eadem ratione idem eſt ſi tuba vel cornu,ſecundum Zen.Et quintò , præſertim quia ſecundum Zab.poſt Pau.incidunt etiã ſi euocarent nõ interdictos & non excommunicatos.Et ſextò,publicè:quia excommunicatum occultè publicè non vitamus.vj.q.ij.cap.ij.& cap.cum non ab homine.eo.ti.Et ſeptimò,dum miſſarum:quia ſecundum gloſſ.in alijs diuinis officijs non eſt locus huic pœnæ. quod indubitanter verum eſt, quantum ad prohibitionem exitus de eccleſia,ſecundum Zaba.autem poſt Paul.videtur verum etiam in primo&ſecundo caſu:quia diuina hic reſtringunt ad miſſas. Et octauò dicitur moniti , ſcilicet nominatim,aut generaliter,ita quòd prohibentes exire,etiam ſi generaliter prohibeant quòd nullus exeat , incidunt , etiam ſi celebrans non moneret ad exitum , vt dicit Paulus. Moniti tamen vt exeãt,nõ exeũdo nõ incidunt,niſi nominatim moneantur.¶Secundò†dubitatur, vtrum hæc pœna locum habeat in ceſſatione à diuinis poſita in dictis terris, ſicut habet in interdicto?Et dico ſecũdum Zab.quòd ſic,quãdo illa ceſſatio habet vim interdicti, id eſt, quando eſt generalis: non autem ſpecialis,quæ ſolùm obſeruatur in eccleſijs,in quibus



eſſent patet in cle.j.de ſenten.excommun.§. in ceſſationibus. ¶Tertiò, vtrum prælati incidant in ſententiam ad eorum inſtantiam latã?Et dico quòd ſic:vt patet in iſta cle.in qua dicitur quòd hæc ſententia,quæ etiã prælatos ligat,emanauit ad querelam prælatorũ.nec obſtat ſi prælati procurãtes ſententiam,hoc nõ intendũt:quia excõmunicatio nõ ſumit vires ab intentione procurantis, ſed excõmunicantis, qui intendit omnes excõmunicare,quos nõ ſpecialiter excipit.Et idē eſt ſi ad inſtantiã domini factor faciat fulminari ſententiã cõtra omnes rerũ domini furatores,ſi nõ denũtient:quia ligatur factor ſi res eius furtiuè ſubripuit,& nõ denũtiat:niſi fulminãs eum ſpecialiter voce aut intentione excepiſſet,non obſtante quòd ipſe procurator ſententiã procurauerit?Et idem eſt ſecundum Sum.Roſ.ſi paterfamiliàs faciat proferri ſentētiam in omnes fures bonorũ ſuorum:quia ligantur vxor,& filij ac filiæ,niſi ſpecialiter excipiantur, nõ obſtante quòd ſi de hoc cogitaſſet pater,excepiſſet.Sed tñ in iſto caſu non eſt ſimile. Vnde ſciendum eſt quòd per ſententiã nõ ligantur,quos excõmunicatos ſpecialiter excipit actu vel habitu,ſeu virtute, id eſt,quos exciperet ſi cogitaret:quia ab eius intentione excõmunicatio habet ſuã virtutē:effectus aũt vltra ſuã cauſam non extenditur.Et pro hoc faciunt quæ dicentur infrà Votũ. ij.§.ij.particula iiij.ij.§.iij.Si ergo de intētione excommunicantis conſtat certè aut probabiliter, nullũ eſt dubiũ.Si verò non cõſtat altero illorum modorũ,diſtinguendum eſt.Nam ſi ſententia non ſit in fauorē alicuius perſonæ priuatæ,ſed ſolùm honoris Dei,& boni communis: tenendũ eſt quòd tanta ſit intentio ligandi,quãta & cauſa intentionis: vnde in caſu huius clementinæ ligati fuiſſent etiã prælati inſtãtes pro ſentētia,ſi id feciſſent cõtra quod ſententia lata eſt.Si verò fiat in fauorem alicuius perſonæ hoc potentis: nunquam eſt maior intentio ligandi in excommunicãte,quàm in inſtante pro excommunicatione: quia effectus nunquã eſt maior ſua cauſa:aliquãdo tamen eſt minor:ſicut & effectus eſt aliquando minor cauſa.& hoc accidit quando excommunicator non vult condeſcendere intentioni ſupplicantis in totũ:quia irrationabiliter mouetur. Vnde dictus procurator non ligatur,ſi dominus eius non intendit quòd ligetur: ligatur verò quantum dominus rationabiliter intendit. Similiter non ligantur aut ligantur vxor & familia: ſed tamen in hoc eſt differētia: quia procurator ligatur: etiam ſi ipſe procurans ſententiam hoc non intendat: quia agit vt inſtrumentum domini, cuius intentioni reſpondet intentio excommunicantis: non autem ligatur vxor vel familia, ſi hoc non intendit, qui ſententiam procurat paterfamiliàs. Ex his collige quòd quando ſententia fertur pro damno vel furto, nunquam ligatur quis pro re parua ad arbitriũ boni viri:quia probabile eſt quòd hoc prælati non intendant:maximè vbi ipſi non habent intereſſe.
53 ¶†Decimaoctaua eſt in cle.cũ ex eo.de ſent.excõ.vbi excõmunicãtur fratres minores recipiētes tēpore interdicti illos de tertio ordine ad diuina in ſuis eccleſijs: & ſimiliter ipſi tertioli accedentes ad illa diuina officia, etiã ſi ſuper hoc hi ſcilicet fratres, vel illi,ſcilicet tertioli quibuſcũq; priuilegijs extiterint muniti.& ab hac ſentētia abſolui nõ poſſũt niſi p Romanũ pontificē,aut ſatisfactione præmiſſa p locorũ ordinarios,vt ibi diciť.Sed hodie vacat hæc ſentētia Xiſti priuilegio:olim autē vacabat de iure eo tēpore quo omnes tempore interdicti admitti poterant ad diuina:p c.alma.de ſent. excom.lib.vj.¶Dubitať verò de intellectu aliquorũ:& dico quòd hac ſentētia nõ ligãtur alij religioſi admittētes ſecundum Io.An.nec etiã ipſi ſi in eccleſijs nõ ſuis, ſed alienis hoc facerēt,ſecundũ eundē:imò dicit ꝙ eſt mirabile:quia in alijs eccleſijs recipi poſſunt,ſi priuilegiũ eſt generale.Vtrum iſti tertioli priuilegio gaudeãt clericali,pſonali,& reali, ſiue foraneo?Dic ꝙ ſic,iuxta dicta ſ.in tit.Eccleſia.j.§.v.Itē Excõmunicatio.vj.§.ij.Et idē eſt, vt dicit Archi. de tertiolis beati Dominici, cùm habeãt regulam approbatã ſecũdum illum modum viuēdi per Bonifaciũ. Imò quantũ ad hoc ſunt magis priuilegiati quàm illi: quia tēpore interdicti iſti admitti poſſunt ad fratrũ diuina.hæc ille. Hodie autē ceſſat hęc ſententia,etiã quo ad illos per priuilegiũ:vt ibi patuit.¶†Deci- 54
manona eſt in proceſſu curiæ cõtra omnes imponētes noua pedagia:imò & ſecũdum Io.And.vt allegat Arch.etiã ea recipientes,licet nõ ſtatuentes ſaltem ex mente.arg.de ſenten. excom.nuper. Vide infrà Gabella.iij.§.iij.Nota tamen quòd exigere,eſt ab inuito extorquere: vnde recipientes à ſponte ſoluentibus,nõ incidunt ſecundũ Paulum in cle.quoniam.de immuni.¶Notandum eſt tamen primò quòd Sum.Roſ.Excommunicatione xliiij.§.v.in fine.dicit poſſe teneri quòd augmentantes datia & gabellas non dicantur imponere noua: ſed non probat ſufficienter:vt infrà Excommunicatio.x. excommunicatione xliij.dub.v.patebit.Vnde oppoſitum tenet Sum.Angel.in tit.Pedagium,ſcilicet quòd iſti ſunt excõmunicati.& Archi.& hoc eſt verius:quia ratio huius prohibitionis eſt, ne domini exhauriant pecuniam ſubditorum: quod æquè fit per augmentũ antiqui pedagij,ſicut per impoſitionem noui æqualis dicto augmento.Vnde etiã ſic practicatur,vt ſic augentes abſolutionem petant. ¶Et ſecundò quòd de proceſſu curiæ tradere nõ poſſumus notitiam certã, propter varias mutilationes eius:quæ tamē legere potui recitabo,licet fortè eorũ quædam ſint reuocata:vt ſaltē confeſſores ſciãt in his timere.De his etiam infrà Gabella.iij.§.j.in fi.
55 ¶†Viceſima eſt etiam in proceſſu curiæ, &extra de rap. ex concilio Lateranenſi in cap. excõmunicationi in quo cap.dicitur primò quòd excommunicationi ſubdantur hi, qui Romanos,vel alios Chriſtianos vectos nauigio pro negotiatiõe: vel alijs honeſtis cauſis capere aut ſuis rebus ſpoliare præſumunt.& ſecundò quòd hi qui Chriſtianos naufragiũ patientes ſpoliant rebus ſuis,niſi ablata reddiderint, excõmunicationi ſe nouerint ſubiacere.In proceſſu autem curiæ dicitur, Excommunicamus piratas,& latrũculos maritimos,& receptatores eorum.¶Primò verò dubitať de intellectu dictorum:& dico quòd verbũ,naufragio,intelligitur de quolibet, ſecundum Ioan.And.& Ioã.de Lig.ſed Hoſtien.reſtringit ad maritimum.Piratæ autem dicuntur ſecũdum Summã Ang. omnes deprædãtes in mari ſine iuſto bello. Sed hoc ipſa non probat aliter quàm ſua authoritate:& illud Summa Roſ.rationabiliter impugnat,dicens ꝙ ſi Genuēſes,verbi gratia,iniuſtè mouent bellũ in Florētinos,& ſpoliant nauigio vectos: niſi ſe ad alios extendant,nec ſunt excõmunicati, nec piratæ: quia Ioan.And.Ioan.de Lig.& Pan.diſtinguũt inter ſpoliãtes vectos nauigio maritimo,&piratas:quia illi ſunt excõmunicandi,iſti excommunicati:& ter in anno ab ore papæ,vt dicit Io.And.Vnde piratæ ſunt,qui vulgariter dicũtur curſarij,id eſt,qui ſine bello intēdunt ſpolationi maritimæ indifferen-
56 ter vel quaſi.Vnde†tria faciunt piratam. Primò indifferētia ſpoliandorum:quia ſcilicet non intēdunt ſpoliationē determinatæ nationis.Secũdò intentio principalis exercendi huius:vnde ſi Genuenſis intendat ſpoliare omnes Venetos,ſed non principaliter,ſed vacare ſuis negotijs,nõ eſt pirata.Tertiò hæc facere nõ bannito bello: quia ſi habet bellum etiam
57 iniuſtum,nõ eſt pirata.¶Secundò † dubitatur,vtrum iſte canon ſit latæ ſententiæ?Et dico quòd ſic quantum ad piratas: quia per curiæ proceſſum excõmunicati ſunt ipſi & omnes latrunculi marini: quæ duo circũloquũtur idē & receptores eorum.Sed iſtis omiſsis dico quòd quantũ ad primã partē ſecundum

cundum Hoſt.eſt canon latæ ſententiæ,ſecũdum Io.Andr.& Io.de Lig.& communẽ opinionẽ,eſt ſentẽtiæ ferẽdæ: quantum verò ad ſecundũ,ſecundũ Hoſt.eſt canon ſentẽtię ferẽdæ:ſed ſecundũ Inn.Vinc.Gof.& Io.And.eſt canon latæ ſententiæ,ita tamen quòd monitio præcedat,vt dicit Io.And. & hoc probat vis verborũ.& ratio diuerſitatis patet. Vnde illi ſi ſtatim reſtituant,ſecundum Io.And.& Pet.de Anch.non ſunt excõmunicati.Et hoc notat Pan.in d.c.ex glo. vltima iuncto textu, quòd vbi pœna ponitur negatiuè:vt,qui nõ reſidet,ſit excõmunicatus ipſo iure: pœna nõ intelligitur inflicta, niſi monitio præcedat.Et pro hoc facit Theorica Inn.in c.extirpandæ.§.qui verò.de præben.ſcilicet quòd vbi pœna ponitur negatiuè ſine appoſitione tẽporis,requirit̃ monitio: vt in dicto exemplo reſidẽtiæ:quia nobis eſt occultum an habuerit iuſtam cauſam nõ reſidendi: ſed per monitionem conuincitur.Quando verò pœna ponitur affirmatiuè:vt,quicũq; tali hora eccleſiã intrauerit,ſit excõmunicatus,nõ requiritur monitio:quia licet negata lateant,tamen facta patent. Et licet Panorm.non ſit ſecutus iſtam Theoricam in illo §.qui verò. & dicat pœnam eſſe commiſſam ipſo facto quòd quis eſt in mora:quia quo ad Deum ceſſat ratio Innoc.cùm Deum lateat nihil:& quicquid eſt certũ naturæ eſt certũ legi: tamen tene vt ſuprà,de pœna inflicta ab eccleſia:quia opinio Inno. eſt cõmunis.Et hãc tenuit etiam ipſe Hoſtien.in Sum.dicens quòd tales non ſunt excommunicati,niſi poſt competentem monitionem.Vbi tamen canon imponit pœnã ex facto negatiuo cum certo tẽpore:vt niſi reſtituat intra annum, monitio non requiritur: ſecundum Gemin.in c.vnico.de vita & hon.cle.¶Tertiò vtrum abſolutio ab iſta ſententia ſit reſeruata papæ? Et dico quòd quo ad piratas eſt idem iudicium, ſicut de alijs ſententijs,quæ in dicto proceſſu continetur: & ſimiliter ſi expoliati ſint Romipetę vt infrà Excõmunicatione xxix. quia iſta cõtinentur in proceſſu: quantũ ad alios autem hic nominatos nullibi reperio quòd ſit papalis.¶†Vice- 58
ſimaprima eſt in proceſſu curiæ:& extra de Iudæ.& Sara.in c.ita quorundã. in c.excommunicantur.mulctantur rebus,& capiẽtium ſerui fiunt,omnes Chriſtiani ferẽtes Saracenis arma,ferrũ,lignamina galearũ, & neceſſaria ad impugnãdum Chriſtianos:& qui in piraticis Saracenorũ nauibus regimen & curam gubernationis exercent,& præcipitur vt per eccleſias maritimarum vrbium crebra & ſolennis in eos excommunicatio proferatur. hæc ibi.Quæ omnia repetũtur paulò poſt in cap.ad liberandam. & additur quòd excommunicati ſunt vendẽtes eis galeas aut naues: vel machinis aut quibuſlibet alijs aliquod impendunt conſilium vel auxilium in diſpendium terrę ſanctæ:& quòd dicta ſentẽtia in dictis vrbibus publicè innouetur diebus dominicis & feſtiuis: & quòd talibus non aperiatur gremium eccleſiæ,niſi totum,quod ex tam damnato commercio perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ tranſmiſerint: & ſi ſoluendo non fuerint, aliàs reatus eorũ caſtigetur.hæc ibi.Et ſic intelliguntur prohibita omnia conferentia ad bellum immediatè. In eodem etiam titulo in cap.quod olim.prorogatur, id eſt,extenditur dicta pœna ad alium caſum, quàm in dictis duobus capitulis contineatur, ſcilicet ad quęcunque mercimonia vel rerum ſubſidia durante guerra delata.Hæc ibi.Et ſub nomine guerræ intellige etiã treugam: quia per eam guerra non tollitur,ſed intermittitur:& abſolutio ſecundũ glo. in dicto cap.quod olim.competit epiſcopo, ex quo papa ſibi non reſeruat.quod verum fuit olim, ſed non modò propter extrauagãtes & curiæ proceſſum. Nicolaus etiam iiij.in extrauaganti quæ incipit,olim. excõmunicauit deferẽtes & mittentes,& de ſuis portubus extrahi permittentes, vt deferantur arma,ferrum,equi,lignamina,victualia, & quæcunq; mercimonia in Alexandriã,vel alia loca terræ Saracenorũ Aegypti,& eis aliàs auxilium vel fauorem præſtare præſumentes: & idem ſtatuit de omnibus terris Soldano ſubiectis: nec abſolui poſſunt,niſi tantùm de bonis ſuis in terræ ſanctæ ſubſidium conuertendum exoluerint, quantum ad dictas partes detulerint,aut miſerint,aut deferri,vel de ipſorum portubus deferendum extrahi permiſerint.Quæ extrauagans,licet videatur reuocata per prooemium Sexti, tamen poſt innouata eſt per Bonifacium & Clementem v. qui abſolutionem ab huiuſmodi ſentẽtia,præterquã in mortis articulo, ſedis apoſtolicæ,reſeruauit:vt patet in extrauagãte,quæ incipit,multa mentis.Et huic hodie ſtatur ſecũdum Archie,quod etiam ex proceſſu patebit.Super hoc tamen Genuẽſes habent aliqualem licẽtiam durantem:ſimiliter ſuper hoc etiam Veneti licentiam habent à Martino v.ſecundum Archid.per annos plures quãtum ad victualia & mercimonia:ſed audiui à fide dignis quòd iam diu tẽpus illud ſit elapſum.Et licet Summa Angel.dicat extrauagantes Nicolai, Bonifacij & Clementis circa prædicta vacare:tamen non eſt verum: quia ſtant illæ quæ ſunt Nicolai, vt patuit:& illæ quę Bonifacij octaui,quia fuit author ſexti libri, & poſt compilationem eius in extrauagante incipiente, contra.innouauit antiquas in hac materia.& ſimiliter poſt eã Clemens quintus,in extrauag.quæ incipit,multa.Et ita declarat Frãc.de Plat.in tractatu reſtitutionũ.& Archiep.in ſecũda tertiæ.& Sum. Roſ. Abſolutio.j. §.lxxxvij.& Io.And.& Card.& But.& Pan.& Io.de Ana.in c. quod olim.de Iudęis.Ex his omnibus collige quòd excõmunicati ſunt primò quo ad terras quorũcũq; Saracenorũ deferunt aut mittũt,vel de ſuis portubus mittẽda extrahi permittunt arma,ferrũ,equos, lignamina,galeas,& naues,& generaliter omnia faciẽtia ad belli apparatum directè vel immediatè quocũq; tempore & loco:& ſecundò victualia & quæcunq; mercimonia tempore guerræ, & etiam pacis,quo ad loca Soldani duntaxat: & excommunicatio eſt papalis per proceſſum quo ad prohibita omni tempore. Et quo ad hæc & reliqua per dictam extrauagantẽ:ſed tamen ſummus pœnitentiarius videtur poſſe abſoluere, ſecũdum Archid.Similiter ſunt excõmunicati tertiò, qui in piraticis Saracenorum nauibus regimen & curã gubernationis exercent:ſed eſt excommunicatio epiſcopalis:quia iura nõ reſeruant iſtã papæ. proceſſus autem extrauagãtes nõ faciũt de hac mentionem.
¶†Primò tamen ſciẽdum eſt quòd nomine armorũ,vt not. 59
in l.ij.C.quæ res expor.non deb.veniunt loricæ,ſcuta,arcus, ſagittæ,ſpatæ,gladij,tela:& ſecundũ gl.in dicto cap ita quorundam.etiam fuſtes,& lapides machinarũ:non autem ædificiorum.Vel dic quòd arma dicũtur quæ veniunt ſolùm vel principaliter in vſum offenſionis aut defenſionis: quibus autem etiam in alijs vtimur,intellige principaliter,non dicuntur arma, niſi ex intentione:vt not.in clemen.ne in agro.de ſtatu mon. Vnde gladius ad incidendum panem,non venit armorum nomine,ſecundum Panorm. in cap.clerici el j.de vita & ho.cler.vt patet per illum textũ:quia dicit quòd clerici arma portãtes debent excõmunicari:& cõſequẽter mortaliter peccant:& tamen nõ prohibentur ferre gladios ad panem incidendum.¶Et ſecundò quòd nomine ferri venit ferrum factũ & infectũ.id eſt,vena ferri:vt in d.l.ij.quod tamen limitatur p rationẽ ibi expreſſam de ferro,quod poſſet conferre ad offenſionẽ vel defenſionẽ: ſecus de alio,vt ſunt cultelli paruuli, gladioli, & huiuſmodi,niſi dolo vel forte etiam ſi ta inconſideratione deferrẽtur in tanta copia & tali tempore quòd timeri poſſet probabiliter ne cõuerterẽtur in arma.
¶Et tertiò quòd nomine lignaminum veniunt omnia ligna quibus fieri poſſunt naues,galeæ,& machinæ offenſiuæ aut defenſiuæ:quia iſta eſt ratio prohibendi:non autem ligna nõ apta ad huiuſmodi,ſed ſolùm ad comburendum. ¶Et quartò quòd nomine Saracenorũ habentium guerrã cum Chriſtianis intelligũtur omnes Saraceni habentes guerram cum quocunq; principe Chriſtiano,vel terra,vel dominio, ſecundum cõmunem doctrinam, & ſimiliter omnes Saraceni qui fauent habentibus guerram. & comprehendit ſecundũ Pan. in c.ſignificauit.de Iudæ.& Sara.tempus guerræ etiã tempus
60 treugæ,vt dictũ eſt. ¶Et†quintò, ꝙ ꝓhibita in iſta materia ſunt duplicia:quia quædam ſunt prohibita omni tempore & loco,ſiue quo ad omnes Saracenos:vt arma,ferrum,equi,lignamina,naues,galeę:vt in dicto c.ad liberandam.& in c.ita. per quæ intelliguntur omnia conferentia directè & immediatè ad vſum belli offenſiuè aut defenſiuè. Et iſta ſunt,quæ à doctoribus appellantur prohibita . Quædam verò quo ad omnem locum,ſiue quo ad omnes Saracenos prohibent̃ aliquo tempore,ſcilicet belli tãtùm:vt victualia & mercimonia & omne conſilium ac ſubſidium:vt in eo. tit. in c.cum olim. & eadem prohibent̃ quo ad omne tempus ſecundũ aliquem locũ,ſcilicet ſolùm quo ad loca Soldani, ad quæ nullo tempore licitè mittuntur:vt patet in dicta extrauagante,olim.in qua de bello vel pace mentio non fit:& tempore pacis licitè mittuntur ad alios Saracenos:quia hoc nullibi legitur prohibitum:niſi fieret in diſpendium Chriſtianorum:puta quia Saraceni his ſe muniunt ad pugnã: quia generaliter prohibentur ſubſidia belli,inquantum talia. Quòd dico, quia eadem res conferre poteſt ad bellum & pacem:vt copia frumentorum.Et iſta quæ non ſunt ſemper prohibita,niſi in aliquo loco,nec vbique,niſi in aliquo tempore, à doctoribus appellentur non prohibita. Et his autem patet corollariè quòd non ſufficienter determinant Sum.Ang.& Roſ.quòd victualia & merces tempore pacis licitè deferuntur:quia hoc non eſt indiſtinctè verum, ſed ſolùm quo ad loca non ſubiecta Soldano,cum quo videtur eccleſia habere perpetuum bellum , & qui ſpecialiter ſolus occupat terram ſanctam:vt per dictam extrauagantem,olim.patet & per aliam Clementis quòd incipit,multa mentis.Sed contra,quia Greg.ix. in quadam extrauagante,vt allegat Sum. Roſ.declarauit quæ non incidebant portantes ſtupam, canapam, picem, fila, & clauos: niſi contra Chriſtianos vel in diſpendium terrę ſanctæ:nec valet dici iſta reuocata eſſe per prooemium Sexti : quia iſta non ſunt dicta ſtatuendo,ſed declarando ius,quod ſcilicet non eſt reuocatum. Ad hoc dico quòd Greg.loquebatur declarando ius commune:ſecundum quod iſta licebant:ſed poſt Grego. ix.longo tempore fuit Nicolaus v. qui ſtatuit noua .
61 ¶Sextò †dubitari ſolet , vtrum tempore belli aliquo caſu liceat deferre prohibita,id eſt,conferentia bello.Et dico quòd ſic,ſecundum Innoc.& Hoſti.in d.c.ſignificauit. pro redemptione captiuorum.ar.l.ſancimus.C.de ſacroſan. eccl.& in c. j de pignor.quia vaſa,quæ prohibentur alio tempore vendi diſtrahi poſſent pro redemptiõe captiuorum.xij.q.ij. aurum. Excipit Innoc.quando huiuſmodi arma venderent ut contra Chriſtianos vel in articulo quo exercentur contra Chriſtianos,quia inciderent. Contrarium tenet glo.in d.c.ſignificauit.Io.And . dicit quòd poſt factum conſulendum eſt ſecundum illos,ſed ſecundum glo.ante factum: quia aliter, ſi hoc perpenderent infideles, poſſent pro captiuis velle ſolùm prohibita,item paratum eſſe velamen volenti fraudem committere:quia diceret ſemper ſe feciſſe pro redimendis captiuis. Panormitanus verò tenet opinionem gloſſæ indiſtinctè durante bello:quia,inquit, ex illis armis veniunt impugnandi Chriſtiani:ſed tempore pacis procedit opinio Ioan.And.Sed quia etiam Innocentius ipſe videtur tenere quòd tempore actualis belli iſta non liceant:vt patet in exceptione ſua:ideò videtur malè reprobatus. Vnde dic quòd tempore pacis ſi deferuntur arma , & huiuſmodi ,pro redimendo captiuos, quando aliter redimi non poſſunt,poſt factum condemnare non debemus:maximè quia in eodem c.dicitur quòd deferentes prohibita poſt treugam cauſa lucrandi incidunt. Ex quo videtur innui quòd non incidant deferentes non cauſa lucrandi,ſed redimendi:nec ante factum conſulere . Et iſta eſt mens Inno.Io.And.& Pan. ſed tempore belli indiſtinctè ante factum & poſt,ſunt condemnandi tales:vt tenet d.gloſſ.& ſequitur Car.& Pan.& Io.de Ana.& Sum. Roſ.contra Ang. & communis opinio,de alijs verò mercibus non facientibus ad bellum,non videtur dubium inter doct. quin deferri poſſit ea de cauſa etiam tempore belli.¶Septimò,†an tempore 62
pacis liceat deferri huiuſmodi prohibita. Et dico quòd iſta omni tempore & loco ſunt prohibita , vt viſum eſt. Pan.autem in c.quod olim.de Iudæ . dicit quòd ſemper ſtat horum prohibitio,etiam tempore pacis:licet aliud ſenſerit gl.in d.c. ſignificauit.quia poſſent infideles facere pacem fraudulenter,& ſic fulciri huiuſmodi armis.Et iſta opinio benignior eſt ante factum:ſed poſt,forſitan poſſet excuſari à pœna:quia illud ca.ita quorundam. dicit quòd deferebant ad impugnandum Chriſtianos.Hæc Pan . cuius dicta licet iure communi loquendo poſſent ſuſtineri diſputatiuè , & ad hominem , tamen veritas eſt quòd nunquam eſt licitum:nec eſt excuſatio poſt factum , niſi in cauſa captiuorum : quia iura loquuntur indiſtinctè:nec ſcimus quando hi , qui fidem non habent, fidem ſint ſeruaturi,vt pacem obſeruent. Vnde idem Pan.in eo.tit.in cap.ita.tenet quòd iſta deferentes tempore pacis, & non ea intentione vt impugnentur Chriſtiani, nihilo minus incidunt.& conſentit Io.And.& do.Ant.& text. exponitur ad impugnandum Chriſtianos , id eſt, ex quibus poſſunt impugnari Chriſtiani,ſecundum Pan. ¶Octauò†vtrum tempore 63
belli licitè deferantur non prohibita: id eſt, non pertinentia ad vſum belli:vt victualia & merces?Et dico quòd tempore belli iſta deferentes incidunt : & omnes dantes quodcunque ſubſidium rebus vel conſilio:vt patet in d.c.cum olim.& conſentit ibi Pan. & Innoc. & Gof. tenens quòd durante bello durat prohibitio generaliter:ſed eo ceſſante non durat canõ latæ ſententiæ,niſi in prohibitis . ſed hoc vltimum intellige de iure,& quo ad aliquos Saracenos:ſecus per extrauagantẽ, olim.& quo ad loca Soldani:ad quæ nullo tempore iſta licitè deferũtur,niſi pro redemptione captiuorum tempore pacis.
¶Nonò† dubitatur,qui incidunt in hanc pœnam & qui non, 64
ex his de quibus doctores dubitant.Et dico primò quòd incidunt,ſecundum aliquos,vt dicit Antonius de Bu.in c.ad liberandam . Chriſtiani exercentes gubernationem in piraticis nauibus Saracenorum,licet non contra Chriſtianos,ſed contra alios infideles:quia docent eos in arte piratica, qua deinde poſſunt Chriſtianos impugnare.Et hoc tene,licet non placeat Innocentio:quia caput illud,& caput,ita quorundam.loquuntur indiſtinctè:& hoc factum æquipollet armis delatis in pace,quibus Chriſtiani non impugnantur, ſed impugnari poſſunt . Secus tamen ſi quis non eſſet gubernator ,ſed merus executor,quia de iſto nullibi legitur prohibitum . Et ſecundò qui deferunt arma ad ſui tuitionem tantùm : & deinde occaſione pecuniæ vendunt ea Saracenis , quia hic habet locum ratio huius ſententiæ, cùm non ſit prohibita delatio, niſi gratia venditionis aut donationis,vel cuiuſcunque traditionis. Et tertiò incidunt , qui tempore pacis dant chordam vel anchoram,vel aliquid huiuſmodi:quia ſicut eſt illicitum eis vendere naues,ita & huiuſmodi: ſine quibus naues forent

inu.

inutiles.Et quartò qui permutant arma in arma: vt gladium
in arcum:licet Sum.Roſ.teneat contrarium:quia nòn differt
ad impugnandum Chriſtianos qualiter eis arma tradamus,
ſcilicet venditione aut cõmutatione. Et quintò qui portant
prohibita ignorãtes eſſe prohibita,vel ſe ideo eſſe excõmu-
nicatos:quia hæc ignorare non licet:cùm ſint valde publica.
vnde abſoluãtur ad cautelam.Et ſextò qui portauerunt pro-
hibita,& vnam partem vendiderunt,non aliam etiam igno-
ranter,etiam ſi partem venditam ſtatim recuperarent. vnde
ſi pœniteant interim,vel contingat eos abſolui,reportent nõ
vendita:alioquin reincidunt. Et ſeptimò qui eſt marinarius
in naue deferente prohibita, etiam ſi in alia lucrari non poſ-
ſet:quia cooperatur portantibus vel mittentibus. Non inci-
dunt verò primò qui non pertinentia ad vſum belli deferunt
tempore pacis ad loca quæ nõ ſunt in Aegypto nec ſubiecta
Soldano: niſi deferantur ad impugnandum Chriſtianos, vel
in diſpendium terræ ſanctæ.& hæc patent ex dictis. Nec ſe-
cundò portantes ferrum,vel arma,& huiuſmodi de vna terra
Saracenorum ad aliam,ſecundum declarationem Grego.ix.
Nec tertiò, ſecundum eundum, portantes Saracenos cum
armis ſuis.Nec quartò qui prohibita ignoranter portant, &
quam citò ſciunt,antequam quicquam vendant,ea reportãt.
65 ¶ Decimò † dubitatur,vtrum ſi abſoluantur prædicti facta ſa
tisfactione,de qua ſuprà, teneat abſolutio. Et dico ſecun-
dum Panor.in clem.j.de ſepul.quòd non tenet abſolutio fa-
cta non præcedente ſatisfactione:quia fit contra prohibitio-
nem & formã mandati.ar.de reſcrip.cum dilecta.idem Arch.
in c.quoniam.de immu.ecc.lib.vj.vbi concludit quòd non va-
let abſolutio facta contra prohibitionem. Sed Gemi. in d.c.
quoniam.diſtinguit:quia quando poteſtas datur aliàs non ha
benti:ſi non ſeruetur forma,actus non valet: vt not.glo.ſin-
gularis in cle.j. de iure patro. quando verò habenti poteſta-
tem à lege abſoluendi fit prohibitio: licet non ſeruetur for-
ma,valet ipſo iure abſolutio.vt de ſent.exc.venerabilibus.§.
vbi.libro.vj.Et hanc diſt.ponit gl.d.cle.& approbat Pan.in c.
dilectus.el ij.de præb. Vnde cùm ordinarij habeant poteſta-
tem abſoluendi à ſententia canonis non reſeruantis, vt in c.
nuper.de ſent.excom.valet abſolutio.& ita tenet Io. And.&
Pet.de Anch.&Arch.ſed ſecundum Aegi.niſi hoc faciant,re-
ducendi ſunt in priſtinã ſententiam. Sed prædicta intellige,
niſi apponat̃ clauſula irritatiua actus: quia tunc nihil faceret
ordinarius abſoluendo, vel quicunq; alius aliàs habens pote-
66 ſtatem niſi actus forma ſeruet̃. ¶ Vndecimò † dubitat̃ quomo
do iſti qui puniunt̃ in bonis per confiſcationem,poſſunt puni
ri,vt mittant prædicta in ſubſidium terræ ſanctæ.Et dico ſe-
cundum prędictos, ꝙ ante confiſcationem,intellige per iudi
cem factã,imponitur hæc pœna: vel ſoluitur de bonis quæ-
ſitis poſt cõfiſcationem.vel dic ſecundũ Arch.quòd pœna cõ
fiſcationis,vt dicit Pet.de Anch.imponitur à iudice ſeculari,
nõ autem ipſo iure:reliqua verò pœna imponit̃ ab eccleſia-
67 ſtico. ¶ Duodecimò † dubitatur, cui debeat dari dicta pœna
imponenda per iudicem eccleſiaſticũ quando nõ mittitur in
ſubſidium terrę ſanctæ,quia ſcilicet neſcitur cui dari debeat?
Et dico ſecundum Arch.quòd in hac pœna ſolus papa diſpen
ſare poteſt,vel habens commiſsionem ab eo vt ſummus pœ-
nitentiarius:& eo caſu applicabitur cameræ apoſtolicæ:vnde
qui inciderunt,conſueuerunt cum ea componere, vt dicitur:
& hoc quando ſoluere poſſunt: aliàs fiat vt in fine dictæ de-
68 cretalis,ad liberandã. ¶ Viceſimaſecunda † eſt in proceſſu cu-
riæ contra impedientes ſeu inuadentes eos qui victualia,aut
alia neceſſaria ad vſum curiæ Romanę adducunt: ſeu im-
pedientes & perturbantes ne ad ipſam adducantur vel feran-
tur,& contra defenſores facientium talia. ¶ Viceſimatertia
eſt in eodem contra omnes, qui venientes ad ſedem apoſto-
licam,aut ab ea recedentes,temeritate propria capiunt,ſpo-
liant,& detinent,aut ex propoſito deliberato verberare,mu-
tilare,vel interficere præſumunt:& contra omnes talia fieri
facientes ſeu mãdantes. ¶ Viceſimaquarta † eſt in eodem con-
tra eos,qui iuriſdictionem ordinariam vel delegatam nõ ha-
bentes,in eadem curia morantes,temeritate propria capiũt,
ſpoliãt,& detinẽt,aut à propoſito deliberato verberare,mu-
tilare,vel interficere præſumunt,& qui talia fieri faciunt ſeu
mandant. ¶ Viceſimaquinta † eſt in eodem cõtra eos,q per ſe
vel per alios,ſeu alias quaſcunq; perſonas ſeculares vel eccle
ſiaſticas recurrentes ad curiam Romanam ſuper eorũ cauſis
& negotijs,illaq́; in eadem proſequentes aut procurantes,vel
procuratores ipſorum,vel aduocatos ſeu iudices ſuper dictis
cauſis deputatos,occaſione cauſarum vel negotiorũ huiuſmo
di verberant,mutilant,vel occidunt,aut bonis ſpoliant,& con-
tra dantes auxilium,conſiliũ,vel fauorem in prædictis. ¶ Vi-
ceſimaſexta † eſt in eodem contra omnes,qui ne pareãt lite-
ris aut mandatis apoſtolicis & legatorm,& nuntiorũ,& iudi-
cum delegatorum eorundem gratiã vel iuſtitiã concernen-
tibus,decretiſq́; ſuper eis,& re iudicata,ſeu proceſsibus exe-
cutorialibus,non habito prius eorũ bñplacito & aſſenſu,né-
ve tabelliones & notarij ſuper huiuſmodi literis & proceſsi-
bus executorialibus,inſtrumenta ſeu acta cõficere,aut confe-
cta parti,cuius intereſt,tradere ſub grauiſsimis pœnis prohi-
bere,ſtatuere,ſeu mandare pręſumunt,& cõtra dantes auxi-
lium,cõſiliũ,vel fauorem. ¶ Viceſimaſeptima † eſt in eodem
contra omnes,qui ſe ab obedientia Romani pontificis perti-
naciter ſubtrahere, vel quomodolibet recedere præſumunt,
& contra dantes auxilium,conſilium,vel fauorem prædictis.
¶ Viceſimaoctaua † eſt in eodẽ cõtra omnes qui iuriſdictionẽ
ad eccleſiaſticas perſonas pertinentem per ſe vel per aliũ ſeu
alios vſurpant directè vel indirectè:aut in eiſdem conſilium,
auxilium,vel fauorem præſtare. ¶ Viceſimanona † eſt in eo-
dem cõtra omnes mutilantes,vulnerantes,interficientes,ſeu
capientes,& detinentes,deprædantes,Romipetas,& peregri-
nos ad Ieruſalem cauſa peregrinationis & deuotionis acce-
dentes,& in ea morãtes vel recedentes ab ea:& cõtra omnes
his dantes conſiliũ,auxiliũ,vel fauorem. ¶ Triceſima † eſt in
eodem contra omnes qui per ſe vel per alium directè vel in-
directè ſub quocunq; titulo vel colore occupãt,detinent,vel
hoſtiliter diſcurrunt:ſeu inuadunt in totum vel in partem al-
mã vrbem,aut alias ciuitates vel terras,& loca,& iura ad ec-
cleſiam Romanam ſpectãtia,cum adhærentibus,fautoribus
& defenſoribus eorũ,ſeu dantibus conſilium,auxilium,vel fa-
uorem in eiſdem.Et intellige ſpectantia,id eſt,ſubiectas me-
diatè vel immediatè:vt dicit Xyſtus in extrauagãte quę inci-
pit,& ſi dominici.intellige etiam de his quæ dicta deprædan-
tur,vt ibi patet.Iſte autem terræ vt in ꝓceſſu Martini v.ſunt
vrbs alma,regna Siciliæ,Trinacriæ inſulæ, Sardiniæ,Cor-
cæ terræ citra Farũ patrimoniũ beati Petri in Tuſcia,duca-
tus Spoletanus,comitatus Venaiſini, Sabinæ,marchiæ An-
chonitanæ,Maſſæ Trabariæ,Romãdiolæ,ac maritimę pro-
uinciæ ac terræ ſpecialis commiſsionis,& Arnulphorũ,ciui-
tes quoque Bononia,Ferraria,Beneuentũ,Peruſium,Auinio,
ciuitas Caſtelli,Tudertina,& aliæ ciuitates,terræ & loca,vel
iura ad eccleſiã pertinentia. ¶ Triceſimaprima † eſt in eodem
contra quoſcunque præſumentes abſoluere quemlibet per
dictum proceſſum excommunicatum, cuiuſmodi ſunt om-
nes prædicti & etiam hæretici cum ſuis fautoribus, defenſo-
ribus & receptatoribus. Et idem intellige de contentis in §.
ſeq.vt ibi dicetur,niſi in articulo mortis:& tunc niſi præſtita
prius de ſtãdo ſanctæ matris eccleſię mandatis,ſatisfactione
vel ſufficienti cautione etiam prætextu cuiuſcunq; priuilegij
vel conceſsionis apoſtolicæ non facientis plenam & expreſ-
ſam de prædicta prohibitione mentionem:nec abſolutio ali
ter impenſa valet:& reſeruatur quo ad omnia iſta Romano
pontifici.Prædicta omnia recitata de proceſſu curiæ etiã ho
die tenent:quia Martinus ſtatuit ea ad perpetuam rei memo
riam,& in fine ſuum proceſſum appellat cõſtitutionem:nec
aliter leguntur reuocata.Quædam tamen ſunt in eo contra
fectores aut fautores Petri de Luna,&contra dantes fauo-
rem Vicleuiſtis & Huſsiſtis hæreticis:quæ hodie nõ videntur
habere locum.Paulus verò ſecũdus in ſuo proceſſu ſuperad-
77 didit multa. ¶ † Trigeſimaſecunda ergo, in qua includuntur
octo,eſt in proceſſu curiæ Pauli ſecũdi cõtra offendentes ec
cleſiæ libertatem,& violãtes interdictum ab apoſtolica ſede
impoſitum,&conſpirantes in ſtatum aut perſonam Romani
pontificis & presbytericidas:& per Xyſtum hoc extenditur
etiam ad occidentes vel mutilantes aliquẽ exiſtentem in ſa-
cris,offendentes epiſcopos vel alios prælatos,in perſona im-
ponentes noua onera realia vel perſonalia eccleſijs vel eccle
ſiaſticis perſonis:ſimoniacos ſuper ordinibus vel beneficijs
aſſecutis in curia Romana vel extra. Nec poſſunt iſti citra
Papam abſolui:ſed in omni cõceſsione ꝑ ipſum facta aut tũc
fienda intelligunt̃ excepti,vt in quadã eius cõſtitutiõe patet,
quę incipit,& ſi dominici.Summa tamen Ang.dicit ſe omit-
tere caſus reſeruatos à Paulo:quia Xyſtus ſe reſtrinxit ad re
ſeruatos à Martino:quaſi velit dicere ꝙ relaxauerit reſerua-
tos per Paulũ.ſed hoc nõ videt̃ verũ.Primò,quia Sum. Roſ.
ponit dictos conſpiratores excõmunicatos cõmuniter ſecun
dum curiæ proceſſus. Secundò,quia Xyſtus in extrauaganti
quę incipit,&ſi dominici gregis.enumerat omnes prædictos
caſus Pauli:& addit crimen hæreſis poſtquam fuerint aliqui,
qui ſententialiter cõdemnati,delati,ſeu publicè diffamati,oc
ciſionis vel mutilationis cuiuſcunq; in ſacris conſtituti, pro-
hibitionis,delationis cauſarum ad dictã curiam:&dicit ſe nol
le quòd aliquis poſsit prædictos abſoluere,etiã vigore facul-
tatum à ſe conceſſarum verbo aut literis,etiam cum clauſu
la,quòd ſola ſignatura ſufficiat:etiam in fauorem fidei &cru
ciatæ:& abſoluentes anathematizat & excõmunicat, reſer-
uans abſolutionem Romano pontifici: qđ nõ eſſet,ſi iſta re-
uocaſſet: veritas autem eſt quòd caſus in hoc §. enumerati
non continetur in bulla cœnæ Domini: quia Xiſtus reduxit
proceſſum Pauli præcisè ad ea quæ continebantur in proceſ
ſu Martini:vt patet per breue ad Ducẽ Mediolani Galeaciũ,
ſub anno domini M.cccclxxix.xix.Nouẽbris: eſt tñ prohibi-
tum ſub pœna excõicationis, ne quis ab eis abſoluat pretex-
tu cõfeſsionalium ab eo conceſſorũ:vt patet in d.extraua.&
ſi dominici.ſub anno domini M.cccclxxix. Vnde iſti caſus re-
manent in diſpoſitione iuris cõmunis,ac ſi de eis mentio ha-
bita non fuiſſet:& ab eis abſoluere poteſt,cui de iure compe
78 teret remota bulla cœnæ Domini. ¶ † Quadrageſima eſt in
eadem extrauagante Xyſti contra omnes diſpenſantes in vo
to vltramarino,ſanctorũ Petri & Pauli, ſancti Iacobi in cõ-
poſtella,& caſtitatis,ac religionis,& abſoluentes à caſibus §.
prioris,& quacunque conceſsione ab ipſo habita: niſi in ipſa
conceſsione mentio fiat de ipſa extrauagante de verbo ad
79 verbum. ¶ † Quadrageſimaprima eſt,in quadam extrauagan
ti Bonif.ij.ſub rubrica de ſepulturis,quę incipit,deteſtãdum.
vbi excommunicantur omnes etiam pontifices exenterantes
vel in fruſta concidentes corpora mortuorum: aut in aquis
coquentes vt carnem ab oſsibus euellant vt alibi tumulanda
ferant:& abſolutio reſeruatur Papæ.Sed nota quòd iſta con
ſtitutio non habet locum:primò ſi fiant viuo: nec ſecundò ſi
fiant mortuo,non eo fine vt alibi ſepeliantur:ſed odio etiam
comedendo carnes vt faciunt Partiales:vel ſuperſtitione:vel
etiam propter chirurgiam: quia pœnæ vltra proprios caſus
non ſunt extendendę:vt de pœ.diſt.j.§.pœna.Tertiò,ſi mor-
tuus eſſet quis in terris infidelium,vt in eadem extrauagante
patet. ¶ † Quadrageſimaſecunda, in extrauagante Martini 80
quinti ſub rabrica de ſimònia,quæ incipit,damnabile.& rur-
ſus in alia Pauli ſecundi,quæ incipit,cum deteſtabile.contra
omnes etiam quacunq; dignitate præditos ſeculari,vel eccle
ſiaſtica,etiam cardinalatus, qui ſimoniã in ordine vel bene-
ficio contraxerunt in curia vel extra, publicè vel occultè:&
contra omnes mediatores &procuratores in ea:& abſolutio
reſeruatur pontifici Romano: alij autem ſimoniaci non le-
guntur excommunicati:ita tamen quòd ſub nomine benefi-
cij intelligantur electiones,poſtulationes,confirmationes,&
quæuis prouiſiones eccleſiarum,monaſteriorũ, dignitatum,
perſonatuum,& officiorum:quia in his tam dantes quàm ac-
cipientes per dictas extrauagantes ſunt excommunicati.Ex-
cipe tamen vt infrà Excõmunicatione xliiij. ¶ † Quadrageſi- 81
maretia eſt,in eadem extrauagante Martini quinti,& Pauli
ſecundi,contra omnes etiam quacunq; dignitate eccleſiaſti-
ca vel ſeculari pollentes:qui mediatores vel procuratores ſi-
moniæ ſummo pontifici,aut cui ille commiſerit,quantocyus
non reuelant:qui etiam abſolui non poſſunt, niſi iſta reue-
lent. Sed hæc ſententia non tenet hodie:quia,vt dictum eſt
ſuprà Conſuetudo.§.vij. ſtatutum quod non eſt ſuſceptum
nec ſeruatum ſcienter,& non reclamante ſuperiore,tollitur
per vſum contrarium,maximè præſcriptum annis decem:&
ita eſt in propoſito:imò iam iſte contrarius vſus eſt præſcri-
ptus annis iam plus quàm xl. Vnde ſecundum Archi.hæc ex-
trauagans vacat.Sed nota quòd iſta ſententia Martini non li-
gauit niſi exiſtentes in curia: & idem videtur de Paulo, qui
videtur innouare ſtatuta priorum pontificum: aliter valde
irrationabilis conſtitutio fuiſſet,vt vellet pauperes ab extre-
mis terræ adire curiam pro defendenda ſimonia. ¶ Quadra-
geſimaquarta eſt,in quadam extrauagente Vrbani quinti,
quæ incipit,ſanè.ſeu,ne in vinea:contra omnes dantes aut re
cipientes aliquod temporale pro ingreſſu monaſteriorum,
ſed religionis:&ſedi apoſtolicæ reſeruatur abſolutio.ſed Ar-
chiepiſcopus dicit ſe à fide dignis audiuiſſe quòd Martinus
quintus dixerit nolle hanc ſententiam extendi ad moniales.
infrà Simonia.§.xv. ¶ † Quadrageſimaquinta,ponitur in qua- 82
dam extrauagante Martini quinti, ſub rubrica de regulari-
bus, quæ incipit, viam ambitioſè. contra omnes religioſos
mendicantes euntes ad ordines ſeu monaſteria non mendi-
cantium,vt ibi ſint fratres: etiam ſub prætextu cuiuſuis li-
centiæ,etiam apoſtolicę generalis,& contra recipientes eos:
ſed tamen hęc pœna non extenditur ad ordinem Carthuſien
ſium:& ſedi apoſtolicæ reſeruatur abſolutio. ¶ Quadrageſi-
maſexta eſt in quadam extrauagante Bonifacij octaui, ſub
rubrica de ſenten. excommunicatio. quæ incipit, excom-
municamus.contra omnes facientes promiſsionem vel pa-
ctum temporalium pro aliqua gratia vel iuſtitia obtinenda
in curia Romana: & contra dantes & recipientes ex dicta
promiſsione vel pacto.& Papæ reſeruatur abſolutio. Hanc
decretalem allegat Ioannes Andreas in lectura,de ſimo.ne-
mo.& Dir.& Ant.de Butri.qui dicit eam durare:ſed Ioan.de
Lignano & Ioannes Calderinus ibidem,& Pet.de Pal.in iiij.
dicunt eam reuocatam per Clementem quintum. & hoc
tene per regulam logicalem: qua locus ab authoritate dici-
tur tenere affirmatiuè:non autem negatiuè:ex qua habetur
quòd in hac controuerſia ſtandum non eſt dicentibus eam
durare:quia ſcilicet non legerunt eam reuocatam:quia non
ſequitur,non legi quòd ſit reuocata:ergo non eſt reuocata:

ſed ſtandum eſt alijs qui non dicerent eam reuocatam niſi
83 hoc ſcirent. ¶†Quadrageſimaſeptima eſt in quadam extra-
uagante Pauli ſecundi, quæ incipit, cum omnibus.in qua ſic
dicitur:Si quis autem commiſſarius aut delegatus,ſcilicet ad
cognoſcendum an rei eccleſiaſticę alienatio cedat in euiden
tem vtilitatem eccleſiæ conſcientiæ ſuæ prodigus in grauamen aut detrimentum eccleſiæ per gratiam ,timorem, vel
ſordes alienationi conſenſerit,aut decretũ vel au horitatem
interpoſuerit:inferior quidem epiſcopo ſententiam excommunicationi incurrat &c.Et infrà:Is verò qui dolo vel frande
aut ſcienter in detrimentum eccleſiarum alienationem fieri
procurauerit,aut per ſordes vel impulſionem alienatiõis decretum extorſerit,ſimilem ſententiam excommunicationis
incurrat,à qua niſi per Romanum pontificem non poſsit abſolui. Ad reſtitutionẽ nihilo minus rerum alienatarum quãdocunq; de præmiſsis conſtiterit,cõdemnamus.Sum. etiam
Ang.refert quãdam extrauagantem Pauli,cuius principium
non ponit,vbi,inquit , excõmunicantur alienantes res eccleſiaſticas ſiue facientes pactum,per quod ipſorum dominium
transfertur:ac omnes concedentes,hypothecantes,infeudantes,vel in emphyteuſim concedentes,aut locantes,niſi in caſibus à iure conceſsis,exceptis fructibus & bonis , quæ ſeruando ſeruari non poſſunt : item excommunicantur qui taliter
alienata recipiunt.& incipit,ambitiosè.ſed in aliquibus locis
84 non eſt approbata moribus vtentium,nec ſeruatur.¶†Quadrageſimaoctaua eſt in quodam priuilegio Alex. iiij.quod
incipit,ex alto.& in alio incipiente,non ſine multa.contra omnes qui libellos famoſos vel cantilenas , aut rhythmos faciunt,detinent, vel publicant in infamiam ſtatus ordinum
prædicatorum & minorum:& abſolutio reſeruatur apoſtoli
85 cæ ſedi.¶†Quadrageſimanona eſt in eiſdem priuilegijs con
tra omnes prędicantes,docentes,vel defenſantes quòd præfatorum ordinum fratres non ſunt in ſtatu perfectionis:nec licet eis de eleemoſynis viuere : aut quòd non poſſent prædicare vel audire confeſsiones de licẽtia Romani pontificis vel
aliorum prælatorum ſeu etiam curatorum: & abſolutio re-
86 ſeruatur apoſtolicæ ſedi. ¶† Quinquageſima eſt ibidem con
tra omnes facientes violentiam damnabilem in locis ordinum prædicatorũ: & abſolutio reſeruatur apoſtolicæ ſedi,
87 vel cõſeruatoribus dictorum ordinum. ¶†Quinquageſimaprima eſt in quodam priuilegio ordini prædicatorum conceſſo,quod Arch.refert ſe vidiſſe,cõtra omnes intrantes mo
naſteria monialium ordinis Prædictorum vel ſanctæ Clarę
ordinis Minorum in caſu non conceſſo in regula vel conſtitutionibus earum:vel ſine licentia magiſtri aut miniſtri generalis,vel alterius ab eo habentis poteſtatem : & abſolutio
reſeruatur Papæ aut magiſtro ſiue miniſtro generali,vel ha
benti ſuper hoc licentiam ſpecialem ab aliquo prędictorum.
Sed nota ſecundum Arch.quòd vbi ſententiæ huiuſmodi nun
quam,vel quaſi nunquam,promulgantur,ſi quis ignoranter
& ſine mala intentione intraret,non incideret,cùm ignoran
tia ſit quaſi inuincibilis: & hoc trahi poteſt ex dictis Anto.de
But.& S.Tho.Sed intrans ad malè faciendum,quamuis ignorans ſententiam,&habens iuſtam cauſam ignorandi illa,non
88 excuſatur,ſecundum Pet.de Pal. ¶†Quinquageſimaſecunda eſt in priuilegio Bonif.quod incipit,virtute.contra omnes
detinentes apoſtatas ordinis prædicatorum in ſuis monaſterijs vel eccleſijs:niſi eos eiecerint poſt quàm fratres eiuſdem
89 ordinis denuntiauerint eis ne detineant eos. ¶†Quinquageſimatertia eſt in literis inhibitorijs Clementis ad minores,
quæ incipiunt,qui vos.vbi ipſi excõmunicantur ſi præſumant
recipere profeſſos ordinis prædicatorum ſine licentia Papæ
faciente expreſſam de hoc indulto mentionem,vel niſi prius
priorum ſuorum licentia petita fuerit & obtenta. Idem de
eremitanis,Alexand.ad eremitas,Veſtram. Sed not.quòd in
hoc caſu & priori non vidi originalia : ſed ab Archie.accepi,
qui non recitat cui reſeruetur abſolutio:videtur tamen quòd
Papæ:quia ordo noſter,in cuius fauorem iſta ſunt,exemptus
eſt. ¶†Quinquageſimaquarta eſt in priuilegio Alexand.
incipiente,ex alto.contra rectores,magiſtros,& ſcholares vniuerſitatum ſtudij Peruſini:qui excludere moliuntur publicè vel
occultè fratres prædicatores vel minores à conſortio vniuerſitatis eiuſdem ſtudij:& apoſtolicæ ſedi reſeruatur abſolutio:¶†Quinquageſimaquinta eſt,vt refert ſe vidiſſe Arch.
in libr.pœnitentiariæ ſummi pontificis contra omnes accedentes ad ſepulcrum domini cauſa deuotionis, ſine licentia
ſummi pontificis:& abſolutio eidem, vel ſummo pœnitentiario reſeruatur. ¶†Quinquageſimaſexta eſt,quam fecit
Xyſtus in extrauagante de materia conceptionis beatæ Virginis quæ incipit,graue nimis.vbi excommunicantur omnes
qui auſi fuerint in ſermonibus ad populum vel aliàs quomodolibet affirmare quòd tenentes glorioſam Virginem Mariam eſſe ſine originali peccato conceptam,peccent mortaliter vel eſſe hæreticos: & ſimiliter qui aſſeruerint idem de
tenentibus contrariam opinionem,ſcilicet quòd ſit in originali concepta:cùm nondum,inquit,ſit à Romana eccleſia &
apoſtolica ſede deciſum : ſed ſecunda excommunicatio ſuperfluit:quia non eſt timendum quòd appellentur hæretici
qui tenent quod oẽs ſancti doctores tenuerũt.¶†Quinquageſimaſeptima eſt Iulij ij. poſt Pium ſecundum contra omnes appellantes à ſummo pontifice ad futurum concilium:
& eſt ad perpetuam rei memoriam , & extenditur etiam vltra montes, & contra reges & Cardinales,& communitates
ac collegia & parlamenta,& contra omnes ad hoc præſtantes conſilium,auxilium,vel fauorem, etiam indirectè: & omnes prædicti ibi mandantur haberi vt ſchiſmatici & de fide malè ſentientes. Multæ ſunt aliæ excommunicationes
Papales:ſed eas pertranſeo , vel quia ſunt temporales, vel
propter ea quæ dicam infrà Excommunicatio nonò, & Excommunicatio vltimò per totum.

## Rurſus de Excommunicatione octauò, ſcilicet de reſeruata epiſcopo ſemper vel interdum.

1 *Excommunicatio iuris,quot caſibus epiſcopo reſeruetur.*
2 *Excommunicatio quandoque Papæ, quandoque epiſcopo quandoque nulli reſeruatur.Item quis de iure excommunicatum abſoluere poſsit? Et abſolutus quomodò ſatisfacere debeat.Et ſi hæc, quomodo clauſula hæc, quam citò commodè poterit.4. & 5.Et quomodo verbum contempſerint.numer.6.Et quid clauſula,à quibuſuis ſententijs . num. ſequenti.*
8 *Iniunctio de ſe præſentando , cùm facta eſt, an per procuratorem ſe præſentare poſsit?*
9 *Mortis periculum dùm ſubeſt , num ab alio excommunicatus abſolui poteſt,quàm ab eo, ad quem de iure communi pertineat.*
10 *Excommunicatio nonnunquam Papæ,nonnunquam epiſcopo quandoque nulli reſeruatur . Et excommunicatio de qua hic diſſeritur,an contrahatur per participationem cum excommunicato præcedentem excommunicationem, vel ſequentem. Et ibidem quotuplex participatio.*
11 *Participatione cum excommunicato ab homine in crimine an quis hominis ſententia vel iuris ligetur.*
12 *Conſilium, auxilium, vel fauorem excommunicato dare, qualiter quis intelligatur, vt ex hoc ligetur? Et an conſilium pœna de qua hic aliquid adijciat, & quotupliciter.*





Excommunicatio † octauò quantum ad ex-
1 communicationes epiſcopo reſeruatas:vt autem ſciatur
quæ excommunicatio ſit papalis,vide tit.priorẽ,in prin.Epiſcopales autẽ ſunt paucæ & in hoc ti.faciles ad inueniendum.
Vnde ſciendum eſt primò quòd in duobus caſibus tantùm
excommunicatio iuris reſeruatur epiſcopo: primò quando
ipſe tulit eam per ſuũ vel ſynodale ſtatutũ,& abſolutionem
ſibi reſeruauit.ſecundò quando abſolutio eſt reſeruata papę,
& in caſu eam epiſcopo ratiõe dignitatis cõcedit:quia eo caſu nullus inferior ſe poteſt intromittere,ſicut dictum eſt ſupra, Abſolutio.iij.§.iij.& alibi , quòd eo caſu quo epiſcopus
clericum poteſt abſoluere,nullus inferior hoc facere poteſt,
niſi ei cõcedatur vel à iure,vt abbati:vel ex priuilegio,vt prędicatorum,mendicantium:vel ex cõmiſsione papę aut etiã epiſcopi,
ſiue ſimplici ſacerdoti:vide ſ.Caſus. §.ij.iij.iiij.& v. ¶Sciendum † eſt ſecũdò ꝙ excõmunicatio quędã aliquãdo papę,aliquando epiſcopo,aliquãdo nulli reſeruatur,quæ eſt in c. eos.
de ſen.exc.li.vj.vbi dicitur ꝙ illi qui à ſententia canonis vel
hominis propter mortis periculũ vel aliud impedimentum
fuerunt abſoluti ab alio quàm ab eo à quo de iure fuerãt abſoluendi:ſi liberati à tali impedimento quàm citò commodè
poterunt,contẽpſerint ſe præſentare illi qui legitimè debebat eos abſoluere,& ſatisfacere prout eis iniũgetur ab eodẽ,
ipſo facto ſententiã excõmunicationis incurrunt:& ab eo ſolo poterunt abſolui,quo abſoluendi erant à prima excõmunicatione.De iuſtis etiam impedimẽtis dictũ eſt ſ.Abſolutio
iij.in fi.Et idem eſt de his,qui cùm abſoluũtur à papa vel eius
legatis à quibuſuis ſentẽtijs, iniũgitur eis vt ſe ordinarijs aut
aliquibuſcunque repræſentent pro ſuſceptione pœnitẽtiæ
vel ſatisfactione implenda his quibus iniuriam fecerunt:quia
ſi non faciunt quàm primùm commodè poterunt,eandẽ ſententiam ipſo facto incurrunt. ¶Primò † verò quæritur,quis
ſit ille qui de iure abſoluere debet excõmunicatum? Et dicit
Pet.de Anch.ſuper ipſo ca.quòd à ſentẽtia canonis abſoluit
is,qui canon reſeruauit:aliàs ſi nemini reſeruauit,abſoluit ordinarius.à ſentẽtia verò hominis abſoluit ille qui tulit:ſed in
eius defectu vel negligẽtia ſi eſt delegatus,aditur delegãs:ſi
eſt ordinarius,aditur ſuperior.Hoc probatur de offi. deleg.
prudentiam.& de off.ordi.ad reprimendam. Dic tamen vt
ſ.Abſolutio.ij.in princ.¶Secundò † quomodo abſolutus debeat ſatisfacere?Et dicit idem eſſe intelligẽdum quòd iuxta
proprias facultates.Et per hoc infert Arc.facultates eccleſię,
quas habet ad vſum,ad hoc non teneri.xvj.q.vj.§.vl.pro quo
facit c.de nolẽtes.de hære.¶Tertiò† quomodo intelligendũ
ſit illud,quàm citò cõmodè poterit?Et dico quòd multa ſuper hoc recitat Arch.in cen.c.j. ſed ſumma in hoc ſtat quòd
ſecundum Hoſtien.intelligitur ſublato impedimento,& aliquo modico tempore indulto,quo ſibi de neceſſarijs valeat
prouidere.Et non creditur circa hoc abſoluto:ſed iudex hoc
arbitrabitur.aliàs friuolis excuſationibus frigoris & caloris
& nullibus conſtitutionẽ eluderet.in foro tamẽ pœnitẽntiali
ſibi credendum eſt:vnde ex quo ſcientiam habet de mora,ſciret ſe debet excommunicatum:ſed iudex hoc non denũtiabit
donec eo vocato per cõiecturas viderit illum moroſum.Arbitrabitur autem iudex tempus itineris benignè.ad quod facit cap.conſuluit.de of.dele.Sufficit autem, ſecundum hanc
literam,quòd non ſit in negligentia vel fraude. ¶Quartò
† quomodo intelligendum ſit illud verbum,contempſerint?
Et dicit Arch.illud exponens quòd dicitur quis contemnere
hoc ipſo,quòd iuſta cauſa ceſſante,ſe nõ præſentat illi à quo
fuerat abſoluendus,vt no.ij.q.ij.metropolitanum.& cõſentit
Ioannes And.¶Quintò † quomodo intelligitur illud,à quibuſuis ſententijs?Et Pet.de Anch.ibi notat quòd papa & legatus abſoluunt à quibuſcunque ſententijs excommunicationis.quod Ioã.Mo.intelligit de ſententijs iuris, non autem
de ſententijs hominis,à quibus,inquit,non abſoluũt papa vel
legatus de ſtylo curiæ,ſed remittunt : niſi in caſu quo delegatus non poſſet,vel eſſet mortuus,& alius in legatione non
ſucceſsit:vel ſucceſsit quidem,ſed non eſt ſpes de feſtina prouiſione. ¶Sextò,vtrum reincidat ipſo iure abſolutus in prædictis caſibus delegatorum,ſi non pareat? Et putat Ioã. Mo.
quòd non.& cõſentit Dire.dicens,quòd ſi excõmunicatus ab
homine iurauit parere mandatis excommunicatoris,quando
fuit abſolutus in caſibus ſupradictis,ſi non paret, non incidit
in eandem ſententiam:ſed eſt reducendus per ſententiã hominis.Sed oppoſitum eſt dicendũ,ſi latè accipiamus literam
vt verbum ſonat,quibuſuis:& in principio c.quod etiã loquitur generaliter de vtriſque ſententijs.& hoc tenet Io.And.ſcilicet quòd in quibuſcunque ſententijs iuris & hominis locum
habeat quod hic dicitur,ſcilicet quod reincidit ipſo iure, niſi
pareat , & cõpareat poſt abſolutionẽ,vt hic dicitur.Sum.autem Ang.imponit dominis de Rota quòd teneant opinionẽ
Ioan.An.quam ipſa ſequitur.Sum.verò Roſ.imponit eis oppoſitum,ſcilicet quòd teneant opinionem Mo.quàm ipſa ſequitur,dicens quòd dicti domini de Rota dicunt quòd ſi auditor excommunicatum ab homine abſoluit præſtita cautione de ſtando iuri:ſi non paret,non eſt ipſo iure excommunicatus ſed excommunicandus per dictum Ioannem Mo.Sed
ſine dubio opinio prima eſt ſecurior,vt per ſe patet:eſt etiam
verior:imò non videtur dubitabilis:quia tex.in prin. loquens
de abſolutis ab inferioribus,quibus iniungitur vt ſe præſentent ſuperioribus,apertè loquitur de vtriſque ſententijs,iuris
ſcilicet & hominis:deinde locuturus de abſolutis à ſuperioribus , quibus iniungitur vt ſe præſentent inferioribus,dicit
idem ſtatuimus de his,quibus cùm à ſede apoſtolica vel legatis ipſius abſolutionis beneficium à quibuſuis ſententijs conſequuntur,iniungitur vt,&c.Nec obſtat ſi dicatur quòd non
incideret ſic abſolutus in eandẽ: cùm prius poſſet eſſe ligatus ſententia hominis,deinde ſententia iuris lata in iſto capitulo:quia dicitur quis incidere in eandem,quia venit abſoluendus ab eodem. ¶Septimò † an poſsit is, cui prædicta in- 8
iunctio ſit ſe præſentandi,hoc facere per procuratorem? Et
dico ſecundum Hoſt.quòd qui tenetur perſonaliter ſe præſentare obſolutori pro abſolutione obtinẽda, ceſſante impedimento acceſſus ad eum non poteſt talem abſolutionem
per procuratorem petere.Et idem ſentit Inn.ſed tamen concedit quòd ſi ſubeſt iuſta cauſa,abſolutio peti poteſt per procuratorem,etiã in abſentia.videtur etiã eſſe tex.in c.quod de
his.eo.ti.ibi:Romanam eccleſiã in propria perſona debeant
viſitare.Sed Arch.in iſto c.remittit ad notata per Spec.in tit.
de procu.§.j.vbi dicitur quòd procurator cõſtitutus ſpecialiter pro petẽda abſolutiõe,ſufficit:& ita curia ſeruat,vt ibi dicitur.Et facit ad hoc,quia quis ſe repræſentat aut in propria
perſona,aut per procuratorem idoneum.diſt.xviij.in capite,
epiſcopus.Pet.autem de Anch. dicit quòd à ſententia interdicti & ſuſpenſionis peti poteſt abſolutio per procuratorem:
quia nec ſolennitatem formæ nec abſolutionem deſiderat.
Idem autem dico ego de abſolutione ab excõmunicatione,
quæ non determinatam formam,nec contritionem,nec prę
ſentiam exigit abſoluendi. Secus de abſolutione à peccatis:
quia cùm requirat contritionẽ,requirit etiã præſentiam abſoluendi:aliter ſciri nõ poſſet an perſeueret in cõtritione,ſine qua abſolui non debet. Ad caput autem,quod de his.dico
quòd loquitur ſumptis viribus, & opportunitate conceſſa.
Vnde loquitur quando non ſubeſt cauſa iuſta.¶Octauò † an 9
propter periculum mortis, vel aliud periculum abſolui de-

beat excommunicatus ab alio quàm ab eo, ad quem de iure pertinet abſolutio, ſi non haberi poteſt copia eius, vel recurſus ad eum? Et Arch. ac Pe. de Pal. dicunt quòd nõ: & idem dicitur in Dir. lib. iij. tit. iiij. de abſolutiõe ab excõmunicatione iuris, vbi & ſubditur quòd quãdo aliquod iſtorum fieri non poteſt: tunc abſolui debet, & poteſt: & ſemper requirẽdus eſt epiſcopus, ſi haberi poteſt: aliter ſufficit ſimplex ſacerdos, vt notauit Inn. in c. nuper. de ſen. excom. Et eſt ei iniungendum quòd tẽporali impedimento ſublato ſe præſentet, vt dictum eſt, quod ſecundũ Arch. non eſt iniungendũ, vbi impedimentum eſt perpetuũ: ſed ſine tali iniunctione abſolui nõ debet, niſi in caſibus, in quibus nullus abſoluere poteſt, niſi in caſu mortis: vt in falſarijs literarum papæ, & in inſequentibus hoſtiliter Cardinales: & in banniente vel temerè percutiente epiſcopum: & in religioſis vel clericis ſecularibus inducẽtibus ad vouendã electionẽ ſepulturæ: & in inquiſitoribus, qui odio, gratia &c. & in exenterãtibus &c. & in intrantibus monaſteria monialium ordinis Prædicatorũ vel Sanctæ Claræ. Item in inquiſitoribus & cõmiſſarijs eorũ ac epiſcoporum, qui extorquent, &c. Item in omnibus caſibus huiuſmodi, qui

10 ponuntur in curiæ proceſſu. ¶ Sciendũ † eſt tertiò quòd alia eſt etiã excõmunicatio, quę aliquãdo papæ, aliquãdo epiſcopo, aliquãdo nulli reſeruatur, in c. nuper. & in c. ſi concubinæ. de ſen. excom. contra cõmunicantes cum excõmunicatis nominatim ſciẽter in crimine criminoſo, dando auxiliũ, conſilium, vel fauorẽ: quę excõmunicatio licet, ſecundũ Sum. Roſ. ſit epiſcopalis: verius tamẽ dicit Sum. Ang. ꝙ aliquãdo eſt papalis: vt ſi per crimen in quo quis participat, incurratur excõmunicatio papalis: puta ſi participat conſpirantibus in perſonam ſummi põtificis, ſecundũ aliquos: quia dicit tex. quòd talis abſoluẽdus eſt ab eo qui damnauit, aut ab eius ſuperiore. ¶ Primò verò dubitatur, an iſta ſententia incurratur per participationẽ cum excõmunicato præcedentẽ excommunicationem vel ſequentem? Et dicit Panor. in d. c. nuper. quòd hoc intelligitur quãdo poſt excõmunicationẽ cõmunico ſibi in crimine damnato: vt puta ſi Titius fuit excommunicatus quia detinebat adulterã, & tu circa illam detentionẽ impendis conſilium, auxilium, vel fauorẽ: tunc communicas excõmunicato in crimine damnato: nec ſufficit cõmunicare in illo actu, per quẽ incurritur excõmunicatio: ſed oportet quòd ille per prius incurrerit excõmunicationẽ: vt no. in c. contingit. de ſen. excõ. Poſſet tamẽ dici quòd ex alio capite quis incurrat excommunicationẽ iuris: vt ſi conſulo, vel auxilium impendo circa verberationem clerici: quia facientem & cõſentientem par pœna cõſtringere debet: vt in c. mulieres. de ſen. exc. Sic ergo triplex eſt participatio: vna ante actum, quo alius excõmunicatione ligatur: vt cùm quis actũ illũ mãdat aut cõſulit. alia in ipſo actu: vt cùm laicus accipit euchariſtiã à religioſo, qui eam ſine licentia tradit. tertia verò poſt actũ vt in prædicta detentione mulieris. Ex prima incidit quis in eandem ſententiam non ratione participationis cum excommunicato, cùm nondum ſit excommunicatus: ſed quia agentes & cõſentientes &c. Ex ſecunda verò aliquando quis ligatur non ratione participij cum excõmunicato: ſed quia aliquando talis actus vtriq; interdicitur: vt cùm duo affines contrahunt. Ex tertia verò ligatur quis propriè ratione dicti par-

11 ticipij. ¶ Secundò † an per communicationem cum excommunicato ab homine in crimine ligetur quis ſententia iuris vel hominis? Et dicit gl. in d. c. nuper. quòd ligatur ſententia hominis, & non canonis. Et mouetur: quia abſolutio ab hac excõmunicatione fieri non poteſt, niſi per excommunicatorem aut ſuperiorem: vt dicitur in textu. Sed Pe. de Anch. Inn. & Io. An. dicunt ꝙ eſt ſententia iuris, quę tamẽ executionem trahit ſecundum Pe. de anch. à ſententia iudicis, ſcilicet cùm quis participat in crimine criminoſo, propter quod ille eſt excommunicatus ab homine. Et Pan. dicit ibi doctores communiter tenere ꝙ eſt ſentẽtia iuris. & hoc probat, inquit, tex. in verbo, quãuis enim. & tũc quia vult ꝙ ex ſolo participio extra crimẽ cõtrahatur excõicatio minor iuris; & ponit dictionẽ implicatiuã, ſcilicet ly. & per quam innuit ꝙ etiã in præcedẽti caſu cõtrahatur excõmunicatio iuris, & nõ hominis. Et ex hoc ſequũtur multa. Primò ꝙ participãs ligatur ſiue ſit in territorio excõmunicãtis, ſiue extra, ſiue ſubditus, ſiue nõ: quia iuris authoritate ligatur. Scdò ꝙ ligatur etiã ipſe excõmunicator ſi cõmunicet: quia nõ ſua, ſed iuris authoritate ligatur. Ad motiuũ gl. dicit Pan. ibi ꝙ ideo eſt, q̃a papa reſeruauit ipſi excõicatori abſolutionẽ: quia iſte cõmunicans in crimine, videtur directè in pſonã excõicatoris deliquiſſe. ¶ Tertiò † quomodo intelligit̃ q̃s dare cõſiliũ, auxiliũ, vel fauorẽ excõicato taliter, vt ligetur? Et dicit Pe. de Anc. cõcluſionẽ eſſe doctorũ ꝙ ligetur conſulẽs, etiã ſi ille aliàs erat facturus. quod abbas dicit certũ, ſi conſiliũ datũ eſt directè ad crimẽ quod excõmunicationẽ inducit, puta verberandũ clericũ. & ſimiliter Inn. ac Ant. de Bu. ſentire vidẽtur nõ eſſe diſtinguendũ in iſtis omnibus an excõmunicatus aliàs eſſet facturus nécne: gl. tamẽ, cũ qua ſentit Rich. tenet oppoſitũ, ſcilicet ꝙ nõ tenetur quis de cõſilio, niſi ille aliàs nõ fuiſſet facturus: vel niſi fuiſſet cõſiliũ fraudulentũ. Sed dicit ibi Pan. ꝙ neutrũ dictũ gl. procedit. quid verũ eſt niſi loquamur de cõſilio nudo, quod nihil adijcit ad malũ. Vnde tripliciter cõſiliũ adijcit huic pœnæ. Primò, ſi ſine eo nõ erat facturus. Secundò, ſi nõ tantũ vel taliter. Tertiò, ſi fuit fraudulẽtũ ſecundum gl. ſed de hoc j. Excõmunicatio vlt. dub. iiij. ¶ Quantũ ad auxiliũ tamẽ ſecundũ Inn. intelligitur de particapatione directa: ſecus de indirecta: vt ſi quis excõmunicatus eſt quia facit guerrã cõtra eccleſiã vel clericũ: poſtea ego illi guerrã facio: & tu illũ iuuas contra me: tu nõ ligaris per hoc quia ille melius guerrã faciet: quia hoc nõ intẽdis. Intelligitur etiã de auxilio dato, nõ de accepto. Vnde ſecundũ Hoſ. dominus inuocare poteſt auxiliũ vaſalli excõmunicati propter fidelitatis debitũ quod remanet. Et ſecũdũ Inn. liceret tibi cõtra inimicũ tuũ inuocare auxiliũ excõicati ꝓpter guerram: ita ꝙ ſibi etiã in ſua guerra præſtes auxiliũ. quod tñ Hoſ. reprehẽdit. Fauor autẽ impeditur in laudationẽ facti. ſecundũ Abb.

## Rurſus de Excõmunicatione ix. ſcilicet de ea quæ nulli de iure reſeruatur.


1 *Excommunicatio. quæ nulli de iure reſeruatur, à quolibet ordinario ſolui poteſt.*

2 *Excõicationem in c. licet. de elec. notatã, quis incurrere dicatur.*

3 *Papa eligere ſucceſſorem nunquid poſsit?*

4 *Cardinalium numerus determinatus eſt, & quid poſsint ultra.*

5 *Electio papæ an valeat ſolo conſenſu in eum, qui ſe pro papa gerebat. & num. 6.*

7 *Excommunicationi per c. quoniam. de offic. ord. quinam ſupponi dicantur & num. 8.*

9 *Magiſtrorum ac ſcholarium nomine qui veniant.*

10 *Pœnam cõſtitutionis pœnalis quãdo nõ incurrere quis dicatur.*

11 *Sententia de qua hic, ad quos extendatur.*

12 *Conſtitutione c. non minus. de immu. eccle. qui ligentur.*

13 *Clerici ad quæ onera teneantur.*

14 *Clericus an poſſet fratres à collectis defendere, cum quibus habet bona communia.*

15 *Poſſeſsiones ad clericos deuenĩẽtes an poſsint collectis grauari.*

16 *Rector ciuitatis in præſentem incidens conſtitutionem, qualiter abſoluatur. & nu. ſeq.*





19 *Menſis ſucceſſori rectoris datus, an detur ei, cui ipſe succeſsit. & nume. 20. & 21.*

22 *Conſtitutioni c. non magno. ne cler. vel mon. qui ſint abnoxij.*

23 *Tempus duorum menſium, de quo hic, quando currere incipiat.*

24 *Religioſus monaſteriũ egreſſus, an incidat in excõmunicationem, ſi canones vel Theologiam audiat. & nu. 25. & 26.*

27 *Religioſus an incidat in excommunicationem ſi amicitiæ cauſa amicum leges legentem audiat.*

28 *Conſtitutio c. clericis. ne cler. vel mon. quos illigare dicatur.*

29 *Pœnam conſtit. c. nulli fas. diſt. xix. quinã incurrere dicantur?*

30 *Conſtitutione c. excommunicationi. de rap. quinam teneãtur.*

31 *Conſtitutione c. nouerit. diſt. xix. eos teneri, qui ſtatuta ac conſuetudines contra eccleſiæ libertatem ſeruari faciunt.*

32 *Conſtitutio prædicta, quando tranſgreſſores ligare dicatur?*

33 *Statutum factum per principales de vniuerſitate, an vniuerſitatem excommunicationis pœna liget.*

34 *Pœna conſtitutionis cap. vbi periculum. de electione. libr. vj. qui illigentur & obnoxij ſint. & numer. 35.*

36 *Cardinalis præſentes ad Papæ electionem an abſentes expectare teneantur.*

37 *Cardinalis ſi ratione infirmitatis incluſus pro electione Papæ periſtare noluerit, ob idq; voci ſuæ renuntiet: an ſi redierit, admittendus ſit?*

38 *Pœna c. ſciant cuncti. de elect. lib. vj. quinam ſe adſtringant?*

39 *Conſtitutio pœnalis, ſi eccleſiæ fauorem concernat, an ad alium caſum, quàm expreſſum, extendenda ſit?*

40 *Conſtitutione c. generali. de elect. lib. vj. qui teneri dicantur?*

41 *Vſurpantes aduerſus prædictam conſtitut. vt ſententiam incurrant, quot requirantur?*

42 *Pœna c. indemnitatibus. de elect. libr. vj. quos tenere dicatur?*

43 *Conſtitutionis pœnam c. hac conſtitutione. de offi. deleg. lib. vj. quinam incurrant?*

44 *Conſtitutio c. mulieres. de iniur. libr. vj. quos liget, & quos conſtitutio c. hoc conſultiſſimo? nume. ſequen.*

45 *Conſtitutio c. vnici, de religioſ. domib. in quos feratur. Et qui ab ea excipiãtur? Et in quos c. quanquã. de cenſi. lib. vj. n. 46.*

47 *Quæ in hac conſtit. de pedagijs dicuntur, an etiam in gabellis & datijs, locum habeant?*

48 *Coloni prædia eccleſiaſtica ad medium, vel affictum colentes gabellam & collectam per iudicem ſecularem impoſitam ſuper parte fructuum illos contingente, an ſoluere debeant?*

49 *Excommunicationem c. quoniam. de immunita. eccle. lib. vj. qui incurrant? Et quid de pœna c. eos. eo. tit. & lib. & nu. 50.*

51 *Pœna conſtit. c. vt periculoſa. ne cler. vel mon. lib. vj. quinam irretiri cenſeantur. & numer. 52.*

53 *Religioſus profeſſus ſi habitum ad horam, non ad tempus notabile, cum alterius aſſumptione dimittat, an peccet?*

54 *Religioſus an ſemper habitum deferre teneatur? Et ad hoc, vt pœna incurratur, quot requirantur.*

55 *Religioſi ad quauis literarum ſtudia accedentes citra prælati, & maioris partis ſui conuentus facultatem conceſſam quam excommunicationem incurrant? & nume. 56.*

57 *Monachus ſi iuxta ſcholas domum habeat, vnde lectionem audire poſsit: an doctor id ſciens, & legens ſit excommunicatus?*

58 *Conſtitutioni c. quæcunque. de hæret. lib. vj. & c. vt inquiſitionis. eod. titu. ac libr. quinam ſe alligent.*

59 *Conſtitutio c. vnici, de ſchiſm. lib. vj. an hodie locum habeat?*

60 *Conſtitutioni cap. de vſur. libr. vj. qui ſe alligare dicantur?*

61 *Pœnæ, de quibus hac conſtitutione, num in vſurarijs Iudæis locum habeant?*

62 *Pœnam conſtit. cap. vnici, de iniur. lib. vj. quinam incurrant.*

63 *Pœnæ item eidem num locus ſit, ſi intra menſem, quo reuocatio mandatur, ſi eccleſiaſticam perſonam pignorando ad actum procedatur?*

64 *Conſtitutionis c. felicis. de pœn. libr. vj. pœna remiſsiuè docetur. & numero 65.*

66 *Conſtitutionem cle. j. de ſepult. quinam violare dicantur?*

67 *Sepelientes excommunicatum publicè iuris publicitate, num in pœnam conſtit. de qua hic, incidere dicantur?*

68 *Interdictus, ſed nõ nominatim, an poſsit in cœmeterio ſepeliri.*

69 *In prædicta conſtitutione, cur hæc dicantur: in caſibus ſcilicet non conceſsis à iure.*

70 *Portantes ad ſepulcrum & comitantes, item & alij, de quibus hic, an prædicta conſtitutione ligentur?*

71 *Contritionis ſigna in vſurario manifeſto, ſi appareant, ac de vſuris ſatisfieri iubeat, an ad ſepulturam admittendus ſit & cautio valeat?*

72 *Conſtitutionis Clem. j. de decim. quinam pœna irretiantur?*

73 *Conſtitutio Clem. j. de ſtatu monach. quos liget.*

74 *Pœnam conſtitut. Clemen. attendentes. de ſtatu monachorum. quinam incurrant.*

75 *Excommunicationem à Clem. j. de religioſ. domib. inductam, quinam incurrere cenſendi ſint?*

76 *Pœnæ conſtit. Clem. j. de conſanguini. & affi. quinam alligari dicantur?*

77 *Contrahentes cum habente maritum Iudæa, & alijs, de quibus hic, num huius conſtit. pœnam incurrant?*

78 *Contrahens matrimoniũ coactè, num in hanc pœnã incidat?*

79 *Sacerdos proferens verba matrimonij inter eos, de quibus hic, itẽ & oẽs cooperãtes & cõſentientes, an hac conſtit. ligentur?*

80 *Contrahentibus cum monialibus excommunicatis, cur ipſæ quoque per ſe excommunicentur?*

81 *Conſtitutio Clement. nolentes. de hære. quos illigare dicatur?*

82 *Cõſtitutio Cle. vnicæ, de vſur. cõtra quos inducta eſſe dicatur?*

83 *Statuentes, vt ſubditi pro vſuris recipere non poſsint quot annis vltra ſolidos duos in quanque libram. Item quid de ſtatuto Bergomenſium. nume. 84.*

85 *Cõſtitutio Cle. cupiẽtes. de pœnis. in quos illata ſit. & nu. 86.*

87 *Augentes datia, an noua imponere dicantur?*

88 *Religioſi, qui inter pdicandu ea dicũt, quibus audiẽtes à decimarũ ſolutiõe retrahãtur, qua cõſtitutiõe ligẽtur. & nu. 89.*

90. *Interdictum authoritate ſedis apoſtolicæ impoſitum religioſi non ſeruantes, qua conſtitutione, & pœna teneantur?*

91 *Matrix eccleſia quænam dicatur?*

92 *Perſona ſingularis, an ex conſuetudine iuriſdictionem ordinariam habere poſsit?*

93 *Interdicta prouincia, vel diœceſi, ſi in aliquibus ciuitatibus aut caſtris matrix eccleſia ſeruet interdictum, & in aliquibus neutiquam, an locus erit pœnæ de qua hic, in illis locis, in quibus ſeruatur?*

94 *Eccleſia metropolitana reſpectu interdicti prouinciæ, an dici poſsit matrix in hoc, vt ipſa dictũ interdictũ ſeruãte, religioſi prouinciæ ſcienter non ſeruantes, pœna de qua hic ligentur?*

95 *Literas electi in Papam etiam ante coronationem impugnantes, qua conſtitutione ac pœna teneantur?*

96 *Clemen. exiui de parad. qui aliter in ſcholis exponunt, quàm litera ſonet, qua conſtitutione, & pœna teneri dicantur?*


EXCOMMVNICATIO † nonò quãtũ ad eas quæ nulli de iure reſeruant̃, ſed ab eis abſoluere põt q̃libet ordi- 1
narius: ſciendũ eſt ꝙ ipſæ ſunt multę. Ad ſciendũ aũt citò quæ excõicatio ſit Papalis & quæ epiſcopalis, requirat̃ ſuprà Excõicatio vij. in prin. tabulæ excõicationum Papalium. Et

idem facito ad ſciendum quæ ſint,quę nulli iure reſeruantur
de quibus hic agit.¶Prima ergo eſt in c.adminiſtratores.xx-
iij.q.v.vbi excõicantur oẽs principes & officiales, qui tertiò
admoniti ab epiſcopis vel eccleſiaſticis prælatis recuſant eis,
2 ſuper eorũ cauſis facere iuſtitiam. ¶†Secũda eſt in c.licet.de
elec.vbi excõicatur ille qui electus à paucioribus quàm à dua
bus partibus Cardinaliũ in ſummũ põtificẽ, aſſentit electiõi
de ſe factæ:& ſimiliter oẽs talem recipientes pro ſummo põ
tifice:electus aũt & receptus à duabus partibus etiã tertia cõ
tradicente ſine exceptione Papa eſt: in alijs aũt electionibus
valet qđ fit à maiori parte,dum tñ ſeruent vnã de formis ex-
tra de elec.quia propter.Iſtã tñ excõicationem Supple.dicit
hodie eſſe Papalem propter curiæ proceſſum : ſed illã in eo
non inuenio etiã virtualiter. Vide infrà Schiſma.§.v.¶Primò
verò notandũ eſt ꝙ olim in electione papæ admittebať Im-
perator vel nũtius eius.lxiij.diſt.c.qui ſancta.§.verũ.hodie ve
rò ſoli Cardinales,nõ oẽs,ſed præſentes tantũ vbi debet ele-
ctio fieri,vel adeò vicini vt cõmodè vocari poſſent: & ſi duo
tantũ fuerint præſentes,alijs legitimo tpe expectatis,ipſi eli
gent:& vnus eligere poterit aliũ:& alter debet tacere,& valet:
& ſi vnus ſolus adeſſet, adhuc eligeret ſolus.de iure pat.per
noſtras.omnibus verò deficientibus,ſcđm aliquos,eligit con
ciliũ gñle.5o.di.c.j.& iij.& conuocabiť per clerũ populũq́;
Romanũ.ea.di.ſi fortè.per Imperatores ac Reges motos ab
his:ſed ſcđm alios,eliget clerus Romanus.xxiij.di.c.j.& hoc
ſcđm Hoſt eſt leuius ꝓpter periculũ moræ. extra eo.ne pro
defectu.licet,inquit,primum ſit iuſtius:credo tñ ꝙ iuſtius ſit
ſcđm. Vnde in primitiua eccleſia ante Cardinales eligebatur
pontifex à clero & populo Romano ſcđm Aug.de Ancho.&
patet diſ.lxiij.ego Ludouicus.Sed de his ſuprà Electio iij.§.j.
3 ij.& iij.diffuſè. ¶†Et ſecundò ꝙ Papa nõ põt ſibi eligere ſuc
ceſſorem,ſcđm do.Ant.Et ratio eſt ſecundũ Pan.in d.c.licet.
quia effectus huius electionis referť ad tempus quo nõ eſt fu
turus Papa cõſtitutio tñ quã facit ſuper electionem admit-
titur:quia ꝓuidet ſcãdalis futuris,qbus nullus alius prouide-
re põt:poteſt tamen alicui prelato dare poteſtatem eligendi
ſibi ſucceſſorem.vij.q.j.petiſti.& valet tũc electio authorita-
4 te Papæ. ¶†Et tertiò,ꝙ numerus Cardinaliũ eſt determina-
tus ſcđm Matth.& dicit Zab.in Cle.ne Romani.de ele.ſcili
cet ad inſtar numeri diſcipulorũ.de qbus xxj.di.in nouo.Sed
tamen refert idem Matth.ꝙ aliquãdo fuerũt ccxxxvj.ſcilicet
tempore Pontiani Papæ:qui nõ poniť in catalogo põtificũ,
vt habetur in chronica.¶Et quartò,ꝙ valet electio Papæ,ſi
Cardinales vnanimiter dent duobus vel tribus poteſtatem no
minandi Papã,ſcđm Aſten.& Hoſt. Vñ dicit do. Ant.ꝙ duæ
partes collegij nõ ſunt neceſſariæ, ſi Cardinales aliter ordi-
narent:vt ſi ordinarent ꝙ electus à maiori parte ſit electus:
quia videbiť electus ab oĩbus,ſicut & electus per cõpromiſ-
ſum electus videť à toto capitulo.extra de elec. quia ꝓpter.
Vnde & gl.dicit ꝙ Cardinales tollere poſſent iſtã cõſtitutio
nem: & ordinare poſſunt ꝙ valeat electio,ſi neceſsitas ſit in
cauſa. Dicit tamen idem do. Ant.ꝙ vno contradicente com-
promiſſum fieri non poteſt : licet poſsit ſtatui quòd vno de
duobus contradicentibus electus à maiori parte ſit electus.
¶Et quintò notandũ eſt ꝙ vtrũ in numero duarum partium
cõputetur electus néc ne do. Ant.dicit ꝙ quãdo quis eligitur
ad eccleſiam,in qua non habet vocem,planũ eſt ꝙ non cõpu
tatur eius vox: quãdo autem ad eam eligitur , in qua vocem
habet,ſi eligitur per formã ſcrutinij,requiritur vox cum cer-
to & determinato tempore: & electus cõſentit demum poſt
ſcrutiniũ:ideo vox eius nõ auget. Si verò eligitur per formã
cõpromiſsi,temporis determinatio nõ requiriť:ideo vox ſub-
ſequens auget:& ſecundum hoc vox electi computari debe-
ret in numero Cardinalium. Sed Pan.in d.c.licet.melius di-
ſtinguit,dicens quòd ſi nõ eſt de collegio is qui eligitur, eius
vox non cõputatur in numero eligentiũ : nec ſimiliter ſi eſt
qdẽ de collegio,& aliũ eligit: nec ſimiliter ſi eligit ſe ipſum
vbi procediť per ſcrutiniũ ſecretũ:quia cũ ignoret ſe electum
ab alijs,repelliť vt ambitioſus: ſecus ſi per ſcrutiniũ publicũ
ita ꝙ quilibet palã exprimit vocem ſuã : quia cõputať ſcđm
doc.quod intellige ſi prius fuit electus ab alijs,& ipſe conſen
tit. Nec põt dici ambitioſus,cũ non oriatur à ſe, ſed voceť ab
alijs. Putat tñ ſpeciale in Papa ꝙ etiã ſi conſenſiſſet in alium
ſcrutinio publico vel priuato,põt variare:& accedere ad ele-
ctionem de ſe factã.quod intelligo etiã ſi electio nõ ſit per-
fecta,ſed perficiať voce electi.de quo in c.cũ in iure.de elect.
¶†Et ſextò,quòd ſi Cardinales conſentiunt in eũ,qui ſe geſ-
ſerat pro Papa non electus à duobus partibus:quidã,vt Hoſt. 5
& Pan.in Sum.Roſ.vltimo in excommunicatione x.§.xv.di-
cunt electionem nõ valere:quia conſentire nõ poſſunt in ex-
cõmunicatum:imò omnes conſentientes ſunt excõicati:&
hoc niſi ille abſolutus fuiſſet per Cardinales,qui nõ adhæſe-
runt ei. Sed contrariũ tenuit eadem Summa primò ibi,in §.
iij.quia,inquit,in hoc caſu videnť illi conſtitutioni renũtiare
& derogare:cũ princeps agens cõtra legem,in dubio videť
diſpenſare:vt ſuprà Diſpenſatio.§.iij.& hoc eſt verũ:primò
quia electus nõ repelliť hic etiã ſi eſſet ſimoniacus.di.l.xxix.
ſi quis pecuniã.& tamen aliqñ ſimoniacus eſt excõicatus.vt
patet per dicenda in ſequenti particula. ¶†Septimò,quòd 6
cum textus dicit, ſine omni exceptione : videtur approbato
conſilio abſtuliſſe omne impedimentum iuris poſitiui. Vnde
ſecundum docto. excipi non poteſt ſi opponit contra eum
quòd non ſit de Cardinalium collegio, vel quòd ſit biga-
mus,illiteratus vel laicus,vel vxoratus: in alijs aũt quantum-
cunque præciſè,etiam ſi ipſe Papa ſcribat,legitima exceptio
admittenda eſt.de reſcrip.c. ſi quando.& de offi.delega.c.ex
parte. Opponi tamen vel excipi poteſt de quibuſdã pertinen-
tibus ad ius diuinũ vel naturale,ſicut ſi ſit primò hæreticus,
admittitur exceptio,ſecundum dominum Antonium per gl.
xl.diſtinctio.ſi Papa . quia ſecundum docto.in hoc caſu deſi-
nit eſſe caput eccleſiæ : & ſufficerent duo teſtes , ſi negaret
eſſe Papa propter hæreſim,in qua erat tempore electionis,
vt in d.cap.ſi quis. Innoc.tamen & Compo. & Io.And.tenent
quòd excipi de hæreſi non poſsit:licet de ea poſsit Papa ac-
cuſari:quia tex.remouet omnem exceptionem:& ex electio-
ne conſequitur plenum ius.vnde hic exceptio nõ eſt propor-
tionalis:quia exceptio opponitur contra petentem,cùm ſit
actionis excluſio:electus autẽ Papa nihil petet , cùm habeat
plenum ius. Pan.autem in d.cap.licet . dicit quòd antequam
adipiſcatur poſſeſsionem,obſtat exceptio:nam poſtea non
poſſet excipi,ſed deberet accuſari . Et ſimiliter excipitur ſe-
cundò ſi ſit mulier:quia non eſt capax ordinis. Tertiò ſi ſit
infans,niſi electio eſſet facta à Spiritu ſancto:quia non eſt ca-
pax ordinis. Et quartò, ſecundum aliquos,ſi eſſet vxoratus.
hoc tamen non eſt verum: quia vxor non eſt contra ſubſtan-
tiam Papatus, cùm beatus Petrus eam habuerit : poterit ta-
men vxor eum repetere, ſecundum glo . in d.c.ſi quis.niſi ad
continentiam inducatur, vnde vxori poterit debitum redde-
re ſecundum glo.¶Octauò,quòd ſi Papa non ſit electus ca-
nonicè, ſecundum do. Ant.ſi hoc ſit occultum,eccleſia non
dicat.de ſimo.ſicut.excuſat tamen probabilis ignorantia li-
cet non craſſa.de elect.ex apoſtolicæ. Si tamen intronize-
tur per ſeditionẽ,præſumptionem,vel aliud ingeniũ, ſecun-
dum do. Ant.eſt excommunicatus.¶Nonò quòd electus ſe-
cundum doct.ex ſola electione conſequitur Papatum: ſed
ad eius exercitiũ indiget confirmatione,cõſecratione,vel in-
tronizatione



tronizatione vt probat apertè textus ibi electus . Et licet
additur,& receptus:tamen,& ſumitur pro id eſt , ſecundum
doc.vel dicitur receptus habito reſpectu ad conſuetudinem:
quia electus intronizatur . vel hoc verificatur per acceſſum
eorũ,qui eum non elegerunt primò,ſed tamẽ conſentiũt, &
ſic recipiũt illũ de quo in particula ſequẽti. ¶Decimò quòd
durante ſcrutinio papæ quantũcũq; publico,poſſunt alij Car
dinales accedere ad electum per alios, & reſilire ab electio-
ne qua fecerant:vt ſic habeatur duarum partium concurſus.
Vñ ſi quis ſit ab vno ſolo electus,nullo electo à duabus par
tibus:poſſunt Cardinales ad iſtum accedere,& augere nume
rum eligentium. Non tamẽ poſſunt ab electione quam fece
runt reſilire ſimpliciter,etiam ſi quis ab vno ſolo ſit electus:
ſed bene poſſunt variare,id eſt, accedere ad electũ per alios.
Quod Panor.extendit ad hoc vt quis poſsit accedere ad ele-
ctioné de ſe factam,recedẽdo ab ea quã ipſe de alio fecerat:
quod quidẽ,ſecundum aliquos,poteſt eſſe verum ſecundum
ambitiones quas hodie videmus,tamẽ ſecundum Deum ve-
rum eſt quòd Apoſtolus Hebręo.v.dicit,Nemo aſſumit ſibi
hunc honorẽ,niſi qui vocatur à Deo tãquam Aaron. Vñ ta-
lis peccaret mortaliter,etiã ſi non moueretur intẽtione prę-
eſſendi,ſed proficiendi.ſed vide ſ̃.Electio.ij.§.xvij.Multa alia
pulchra de iſta materia dicit Panor.in d.c.licet.vide etiam,j̃.
7 Excommunicatione xij.¶Tertia†eſt in c.quoniam.de of.or.
vbi habetur quòd vbi in ciuitate vel diœceſi vna populi ſunt
linguarum diuerſarum & rituum pontifex loci pro neceſsita
te vrgẽte poteſt præſulem ſibi vicariũ inſtituere illis cõfor-
mem,ſibi per omnia ſubiectum & obediẽtem : qui autẽ ali-
8 ter ſe ingerit,ipſo iure eſt excõicatus. ¶Quarta † eſt in cap.
j.de loca.vbi excõmunicãtur magiſtri & ſcholares Bononiæ
conuenientes hoſpitẽ pro conducẽdo hoſpitio aliorum ma-
giſtrorum & ſcholarium in læſionẽ vel impedimentum in-
habitantium,niſi prius tempus conductionis ſit elapſum: vel
niſi de conſenſu ipſorum magiſtrorum & ſcholarium inqui-
9 linorum.¶Primò † verò dubitatur, qui veniant nominibus
horum?Et dico quòd nomine magiſtrorũ veniunt doctores
ſecundum omnes:nomine autẽ ſcholarium ſecũdum Lau.&
Inno.veniunt omnes gaudẽtes priuilegio ſcholaſtico & gra-
tia ſcholarium ibi exiſtẽtes:cuiuſmodi ſunt ſcriptores,vt no.
in authentica,habita.C.ne fi.pro pat.tamen verius dominus
Ant.tenet quod hæc ſententia non extenditur ad ſcriptores
cum ſit pœnalis: quia eadẽ ratiõe extẽderetur ad chartarios
& raſores chartarum: & cõſentit Ber.& Ioãnes And.& Pan.
¶Secundò,quid ſit conuenire?Et dico quòd ſecundum gloſ.
eſt aloqui,vel de habitatiõe tractare.vnde iſtam pœnam nõ
incurrunt conducentes ſolùm,ſed etiam de conductione tra
ctantes:niſi primò ſit elapſum tempus conductionis, ſcilicet
fiendæ,ſecundum Ioã.And.ſed verius Panor.tenet tutius eſſe
quòd expectetur tempus locationis eſſe completum:vel niſi
10 conſentiant inquilini. ¶Ex † quo elicit Panor.quòd non inci
dit quis in pœnam conſtitutionis pœnalis factæ in fauorem
11 alicuius ſi ille cõſentit.¶Tertiò †vtrũ iſta ſentẽtia ſit gene-
ralis ſe extendens ad omnia ſtudia quę ſunt in terris?Et dico
ꝙ ſic,ſecundum Hoſ.& gl.in l.ne cui.C.loca.Et hanc opi.te-
nuit Sum.Ang.dicẽs ꝙ eſt tutior.Sed verius oppoſitũ tenuit
Sum.Roſ.dicẽs quòd eſt localis tantùm habẽs locum Bono-
niæ ſolum.& hoc tenuit Inno.Goſ.Albe.Pet.de Peru.& Ioã.
An.& eſt communis opinio.¶Quartò,vtrum hac pœna ligẽ
tur domorum locatores?Et dico quòd ſic,ſecũdum aliquos,
ſcilicet do.Ant.& Ge.in c.ij.de cõſe.& in c.cupiẽtes.de.elec.
li.vj.& Bar.in l.fi.de acce.ſecundũ alios verò nõ ligantur ſe-
cundũ gl.Pan.verò ibi pro hoc caſu & ſimilibus quærit vtrũ
pœna poſita in vno ex correlatiuis extendatur ad reliquum.
Et diſtinguit:quia aut non per omnia eſt eadem ratio in cor-
relatiuis:& ſic non extenditur, vt patet ex notatis in c. ſuper
eo.de vſur.quia pœna appoſita mutuanti,non intelligitur re-
petita in accipiente:quia non eſt eadem ratio.Et hoc voluit
Bar.in l.vlt.C.de indi.vi.tol.Si verò eadem ratio ſit:puta im-
ponitur pœna vendenti frumentum forenſi ne extra ciuita-
tem extrahatur:vtrum intelligatur repetita in emptore. Eſt
dubium ſatis probabile.& credit extendi diſpoſitionem ſta-
turi,ſed non pœnam:ſicut in ſimili dicit Ioannes Andr. in c.
diſpendia.de reſcri.lib.vj.quòd ex identitate rationis extendi
debet conſtitutio,ſed nõ pœna conſtitutionis.In caſu autem
noſtro ratio non eſt eadem:quia ſcholares inter ſe debẽt hu-
manius tractare,& certant de lucro captando:etiam quando
in alterius odium hoſpitium conducunt ante tempus: loca-
tor verò non ita eſt ſcholaribus adſtrictus vt illi inter ſe:&
certat de damno vitando,volens rem ſuam locare tẽpore ha
bili:nec facit in odium alicuius.Hoſt.tamen tenet locatores
ligari ex alio reſpectu,quia ſcilicet communicant in crimi-
ne criminoſo.quod licet Panormit.non approbet, quia ſcili-
licet communicans in ipſo actu,quo quis incidit,non incidit:
cùm adhuc ille non ſit excommunicatus:ſed prius oportet
actum perfici. Tamen dictum Hoſti.poteſt eſſe verum,vt di
cit idem panor . quando locator venit ad actum locationis:
quia excommunicatio hic infligitur ex ſolo tractatu de con-
ducendo.Sed intellige ſi venit ad actum alio tempore : quia
ſi in eodem,totum eſſet vnus actus.¶Quinta†eſt in c.nõ mi 12
nus.iuncto c.aduerſus.de immu.ecc. vbi excõmunicãtur pri-
mò omnes rectores & conſules ciuitatũ & alij officiales laici
quorũcunq; locorũ,qui angarias & exactiões indebitas,id eſt,
onera perſonarũ aut rerũ eccleſijs aut eccleſiaſticis perſonis
imponũt,& eorũ fautores.Et ſecundò excõmunicãtur prędi-
cti,qui iuriſdictionẽ prelatorũ & authoritatẽ , quã habẽt in
ſuis hominibus euacuãt:qa tã iſti quàm illi ſi moniti nõ deſi-
ſtãt,ipſo facto tã ipſi quàm fautores eorũ ſunt excõicati: nec
abſolui debẽt,donec ſatisfecerint cõpetẽter. Et tertiò excõ-
municãtur ſucceſſores prędictorũ officialium,niſi intra mẽ-
ſem exceſſum ſuorũ prędeceſſorũ purgauerint & ſatisfece-
rint. Quomodo aũt differãt exactiones,taliç,gabellæ, peda-
gia,tributa, vectigalia,cẽſus,& huiuſmodi,vide j̃. Gabella.
¶Primò verò dubitatur de intellectu aliquorũ verborũ: &
dico ꝙ dicitur iuriſdictionẽ,ſcilicet etiã ſpiritualẽ interdũ ſe
cũdũ Io.An.licet loquatur tex.de tẽporali. diciť etiã,moniti:
ſed ſecundũ Hoſ.ſufficit monitio vna cũ dilatione cõpetẽti:
qa ea nõ eſt in fauorẽ eccleſiarũ & odiũ tyrãnorũ: quorũ ali
qui ſunt adeò terribiles ꝙ eos tertiò admonere nõ eſt facile.
Excluditur autẽ appellatio,quia à correctiõe canonis nõ ap-
pellatur. Dicitur etiã,intra mẽſem,ſcilicet à tẽpore ſui regi-
minis cõputandũ:& interim ſi conſentit his, propter quæ in-
cidit prędeceſſor,incidit in eãdẽ,cũ participet in crimine da-
mnato:nec põt hoc tẽpus minui quo ad ſententiã huius ca-
nonis:ordinarius tamẽ poſſet eũ ſua ſentẽtia ligare,illud ab-
breuiãdo.Io.An.ſecundũ Hoſ.tamẽ mẽſis iſte ſiue præſum-
ptio quæ ex lapſu ſumitur, non extẽditur ad alios caſus.Nec
tamen delictum prædeceſſoris ſucceſſori præiudicat : ſed
iam eſt eius proprium,ſi illud non emẽdat:quia conſentit,vt
dicit gl.Ber.¶Secundò † dubitatur an clerici ad aliqua one- 13
ra teneantur,& ad quæ?Et dico primò quòd perſonæ eccle-
ſiaſticæ grauari non debent angarijs,vel parangarijs,vt ad
foſſata facienda,& huiuſmodi:vt in d. cap.non minus. nec ad
collectas vel tallias,ſiue quaſcunque exactiones:vt in d.ca.ad-
uerſus . nec pro domibus, prædijs , vel quibuſcunque poſ-
ſionibus ab eccleſijs vel eccleſiſticis perſonis legitimè acqui
ſitis hactenus,vel acquirendus in poſterum:vt in cap.primo.

eſſe rationem in nõ exeũtibus:quia hoc eſt falſum:quia ma-
gis delinquit exiens cæteris paribus,cùm ſit laudabilius eſſe
26 in clauſtro propter multa.¶†Quartò,vtrum incidat aliquis
prædictorum legẽs aliquibus prędicta in camera priuatim,
id eſt,docens?Et dico ſecundum Hoſtien.quòd ſic: quia ſtu-
dium prohibetur & lectio:cùm lex non debeat poſita eſſe in
verbis,ſed in rebus.de elect.cõmiſſa.libro.vj.Sed verius ſen-
ſit Panormit.quòd non:quia ſi licet religioſis his vacare in
monaſterio,vt dictum eſt:licet etiam eis ſe mutuò docere.&
idem eſt de alijs prædictis.Imò Panor.ſentire videtur quòd
non ligetur religioſus hæc docens extra monaſterium: quia
non inuoluitur actionibus mundanis:nec hoc facit vt inuol-
uatur,ſicut ille qui addiſcit.Nec obſtat quia ꝓhibetur lege-
re:quia non ſumitur pro docere,ſed pro ſtudere.Sed hoc eſt
mihi dubiũ,& ſecundũ Archie.videtur falſum,& cõtra inten-
27 tionem legis,quicquid ſit de verbis.¶†Quintò,vtrum inci-
dat religioſus volens honorare amicum ſuum in ſuo princi-
pio lecturæ in legibus aut in medicina,& eum audiens. Et di
co quòd Hoſtien.dicit non eſſe ſuum hoc interpretari, cùm
damnetur lectio & auditus,quantum ad verba: putat tamen
papam reſponſurũ quòd non ligatur.Sed Panormitanus ve-
rius dicit quòd nõ ligatur,etiam quãtum ad verba:quia text.
diſponit de exeũte cauſa audiẽdi,vt ſcilicet principaliter ſtu-
deat in legibus,vt ꝑtractet eccleſiaſtica negotia:vel in phy-
ſica,propter fratres languẽtes: quæ omnia hic ceſſant.Adde
etiam quòd non incidit ſemel audiens,vt dictũ eſt:ſed requi-
runtur duo menſes.Adde etiã quòd non incidit ſemel audi-
ens principaliter vt videat modum docendi Legiſtarum, vel
alia curioſitate ductus,vt patet ex dictis.¶Sextò,vtrum inci-
dat,qui amicum ſuum habentem paucos diſcipulos vult ho-
norare continuò audiendo?Et dico quòd ſic, ſecũdum Hoſt.
Sed verius dicit Panor.hoc eſſe verum,ſi faceret in fraudem,
& cum hoc per duos menſes: ſecus ſine fraude, vt ſatis patet
ex dictis.& ſatis hoc videtur de mente Hoſtien.Fraus autem
ex coniecturis poterit deprehendi.¶Septimò, vtrum omnes
pœnæ inflictæ religioſis ob hoc,habeãt locum in clericis ſe-
cularibus ibi prohibitis?Et dico quòd ſic,ſecũdum gl.& Pan.
in d.c.ſuper.qui dicit hanc opin. ſequi Doctor. communiter.
¶Octauò, vtrum incidant Doctores admittentes religioſos
ad lectiones ſuas ſcienter?Et dico quòd ſic,etiam ſi habitum
non dimittant,& de licentia ſui prælati audiant phyſicã, aut
leges,ſecũdum Archiep.& Lap.qui etiam dicit quòd ligatur
religioſus exiens audire ſcientias licitas,ſi vadit ſine licentia:
aut ſi cum licentia,ſed habitum dimittit: & ſimiliter ligatur
doctor hunc admittens ſcienter. Abbati autem non exem-
pto volenti audire licita, licentiam dabit diœceſanus habito
conſilio illius monaſterij.Si tamen ſine licentia eius exit,nõ
videtur ligari,ſecundum Archiep. Vide infrà Excommuni-
28 catione xxv.& xxvj. ¶†Septima eſt in cap.clericis. ne cleric.
vel monac.vbi primò excommunicantur omnes ſacerdotes,
qui poſt monitionem officium vicecomitis aut præpoſiti ſe-
cularis habuerint.& ſecundum gloſſ. ibi eſt canon latæ ſen-
tentiæ poſt monitionem.Ibi etiam ſecũdò clericus exiſtens
in ſacris iudicium ſanguinis exercens per mutilationem per
ſe vel alium honore & loco mandatur priuari.¶Primò ve-
rò not.eſt quòd nomine ſacerdotis,ſecundum Hoſtien.venit
largè ſacerdos actu,vel fiendus,id eſt,clericus.de cohab.cler.
cap.ij.cum qua expoſitione tranſeunt communiter Doctor.
Sed Panormit. putat quòd hoc nomine non veniant clerici
conſtituti in minoribus ſine beneficio. pro quo facit ꝙ ver-
bum, ſacerdos, non poteſt ad iſtos congruè adaptari. Vnde
tex.intelligit de conſtitutis in ſacris,qui largè poſſunt appel-
lari ſacerdotes,in dicto capit.ij.Et licet conſtitutio videatur
pœnalis & conſequẽter reſtringenda:tamen habito reſpectu
quòd excommunicatio non infligitur ipſo facto,ſecus vide-
tur dicẽdum.Quod verò dicitur ibi de exiſtente in ſacris,ſe-
cundum Innocẽtium idẽ eſt de exiſtente in minoribus:licet
Hoſt.dicat quòd exiſtentibus in ſacris magis immineat peri-
culum:qa nec cõtrahere poſſent,& ſunt irregulares.Panor.
autem approbat primũ:vt ſcilicet illa pars cap.habeat locũ
in minoribus.qui in ſumma vult quòd clericus iudiciũ ſan-
guinis exercens ab officio & beneficio deponatur, quia irre-
gularitatem per hoc incurrit: qua ratione deponi debet ita
conſtitutus in minoribus ſicut in maioribus:vt not.in cap.cũ
non ab homine. de iudi.Vel dico quòd habet locũ ſolùm in
exiſtentibus in ſacris:quia alij cùm poſſint ad ſeculũ redire,
de apo.tuæ.in gl.& de vita & hon.cler.c.fin.& de cler.coniug.
Ioannes.exercendo iſta ſeipſos deponunt renuntiãdo impli-
citè clericatui.¶Secundò not.eſt quod Panorm.ex his notat
quòd clericus nõ poteſt tenere vices principis in ſeculari iu-
riſdictione exercenda: licet non infligat pœnam mortis vel
truncationem membrorum.quod intellige quando hoc vult
facere tanquam officialis principis ſecularis: ſecus ſi iuriſdi-
ctio temporalis annexa eſſet ſuæ dignitati: quia tunc poteſt
exercere per ſe,dummodo dictas pœnas nõ inferat.Et idem
eſt ſi iuriſdictionem habet iure proprio:puta ratione patri-
monij.quod videtur procedere etiã in prælato religioſo, vt
in dicto cap.dilectus.de offic.ordin.& cap.auditis.de reſcrip.
& cap.inter dilectos.de fide inſtrum.Elicit etiam quòd præ-
lati poſſent eſſe conſiliarij principis ſecularis: licet eſſe non
29 debeant officiales exercendæ iuſtitiæ.¶†Octaua eſt in cap.
nulli fas.diſtinct.xix.cõtra omnes ſchiſmaticos, & in cap.j.de
ſchiſma.vbi excommunicantur omnes,qui innituntur ordina
tionibus & alienationibus factis à ſchiſmaticis: quam ſenten-
tiam ſecundũ Panor. ibi,quis tribus caſibus incurrit. Primò,
quando rem eccleſiaſticã emit, vel aliter acquirit à ſchiſma-
tico:& ſic not.caſus , in quo emens rem eccleſiaſticã eſt ipſo
facto excommunicatus: aliàs autẽ regulariter etiã occupans
rem eccleſiaſticã non eſt excõmunicatus,ſed excõmunican-
dus:vt in c.conqueſtus.de foro compet.Secundò quando quis
tenet beneficium à ſchiſmatico. Tertiò quãdo quis innititur
ordinationi factæ per eum.quod ſecundũ gl.& eundem Pan.
intellige quo ad executionẽ,ſi ſcienter ordines recipiantur:ſi
autem ignoranter,ſecundũ Inn. etiã executio cõfertur. quod
ſecundum Hoſt.verum eſt quandiu eſt occultus: ſed poſtquã
fuerit patefactus,requiritur diſpẽſatio.& hoc eſt tutius.& cõ-
ſentit Panor.¶Primò verò not. quòd nihilo minus tenet cõ-
tractus alienationis factus in vtilitatem eccleſiæ,ſecundũ gl.
ibi. aliàs non ; quia quandiu eccleſia habet paſtorẽ hæreticũ
vel ſchiſmaticũ,intelligitur vacare. Vnde nõ valent quæ fiũt
à tali prælato in prejudiciũ eccleſię.Si tamẽ acquirit,tenet &
non caſſabitur,ſecundum Bar.Et ſecundò quòd quis ſit ſchi-
maticus,& vtrũ ſit excommunicatus cũ fautoribus:& ſimili-
ter qui dicit eccleſiam Romanã non eſſe caput eccleſiarũ &
30 multa ad hoc pertinẽtia,habentur infrà Schiſma.§.v.¶†No-
na eſt in c.excõmunicationi.de rap.vbi excommunicantur o-
mnes qui Chriſtianos naufragiũ patiẽtes damnata cupiditate
ſpoliãt rebus ſuis:niſi ablata reſtituãt quàm primũ poterunt,
ſecundũ Pan.ibi.quod etiã gl. tenere videtur.Sed Io.And.di-
cit quòd requiritur monitio ante quã nõ erãt excõmunicati
quod Sum.Ang.nõ placet:& tamẽ eſt verũ, vt patuit ſ.Excõ-
municatio.vij. excommunicatiõe xx. ¶†Decima eſt in c.no-
uerit.de ſent.excõ.vbi excõmunicantur primò omnes facien-
tes ſeruari ſtatuta vel cõſuetudines quæ ſunt cõtra eccleſiaſti
cã libertatẽ:ſecũdò omnes,q dicta ſtatuta deleri nõ fecerint
de capitularibus ſuis intra duos menſes à publicatione huius
ſent
ſententiæ:tertiò,ipſi ſtatutarij & ſcriptores ſtatutorũ:quar-
tò Poteſtas,cõſules,rectores,& conſiliarij locorũ,vbi huiuſ-
modi conſuetudines & ſtatuta edita fuerint,& ſeruata:quin-
tò,omnes iudicantes ſecundum hæc:& ſextò,omnes redigen
tes in publicam formã iudicata.Nec vitant iſtam ſententiam
ſecundum Pan.vbi prædicti,licet in fine ſtatutorum ponant
ſtatutum,quòd ſi qua ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticã liber-
tatem,habeãtur pro non ſcriptis:ſicut cõmuniter fieri ſolet:
quia per hoc non eſt ſatisfactũ dictæ conſtitutioni : ſed exi-
guntur iſta ſtatuta deleri de libris.Et ita no. Bar.in auth.caſ-
ſa.C.de ſacroſan.eccl.¶Primò verò dubitatᷣ,quæ ſtatuta vel
conſuetudines dicãtur cõtra eccleſiæ libertatem?Et dico ſe-
cundũ Pan.in d.c.nouerit.de mente Inno.& eſt cõmunis opi.
doc.quòd ſunt ea quæ veniunt contra priuilegiũ conceſſum
eccleſiæ vniuerſali à Deo vel Papa vel Imperatore. de quo
habes ſ.Immunitas.Secus aũt ſi cõceſſum eſſet eccleſiæ par-
ticulari.Huiuſomdi autem ſtatutum eſt ſecundũ quoſdam,
vt recitat Arch. & ſecundum veritatem illud quo cauetur vt
nullus offerat,niſi in magnis feſtiuitatibus,vel niſi tantũ:vel
quòd ſuper mortuo non ſit niſi talis pannus,vel tot cerei,vel
huiuſmodi.Sed tamen iſta verba intelligit Sum.Roſ.quando
ſunt in odium & iniuriã clericorum:non autem quãdo fiunt
ad reſtringendum põpas indiſcretas & immoderatas ciuium
ſe inuicem aut ſuperare aut æquare irrationabiliter ſatagen
tium.quod Pan.tenuit in ſimili in quodam conſilio incip.ſtã-
te quadam cõſtitutione,in qua dicebatur quòd mater de bo-
nis mobilibus poterat diſponere ad pias cauſas de tertia par
te:reſiduũ autem filijs relinquere tenebatur.quæ conſtitutio
videbatur auferre libertatem donandi eccleſijs.Sed ipſe con
cludit quòd non directè vel indirectè:quia nõ eſt in odiũ ec-
cleſiæ:nec prohibet homines generaliter dare eccleſiæ: ſed
auget portionem debitã filio:& in tali portione ſic aucta ꝓ-
hibet teſtari.Secus aũt vbi quis ſimpliciter ꝓhiberetᷣ alienare
in eccleſiam directè vel indirectè: eò quòd bona deferantur
alijs.& ſic procedit quæſtio Io.And.quam habes ſ.Excommu
nicatione xxiij.§.ij.de quo etiã Pan.in alio cõſilio incip.præ-
ſens dubiũ.Sed de hoc ſ.Immunitas.j.& ij.& ſpecialius ſ.Sta-
tutum.ij.§.vl.Eſt etiam ſecundũ Bar.in auth.caſſa.C. de ſac.
ſan.ec.huiuſmodi ſtatutũ illud quo clerici timidiores & laici
audaciores fiunt ad nocendũ:ſicut, verbi gratia, ſi ſtatuatur
quòd occidens laicum puniatur grauiter:occidens verò cleri
cum ſoluat decem florenos.Nõ autem eſt cõtra libertatem
prædictam,ſecundum eũdem,ſi ſtatuatur quòd idem ius fiat
clericis in foro ſeculari,quod laicis in eccleſiaſtico : quia, in-
quit,nulla iniuria fit clericis ſi redigantᷣ ad formã iuris cõmu
31 nis ſ.Statutũ.§.ij.part.viij.¶Secũdò†dubitatur, quando præ-
dicti ligentur?Et dico ſecundum Hoſt.& Ber.quòd hæc con
ſtitutio modò ligat omnes:quia hi duo menſes,de quibus hic
fit mentio,iandudum fluxerunt:licet quidam dicant eos inci
pere à publicatione facta in ſingulis locis : quod ſecundũ Io.
And.minus eſt verum. Vnde ſtatutarij & ſcriptores & ſerua-
ri facientes ſtatim ligantur: Poteſtates autem,conſules,& re
ctores,qui poſſent hæc ſtatuta ignorare,ligantᷣ ex quo certi-
ficati ſunt,& obedire poſſunt delendo,aut non ſeruari facien
do,& negligunt: qđ tamen poſſe arbitrio boni viri determi-
nabitur:vt ſi hoc ſciuerũt nocte aut die feſto ſolenni quo nõ
potuit congregari conſilium:vel tempore infirmitatis.Et cõ-
ſentit Hoſt.Io.And.Aſten.Pan & cõmuniter doc.Sed tamen
intellige ſecundum Arch quòd non ligantᷣ rectores non ha-
bentes poteſtatem tollendi ſtatuta,niſi ſecundũ ea iudicent:
aut niſi poſſint operari ꝙ deleantᷣ, & negligant: & idem eſt
de conſiliarijs dictorum locorum . vnde ſi ea delere poſſunt
& negligant,incidunt,ſecundum Inno.& Pet.de Anch.etiam
ſi dediſſent ad deſtructionem auxilium,& conſilium.Imò ſe-
cundum Hoſt.in Sum.tenentur omnes prædicti officia deſe
rere.quod verũ credo, qñ nõ habent poteſtatem deſtruendi
illa,& nõ aliter. ¶Tertiò, vtrũ in prædictis excuſet ignorã-
tia?Et dico ſecũdũ aliquos nullus videtᷣ poſſe excuſari allegã
do ignorantiã facti:ex quo ſtatuta ita publicè ſunt promul-
gata.Sed Hoſt.dicit ꝙ ligantur quando ſciunt:& idem com-
muniter videntur ſentire doc.& conſequenter excuſat igno-
rantia,niſi ſit affectata vel craſſa.Pet.verò de Ancha. diſtin-
guens dicit ꝙ excuſat quidem à ſententia excõmunicationis,
ad quam requiritur dolus,ſed non ab alia pœna.Si tamen ſta
tuta ſunt quidem ſcita,ſed ignorantur eſſe contra eccleſiaſti
cam libertatem,ſecundũ Io.de Lig.cũ quo videtᷣ ſentire Pet.
de Anch.nulla eſt excuſatio,cùm ſit ignorantia iuris.Sed ve-
rius dicit Inn.iſtos excuſari: quia excõmunicatio nõ ligat ni-
ſi cõtumacem.xj.q.iij.certum.& hoc tene:quia ignorantia iu
ris aliquando excuſat in foro cõſcientiæ:cùm Papa nõ inten
dat ligare,niſi notabiliter negligentes in veritatis inqſitiõe,
arg.de conſti.vt animarum.libr.vj.quia ſi excuſatur ſubditus
epiſcopi ignorando eius conſtitutionem ſine ſua negligen-
tia:multò fortius ſubditus papæ , qui interdũ eſt in extremis
terræ:maximè hodie vbi iura creſcũt.¶Quartò,†an ſtatutũ 33
factũ per principales de vniuerſitate liget vniuerſitatem pœ
na excõmunicationis?Et dicit Aſten.quòd ſic,ſi tota conſen-
ſit,vel maior pars,aut factum habuit ratũ,aut ſi monita non
emendat.De hoc tamen vide etiam ſuprà Excõmunicatio.ij.
§.iij.Addit autem idem quòd hac cõſtitutione ligantur etiã
reges & Imperatores,ſi contra fecerint. ¶Quintò,an nomi-
ne eccleſiæ hoc loco veniant laici eremitæ & recluſi ? Et di-
cit Veruec.quòd nõ,niſi ſe alicui probatæ religioni ſubiece- 34
rint.¶Vndecima†eſt in c.vbi periculũ.de elect lib.vj.vbi ex-
communicantur primò omnes,qui mittunt ſcripturã vel nũ-
tium,vel ſecretè loquuntᷣ Cardinalibus, vel alicui eorum exi
ſtentibus in conclaui pro electione Papæ.¶Primò verò not.
quòd ſecundum Archi.& Gemi.vbi ad incidendũ requiritur
non ſolùm locutionem, ſed etiam miſſionem eſſe ſecretam.
Vnde not.idem Gemi.ꝙ quando ſtatutũ aliquod enumerat
plura prohibita,& vltimo ꝓhibitio qualitatem aliquã reſtri-
ctiuam adiungit:illa qualitas reſtringens ad omnia enume-
rata refertur.Et ſecundò quòd nõ incidũt,qui cõclaue ingre
diuntur ad loquendũ pro his tantùm quæ pertinent ad ele-
ctionem de voluntate omnium Cardinalium ibi præſentiũ
vt ibidem dicitur:ſicut aduocati vel iuris periti, aut religioſi
vel tabelliones,ſecundum glo.¶Duodecima†eſt in eo.c.vbi 35
periculum.de elec.lib.vj.vbi excommunicantur omnes domi
ni,rectores,alijq; officiales cuiuſcunq; dignitatis aut condi-
tionis exiſtant,qui diligenter non obſeruant,aut fraudem cir
ca ea committunt,quæ ibi præcipiuntur obſeruanda in mor
te ſummi pontificis morientis in terra eorum . quod ſecun-
dum Gemi.verum intellige,niſi impedirentur de iure vel de
facto ad talia ſeruanda:quia ſic non ligarentur. ¶Primò ve-
rò quæritur, quæ ſint horum pœnæ ſi contra faciant? Et di-
co quòd ſtatim dicta morte audita rector ciuitatis , in qua
electio facienda eſt coram clero & vniuerſo populo ciuitatis
ad hoc ſpecialiter conuocatis,præſtare debet corporale iu-
ramentum quòd totum ordinem dictæ conſtitutionis dili-
genter obſeruabit:quod ſi non faciat,aut fraudem commit-
tat,primò eſt ipſo facto excommunicatus . quod verum eſt,
non ſolùm ſi deficiat , ſed etiam ſi excedat plus grauando
Cardinales quàm ibi dicatur,ſecundum Io.And.ſicut & mo-
dum excedens in ſe defendendo: & ſecundò eſt perpetuò in-
famis:tertiò non poteſt habere dignitatem,nec aliquod offi-
cium publicũ:quartò præbendis & cæteris bonis,quæ à Ro-
mana,

mana, vel alia eccleſia tenet, eſt ipſo facto priuatus, & ad ipſas eccleſias reuertũtur cum pleno iure diſponendi de eis: quintò, ipſa ciuitas eſt interdicta: & ſextò caret pontificali dignitate. ¶ Secũdò quæritur, quæ ſint ſeruanda ſecundũ illam conſtitutionem? Et dico ꝙ primò Cardinales in ciuitate, in qua papa cum ſua curia reſidebat, & mortuus eſt, præſentes tenentur expectare abſentes per decem dies: licet ſcd̃m glo. non citentur: quibus elapſis, etiã ſi non venerint, conueniant omnes in palatio, in quo idem pontifex habitabat, contenti ſinguli vno ſeruitore clerico vel laico, vt eligerint, vel duobus, ſi aliqui manifeſta neceſsitate cogunt᷑. Secundò, ꝙ in eodem palatio cõclaue vnũ omnes inhabitent: nullo interueniente pariete medio vel alio velamine, puta cortinarũ. Tertiò, ꝙ illud cõclauè ita claudat᷑ vt nullus exire valeat vel intrare, relicto aditu ad ſecretã camerã pro neceſsitatibus corporalibus. Quartò, ꝙ nullus ad eos accedere, aut ſecretè loqui, vel nuntiũ aut ſcripturã mittere poſsit, niſi, vt dictũ eſt, devolũtate omnium. Et quintò, ꝙ in eodem conclaui prouictu miniſtrando dimittatur feneſtra competens, per quam nullus exire poſsit vel intrare, ſecundum glo. Sextò, ꝙ ſi poſt tres dies ab ingreſſu loci electio facta non fuerit: per quinq; immediatè ſequentes tã in prandio quàm in cœna, non habeant niſi ferculum vnum. Septimò, ꝙ ſi poſt hos quinq; dies electio facta non fuerit, tunc eis miniſtretur ſolùm panis, vinum, & aqua, donec ſit electio facta. Octauò, quòd pendente dicta electione Cardinales nihil lucri percipiant de camera papæ, nec aliud lucrum vndecunq; proueniens ipſi eccleſiæ: ſed cuſtos dictæ cameræ omnia reſeruet futuro pontifici: & ſi quid lucri eo tempore de camera dicta percipiũt: ex tunc ſuſpenſi ſunt à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum quouſque huiuſmodi lucrum reſtituant. Nonò, quòd interim Cardinales de aliquo negotio ſe non impediant: niſi fortè oporteret defendere aliquam terram eccleſiæ: vel aliud eueniret tam euidens & graue periculum quòd omnes Cardinales concorditer iudicarent prouidendum eſſe. Decimò, quòd ſi quis ex eis dictũ conclaue intra dies decem nõ intrauerit, aut abſq; manifeſta cauſa infirmitatis exierit, vlterius ad electionem non poſsit admitti. Vndecimò, ꝙ ſi quis ex eis infirmet᷑, ſine eo ad electionem ꝓcedi poſsit: & cauſa ceſſante, debeat admitti. Duodecimò, quòd ſi Cardinales abſentes intra terminum decem dierum ſuperuenerint antequã electio facta ſit, intus admittantur cum moderamine ſeruientium & clauſura, cibo & potu, vt dictum eſt. Decimotertiò, quòd ſi papa moritur in comitatu ſiue territorio, id eſt, diœceſi illius ciuitatis, in qua erat cum ſua curia, Cardinales in dicta ciuitate pro electione conueniant: niſi eſſet interdicta, vel eccleſiæ Romanæ rebellis: quo caſu in alia viciniore cõueniant, cum clauſura & alijs ſuprà dictis. Si tñ electio in ciuitate interdicta celebretur, nihilo minus valet ſecundum glo. Fallit hoc quando audientia cauſarum & literarum apoſtolicarum remanſit alibi, id eſt, in alia diœceſi, ſecundum glo. quia ibi, id eſt, in illa diœceſi electio celebrabitur, etiã ſi tempore mortis vacaret audientia: niſi fortè ante mortem ordinatũ eſſet per papam de curia transferenda: quia tunc ſeruabitur conſtitutio, vbi periculũ. vt in cle. ne Romani. de electione. ¶ Ter-
36 tiò, † an expectare teneantur præſentes Cardinales, ſi abſentes tantùm diſtant vt intra decem dies conuenire non poſſint? Et dico ſecundum gl. quòd ſic: quia potuerunt iterante mortem inchoaſſe audita infirmitate vel alia cauſa: ita quòd intra decem dies aderunt. ¶ Quartò, quæritur, an agere poſſit de contemptu Cardinalis debito tempore nõ expectatus? Et dicit glo. quòd ſi electio facta eſt ab omnibus alijs, vel à duabus partibus, eo non computato: nulla obſtat exceptio: & ſic nec actio: vt extra eodem. capite, licet. & ff. de ſuperſ. l. j. §. ait. in fi. ¶ Quintò quęritur, an præſentes elapſo decendio pauciores tertia parte poſſent eligere? Et dicit glo. quòd ſic, quia quod dictũ eſt ſuprà de electo à paucioribus quàm duabus partibus Cardinalium intelligit᷑ de duabus partibus præſentium. ¶ Sextò, † an Cardinalis nolens ſtare incluſus ratione infirmitatis, & ſuæ voci renuntians, admittetur ſi redierit. Et dicit gl. ſecundum Hoſt. cui de facto illud contigit, quòd ſic: ſed de factis tempore medio conqueri non poterit. ¶ Septimò, an Cardinalis ſuperueniens die octauo à die incluſionis ſtatim compellatur ſtare victui cæterorum? Et dicit glo. quòd ſic, licet non fuerit in culpa: quia ſæpe quis ſine culpa punitur ex cauſa: adde quia poſſet eſſe pertinax, & poſsibiliter electionem ſua voce validandam procraſtinare. ¶ Octauò, vbi debeãt Cardinales conuenire ſi papa moriatur in mari? Et dicit gl. quòd in ciuitate, per quam dictus locus maris diſtinguitur: puta in Piſis ſi mare dicitur Piſanũ. quòd ſi per nullam diſtinguitur, in viciniore conuenient. ¶ Decimatertia † eſt in c. ſciant cuncti. de ele. lib. vj. vbi excommunicantur omnes, qui per ſe vel per alios ſpoliando ſeu aliàs iniuſtè perſequendo grauant in beneficijs clericos ſeu in alijs bonis vel quaſlibet perſonas eccleſiaſticas, aut eorum conſanguineos, vel eccleſias, monaſteria ſeu cætera loca pia, ex eo quòd tales perſonæ eccleſiaſticæ eligere noluerunt aut nolunt eum pro quo rogabãtur. Primò verò circa intellectum dictorum nota quod dicitur ſpoliãdo, per quod ſecundum Arch. & Gemi. ibi intelligitur ablatio latenter & vaſtatio quocunq; modo inuadendo immobilia: aut per vim publicè rapiendo mobilia, ſiue fraudulenter per dolum: dicitur etiam, conſanguineos, ſcilicet vſque ad ſeptimum gradũ, ſecundum Gemi. ſecundum quem etiam non eſt locus huic pœnæ ſi grauentur affines. Facit de appel. poſtremo. in gl. ¶ Secundò no. quòd in præſentatione, poſtulatione, vel confirmatione hæc pœna locum habet ſecundum gl. dummodo habeat fieri ab eccleſiaſtica perſona: non autem ſi patronus eſt laicus: quia cõſtitutio dicit clericos vel eccleſiaſticas perſonas: & gl. in verbo, eccleſiaſticas, dicit, vt ſunt conuerſi, templarij, vel hoſpitalarij: qui licet nõ ſint clerici, ſunt tamen eccleſiaſticæ perſonæ, xvij. q. iiij. quiſquis. Et idem dicit Gem. ibi de conferente ſpo ſtulãte. ¶ Ex † quo collige ꝙ cõſtitutio pœnalis cõcernens fauorem eccleſiæ extendenda eſt ad aliũ caſum quàm expreſſum, dũmodo & ille fauorem eccleſiæ concernat. Et facit quod ſuprà dictum eſt Excommunicatio. xij. excommunicatione viij. dubio iij. ¶ Tertiò not. quòd an mãdatarius, id eſt, qui alterius mandato aliquid prædictorum operatur, ſit excommunicatus néc ne: ſecundum Pet. de Anch. Gemi. ibi diſtinguit quia aut ſcit qualitatem facti, id eſt, hoc eſſe in cõtemptu eligere debentis: & eſt excommunicatus. Et ſic limita, & intellige gloſſam ibi. Aut hoc ignorat, & non erit excommunicatus: quia non facit in contemptum canonis. Et facit c. ſi vero. de ſen. excom. & placet hæc opinio Io. de Imol. & ſequitur ſi Sum. Ang. Sed punietur alia pœna. Sed verius & tutius Arch. quem ſequitur Arch. diſputata quæſtione concludit quòd ligetur mente huius c. & ſi non verbis, maximè cùm participat in crimine, & ſit actor mali. Sed hoc intelligo verum vbi grauat iniuſtè: quia licet non agat in contemptum canonis tamen cum pœna legis naturæ incurrit pœnam legis ſcriptæ iuxta ea quæ habes ſuprà Excõmunicatio. v. §. iij. ¶ Decimaquarta † eſt in c. generali. de elec. lib. vj. contra vſurpantes ſibi de nouo ius patronatus in locis pijs, vel iura aut bona vacantium eccleſiarum. vbi ſic dicitur: Sancimus, vniuerſos & ſingulos, qui regalia, cuſtodiam ſiue guardiam aduocationis ſeu defenſionis titulum, in eccleſijs, monaſterijs, ſeu quibuslibet alijs pijs locis, de nouo vſurpare conantes, bona eccleſiarum, monaſteriorum, aut locorum ipſorum vacãtium occupare præſumunt, quantæcunq; dignitatis honore præfulgeant: clericos etiã eccleſiarum, monachos monaſteriorum, & perſonas cæteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipſo ſententiæ excommunicationis ſubiacere. ¶ Primò verò dubitatur de intellectu verborũ. & dico quòd dicitur primò vniuerſos, quando ſcilicet vniuerſitas: & ſingulos, quãdo perſona ſuo nomine prædicta vſurpat: & verbum maſculinum prolatum à canone, cõprehendit fœmininum. quod probatur xvij. q. iiij. ſi quis. niſi per eadẽ vel alia iura fœmina excipiatur. Io. And. quod Archi. intelligit de canone punitente crimina. ¶ Dicitur ſecundò regalia, ſecundum Archi. id eſt, ea quæ capit rex eccleſia vacãte, vt in regno Franciæ, & Angliæ patet, vbi regalia vocantur iura regis in quibuſdam eccleſijs vacantibus competentia, quibus ordinatis de prælatis illa percipiunt prælati, & non rex. ¶ Dicitur tertiò, cuſtodiam ſiue guardiam: & ſecũdum Archi. ſtat ly, ſiue, pro id eſt: & hæc duo ſunt idem: quia ſcilicet quidam dicunt ſe debere cuſtodire eccleſiã vacãtem, donec ei prouiſum fuerit de prælato: cuius exemplũ eſt in eccleſia Parmenſi, vbi tales cuſtodes laici & domini appellantur vicedomini: & etiam in Florentina. & quidam ſub hoc nomine intelligunt comprehẽdi ius patronatus: quod non credo, inquit, verum: ſed intelligo ſimpliciter ſicut ſonat, quãuis aliter notetur infrà de iure patro. hæc ille. Sed Ioan. Andr. exponit ſecundũ Bar. cuſtodiam, id eſt, ius patronatus: quod ſecundum diuerſas regiones ſortitur vocabula diuerſa. Et addit idem Ioannes Andre. quòd quocunque nomine cenſeantur vſurpantes de nouo tale ius in eccleſijs & alijs pijs locis, & bona ipſorũ locorum vacantium occupãtes, ſunt excõmunicati. Nota etiam quòd idem eſt titulus aduocationis & defenſionis: quia aduocatus dicitur defenſor in eccleſijs. ¶ Dicitur quartò de nouo, id eſt, à xl. annis citra, ſecundum Bartol. & Ioan. Andr. per cap. fin. de conſuetudin. ¶ Dicitur quintò occupare: quod ſumitur in malam partem: & propriè mobilia dicũtur occupari, immobilia inuadi: licet ſæpe vnum pro alio ponatur, vt dicit Ioannes And.
41 ¶ † Secundò dubitatur, quot requirantur ad hoc quòd dicti vſurpatores iſtam ſententiam incurrãt? Et dicit Gemin. ibi, & Panormit. in cap. conqueſtus. de fo. compet. poſt Ioannem And. quòd requiruntur duo. Primò, quòd vſurpent prædicta iura de nouo, id eſt, à xl. annis citra. Secundò quòd virtute illius vſurpationis occupent bona dictorum locorum vacantium. Et addit Bart. quòd non ſolùm ſi ſuprà nominata iura occupẽt: ſed etiam quodcunq; aliud, per quod vſurpent dicta bona, incidunt in dictam pœnã. Et idem ſentit Ioan. Andr. vt patet ex dictis. Altero autem illorũ deficiente locum habent antiqua iura. de fo. compe. cum ſit. & dictũ cap. conqueſtus. & hæc eſt opinio communis. ¶ Tertiò, an prædicti ſint ipſo facto excõmunicati? Et dicit Arch. quòd ſicut auferens ſacrum vel non ſacrum de ſacro loco, non eſt ipſo iure excommunicatur, niſi hoc faciat cum effractione vel incendio. de ſenten. excom. conqueſti. iuncta gloſſ. ſic auferẽs bona eccleſiarum non eſt ipſo iure excommunicatus, niſi illa vacet: vt in d. cap. generali. quod autẽ dicitur ij. q. iij canonica. de violatione eccleſiarum. & xvij. q. iiij. omnes. de raptoribus bonorum eccleſiarum, quòd ſunt excõmunicati: intelligendũ eſt ſecundum Rich. in iiij. de violatione & raptu cũ effractione aut violen-
42 tia perſonali & huiuſmodi. ¶ † Decimaquinta eſt in c. indẽnitatibus. de elect. lib. vj. vbi excõmunicantur deputati, aut vocati ad dirigendas moniales in electionibus, qui nõ abſtinent ab his, per quæ inter eas poſſet oriri diſcordia in electiõibus ipſis, vel iam orta nutriri. ¶ Primò verò quæritur, qui ſunt hi qui poſſunt incidere? Et dicit gl. quòd ſunt vt religioſi, conſiliarij, aduocati, diſcreti viri: imò & religioſæ vel aliæ diſcretæ mulieres. ¶ Secũdò quæritur, quæ ſunt hæ moniales? Et dicit Gemin. & not. ex text. quòd hæc pœna locũ habet nedum in monialibus regularum approbatarũ, ſed etiam in his, quæ nõ renuntiant proprijs, nec faciunt profeſsionem regularem in vna de religionibus approbatis, ſed viuunt ſicut canonici ſeculares in ſecularibus eccleſijs, ſi vocati ad eas dirigẽdas non abſtineant à prædictis. ¶ Tertiò quæritur, an non vocatus ad electionem, aut vocatus alia cauſa quàm ad dirigẽdum electionem, incidat in hanc pœnam ſi diſcordiam nutriat? Et dicit Gemi. quòd non. & hoc tene: quia conſtitutio eſt pœnalis.
¶ † Decimaſexta eſt in c. hac cõſtitutione. de off. deleg. lib. vj. 43
vbi excommunicantur procurantes quòd conſeruatores ſibi dati ſe intromittãt de alijs quàm de manifeſtis iniurijs & violentijs: ſeu ad alia, quæ iudicialẽ indaginem exigunt, ſuam extendãt poteſtatem: alij autem, quorum nõ ſunt conſeruatores, nõ incidunt, ſecundum Gemi. niſi poſt excommunicationẽ participent cũ prædictis in crimine criminoſo. De hac materia vide ſuprà conſeruator. Eſt & alia excommunicatio in eadem rub. in vj. in cap. ſuper gentes. quod cap. communiter nõ habetur, ſed eſt extrauagans: de qua dic vt ſ. Delegatus. §. xj. ¶ Decimaſeptima eſt in c. vnico. de his, quæ vi metue cau. fiunt. lib. vj. vbi excõmunicantur abſolutionẽ vel reuocationem ab eccleſiaſticis cenſuris per vim aut metũ extorquentes. quod ſecundum glo. & Arch. ibi, intellige ſi abſolutio vel reuocatio facta ſit. aliàs etiam ſi metus ſit illatus, non habet locũ iſta ſentẽtia. Primò verò nota pro intellectu verborum, quòd ſecundum Io. Andr. abſolutio dici poteſt ſolennis, quæ fit ſecũdum formam eccleſiæ: reuocatio autem verbalis ſine ſolẽnitate: vel vbi excommunicatio tenuit, dicitur abſolutio: reuocatio verò vbi non tenuit interdictum: tamen propriè dicitur relaxari, ſecundum Archi. Vis eſt ſecundũ Io. And. maioris rei impetus, cui reſiſti nõ poteſt ſcilicet cõmodè. ff. eod. l. j. Metus autẽ eſt trepidatio mẽtis inſtantis vel futuri periculi cauſa. ff. eod. l. j. Et exigitur quòd preſens ſit metus, licet futurum periculum. Quæ autem ad iuſtũ timorem ſufficiant, Archid. relinquit arbitrio boni viri, ſecundum id, quod dicitur in gl. in pluribus alijs, extra eo. tit. cum dilectus. Pet. autẽ de Anch. dicit quòd eſt metus mortis vel cruciatus corporis, vel talis qui cadere poſſet in conſtantẽ virum: quod iudicis arbitrio relinquitur. & idẽ dico de iudicio vel cognitione, an aliquid ſit factum metu publicæ poteſtatis. ¶ Secundò not. quòd ſecũdum gl. in hãc pœnam incidit, qui ſic abſolutionem extorquet à ſentẽtia excõmunicationis etiam iniuſta, quia eam debuit humiliter petere: & ſimiliter à ſententia ſuſpẽſionis cuiuſcũq;, ſcilicet ab officio, beneficio, ſiue ab ingreſſu eccleſiæ. Et ſimiliter ſi inferens metũ alius ſit ab excõmunicatio, incidit ipſe inferẽs, & etiã ipſe excõmunicatus, ſuſpẽſus vel interdictus incidit, ſi hoc mandauit illi, vel factũ eius nomine ratum habuit. de elect. ſciãt. lib. vj. & de ſenten. excõ. cum quis. eod. lib. Et ſimiliter incidit inferens metũ per pœnam amiſsionis rerũ. hæc omnia glo. ¶ Tertiò nota quòd hanc pœnam nõ incurrit, primò qui compulſit per vanũ metum, quem quis timere nõ debuit, ſecundum gloſſ. quia talis non inducit reſciſsionem: nec propriè metus appellatur. ff. quod met. cau. l. metũ. Vnde excommunicationem facit incurrere ille metus, qui putatur iuſtus ad reuocandum ea, quæ propter illum facta ſunt: alius verò non. Nec ſecũdò ille, qui extorquet iſto modo abſolutionẽ ab excõmunicatione minori, arg. cap. ſi quem. de ſenten. excom. ¶ Quartò, quòd licet videatur eſſe idem iudicium de excommunicatione per vim extorta, ſcilicet quòd nõ valeat ipſe iure: vt ſi quis iudicẽ cõpulit

pulit excommunicare: quia per ius ligandi vel ſoluendi dominus eſſe voluit. de pœni. diſt. j. verbum. tamen hoc non eſt verum: ſed valet ſecũdum Guli. xj. q. iij. quatuor. Et ratio eſt: quia vtrobiq; animæ cõſulitur. quod in dubio faciendum eſt: poteſt tamen per exceptionem elidi: vt ibi, ſecũdum Io. And. ¶ Quintò, quòd ſi abſoluens per metum poſtmodum ratum habeat quod fecit, nihilo minus inferens metũ excommunicatus eſt ſecundum gloſſ. quia ſtatim ab initio ligatus fuit.

44 ¶ † Decimaoctaua eſt in cap. mulieres. de iniur. lib. vj. vbi excommunicatur qui fraudulẽter fingit caſum vt iudex perſonaliter vadat ad mulierem pro teſtimonio eius accipiẽdo. Et hoc intellige verũ ſi fictor ſit ipſe iudex. Vnde gl. dicit quòd iudex, vt poſſet dominam viſitare, faciebat eam nominare in teſtem: ſiue ſit alius: quia eſt malo conſentiens. Et hoc etiam intelligitur, ſecũdum aliquos, ſiue vt perſonaliter vadat, ſiue vt mittat: licet nõ habeatur ex tex. intẽtio legis eſt vitare nefanda, quæ interdum & frequenter per medium melius procurantur. quem ſenſum videtur tenuiſſe Archiep. in iij. parte, tit. xxv. cap. xlv. ſed quia conſtitutio eſt pœnalis, melius intelligitur ſolùm ſi ꝑſonaliter vadat. Et ſimiliter intellige ſecundum Ioan. And. etiam in iudice laico. Si tamen iudex nõ iret, licet fingatur caſus, non eſt locus huic pœnæ, ſecũdum Ioan. Andr. imò, expedit quòd perduxerit ad effectum eundo aut mittendo. Si etiam iudex iret innocẽter, neſciens fictionem, aut eam improbare non potens, non incidit: quia tex. nõ excommunicat euntem, ſed fingentem: nec pœnæ ſunt extendendæ: eſſet tamẽ eo caſu excõmunicatus fictor. ¶ Decimanona eſt in cap. hoc conſultiſsimo. de reb. eccle. nõ alie. lib. vj. vbi excommunicantur omnes cuiuſcunq; conditionis compellentes prælatos vel eccleſiaſticas perſonas ad ſubmittendum eccleſias, ſubijciẽdo bona immobilia, vel ſupponendũ iura eccleſiarũ laicis: vel recognoſcendũ ſeu profitendum ſe tenere ab illis tanquã à ſuperioribus, vel ad ſtatuendũ eoſdẽ laicos tanquã patronos vel aduocatos eccleſiarũ ſeu bonorũ ipſarum in perpetuũ, ſeu ad nõ modicũ tempus, ſine capituli conſenſu, & licẽtia ſpeciali ſedis Apoſtolicæ. Vbi not. ſecundum gl. quòd vt incurratur iſta pœna, requirit primò quòd illa bona ſint immobilia: vel iura, quæ in immobilibus computẽtur. Secũdò, quòd ſupponãtur tanquã ſint ſua, vel recognoſcantur ab eis. Tertiò, quòd nõ ſit ad modicũ tẽpus: quia ſi eſſet ad tempus modicũ ex iuſta cauſa cũ capituli cõſenſu nõ eſſet locus pœnę. Et dicitur tẽpus modicũ x. annorũ ſecũdum eandem gl. vel ad arbitriũ iudicis, ſecundũ Gul. & Car. quartò quòd fiat ſine licentia capituli vel papæ. ¶ Excõmunicãtur etiam ibi omnes laici qui ex licẽtia papæ, & cõſenſu capituli cõtractus inierũt de eccleſiaſticis immobilibus, vel inient in poſterũ, ſi aliqd plus quàm importat natura cõtractuum ipſorũ, vel pactũ in eis factũ vſurpauerint vel exegerint, ſi moniti cõpetenter nõ deſiſtant, reſtituendo etiã vſurpata. Vbi dicit Arch. quòd ſi eſt cõtractus emphyteuticus, accipiant quod eſt à iure permiſſum: & nõ vltra: & ſic de alijs. & quòd nõ ſufficit deſiſtere, niſi reſtituant vſurpata. & Io. And. dicit monitionem competentem trinam: niſi facti neceſsitas aliud ſuaderet.

45 ¶ † Vigeſima eſt in c. vnico. de relig. do. lib. vj. vbi excõmunicantur primò omnes nouũ ordinẽ aut religionem inuenientes, vel habitũ nouæ religionis aſſumentes. Intellige, ſcilicet vt cũ alijs ſimul vitãt: ſeorſum aũt aſſumere nõ prohibẽtur: vt dicit gl. & idem habetur in quadam extrauagãte Io. xxij. quæ incipit, ſancta mater eccleſia. quã adducit Abbas in c. ſi. de relig. do. Secũdò excõmunicantur omnes fratres mendicantiũ ordinũ poſt cõcilium Lugdunenſe inſtitutorũ, qui aliquid in proprio habere nõ poſſunt ex eorũ regula. Si aliquẽ ad profeſsionẽ recipiũt, ſiue ſi domos vel loca eorum alienãt ſine licentia ſedis Apoſtolicæ ſpeciali, aut etiã ſecundum Archi. ſi alienant mobilia. Excipiuntur tamen in tex. ab iſta pœna fratres prædicatores & minores, Eremitarũ S. Auguſtini, & Carmelitarũ. Conciliũ verò illud celebratum fuit ab Innoc. iij. anno Domini 1215.

¶ † Viceſimaprima eſt in c. quanquã. de cenſi. lib. vj. vbi excõmunicãtur quicunq; per ſe, vel ꝑ alios ſuo nomine vel alieno ab eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis exigunt pedagia pro rebus ſuis proprijs quas deferunt, vel deferri faciũt, nõ cauſa negotiationis. Sed intellige ſi ſunt ꝑſonæ ſingulares quæ hoc faciũt, vt dicit in tex. & extenditur etiam ad epiſcopos, ſecũdum Arch. vniuerſitas autem vel collegium nõ excõmunicãtur, ſed ſunt interdicta ipſo facto, vt dicitur in tex. Hodie tamen hęc ſentẽtia eſt papalis, vt dictum eſt ſuprà Excõmunicatio. vij. excõmunicatio. xix. & xxxij. ¶ Primò verò nota quòd negotiator, ſecundum Io. And. poſt Archi. propriè eſt, qui rẽ emit vt integrã & immutatam vendendo lucretur: & ſic eſt idem quod mercator: quem Chry. in quadã homil. eodem modo diffinit. lxxxviij. diſt. cap. eijciens. Vnde nõ eſt negotiator qui rem vẽdit integram & immutatam, nec qui rem ſic vẽdit, ſed hac intẽtione non emit, ſed ea ad ſuum vſum empta ſtatim occurrit ſibi lucrum: ſecundũ iſtam diffinitionem: in qua in veritate ponitur ly, vt, pro quo Sum. Roſ. habet falsò ly, &. ¶ Secũdò not. quòd ſequitur ex dictis quòd nõ eſt negotiator, quia rẽ emit vt ſibi ſit materia aliquid inde operãdi. diſtin. lxxviij. eijciens. vnde Fed. de Senis in quadam quæſtione conſuluit quòd monaſterium S. Galbani diœceſis Vulteranæ habẽs venã ferri in inſula Belben. fodiens & inde faciens ferrum vt lucretur, non tenebatur ad pedagiũ, etiam ſi hac de cauſa venam emiſſet: ſicut nec faber emens ferrum vt inde gladios faciat: quia tales vocantur potius artifices, quàm mercatores. Sed verius ſcripſit Petrus de Anchar. quòd ſi venam emiſſet, & per magiſtros educeret ferrum, eſſet negotiatio miſta artificio, quia tunc nulla verſatur induſtria clericorum. Si autem monaſterium habet venam, & per operarios fieri facit, & poſtea vendit, ſecus: quia ſicut de frumento & alijs fructibus, ita nec de iſta materia ſoluere tenetur, quæ appellatione fructuũ continetur. l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſoluto matrimonio. Adde etiam ſecus ſi emit quidem, ſed per monachos ferrum educit. ¶ Tertiò nota quòd etiam ſequitur, ſicut etiam dicit Panormitanus in cõſilio vj. incipiente, caſus ſuper quo quòd clericus vendendo vinum, bladum, oleum, & ſimilia recollecta de rebus ſuis, nec negotiatur, nec tenetur ad gabellam: ſi tamen, inquit, emeret rem vt eam integram venderet hac cauſa, ſoluere teneretur ſecundum patriæ ſtatuta: & idem intellige ſi aliquid emat in vſum ſuum: quia ſoluere non tenetur, cùm non ſit negotium propriè. ¶ † Quartò nota quòd Zabar. quęrit an locum habeat quod hic dicitur de pedagijs in gabellis & datijs, quæ leuantur in ciuitatibus Lombardiæ. Et dicit quòd ſic, ſecundum Stephan. quia idem eſt iuris in ipſis. argu. xxiiij. quæſt. iij. putat. & cap. plerique. & de priuilegijs. cap. quanto. hæc ille. & tam ipſe quàm Ioannes de Lign. dicit quòd ſecundum hoc tota Italia eſt interdicta, & clerici hoc non ſeruãtes irregulares: & idem Ioannes Andr. Sed hodie ſecundum Arch. taliter excommunicati non ſunt vitandi niſi denuntietur: imò nec tale interdictum eſt ſeruãdum, vt dictum eſt ſuprà, per cõſtitutionem Conſtantienſem in ſumma Excommunicatio. v. §. iij. ¶ Quintò quòd ſi ſtatutum fiat vt vendens vinum vel huiuſmodi teneatur ſoluere duos denarios regi, vel communitati, ſecundum Cyn. in l. omnis. C. de epiſ. & cler. clerici ſoluere non tenentur. Et idem Petrus per d. l. omnis. vbi etiã dicit Bal. quòd de bonis præbendarũ ſuorum venditis gabellam ſoluere nõ tenentur: nec ad portam

[...]

Et idem Io. de Lign. & licet S. Bon. & Rich. à regum tributo eximant tantùm Chriſtum, & perfectè & ſequentes illum omnia temporalia dimittẽdo: de quibus intelligũt illud Mat. xvij. Ergo liberi ſunt filij: tamen dictũ illorũ procedit de iure antiquo Decretorum: ſecus per Sextum & Clementinas.

48 ¶ Sextò † not. ꝙ coloni colentes prædia eccleſiaſtica ad medium vel affictũ, ſoluere debent gabellã & collectã impoſitam per iudice ſecularem de parte fructuũ cõtingente illos: ſecundũ Gem. in d. c. quãquam. de mente Fede. quia pars ruſtici ſubiecta eſt dño temporali: cũ ſeparatorũ ſeparata ſit diſtinctio. & addit ꝙ ſi clericus locat fructus ad firmã, emptor eccleſiæ priuilegio non gaudet: imò ſi portat fructus ad ciuitatem, ſoluet gabellam. ¶ Septimò no. ꝙ emptores redituũ clerici vel eccleſiæ vel regis vel baronis, qui in his volunt illa immunitate gaudere qua prędicti, & venalia ſine pedagij ſolutione transferre, hoc facere nõ poſſunt, ſecundũ Dir. lib. iij. de mente Arch. ¶ Octauò not. ꝙ ſi clerici ſponte ſoluũt gabellarijs non extorquentibus ab inuitis: non ſunt iſti vel illi excõicati, ſecundũ gl. & Pau. in cle. quoniã. de immu. ecc. quia exigere eſt ab inuito extorquere. Imò dico quòd nec etiam clerici ſi ſoluerent extorquentibus: vt in d. cle. quoniam. quæ reuocat c. clericis. in vj. eodem titulo: tamen ſecundum Car. ibi clerici etiam ſponte tallias vel huiuſmodi ſoluere non debent ſine licentia papæ, vt dictũ eſt ſuprà.

49 ¶ Viceſimaſecũda eſt in c. quoniam. de immu. ec. lib. vj. vbi excõmunicantur omnes qui recurrentes ad eccleſiaſticũ forũ ſuper cauſis ad illud de iure vel antiqua conſuetudine, vel impetratione à papa pertinentibus, per ſe vel per alium impediunt ne corã iudicibus eccleſiaſticis delegatis vel ordinarijs poſsint iuſtitiã obtinere, vel querelam de dictis cauſis ꝓponere cum dantibus cõſilium, auxiliũ, vel fauorem ad prædicta: nec tales debeant abſolui, niſi prius integrè ſatisfecerint tam iudici, cuius iuriſdictionem perturbarũt, quàm parti perturbatæ de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe. Et hæc eſt papalis quantum ad iudices, qui ſunt in curia: vt ſuprà Excõmunicatio. vij. excommunicatione. §. xxv. dictum eſt quantũ ad reliquos epiſcopalis. Si tamen ante ſatisfactionem abſoluãtur, abſolutio non tenet, ſecundum Arch. hoc ſpecialiter litera prohibente, quæ ſcilicet dicit, nullatenus abſoluantur. Et idem videt̃ ſentire Io. And. Sed Gemi. in d. c. quoniam. videtur tenere contrarium, dicens quòd quando poteſtas datur aliàs non habenti, ſi formam non ſeruauerit, actus non valet, vt no. glo. ſingularis in cle. j. de iure pat. Quãdo autem habenti poteſtatem à lege ſit prohibitio abſoluendi, licet forma non ſeruetur, valet ipſo iure abſolutio, vt in c. venerabilibus. §. vbi. de ſent. excom. lib. vj. Vnde cùm ordinarij habeant poteſtatem abſoluendi à ſententia canonis non reſeruantis: vt in cap. nuper. de ſent. excõ. videtur quòd valeat. & conſentit Pan. in c. dilectus. el ij. de præbendis. Sed prædicta intellige niſi imponeretur clauſula decreti actũ irritans: quia hoc caſu ſiue ordinarius ſiue alius quicunque aliàs habeat poteſtatem, ſiue non, nihil facit abſoluendo, niſi ſeruet formam mãdati. ¶ Viceſimatertia eſt in c. eos. de immu. eccl. lib. vj. vbi excõmunicantur omnes ſeculares dominium habentes, qui ſuis ſubditis interdicunt ne prælatis aut clericis ſeu eccleſiaſticis perſonis quæcunque vendant vel emant aliquid ab eiſdem, nec ipſis bladum molant, coquant panes, aut alia obſequia exhibere pręſumant. Vnde not. Gemi. quòd ad iſtam ſententiam incurrendam duo requiruntur: ſcilicet quòd illi habeant dominium, & quòd prædicta interdicant ſubditis ſuis. Vnde locum non habet in non dominis, nec in dominis, ſi alijs non ſibi ſubditis interdicant: & exponit temporale dominium, id eſt, ſeculare. ¶ Sed primò not. quòd ſi ſtatutum fiat tale quòd nullus vendere poſsit aut alienare immobilia alicui non ſubeunti onera communis: dicit idem in d. c. eos. quòd taliter ſtatuentes dicta pœna non ligantur: quia non eſt contra eccleſiaſticam libertatem, ex quo de eccleſia vel eccleſiaſticis perſonis mentio non fit: niſi illud extenderetur ad eccleſiaſticas: nec eſſet abſurdum dicere quòd iudex eccleſiaſticus poſſet illos, ad quos pertinet, cogere ad declarandum ſtatutum, vt nõ reſpiceret contractus fiendos cum eccleſijs, extra de hære. lib. vj. ſtatutum. Intelligo autem extenſionem fieri ad eccleſias ex fraude ſiue iniqua intentione ſtatuentium: & ex practica ſiue executione nota ſtatuentibus & diſsimulata. ¶ Secundò no. ꝙ ſecundum Io. Andr. in nouella. & Vin. & Abba. ſtatuto laicorũ facto pro vtilitate cõmuni: puta quòd vadens de nocte ſoluat tantum: clerici nõ ſunt ſubiecti: ſed per ſuum iudicem arctandi ſunt. diſt. xcvj. bene quidem. Secus autem dicũt de damno in paſcendis pecoribus, vel ad aquã ducendis: tunc enim tenentur paſtores de damno propter mercedem quam accipiunt: & intelligunt iſti etiam ſi pecora ſint clericorum.

¶ Viceſimaquarta † eſt in c. vt periculoſa. ne cleri. vel mo. lib. vj. vbi excõicantur oẽs religioſi tacitè vel expreſsè ꝓfeſsi aliquam religionem approbatam, temerè habitum ſuæ religionis in ſcholis vel alibi dimittentes? Et dicit temerè, id eſt, ſine cauſa rationabili, ſecundum omnes doct. quæ cauſa arbitrio boni viri dijudicabitur, ſecundum Zenze. Sed aduerte quòd omne licitum religioſo, quod cum habitu cõmodè fieri non poteſt, vt balneatio, vel piſcatio, in caſu eſt cauſa rationabilis ad dimittendũ ad horã: licet nõ ſemper ad alium habitũ induendũ. ¶ Primò verò nota quòd aliquando dimiſsio habitus eſt ſine peccato, & nõ temeraria, ſcilicet quia eſt ex iuſta cauſa, ſecundũ Io. And. vt de vita & ho. cle. clerici. puta ex timore, vel cauſa medicinæ, vel huiuſmodi. Aliqñ verò eſt cum peccato quidem & temeraria, id eſt, ſine cauſa rationabili: & tamen non eſt cùm ligamine excommunicationis: ſicut Pe. de Pal. dicit in iiij. quòd qui iocoſa leuitate ad horam vt currat, vel lapidem proijciat, deponit habitum, non incidit in ſententiam excommunicationis: quia non eſt veriſimile papam in his minutis tantum laqueum poſuiſſe. hæc ille. quod dictum Petr. Summa Roſ. dicit periculoſum valde: & tamen eadem concedit, religioſum non incidere portando veſtes hiſtrionũ: id eſt, virgatas & partitas, iuxta dicenda infrà particu. iij. Vnde ego dico illud valde rationabile eſſe, & ſtatim ſequenti particula probabo verum: quia non omni illicito apponitur ſententia excommunicationis etiam in eodem genere, in quo aliquid ſub ea ſententia cadit: ſicut ſi feratur pro furto, intelligitur pro notabili quod ſit mortale: nõ autem pro modico, puta ſolidi vnius aut duorum, aut fortè multò plurium. Aliquando verò eſt cum dicto ligamine: quod quando ſit, Canoniſtæ difficultantur; vt ex dictis eorum patebit: quia dictam diſtinctionem non ponderarunt.

¶ Secundò † nota quòd nunquam habitus à religioſo profeſſo dimittitur ſine rationabili cauſa quin peccet: quia adeò eſt annexus oſsibus monachorum, quòd in quocunque loco conſiſtentes, ſiue in lecto quieſcentes, conſtanter eo vti debent: vt dicitur xxj. quæſtio. j. vidua. & xxiij. diſtinct. ſanctimonialis. vbi dicitur quòd eo ſemper vti debent: ſed tamen non dimittit quis habitum incidens in ſententiam excommunicationis, niſi illum dimittat eo modo quo eſt in vſu loquentium, qui dicunt religioſum habitum dimittere, quando ab eo recedit doloſè: & ad vſum alium aſſumens. Quod patet, primò quia tales incidentes in hanc ſententiam dicuntur apoſtatæ: vt patet per Io. Andr. & Bern. & per gloſſam, in verbo, horum. quæ dicit iſtos apoſtatare: & in verbo, profeſſus. vbi aſsignat cauſam quare ligantur profeſsi: quia ad ſeculum redire nequeunt.

quod

quod nihil eſſet dictum: niſi iſta dimiſsio eſſet cum aſſum-
ptione alterius habitus. Nec tamen intelligas quòd iſti ſint
ſemper apoſtatæ propriè, ſed quantũ ad aliquid, id eſt, aſſum
ptionem alterius habitus. Patet ſecundò idem ex ratione tex
tus, quæ eſt, ne religioſi vagent, ſcilicet inuerecũdè nõ agniti
per habitum proprium. Et tertiò idem patet ex pœnis quæ
iſtis inferunt, quæ eſſent irrationabiles ſi in eas incideret qui
extra monaſterium in hoſpitio nocte ſecretò ex cauſa nõ ra-
tionabili, puta ex laſciuia & illicita ſenſualitate dormiendi
quietius, vel alicuius hmõi etiam cum peccato mortali. Quis
enim rationabiliter crederet iſtum incurrere omnes pœnas
apoſtatarum: & qđ eligi nõ poſsit in abbatem, etiã ſi pòſt ef-
ficiatur bonæ famæ: imò quòd electus deijciatur, vt dicunt
Lau. & Iacob. de Al. & Pe. & Arch. Et quartò idem patet: quia
iura non inferunt ſententiam excõmunicationis, vt ſuprà di-
ctum eſt, Excõmunicatio. j. §. j. niſi propter mortale, cuiuſ-
modi non eſt omnis temeraria dimiſsio habitus, cùm nullibi
hoc præcipiatur: quia licet eo debeãt ſemper monachi vti, ta
men hoc debitum eſt honeſtatis: vt etiam dicit Ioan. And. &
53 Archi. non autem neceſsitatis. ¶ Tertiò † nota quòd etiam ſi
religioſus profeſſus habitum dimittat cum aſſumptiõe alte-
rius ad horam, non ad notabile tempus iudicis aut boni viri
arbitrio limitandum, non incidit: niſi fortè dimittat ex cauſa
damnata, puta vt fornicetur: quia dicit Zenze. quòd non dici
tur quis aſſumpſiſſe quòd ſtatim eſt dimiſſurus. Vnde ſi reli-
gioſus veſtem virgatam vel partitã in momento aſſumeret,
ſtatim eam dimiſſurus, non dicitur eam aſſumpſiſſe. ff. de di-
uor. l. diuortium. Vnde dicit idem in clem. quoniam. de vita &
ho. cle. quòd ſi clericus deferat nõ continuè huiuſmodi veſtes
partitas, nec cauſa vſus proprij, ſed ob feſtum ſocij qui mili-
tat, vel doctoratur, aut vxoratur, non incidit in pœnam illius
cle. quia talia rarò occurrunt: & iura coaptãtur his quæ ſæpe
fiunt. ff. de legi. l. ex his. Item ea quæ cauſa feſti iocariè fiunt,
obligationem non inducunt ff. de act. & oblig. l. obligationũ.
Adde quòd nunquam iura ligant in per ſe malis per ſenten-
tiã anathematis, niſi pro mortali ex ſuo genere. Vnde ſi quis
habitum dimittat vt fornicetur, ſecundũ Pet. de Pal. ſine du-
bio eſt excommunicatus. quod ego verum crederem, quando
habitũ dimittit relatiuè ad alios, puta ne cognoſcatur: ſecus
relatiuè ad ſe, puta propter voluptatem: quia in iſto caſu ha-
bitum alium non aſſumit, nec ſe hominũ conſpectibus oſten
tat: & pœnæ reſtringendæ ſunt. Vnde dico iſtã dimiſsionem
debere intelligi quando habitus dimittitur doloſè cũ aſſum-
ptione alterius ad vtendũ eo: ſecus vbi dimitteretur ad horã
voluptuoſè nullo alio ſumpto: vel ſumpto quidem, ſed nõ ad
vtendum, ſed ad ſolatium ex leuitate iocoſa. ¶ Quartò verò
quæritur, an portans habitum, ſed abſconſum, ſit excommu-
nicatus & apoſtata? Et dico quòd ſic, ſecundum gloſ. in clem.
quoniam. de vita & ho. cle. & Lau. & Pan. dicentes quòd reli-
gioſus portans habitũ ſub capa vel tabaro, eſt apoſtata & ex-
communicatus. Et ita fuit determinatũ Bononiæ, & idem te-
net Franc. de May. & intellige niſi ſubſit cauſa rationabilis ar
bitrio boni viri. Oppoſitum autem tenuit Pan in c. Deus qui.
de vita. & ho. cler. per tex. illũ iuncta gl. quia aliud eſt habitũ
ex toto dimittere, aliud non portare in ſuperioribus: quia, vt
ibi patet in gloſſ. permittitur dimiſsio in ſuperiori: & tamen
interius portare tenet: vnde pœna c. vt periculoſa. nõ habet
locum in iſto: quia conſtitutio pœnalis non debet extendi ſal
tem ad caſum non habentem omnimodam rationem: vt no.
Io. And. in regula, odia. lib. vj. in mer. hęc Pan. cum quo trãſ
it Summ. Roſ. in tit. Apoſtoſia. licet excommunicatione xvj.
diſtinguat ante factum & poſt. Et ſimiliter diſtinguit Sum.
Ang. Sed tu dic etiam hoc eſſe verum, ſi ſubeſt cauſa rationa-
lis, quæ ſcilicet excuſaret etiam ex toto dimitterem: aliàs
eſt falſum, quia tollitur ratio & vtilitas d. c. vt periculoſa. cum
æquè vagari & omnia poſsit facere portans habitum laten-
tem, ſicut nõ portãs omnino: ideò etiã poſt factũ hic eſt cõ-
demnandus. vide ĩ. Habitus. §. iij. ¶ Quintò † quæritur, an ſem- 54
per religioſus teneat habitũ deferre? Et dico quòd ſic, etiam
in lectulo, ſecundum Pet. de Ancha. quia hoc ſentit canon in
d. c. vidua. & in d. c. ſanctimonialis. vbi etiam gl. addit, in lecto
cum infirmitate. Sed Io. And. in nouel. ſenſit hoc verbum nõ
ita eſſe amarum vt prima facie videtur: nec ligari hac ſenten
tia eùm qui in lecto habitum dimittit: ſed quando ſine eo ho-
minum conſpectibus ſe exhibet in habitu laicali vel clericali
ſine iuſta cauſa: licet ex honeſtate ſemper illum deberet de-
ferre. Archid. verò addit quòd etiam non ligatur ſtando ſine
eo ex aliqua rationabili cauſa: puta vt dormiendo melius qui-
eſcat: ne in ſacris veſtibus appareat gibbus, vt quærat pulices,
vt ſe balneet, vt aptius ſcindat lignũ, & huiuſmodi. Petrus ve-
rò de Pal. addit ꝙ nec incidit dimittens ad horã ex iocoſa le
uitate, vt recitatum eſt ſuprà. Angelica verò addit quòd ad
incurrendam iſtam pœnã duo requiruntur. Primò, vt dimit-
tatur habitus extra monaſterium, non autem in monaſterio:
alioquin textus ſuperfluè loqueret dicens, in ſcholis vel alibi:
ſed ſuffeciſſet dicere, vbilibet. facit etiam ratio d. c. vt pericu-
loſa. quæ eſt vt religioſis ſubtrahatur materia vagandi. Se-
cundò vt dimittatur temerè. Sed Sum. Roſ. inſequitur & re-
prehendit Ang. in primo dicto, dicens ꝙ etiã in monaſterio
quis incidit ſi ſine habitu conſpectui ſeculariũ ſe præſentet
ſine cauſa rationabili. & tãdem vtraq; ſumma difficultatem
euadit per diſtinctionem ante factum & poſt factum. Sed tu
dic iuxta ea, quę ſuprà deducta ſunt, ꝙ licet malè faciat quo-
tieſcunque in monaſterio vel extra ſine rationabili cauſa ha
bitum dimittit, non tamen incidit in hãc ſententiã ſemper,
ſed qñ dimittit non reaſſumpturus ſtatim: vel ſi ſtatim, dĩ
mittit propter cauſam damnatã cum relatiõe ad alios. ¶ Se-
xtò quæritur, ſi habitũ dimittit, vt in religione alia citius re-
cipiatur, an incidat? Et dicit Arch. ꝙ ſic. Si tamen ſuum dimit
tens alterius religionis habitũ ſtatim ſine medio ſubinduat,
non incidit, ſecundum Gemi. Et ita conſuluit Lap. allega.
xxxiiij. Nec obſtat verbũ, religionis: quia vna eſt religio gene
raliter ſumpta quo ad tria vota. & ita tenet Sum. Ang. & Roſ.
Sed tamen iſta nõ ſunt vera: quia talis eſt verè fugitiuus qui-
do id facit ſine licentia hominis aut iuris: cùm ſit extra ſuum
monaſterium, & ſe celet abbati, ſiue ſubtrahat eius obedien-
tiæ: quod ſufficit ſecundum Io. And. & propter tales videtur
additum ly ſuæ, cùm tamen, ſecundum iſtũ intellectũ ſuffice-
ret dixiſſe religionis, maximè quia plerunq; ratio huius legis
in hoc caſu æquè, & fortè melius, militaret, quàm ſi habitus
ſecularis aſſumeretur, vt patet expertis religionũ. vide ĩ. Reli-
gio. vj. §. xv. item Habitus. §. ij. ¶ Vicesimaquinta † eſt in eo. c. 55
vt periculoſa. vbi excõmunicantur omnes religioſi qui acce-
dunt ad quæuis ſtudia literarum: niſi conceſſa prius licentia
ſuo prelato cum conſilio maioris partis ſui conuentus. Et in-
tellige ſi accedant extra clauſtrum etiam ſi illa ſtudia non
ſunt aliàs prohibita: puta ad ſtudium Theologiæ vel cano-
num, ſecundum doctores. Sed & ſi licentiam habeant, & habi-
tum dimittant, nihilo minus incidunt: vt in eo. c. patet. ¶ Pri-
mò verò quæritur, an ligetur abbas vadens ſine epiſcopi li-
centia? Et Gemi. dicit quòd non. Sed Arch. multa hinc inde di-
cit: & tandem cõcludit propter illud relatiuum ſuo, quod vi-
detur reſpicere immediatum prælatum illius conuentus:
quia licet peccet abbas, tamen non incidit in hanc pœnam:
quia conſtitutio eſt pœnalis. Quod verò dicitur de licentia
epiſcopi: videtur habere locum in monaſterio non exempto
ab eius iuriſdictione. Mihi videtur quòd cùm omnis præla-
tus habeat ſuperiorem præter ſummum pontificem: omnis
religioſus etiam abbas & prior relinquens gregem ſuũ, & ad
ſtudia proficiſcens ſine licentia ſuperioris ſui mediati vel im
mediati, liget: cùm ſit eadem ratio & maior de prelato, ſicut
de ſubdito: & ſic expreſſa ibi, ſcilicet vagatio. ¶ Secundò quę-
ritur, an monacho dictã licentiã dare poſsit epiſcopus ſine cõ
ſenſu abbatis? Et Arch. dicit ꝙ non: vt hic. & ar. xij. q. j. non di-
catis. Vñ eã dabit abbas, vel tenens vices eius, qui propriè di-
citur ſuus prelatus. Sed mihi videtur cõtra omnem rationem
quòd vbi nota authoritas abbatis ab epiſcopo dependet, puta
in non exemptis, ꝙ inferior aliquid poſsit, id eſt abbas, & non
ſuperior, id eſt epiſcopus: niſi ſuperior vtriuſq; ita ordinarit,
vt de monacho præficiendo eccleſiæ. xvj. q. j. cũ pro vtilitate.
quod in propoſito non habetur: quia qđ dicit, prælato ſuo, nõ
oportet limitare ad proximũ: maximè quia in hac re epiſco-
pus non habet propriũ intereſſe ſicut in alio caſu. ¶ Tertiò
quærit, quid poſsit religioſus accedens ad ſtudiũ cũ dicta licẽ
cia? Et dicit Io. And. ꝙ poteſt omnia, ſine quibus in ſtudio cõ
modè eſſe nõ poteſt. Et addit Arch. quòd ſi mutuũ cõtrahit,
tenebitur monaſteriũ vſq; ad modũ ꝓbabilem: niſi actũ fuiſ-
ſet quòd alius pro monacho ſumptus inueniret. Si autem ob-
ligaret libros vel res alias pro ſcholari vel alio, nõ valet obli
gatio: quia monachus ſeruus eſt monaſterij. diſt. liiij. multos.
56 idem ſi fideiuſsit pro aliquo. hęc ille. ¶ † Vigeſimaſexta eſt in
eodem c. vt periculoſa. vbi excõmunicantur omnes doctores
ſiue magiſtri, qui religioſos habitu ſuo dimiſſo legem aut
phyſicam audientes, ſcienter docere, aut in ſcholis ſuis præ-
ſumpſerint retinere. ¶ Primò verò quæritur, an incidat do-
ctor ſi religioſus habitum non dimittat? Et ſecundum Sum.
Roſ. gl. dicit quòd nõ: quia pœna iſta non eſt amplianda. Sed
tu dic quòd glo. illud non dicit, ſed recitat, & tam ipſa quàm
Archi. & Ioan. And. tenent quòd incidit doctor, ſaltem poſt-
quam monachus incidit, ſcilicet in ſententiam de qua ſuprà
Excõmunicatio viij. §. vj. quia participat in crimine: & ſic ea-
dem & non minori excõmunicatione ligatur: extra de ſent.
57 excom. ſi concubinæ. ¶ † Secundò quæritur, ſi monachus do-
mum habet iuxta ſcholas, ex qua poteſt audire lectionem, &
doctor ſcit ac legit an ſit excõmunicatus? Et glo. dicit quòd
non: quia prohibere non poteſt quin moretur in propria do-
mo. ¶ Tertiò quæritur, an vi poſsit expelli de ſcholis talis mo
nachus nolens exire ſine metu excõmunicationis? Et gloſ. ſi-
ue Io. And. videtur tenere quòd ſic. & hoc tenet Dire. lib. ij. &
dicit idem tenere Arch. ar. in c. veniens. de ſent. excõ. vbi mo-
nialis turbans officium, expulſa eſt de eccleſia ſine metu ex-
cõmunicationis à ſacerdote etiam cõmoto: quia ex iuſta cau
ſa facit. Vbi cõmuniter notãt doctores quòd tex. loquitur in-
diſtinctè, ſiue talis eijciens clericũ prælationem habeat, ſiue
nõ. Sic etiam eijcitur tumultuoſus de ſynodo. v. q. iiij. in loco.
& à ſimili iſte de ſcholis qui doctorem & ſcholares cõturbat.
Intelligo tamen iſta citra ſanguinem & percuſsiones. Qui ſi
expelli non poteſt, ſcilicet ſine periculo verberum aut ſangui
nis, ſecundum gl. doctor exeat ſcholas: ſicut dicimus quando
excõmunicatus intrat eccleſiam. ¶ Quartò quæritur an locũ
haberet ignorantia in doctore, ſi religioſus in ſuo habitu in-
cederet? Et dicit glo. quòd non. Si autem incederet ſine illo:
58 tunc probabiliter poterit ignorare. ¶ † Vicesimaſeptima eſt
in c. quicunque. de hære. lib. vj. vbi excommunicantur omnes,
qui ſcienter præſumpſerint eccleſiaſticæ tradere ſepulturæ
hæreticos, credentes, receptatores, defenſores, vel fautores
eorum: nec abſolui debent niſi proprijs manibus extumu-
lent huiuſmodi corpora damnatorum: & locus ille perpetua
caret ſepultura. Eſt autem tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ,





ſecundum Arch. tumulare in cœmeterio eccleſiæ, vel alibi
ad modum Chriſtianorum. Et intellige modum iſtum quan
do fit cum ſigno crucis & pſalmis & orationibus. Vnde ſecun
dum mentem eius incidit in hanc pœnam qui cadauera ta-
lium inueniens in agro, ea Chriſtianorum more tumulat.
¶ † Vigeſimaoctaua eſt in ca. vt inquiſitionis. de hære. lib. vj.
vbi excommunicantur Poteſtates, domini temporales, recto
res, vel eorum officiales, ſeu baliui, qui de crimine hæreſis co
gnoſcunt vel iudicant: ſiue ſi captos pro eodem crimine abſ-
que eorum vel inquiſitorum licentia à carcere liberant, vel
executionem pro huiuſmodi crimine eis à diœceſano vel in-
quiſitore iniunctam non implent, prout ad eorum ſpectat of
ficium. Item ſi directè vel indirectè præſumant ſententiam
aut proceſſum diœceſanorum aut inquiſitorum impedire:
vel ſi diœceſano aut inquiſitoribus præſumpſerint ſe oppo-
nere in his quæ ad prefatum fidei negotium incumbunt, aut
aliter impedire: cum omnibus ſcienter dantibus eis in prædi
ctis auxiliũ, cõſilium vel fauorem. Quod tamen limitat Mat.
verum quãdo facit quis animo impediendi officiũ. Secus aũt
ſi impediret animo offendendi: qa ſcilicet eſt inimicus ſuus:
quia ſic non eſſet excõmunicatus, licet impediret. ¶ Primò
verò quæritur, quomodo intelligitur dicta cognitio? Et dico
quòd incidũt ſiue cognoſcãt principaliter: puta qa de cauſa
principali cognoſcentes hæreticum faciũt capi. Siue inciden
ter: puta quia fecerant eum capi alia de cauſa: ſed incidenter
de hoc quæſierunt iuridicè. ¶ Secundò quæritur, quid ſi epi-
ſcopus & inquiſitor diſcordant in mandato: quia ſcilicet vnus
mandat puniri per ſe condemnatum: alter verò relaxari per
ſe abſolutum? Et dicit Io. And. quòd videtur ſuperſedendum
donec Papa conſulatur. ¶ † Vigeſimanona eſt in c. vnico. de 59
ſchiſma. lib. vj. contra Iacobum de Columna & Petrum nepo
tem olim Cardinales eccleſiæ Romanę ſchiſmaticos: ſed qa
hodie non habet locum pertranſeo. ¶ Trigeſima eſt in c. j. de
homi. lib. vj. vbi excõmunicantur omnes qui per aſſaſsinos ali
quem interficiunt: de quo dic vt ſuprà Aſſaſsinus. ¶ † Trigeſi- 60
maprima eſt in c. j. de vſur. lib. vj. vbi ſic dicitur, Hac generali
conſtitutione ſancimus, vt nec collegium, nec alia vniuerſi-
tas, vel ſingularis perſona, cuiuſcunque ſit dignitatis, condi-
tionis aut ſtatus alienigenas, & alios non oriundos de terris
ipſorum publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exer-
cere volentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere vel con
ductas habere, aut aliàs habitare permittant: ſed huiuſmodi
vſurarios manifeſtos omnes intra tres menſes de terris ſuis
expellant, nũquam aliquos tales de cætero admiſſuri. Nemo
illis ad fœnus exercendum domos locet: vel ſub alio titulo
quocunque concedat. Qui verò contrarium fecerit: ſi perſo-
næ fuerint eccleſiaſticæ patriarchę, archiepiſcopi, epiſcopi, ſu
ſpenſionis, minores verò perſonæ ſingulares excõmunicatio-
tionis: ſi aũt collegium vel alia vniuerſitas, interdicti ſenten-
tiã ipſo facto ſe nouerint incurſuros: quam ſi per menſem a-
nimo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum, quãdiu in eis ijdẽ
vſurarij commorantur, ex tunc eccleſiaſtico ſubiaceant in-
terdicto. Cæterũ ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſ
modi exceſſu omni ceſſante priuilegio per cenſuram eccle-
ſiaſticam cõpeſcantur. hæc ibi. ¶ Primò verò quæritur, quo-
modo hic alienigena & oriũdus capitur? Et dico quòd oriun
dus dicitur is, qui ortus eſt ibi, vel in vico ciuitatis illius. ff. ad
municipa. l. qui ex vico. vel etiam ſi pater eius inde originem
duxit. ff. eodem tit. l. aſſumptio. §. filius. Et idem dicitur indi-
gena, quaſi inde ſiue ex eodem loco genitus. Alienigena verò
dicitur, qui in alia genitus eſt patria: ſed hic accipitur pro eo
qui genitus eſt de terra, quę non eſt eius dominij, ad quod ſe
transfert, ſecundum Gul. Bar. Zen. & Franciſcum, qui refert

ſe hoc habuiſſe à compoſitoribus huius conſtitutionis apud
Lugdunum: licet Ioannes Andreas in nouel. hic dicat ſumi
alienigenam pro eo qui non eſt oriundus de ciuitate in qua
habitat, & ſi de alia eiuſdem dominij. Sed tenendum eſt pri-
mũ, quia conſtitutio eſt pœnalis. Sed nota quòd non eſt idem
eſſe ſub eodem domino, & ſub eodem dominio: quia aliquã-
do ſub eodem domino ſunt diuerſa dominia diuerſorum ti-
tulorum, puta regnum Aragoniæ & Granatæ. Hæc ergo cõ
ſtitutio non extenditur ad vſurarios inde genitos, ſecundum
glo. quia non eſt tantum ſcandalum: nec ad alienigenas diuer
ſæ ciuitatis & eiuſdem dominij: ſed ad alienigenas alterius
dominij: etiam ſi ſint ciues aut incolæ. Qui autem dicantur
vſurarij manifeſti infrà, Vſura. iiij. ¶ Secundò quærit', de qua
vniuerſitate intelligatur iſta conſtitutio? Et Gul. quidem &
Pet. & Arch. dicit quòd intelligit' de eccleſiaſtica & ſeculari:
vt generaliter dictum generaliter intelligatur. Sed Io. And.
dicit quòd iſte intellectus eſt nimis rigoroſus: & totũ orbem
includeret iſtud interdictũ: ideoq; magis ei placet quòd in-
telligatur de eccleſiaſtica. Et conſentit Hoſt. & Pau. & Io. de
Lig. & Io. de ſan. dicens quòd hoc probat verbum, cæterum,
quod aduerſatur præcedentibus. Ioan. autem de Imola dicit
quòd iſta opinio eſt tenenda per regulam, in pœnis. de re. iur.
ſed de rigore iuris fortè, inquit, verior eſt alia opinio. Sed ta-
men no. ſecundum Gemi. & Franc. quòd monitio requiritur
antequam laici compellantur. Tertiò quæritur quando cur-
rat tempus trium menſium? Et dicit gl. quòd poſt duos men-
ſes à tempore publicationis regulariter ligat conſtitutio. de
poſtu. præl. c. j. interdum tamen augetur, interdumq; minui-
tur: vt hic. Sed tamen ſi vnus ſimpliciter denuntiat domino
terræ, nõ tenetur expellere eum, qui dicitur eſſe talis: ſed de-
bet inquirere: & ſi verum reperit, expellere. ¶ Quartò quærit
glo. an incidat qui locauit vſurario ignoranter, vel non ad fœ
nus? Et dicit eadem glo. quòd excuſat probabilis ignorantia:
ex quo tamen ſcit, debet expellere illum. quod verum eſt ſe-
cundum Arch. ſi hoc ignoto locauit, vel noto, qui vſuras exer
cere non conſueuit: aliàs præſumitur quòd locauerit ad hunc
finem: arg. de pigno. illo vos. Et idem dicas ſi titulo pignoris,
commodati, vel precarij, vel alio titulo cõcedat, vt ibi: etiam
ſi donauit aut vendidit, ſecundum Guli. Dur. & Arch. quia ta-
les ſunt tituli. ff. pro do. C. de vſucap. pro donato. & pro em-
pt. & verbum, concedat, generale eſt vt accipiatur ſecundum
naturam contractus cui adijcitur. arg. ff. loc. l. ſi vno. Et idem
tenet Dir. lib. iij. Io. tamen And. in gl. dicit quòd ſi donat, ven
dit, vel permutat, non videtur locum habere iſta conſtitutio
per verbum, concedat, quod ſolùm vſus conceſsionem, non
domini tranſlationem denotare videtur. ſed primum eſt tu-
tius. Et ſecundum gl. ſimiliter incidit, ſi ſine titulo eum ibi eſ
ſe permittat. ¶ Quintò quæritur, an incidat qui locat, aut
aliàs concedit non ad fœnus exercendum, ſed ad habitãdum,
licet in alia domo fœnus exerceat? Et dicendũ videtur quòd
non: quia text. dicit, ad fœnus exercendum: & conſtitutio eſt
pœnalis, & conſequenter reſtringenda. Et hoc videtur aper-
tè tenere gloſſ. quæ ad hoc quæſitum ſimul cum quæſito de
61 ignorantia reſpondet. ¶ † Sextò quæritur, an dictæ pœnæ lo-
cum habeant in vſurarijs Iudæis? Et dico quòd licet iſta con-
ſtitutio ſecundum Franciſcum, ſit facta propter aliquos
Chriſtianos. quos habes in glo. huius capituli, tamen locum
habet in Iudæis ſecundum Gemini. in d. cap. j. & Laur. de Ro-
dul. cum text. indiſtinctè loquatur, ſicut & cle. ex graui. eod.
tit. quæ comprehendit etiam Iudæos: vt patet per gl. in ver-
bo, cenſuram. Idem tenuit Card. in Clem. j. de vſur. & Paul. &
Bald. in quodam conſilio quod incipit, inter Iudæos. vbi dicit
quòd clericus locans domum Iudæis ad publicè fœneran-
dum, ipſo facto excommunicatus eſt per capitulum iſtud: &
ita tenendum eſt, licet aliqui ſentiant contrarium: vt infra
Vſura nonò. §. iiij. vide etiam Vſura nonò. §. vltimo. ¶ Septi-
mò quęritur, vtrum dictis vſurarijs recedentibus vel expulſis
de terris quæ erant interdictæ propter hoc, quòd locatores
ſententiam per menſem ſuſtinuerant, remaneant interdictæ
vel liberæ? Et dicit glo. quòd non remanent interdictæ: & ideo
non erit neceſſaria relaxatio. ¶ † Trigeſimaſecunda eſt in c.
vnico. de iniurijs libro ſextò, vbi excommunicantur conce-
dentes repræſalias contra perſonas eccleſiaſticas vel bona
ipſarum, vel generaliter conceſſas prætextu cuiuſuis conſue-
tudinis ad eaſdem extendentes: niſi intra menſem à die con-
ceſsionis reuocent. Intellige tamen ſi ſunt perſonæ ſingula-
res: ſi autem eſt vniuerſitas, eccleſiaſtico ſubiacet interdicto.
Sed not. ſecundum Arch. & glo. quòd concedere pertinet ad
concedentes repræſalias ſiue ſuperiores aut ciuitatem: man-
dere verò ad eos, quibus ſunt conceſſæ. ¶ Primò verò quæri-
tur, vtrum ſit locus huic decretali, ſi captus eſt clericus prin-
cipalis debitor, ratione cuius repræſaliæ ſunt conceſſæ? Et
gl. dicit quòd non: tum quia idem grauatur pro ſeipſo, & ſic
ceſſat ratio textus ibi, in quibus alius pro alio grauatur: tum
quia conſtitutio eſt pœnalis: ideò reſtringenda. Et ita refert
& tenet Sum. Roſ. Sed iſta fortè non benedicuntur. Primò
quidem, quia glo. non dicit hoc, ſed recitat Guliel. Secundò,
quia in hoc caſu militat ratio textus, quæ, vt patet intuenti
eſt dignitas eccleſiaſticæ perſonæ: non autem aggrauatio
vnius pro alio: quia hoc textus inducit ad declarandum natu-
ram repræſaliarum, non ad aſsignandam rationem huius
prohibitionis. Tertiò, quia licet conſtitutio pœnalis ſit re-
ſtringenda in dubio, non tamen eſt truncanda: nec aliquid eſt
negandum ſequens ex illa, cuiuſmodi eſt oppoſitum illius o-
pinionis: quia ſecundum textum, ſi repræſaliæ intra menſem
non reuocentur, ligantur concedentes, etiam ſi nullus cleri-
cus capiatur: multò magis ſi capiatur aliquis: etiam ſi ille ſit
debitor: etiam ſi eo capta reuocentur intra menſem: quia fa-
cta ſatisfactione conſueuerunt omnes repræſaliæ reuocari
& conſequenter, ſecundum iſtum intellectum, hæc conſtitu-
tio mandans reuocationem, nihil mandaret. Vnde ſecundum
Gul. reuocatio re integra fieri debet: aliàs locum habet pœ-
na. Dico ergo quòd incidunt: & tantò magis, quantò conſtitu-
tio eſt in fauorem ordinis clericalis: vnde latè interpretanda
eſt, vt patet per notata à Pan. in c. non dubium. de ſent. excõ.
Sed tamen aduerte quòd quantum pertinet ad iſtam conſti-
tutionem, non refert vtrum capiatur clericus vel res clerici.
¶ † Secundò quæritur, ſi intra dictum menſem, in quo reuo-
catio mandatur, procedatur ad actum pignorando eccleſia-
ſticam perſonam, an ſit locus huic pœnæ. Et dico ſecundum
Gemi. quòd ſic: quia conſtitutio actum prohibet: & præcipit
reuocationem intra menſem. Idem videtur ſentire Guliel. di-
cens quòd ſi reuocatio non fiat re integra, locus eſt pœnæ.
¶ Tertiò quæritur, quando aliquid in iure mandatur fieri in-
tra menſem, quod dies habet ille menſis? Et Pet. dicit de ſen.
exc. ſacro: quòd debet habere dies xxx. per c. illicita. xxiij. q. iiij.
ſed contra, quia iam duo ſemeſtria non facerent integrum
annum vt dicitur in c. licet. de ſup. neg. præl. ſed facerent ſo-
lum ccclx. dies. Si verò eſſet xxxj. facerent ccclxxij. ſi xxviij. iu-
xta quod vulgus recipit quatuor ſeptimanas pro menſe, eſ-
ſent cccxxxvj. Et ideò dicit glo. in c. quàm ſit. de elect. lib. vj.
quòd cùm dicitur, electum debere præſtare aſſenſum intra
menſem à præſentatione electionis: ille menſis tot habet
dies, quot ille in quo electio præſentatur: & ſi aliqui lapſi ſunt,
ſupplentur de menſe ſequenti. hæc ibi. Et idem ſuo modo in
quolibet negotio intelligendũ eſt. ¶ Quartò quæritur, vtrum
repræſaliæ concedi poſsint pro credito clerici vnius diœce-
ſis contra clericũ alterius? Et dicit gl. ꝙ nõ. ¶ Trigeſimater-
tia eſt in c. felicis. de pœ. lib. vj. de qua habes ſ. Excõmunica-
64 tio. vij. excommunicatione xj. ¶ Trigeſimaquarta † eſt in cle.
65 vnica. de ſequeſ. poſ. vbi excõmunicatur omnes qui ſequeſtra-
tionem factã per ordinarium loci de beneficio eccleſiaſtico
poſſeſſo per triennium integrũ pacificè poſt ſentẽtiam diffi-
nitiuam cõtra poſſeſſorem apud ſedẽ apoſtolicam duntaxat
in petitorio vel poſſeſſorio promulgatam impedire, vel fru-
ctus ſequeſtratos qui ſuperſunt oneribus tenentis ſequeſtra-
tum beneficium occupare præſumpſerint: à qua ſent ẽtia nul-
latenus abſoluantur, niſi vſurpata reſtituant & remoueant
impedimẽtum: nec poteſt ſequeſter ſecundum gl. ipſos fru-
ctus cõuertere in vtilitatem beneficij, propter verbum, reſti-
tuat, & idẽ Pau. & Zenze. ¶ Primò no. quòd ſecundũ Io. And.
non habet locum iſta cõſtitutio in ſententia interlocutoria,
quę ſcilicet inter principium & finem cauſæ fertur ſuper his,
quæ incidunt & emergũt: ſed in diffinitiua, ſcilicet quæ prin-
cipalem cauſam diffinit: nec tamen in quacunq; diffinitiua:
ſed in ea quæ eſt ſuper beneficio eccleſiaſtico. Vnde ſi inter
petitorẽ beneficij & poſſeſſorẽ eſſet quæſtio alia perſonalis
vel realis, & feratur diffinitiua pro petitore: non eſſet locus
conſtitutioni, vt dicit. ¶ Secundò no. pro ampliori verborum
intellectu quod dicitur de beneficio: quia nõ fructus tãtùm,
ſed etiam beneficiũ ſequeſtratur, ſecundum Ioan. And. etiam
ſi dignitas vel perſonatus vel curã habẽs animarũ, vt dicitur
in tex. Dicitur etiam contra poſſeſſorẽ: quia nõ ſit ſequeſtra-
tio, ſecundum eundem: ſi ſententia feratur cõtra petitorem:
ſimiliter nec ſi feratur pro petitore contra aliũ vel alios cõ-
petitores: ſimiliter nec ſi feratur contra poſſeſſorẽ, nõ tamẽ
pro petitore qui forſan ad priuationẽ agebat. Dicitur etiam,
promulgata, ſcilicet per auditores curię, à quorũ ſentẽtijs ap
pellatur, vt idem dicit. Dicitur etiã, nullatenus: per quod vi-
detur ꝙ abſolutio contra hoc facta nõ teneat. Sed tamẽ Io.
And. de iure pa. c. j. in cle. ſentit ꝙ tenet, licet abſoluẽs ſit pu-
niendus: & in c. venerabilibus. de ſen. excõ. lib. vj. ad quod ſe
remittit, dicit quòd tenet abſolutio iniuſta, dummodo abſol-
uens habeat ſuper hoc iuriſdictionẽ: ſicut etiã tenet iniuſta
excõmunicatio. xj. q. iij. c. j. quia par ius voluit eſſe dominus
ſoluendi & ligandi. de pœni. diſ. j. verbum. vide Excommuni-
66 catio ij. §. j. ¶ Trigeſimaquinta † eſt in cle. j. de ſepul. vbi ex-
communicantur omnes, etiam exempti, ſecundũ Pau. qui ſciẽ-
ter tempore interdicti in caſibus non conceſsis à iure ſepe-
liant in cœmeterijs. & idem in eccleſia, excommunicatos pu
blicè, ſcilicet maiori ab homine, vel à iure, ſecundum Inn. in
cap. ſacris. de ſepul. aut nominatim interdictos, ſcilicet à diui
nis & participatione ſacramẽtorum, ſecundũ Pau. quia inter-
dicti à iuriſdictione vel aliquo officio nõ priuantur alijs diui
nis: & conſequenter nec ſepultura: aut vſurarios manifeſtos,
nec debẽt abſolui niſi prius ſatisfecerint his, quibus eſt iniu-
ria facta, per arbitrium diœceſani. Vnde quatuor ſunt qui ibi
excommunicantur, ſcilicet ſepeliẽs publicè excommunica-
tum, vel manifeſtum vſurarium, vel nominatim interdictum
vel tempore interdicti in caſu non conceſſo à iure. ¶ Primò
verò quæritur: quis dicatur publicè excommunicatus? Et di-
cit gloſſ. in cap. exceptionem. de exceptio. quòd ſi iudex tulit
ſententiam in loco vbi publicè iudicare conſueuit præſenti-
bus officialibus ſuis & partibus vel altera abſente per contu-
maciam: ſatis dicitur publicus, aliàs ſecus. Sed gloſſ. Ioannis
And. in dicta cle. j. dicit ſibi gloſſ. iſtam non placere ſimplici-
ter quantum ad iſtum caſum: & vt dicit Panormitanus, lo-
quitur obſcurè. Sed adde tu quòd videtur dicere oppoſita:
dicens ſe fateri talem eſſe publicè excommunicatum & non
eſſe: ſed excommunicatio, inquit, ex qualitate fori. multitu-
dine ſcilicet, vel paucitate officialium & aſtantium dicitur
publica vel nõ publica: ita quòd in hoc caſu veritas rei pon-
deretur: vt quo ad hunc caſum videamus an præſumatur ſe-
pelientes ſcire: vel ſaltem ſit caſus quo ſit eis imputandum ſi
ignorarunt quod publicè ſciebatur. xij. q. ij. qui & humanis.
aliàs poſſet eſſe occultus, licet per iudicem in bãcho coram
duobus vel tribus fuerit promulgata. hæc ibi. Et Panormi-
tanus in d. cap. exceptionẽ. dicit ipſum velle dicere quòd non
dicitur quis publicè excommunicatus reſpectu aliorum, eo
quòd ſententia fuerit lata præſentibus officialibus & parti-
bus: quia exigunt publicitatẽ reſpectu aliorũ ad hoc vt præ-
ſumatur ſciẽtia. hæc ille. qui deinde ſic diſtinguit: Si agitur de
pœna incurrẽda reſpectu participantiũ ipſi publicè excõmu-
nicato, habet locum gl. cle. quia verba debẽt ſtrictè capi, ne
quis puniatur, & maximè ſine culpa: nam de facili nõ habetur
ſcientia de eo quod iudex fecit in bãcho ſuo corã paucis. Sed
reſpectu ipſius excõmunicati ſatis credo, inquit, excõmunica
tionẽ eſſe publicã, ſi ipſe interfuit, vel fuit ad hoc citatus: quia
quod fit in iudicio, dicitur notorium: vt in c. veſtra. & in cap.
fin. de coha. cle. & mu. quinimo dicitur id, quod ex probatio.
conſtat, manifeſtum: vt in c. cum olim. de ver. ſig. hęc Panor-
mitanus. qui etiam de hoc clarius loquitur in quodã conſilio
quod incipit, ſaluatoris Ieſu Chriſti. Et ſic collige ꝙ duplici-
ter dicitur publicè excõmunicatus. primò ſcilicet quo ad ſe,
vt ſubiaceat omnibus pœnis illatis publicè excõmunicato: vt
qui eſt excõmunicatus iuridicè. ¶ Secũdò quo ad alios: vt qui
eſt excõmunicatus corã multitudine, ſic vt de hoc notitiam
habeat maior pars populi: ſicut etiã duplex eſt notorium, ſci-
licet iuris & facti: vt j. Notoriũ. ¶ Secundò † quęritur, an inci- 67
dant in hãc pœnam ſepeliẽtes excõmunicatum publicè pu-
blicitate iuris, ſiue primo modo? Et dico ſecundũ omnes ꝙ
non, ſi ſit occultum, id eſt, non publicum publicitate facti. &
iſti hoc neſciunt: quia conſtitutio iſta requirit ſciẽtiam, vt ibi:
ſciẽter. & ibi: temeritatis audacia. quia vbi eſt ignorantia, te-
meritas dici non poteſt, ſecundum Zen. Si autẽ ſit dicto mo-
do occulto, & ſepelientes hoc ſciunt: quidam dicunt non eſſe
locum huic pœnæ, licet incidant in minorem, ſcilicet partici
pando mortuo excommunicato maiore: non obſtante quòd
participatio ſit fauorabilis, ſcilicet lauando, ſepeliendo, & hu
iuſmodi. Et hanc opinionem ſequitur Summa Ro. ſed oppo-
ſitum tenuit Sum. Angelica. & hoc eſt verius: quia Panormi-
tanus in d. c. exceptionem. poſtquam dixit factum in iudicio
eſſe publicum, ſubiungit: Et per hoc infero quod etiam vbi
agitur de incurrenda pœna, vt in caſu illius cle. id eſt, reſpe-
ctu ſcientium ſententiam eſſe latam, prout dicitur in gl. cap.
exceptionem: dico iſtum dici publicè excommunicatum: &
ſic iſti incurrerent pœnas inflictas contra cõmunicantes, vt
ſepelientes publicè excommunicatum. licet aliter, & minus
bene, videatur ſentire illa gl. ſcilicet d. cle. hæc ille. Si autem
excommunicatio eſſet occulta de facto & de iure, & ſepeli-
entes tamen eam ſcirent, non inciderent: quia conſtitutio re-
quirit ſententiam & publicitatem. ¶ Tertiò quæritur, an re-
quiratur quòd locus ſepulturæ ſit benedictus, ad hoc vt lo-
cum habeat iſta pœna? Et Card. dicit quòd requiritur quòd
ſit benedictus: quia non dicitur cœmeterium, niſi per benedi-
ctionem: arg. capit. nemo. de conſec. diſtin. j. Et idem tenere
videtur gloſſa dicens non eſſe locum huic pœnæ, ſi in cam-
pis & locis priuatis aliqui eos ſepeliãt: etiã ſi locus eſſe con-
tiguus eccleſiæ vel cœmeterio, ex quo non eſt ad vſum cœ-
meterij per epiſcopum benedictus: vt in dict. cap. nemo. Opi
nio verò tenens contrarium, poteſt eſſe vera, quando locus
diu habitus eſt pro benedicto, licet in veritate non ſit be-

nedictus.¶Quartò queritur,an requiratur quòd ſit benedi-
ctus totus?Et dico ꝙ ſic,quia dicit Zab.de mente Lau.ꝙ re-
ligioſi ampliãtes cœmeterium, ſi in illa ampliatione ſepelie
rũt nõ eſt locus huic pœnæ,ſi non eſt per epiſcopũ ſolenni-
ter benedictũ,& ſi erat per epiſcopũ dedicatũ:& ampliarunt
non interueniẽte aliqua ſolẽnitate,non incidũt ſepelientes in
addito,quia in talibus requiritur deputatio cum ſolẽnitate vt
in authẽ.de mona.§.illud.Arguit autẽ Lau.ꝙ incidant: quia
eccleſia gaudet immunitate,etiã ſi non ſit didicata:& cœme-
terium & eccleſia in talibus pari paſſu ambulãt.de cõſe. ec-
cleſi.cõſuluiſti.Vnde ſufficit ꝙ de cõſenſu epiſcopi illa pars,
cui hæc eſt addita,deputata erat ad vſum ſacrum, vt dicatur
locus religioſus.de relig.do.ad hæc.Sed reſpondet quòd hoc
procedit de eccleſia:ſi ibi fuerunt celebrata diuina,nõ aliter:
vt notatur de immu.ecc.c.ſi.& de hoc ſ. Abſolutio.j.Ex qui-
bus videtur ꝙ ſepelire in parte addita,ſit idem quod ſepelire
in loco prophano:nec tunc eſſe locum huic pœnæ.quod ve-
rum eſt quando hoc conſtat:vt quia nouiter factum eſt. Se-
cus ſi diu fuit ſeruatum:quia totus locus pro cœmeterio ha-
68 betur.¶Quintò† quæritur an interdictus, ſed non nomina-
tim,poſsit ſepeliri in cœmeterio?Et dicit gl.quòd ſic,dũmo-
do locus non ſit interdictus.quod Stepha.verũ dicit,niſi quã-
do pro certo ſciret,eum tale quid feciſſe,propter quod erat
interdictus:quia talis etiã in cœmeterio ſepeliri non debet.
Pro gl.tamẽ videtur facere quod dicit Lau.vt nõ ſufficiat ad
hanc pœnam notorium facti,niſi adſit iſta qualitas nomina-
tim,ſcilicet in denuntiatione nominatim ſpecialiter vel ex-
preſsè:Sed primum eſt verius:vt j.Nominatim.¶Sextò quæ-
ritur,quid dicẽdum ſi quis ſepeliat publicè excõmunicatum,
interdictum nominatim,& manifeſtum vſurarium tempore
interdicti.Et dicit Pau.quòd talis eſt ligatus quadruplici ex-
communicatione.Et addit Ioan.And. quòd de omnibus de-
bet ſatisfacere, & ab omnibus abſolui. ¶Septimò quæritur
quid ſi ſepeliẽs ignorabat iſtum eſſe publicè excommunica-
tum,nominatim interdictum,vel manifeſtum vſurarium?Et
dicit glo.quòd non incidit:quia conſtitutio ſciẽtiam requirit
& temeritatem,vt dictum eſt imò dicit Lau.quòd nõ incidit
qui hoc facit ignorans ius,ſi ei illud licet ignorare. Et idem
tenet in effectu gl.& Pau.& Zen.qui videtur velle quòd in
hoc caſu iuris error ſimpliciter excuſet:quia iuris error excu-
ſat à dolo.ff.de abig.l.j. ¶Octauò † quæritur , quare dicitur
69 in caſibus non conceſsis à iure? Et dicit glo.hoc dici propter
clericos,qui ſeruauerunt interdictum , quibus conceditur eo
tempore ſepultura cum ſilentio & abſque campanarum pul
ſatione:& propter priuilegiatos circa confratres.In quatuor
verò feſtiuitatibus,in quibus eo tempore celebrari poteſt al-
ta voce,non putant mortuos poſſe ſepeliri: vt de priuil.cum
& plantare.licet multoties fuerit contrariũ obſeruatum: Idẽ
Pau.& Zen.ſed vide j.Interdictum v.§.ij.particu.iiij. ¶No-
nò † queritur quid de portantibus ad ſepulcrum,& comitan
70 tibus ad illud,& fabricantibus,& fodiẽtibus, vel aperiẽtibus
illud,aut de prælatis,clericis vel miniſtris eccleſiarũ,in qua-
rum cœmeterijs ſepeliuntur,qui hoc non prohibent, ſed pa-
tiuntur,aut de portantibus cruces & cereos. Glo.quidem ad
partes arguit:ſed non determinat. Pau.verò tenet quòd li-
gantur ſolùm tumulo imponẽtes,& ſepeliri faciẽtes vel man
dantes : non autem dicentes officium, quia non ſunt ſepeli-
entes , quos litera punire videtur.Summa verò Angel.tenet
quòd ſolùm imponentes tumulo,& mandantes, & præſtan-
tes authoritatem, & prælati non prohibentes dolosè & offi-
ciales ſecundum morẽ ſepulturę.Stephanus autẽ quòd om-
nes prædicti & etiam concomitantes cauſa honoris.Et idem
tenet Ioãnes Cald. de cen.eccleſiaſtica,ſi cum diuino officio
ſepultus ,eſt nominatim interdictus,vel etiam non nomina-
tim,ſed tempore interdicti in caſu à iure non conceſſo:quia,
inquit,hoc caſu ſunt omnes participes criminis, ſiue coope-
rantes.ad quod de ſen.exc.nuper.¶ Decimò quid de ſepelienti-
bus in loco cœmeteriato ſine officio clericorum?Et dico ꝙ
ſecundum Pau.ligantur.Sed Ioannes Cald. dicit quòd licet
ſit tutius dicere iſtos ligari,tamen oppoſitum eſt verũ,ſcilicet
quòd hac pœna non ligantur:ſed tamen puniri poſſunt pœ-
na arbitraria,eo ꝙ generalẽ prohibitionem contemnere vi-
dentur.iij.q.iiij.Engeltrudam.& hoc tene quia cõſtitutio eſt
pœnalis.¶Vndecimò,quid ſi clerici ſuper funus officium ſe-
pulturæ dicunt,& deinde illud in cœmeterio non reponunt
ſed in loco ſecreto?Et dicit Io.Cal.ꝙ ligantur: quia aliàs ſic
continuè fieret durante interdicto:& conſequẽter Clemen-
tina iſta eſſet ludibrio.Dicta autem de interdictis, applicari
poſſunt ad manifeſtos vſurarios & publicè excõmunicatos.
¶Duodecimò quid de clericis officialibus portantibus cru-
ces ac cereos aſſociantibus & portantibus feretrum ac ſi ibi
eſſet alicuius prędictorũ cadauer:cũ tamẽ ibi realiter nõ ſit.
Et dicit Lau.& Ridol.in tracta.de vſur.idẽ iudicãdũ eſſe , ac
ſi eſſet.¶Decimotertiò† quid ſi in vſurario manifeſto appa-
reant ſigna cõtritionis,& iubet ſatisfieri de vſuris:& poſt eius 71
mortẽ præſtatur cautio ab hæredibus de reſtituẽdo:Et dicit
gl.& Ioannes de Lig.quòd cautio valet vt ſepeliri poſsit li-
cet nõ vt recõualeſcat teſtamentum, quod ab initio nullum
fuit ex perſona teſtãtis:& ſi factum fuit antequã eſſet vſura-
rius manifeſtus,per ſequẽs delictũ infirmatur, ſecundũ Pau.
Si autem dicta ſigna non apparẽt,hæredum cautio non ſuffi
ceret,cùm deceſſerit in mortali.Et de hoc j.Reſtitutio.ix.
¶Trigeſimaſexta † eſt in cle.j.de deci.vbi excõmunicantur 72
omnes religioſi adminiſtrationem vel beneficia non haben-
tes,qui noualiũ aut alias decimas eccleſijs debitas:& ad eos
non ſpectantes,ſibi vſurpare præſumunt :ſeu qui de anima-
libus familiarium aut paſtorum ſuorum vel aliorum anima-
lium immiſcẽtium eorum gregibus,aut qui de animalibus,
quæ in fraudem eccleſiarum emunt,empta venditoribus vel
alijs ab ipſis emenda tradunt , ſeu qui de terris,quas tradunt
alijs excolendas , decimas ſoluere non permittunt,aut pro-
hibent: ſi poſt requiſitionem factam ab eis , quorũ intereſt,
non deſtiterint intra menſem : vel ſi de his quæ contra præ-
miſſa vſurpare vel retinere præſumpſerint, intra duos men-
ſes eccleſijs damnificatis emendam non fecerint competen-
tem:nec debent abſolui niſi antè ſatisfactionem condignam
fecerint.Ligat autem hæc pœna etiam fœminas religioſas
ſecundum gloſſ.Ciſterciẽſes & hoſpitalarios: non autem li-
gat ſcholares,clericos aut laicos.Sum. verò Roſ.dicit quòd
ligat etiam religioſum tranſlatum ad eccleſiam ſecularem:
quod eſt falſum, quando habet adminiſtrationem, id eſt, di-
ſpenſationem temporalium, vel beneficium . Religioſi au-
tem habentes adminiſtrationem vel beneficium in prælatis
non incurrunt excommunicationẽ,ſed ſuſpenſionem ab offi
cijs,adminiſtrationibus & beneficijs:vt dicitur in textu.
¶Primò verò quæritur quid de decimis debitis,non eccleſijs,
ſed priuato ex feudo vel priuilegio?Et dicit ibi gloſſa non
eſſe locum huic pœnæ: ¶Secundò quæritur quid ſi prædi-
cti non prohibeant alijs,& tamẽ ipſi decimas nõ ſoluũt,cùm
debeant? Et dicit gloſſ. Pau.& Zenze.quod non ligantur.
aliàs eſſent peioris conditionis quàm laici decimas non ſol-
uentes. ¶Tertiò, à quibus officijs intelliguntur ſuſpenſi
qui habent adminiſtrationem vel beneficium. Et glo.
non videtur determinare : Paulus verò intelligit de diuinis
& ſimiliter Stepha. Vel poteſt intelligi de temporalibus, vt
ſunt procurationes caſtaldionatus,quando habent tempora-
lia ſolùm,vel adminiſtrationem temporalium.Et no.ſecun-
dum glo.quòd ſic ſuſpenſi indigent abſolutione : quia de ſa-
tisfactione dubitari poſſet.Secus autem ſcdm Inn.in ſuſpen-
ſis ad tempus determinatũ, puta mẽſem vel annũ.Addit ta-
men gl.ſatis ſe credere ꝙ ſufficiat iudicis declaratio ſuper ſa-
tisfactione ſine alia abſolutione.¶† Trigeſimaſeptima eſt in
73 cle.j.de ſtat.mo.vbi excõicantur omnes monachi & canonici
regulares adminiſtrationem aliquã nõ habentes, qui ſine li-
centia ſpeciali ſuorũ prælatorũ ſe transferũt ad curias princi
pum, vt damnũ aliqđ ſuis prælatis aut monaſterijs inferãt.
Vbi notandũ eſt ꝙ ſecundũ gl.& Car.ad incurrendũ hãc pœ
nam duo requiruntur. Primò, quòd curiam intrauerint:nec
ſufficit exiuiſſe clauſtrũ.Secundò,vt intrauerint cauſa dãnifi
candi,licet non requirat ꝙ damnũ intulerint : licentiam ve-
rò habere vel non habere,ſecundũ glo.nõ eſt ponderandum.
Vnde ſecundũ illã, intrãtes curiã hac de cauſa cũ licentia ſui
prælati incidunt.hæc ex gl. Nec obſtat ſi in dicta cõſtitutio-
ne fiat mentio de adminiſtratione & licentia:quia quãdo ibi
fertur ſententia,illa non repetuntur. ¶Trigeſimaoctaua eſt
in eadem cle.vbi excõmunicantur monachi, qui ſine licentia
abbatũ ſuorũ,petita ſcilicet & obtenta,ſecundũ Paulum,te-
nent arma intra ſepta monaſteriorũ. Vbi dicit Card.quòd ſe-
pta eſt clauſura monaſterij,quam non licet egredi niſi de li-
centia.¶Primò verò quæritur,qui ligentur iſta ſententia?Et
dico ſecundũ Sum.Ang.ꝙ ſolùm monachi nigri. Sed verius
dicit Pau.quòd cùm generaliter loquatur,videtur includere
omnes monachos albos & nigros,etiam ſi vocentur iuxta vul
gare fratres.¶Secundò quid intelligitur per verbũ,arma. Et
dico ſecundũ gl.quòd per arma in cõmuni ſignificatione cõ-
prehendũtur etiã tela.Sed ſtrictè arma ſunt, quibus defendi-
mur:tela,quibus impugnamus.Inſti.de publi.iudi.§.item lex
Cornelia.de homic.ſi perfodiens.&, vt ibi notatur etiam fu-
ſtes,& lapides,armorum appellatione cõprehendũtur.Igitur
ſecundũ Lau.hic cõprehendũtur arma defenſionis:vt galeæ,
loricæ,& ſimilia:& inuaſiõis,ſicut ſunt gladij,lanceæ,& ſimi
lia,etiã fuſtes,lapides,& omne quod arcu aut manu iacitur,
ſecundũ Paul.ſi ad vſum pugnæ teneant.Et hanc opinionem
ſequitur Sum.Ang.Sed Io.And.dicit quòd hic non ita latè ſu
muntur arma.& Zenze.dicit quòd arma dicuntur hic quę cõ
muniter ad inuadendũ vel defendendũ arma dicũtur . & hoc
placet Zab.vt ſcilicet intelligamus arma,ſecundũ cõmunem
vſum loquendi.& ita tene:quia conſtitutio eſt pœnalis, licet
ſit valde incongruum monacho habere lapides,vel huiuſmo
di ad pugnandũ.¶Tertiò, quid iuris ſi abbas parit contume-
liam creditori,vel iniũgit monachis intolerabilia,vel eos ꝓ-
ſequitur odio capitali?Et dicit Zab.quòd ſine prędicta pœna
poterũt monachi ſine licentia arma ſumere,ſi alijs remedijs
ſibi prouidere non poſſunt.xj.q.iij. Iulianus. ¶Quartò,quid
ſi monachus arma teneat quidem in monaſterio, ſed non in
ſuo?Et dico vt patet ex textu in verbo,infrà,id eſt intra,quòd
ea tenens extra,non incidit.quòd Laur . dicit verum,etiam ſi
ea teneat in monaſterio alio,licet hoc ei non liceat: vt in ca.
clerici.de vi.& ho.cle.¶Quintò, quid ſi ad clauſtrum veniat
cum armis,ſed nõ animo tenendi?Et dico ſecundũ glo.quòd
non incidit:quia nõ dicitur tenere cũ effectu. Et idem ſentit
Pau.& Zen.per verbũ tenere,quod notat temporis cõtinua-
tionem.¶Sextò,quid ſi monachus arma teneat non ad vſum
pugnæ,ſed ad alium,puta gladiũ magnũ ad vſum coquinæ?
Et dicit Pau.non eſſe locum huic pœnæ:econtra verò putat
eſſe locũ ſi teneat ad vſum pugnæ ea quæ cõiter arma non
dicuntur:vt lapides,& fuſtes.quod Arch.recitat,& tenet Sum.
Roſ.& Ang.ſed non eſt ratio ſimilis:quia odia reſtringi , fa-
uores autem conuenit ampliari.de reg.iur.lib.vj.Vnde Zen.
& Zaba.verius ſentiunt oppoſitum: alioquin cùm hic prohi
beantur arma etiam defenſionis , habens baculũ aut lapides
ad portam ad arcendum latrones,incideret:quod durum eſt,
licet Pau.hoc concedat.¶† Trigeſimanona eſt in cle. atten- 74
dentes de ſtatu mo. vbi excõmunicantur impedientes viſita-
tores monialium quaruncunque, etiam canonicarum regu-
larium,in his,quæ pertinent ad officium viſitationis earum.
¶Primò verò quæritur,qui ſint iſti viſitatores.Et dico ſecun
dum text.ſimul & glo.quòd monaſteria non exempta viſitat
ordinarius loci propria authoritate:exempta verò,quæ ſupe
riorem non habent alium à Papa,viſitat authoritate apoſto
lica:vt hic dicitur in tex.exempta verò habentia alium ſupe-
riorem,vt quę ſunt ordinũ exemptorũ,puta Ciſtercien.& Ca
maldulen.& ſimiliũ,viſitãt eorũ p̄lati : & ſi ſubſint monaſte-
rijs alijs monialiũ,maior pręlata,ſi clauſuram exirę non põt,
ſecũdum Archi.viſitabit per aliũ.xj.q.j.epiſcopũ.Poſſunt ta-
men ordinarij hãc viſitationem alteri delegare:vt dicit Car.
per gl.notabilem.in c.ſi.de offi.or.& per c.ſi.de offi.deleg.§.
his autem.à contrario:quia ſibi prohibetur delegare is, cui
cõmittitur ꝙ perſonaliter viſitet.¶Secundò,quot requirunť
ad incidendũ in hanc pœnã?Et dico quòd tria ſecundũ Card.
¶Primò,quòd impedimentum effectualiter pręſtetur.¶Se-
cundò,quòd monitio ad deſiſtendum fiat per viſitantem:ſin
gularis autem vel alterius perſonæ non ſufficeret.¶Tertiò,
quòd monitio non præcedat impedimentum:aliàs non liga-
rentur iſta pœna,vt etiam dicit Io.And.contra prælatos ſcri-
bentes monialibus vt ſe p̄parent viſitationi:& in eiſdem lite-
ris facientes mentionem vt nullus impediat : ſufficit tamen
ſecundũ Card.monitio vnica,ex quo loquitur in ſingulari,&
generali : quia quando,inquit,iura requirunt monitionem,&
non ſit expreſſa mentio quòd fiat nominatim , ſufficit gene-
ralis.¶† Quadrageſima eſt in cle.j.de reli.do.vbi excõmuni- 75
cantur omnes ſtatum Beguinarũ aſſumentes , vel aſſumptũ
ſectantes,& religioſi fouentes eas in illo ſtatu , ſeu ad illum
aſſumendum dantes auxilium, conſilium, vel fauorem vllo
modo,id eſt, directè vel indirectè.Sunt autem vel fuerũt Be-
guinæ,vt diciť in text. quædam mulieres nulli promittentes
obedientiam,nec proprijs renuntiantes,nec aliquã regulam
approbatam profitentes,habentes tamen habitũ,qui diceba-
tur Beguinarum,de ſumma trinitate aliquãdo diſputantes,
& prædicantes circa articulos fidei & eccleſiæ ſacramenta,
opiniones fidei catholicæ contrarias inducentes,& ſimplices
decipientes:quarum ſtatus,ſecundum Paul.ideò reprobatur:
quia videtur noua religio ſine licentia ſedis apoſtolicæ cõſti
tuta.Ex quo infert quòd etiã ſi proprijs renuntiarent,ex hoc
non eſſent approbatæ,cùm regulam non habeant approba-
tam.de reli.do.c.j.lib.vj. Vnde Beguinarum nomine ſorores
tertij ordinis beati Dominici aut Franciſci non comprehen
duntur,cùm habeant regulam vel modum viuendi approba-
tum:nec mulieres fideles,quæ promiſſa,aut non promiſſa cõ
tinentia in ſuis hoſpitijs honeſtè cõuerſantes pœnitentiam
agunt:vt patet in text.etiam ſi vtantur habitu ſimili habitui
Beguinarum,ſecundum Franciſcum:nec ex hoc ſunt Begui-
næ,ex quo,inquit,cum eis non congregantur.¶† Quadrage- 76
ſimaprima eſt in cle.vnica, de conſang.& affi. vbi excõican-
tur primò omnes ſcienter contrahentes matrimoniũ in gra-
dibus conſanguinitatis vel affinitatis prohibitis:& omnes cõ
trahentes cum monialibus,& omnes religioſi,id eſt,tacitè vel
expreſsè profeſsi religionem approbatam, ſecundum gl.vel
moniales aut clerici in ſacris conſtituti contrahentes cũ qui-
buſcunq;.¶Primò verò quæritur,qui ligentur hac pœna,vel
non ligentur ? Et dico quòd ligantur omnes contrahentes
per verba de præſenti in ſex caſibus prædictis ſcienter & il-

licitè:etiam ſi non conſummauerint,ſecundum glo. Non ligantur verò contrahentes licitè,id eſt,ex Papæ diſpenſatione tunc quia ceſſat culpa,&cōſequenter pœna.de conſti.c.ij. Nec cōtrahentes ignoranter ignorantia facti probabili non affectata,vt dicit gloſ.ligant̄ tn̄ ſi factū ſcientes, ius ignorabant,de reg.iur.ignorantia.lib.vj.& ſi alter ſolus ſciebat,ſolus ligat̄.

77 ¶Nec† contrahentes extra dictos ſex caſus:puta cū habente maritū,vel cū Iudęa,vel Pagana,vel cognata ſpecialiter vel legaliter:vel cōtra impedimentū publicæ honeſtatis:qa,vt dicit gl.licet nō teneat matrimoniū,tn̄ nō eſt locus huic pœnæ,quæ in his caſibus & ſimilibus non eſt expreſſa. ¶Secundò,quid ſi ignorāter quis cōtraxit,ſed ſuperueniente ſcientia cohabitat? Et dicit Io.And.iſtū nō incidere:quia iſta conſtitutio non punit cohabitationem vel inceſtū,ſed cōtractum.quod probatur ex hoc ꝙ ſine iudicio eccleſiæ ab illa diuertere nō poſſet,licet mortaliter peccet cognoſcendo.Et conſentit Car.niſi de nouo cōtrahat. Pau.verò dicit ꝙ ſi cohabitat ei talis affectu maritali,incurrit hanc pœnā:cùm videatur ex nouo cōſenſu cū ea cōtrahere:ſi verò ex primo,nō incurrit.hæc ille.Sed iſta duo dicta non repugnant:quia ſtāt in hoc quòd iſte incidit,ſi poſtquā ſciuit explicitè,aut virtualiter contrahit.¶Tertiò,quid ſi cōtraxit cū ea, quā credebat conſanguinē,affinem,vel monialem , cùm in veritate nō eſſet? Et gl.ſe remittit ad notata in c.ſi verò. de ſent.excom.el ij.& in c.in audientia. ex quibus capitulis trahi poteſt ꝙ non ligatur.¶Quartò,quid ſi poſt contractū remoueatur impedimentum,ánne talis erit abſolutus? Et dicit Paul. quòd aut remouetur per diſpenſationē Papæ,aut per conſtitutionem reuocatoriam.Si per diſpenſationem,verba inſpicienda ſunt: quia ſi tollunt impedimentū, etiā quo ad pœnam præteritā, non eſt alia abſolutio neceſſaria:aliàs ſecus.Si verò per conſtitutionem reuocatoriam:aut illa vult conſtitutionem excōmunicationis fulminatoriā haberi pro infecta: & ſic nō egebit abſolutione,aut reuocat tantùm: & ſic indigebit abſolutione.

78 ¶†Quintò,an coactus ad contrahendū incidat in hanc pœnā? Et dicit Io.And.quòd nō, loquendo de coactione abſoluta.de conditionali verò licet tali quæ cadere debuerat in conſtantem virum,videtur ligari per decretalem , ſacris.de his quæ vi,me.ſed cùm non ſit matrimoniū deficiente conſenſu,de æquitate videtur talis non ligari.& idem dicit Paul. de quo vide ſuprà Excōmunicatio v.§.vltimo.dub.xiiij.¶Sextò,quid ſi quis contrahat ſponſalia tantùm? Et dicit gl.Stepha.& Paul.quòd talis non ligatur hac pœna , niſi ſequatur copula carnalis:quæ cùm inducat præſumptam voluntatem matrimonij.de ſpon.is qui inducit etiā pœnam . Et ratio eſt: quia cùm iſtud ſit pœnale,reſtringendum eſt:vt ſic verba nō extendatur,maximè ad minus delictū.de re.iur.in pœnis.lib. vj.¶Septimò,quid ſi quis contrahat cum impubere? Et dicit Car.& Lau.ibi,quòd non incidit:quia ſponſalia potius iſti cōtrahunt iuris interpretatione,quàm matrimonium.c. vnico. de ſpon.impu.lib.vj.& idem dicit Sum.Ang. de contrahente cum furioſa.quod verum nō eſt ſi habeat lucida interualla: quia veraciter eſt matrimoniū.ar.iij.q.viij.iudicas.vij.c.j.quāuis triſte.

79 ¶†Octauò,quid de ſacerdote vel alio,qui verba matrimonij profert inter iſtos ſic contrahentes: & de omnibus cooperantibus & conſentientibus an ligentur omnes nécne? Et dico quòd poteſt quis quadrupliciter participare vel communicare in crimine iſto. Primò , quantum ad illum actum tantùm,propter quem excommunicatio incurritur : & talis non ligatur:vt tenet Pan.in c.nuper.& in c . ſi concubinæ.de ſent.excom. vbi dicit quòd ad talem excommunicationem incurrendam,ſcilicet ratione participij,non ſufficit communicatio in illo actu , per quem excommunicatio incurritur. Secundò,non ſolùm communicando,ſed etiam impendendo conſilium, auxilium,vel fauorem ad huiuſmodi crimen perpetrandū:& talis ligatur:vt tenet idem in d.c.nuper.q.a faciente & conſentiente par pœna conſtringere debet:vt in d.c. nuper. Tertiò præbendo conſiliū,auxiliū,vel fauorem ad crimen perpetratū: puta ſuadendo ꝙ à tali matrimonio nō recedat:& talis etiā ligat̄,vt ibidem tenet.Quartò mandando vel præſtādo authoritatem:& talis plus ligatur quàm alij contrahentes:& videtur eſſe caſus in c.mulieres.de ſent.excom. ibi:authoritate vel mandato.Vnde & gl.in c.j.de offi.deleg. dicit quòd cùm ſit quadruplex cōſenſus,ſcilicet negligentiæ, conſilij ,cooperationis,& authoritatis , ſeu defenſionis, dans authoritatem vel mandans,plus peccat.Igitur ſi ſacerdos vel alius ſolùm participat in tali actu, nō impediendo cōſilium, auxilium,vel fauorem ante factum, aut poſt, non ligatur.& idem eſt de intereſſentibus.Si verò prædicta impendūt ante factum vel poſt,ligantur,ſi contrahentes aliàs hoc non erant facturi,ſecundum vnam opinionem,vel indifferenter ſecundum aliam.de quo ſuprà Excōmunicatio viij.§.ij.dub.j. De parentibus verò idem eſt dicendum:quanuis ferè ſemper cōſentiant,& præſtent authoritatem,& conſequenter ligentur.

¶†Nonò, quare poſt excommunicationem contrahentium cum monialibus etiam ipſæ contrahentes excommunicentur,cùm ſatis cōſtaret eas eſſe ligatas ratiōe participij in crimine? Et dicit Paul.ideo eſſe , quia non ſemper ligantur hac ratione: vt ſi contrahant cum ignorante , qui ſcilicet non ligatur,vel dic quòd participans cum criminoſo, tunc ligatur cùm participat poſt latam ſententiam,vt in c. ſi concubinæ. de ſent.excom.quod non eſt hic:ſed participatur in actu pro quo quis ligatur . Vel dic quòd licet participans in crimine criminoſo ſit excommunicatus:non tamen participans in actu illo,pro quo alter ligatur:aliàs ſuperfluè adderetur hæc litera:quoniam non diſtinguit an monialis contrahat cum ignorante vel ſciente : cùm ex parte eius ignorantia prætendi non poſsit.Facit de ſent.excom.contingit. el j.vbi participans in actu pro quo alter excommunicatus eſt , mandatur excommunicari.hæc Pau.Decimò,quare in religioſis & monialibus &clericis exiſtentibus in ſacris,id eſt,in ſubdiaconatu,& ſuprà,non repetitur ſcienter.& dicit Ioannes Andr.ideo eſſe,quia in tali proprio facto non cadit probabilis ignorantia:vbi verò eſſet ignorantia probabilis,vt in ordinato ad ſacros in amentia vel dormitione, vel intra pubertatem putat non eſſe locum huic pœnæ.

¶†Quadrageſimaſecunda eſt in Cle. nolentes.de hære.vbi excommunicantur omnes inquiſitores,ſeu commiſſarij ipſorum vel epiſcoporum ſuper hæreſi deputati, qui prætextu officij inquiſitionis quocunque modo illicito pecunia extorqueant ab aliquibus:vel ſcienter attentant eccleſiarum bona ob delictum clericorū eccleſiæ fiſco applicare: & ſecundum Io.And.multò magis ſibijpſis vel fiſco ſeculari:cui ipſo iure applicata ſunt bona laicorum damnatorum de hæreſi.abſolui non poſſunt tales præterquam in mortis articulo , donec illis,à quibus ſic extorſerint pecuniam plenè ſatisfecerint,nullis priuilegijs, pactis , aut remiſsionibus ſuper hoc valituris. Sed intellige ſecundum Io.And.ſi habent vnde:aliàs paupertas excuſat:extra de vſur.cum tu. ¶Primò verò not. ſecundum Io.And.& Card.quòd hac pœna epiſcopi non ligantur, nec inquiſitores & commiſſarij, ſecundum Io.And.ſi extorqueant quædam,ſed non dicto prætextu . Et per commiſſarios intellige vicarios & ſubſtitutos,ſecundum Io.And.¶Secundò no.quòd prædicti applicare non poſſunt fiſco bona eccleſiarum iuſtè aut iniuſtè procedentes:de bonis tamen clericorum proprijs ſecundum Ioan. And.non prohibet eccleſia.

Tertiò



¶Tertiò no.ſecundum Ioā.And.& Car. ꝙ nomine pecunię intelligitur largè omne æſtimabile.j.q.iij.totum.& facit lex j.C.de conſt.pecu.

81 ¶Quadrageſimatertia † eſt in cle. vnica. de vſur.vbi excōmunicantur Poteſtates,capitanei, rectores, conſules,iudices conſiliarij,aut alij quiuis officiales quarumcunque communitatum,qui faciunt ſtatuta,ſcribūt vel dictāt, quod vſuræ ſoluantur,aut quòd ſolutæ nō reſtituantur cùm repetuntur:vel qui ſcienter ſecundum illa iudicare præſumpſerint vel qui ea hactenus edicta de libris communitatum ipſarū intra tres mēſes nō deleuerint,ſi habēt poteſtatē ſuper hoc,ſcilicet tam de facto quàm de iure,ſecundū Car.& gl.& Pau.aut ſi ipſa ſtatuta aut cōſuetudines habentes illorū effectum quoquo modo pręſumpſerint obſeruare.¶Primò verò quæritur,qui non ligentur hac ſententia ? Et dico ſecundum Pau.ꝙ nō ligatur officialis qui non ſcribit vel dictat vt officialis:ſimiliter nec ligantur alij à prædictis non expreſsè ſeruantes talia ſtatuta,ſecundum Car.&Io.And. & Pau.ſimiliter nec ſcribētes iudicata ſecūdū illa,ſiue ſentētiā conformē ſtatutis,ſecundū Pau.quia iſta cōſtitutio eſt pœnalis:& cōſequēter nō extēditur ad perſonas in ea nō expreſſas.ar. de re. iur.in pœnis.li.vj.Sed intellige,niſi tales ſcribētes eſſent officiales,& in ſentētia poneretur tenor ſtatuti : quia tūc fortè ligarentur:quāuis dici poſsit ꝙ nō ligātur oēs ea ſcribentes: ſed ſcribentes ea in libris cōmunitatū.

83 ¶Secundò † quæritur an ligētur hac pœna illi qui ſtatuūt ꝙ ſubditi ſui pro vſuris recipere nō poſsint in anno vltra duos ſolidos pro libra ? Et dicit Dire.li.iij.ꝙ ſic:quia dant quodam modo audaciam & colorē ad vſuras exercēdas ſaltē indirectè:vt in d.cle . vbi de diuerſis coloribus:& quia denegando de maiori, indirectè & tacitè vidētur cōcedere de minori.xxv.di.qualis.Sed iſta probant ſolùm quòd iſti dant occaſionē, & eas permittūt:cōſtitutio autem ligat eos,qui directè aliquid conferunt ad earum ſolutionem,nec vltra debet extendi,cùm ſit pœnalis. Vnde verius dicunt Ioan.And.& Pau.& Zab.quod tales non ligantur:quia ſupra illam ſummam prohibendo,non videntur per hoc vſque ad illam cōcedere.arg.de treu.& pace.c.j.poſſet tamen concordia fieri:quia ligantur ſi id faciunt in fraudem, vt ſic poſsint vſuræ exigi:tunc enim ad eorum exactionem aliquid faciunt directè ex ſua intentione,& ſi nō ex voce:non ligantur autē ſi nullo modo intendunt illam minorem ſummam concedere,ſed permittere vt vitetur maius malum , & prohibeatur minus:quia ſic etiam de minori ſumma negare

84 videntur.xxiiij.q.iij.c.j.& xxxj.q.j.hac ratiōe.¶Tertiò† quæritur de rege Aragoniæ & officialibus eius , qui leuant magnū tributum à Iudæis propter vſuras,quas permittunt , an ligentur,ſi impediantur propter iſtas repetitiōes ab ipſis Iudæis.Et dicit Dire.vbi ſuprà quòd idem Lau.& Zabarel. in d.cle.& generaliter omnes domini,qui cum Iudeis vſuras exercentibus pacta faciunt,ligantur hac pœna,ſecundum Car. & Lau.ſicut qui faciunt pacta cum Chriſtianis vſurarijs,maximè ſi vſuræ exigātur à Chriſtianis.¶Quartò qd de ſtatuto Bergomenſiū vt dicitur,quo ſcilicet,repetētes vſuras in foro eccleſiaſtico,per Poteſtatem cogūtur mutuare vſurario tantam pecuniam & tanto tempore,quantam & quanto tenuerant pecuniam vſurarij? Et dicit glo.hoc ſtatutum nō valere. Pau.verò dicit hoc ſtatuētes,hac pœna ligari .

85 ¶Quadrageſimaquarta† eſt in cle.cupientes.de pœ.vbi excommunicantur omnes religioſi mendicantes,qui ſine licētia papæ loca de nouo accipiunt ad habitandum,vel recepta hucuſque mutant vel in alio quouis alienationis titulo transferunt:quam licentiam etiam legati de latere dare nequeunt , ſecundum Ca.& Lap.¶Primò verò quæritur, qui dicantur mendicantes? Et dicit glo.Ioannis And.mendicantes hic dici eos, quibus victum tribuit incerta mendicitas:& qui reditus aut poſſeſsiones ex regula vel conſtitutionibus habere non poſſunt: extra de reli.do.c.vno.lib.vj.Et comprehēdit iſte tex . etiam fœminas,ſecundum Lap.& Abba. ¶Secundò quando dicantur acquirere loca noua? Et dicit Gemi.quòd quo ad caſum huius decretalis de nouo dicitur fieri quod fit poſt ipſam decretalem. Vnde licet nouum ſit quod fuit, & poſtea reficitur tamen ſecundum.Car. non eſt hic eis prohibitū loca deſtructa reficere.quod Pau.limitat verum ſi domus corruat,& tamen ſolum eius continuè manet in mendicantium dominio: quia tunc nō ligantur.Secus autem ſi loca ipſa deſierint eſſe de mendicantium dominio,& poſtea ex nouo iure acquirantur: quia ligantur.Et per hoc patet quod conuentus mendicantium,de quibus ipſi pulſi fuerūt iniuſtè in Bohemia, Auſtria,& huiuſmodi,poſſunt ab eiſdem nouiter ſine iſta pœna inhabitari: quia dictorum conuētuum dominium ſemper ad eos de iure pertinuit.

86 ¶Tertiò† an prędicti poſsint mutare loca acquiſita poſt iſtud capitulū, vel alienare ſine licentia papæ abſque metu huius excōmunicationis? Et ſecundum mentem Io. An.videtur dicēdum ꝙ ſic:quia iſtā cle.ſummat ſic: Mendicātes non poſſunt acquirere noua loca ad habitandū, vel antiqua alienare & mutare abſq; ſpeciali licētia papæ.Lapus etiā,quē ſequitur Pet.de Anc.& Gemi.in c.cum ex eo.de exc.prę la.li.vj.vbi de iſta materia ponitur cōſtitutio Bonifacij,dicit ꝙ loca capta ante cōciliū,de quo ibi fit mētio,dimittere nō poſſent:aliter ſunt excōmunicati per dictam cle. Sed dimittere poſſunt capta poſt iſtud cōcilium. Pro quo facit litera in d.c.cum ex eo.& in d.cle.verbo,hactenus,id eſt,vſque nunc : quia ſecundū Papiā hactenus per h aſpiratū facit duas partes,ſcilicet hac & tenus,id eſt,vſque nunc.& vt recitat Gemini. hoc de facto accidit Bononię : vbi fratres minores de Obſeruantia locū mutauerūt propter vētos & frigus : & determinatum fuit hunc tex. locū nō habere quo ad mutationem,niſi de locis ante illud cōcilium acquiſitis:vnde neceſſaria non erat noua licentia quo ad dimiſsionem:quo ad habitandum verò de nouo iam habuerant. Igitur in duobus caſibus locum habet iſte tex.Primò in noua habitatiōe. Secūdò in dimiſsione vel alienatione habitorum ante dictum capitulum,etiam ſi fiat vt alia loca quærantur ad habitandum.

¶Quartò an prædicti augmentare poſsint loca iam capta? Et dicit Lap.conſil.clxxxviij.quòd ſic , ſine pœnæ prædicta. pro quo facit cap.ſi.de conceſ.præb.libro ſexto . & cap. conſuluit.de Iudæ.& cle.j.de ſup.neg.præla.quia aliud eſt de nouo capere , aliud augmentare . & præterea hic non accipitur locus , vt in l.locus.ff.de verb ſign. ſed pro alio loco diuerſo pluraliter: propter augmentationem autem non dicuntur habere duo loca.¶ Quintò quid ſi inter locum licitè habitum & additamentum factū mediet riuulus aut ſtrata , & ſit pons,vel ſubterranea via,quibus tranſitur hincinde? Et dico ſecundum mentem Lapi,& Gemi.in d.c.cum ex eo. hoc non eſſe illicitum,nec hic eſſe duo loca,ſed vnum , maximè quandiu viuitur ibi ſub vno prælato immediato. Et facit pro hoc quia is , qui prohibitus eſt acquirere nouum ius in re aliqua: non dicitur venire contra prohibitionem , licet poſt illam priſtinum ius augmentet: vt in capite ſi.ij.reſponſo.de conceſ.

87 præben.lib.vj.¶Ex† his autem infert Sum. Roſ.poſſe teneri quòd augmentātes datia nō vidētur imponere noua. quod verum eſt quidem , ſi nouum dicatur quod eſt nouum ex toto:non autē de nouo ſi ex parte.prohibet autem lex imponere noua ex toto & ex parte:quia de pari militat ratio legis in vtriſque,vt dictum eſt ſupra Excommunicatio. vij.excommunicatione xix.Ratio autem huius clemen.non eſt par in loco nouo ex toto & ex parte: vt de ſe patet , cùm ipſa

ſit ob ſcandala multa quæ accidebant: vt in d.c. cum ex eo. V..de non eſt ſimile:nec iura,quæ allegat,probant eius propoſitum,vt patet intuenti. ¶Sextò, quæ ſunt iſta loca quæ iſti nouiter accipere nõ poſſunt,Dico vt patet ex tex.ꝙ ſunt loca ad habitãdum.Vnde ſecundum gl.in d.c.cum ex eo.loca aliàs quàm ad habitãdũ quęſita, poſſunt acquirere & mutare,puta domũculas in ciuitatibus aut villulis ꝓ trãſitu,aut pro infirmis & debilibus recreãdis.Imò dicit Ioã.And. quòd loca pro eremitica vita ducenda nõ ſunt hic prohibita,id eſt, quæ multùm diſtant ab hominũ habitatiõe.Et ratio,quia ꝓpter talia nõ eueniunt dicta ſcandala.Imò fratres prędicatores in locis ſibi cõceſsis ædificare poſſunt eccleſias,oratoria, & alia ædificia pro ſuis vſibus per priuilegiũ Alexãdri,vt refert Arch.nec vlli de ordinibus paupertatis licet oratorium vel eccleſiam conſtruere ſeu conſtructam recipere iuxta eccleſias prædicatorum & oratoria eorum intra ſpatium centum quadraginta cannarum:& ſi ſecus factum fuerit,dirimatur ſecundum priuilegium Clementis: quia plerique habent
88 circa hoc etiã multa priuilegia.¶Quadrageſimaquinta† eſt in eadem cle.cupientes.de pœ.vbi excommunicãtur omnes religioſi,qui aliqua proferre præſumunt in ſermonibus ſuis, vel alibi ea intentione vt à ſolutione decimarum debitarum eccleſijs retrahant audientes.Et ſecundum gl.ligat hæc pœna religioſos mẽdicantes & non mẽdicantes:non autem clericos ſeculares aut laicos:ſed ad eam incurrendam,vt ex tex. colligunt doctores,tria requirũtur:& primò quòd prædicta dicant intentione retrahẽdi.Secundò quòd decimæ à quibus retrahere intendunt,ſint debitæ eccleſijs: nõ autem priuatis perſonis ratione priuilegij vel antiqui feudi. Tertiò quòd dicant perſonis audiẽtibus:quæ eas ex debito ſoluere teneãtur:
89 & vno horum deficiẽte,nõ ligat.¶Quadrageſimaſexta † eſt in eadem cle.vbi excõmunicãtur ommes religioſi, qui prædicare præſumpſerint negligentia non purgata de conſcientia facienda circa decimas confitentibus ſibi non ſoluẽtibus vt ſoluant.quod ſecundum Pau.& Pe.de Anch. intellige ſi à prælatis eccleſiarũ fuerint requiſiti vt hoc faciant. Et ſi quis velit intelligere ſimpliciter,etiam ſi non fuerint requiſiti,ſecundum Arch.conſcientiam facere principalibus domus,qui habent ſoluere:& hoc modo quòd dent totum vbi cõſueuit dari totum:& partem vbi pars:vbi verò nihil ſint dare parati ſi exigeretur.Iſta tamẽ ſentẽtia & præcedẽs nõ ligat religioſos qui decimas percipiũt: & circa hoc delinquere nõ ſolent: vt dicit gl.in d.cle.vide ſuprà,Decimæ.§.iij.in fi.¶Primò verò no.eſt quòd ibi præcipitur religioſis ſub interminatione maledictionis ęternę quòd in prima dominica,quarta & vltima quadrageſimæ, & in feſtis Aſenſionis Domini, Pentecoſtes,natiuitatis beati Ioannis Baptiſtæ,Aſſumptionis,& natiuitatis beatæ Virginis Mariæ quoties prædicabunt populis,ſi à prælatis eccleſiarum aut eorũ vicarijs,vel loca tenentibus eorundẽ fuerint requiſiti audiẽtes expreſsè de ſolutione decimarum informent.Et ſecundò præcipitur eiſdem ꝙ requiſiti à prædictis conſcientiam faciant illis,quorum confeſsiones audiũt quòd decimas ſoluere non omitant. quòd ſi poſt talem requiſitionem ſcienter poſtpoſuerint cõfitentibus conſcientiam facere de huiuſmodi decimis ſoluendis, tandiu ab officio prædicationis ipſo facto ſunt ſuſpenſi, donec confitentibus ipſis cõſcientiã nõ fecerint ſi hoc ipſum ſibi dicendi commodè habuerint facultatem. Et ideo hoc nõ facientes interim prædicando ſunt excommunicati ipſo facto. ¶Secundò no.eſt quòd ſecundum glo.dum prædicant vel ſermocinantur clericis, non videntur adſtringi:& idem intellige ſi requirantur in alijs tẽporibus à prædictis:quia de his ſolùm loquitur tex.& idem videtur in prædictis temporibus ſi actualiter non prædicent, non in fraudem, ſed ex alia cauſa:quia dicit tempus quando prædicabunt. ¶Tertiò no. eſt quòd incõmoditas excuſat:licet ipſa debeat iudicari arbitrio boniviri,an ſit ſufficiẽs nécne.Vnde dicit Pau.quòd durante commoditate durat ſuſpenſio,donec de ſoluendis decimis conſcientiam fecerit: qua facta, vel incommoditate ſuperueniente,ceſſat ſuſpenſio. ¶Quadrageſimaſeptima † eſt in cle.j.de ſen.exc.vbi excõmunicantur omnes religioſi tam exempti quàm non exempti cuiuſcunque ordinis & conditionis,id eſt,mendicantes, & non mendicantes: ſecundum glo.qui interdictum impoſitũ authoritate apoſtolicæ ſedis, vel ordinariorum,quòd ſciunt matricem eccleſiam ſeruare, non ſeruauerint.Et idem ibi dicitur de interdictis & ceſſationibus à diuinis interdictis per prouincialium conciliorum ſtatuta vel ipſorũ authoritate: & in generalibus ceſſationibus à diuinis ciuitatum,terrarum,& aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine,vel aliàs capitula,collegia,vel conuentus ſeculariũ vel regularium ſibi vendicant eccleſiarum. Non ligat autem iſta conſtitutio clericos ſeculares,ſecundum gl.quæ etiam dicit ꝙ religioſi intelliguntur ſcire obſeruantiam interdicti à matrice eccleſia,quãdo viderint vel alio ſenſu corporis perceperint,id eſt,auditu.quod limita auditu probabili.vnde ſtatim ſubdit ꝙ probabiliter ignorãtes nõ ligantur.Ipſa verò ſecundũ gl.dicitur obſeruare,quando abſtinet animo obſeruandi.Si tamen ipſa ſeruat,quia ipſa ſpecialiter vel ſingulariter eſt interdicta,non eſt locus huic pœnæ,quæ intelligitur de interdicto,ad quod religioſi tenentur.¶†Primò verò no.eſt quòd matrix eccleſia dicitur baptiſmalis vel maior loci ſecũdum Io.And.& Pau,quæ dicitur matrix,quia regnat per baptiſmum. quæ ideo hic exprimitur,quia interdicuntur aliquãdo loca non habẽtia eccleſiam cathedralem, quæ tamẽ habẽt matricẽ.Nec refert ſecũdum Pau.vtrũ matrix eccleſia ſit religioſis ſubiecta,quo ad reliqua tẽporalia vel ſpiritualia,aut non ſubiecta:& idem virtualiter, licet obſcurius,dicit Io.And.ſiue gl.¶Secũdò no.ꝙ ſecũdum gl.intelligitur hæc conſtitutio etiam de interdicto poſito à iure. Vnde ſecundũ Pau.vt ſit locus huic pœnæ,requiritur interdictum eſſe poſitum authoritate papæ:quod eſt ſi fiat per eius delegatũ.de prębẽ.ſi apoſtolicæ.li.vj.vel ꝙ ſit poſitum iure cõi vel per ordinariũ vel cõciliũ prouinciale:vel quod per ipſum vel alium ad quem ſpectat ex conſuetudine ſcilicet, vel aliàs fiat ceſſatio à diuinis.per quod videtur ꝙ hic locum nõ habeat in interdicto poſito à ſingulari perſona, quæ hoc poſſet ex conſuetudine ſpeciali:cùm talis nõ faciat authoritate apoſtolica:nec ſit ordinarius.Et idem videtur in interdicto poſito per delegatũ ordinarij:quia non videtur tũc poſitum per ordinarium.¶Sed † aduerte ꝙ ex conſuetudine perſona ſingularis habere põt iuriſdictionẽ ordinariã:extra de ſent. cum contingat.quo caſu locus eſſet huic pœnæ:quia tex.non loquitur de interdicto poſito à diœceſano.nam ſolus epiſcopus intelligeretur.de vit.& ho.cle.cap.vnico.lib.vj.ſed loquitur de legato ab ordinario:& ſic ſufficit ſi habet iuriſdictionẽ ordinariam.Item dic de legato ordinarij quòd ſi habet ſpeciale mandatum ad interdicẽdum,eſt locus huic pœnæ:quia tunc potius eſt miniſter quàm delegatus. de offi.dele.c.ſi.& ipſe cõmittens facere dicitur.Vnde & Pius ij.in extrauagante quadam,quæ incipit,ſciens inimicus. dicit quòd ſi interdictum emanat à ſedibus apoſtolica inferioribus & earũ commiſſarijs,obligãtur fratres minores,& eadem ratione alij conformati eccleſię matrici.& intellige ſi commiſſarij habeant ſpeciale mãdatũ.¶Tertiò nota ꝙ ſi in loco aliquo nõ ſit eccleſia cathedralis aliqua aut matrix,quia fortè eſt in alio loco, vel vbi ſunt plures ęqualiter ſuis parochianis baptiſma & alia ſacramenta miniſtrantes:diſtinguẽdum eſt ſecundum Paul. quia ſi omnes illæ ſeruant, locus eſt huic pœnæ: non autem ſi ſeruant aliqua & aliqua non: ſicut eſſet ſi in tali loco non eſſet niſi vna eccleſia religioſorum non ſeruantium.& idem ſentit gloſſ. ¶Quartò quid ſi vacat eccleſia cathedralis, & pars capituli ſeruat interdictũ:pars verò non ſeruat?Dico ſecundum gl.vel Ioan.And.& Paul.quòd eccleſia,hic ſumitur pro materiali murorũ ambitu comprehenſa: vnde ex quo in ea continuè celebratur ianuis apertis &c.ſiue per prælatum, ſiue per capitulũ totũ,ſiue ꝑ partẽ,ſiue per aliquos clericos eccleſiæ,nõ eſt locus huic pœnæ.Sed addit Paul.quòd ſi in matrice eccleſia celebrat̃ ab aliqbus extraneis inuitis præla-
93 tis & capitulis:nihilo minus eſt locus huic pœnæ. ¶†Quintò not.ſecundum Pau.quòd interdicta prouincia vel diœceſi ſi in aliquibus ciuitatibus aut caſtris matrix eccleſia ſeruat interdictum,in aliquibus nõ,locus erit pœnæ in illis locis in
94 quibus ſeruatur, nõ autem in alijs.¶†Sexto not. quòd gloſſ. quærit an quo ad interdictũ prouinciæ dicetur eccleſia metropolitana matrix:ita quòd illa ſeruãte interdictũ,religioſi totius prouinciæ ſcienter nõ ſeruantes,ligati ſint hac pœna? Et dicit quòd nõ,per tex.dicentẽ, cathedralem vel matricem loci:quia conſtat quòd metropolitana eccleſia pone Rauennas nõ eſt matrix vel cathedralis ciuitatis Bonon.vel Mutinẽ. de offic.ordi.paſtoralis.ix.quæſt.iij.ſi autem.& cap.nullus. & conſequenter ligabũtur ſoli religioſi diœceſis Rauennæ. Et idem virtualiter ſentit Paul.dicẽs quòd interdicta metropolitana eccleſiã,nõ intelligitur interdicta matrix.intellige, ſcilicet per totam prouinciã: ſed ſolùm vbi metropolitana eſt matrix.¶Septimò not.quòd ſi matrix eccleſia interdictũ nõ ſeruat,nõ tenentur etiã religioſi non ſeruare ſecundùm glo. quia text.non dicit quòd in non obſeruando ſe conforment: quia hęc conſtitutio addere intendit,non minuere ad obſeruantiam interdictorũ.& argumentum à contrario ſenſu ceſſat vbi illius argumenti contrarium reperitur in iure: vt in gloſſ.vltima.de elect.publicato.nec cõtrariorum eſt eadem diſciplina,vbi mens & verba reſiſtunt.de verb.ſignifi.cap.fin. Exceſſus ergo clericorũ matricis eccleſiæ nõ dabit religioſis materiam delinquendi.hæc glo.¶Octauò not. ſecundum gloſſ.& Paul. coniunctim quòd ſi ſententia interdicti verè ligat,& matrix eccleſia illã non obſeruat,religioſi nõ ſeruantes non ligantur hac pœna,ſed alijs,quæ habentur de exceſ. præl.cap.vlti.& de priuil.c.authoritate.&.c.epiſcoporum.lib. vj quia ſcilicet ſunt ſuſpenſi, & eis interdictus eſt ingreſſus eccleſiæ:& ſunt irregulares & ineligibiles actiuè & paſsiuè. Si autẽ ſententia interdicti verè nõ ligat impediente appellatione vel alia nullitate,& matrix eccleſia illã ſeruat:& religioſi nõ ſeruantes ligãtur hac pœna,ſed non alijs.Quando verò tenet,& per eccleſiãm matricẽ ſeruatur,ligãtur vtriſq;. Quando verò nec tenet nec ſeruatur,neutri ligantur.hæc ex illis.Si verò in obſeruando vel non obſeruando epiſcopus & capitulum cõtraria mãdant:ſecũdùm Zenze. prius epiſcopo
95 obediendũ eſt.¶†Quadrageſimaoctaua eſt in extrauaganti Benedicti xj.quæ incipit,non quia.vbi excõmunicantur ipſo facto quicunq; impugnant literas electi in papam,etiam antequam coronetur:cùm ꝑ ipſam electionẽ canonicè factam ſibi ius papatus ſit acquiſitum, & canonica electione confirmatus ſit:& exercere poſsit officium ſuum ante coronatio-
96 nem:vt xxiij.diſtinc.in nomine Domini. ¶†Quadrageſimanona eſt in quadam extrauagant.Nicolai,per quam excommunicantur exponentes in ſcholis aliter quàm litera dicat, illam clementinam,Exiui de paradiſo.vbi exponitur regula beati Franciſci. Vnde illa Clementina ſola reperitur ingloſſata.Sed hodie eſt ſuſpẽſa illa extrauagans quo ad illam excommunicationem per aliam extrauagantem Ioan.xxij. vt dicit Zab.& eius exemplar:Archi.dicit ſe vidiſſe.



## Rurſus de excommunicatione vltimò quantum ad dubia quædam communia prædictis excommunicationibus.

1 *Excõmunicatio quotuplex ſit.Et quæ ex illis liget,& quæ non, ac qualiter.Et ex cuius non obſeruatione quis irregularis effici poſsit?*
2 *Appellatio interpoſita non ante.ſed excommunicationem, vel interdictum, aut ſuſpenſionem ab officio, vel eccleſiæ ingreſſu, an huiuſmodi cenſurarum effectum tollat?*
3 *Excommunicatus poſt legitimam appellationem & non ante, an ſit vitandus?*
4 *Sententia excommunicationum prædictarum ignorantes, an faciendo vel omittendo illud, propter quod excõmunicatio imponitur,quo ad Deum & conſcientiam ligentur?*
5 *Excommunicationem num quis propter executorem facti, id eſt,propterea quod quis factũ aliquod ſit executus & adimpleuerit, incurrat? Et id dictis quatuor expedit.Et ibidem quem regulariter ex nudo conſilio non teneri.*
6 *Cùm dicitur,quòd aliqui abſoluendi nõ ſint,niſi prius ſatiſfecerint, vel aliud fecerint: an teneat abſolutio ante ſatiſfactionem eius quod mandatur?*

EXCOMMVNICATIO † vltimò quantum ad dubia quædam circa præmiſſas excõmunicationes, vt plenius 1
innoteſcat,ſciendũ eſt quòd triplex eſt excõmunicatio, ſcilicet iuſta,iniuſta,& nulla,quarũ prima ligat apud Deũ & homines,ideò quòd ſemper obſeruãda eſt:tertia verò nec apud Deum nec apud homines ligat:ideoq; obſeruanda nõ eſt: & nõ obſeruãs irregularis nõ efficit̃.qđ etiã tripliciter contingit.Primò,qñ aliquid præcipitur quod cõmuniter vel in ſuo genere eſt peccatũ etiã veniale.Secũdò qñ pręcipitur impoſſibile. Tertiò, qñ pronũtiatur expreſsè contra ius ſcriptum: & de his §.Excõmunicatio.ij.in prin.Secũda verò excõmunicatio eſt media:& ligat quo ad eccleſiã militãtem, licet non quo ad Deũ.Vñ timẽda,id eſt,obſeruãda eſt cõmuniter,ſecũdum Doct.xj.q.iij.c.j. vbi dicitur quòd ſentẽtia paſtoris ſiue iuſta ſiue iniuſta,timẽda eſt:aliter ſi nõ ſeruat̃,ratiõe cõtemptus efficit̃ iuſta.xj.q.iij.cũ ergo. & ſic erit excõicatus quo ad Deum excõicatione,quæ eſt peccatũ mortale: & ſi celebret,
talis erit irregularis. ¶†Primò verò quærit̃ vtrũ appellatio 2
interpoſita nõ ante,ſed poſt excõicationẽ vel interdictũ aut ſuſpenſionẽ ab officio vel ingreſſu eccleſiæ tollat effectum ipſarũ cenſurarũ?Et dico quòd nõ:de ſen.excõ.c.is cui.lib. vj. quod verũ eſt, qñ abſolutè tales ſentẽtiæ ſunt inflictæ, quia ſecũ trahũt executionẽ.de app.paſtoralis.Secus ſi ſub conditione:puta ſi nõ ſolueris hinc ad menſem,excõmunico te vel ſuſpẽdo:vel ſi nõ feceris hoc aut illud:quia tũc ſi ante conditionis euentum appellauerit legitimè,bene ſuſpẽdit:vt in c. pręterea.el ij.de appel.Si tñ ipſa cõditio ſit de nõ appellãdo, vt excõmunico te ſi appellas,ſecundũ Innoc.in d.c.præterea. appellatio ſuſpendit effectũ:ſed dubiũ eſſet ſi dicat̃,excõmunico te ſi diſpoſueris te ad appellandũ: & dico quòd non erit excõmunicatus in caſu,in quo talis prælatus ꝓhibere nõ põt appellationẽ:aliàs ſic.& de hoc §.Excõmunicatio.ij. notab.j.
¶†Secũdò quærit̃ vtrũ excõmunicatus poſt legitimã appel- 3
lationẽ,& nõ ante,ſit vitãdus?Et dico ꝙ nõ:vt not.in c. licet. de ſent.excõ.lib.vj.& in c.paſtoralis.de app.tñ ſi excõmunicatus nominatim ſpecialiter expreſsè intra tẽpus à iure vel iudice ſtatutũ appellationẽ nõ fuerit proſecutus vt debuit:eo elapſo poterit publicè denuntiari excõicatus:& tũc erit euitandus tam in iudicio quàm extra,& ab actibus legitimis re-

mouendus.dicto cap.licet & debet reputari pro excommunicato poſt talem denuntiationẽ:donec ſententialiter fuerit declaratum appellationẽ ante excõmunicationem fuiſſe interpoſitam: interim tamen ſi celebrat & ingerat ſe diuinis, nõ efficitur irregularis,ſecundũ Archi.in d.c.licet.& ſequitur Gemin.ibi:quia ex quo appellatio legitima fuit ante excommunicationem poſita, illã ſuſpendit. Et licet deinde denuntietur excõmunicatus,nõ tamen excõmunicatur:nec verè eſt excõmunicatus,vt ibi patet.& idem videtur ſentire Io. And. Et hoc ſequitur Sum.Ang.& Roſ.Sed fortè dici poſſet quòd appellatio excommunicationẽ nõ ſuſpendit,niſi vſq; ad terminum temporis,intra quod proſequẽda erat:& conſequenter iſte eſt verè excõmunicatus poſt illud tẽpus:alioquin eccleſia cõcedens ipſum poſſe denuntiari excõmunicatũ,cõcederet poſſe mẽtiri.Et cõſequenter celebrãdo eſt irregularis.

4 ¶† Tertiò quæritur,vtrũ ignorantes prædictas ſentẽtias excommunicationũ ligẽtur quo ad Deũ & cõſcientiã, faciẽdo, vel omittẽdo illud,propter quod ſentẽtia excõmunicationis imponitur.Et dico diſtinguẽdo ſic:Si ignorãtia eſt affectata, craſſa vel ſupina,quæ eſt lata culpa,ligantur ſecundũ cõmuniter Doct.per tex.clarũ in c.vt animarũ.de cõſt.lib.vj. ſi verò nõ eſt affectata,nec craſſa,aut ſupina:ſic in conſcientia.ex not.in c.cognoſcẽtes.de cõſti.& in c.à nobis.el j.de ſen.excõ. & in d.c.vt animarũ.diſtinguit Sum.Ang.quia aut id quod fit vel omittitur,eſt ſolùm cõtra ius poſitiuũ vel ſtatutũ:aut eſt contra legẽ Dei,vel quod idẽ eſt,naturæ.Si ſolùm cõtra ius poſitiuũ,ignorãs nõ ligatur:quia requirit dolus verus vel præſumptus,cuiuſmodi eſt lata culpa.l.quod Nerua.ff. depo.& hoc tenet Io.And.in c.quantæ.eo.tit.in nouel.vbi dicit quòd in nullũ canonẽ aliquis incidit,niſi ſit in dolo. & idẽ tenet,vt videtur Inn.in c.cũ medicinalis.eo.tit.lib.vj.Facit quod not. Bar.in l.quicũq;.C.de ſeruis fu.vbi dicit ꝙ vbicũq; loquimur de pœna capitali vel corporali,ſubintelligitur dolus: ergo à fortiori in hac pœna, quæ animã ligat & occidit mutilans à corpore viuo,id eſt,eccleſia.Facit etiã quòd excõicatio iuris non incurritur,niſi peccãdo mortaliter:vt dicit Pet.de Pal.Si verò ſit cõtra ius naturale vel Dei.& delinquẽs hoc ſcit,licet ignoret ꝓhibitũ iure poſitiuo in hoc diuerſitas eſt inter Doctores:quia gl.in d.c.à nobis.& Bar.in l.cũctos populos.C.de ſum.Tri.& ſi.cat.videtur tenere quòd ligat:quia eſt in dolo, faciendo ſciẽter rẽ ſibi prohibitã.pro quibus facit l. nec exẽplũ.C.ad l.Corn.de fal.&.c.cũ illorũ.in fi.eo.tit.quam etiam opinionẽ videtur tenere Sco.in iiij.diſt.lx.Io.autẽ And. in d. c.vt animarum. tenet cõtrariũ: vt illi imponit Sum.Ang.& quo ad excõmunicationem do.And.& Pan.in d.c. à nobis. & Gemi.in d.c.vt animarũ.Sum.autẽ Ang. videtur cõcordare: quia prima opinio habet veritatẽ vbi ignorãtia eſt lata:aliàs ſecũda:& verũ eſt vt ſ.dictũ eſt.Excõicatio.ij.notabili.iij.Sed tunc malè diſtinxit inter ius poſitiuũ & diuinum:quia ſicut in illo,ita aliquando & in iſto excuſat ignorantia niſi ſit lata, vt etiam idẽ alibi tenet,ſcilicet Ignorantia.§.iiij.Vide etiam infrà Ignorantia.§.viij.Nec obſtat,quòd ſæpe in excommunicationibus dicitur ſufficere affixionem ad valuas eccleſiæ ſancti Petri Romæ:quia hoc verũ eſt quo ad præſumptionẽ fori contẽtioſi:& quo ad eos qui ſunt in culpa, ne publicẽtur in ſuis terris,quorũ ſcilicet ignorãtia eſt affectata: aliàs quilibet teneretur ſtudere in iure canonico, & habere referẽdarium in vrbe Roma.Vide etiam infrà Ignorantia.§.viij.

5 ¶† Quartò queritur,vtrũ propter expletorem ſiue executorem facti,alius incidat in excõmunicationem?Et dico multa. ¶ Primum.Mandans fieri aliquid, per quod in excommunicationem incidit faciens, dico quòd incidit, iuxta diſtinctionem dandam.j.Mandatũ.§.iiij.Si tamen quod mãdauit non habuit effectum, ſecundum aliquos in nullo caſu prædictorum incidit mandans,niſi ſolùm in caſu,de quo de homic.c.j. ſcilicet in occiſione per aſſaſsinos.vide tamen ſuprà Excommunicatio.vij. excõmunicatione xj.parti,ij.¶ Secundũ.Ratũ habens maleficium,per quod inciditur in aliquã prædictarũ excommunicationũ,ligatur, ſi interueniãt quæ requiruntur ad hoc vt ratihabitio habeat locũ.de quibus ſ.Conſenſus.§.x. ¶† Tertium.Conſulẽtes,dantes fauorem, inducentes aliquem ad aliquod prædictorũ,non incidit,niſi vbi exprimitur:& niſi hoc facerent circa factũ damnatũ,poſtquam iam ille inciderat:quia ſic ligarentur eadem pœna, & ab eodem eſſent abſoluendi. de ſent.excom.nuper. ¶ Quartum. Cùm infligitur excommunicatio dantibus conſiliũ,ſecundum Card.in cle.ſi quis.de pœn.intelligitur de cõſilio fraudulento,nõ de nudo, quod nihil adijcit ad peccatum,vt not.in d.c.nuper.in glo.ij. & in cap.ſicut dignum.de homic.quia ſcilicet ſic omnino faceret,& cũ tanto animo:vbi autẽ quis efficacius inducitur,licet aliàs eſſet facturus,tunc nõ eſt nudũ conſiliũ,nec ſimplex fauor:vt elicitur ex gloſſ.in cap.felicis.de pœn.lib.vj.Et dicit Paul.quòd regulariter quis ex nudo cõſilio non tenetur:qui etiã dicit quòd conſiliũ præſtatur ſuadẽdo,rogãdo,mandando,inſtruendo,vel vtilitatẽ inde ſequuturam oſtendendo:vt not.Inno.in c.ad audientiam.de homi.¶† Quintò quæritur, 6 cùm dicitur quòd aliqui nõ ſint abſoluendi,niſi prius ſatisfecerint,vel aliud fecerint: vtrum teneat abſolutio ante ſatisfactionem eius quod mandatur?Et dico pro regula tenendum quòd vbicũq; ius vtitur iſto verbo poteſt,negatiuè,abſolutio impenſa contra id quod ſic imponitur, eſt nulla:vt patet per glo.in reg.j.de reg.iur.lib.vj.& idem dic quãdo canon vtitur verbo,nõ valeant. Vbi verò canon vtitur verbo, nullatenus. ſecundum Zen.in cle.vnica.de ſeque.nõ valet, ſed ſecundum Card.ibi,valet.Ego verò dico quòd valet,etiam ſi omittatur quod canon mandat,vbi aliàs abſoluenti de iure cõpetit abſolutio:nõ valet autẽ vbi nõ cõpetebat illi de iure:puta quia cõditor canonis ſibi vel alteri reſeruauit, & ſolùm conceſſit in aliquo caſu ſub aliqua forma: vnde forma omiſſa nihil fit.& facit gloſſ.in clem.j.de iure pat.in verbo,inhibentes.

## De Exequutore.

1 *Exequutor quiſnam propriè dicendus: & quotuplex? Et quis in rebus eccleſiaſticis exquutor eſſe poſſit?*

2 *Appellari ab exequutore,an poſſit,& abs quo?*

EXEQVVTOR † propriè dicitur, qui rem iudicatam ducit ad effectum,ſecundũ gl.in cap.ſuper queſtionum. 1 de offic.deleg.& eſt duplex,ſcilicet merus,ſcilicet is,cui mera exequutio mandatur,cauſa à ſuperiori cognita: qui in rebus eccleſiaſticis põt eſſe qlibet clericus:& mixtus,ſcilicet is, cui aliqd à ſuperiore exequendũ mandatᷣ ſimpliciter:& talis in rebus eccleſiaſticis eſſe non põt, niſi in dignitate conſtitutus,aut perſonatum habens, vel canonicus eccleſiæ cathedralis:ſi commiſsio fiat ei authoritate literarum apoſtolicarum vel legatorum aut delegatorũ apoſtolicorum: ſecus ſi ab alijs:quia tũc quilibet clericus eſſe poteſt:vt patet per no. in cap.ſtatutũ.de reſcr.lib. vj. ¶ A† primo, iure canonico aut 2 ciuili appellari non poteſt.de re iudica.quod ad conſultationem.& l.ab executione.C.quorum app. non reci.niſi executor ſententiæ modum excedat,vt dicit tex.in dicta l.aut niſi malè interpretetur ſentẽtiam,& huiuſmodi: de quibus gloſ. in d.c.qđ ad conſultationẽ.¶ A ſecundo autem appellari poteſt,ſi aggrauat vel iniuriatur:& debet iſte admittere rationabiles exceptiones,de offic.deleg.ex parte.el j.& cap. eã te decet.de æta.& quali.& in c.cũ adeò.de reſcrip.Et hoc verũ, niſi conſtet quòd ſuperior ex certa ſciẽtia ſic velit:vt not.gl. in cap.ex parte.vide infrà Teſtamentum ſecundò per totum.

De



## De Exemptione & Exemptis.

1 *Exemptio quid importet:& cuius deffinitio. Quid exemptos, & qui de cauſis contra exemptum cognoſcere debeat ac poſsit. Et eximere cuius propriè ſit?*

2 *Exemptio quotuplex eſt.Et quæ exemptio loco vel perſona exempta dicantur.numer.ſequen.*

4 *Exemptio data loci occaſione,quid differat ab ea, quæ ratione perſonæ obtenta eſt?Itẽ quibus verbis exemptio probetur.nu.5.*

6 *Exemptos qui ſe aiunt,ſi ab ordinarijs requirantur, num priuilegia ſua oſtendere teneantur?*

7 *Lite ſuper priuilegij validitate pendente, an debeat qui poſſeſſionis vſu,vel quaſi,etiam ſi poſſeſsio contra ius ſit, priuari.*

8 *Exemptus ab ordinario citatus,an parere teneatur? Et an habens priuilegium, vt non poſsit ab ordinario excommunicari, poſsit nihilo ſecius aliquo caſu ab eo excommunicari? nu.ſeq.*

10 *Exempti num coram ordinario conueniri poſsint occaſione loci,ſi alibi delinquant,contrahant,aut res conſiſtat? Et an exemptus coram ordinario litigant, nec exemptionem allegans,eam perdat?nume ſeq.Et ibidem an exemptus exemptionis priuilegio renuntiare queat?*

12 *Priuilegium,de quo hic,an per literas,de quibus hic mentio fit, reuocetur?*

13 *Exẽpti quid poſsint,aut nõ poſsint,quatuor dictis explicatur.*

1 EXEMPTIO † videtur importare collationem libertatis, ſeu eductionem ab aliqua ſubiectione aut ſeruitute. Et in propoſito noſtro exemptio eſt quædam liberatio à poteſtate ordinarij inferioris papa,ſtante ſubiectione immediata ad Romanum pontificem. Exemptus autem eſt,qui exemptione potitur,ſiue qui non ſubeſt iuriſdictioni ordinarij : vt patet & not.in c.cum perſonæ.de priui.lib.vj.Vnde ſolus papa vel legatus de latere poteſt cognoſcere de cauſis contra exemptum:vt no.in c.poſt tranſlationem.de offic.lega.ſecus in alijs legatis,vt ibi.Vnde eximere propriè eſt apoſtolicæ ſedis.xvj.q.j.frater.vj.q.iij.nũc verò.Io.And.in gl.in d.c.j.de pri-

2 uil.lib.vj.¶ Primò† verò quæritur,quotuplex ſit exemptio? Et dico quòd quædam eſt perſonalis, qua eximitur perſona, vt à nullo, ſcilicet etiam legato ſedis apoſtolicæ vel iudice delegato excommunicari,interdici,vel ſuſpendi poſsit:quædam verò localis,quæ fit loco,id eſt,eccleſię vel monaſterio. Quædã etiã eſt vniuerſalis,qua ſcilicet eccleſia vel perſona cum vniuerſalitate iuris ſpectat ad papã:ita vt metropolitanus aut diœceſanus nil iuris habeat in exempta.Quędã verò particularis,qua quid eximitur in parte in certis caſibus tantum : verbi gratia: ſi fortè aliqua eccleſia quantũ ad hoc eſt exempta,vt nullus epiſcopus vel archiepiſcopus poſsit in ea diuina ſuſpendere,ſicut in ſua diœceſi:& aliàs ei exhibeat reuerentiã & honorem.Quædã etiã quantũ ad monaſteria eſt ſuperiorem nõ recognoſcens præter papã:quędam verò recognoſcit quidem ſuperiorem non diœceſanum vel metropolitanum,ſed prælatum eiuſdem ordinis.gl.eſt in cle.atten

3 dentes.de ſta.mo.¶ Secundò† verò quæritur, quæ intelligantur exempta exempto loco vel perſona?Et dico quòd exempta eccleſia,vel monaſterio,intelligunt exẽpti ipſius monachi,vel canonici,clerici,& etiã cõuerſi,perpetuoq; oblati:nõ autem eiuſdem eccleſiæ presbyter,qui parochianorum curã habet,quo ad pertinentia ad curam illam:nec ipſi parochiani:vt in cap.per exemptionem.de priui.libro vj.Eximitur etiam exempto monaſterio,ſecundum glo.in d. c. eccleſia.& ipſius cœmeteriũ & domus & theatrum cum hortis,& arcus qui ſunt iuxta eccleſiam.arg.xij.q.j.neceſſaria.& capite,nulla.xvij.q.iiij.diffiniuit.& idem dic de dormitorio & domibus clericorum,quæ ſunt iuxta eccleſiam, cũ eorum hortis.arg. d.c.neceſſaria.&.c.definiuit. Si autem canonici alicuius eccleſiæ eximantur,ipſi ſoli ſunt exempti,non autem eccleſia, vel eius clerici:ſed ſi eximantur clerici cuiuſuis eccleſiæ,tũc tam canonici quàm alij clerici ſunt exempti: non autem eccleſia,niſi aliud exprimatur:vt in d.c. per exemptionem.nec etiã cõuerſi vel oblati:vt ibi dicit gloſſa.¶ Tertiò† quæritur, 4 quæ differentia ſit inter exemptionem datam ratione loci & ratione perſonæ?Et dicit Pan.in cap.tuarum.de priuil. quòd quando exemptio datur ratione loci,puta eccleſiæ vel monaſterij:in iſtis locum habet c.j.de priuileg.lib.vj.quod ratione delicti commiſsi extra locum exemptum, vel ratione contractus alibi initi,vel ratione rei alibi ſitæ,poſſent coram ordinario conueniri & ab eo puniri.Quando verò datur exemptio ratione perſonæ & non loci, vt in priuilegio conceſſo capellanis & familiaribus papæ:de talibus non habet locum d.c.j.quia nec etiam ratione delicti puniri poſſent ab ordinarijs:aliter eorum priuilegium eſſet inutile.quod eſſe non debet:vt in c.ſi papa.de priui.lib.vj.Ex quibus omnibus concludo quòd exemptus ratione loci vel rei non cenſetur exemptus ratione alterius rei vel loci. Vnde priuilegium conceſſum perſonis reſpectu certi loci non extenditur vltra locum: vnde cenſetur potius reale quàm perſonale: vt not.Pan.in c. cum capella.de priuil.ſecus in exemptione ratione perſonæ, vt patet.¶ Quartò† quæritur,quibus verbis probatur exem- 5 ptio?Et dico ꝙ multiplicibus:vt probatur in c.ſi papa.de priuil.lib.vj.puta ſi papa dicat in priuilegio exemptionis vel ſententiando ſuper exemptione,eccleſiam iuris beati Petri exiſtere:ſiue ad ius & proprietatem Romanæ eccleſiæ pertinere,vel ad Romanã eccleſiã ſpecialiter aut ſine medio & ſimpliciter percipere:vel ſi dicat ꝙ eccleſia ſit libera, ſeu quòd potiatur Romanæ eccleſiæ libertate : ſiue ꝙ epiſcopus non audeat illic cathedram collocare,ſeu aliquod imperiũ exercere vel poteſtatem:aut quòd eã eximit à poteſtate epiſcopi: item ſi recipiantur in proprios ſubiectos: per quæ & ſimilia cognoſcitur exemptio:vt ibi patet.Secus ſi reciperentur ſub defenſiõe,vt in c.ex parte.el ij.de priui.vel in proprios filios: quia non eſſent exempti, vt ibi dicitur: & ibi vide. ¶ Quintò † quæritur,vtrũ ſi requirantur ab ordinarijs,teneantur oſten- 6 dere ſua priuilegia,qui dicunt ſe exemptos.Et dico quòd ſic: & tradere tranſcripta articulorum, de quibus fuerit controuerſia.Et ſi ad exemptionem allegat ſolam præſcriptionem de hoc debent fidem facere.Et ſi allegent vtraq;: tunc ſi priuilegium ad plenum non ſufficit,ſed tamen cauſam præbeat præſcribendi,tenentur præſcriptionem probare:& probatione pendente non turbentur. Et ſi non allegent nec exhibent ſaltem tale priuilegium quod cauſam pręb eat præſcribendi, diœceſani vtantur iure ſuo:de priuileg.js.cum perſonæ.libro vj. Oſtendere autem & ad legendum integraliter exhibere debent in loco congruo & ſecuro intra terminum competentem ordinariorum vel delegatorum ipſorum arbitrio moderandum.eo.capite,& tit.vbi glo.dicit quòd ſi ordinarius dicit ſuam eſſe iuriſdictionem,& ſubditus hoc negat:bene cognoſcit ordinarius an ſua ſit iuriſdictio.de reſcript. ſuper literis. ſed ad omnem ſuſpicionem tollendam,melius videtur expediendum per delegatum.de foro comp.ſi quis.¶ Sextò† quæ- 7 ritur,vtrum pendente lite ſuper validitate priuilegij, ſeu an fuerit conceſſum,vel non, debeat quis priuari vſu poſſeſsionis vel quaſi,etiam ſi poſſeſsio ſit contra ius:Et dicit Panor. in cap.j.vt lite penden.quòd non.text.eſt in d. cap. cum perſonæ.in §.quòd ſi tales.cum §. ſequenti. & hoc idem tenent ibi doc.vbi dicit Io.Mon.vt ibi not.Gem.quòd pendente lite non eſt turbandus in poſſeſsione ſua, etiam ſi poſsideat contra ius commune, dummodo ex aliqua probatione, licet

non

non ſufficienti ad finale intentum, ipſe iuſtificet poſſeſsio-
nem.Et ita videtur ſonare ibi tex.Vnde Io.And.in gl.vlt.ibi-
dem dicit ſic: No.quãtus fauor priuilegio debetur.Eſt enim
priuilegium ex ſe fauorabile:ſed præſcriptio odioſa. de deci.
8 ex parte.&.c.tua.de reg.iur.odia.hæc ille.¶Septimò†quæri-
tur, vtrum exemptus citatus ab ordinario teneatur compa-
rere?Et dicit Pan.in c.cum ordinem.de reſcript.quòd aut eſt
notoriè exemptus & iandiu toleratus priuilegio exemptio-
nis,ſicut ſunt mendicantes:& ſic non tenetur:nec valebit ſen
tentia ſuper principali: quia eſt à non ſuo iudice:neq; tanquã
contra contumacem.ad quod tex.eſt in l.non videtur. la pri-
ma.ff.de iudic.& text.bonus in cle.paſtoralis.§.Piſana.& ibi
bona gl.de re iu.& gl.in c.veniens.de accu.& ij.q.iij.ſi epiſco
pus.& per no.in c.ij.de dila.&Bar.in l.ij.ff.ſi quis in iusvo.non
ierit.licet in alijs terminis. Si verò non conſtat ita notoriè,
tunc tenetur cõparere,& allegare priuilegium:& in loco cõ
gruo & ſecuro intra terminum cõpetentem ordinario oſten
dere.de priui.cum perſonæ.libr.vj.Et in hoc multi ſimplices
9 iudices decipiuntur,vt dicit idem Pan. ¶Octauò†quæritur,
vtrum habens priuilegium quòd excommunicari non poſsit
ab ordinario, poſsit aliquo caſu excommunicari ab eo? Et
dicit Richa.in iiij.diſt.xviij.quòd nõ,ſi ante ſententiam in ſui
defenſione allegat priuilegium.quod intellige ſi eſt paratus
oſtendere.Si verò illud non allegat:nihilo minus etiam ſen-
tentia non tenet,ſi ipſum priuilegium eſt publicatum.Si verò
non ſit publicatũ,nihilo minus credo,inquit,ſententiam non
valere,ſi ipſum priuilegium ſit notum iudici:arg. de appel.ſi
duobus.in tex.& in gl.Si autem non eſt iudici notũ,nec priui
legiatus fuit in longo tenore libertatis:tunc ſententia tenet.
arg.d.c.ſi duobus.quod intelligo, niſi in priuilegio eſſet clau
ſula irritans:quia tunc non valeret ſententia.Si verò priuile-
giatus allegat priuilegiũ non publicatum,nec iudici notum,
nec fuit in longo tenore libertatis illius:& iudici petenti pri-
uilegium ſibi oſtendi non vult illud oſtendere clauſulã, nec
continentem ſuã libertatem:tenebit ſententia,ſi feratur cõ-
tra eum.de priui.cũ perſonæ.lib.vj.nec propter oſtenſionem
priuilegij ſequẽtem iudicabitur ſententiã fuiſſe nullã,vel eſ-
10 ſe reuocandam.hæc ille.¶Nonò†vtrum exempti conueniri
poſsint coram ordinario ratione loci,ſi alibi,id eſt, extra lo-
cũ ſuũ delinquãt aut cõtrahãt,vel res cõſiſtat? Et dico quòd
ſic,quacunque gaudeant libertate.de priuile.volentes lib.vj.
quod intellige cum duplici limitatione.Prima,ſcilicet ſi non
ſint ſic exempti quòd ratione delictivel contractusvel rei li-
tigioſæ conueniri non poſsint:vt prædicatores,minores,Ci-
ſtercienſes,& multi alij.Secũda,ſcilicet ſi etiam ipſi inuenian
tur alibi,id eſt,extra locum ſuum. Vnde conueniri non poſ-
ſunt:primò ſi dicto modo ſint exempti: nec ſcđò ſi delictũ,
contractus,aut res litigioſa ſint in loco exempto:nec tertiò,
ſi illa ſint alibi,& ipſi ſint in loco ſui domicilij:quia non poſ-
ſunt conueniri vbi habent domicilium:nec poſſent diœceſa-
ni illorum vbi habent domicilium,remittere eos ſi cõuenian
tur ad locũ delicti,cõtractus,aut rei:vt in d.c.volentes.¶De-
11 cimò†vtrũ exemptus litigãs corã ordinario,& non allegans
exemptionem,perdat eã?Et dicit Pan.in c.j.de ſent.&re iudi.
quòd non:nec tenet ſententia nõ obſtante taciturnitate:quia
etiã ſi voluiſſet,non potuiſſet in illum conſentire vt in iudi-
cem.de arbit.cum tempore.Et hoc tenet Io.And.in regula,
ſcienti.lib.vj.in mer.& facit quod no.in l.j.C.vbi de crim.agi
oportet.Ratio eſt ſecundum Pan.in d.c. cum tempore. quia
exemptus exemptioni renũtiare nõ poteſt:quia tangitur ne-
dum fauor exempti,ſed etiam ſuperioris,qui eximit illum:vt
in c.ad apoſtolicam.de regula.& in l.ſi quis in conſcribendo.
C.de epiſ.& cle.Albe.tamen in d.l.ſi quis. tenet quòd exem-
ptus renuntiare poteſt priuilegio exemptionis:per d.l.ſi quis.
& ad leges contrarias reſpondet quòd loquuntur de priuile-
gio iuris communis introducto in fauorem ordinis clerica-
lis,cui renuntiari non poteſt:ſed ſuo priuilegio ſpeciali bene
poteſt. Sed ego dico quòd renuntiare poteſt in ſuum,& non
in ſuperioris,præiudicium.Vnde renuntiare poteſt in aliquo
caſu nõ ſimpliciter,quia eximitur gratia vtriuſq;, licet prin-
cipaliter gratia ſui,vt quietius viuat.Nec teneo cũ Sum.Ang.
ꝙ renuntiare poſsit, quando ipſe impetrauit exemptionem,
& non quando ſuperior eũ exemit proprio motu:quia vtroq;
caſu ſtat quòd exemptio fiat gratia vtriuſq;.vide ſ. Abſolu-
tio.v.§.ij. ¶Vndecimò†pone ꝙ papa priuilegium cõceſſerit 12
monaſterio monialium, vt nõ teneantur ad procurationem
legatorum,etiam ſi in literis eorũ dicatur,vt tam non exem
pti quàm exempti teneantur,niſi de indulto conceſſo mona
ſterio fiat mentio de verbo ad verbũ:deinde papa cõcedit le
gato vt poſsit exigere procurationem à quibuſcunq; perſo-
nis etiã exemptis,quanquã talia ſint priuilegia ꝙ de eis ſit fa
cienda mentio de verbo ad verbũ, quæ voluit in iſtis literis
haberi pro expreſsis.Quæritur an per has literas illud priui-
legiũ reuocetur?Et videtur quæſtio ſatis dubia, vt refert Pan.
in c.cum inſtantia.de cenſ.Et dicit Fede.tenuiſſe ꝙ non:quia
de priuilegio debet fieri mentio ad hoc vt ei derogetur: de
reſcrip.veniens.& notatur xxv.q.ij in Summa.& in c.j.de re-
ſcrip.nec ſufficit mentio generalis,ſed requiritur ſpecificatio
in c.ij.de do.& contu. Et præterea ſi diceremus oppoſitum,
primum priuilegium eſſet inutile,cùm papa ſemper conce-
dat pleniſsimas literas legatis.Sed poſtmodũ idem Fed cõſ.
xlvij.mutauit ſententiam tenendo contrariũ:quia per verba
generalia pleniſsima reuocantur omnia priuilegia, ſtatuta,
& cõſuetudines,vt eſt bonus tex.in cle.dudũ.de ſepul.Item ſi
diceremus contrariũ, indirectè minueretur poteſtas papæ:
quia cùm priuilegia in facto conſiſtant, & papa non habeat
omnium memoriã,impoſsibile foret quòd de omnibus huiuſ
modi priuilegijs faceret mentionem de verbo ad verbũ. Vn
ſatis eſt quòd appareat de ſua intentione volente reuocare
talia priuilegia.Conclude ergo ꝙ tam in hac materia quàm
in alia,debemus ſemper cõſiderare primi & ſecũdi tenorem,
& ſecundũ eorum vim iudicare vel pro priuilegio,vel pro re-
uocatione. Et faciunt prædicta ad materiam teſtamento-
rum.hæc Pan.Cui concor.Card.in cle.j.de ſepul. vbi dicit ꝙ
ſi in ſecundo eſt aliqua ſpecialis expreſsio,per quã aperte col
ligitur mens diſponentis, hoc ſufficit ad reuocandum prio-
rem diſpoſitionem,etiã ſi in primo diceretur quòd oporteat
exprimi nomen talis ſancti,& huiuſmodi.Et refert Bart.in l.
ſi quis in principio. ff. de leg. iij. tenere quòd teſtator dicit,
non obſtante quocunque alio teſtamento,etiam ſi in eo ſint
verba derogatoria:talis expreſsio dicitur ſpecialis, & ſufficit
ad reuocandum.hæc Card.Et ad hoc bonus text.in clem.dudum.
dum.prææalle.alius in cap.alma.de ſent.excom. libr.vj.Te-
ſtamentum.j.§.xij.partic.iiij.in fin.¶Duodecimò†quæritur, 13
quid poſsint vel non poſsint exempti?Et dico multa. ¶Pri-
mum.Exempti non poſſunt conſtruere oratoria vel capel-
las in locis non exemptis ſine licentia diœceſanorum:nec e-
tiam in ſic conſtructis celebrare vel celebrari facere tempo-
re interdicti in caſibus nõ expreſsis:aliàs per ordinarios com
peſcantur:& ſi propter hoc conſeruatores ferrent ſententias
contra ordinarios,non valerent.de priuile.authoritate. libro
vj.Quod intellige de oratorijs publicis: quia in priuatis poſ-
ſunt,ſecundũ gl.ibi. Intellige etiam quando epiſcopi prohi-
buerunt ibi celebrari:aliàs quando cõmuniter in eis celebra-
tur,ſi fiat de conſenſu eius,qui curam illorum habet,ſufficit
ſine licentia epiſcopi.¶Secundum.Non poſſunt etiam prædicta



dicta facere in locis exemptis ſine licentia vel priuilegio ſe-
dis Apoſtolicæ ſpeciali:vt in d.cap.authoritate.§.inhibemus.
¶Tertiũ. Non poſſunt etiã aſſumere lites ſuorũ hominũ &
cenſualiũ:vt in d.c.authoritate.in fi.gl. ¶Quartũ.In eos reli-
gioſos, qui priuilegiũ habẽt ne à quoquã poſsint excõmuni-
cari, ſuſpendi, vel interdici pro vlla cauſa, vel in vllo loco,
ordinarij quãtũ ad iſta iuriſdictionẽ ſuã exercere nõ poſſunt
vbicunq; fuerint:niſi illi monachi mitterẽtur ad prioratus ſu-
biectos ordinarijs:quia tũc licet vtrobiq; ſint monachi,ordi-
narij quo ad prædicta etiã illos iudicant quãdiu ibi manent.
de priuileg.volẽtes.lib.vj.vtrũ autẽ delinquẽs in loco exem-
pto ligetur ſtatuto epiſcopi,infrà Statutũ.§.ij.Et ſuprà Excõ
municatio.ij.no.iij.dubio.j.Quod etiã exercere poſsit epiſco
pus,vel archiepiſcopus in loco exẽpto,ſuprà Epiſcopus.§.viij.
¶EXHAEREDATIO,vide ĩ. Hæreditas ij.per totum.

## De Exorciſta.

1 EXORCISTA Græcè,Latinè dicitur adiurans, vel in-
crepans.xxj.diſt.cleros & conſequenter exorcizare,eſt
adiurare,vel increpare.Quod in ordine ad dæmones dupli-
citer contingit.Primò ſcilicet,ex officio. & ſic eſt proprium
ſacerdotis vel exorciſtæ:vt ſuprà Catechiſmus.& ſecundò,ex
communi poteſtate à Chriſto tradita Chriſtianis, & ſic con-
uenit omnibus:vt ſuprà Adiuratio.§.iiij.& v.

## De Expenſis.

1 *Expenſæ ab impenſis quid differant. Et quid horum vnum quodq;.Et quid de damno & intereſſe,& an renuntians vni, alij renuntiare videatur?*

2 *Expenſæ quotuplices ſunt? Et quomodo expenſæ moderandæ ſint,tam in cibarijs,quàm in alijs?num.ſeq.Et an in examinandis facultatibus habenda ſit expenſarum ratio?num. ſeq.*

5 *Expenſæ in re aliena factæ,an ſint attendendæ?*

6 *Vulnerans alium,num ad expenſas teneatur?*

1 EXPENSAE,† quantum ad vocabulum ipſum,ſunt vo-
luntarij & nõ neceſſarij ſumptus,dictæ quaſi extra pen-
ſum & debitũ factæ:ſed impẽſæ ſunt vtiles & neceſſarij ſum-
ptus,ab impendio dictæ:vnũ tamen pro alio frequenter po-
nitur:vt in l.Iulianus.ff. de mino.in fin.vbi expenſæ pro im-
penſis ponuntur,& econtrario:vt ff.de verbor.ſignific.l. im-
penſæ.Quandoq; etiã ſumũtur expenſæ generaliter pro ex-
penſis & impenſis: & ſic loquendo nõ differunt ab impenſis,
ſed ā damno intereſſe,quod nomine expenſarum non venit:
quia expenſa eſt quam quis facit eundo & redeundo,vel ma-
iorem familiam tenendo, aut ſoluendo aduocatis, & huiuſ-
modi:damnum verò vel intereſſe ſunt in re vel circa rem.
Vnde remittens vnum,aliud non videtur remittere:vt cap.in
noſtra.de iniur.in text.& in gloſſ.& iuramentum factum ſu-
2 per vno,non extenditur ad aliud vt ibi.¶†Primò verò quæ-
ritur quotuplices ſunt expenſæ ſecundum iura?Et dico quòd
triplices,ſcilicet neceſſariæ,vt illæ quæ ſi factæ non fuiſſent,
periiſſet, aut fuiſſet facta deterior res, circa quã factæ ſunt.
& vtiles:vt quæ rem meliorem faciũt, & deteriorationẽ fie
ri non permittunt. & voluntariæ:vt quæ rem tãtùm ornant,
ſed fructum non augent.l.impenſis.ff.de verborum ſignific.
3 ¶†Secundò quæritur, quomodo expenſæ ſint moderandæ,
tam in cibarijs,quàm in alijs?Et dico quòd ſecundum digni-
tatem eius, cui præſtantur,& facultatem illius, qui præſtare
debet,vt colligitur in l.habitatio.ff.de vent.in poſſ.mit.& in
l.ſed & ſi quidem.§.j. in verbo,veſtiri. ff.de vſufruct.Et pro-
pterea dicit Bald.in dicto §.j.quòd abbas debet melius veſti
ri quàm monachus:magiſter in Theologia quàm alij fratres:
doctor quàm ſcholaris. Et idem dic de cibarijs, per Bartol.
4 C.de epiſco.audi.¶†Tertiò quæritur vtrum in examinandis
facultatibus habenda ſit ratio expenſarum?Et dico quòd ſic:
vt not.gloſſ.in cap.quoniam.de vita & honeſt.cler. vnda illi
fructus æſtimandi ſunt,qui ſuperſunt deductis expenſis.C.de
fru.& li.ex l.j.¶†Quartò quæritur,vtrum expenſæ factæ in 5
re aliena,ſint attendendæ?Et diſtinguo,quia ſi erat poſſeſſor
malæ fidei,de rigore iuris habebit ſolùm neceſſarias, puta
illas,quas fecit gratia fructuũ quærendorum,congregando-
rum,aut conſeruãdorũ,& huiuſmodi neceſſarias: quæ etiam
à poſſeſſore malæ fidei deducuntur:vt in l.ſi à patre.§. fru-
ctus.ff.de petit.hæred.& l.planè.in fin.ibidem.alias autem ſi
quas fecit,amittit:vt l.ex argento.ff.de condic.furti.& Inſtit.
de rerum diu.§.ex aduerſo.Vtiles verò & voluntarias ſecum
poterit auferre,quando ſine læſione prioris ſtatus rei id fieri
poteſt.l.domũ.C.de rei vendic.In foro tamen animæ ſecun-
dum Mon.in titulo Vſura v.poterit etiam repetere neceſſa-
rias & vtiles,& placet per rationem dictarum legum. Si au-
tem erat poſſeſſor bonæ fidei, ſic tollere põt omnes expen-
ſas,quas fecit,ſi ſine rei læſione põt.l.Iulianus.la iij.ff.de rei
vendic.vel ſi tolli nõ poſſent,dominus rei ſoluet eas.l.in fun
do.eodem titul.aut vendet ei rem, in quam factæ ſunt:quia
dicitur.ff.de peti.hæred.l.ſi quid poſſeſſor.§. ſicut ante.quòd
quis culpari non debet de adminiſtratione rei quam tenet vt
ſuam bona fide.Et idem dic quãdo fecit credens rationabili-
ter ſe vtiliter gerere negotium proximi.ff.de negotijs geſtis.
per totum.infrà Reſtitutio.iij.§. viij. ¶†Quintò quæritur, 6
vtrum ad expenſas teneatur qui alium vulnerauit? Et dico
quòd ſic ad omnes,quas pro curatione fecit:vt. ff.ſi quadru.
pau.fe.dica.l.ex hac.& ff.de his qui deie.vel effu.l.vltima.vi-
de etiam gloſſ.in cap.ſi quis membrorũ.xxiij.quæſt. vltima.
& in cap.j.de iniur.Non autem tenetur ad vota quæ langui-
dus fecit:quia ſic ad libitũ poſſet depauperare percuſſorem.
Si etiam fieret bona fide,&non in fraudem,adhuc non tene-
tur:niſi fortè certum eſſet quòd per naturam ſanari non po-
terat:quia nõ debet expenſis grauare percuſſorem,niſi quan
tum eſt neceſſe.Quomodo autem debeantur expenſæ quan
do bona fide ſunt factæ ſciẽter in re aliena,puta in re locata:
infrà locatio.§. xvj.& ſuprà Commodatũ §.iij.& ſuprà Dos.
§.xx.& infrà Peculium.xij.& xiij.

## De Expoſitis.

1 *Expoſitus quis ſit?Et quæ ſit exponentis pœna?num ſeq.*

3 *Exponentes ex neceſsitate,an excuſentur?*

4 *Collector expoſiti,num poſsit expenſas,& quot caſibus repetere.*

EXPOSITVS,† dicitur infans,ſeruus,libertus,& lan- 1
guidus,ſi dimittatur ſine cura,vel ei negentur alimẽta
à parẽtibus,à dominis,vel patronis:vt in cap.vnico.de infan.
expo.quod quidẽ ſcilicet exponere,id eſt, ante eccleſias po-
nere ſolent aliqui relegato pietatis officio: vt expoſitos alij
manifeſta ratione colligant. diſtinctio.lxxxvij.ſic expoſitus.
¶†Primò verò quæritur quæ ſit exponentis pœna? Et dico 2
quòd filius expoſitus à patre,vel ab alio eo conſentiente vel
ratum habẽte,liberatur à patria poteſtate:&ſeruus ac liber-
tus à poteſtate dominica:& idem in languidis cuiuſcũq; ſint
ætatis:vt in dicto cap.vnico.Si verò eo ignorante vel inuito,
poterit eũ repetere:ſed reſtituet expẽſas intra decẽ dies poſt
epiſtolã conteſtationis factã:vt ibidem notatur:& in cap.fin.
diſtinct.lxxxvij.Recolligens tamen talẽ expoſitum nihil iu-
ris acquirit in illum:vt in dictis iuribus.¶†Secũdò quæritur, 3
vtrum excuſentur exponentes ex neceſsitate: puta quia eos
alere non poterant?Et dicit gloſſ.in dicto cap.fin.quòd non:
quia debuerunt eum mittere in Xenonem, id eſt Hoſpitale:
vt C. de caducis tollendis.l.vnica.§.ſed ſcimus. quia ſi talis
locus non erat, tunc videtur gloſſ.dicere quòd excuſatur de
filio,

filio, ſed de ſeruo nõ: per dictam l. vnicam. & in auth. de nup. §. & multò potius. ſed debuit eum vendere vel donare. quantum tamen ad filium, & ſi verũ dicat illa gl. quantũ ad pœnã prædictam, non tñ excuſatur quo ad Deũ: quia eo caſu teneretur mẽdicare, ſi filius ſibi prouidere nõ põt: & quantum in ipſo eſt filiũ occidit, niſi fortè expoſitio tali modo fieret ꝙ
4 nullum periculũ immineret. ¶† Tertiò quærit, vtrũ collector poſsit expenſas repetere? Et dicit gloſ. in d. cap. fin. quòd non, ſi ſunt alimẽta, vel cauſa alimentorũ factæ, niſi in duobus caſibus. Primò ſi proteſtatus eſt quòd repetere volebat: vt ff. de neg. geſt. l. Neſennius. qđ limita verũ, niſi eſſet perſona quæ ad hoc teneret: ſicut eccleſia, quæ tenet alere pauperes: quia quantũcũq; proteſtet, nõ repetet: vt in c. ſacrorũ. xij. q. ij. & l. alimẽta. C. de neg. geſt. Limita etiã quòd illa proteſtatio eſt neceſſaria in foro contentioſo: corã Deo autem quantum ad perſonã, quæ nõ tenebat, ſufficit à principio habuiſſe animũ repetẽdi. Secũdò, quãdo expoſitus & collectus ducere nõ vult in vxorẽ filiã collectoris. C. de nup. l. patrem. Si verò expenſæ ſunt aliæ ab alimẽtis, puta in erudiẽdo puero circa aliquam artem, & huiuſmodi: repetere poterit. C. de infan. expoſi. l. j. De hac etiam materia, infrà Reſtitutio.

## De Extraordinario.

1 *Extraordinarium cur ita dictum. Et quid ſit iudicium extraordinarium?*

2 *Extraordinariũ remediũ quodnam dicatur? & ibidẽ quòd remedio ordinario ſuppetẽte, nõ ſit ad extraordinariũ recurrẽdũ.*

1 EXTRAORDINARIVM † dicitur quaſi extra, vel præter ordinem ſitum aut factum. Et ſic dicitur extraordinarium iudiciũ corã delegato: vel quãdo nõ proceditur in figura iudicij: ſed ex officio iudicis in modũ inquiſitionis vel denuntiationis. de quo text. cum gloſſ. in cap. quoniam
2 contra. de probat. Et † ſimiliter extraordinarium remedium eſt, quòd ob aliquam cauſam extra vel vltra curſum ſolitum alicui datur: vt reſtitutio minori læſo, vel abſenti cauſa iuſta, neceſſaria, vel probabili. Ad quæ remedia nunquam recurrendum eſt quandiu locus eſt remedio ordinario.

¶EXTREMA vnctio, infrà Vnctio extrema.

## De Fabulis.

FABVLAE otioſæ, vel ſecularium negotiorum in conuiuijs clericorum recitari non debent, aut religioſorum: in cap. conuiuia. & in cap. pro reuerentia. xliiij. diſtin. nec fabularum oblectamenta excitãtium mentem ad incentiua libidinum. cap. ideo. xxxvij. diſtinctione.

## De Facere.

1 *Facere quod poteſt quis, quomodo intelligatur?*

2 *Deo, totum quod quis penitus poteſt, an ſit poſsibile iuxta præſentis vitæ ſtatum, vt præſtetur. Et quatenus ab homine legiſlator totum exigere dicatur?*

1 FACERE † quod poteſt quis, quomodo intelligatur, habes in l. ſunt qui. cum ix. legibus ſequen. ff. de re iudicata. Nam patronus, patrona, liberi, & parentes eorum, miles armatæ militiæ, Doctor, vel presbyter, &c. ſi cõdemnentur ad id quod facere poſſunt, non totum quod habent extorquendum eſt: ſed ne egeant ratio habenda eſt: vt l. in condemnatione. ff. de regulis iur. Nam intelligitur quis facere debere, quod cõmodè & honeſtè poteſt: nec videtur poſſe, quod honeſtè fieri non poteſt. ff. de verborum ſignific. l. nepos Procu
2 lo. De † hoc ſic dicit Sanctus Tho. in iiij. diſtinct. xv. quanuis homo totum ſuum poſſe Deo debeat: non tamen ab eo exigitur de neceſsitate vt totum quod poſsit faciat: quia hoc eſt ei impoſsibile ſecundũ ſtatũ præſentis vitæ, vt totũ poſſe ſuũ ad aliquid vnũ expendat, cùm oporteat eũ circa multa ſolicitum eſſe. Sed eſt quædã mẽſura homini adhibita, quæ ab eo requirit, ſcilicet impletio mãdatorũ Dei: & ſup ea põt aliquid erogare vt ſatisfaciat. hæc ille. Et idẽ vbi ſ. Legiſlator ſuo præcepto nõ exigit ab homine totũ quod põt: cùm non intendat ordinare ſtatũ hominis quãtum ad vnũ diem vel ad paruum tempus, ſed ad totam vitam: à quo deficeret ſi ſemel homo totũ quod poſſet faceret, hæc ibi, vide etiã, infrà Impoſsibile.

¶FALLACIA, eſt filia auaritiæ: de qua in verbo Falſarius. per totum.

¶FALCIDIA, vide infrà Legitima.

## De Falſarijs, & Falſitate.

1 *Falſarij definitio: & quotupliciter dicatur? Et vt quis falſarius ſit, quot requirantur?*

2 *Literas alterius aperiens & legens, an falſarius cenſendus ſit? & qua pœna plecti debeat? Item an peccet mortaliter.*

3 *Falſarius num ſit tabellio, qui abſentium nomina in instrumento ponit: aut furtiuè ſigillum ſubripit? Et quid de lacerante, cõburente, aut celante publicas, aut priuatas ad alium pertinentes ſcripturas, ita vt nuſquam amplius apparere queant? num. ſeq. vbi quid de falſantibus mercatorum libros, aut comburentibus, aut occultantibus.*

5 *Inſtrumenta per notarium falſum confecta, nullàne ſint? & ibi de hoc doctè & fusè.*

6 *Inſtrumentum à notario nõ damnato, diuerſa capita habens, confectum: ſi in vno falſum ſit, an prorſus & in totum falſum eſſe cenſendum ſit?*

7 *Monetam falſificans, num falſarius ſit, & mortaliter peccet? Et de monetam cudente: & an cudere liceat? & ad quid & quibus tales teneantur?*

8 *Monetam falſam ignoranter accipiens, & eam ſciẽter expendens, qua pœna teneatur, & num mortaliter peccet? Et ibidem, quid de diminuti valoris pecunias emente, & eas demum alibi pretio currente expendente?*

9 *Moneta quot modis falſificari dicatur? & cui pœnæ falſificans obnoxius ſit. Et ibidem an princeps pecuniæ pondus in ſuum commodu minuere, & idem pretiu quod prius, ſtatuere poſſit?*

10 *Monetarum falſarij qui ſint? Et an princeps quoq; falſarius eſſe poſſit? Et ibidem Sum. Ang. refellitur.*

11 *Menſuras & pondera falſans, an mortaliter peccet, ad quid teneatur, & quæ ſit ipſius pœna? Et quid de falſis vtente?*

FALSARIVS † eſt, qui crimine falſi tenetur: vel qui crimen falſariorum admittit. de crimne fal. ad falſariorum. Vnde dicitur multipliciter falſarius, vt not. in capitulo memoriam. xix. diſt. & in cap. quiſquis. xj. quæſt. iij. de crimin. fal. per totum. Sed de falſario literarũ Apoſtolicarũ dictum eſt ſuprà Excommunicatio. vij. excommunicatione iiij. Falſitas autem in propoſito, eſt mutatio veritatis cum dolo & iactura. Vnde ad eſſe eius tria requirũtur prædicta: & ſi vnum defecerit, non eſt punibilis, ſecundum Hoſtienſ. & Azon. & Tanc. in ſuis ſum. per text. in l. quid ſit falſum. ff. de fal. iuncta l. nec extra. & l. damus. C. eodem. Vnde non committitur in ſcriptura quæ fidem non facit, ſecundum Bartolum. vide Panormitanum in cap. quãto. de iureiurando. & Tanc. de Corneto in rubr. viij. quæſt. x. in verſic. præterea. ¶† Primò verò
2 quæritur, vtrum is qui alterius literas aperit & legit, ſit falſarius? Et dicit gloſſ. in cap. cum olim. el ij. de offic. deleg. quòd puniri debet tanquã falſarius. allegat cap. olim. de reſcrip. & cap. ad audientiã. de cri. fal. Innoc. etiã tenet quòd ſit falſarius, licet minus peccet, quàm ſi falſificaſſet ſigillum, propterea quod ſecundũ Pet. de Anch. debet puniri ſolùm pœna extraordinaria. de offi. deleg. de cauſis. & cõcor. communiter doc. capitula autem alle. per gl. loquuntur de falſario, qui facit ra ſuram vitiãdo literam: vt in d. c. cum olim. vel apponendo ſigillum adulterinum: vt in d. c. ad audientiam. Bar. autem in l. qui teſtamentũ. ff. de fal. & Pan. in c. cum olim. el ij. de offic. deleg. tenent ꝙ ſi eas aperit, oſtendens aduerſario mittentis, puniri poteſt vt falſarius. ar. in l. j. §. is. qui. ff. ad l. Corn. de fal. vbi, qui depoſita inſtrumenta oſtendit aduerſario, incidit in crimen falſi. Quod not. contra aduocatos & notarios oſtendentes iura partis aduerſariæ. Si verò aperit, ſed aduerſario non oſtendit, non punitur crimine falſi. & videtur tex. in d. c. cum olim. & ff. de cri. ſtellio. per totum. & ad l. qui teſtamentum. ff. de fal. dicit quòd eſt ſpeciale in eo qui aperuit teſtamentum clauſum, vt puniatur pœna falſi, vt ibi. Vnde aliud eſt in propoſito: & debet iſte puniri pœna ſtellionatus, id eſt, extraordinaria. Ex quibus rationabiliter colligitur quòd iſte peccet mortaliter, niſi ſit ſuperior, aut inaduertenter faciat, ſpem habens in ratihabitione, aut habeantur literæ pro derelictis: aut ſecundum Archid. niſi eſſet manifeſtus aduerſarius eius, dubitans ne aliquid ibi tractetur contra eũ. Debuit enim ſcribens ſibi prouidere ne venirent ad manus aduerſarij. Et idem credo vbi quis aperiret ad obuiandũ iniuſto malo cor-
3 porali vel ſpirituali. ¶ Secundò † verò quæritur, vtrum ſit falſarius tabellio abſentium nomina in inſtrumento ponens, vel qui furtiuè ſubripuit ſigillũ? Et dico quòd ſic: vt no. in c. quanto. & c. ea. de his quæ fiunt à præla. imò ſecundum Bar. in auth. presbyter. C. de ſacroſan. ec. falſitas non ſolùm committitur in dicendo falſum, ſed etiam in tacendo verum.

4 ¶ Tertiò † quæritur, vtrum lacerans vel cõburens aut celans ſcripturas publicas vel priuatas ad alium ſpectantes, ita quòd amplius non appareant, ſit falſarius? Et dico quòd ſic: vt eſt caſus, vt ibi Bartolus in l. Paulus. ff. de fal. & gl. Ex quo patet quid dicendum ſit de falſantibus libros mercatorum, comburentibus, vel occultantibus vel alias ſcripturas: qui vltra pœnam falſarij tenentur ad reſtitutionem totius intereſſe. tex. eſt in l. qui tabulas. ff. de furt. de quo infrà, Reſtitutio. ij. §. xvj. & Tabellio. §. viij. quod intellige ſi hoc ſit cum iactura.

5 ¶ Quartò † quæritur, vtrum inſtrumenta facta per notarium falſum, ſint nulla? Et dico vt colligit Pan. in c. fraternitatis. de hære. per Inno. ibidem diſtinguendum eſſe. Nam aut loquimur de inſtrumentis confectis ante falſitatem vel etiã poſt, eo tamen nondum damnato, ſed tolerato in officio: & ſic valent pretextu officij, licet poſtea damnetur. facit l. Barbarius. ff. de offi. præto. Aut loquimur de confectis poſt dãnationem notarij: & ſic non valent: vt in l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. præpo. & arcar. Facit tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. ff. de edend. Bar. tamen in l. j. ff. ad l. Iul. repe. limitat verum, quando notarius fuit damnatus propter falſitatem cõmiſſam in officio tabellionatus. & ſic loquitur dicta l. ſi aliquid. Secus ſi aliàs fuiſſet damnatus de falſo commiſſo extra illud officium, vel ſi ſit infamis ex alia cauſa: ſicut in quodam conſilio ipſe Bartolus conſuluit pro quodam notario damnato, quia extraxerat duas chartas de libro communitatis: quia valebant eius inſtrumenta, licet eſſet effectus infamis. Et hoc verum, modò illud officium non habeat in ſe dignitatem: vt quia eſt notarius principis. l. j. C. de mand. prin. vel ſalarium de publico: vt eſſe notarius in bancho: quia tunc non valerent. aliàs ſic. Et pro maiori notitia dictorum Bar. vide Paulum de Caſtro in conſilio ccxxiij. incipiente, ſuper eo. vbi dicitur quòd quando quis habet dignitatem vel officium ex publico quod exercetur inter non conſentientes: vt eſſe notarium ad banchũ iudicis, ſola infamia contracta ex condemnatione alicuius famoſi criminis, etiam ſi non ſit notoria, priuat ipſum executione talis dignitatis vel publici officij, poſito quòd non eſſet per ſententiam adhuc priuatus tali officio: vt idem Bartolus expreſsè determinat in l. eadem lege. ff. ad l. Iul. rep. per l. ij. C. de generali abol. Si verò eſt officium publicum ſine dignitate, & quod exercetur inter conſentientes: vt eſt eſſe ſimplicem notarium: & qui conficit inſtrumentum inter partes ipſum rogantes: valida ſunt inſtrumenta quæ facit ante condemnationem hominis ac legis poſt crimen, ex quo ſecuta condemnatione venit infamandus & priuandus officio, etiam ſi delinquit in officio, vt quia facit inſtrumentum falſum, ſecũdum Spe. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi tabellio. & ſunt valida, etiam ſi crimen illud erat notorium. facit l. ſi quis ex argentarijs. §. primo. ff. de eden. Si autem lata erat ſententia officij priuatiua: tunc aut à iure ſcripto: & habet locum gloſſ. quæ eſt in authentico, de tabel. §. penultimo. quæ videtur diſtinguere, an erat occulta vel notoria, aut ab homine legis miniſtro: & tunc talis diſtinctio non eſt adhibenda: imò indiſtinctè non valent inſtrumenta poſtea confecta, ſecundum Baldum in l. ſecunda. C. de ſent. & interlo. omn. iud. Si autem ſententia fuit lata ſuper crimen, & non priuatiua officij, ex qua incurrit infamiam: tunc locum habet quod dicit Bartolus in d. l. eadem lege. & Baldus in l. & militibus. C. de teſtament. milit. qui ſimpliciter dicunt ipſum non prohiberi alia inſtrumenta conficere propter hoc.

¶ Quintò † quæritur, vtrum inſtrumentum factum à notario 6
non damnato, quod habet capitula diuerſa, ſit falſum totum ſi falſitatem habet in capitulo vno. & Bar. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. diſtinguit. Nam aut falſitas prouenit ex vitio notarij: & tunc corruit totum inſtrumentum. Et hoc etiam tenet Innocentius, & Pan. placet vbi ſuprà. ſicut etiam in totum reprobatur dictum teſtis, ſi quam falſitatem adijciat in teſtimonio ſuo: quia reperitur periurus. Et hoc verum eſt ſi falſitas ſit circa ſubſtantialia inſtrumenti: puta, quia in indictione aut die: vel circa ſubſtantiale negotij, aut eius circunſtantias: vt quia debebat ſcribere x. & ſcripſit xx. Si autem ſit circa alia accidentalia vel extrinſeca: vt quia ſcripſit contrahentes eſſe conſanguineos, vel aliquid aliud quod non facit ad negotium, licet hoc ſit falſum: non tamen reprobatur inſtrumentum propter hoc: quia non pertinet ad officium notarij. & idem in teſte. Aut falſitas non prouenit ex vitio notarij: & tunc ſi concernit ſubſtantialia inſtrumenti: vt quia omiſſa eſt indictio & dies, totum corruit: vt in capite, inter. de fide inſtrum. Si verò concernit ſubſtantialia negotij, diſtinguendum eſt. Nam ſi capitula ſint connexa, non corruit totum, ſecundum Pan. vt ei imponit Sum. Roſ. Si verò non ſunt connexa, totum corruit: vt d. l. ex falſis. Secundum verò Summ. Ang. Panor. dicit totum oppoſitum: quia primo caſu totum corruit, non ſecundo. Sed re vera Sum. Roſ. bene allegat verba Panor. in exemplari corrupto: Sum. verò Ang. bene allegat verba & ſenſum. quod patet, primò quia Panor. refert ſe ad diſtinctionem iam in eodem capite recitatam quæ ita habet. Secundò, quia allegat l. ſi ex falſis. quæ idem innuit. Tertiò, quia ratio id aſtruit: quia aliquo ruente non eſt conſequens quòd aliqua ruant, niſi ſe contingant.

¶ Sextò † quæritur, vtrum monetam falſificans ſit falſarius, 7
& mortaliter peccet? Et dico quòd monetam cudere non licet ſine conſenſu Principis ſeu Imperatoris: vt in l. ſecunda & tertia. ff. de falſ. monet. ſecundum Bartolum & Cynum ibi. quod limita niſi ciuitas vel princeps inferior hoc præſcripſiſſet tanto tempore, de cuius initio memoria non exiſtat: vt in capite, ſuper quibuſdam .. de verborum ſignificatione. vel niſi eſſet talis qui præſcripſiſſet iura Imperij, vt Hiſpaniæ reges, qui, vt dicit glo. diſt. ſexageſima tertia. cap. Valentinian.

tinianus.non ſubiacent Imperio : quia de hoſtium faucibus regnum eruerunt.Igitur falſans monetas mortaliter peccat, ſecundum Hoſt.Io.Mo.Pet.& Io.de Imo.in cap. quanto. de iureiu.& patet per tex.ibi, vbi dicitur quòd ſeruans falſam monetam,agit iniquè:& conſequenter à fortiori falſans. patet etiam per extrauagantem Io.xxij. qui excommunicat omnes tales in regno Francorum. Tenetur autem de omne damnum datum communitati vel perſonæ:vt notant prædicti vbi ſ.Et ſi ſpecialis neſcitur perſona,tenetur pauperibus. arg.eorum quæ not.in c.cum tu.de vſur. & in regul. peccatum.de re.iur.lib.vj.pro quo etiam vide Hoſt.in Sum.titu.de

8 cenſi.§.ex quibus.ver.quid ſi moneta.¶Idem†dic ſecundum Girar.Obdo.de eo qui falſam ignoranter recipit,& ſcienter pro bona exponit:quod ſemper intellige ſi ſit alicuius notabilis valoris:ſecus autem in obolo.Vnde ſcienter expendens falſam monetam,ſecundum Pan.in d.c. quanto. videtur teneri pœna legis Cor.de fal.quæ regulariter eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio:ſeruus verò vltimo ſupplicio punitur . quod Bar.dicit verũ quando quis expendit numos ſtãneos,vel plumbeos:quia de illis tantùm mentionem facit illa lex:aliàs punitur pœna extraordinaria , ſecundum eundem Pan.ſecundum Arch. tamen qui pecunias diminuti ponderis vbi minus valent,emit iuſto pretio,& defert ad locum vbi indifferenter ſicut integræ expenduntur,non videtur peccare:quia nulli damnum infert,& ſibi induſtria & labore lucrum quærit,ſicut eſt de alijs mercimonijs,per regu-

9 lam,ſcienti.lib.vj.¶Septimò†quærit̃,quomodo falſificat̃ moneta? Et dico ꝙ tribus modis,ſecundum cõmuniter doc.in d. c.quanto. Primò in forma,quando ſcilicet imponitur ſignũ illius qui eam cudi non facit:vt in l.falſi nominis.& in l.quæ nomine.ff.de fal.& in d.c.quanto.Vnde nouiter cudens monetã principis,comburitur.l.ij.ff.de fal.mo.cudens verò monetam ciuitatis vel inferioris à principe,capite punitur.C.eo. l.j.hoc tamen caſu ſi moneta eſſet in bona materia & põdere, puto ꝙ nulli teneretur de damno,niſi pecunia banniret̃: ſed tantùm teneretur de iniuria ei cuius ſignũ violauit.Secũdò ex materia metallica,quando ſcilicet fit de ære vel ſtãno vel liga non debita:vt in l.Paulus.ff.de ſolu.ſecundum Bart. vel cùm realis materia immiſcetur vbi non debet:vt in l.qui numos.& in l.Cornelia.ff.de falſ.la j. & generaliter vbi materia eſt minus prætioſa quàm debet.Tertiò,ex pondere:qa iſta tria requiruntur de ſubſtantia monetæ: vt in l.j.§.j.ff.de contrahen.emp.Quod autem pondus debeat habere moneta.gl.in d.l.j.& Bar.in l.ij.§.j.ff.ſi cer.pet. dicũt ꝙ tantus debet eſſe valor,& tantum pondus quantũ prius erat in materia,non deductis expenſis,& labore cudendi,quæ de iure debent fieri de publico:ſed ſecundũ Inno.quem cõmuniter ſequuntur doc.& ex cõſuetudine ſic ſeruat̃,tantũ debet eſſe in pondere,quantũ erat in materia deductis expenſis & labore quia nemo ſuis expenſis eam facere tenet̃.ff.qui.ex cau.ma. l.j.&.c.qui ſentit.de reg.iur.lib.vj. Imò plus credit Inno.ꝙ ſi princeps indiget,poteſt inde ſentire aliquid lucri : & ſic à dicto pondere minuere aliquid modicum:non autem multum ſine conſenſu populi.quod Pan.in d.c.quanto.limitat verum, niſi ſpargatur extra regnum:quia cum damno ſibi non ſubditorum nõ poteſt.& hoc tene.Credit etiam Inno. quòd princeps cum populi conſenſu minuere poſsit pondus monetæ: vt tamen ſic expendatur intra regnum ac ſi eſſet ponderis iuſti:quia quilibet poteſt renuntiare iuri ſuo.vij.q.j.quàm periculoſum.& dicit ſufficere conſenſum maioris partis magnatum regni:quia negotium regni reputatur negotiũ vniuerſitatis.ar.in l.ij.§.ſanctiſsimus.C.de iureiu.propter calum.Sed de hoc Pan.vbi ſ.dubitat,cùm tractetur de præiudicio ſingulorum,arg.eorum quæ not.in c.omnes.de conſti.& C.quæ ſit longa cõſue.in rub.& Summa Ang.tenet requiri conſenſum ſingulorũ.Sed ego teneo dictum Inn.quia impoſsibile, aut perdifficile eſt oẽs aſſentire.

10 ¶Octauò†quærit̃,qui ſunt falſarij monetarum,ſecundũ prædicta? Et dico ꝙ multi.Primò,falſificãtes ſignũ.Secundò falſificantes materiã.Tertiò, diminuentes pondus ſine principis & populi conſenſu.Quartò,princeps quãdo valentem ſeu bonã reprobat,& minus valentem acceptat vt bono foro nanciſcatur bonam, & illã faciat cõflari,& cudi:vt tenet Hoſt.& recitat Pan.vbi ſuprà.& facit text.in l.elegãter.§.qui reprobos.ff.de pig.act. Et ratio eſt,quia peccat cõtra materiã vel pondus directè circa malã, & indirectè circa bonã.Quintò,attendentes pecuniã,vel per fortem aquam ſubtiliantes,ſecundũ glo.in d.c.quanto.& tenentur ad reſtitutionem dãnificatis:vel ſi illos ignorãt pauperibus neceſſariò.de iniu.capite fi.Sextò,cudentes monetã, qui aliquos numos minus iuſto põdere cudũt,quia alios plus cuderunt:vt colligitur ex Hoſt.Io.And.Pet.de Anch.& Inn. vbi ſuprà.Et ratio,quia quod abundat in vno numo,non ſupplet ei qđ in alio deeſt apud illum qui ſolùm minus valentes recepit.Qui tamen oẽs numos faciũt iuſti ponderis,ſed exuberantes alios attonſant,nõ ſunt falſarij:ſcđm Sum.Ang.indiſtinctè cõtra Roſ.& verũ eſt ſiue attonſent ſiue cõflent,ſi hoc faciũt publica authoritate.ſimiliter etiã ſi priuata,modò iuſtum pondus ſeruatur:quia cùm dicitur ꝙ attonſores monetarum ſunt falſarij:intelligitur de iuſtis monetis,quæ inde remanent leuiores:tenentur tamen principi vel cõmunitati de materia quam inde auferũt:quia illa per errorem fuit numis appoſita.Credit tamen Sum.Ang.quòd ſi abſtinere non velint,non ſint extra ſtatum ſalutis. quod tamen falſum eſt: quia fures ſunt,& irrogant iniuriam principi vel cõmunitati, quorum monetæ eos ex bonitate laudant. ¶Nonò†quærit̃, quid de falſante menſuras & põdera? Et dico quòd vltra mortale tenentur ad omne damnum.de emp.& vend.c.ij.vbi & tenetur xxx.diebus in pane & aqua ieiunare. quod ſecũdum Arch.fortè verum eſt in foro contentioſo eccleſiaſtico:ſed in foro animæ hodie hæc pœnitentia eſt arbitraria.Et idem de vtente falſatis ſcienter. Imò iure ciuili falſans menſuras,tenetur pœna l.Cor.de fal.ff.de extraordin.cri. l. annonam.quæ pœna eſt publicationis omnium bonorum cum deportatione,ſi liber eſt:ſi ſeruus eſt,vltimum ſupplicium.l.j.ff.de falſ. Vtens verò falſis,puniri poteſt in duplum,& relegari in inſulam.ff.eo.l.pen. Tenetur autem falſans, ſecundum Arch.ad remediandum,inquantum poteſt ſine periculo ſuæ perſonæ vel maioris ſcandali : vt ſcilicet auferantur de medio dictæ menſuræ vel pondera,aut æquentur. De falſarijs literarum apoſtolicarum,quomodo ſint excommunicati,ſuprà Excommunicatio.vij.§.viij.Quomodo autem bulla vel inſtrumentum aut alia ſcriptura dicatur falſa,vide ĩ. Tabellio.§.x.

## De Fama, & Rumore.

1 *Fama à fando dicta, an idem ſit quod communis opinio: & quotuplex ſit? Et quid ſit in genere ſumpta?*

2 *Fama, vt verè dicatur, & ſit, quot requirantur? Item ad eam probandam quo teſtes ſufficiant? Et an admittatur in contrarium probatio?*

3 *Fama de homine bona, quid ſit? Et quid de fama facti, vel negotij alicuius?*

4 *Rumor quid ſit, & quid à fama differat. Item quid indicium. Et an indicia credulitatem inducere poſsint? Et an in criminalibus aliquo caſu ad ferendam ſententiam ſufficere poſsint?*

5 *Famam pro poſſe, an aliquãdo mortaliter peccet, qui non defendit. Et quid de his, qui in pfectiõis ſtatu ſunt, maximè reſpectu iniuriarum perſonalium. Et quid ſi tales ſtatum ſuum impugnari videant, an reſiſtere debeant?*



1 FAMA,†rumor,ſecretum, occultum, manifeſtum,notorium , & publicum , inuicem conueniunt : ſed de alijs à duobus primis vide ſuo loco.

¶Primò igitur ſciendum eſt quòd ſecundum Bar.fama dicitur à fando.vnde niſi ſit locutio,non eſt fama,quantum ad totam ſuam rationem:ſed ſolùm quantum ad primum , quod eſt de ratione eius, id eſt, quantum ad opinionem ſeu credulitatem:quomodo intelligendum eſt quod dicit glo. in l.cognitionem.§.æſtimatio.ff.de var.& extraor.& Tho.de Piparata, quòd fama , communis opinio , communis æſtimatio, ſunt idem, ſcilicet quantum ad primum:quod eſt de ratione famæ:ſunt etiam ſynonyma ſecundum d.gloſſ.ſed intellige quando illa extra vocem manifeſtantur. ¶ Secundò,ſciendum eſt quòd ſecundum Pan.in c.veſtra.de coha.cle.& mul.fama eſt duplex,ſcilicet bona & mala:quia ita ſe habere poteſt ad bonum ſicut ad malum:cùm dicatur famoſus latro.l.capitalium.§.famoſos.C.de pœ. Et intellige de ea quæ eſt de aliquo homine in genere virtutis aut vitij:vt quòd eſt bonus vel malus.Quædam verò eſt de aliquo facto particulari:vt quod tale quid ſit vel non ſit,ſecũdum Bar.¶Tertiò,ſciendum quòd ſecũdum Pan.in d.c.veſtra.fama in genere,id eſt,communiter,ad bonam & malam eſt communis locutio ex veriſimilibus coniecturis conſurgens : vnde fama eſt propriè quando tota ciuitas,aut vicinia,vel maior pars aliquid clamat ex cõiecturis veriſimilibus : aliàs autem non eſt fama quo ad iuris effectũ:ſed ſunt vanæ populi voces: vt de accu.per gl.& doc. in c.inquiſitionis.quæ non ſunt audiendæ,per gloſ. in c.ij.de elec.& Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſti.& tex.in l. iij.ff.de teſti. Sed intellige quòd eſt communis locutio præſupponens opinionem ſiue credulitatem:vt patet ex diffinitione Bar.dicentis quòd fama eſt communis opinio voce manifeſta ex ſuſpicione.& intellige probabili veniens.quod ideo dicitur:quia quando aliquid eſt certum aut viſum à populo,

2 non eſt fama,ſed manifeſtum aut notorium.¶†Igitur ad famam quatuor requiruntur. Primò quòd ſit opinio communis.Secundò quòd ſit ex ſuſpicione probabili. Tertiò quòd voce manifeſtetur. Quartò quòd manifeſtetur ab omnibus vel maiori parte:in quo differt à rumore,vt patebit. Vnde dicta paucorum non infamant ſecundum Pan.in c.cum in tua. de ſpon. Vbi etiam no.quòd vbi dicitur pars,nulla additione facta,intelligitur medietas.de deci.c.ij.libr.vj.& in l.nomen. §.portionis.ff.de verb.ſigni. Quando verò additur ly aliqua vt dicendo,pars aliqua,verificat̃ in qualibet minima pticula. ¶Quartò,ſciendum quòd licet ad famam faciendam requiratur maior pars,tamen ad famam probandã ſufficiunt duo teſtes,vt not.in dicto c.tormenta. & in l.iij.ff.de teſti.contra huiuſmodi tamen probationem admittitur probatio cõtraria:quæ ſecunda probatio, ſi clarior ſit, obfuſcatur effectus primæ:& eo caſu quo fama ſufficeret ad torturam , & ſi per partem rei bona fama probatur,tollitur præſumptio prima. arg.de ſpon.cum in tua.& quod no.in l.fi.C.de quæſt.An autem fama faciat plenam probationem,infrà Inquiſitio j.§.xj.

3 ¶†Quintò,ſciendum quòd fama bona de homine aliquo eſt ſecundũ Spe.illæſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus cõprobatus,in nullo diminutus.quod etiã patet ff. de va.& extraor.l.cognitionem.§.æſtimatio.& in gl.in d.c.veſtra.& C. ex quib. ca.infa.irro.l.j.fama aũt mala eſt contraria ad bonã, vt patet per gl.vbi ſuprà.Dicit aũt Azo quòd in dicta deſcriptione nomen dignitatis non ponitur pro honore publico, ſed pro potentia natura cunctis attributa. ¶Vel breuiter fama hominis eſt communis opinio ex ſuſpicione probabili cum locutione de illo homine:& ſi ſit de malo,eſt mala:ſi de bono,bona.Fama verò de aliquo negotio vel facto eſt communis opinio ex ſuſpicione probabili cum locutione de illo negotio.& ſic communis diffinitio deſcendit in membra:nec oportet addere,ex incerto authore proueniens : quia quandoque ex certo,quandoque ex incerto authore prouenit,ſecundum gloſſ.& Panormi.in dict.cap.veſtra.

4 ¶†Sextò,ſciendum quòd rumor ſecundum Spe. eſt particularis aſſertio vel inſinuatio ex ſola ſuſpicione & incerto authore proueniens.de eo qui cogn.con.vxo. ſuper eo.& idem ſentit Pan.vbi ſuprà,excepto quòd non adderet incerto authore: & bene.Vnde rumor in hoc differt à fama,qa rumor eſt quando pars aliqua viciniæ clamat : fama verò quando pars maior,ſecundum mentem Panormit. in cap.bonæ memoriæ.el j.de elect.& glo.in d.cap.ſuper eo.Vnde ſecundum Panorm.rumor ſe debet in minus. quod intellige quantum ad partem requiſitam , non quo ad prædicationem : ſed eſt econuerſo,quia omnis fama eſt rumor: non econtra. *Rumor.*

¶Septimò,ſciendum eſt quòd indicium , quod ſcilicet idem videtur quod coniectura probabilis,eſt medium intellectuale veritatis eliciendæ,ex aliqua ſingulari circunſtantia inſurgens.C.& ff.de rei vend.l.indicia.vel ſecundum Panor.in d.c. veſtra.propriè eſt notabile ſignum dictæ rei, ſeu facti,quod ſubijcitur neceſsitati probandæ : & largo modo argumentum dici poteſt indicium.Vide in c.forus.de verbo.ſigni.Et tot,inquit,poſſent eſſe indicia & tam vrgentia,quòd inducerent iudicem ad credulitatem : & ſufficerent ad ſententiam ferendam etiam in criminalibus: vt C. de rei vend.l.indicia. C.de probat.l.ſciant cuncti.& de præſum.afferte. & refert ſe ad dicta cap.iij.de probat.vide infrà Indicium.

5 ¶†Octauò,ſciendum eſt quòd ſecundum glo.in c.ſenti.xj.q. iij.ſi ſumus inter tales qui parati ſunt imitari,mortaliter peccat,qui ſuam famam pro poſſe non defendit. & ſic intellige c.non ſunt audiendi.ea.q.& xij.q.j.nolo.& de conſecra.diſt.j. iubemus.Si autem ſumus inter tales qui ſolùm parati ſunt reprehendere,non imitari:ſic ſufficit nobis conſcientia noſtra:nec defendere tenemur. & ſic intellige cap. quid obeſt. cum quinque ſequentibus.xj.q.iij.S.Tho.autem in v. quolib. art.xxvj.dicit quòd viros perfectos,intellige exiſtentes in ſtatu perfectionis,decet in perſonalibus iniurijs eſſe maximè patientes,vt ſint etiam parati plura ſufferre, ſecundum illud Matth.v.Si quis percuſſerit te,&c.Statum verò ſuum impugnari pati non debent quantum reſiſtere poſſunt : quia hoc vergeret in iniuriam Dei.Sed in quolib.x.ar.xij.etiam quantum ad iniurias perſonales videtur diſtinguere , & dicere ac probare quòd illi quibus imminet ex officio vel ſtatu perfectionis aliorum ſaluti prouidere,peccant niſi,infamiam propriam iuxta poſſe repellant.Alij verò quibus magis cuſtodia ſuæ propriæ ſalutis imminet,poſſent ſuæ humilitati prouidentes famam vel infamiam contemnere.Vtrum fama probet,infrà Inquiſitio j.§.xj.Quomodo fama lædatur ac reſtituatur,ſuprà Detractio. Quomodo verò ab aliquibus propter eam ſit abſtinendum,vide infrà Scandalum.

## De Familia & Famulis.

1 *Familiæ (quæ à femore dicta eſt) appellatione, qui contineantur? Et ſeruus vnus huius nomine, an contineri dicatur? Item num duo familiam conſtituant?*

2 *Familiam triplicem eſſe. Et quid vnaquæque ſpecies.*

3 *Paterfamiliàs ad quid teneatur?*

4 *Dominus tempore infirmitatis , num famulo , qui operas ſuas locarat, de neceſſarijs & ſalario teneatur? Et quid in poteſtate famulos ac iudices quibus ſalarium praſtari debet , habente?*

*5 Obligatus familiam aliquam procurare, vtpote furnarius excoctionem alicui & eius familiæ ex obligatione debens, an excreſcente familia, toti quoque familiæ teneatur?*

*6 Famulus, qui de ſalario cum domino non conuenit, an ipſum petere poſsit? Et quid ſi per annum rure ſeruire promiſit, exactis autem ſex menſibus hyemalibus abire vult?*

*7 Famulus, cui dominus debitam mercedem dare non vult, an ſibi clàm per ſe ſatisfacere poſsit.*

*8 Familia, aut aliquis ex ea, num requiſitus per ſuperioris obedientiam, delictum domini ſui reuelare teneatur? Et an iuramentum ſeruare debeat famulus, qui iurauit ſe domino nunciaturum, ſi reſciuerit quenquam ipſius bona ſubripuiſſe? Et quid de teſtibus ſynodalibus.*

1 FAMILIA† dicta eſt à femore, quæ eſt pars hominis genitiua. C.de verb.ſignificatio. Et ſecundum Azo.in Sum. ſuo nomine comprehendit omnes, qui ſunt in ſeruitio alicuius, etiam liberos homines ſeruientes illi bona fide, vel etiã alienos, & ſeruos, qui ſunt in eius poteſtate, ſimiliter omnes propinquos, libertos, & patronos: & ſic generaliter ſumitur C.de verb.ſignifi.d.l.ſi. Vnicus verò ſeruus familiæ nomine
2 non continetur, nec duo faciunt familiam, ibidem. Sed† Archi.in cap.licet.de priuil.lib.vj.dicit quòd triplex eſt familia. Quædam perpetua, & religioſa, vt religioſi, clerici, & ſimiles: & hi gaudent priuilegio conuentus, vel collegij. de ſtat. monacho.recolentes.C.loca.l.milites. aliter duplici iure tenerentur, contra c.cognouimus.xij.q.ij. Et de hac loquitur c. cùm olim.de arbit. Eſt & alia, quæ ſcilicet non eccleſiaſticos tantùm comprehendit, ſed etiam laicos, ſicut ſunt vxor, filij, nepotes, ſerui, famuli, qui in eius domo, eius ſumptibus viuunt continuè: de qua intelligitur ff.de public.l.j.§.familiæ.C.ad legem Cornel.de ſica.l.ſi forte.quæ ponitur de pœ.diſt.j.de hære.c.filij.lib.vj.in fi.de teſt.in literis.vbi de hoc.& iij.q.v.c.j. Et de hac intelligitur qđ dicitur in d.c.licet.de quo vide infrà Interdictum.vj.§.vij. Eſt & alia quæ nec perpetua eſt nec mercenaria: ſicut clerici, & religioſi, & alij eccleſiaſtici dicuntur de familia eccleſiæ: de quibus xvj.q.vj.de lapſis. Eſt & alia, de qua in l.ſi.C.de verbo.ſignificat.vbi nomen familiæ comprehendit parentes, liberos, omneſq; propinquos, & ſubſtantiam, & libertos etiam, & patronos, necnon & ſeruos: & hæc ſignificatio habet locum in fideicommiſsis, vt ibi patet.

*Triplex familia.*

3 ¶†Primò verò quæritur, ad quid teneatur paterfamilias? Et dico quòd ad duo de præcepto principaliter, ſcilicet ad neceſſariorum vitæ adminiſtrationem, & ad diſciplinam tam verbo quàm morum exemplo: vt colligitur prima ad Timotheum quinto.& ad Epheſ.iij.& no.in §.neceſſe.xlvij.diſt. aliter de ſui natura eſt mortale in re notabili: niſi excuſet aliqua circunſtantia, puta neceſsitas, & huiuſmodi: vel niſi omiſſio correctiõis ſit circa ea quæ non ſunt ad ſalutẽ neceſſaria. & ſic intellige xxiij.q.iiij.duo iſta.& q.v.c.non putes. An autẽ correctionis gratia poſsit clericos verberare, ſuprà Excommunicatio ſextò.§ iiij.caſu viij. Si autem aliquos de familia nec verbis nec verberibus poteſt emendare, tenetur eos expellere, vel eis negare neceſſaria, ſi credit probabiliter eos per hoc poſſe emendari: ſicut patet in vxore fornicaria: arg. eorum quæ no.in c.nõ omnis.v.q.v. Si verò probabiliter credit per hoc eos licentius peccare, per ſuam autem curam & timorem videt eos à multis, & ſi non ab omnibus, malis ſe temperare, ſi faciat quantũ põt, excuſatur: nec ei imputatur puerſitas filiorũ: vt patet in c.quãtũlibet.& c.ſequẽti.di.xlvij.

4 ¶†Secundò quæritur, an dominus tempore infirmitatis teneatur famulo, qui locauerat operas ſuas, de neceſſarijs & ſalario? Et dicit Bartolus in l.ſi cũ dotem.§.ſui autem.ff.ſolu. matrimo.& in l.in rebus.ff.commo. quòd ad expenſas medicinas(?) non tenetur. quod intellige ratione famulatus: ſed alia ratione, vt quia proximus, & ille non habet vnde ſibi ſubueniat, tenetur: & ille poteſt officium iudicis implorare contra eum, vt ſibi ſubueniat ſi eſt ſoluendo: & idem facere poteſt pauper cum quocunque diuite, de quo vide text.cum gloſ. notabili in cap.ſicut.xlvij.diſtin. Quantum verò ad ſalarium Ioan.Andr.dom.Anto.Ioan.de Imol.& Panormi.in cap.j.de cle.ægro.& communiter docto.tenent quòd non: quia caſus contingens in perſona eius qui locauit operas, liberat conductorem à præſtatione mercedis.l.ſi vno.§.item cùm quidam. & quod ibi not.ff.loca.& quod not. in l.in rebus.ff.commo. & glo.in l.fin.§.idem iuris.el ij.ff.ad legem Rhod.de iac.quod Pan.vbi ſuprà limitat, quando ſalarium debetur ſolùm ratione perſonæ: ſecus ſi daretur ratione aliorum etiam. Vnde poteſtas qui habet famulos & iudices, quibus habet ſoluere, licet infirmetur aut moriatur, petere poteſt: & debitores ei tenentur. text.eſt in l.pecuniam.ff.de condict.ob cau.& facit quod not.in l.diem functo.ff.de offi.aſſe. Innocen.autem tenere videtur quòd ſalarium debeatur in cap.propter ſterilitatem.de loca.& facit cap.j.de cle.non reſid.lib.vj.& ibi Gemi.per illum textum dicit quòd doctori vel famulo [illegible] non debet ſalarium propter infirmitatem, allegans quod habetur in Spe.de cle.non reſi.§.poſtquam.verſic.quid ſi mercenarius. Et iſtud tenet Salice. in l. licet. C. loca.& pulchrè Ang.in diſputatione, exorta guerra.& facit l.quæſitum.ff.de re iudi. Et hoc procedit vbi conſuetudo ſic eſt, quòd ſcilicet debeatur: quia illud videtur actum quod eſt conſuetum.l. quod ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de ædil.edict. Vbi autem non eſt conſuetudo, non debetur, niſi vt dictum eſt, & in caſu ſpeciali: vt C.de aduo.di.iudi.l.poſt duos. vbi aduocato debetur ſalarium ex publico conſtitutũ, licet moriatur intra annum: ſecus autem de ſalario promiſſo à parte: quia non debetur niſi pro rata temporis: ſecundum Bart.in d.l.diem functo.ſimiliter in l.cùm hæres.§.Stichus.ff.de ſta.lib.vbi quando per ſeruum non ſtat quin ſeruiat: nihilo minus libertatem propter hoc legatam conſequitur fauore libertatis.de quo [illegible] Locatio.§.xij.vbi agetur de iſta materia diffusè.

5 ¶†Tertiò quæritur, vtrum obligatus procurare aliquam familiam, vt qui accepit furnum cum obligatione coquendi alicui & eius familiæ, teneatur excreſcente familia? [illegible] ſecundum Panormitanum quòd non, ſi familia habeat numerum certum & determinatum: ſi autem indeterminatum, vt ſunt fratres alicuius conuentus, ſic tenetur. [illegible] quanto.de cenſi.vbi etiam dicit Panormitanus quòd ex quo iſte poteſt ſe habere ad lucra, ſcilicet familia diminuta, ſic aucta tenetur, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. niſi ſpeciem mutaſſet: puta ſi effectus eſt epiſcopus vel capitaneus & ſic tenet familiam multam. Si tamen nimis grauatur per iudicis officium ſibi prouidebitur.

6 ¶†Quartò quæritur, an petere poſsit ſalarium famulus cùm domino de ſalario non conuenit? Et dicit Fede.conſil. xviij. quòd ſi famulus conſueuit locare operas, & dominus conducere, tenetur dominus ſoluere ſaltem vſque ad illam ſummam, qua alios fuiſſet conducturus, arg.l.ſi non ſortem. §.libertus.de condi.inde.not.per Archi.j.q.j.ſunt nonnulli. Si verò fuit conductus ſub mercede taxanda ad arbitrium domini, ſic iudicio boni viri taxabitur: vt patet ſuprà Arbiter.§. xij.& xvj. ¶Quintò, quid ſi promiſit ſeruire per annum in rure, & exactis ſex menſibus hyemis vult diſcedere? Dic quòd non habebit medium ſalarium, ſecundum Bart. in l.diuortio.§.quod in anno.ff.ſolut.matrio.ſed compenſatur craſſum cum macro. Et ſi aliquo tempore dicti anni fuit infirmus, non tenebitur ſupplere illud tempus. glo.in cap. ſi pro tua.de reſcr.li.vj.vt l.cum hæres.§.Stichus.ff.de ſta.lib. ex quo tamen non ſequitur quòd debeat habere ſtipendium totum.
7 ¶Sextò† quæritur an famulus, cui dominus dare non vult debitam mercedem, poſsit occultè ſatisfacere ſibi? Et dicit Ric.in iiij.di.xv.quòd licet tales peccent in modo accipiẽdi, tamen ad reſtitutionem non tenentur. Sed de hoc dic vt j. Furtum.§.xiij.& xv.
8 ¶Septimò† vtrum familia vel aliquis de familia teneatur reuelare delictum domini ſui requiſitus per obedientiam ſuperioris? Et dico quòd nõ, ſi criminaliter vult procedere.iiij.q.iij.lege Iulia.el ij. Secus ſi ciuiliter procedat: vt ſuprà, Correctio.§.ix.& x. qđ intellige vbi ex hoc nullum ſibi malum immineret: quia nullus tenetur ſuo malo pcurare bonum proximi temporale. ¶Octauò quæritur, vtrum teneatur ſeruare iuramentum famulus qui iurauit domino ſe denunciaturũ, ſi quem ſciuerit eius bona ſurripuiſſe? Et dicit Duran. quòd non, ſi dominus eſt truculẽtus: quia illicitũ fuit iuramentum: ſed ſi eſt manſuetus, & probabiliter credit̃ rationabiliter proceſſurus, diſtinguendum eſt: quia ſi res ſublata erat ſub eius cuſtodia: ſicut poſſet proſequi aſportantẽ, ſic & domino reuelare. Si verò nõ erat deputata ad eius cuſtodiã, tenetur nihilo minus dicere, ſi põt probare: ſi verò pbare nõ poteſt, reuelare non debet, niſi tali qui poſsit prodeſſe, & nõ obeſſe: & ſi alio modo iurauit, non fuit licitum iuramentum nec obligatorium. Idem dicit Hug.de teſtibus ſynodalibus, ſcilicet quòd nõ tenẽtur denuntiare epiſcopo, licet iurauerint: niſi crimina quæ pbare poſſent.xxiij.q.iiij.quiſquis. aliàs eſſet proditor criminis.ij.q.j.ſi peccauerit. niſi hoc faciat ſecretè epiſcopo vel alij, qui habet corrigere paternaliter. argu.xxij.q.v.hoc videt. & de hoc ſuprà Denuntiatio.§.v. Quis autem teneatur pro delicto familiæ, infrà, Nauta.§.v.

## De Familiari.

*1 Familiares quinam dicantur: & qui domeſtici.*

*2 Domeſtici dicuntur, quibus ob patriam aut dominicam poteſtatem licitè imperatur.*

1 FAMILIARIS† quis dicatur, gloſſ.iij.q.v.in ſum.dicit quòd largè familiares dicuntur omnes, qui cohabitant cum aliquo, vt in c.inſinuante.de offic.dele.& in c.in literis. de teſti.vbi dicit gl.quod familiares appellantur conſanguinei, colonus adſcriptitius, mercenarius, filius in poteſtate, li-
2 bertus, ſeruus, & omnes habitãtes in domo.† Domeſtici verò ſunt quibus ratione patriæ poteſtatis vel dominicæ imperari poteſt. Pro quo vide gloſſ.in l.præſenti.§.ſanè.C.de his qui [illegible] & familiares domeſtici intelliguntur omnes, qui in expenſis alicuius commenſales cõtinuè exiſtunt, etiam ſi aliquando abeſſe pro eius negotijs gerendis contingat: vt [illegible] cap.fina.de verb.ſign.lib.vj.

¶FAVORABILE. vide infra Odioſum.

¶FAVTOR, quis dicatur, infrà Hæreticus.§.vij.& x.

## De Fœmina.

*1 Fœminæ appellatio, quàm latè pateat? Et ibidem quòd ſexus muliebris debilior ſit, ob idque citius perficiatur.*

*3 Fœmina virili habitu vtens, an mortaliter peccet? Et quid de fœmina ſe attondente? nu.ſeq.*

*4 Fœminæ prohibita quæ dicantur, & à quibus actibus exercendis arceatur?*

1 FOEMINA† nomen eſt generale, cõmuniter omnem [illegible] in omni animantiũ genere complectens: vſitatum [illegible] in genere humano, in quo citius homine pube[illegible] quia mala herba citò creſcit: ſicut ludẽs, vt credo, di[illegible] l.ij.C.de his qui ve.æta.impe.vel ſecundũ communiter doct.in cap.literas.de deſpon.impuber. ſexus muliebris eſt debilior citiúſque deficiens, & conſequenter citius perficitur, ſicut in alijs videmus.
2 ¶Primò† verò quæritur vtrum fœmina peccet mortaliter vtendo habitu virili, vel cõtra? Et dicunt aliqui quòd ſic: quia xxx.di.in cap.ſi qua mulier. dicitur, ſi qua mulier ſuo pposito vtile iudicãs vt virili veſte vtatur, & pter hoc virilem habitũ imitetur, anathema ſit. Sed hoc dico de ſe nõ eſſe peccatũ: quia aliquãdo licitè fit: ſicut beatus Ambr.in ij.de virgi.narrat de quadam ſancta virgine Antiochena, ꝙ ab idololatris proſtituta in lupanari ad preces viri ſub ſpecie turpitudinis intrantis mutauit habitum, & exiuit, non vt vitaret martyrium, ſed contagium. Vnde non poteſt eſſe peccatum, niſi ex circunſtãtia vel intentione. & cõſequẽter ſi iſta fiãt ex animi leuitate ſine intẽtione corrupta vel ſcandalo graui, non eſt mortale. Sed contra, quia dicitur in d.cap.ſi qua mulier.xxx.di.quòd ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudicans vt virili veſte vtatur, & propter hoc virilem habitum imitetur, anathema ſit. Ad hoc dico quod loquitur quando mulier hoc facit malo propoſito, id eſt, intentione facilius meretricandi: vt patet per gloſſam, & Arch.ibi. Contra etiam, quia non vtetur mulier veſte virili. Deutero. xxij. Sed dico hoc prohiberi. Primò ex ſuperſtitiõe indololatriç: ne Iudæi in ſacris imiterẽtur Gentiles idololatras. Secũdò, vt reſtringeretur libido: ne ſcilicet mulier licentius ingrederetur ad viros. Tertiò dico hoc prohiberi eo modo quo & quædã de ſe licita ad miniſterium, ſicut prohibetur arari in boue & aſino, in lege Moyſi: vel eo modo quo venialia, puta mendacia vel otioſa verba.

¶Secundò† quæritur, vtrum peccet fœmina ſe attõdens? Et 5
dico quòd fœmina tonſurari nõ debet, etiam cauſa religionis: de conuerſi.coniu.vxoratus. Et intellige nõ ſolùm de tõſura quę dicitur clerica, ſed etiã de raſura, quæ fit per abſciſſionem capillorum vſq; ad aures.& facit diſt.xxx. quæcunq; mulier.& xx.q.ij. c.j.& cle.attendentes.de ſtatu regu. Sed tamen hoc intelligitur ſecundum glo.in d.cle.de fœmina quæ vult in ſeculo remanere: quã etiã excuſat conſuetudo cõtraria. Adde etiam neceſsitas, puta infirmitatis, vel huiuſmodi. Si autẽ id ſine neceſsitate faciat, Sum.Ang.dicit eam peccare mortaliter, cùm ſit excõmunicanda: vt dicta cap.quæcunque mulier. Sed Sum.Roſ.tenet contrarium, dicens non eſſe mortale, ſi hoc faciat ex leuitate aut fatuitate. & hoc tene p dicta in priori.§.dictum autẽ.c. quæcunq;. loquitur quando hoc facit ex ſuperſtitione, & ad facilius meretricandum: & in contemptũ ſignificationis comæ, id eſt, ſubiectionis ad virum. quod Arc.ibi no.vbi dicitur, reſoluens ius ſubiectionis.

¶Tertiò† quęritur, quæ ſint illa quæ prohibentur mulieri? 4
Et dico quòd ſunt multa. Non enim poteſt prædicare, nec publicè docere, quanuis ſancta & docta xxxiij.diſtin. mulier. ſcilicet in eccleſia & publicè. ſecus in capitulo ſuo & clauſtro, ſecundum gl.Ray. Nec confeſsiones audire, nec alijs benedicere, aut actum alicuius ordinis exercere.de pœ.& re.noua. de exceſ præla.cap.tanta. Sed intellige de benedictione publica, nõ de priuata, eo modo quo mater filiũ benedicit. Nec tangere ſacra vaſa aut ſacratas pallas, id eſt, corporalia, ſecundum gloſſam. nec incenſum circa altare deferre. trigeſimatertia diſtinctione.c.ſacratas. Et idem eſt de veſtibus, quibus Deo miniſtratur, ſcilicet actu.de conſe.diſtinct.j.veſtita. de quo tamen ſuprà, in verbo, Corporalia.§.j. Nec eſſe arbitrix, niſi eſſet in dignitate habente iuriſdictionem: licet poſsit eſſe arbitratrix. de quo ſuprà Arbiter.§.ij.& decimoſexto. Nec iudicis aut magiſtratus officium gerere, niſi in caſibus de quibus in gloſſ.decimaquinta.quæſt.iij.§.j. intellige in ſpiritualibus, quia in temporalibus iudicare poteſt, vbi eſt

conſuetudo.de arbi.dilecti.Nec poſtulare aut procurare,niſi in cauſa propria,& ſuorum.vt no.in l. fœmina.ff.de reg.iur. & iij.q.vij.§.tria.& d.§.j.Nec teſtis eſſe.de quo dicvt j. Teſtis. §.j.Nec perſonaliter ad iudiciũ trahi cauſa ferẽdi teſtimoniũ,aut qualibet alia cauſa,quæ non exprimatur in iure contra eius voluntatẽ:& ſi eſſet religioſa,trahi non poſſet,etiam ſi vellet,quauis de cauſa:de iudi.mulieres.li.vj.Nec accuſare, niſi in certis caſibus,de quibus xv.q.iij.§.j.in tex.& in gl.Nec ſe ſeu propriã ſubſtantiam obligare pro debito viri,niſi creditum ſit cõuerſum in ſuã vtilitatem:vt in authẽtico,vt nul. iud i.§ .& illud no.col.ix.Nec debet incarcerari vel detrudi pro aliquo debito, vt ibi.vide ſuprà,Abbatiſſa.

## De Fœnore.

FOENVS licet communiter pro vſura ponatur,vt in l.in proba.C ex quib.cau.infa.irro.tamẽ propriè ſecundum grammaticos in hoc ab ea differt : quia vſura eſt lucrum de capitali:fœnus verò eſt lucrum de vſura.Itẽ quia fœnus exhibet mutuum vſque ad præfixũ tẽpus:vſura ſine præfixione.

¶FERIAE.vide ſurà Dies feſtus.

## De Feudo.

1 *Feudi definitio. Et ibidem,an contractus feudalis dicatur,cùm ita feudũ datur,vt inde ſeruitiũ aliquod præſtetur? Et quid vbi quid emitur, num hmõi contractui feudi naturã ineſſe poſsit?*

2 *Feudi natura,quænam ſit? Et ibidem quòd ſedecim requirantur : de quibus hic ſigillatim.*

3 *Feudum multiplex eſſe : & ibidem de ſingulis membris.*

4 *Feudo dari quænam res nequeant ? Et quid ſi eccleſia feudum de manibus potentum recuperare non poſsit.*

5 *Feudo res dare,aut recipere, quiſnam poſsit? Item feudum quomodo acquiratur.nu.ſeq.Et quis ad feudi ſucceſsionem admittatur? Et quot modis filia in feudo ſuccedere queat.nu.7.*

8 *Feudo Titio pro ſe & deſcendentibus filijs maſculis & filiabus conceſſo,an filia cum maſculo ſuperſtite in eo ſuccedere poſsit? Et cùm filia ad id non admittatur, an ſaltem defuncto maſculo eidem in feudo ſuccedet?*

9 *Clericus in feudo ſuccedere num potis ſit? Et quid ſi feudatarius religioſus efficiatur:quis ei ſuccedet?num.ſeq.*

11 *Feudum ſi pater pro ſe,ſuis hæredibus & ſucceſſoribus quibuſcunque obtinuit , an ad extraneum , legatarium,vel clericum permeare poſsit?*

12 *Feudatario de nouo beneficio inueſtito ſine liberis decedenti,an frater filiúſve fratris in feudo ſuccedat? Et qualiter intelligendum ſit,quod deficientibus liberis ad feudum vocentur agnati.*

13 *Feudatarius an iuramentum præſtare habeat , & quando ac quale.Et ibidem ipſius iuramenti forma : & quòd ad ſex regulariter feudatarius obligetur.*

14 *Feudatarius quanquam alijs aduerſus dominum conſiſtere non debeat,pro ſe tamen & hominibus ſuis poteſt: quinimo & ius ſuum petere ac defendere.Et ibidem,quid viciſsim dominus fideli reddere debeat?*

15 *Feudi domino defuncto pluribus hæredibus relictis,an vaſallus omnibus iuramentum præſtare debeat? Et quid contra ſi pluribus relictis,vaſallus decedat?*

16 *Vaſallus num per alium inſeruire domino poſsit? Et an vaſalli mei vaſallus meus quoque vaſallus ſit?*

17 *Feudum ex cauſis decem amittitur.Et cùm propter fidem non cuſtoditam amittitur,an ipſo iure perdi dicatur ? Et quando ipſo iure amittatur?num.ſeq. Et quid ſi citra domini conſenſum alienetur?ſiue in totum,ſiue in partem?nu.19.*

20 *Vaſallus pro anima num feudum alienare queat .Et quid de commoditatibus ſuis, num illas ad longiſsimum tempus alienare poſsit? Et an feudum pignori dare.Et num in dotẽ . Item num ex filijs vni totũ ius feudi prælegare poſsit? vſq; ad n.24.*

25 *Feudũ ,ſi eo priuetur vaſallus,ad quẽ reuertatur? & vtrum filio patris delictũ noceat? Et quid ſi vaſallus læſæ maieſtatis cõtra principẽ crimẽ admiſerit,cuius occaſiõe bona publicationi omnia ſint obnoxia,num ad Principẽ feudalia perueniet?n.ſe.*

27 *Feudatario vno deficiente,num alteri feudum accreſcet? Et ſub hæc num filius paterna reiecta hæreditate feudum retinere poſſit? Et ibidem agnati quinam dicantur?*

28 *Vaſallus inuito domino,an feudum refutare queat?*

29 *Feudum eccleſia,num in pignus recipere, & fructus ſuos ſine vſura facere poſsit? Et quid in fructibus emphyteuſeos?nu.ſeq.*

30 *Lex feudalis vbicunque contra iuris naturalis,aut ciuilis rationẽ non eſt,locũ in emphyteuſi habet,alioqui ſecus. Et ſub hæc, quibus concurrẽtibus fructus pignoris in feudo,ac emphyteuſi licitè nõ cõputentur? Et quid ſi vſufructuarius vſumfructũ proprietario obliget,an fructus in ſortem computentur?nu.ſeq.*

FEVDVM,†ſecundum Goſ.eſt cõceſsio rei immobilis facta pro homagio.extra de ſimo.cap.ex diligenti.& concor.diffinitio Hoſ.& Azo.dicentium quòd eſt beneficium alicuius rei,inueſtitura interueniente,ſic cõceſſæ ſeu datæ alij, vt dominium penes concedentẽ remaneat : cuius occaſione recipiens,& ſucceſſor eius , concedente domino ad id ſeruitium,de quo & vſque quò conuenit,aut feudi natura requirit,tenetur directo domino,vtile autem ad feudatariũ tráſit. arg. eorũ quæ no.de emphyteuta ff.ſi ager vec.pe.l.vnica. §.qui me.Tamen ex §.ſequenti melius patebit natura feudi.Ex his autem patet quòd quando feudum datur,vt inde præſtetur ſeruitium reale,non eſt propriè feudũ,ſed contractus innominatus,ſecundum Cy.in authen.ingreſsi.C.de ſa. ſan.ec.ſicut dicit Bal.in lib.de conſue.feu.quòd in quibuſdam partibus Lombardiæ pro feudis eccleſiæ ſoluitur par caponum,vel ſpatula porci,& huiuſmodi,ſecundũ eum æquiparatur emphyteuſi.Similiter ſi eſſet quid emptum,non habet naturam feudi,ſecundum Bald.vbi ſuprà,de feud.da.cap.& in l.qui ſe.C.vnde.lib.Sed quando imponitur onus perſonale,vt ire ad parlamentum regis,vel huiuſmodi,& abeſt conditio: tunc propriè eſt feudum:& regulatur lege feudorum. 2

¶Primò†verò quæritur,quæ ſit natura feudi:& quæ differentia eius ad emphyteuſim ? Et dico patere reſponſionem ex verbis Petri Heliæ in tractatu ſuo de feudis,dicentis:

¶De natura huius contractus eſt primò quòd dominus retineat ſibi directum dominium ac proprietatem:vt in libro ti.in qui.cau.feu.amit.cap.vnico.

¶Secundò,quòd vtile dominium tranſeat in vaſallum.quod patet:quia vaſallus poteſt quaſi vendicare:vt in lib.feudorum de inueſt.de re alie.fa.cap.vnico.& conſequenter eſt quaſi dominus:aliàs non vendicaret.ff.de auro & arg.leg.l.Quintus.

¶Tertiò,quòd dominus habeat ciuilem poſſeſsionem,& vaſallus naturalem:quia vaſallus appellatur vſufructuarius,qui naturaliter poſsidet:vt ff.de acqui.poſſ.l.naturaliter.Dic tamen quòd ius vaſalli cùm poſsidet ciuiliter & naturaliter, quia præſcribit.quod non faceret,niſi ciuiliter poſsideret.

¶Quartò,quòd conſiſtat in rebus immobilibus.

¶Quintò,quòd ſi vaſallus domino conſtitutum ſeruitium non præſtiterit,à feudo repellitur.¶Sextò,quia ſine domini voluntate feudum alienari non poteſt. ¶Septimò , quia feudatario regulariter fit in perpetuũ.¶Octauò,quòd dominus habeat mittere vaſallum in poſſeſsionem . ¶Nonò,quia ſi ſit controuerſia inter vaſallos:dominus cognoſcit.ſecus in emphyteuta:quia hic dominus habet vaſallum obligatum perſonaliter mediante iuramẽto,& cõſequenter habet iurisdictionẽ in pſonã,& multò fortius in rẽ:in emphyteuſi verò dominus habet emphyteutam obligatum ratione rei : nec habet ius quandiu penſio ſoluitur : vnde recognoſcere non poteſt.¶Decimò,quòd vaſallus non poteſt ſine domini volũtate feudum impignorare:emphyteuta verò poteſt:quia hic pateretur dominus,non ibi:eo quòd hic tenetur vaſallus domino ſeruire de fructibus, quos creditor interim percipiet: ibi autem tenet ſoluere penſionem in pecunia cõſiſtentem. ¶Vndecimò,quòd vaſallus feudũ ſine dñi voluntate dare nõ poteſt:qđ emphyteuta põt:quia magis obligatur vaſallus, cùm perſonã eius dñs elegerit.Vñ aliũ inuito domino ſubrogare non poteſt,quod emphyteutæ,permittitur propter liberalitatem.¶Duodecimò,quòd in feudo fœmina ſuccedere non poteſt,niſi fuerit cõuentũ : ſecus iure emphyteutico: quia feudũ datur propter ſeruitiũ : mulier autem ſeruire nõ poteſt æquè bene vt vir:emphyteuſis autẽ fit proper meliorationem quã æquè bene facere põt mulier vt vir . Aſten.tñ dicit ꝙ hoc fallit in duobus caſibus.Primò,ſi ſit feudum fœmineum vel fœminæ cõceſſum : quia tũc deficientibus maſculis ad fœminas ptinebit:vt in tit.de bñfi.fœmi.Secũdò,ſi ſit tali pacto acquiſitum vt deficientibus maſculis ad fœminas deuoluat:quia qđ fuit actũ,eſt ſeruandũ: vt in tit.de ſuc. feu.§.filia.¶Decimotertiò,quòd vaſallus non poteſt aliũ vaſallum facere ſine domini voluntate. quod emphyteuta poteſt:quia emphyteuſis propter meliorationẽ, feudũ propter ſeruitiũ fit:æquè bene aũt poteſt meliorare ſecundus vt primus:& tamen non poteſt æquè bene ſeruire:ideo hic requiritur domini conſenſus,non ibi.¶Decimoquartò,quòd penſio non præſtetur vt in emphyteuſi:ſed ſeruitiũ certum vel incertum,prout fuerit conuentũ: item quòd nihil præſtetur pro introitu. ¶Decimoquintò , quòd vaſallus non teneatur ſeruitiũ præſtare domino,niſi requiſitus.ſecus in emphyteuta:quia vaſallus nõ tenet,niſi ſciat dominũ indigere:emphyteuta verò tenet ad certã penſionem certa die : dies aũt pro domino interpellat.¶Decimoſextò,quòd vaſallus poſsit feudum dimittere ſine domini voluntate : nõ aũt emphyteuta: quia feudũ datur amore vaſalli,& vt aliquã vtilitatem conſequatur:vnde ſine dñi volũtate poteſt renuntiare:ſed emphyteutica res tradit ad vtilitatem dñi,id eſt,vt melioretur:vnde ſecus.

3 ¶†Secundò quæritur quotuplex ſit feudũ ? Et dico ſecundum Bal.in prolo.d.libri,ꝙ multiplex. Aliud eñ eſt habens ꝓpriè naturã feudi,aliud impropriè:aliud regale,aliud non regale:aliud ſimplex,aliud cõditionatũ: nõ quidem ſub conditione datũ,ſed ſub qualificatione : vel conditionatũ,id eſt,datũ ad certũ ſeruitiũ ſeu conditionem,quã ſi vaſallus negauerit,feudũ amittit.Aliud antiquũ ſeu paternũ,ſcilicet qđ fuit illius qui fuit cõmunis parens agnatiõis , ſiue quod à patre vel quocunq; de ſuperioribus acquiſitũ eſt.Aliud maternum,ſcilicet acquiſitũ per fœminam:cuius natura aſpicit primò maſculos,deinde fœminas . Aliud reale,quod tranſit ad hæredem:aliud perſonale,quod ſolùm ad vitã vnius conceditur.Aliud ligium,vbi iuratur fidelitas contra omnem hominem:aliud non ligium,in quo prior dominus excipitur. Aliud francũ,ſcilicet à ſeruitijs & operibus exhibendis:aliud non francũ.Aliud annale:& eſt feudũ guardiæ & caſtaldiæ,& pro mercede alicuius rei:aliud nõ annale.Sunt eñ quędã incorporalia,quæ quandoq; dãtur loco feudi:vt guardia,& caſtaldia:& iſta nõ habent ꝓpriè naturã feudi,ſcđm Hoſt.aliud nobile quod nobilitat poſſeſſorem: aliud burgenſe , ſcilicet qđ nõ nobilitat. Aliud eſt etiã eccleſiaſticũ:& hoc eſt triplex. Primum, quod dat eccleſiæ. Secundũ,quod recipitur ab eadem.Tertium,quod datur vel recipitur à clerico.Et quando quis inueſtitur de ducatu dicitur dux,de comitatu comes,de marchionatu marchio.

4 ¶†Tertiò quæritur,quæ non poſsint dari in feudum. Et dico quòd res immobiles eccleſiæ de nouo in feudum dari non poſſunt:quia & prelati hoc iurant:ſed res quæ prius erant feudales poſſunt iterum infeudari : puta ſi vaſallus ꝓpter aliquã cauſam feudũ perdidit, vel mortuus eſt,poterit prælatus cõcedere filio eius vel alteri.de feud.ex parte.Et hoc põt prælatus etiã ſine ſolennitate,nõ obſtãte licentia vel iuramento de nõ alienãdo,cũ modificatiõe tñ, de qua ſuprà Emphyteuſis.§.x.non aũt nouũ feudũ.de feu.c.fin. Adde prædictis qđ no.Pan.de feu.c.vlt.ꝙ eccleſia nõ valens recupare feudũ de manibus potentũ,põt illud potentiori cõcedere,vt illud recuperet,& ipſe habeat illud:ſed tñ res eccleſiæ nõ feudales ſic inuaſæ prælatus in feudũ cõcedere nõ poteſt: maximè ſi iurauit nõ alienare.Et idem Io.Andr.& ratio eorũ,quia faciliter prælatus permitteret res inuadi à cõſanguineis,vt eis infeudaret.

¶†Quartò quęrit,quis poſsit dare in feudum vel recipere? Et dico ſcđm Bal.de his qui feud.da. poſ.§.abbatiſſa.ꝙ dare poteſt quilibet tam maſculus quàm fœmina,tam nobilis quàm ruſticus , modò habeat legitimã ſuorũ bonorũ adminiſtrationẽ:vt in c.j.§. noui.p quos fi. inue.imò ſcđm Hoſt.etiam minor xxv.an.ſi feudũ ſit vetus. Si verò ſit nouũ,fieri nõ põt à minore:niſi ſit pubes,& iurauerit non contrauenire.Recipere aũt feudũ,ſeu inueſtiri,ſecũdum Hoſ.poteſt quilibet tam per ſe,quàm per procuratorem,etiã ſeruus,modò ſciente domino faciat. 5

¶†Quintò quærit quomodo acquiritur feudũ? Et dicit Hoſt. quòd quatuor modis. 6 ¶Primò,per inueſtiturã : puta cùm dñs tradit alicui poſſeſsionẽ rei immobilis corporaliter:vt cũ haſta vel baculo, aut aliquo tali dicendo ſe per hoc illũ inueſtire.¶Secundò,per id quod habetur loco inueſtituræ:vt cùm dominus alicui dicit. Vade in poſſeſsionem illius feudi:& teneas pro feudo.¶Tertiò,præſcriptione:vt ſi xxx.an.tenuit feudũ,& dño ſeruiuit,licet non fuerit inueſtitus. ¶Quartò, ſucceſsione nõ ex teſtamento,ſed ab inteſtato:qa non valet ordinatio defuncti facta in feudo.

¶†Sextò quęritur,quis ſuccedet in feudum? Et dicit 7 Bal.de his qui feu.da.poſ.§.& quia hic.reperiri tale capitulũ: Fideli abſq; liberis ex ſe deſcendentibus,& in feudum ſuccedentibus,ſi quidem feudũ fuit cõmunis parentis, fratres defuncti cũ filijs præmortuorũ fratrũ in ſtirpem ſuccedãt : his verò nõ extantibus,ad agnatos proximiores id volumus pertinere:& ſi quidem in pari gradu ſunt, pariter admittunt. Si verò ex vno eſt vnus,& ex alio plures,nõ in ſtirpem,ſed in capita ſuccedere debere ordinamus.hæc ibi.Hoſt.tñ dicit hanc eſſe ſucceſsionis huius naturã:vt in feudo nõ ſuccedãt aſcendentes:puta,pater filio:deſcendentes verò ſuccedũt:& primò quidem filius patri,& nõ filia:item nepos filio,& nõ nepotis: & ſic vſq; in infinitum gradũ:poſtea verò ſuccedũt collaterales:qui tñ de imperij conſuetudine nõ ſuccedũt , ſed filius ſolus:quo deficiente,reuertit feudũ ad Imperatorem: & ille dat cui voluerit.Filia aũt nõ ſuccedit,ſcđm Hoſt.& Bal.in d. §.quia.niſi in tribus caſibus.Primò , quando nominata eſt in inueſtitura ſeu de pacto vel conditione feudi.Secundò,quando feudum redimit à domino.Tertiò, quãdo dominus ei dedit propter ſeruitium patris.in quibus caſibus ab aliquo ex parentibus non eſt inquietãda:vt in c.ſi quis ſine filio maſculo.quemad.feu.ad fil.perue . Quartò,adde ſi feudum ſit datum ad nullum ſeruitium: quia maſculis non extantibus fœmina ſuccedit,ſcđm Bal.ibi.Quintò,quando feudũ erat quæſitũ iure emptionis,ſcđm Odoſ.in Sum.& hoc potius ex natura cõtractus quàm feudi. ¶Sextò, ſi feudũ ſit fœmineum: vt dictum eſt.

8 ¶†Septimò quæritur,vtrum feudo Titio conceſſo pro ſe & deſcendentibus filijs maſculis & fœminis filiabus,filia ſimul cum maſculo ſuperſtite admittatur? Et dicit Bal.in rub.Epiſcopum vel abb.feu.da.non poſ.quòd non,

ſed maſculus ſolus:quia natura feudi eſt: vt maſculus præfe-
ratur.Et ſi poſtea filius decedit ſine filio, non admitteretur
fœmina ſoror præmortui fratris: quia ſemel excluſa fuit per
maſculum, ideoq; reuertit̃ ad dominũ. qđ verũ eſt in feudo
ſimplici & recto:ſecus in conceſſo ad certũ ſeruitiũ,quod fœ
mina poſſet explicare per ſe vel per alium:quia tũc admitte-
retur cũ maſculo ſimul.ff.de vſuf.accr.l.ſi quis Titio. & l.ſi
mulieri.ſecundum Iaco.de Bel.qui dicit quòd fuit in facto in
regno Apuliæ.Ex quo infert Bal.ꝙ ſi ſtatutum excludit fœ-
minam extante maſculo ſemel excluſam nõ amplius ſucce-
dere,niſi vt fratri habet ſuccedere non vt patri mortuo ſine
9 maſculo.¶†Octauò quæritur,vtrũ clericus ſuccedat in feu-
do?Et opiniones cõcordando dico quòd aut feudum erat ſibi
apertum: & tũc ſi ad ſacros ordines promoueatur,renũtiare
videtur tranſeundo ad ſtatum incõpaſsibilem ſeruitio infeu-
dali:ar.de præb.de multa.& cle.gratia.de reſcrip.nec poterit
iſto caſu ſeruire per ſubſtitutum, niſi eſſet feudum, ex quo
præſtaretur ſolum reale ſeruitium,quod nõ eſt propriè feu-
dum:vel ex quo præſtaretur ſeruitium perſonale non repu-
gnans ordini eius quo caſu ſuccedet:quia per clericatum non
perdũtur iura ſucceſsionis.xij.q.iij.c.j.cum ſimi.Si verò pro-
moueatur ſolùm ad ordines minores, ſuccedat: quia poteſt
ſeruire per ſubſtitutum,vt vult glo.in c.j.de bene.fœmi.Aut
feudum non erat ſibi apertum: puta quia erant tres fratres,
& primogenitus poſsidebat feudum, & ipſe exiſtens vltimus
effectus eſt Cardinalis,& poſtea mortui ſunt alij fratres ſine
hærede:& tunc ſuccedit: quia dici non poteſt habuiſſe ani-
mum renunciandi nec etiam facultatem:& de æquitate iuris
admittetur quod ſeruire poſsit per ſubſtitutum:licet ſecus de
iuris rigore, niſi tale eſſet ſeruitium quod de ſui natura poſ-
ſet per quemlibet explicari:quia tunc etiam iuris rigore ſuc-
cedit.arg.l.continuus.§.ſi ab eo.ff.de verb.oblig.Et hæc eſt
10 determinatio Baldi in l.quiſquis.C.de epiſco.& cler.¶†No-
nò,quæritur,ſi quis efficitur religioſus quis ſuccedet? Et dicit
Old.in auth.ingreſsi.C.de ſac.ſan.eccl.quòd feudum tranſit
ad monaſterium eo modo quo erat penes ingreſſum. l. ſi
quis præsbyter.C.de epiſco.& cle.quod Inno.in c.in præſen-
tia.de probatio.limitat verum,ſi ſeruitium ad quod tenetur,
præſtari poteſt ab eccleſia:aliàs ad dominum reuertetur. C.
de cadu.tol.l.vnica.§.ne autem.Alb. autem in d.auth. tenet
quòd ſecundum ius conſuetudinis feudorum reuertitur ad do
minum indiſtinctè:vt eſt caſus.ſi de feud.controuer.fue.c.qui
11 clericus.& de va.mi.qui bel.arma depo.c.j.¶†Decimò quæ-
ritur,quid ſi pater obtinuit pro ſe & ſuis hæredibus & ſucceſ
ſoribus quibuſcunque,tranſibitne ad extraneum vel legata-
rium aut clericum?Et reſpondet Bal.in l.j.ff.de re.di.& ſequi
tur Lud.de Ro.in l.id tempus.§.j.ff.de vſur.quòd ſic.ſed ipſe
Bal.in c.j.§.donare.tit.qualiter olim feu. po.alie.corrigit ſe,
& dicit quòd dictio,quibuſcunque,intelligitur de ſuccedenti-
bus ab inteſtato.arg.l.ſi quando.C.de inoffi.teſt.vnde non ve
niet extraneus: quia res non debet regulari ſecundum natu-
ram contractus:ſed contractus ſecundum naturam rei dedu
ctæ in eo:vt l.ſtipulatio iſta.§.quæſitum.ff.de verb.oblig.vbi
licet ſtipulatio ſit trãſmiſsibilis in hæredem de ſui natura, vt
in l.veteris.C.de contrahen. ſtipul. tamen non tranſmittitur
quando res in ea deducta nõ eſt tranſmiſsibilis:vt eſt videre
in feudo:nec legatarius etiam veniet,nec clericus.& ſic dictio
quibuſcunque,reſtringitur,per no.in l.j.C.de ſac.ſan.eccle.&
per Iaco.de Are.in l.j.§.item nuntiatio.ff.de no.ope. nuntia.
12 Sed tamen limita de clerico,vt ſuprà,§.viij. ¶†Vndecimò
quæritur vtrum ſuccedet frater vel filius fratris,quando quis
fuit de nouo beneficio inueſtitus ſi decedit ſine liberis? Et
dico quòd non,ſed ad dominum reuertetur: vt in tit.de na.
ſuc.feud. Et quod dictum eſt ſuprà quòd deficientibus filijs
veniunt agnati:intelligitur de feudo acquiſito ab antiquo,id
eſt,ab eo qui fuit communis parens totius cognationis.
¶†Duodecimò quæritur,an feudatarius habeat præſtare iu-
ramentum & quale? Et dico ſecundum Hoſtien.quòd in o
mni feudo ſtatim facta inueſtitura requiritur iuramentum fi
delitatis,niſi ex pacto remiſſum ſit.&debet fieri his verbis vel
ſimilibus: Ego talis iuro ad ſancta Dei Euangelia quòd ab
hinc in antea ero fidelis tali,ſicut debet eſſe vaſallus domino:
ne id quod mihi ſub nomine fidelitatis commiſerit pandam
alij ad eius detrimentum me ſciente. Obligatur autem inde va-
ſallus domino ſecundum quod conuentum eſt: & ſecun-
dum quod de feudi natura, & regionis ipſius, vel vicinorum
eius conſuetudo requirit:quibus deficientibus poterit vti iu-
re ſcripto.Communiter autem obligatur ad ſex.¶Primò,ne
ſit illi in damnum de corpore ſuo: ſed vitabit illud & impe
diet.¶Secundò,ne id quod dominus facere intendit,& facile
poteſt fieri,addat ei difficile vel impoſsibile,ſcilicet latenter ad
contra procurando.¶Tertiò, ne reuelet ſecretum ſuum ali-
cui,maximè qui poſsit obeſſe:ſimiliter nec illa per quę fieret
minus tutus¶.Quartò,ne ſit contra eius iuſtitiam vel hone-
ſtatem,ſcilicet impediendo, dehoneſtando filiam, vel vxo
rem,maculando eius famam dicto, facto vel conſenſu.
¶Quintò,ne damnum aliquid in temporalibus illi faciat,vel
vtilitatem impediat. ¶Sextò,vt fideliter illi præbeat conſi-
lium quo ad verba:& auxilium, ſcilicet de rebus ſuis & per-
ſona.Probantur hæc in libr.de feud.de for.fide.cap.j.&xxij.
quæſt.v.de forma.de iureiuran.ego.¶Nota†tamen quòd li-
cet vaſallus non debeat eſſe pro alijs contra dominum ſuum,
de poſtul.cap.fin.pro ſe tamen & ſuis hominibus poteſt ius
ſuum petere & defendere. argu. de iureiuran. petitio. No-
ta etiam quòd idem Hoſtienſ.ponit. aliam iurandi formam
talem: Ego Titius iuro ſuper ſancta Dei Euangelia quòd
ab hac hora in antea vſque ad vltimum diem vitæ meæ ero
fidelis tibi Caio domino meo contra omnem hominem ex-
cepto Imperatore vel Rege. Vaſallus enim debet adiuua-
re dominum contra omnem hominem, etiam contra fra-
trem & filium in cauſa iuſta,niſi contra alium dominum an-
tiquiorem:vnde in ſacramento illum debet excipere.Nota
etiam quòd in prædictis omnibus dominus fideli ſuo debet
vicem reddere.xxij.quæſtione v. de forma.xcv. diſtinctione,
eſto ſubiectus.aliàs cenſebitur male fidus: vt in libr.feud.de
forma fide.cap.j.& debet priuari feudo per ſuperiorem,ſi
perfidè ſe habet contra vaſallum ſuum: vt infrà,§.xvj.
¶†Decimotertiò quæritur, ſi dominus moriens relinquat
plures,vtrum vaſallus iurabit omnibus? Et dicit Hoſtien.
quòd non:quia vaſallus non cogitur pro vno feudo multos
habere dominos.quod dictum puto limitandum vbi non ſuc-
cedunt inæqualiter:vnde ſubdit,maximè in comitatibus,du-
catibus,marchionatibus:qui hodie diuidi nõ poſſunt:vbi ve-
rò æqualiter ſuccedunt:non eſt ratio quòd magis vni quam
alteri iuretur,niſi iuretur vni pro omnibus.Si autem vaſallus
moriens plures filios relinquat, omnes iurabunt ſi feudum
habent indiuiſum:ſi autem ex diuiſione totum feudum per-
uenerit ad vnum,ille ſolus iurabit.
¶†Decimoquartò quæritur, vtrum vaſallus poſsit ſeruire
per alium?Et dicit Baldus in capite,mutus.epiſcopum vel ab-
batem feudum dare non poſſe quòd non, ſi ſeruitium debeat
fieri principi:vel non poteſt fieri per ſubſtitutum,niſi de vo-
lũtate Principis.C.de murilegulis.l.ſi qs ex corpore.Et ideo
ſi talis incurritur infirmitas, quòd ſeruitium exhibere non
poteſt, perdet feudum, niſi eſſet à caſu fortuito ſine cul-
pa præcedente, vt puta quia eſt cæcatus à latronibus:
tunc non perdet,ne afflicto detur afflictio. argumẽto C.de
fur.authen.nauigia.& C.de epi.audien.l.tam dementis.
¶Decimoquintò quęritur,vtrum vaſallus vaſalli mei ſit me
us vaſallus? Et dico quòd non:ſicut nec libertus liberti mei
eſt meus libertus.ff.pro ſocio.l.nam ſocij.
¶Decimoſextò † quæritur,quibus ex cauſis feudum amitti-
17 tur? Et dico ſecundum Hoſtienſem,quòd multis.
¶Primò,ſi vaſallus fiat clericus,vel religioſus:quia nec tales
ſuccedunt in feudo.xxiij.q.viij.c.j.de quo dic vt ſuprà. §. viij.
¶Secundò,ſi hæres vaſalli ſteterit per annum & diem quòd
non petiuerit à domino inueſtiturã feudi. ſimiliter ſi ipſe va-
ſallus poſt mortem domini non petiuerit ab hæredibus eius.
vt in li.feu.in quib.cauſis feu.amit.cap.j.quod verum eſt,niſi
ipſe vaſallus fuerit minor annis xiiij.quia talis fidelitatẽ fa-
cere non cogitur.Item niſi ſit miles:quia habet pro termino
annum & menſem.Item niſi iuſta cauſa impedierit:vt in eo.
lib.de prohi.feu.aliena.per Lotha. quoniam inter domum.
Sed prædicta intellige quando iurauit perſonæ ſolùm,vt iu-
ro tibi.Secus ſi iuraſſet ſibi & ſucceſſoribus,vel ſub nomine
dignitatis:quia nõ tenetur amplius iurare ſucceſſoribus:niſi
magna longinquitate periret memoria:vt no.Panor.in cap.
veritatis.de iureiurand.
¶Tertiò, ſi vaſallus tribus vicibus coram paribus & huiuſ-
modi requiſitus fidelitatem iurare noluerit,quãuis dominus
paratus ſit facere inueſtituram.
¶Quartò,ſi vaſallus infeudauerit feudum alia lege quàm ea
qua ipſe habet:vel in talẽ vaſallũ,qui feudũ ſeruare non põt.
¶Quintò,ſi vaſallus interfecit ſuum proprium germanum,
vel germani filium, vel aliquid commiſerit quod paricidij
nomine contineatur,ad hoc vt habeat totam hæreditatem.
¶Sextò, ſi in prælio dominum dimittit non mortuum nec
vulneratum ad mortem:& ſimiliter propter multas alias in-
gratitudines quæ numerãtur in lib.feu.quib.mod.feu. amit.
cap.j.& ij.
¶Septimò,ſi ſcienter negauerit feudum vel partem,aut con
ditionem eius:ſecus ſi ignoranter.quod ſi vaſallus non vult
oſtendere de parte feudi,præſumetur,quòd totum teneat in
feudum.¶Octauò ſi alienauerit feudũ:quod quidem ſi alie-
nauerit pro parte,illam amittit,& ad dominum liberè reuer
titur,nulla præſcriptione obſtante.nec ei,id eſt, vaſallo pro-
derit,ſi poſt factam alienationem recuperauerit ipſum feu-
dum,niſi ignoranter alienaſſet.
¶Nonò,ſi dominum accuſauerit, aut teſtimonium contra il
lum in cauſa non tantùm criminali, ſed etiam ciuili tulerit:
licet quidam dixerint quòd in ciuili poteſt.
¶Decimò,ſi vocatus à domino quòd ſecum vadat in expedi-
tione publica:puta vocatus ab Imperatore vt ſecum veniat
Romam pro ſuſcipienda corona,& huiuſmodi,non venerit,
nec alium pro ſe domino ſuo acceptum miſerit,vel ei ſtipen
dia militiæ non dederit.Et quidem quando propter fidelita-
tem non ſeruatam amittitur feudum,nõ intelligitur ipſo iu-
re,ſed per ſententiam:ſi verò alienatum fuerit, perditur ipſo
18 iure,vt dicit Inno.¶Decimoſeptimò†quęritur,quomodo do
minus amittat ius,quod habebat in feudo? Et dicit Hoſtien.
quòd ſicut vaſallus amittit feudum propter culpã:ita domi-
nus proprietatem feudi:vt in lib.feu.ſi de feu.contro. fue.ca.
domino committente,quia dominus vaſallo debet vicem re-
pendere,vt in eodem lib.de for. fidel.c.j.& ſi non repẽderit,
tanto cenſebitur male fidus,vt eſt ille qui contra vaſallum
ſuum fuerit perfidus.xxij.q.v.de forma.xcv.diſt.eſto
ſubiectus de iureiurando.c.peruenit.& talis etiam priuatur
iure quod habet in vaſallum: & feudum tranſit ad ſuperio-
rem.Quod non intelligas ipſo iure, ſed per ſententiam, ſe-
cundum Arch.& innuitur de exce.præl.cap.grauem.cum gl.
¶Decimooctauò † quæritur, vtrum alienans feudum ſine 19
conſenſu domini cadat ipſo facto?Et dicit Panormitanus in
ca.vlt.de feu.quòd ſic,& ſine alia ſentẽtia expelli poteſt: etiã
ſi alienando dixit,ſaluo iure domini,ſecundum Bald. quæ ſit
cau.bene.amit.c.j.quia factum ſequens eſt contrariũ.ar.c. eã
te.de iureiu. & quod ibi no.Secus ſi dixiſſet,& aliter,vel alio
modo non intendo:quia hæc verba operantur vt domino cõ
tradicente non videatur facta alienatio,quod verum eſt,niſi
captio aliqua poſſet interuenire domino:puta ſi daret caſtel
lum tali, quem dominus poſtea expellere non poſſet.Et ſi
alienauit partem tantùm,ſolùm illa perditur,ſecundum Io.
And.quem ſequitur Panormitanus vbi ſ. etiam ſi eſſet ma-
ior pars.de prohi.feu.alie.alie.cap.imperialem.§.j.
¶Decimononò † quæritur, vtrum vaſallus poſsit feudum 20
alienare pro anima? Et dico quòd nec legare nec diſponere
poteſt pro anima:vt in c.j. qualiter feu. alie.licet nec etiã de
iure canonico,ſecundũ Ho.in Sum.de immu.ec.quod intelli-
ge in feudo temporali:quia ſi eſt perpetuum,poteſt alienari,
& eccleſiæ donari,ſecundũ eundẽ Hoſti. & ſequitur Panor.
vbi ſ.poteſt etiã grauare hæredẽ vt de vino educto de vinea
feudali det ſingulo anno pro anima ſua,ſecundũ Bal. in ti.de
ſuc.feu.c.j.quia teſtatur de fructibus,nõ de feudo:qui fructus
ſunt res propriæ hæredis.vnde nõ dicitur alienatio feudi,quã
do alienantur fructus ſeparatim.ff.de dona.l.in ædibus.§. ex
rebus.¶Viceſimò† quæritur,quid ſi alienat ſuas cõmodita- 21
tes ad tempus longiſsimũ?Et dicit Bal.in ti.de pa. iu. fir.viij.
charta.quòd non cadit,modò actum ſit quòd vtile dominiũ
non tranſeat.Allegat glo.ſing.in l.codicillus.§. inſtitutio.ff.
de leg.ij.& idem dicit in emphyteuta.Et idem tenet Bart.in
d.§.inſtitutio.vbi dicit quòd vendens fructus domus ad cen-
tum annos,non videtur alienare: ſed tamẽ hoc aliquibus nõ
placet.vnde tutum eſſe in talibus reſeruare non ſolùm ius
domini, ſed etiam eius voluntatem:vt dicendo,vendo fru-
ctus ſi domino placuerit,vel reuocauerit.
¶Viceſimoprimò † quæritur,vtrum poſsit pignori dare? Et 22
dicit Panorm.vbi ſ.quòd non,quia quæ prohibentur alienari
generaliter à lege vel per teſtatorem,aut à iudice,vel per pa
ctum contrahentium,prohibentur pignori dari l.ſi. C.de re.
ali.non ali.& per Bar.in l.in quorũ.ff.de pig.Et ratio eſt:quia
per conſtitutionem pignoris de facili venitur ad diſtractio-
nẽ rei.ff.de diſt.pig.l.ij.& iij.C.de iure do.impe.l.ij.ideo pro-
hibita alienatione prohibetur pignus:ſicut prohibito matri-
monio,prohibentur ſponſalia,per quæ venitur ad illud.l.ora
tio.ff.de ſponſalib.cùm concordant.ibi poſitis in gl. Secus in
eo qui prohibetur emere:quia poteſt in pignus accipere: niſi
fuerit in fraudem pro tanta quantitate,quod nõ eſt veriſimi-
le dominum luiturum.arg.l.qui habebat.in princ.ff.de lega.
iij.ſecundum Bart.in d.l.in quorũ.¶Viceſimoſecundò† quæ 23
ritur,vtrum dare poſsit in dotem?Et dicit glo. in c. finali.de
feu.quòd ſic,ad tempus vitæ feudatarij, non plus. & ibi Pa-
normitanus referens ſe ad no.in cap.quæ in eccleſiarum.de
conſtit.¶Viceſimotertio†vtrum poſsit vaſallus vni ex filijs 24
prælegare totũ ius feudi?Et dicit Bal.in tit.de prohi.feu.alie.
quòd nõ,vllo modo,niſi de voluntate & conſenſu filiorũ:quia
lex feudorum dictat quòd ad omnes æqualiter perueniat:vt
in ti.qui feu.da.po.§.ſed cũ hoc. quòd limita niſi ſit ducatus
vel marchionatus,& huiuſmodi,quæ debentur primogenito
ſoli.Iacob.tamen Loth.tenet quòd iſtud c.j.de ſuc.feu.vbi di
citur ꝙ vltima voluntas vaſalli nihil valet in feudis, limitat̃
ad eã diſpoſitionẽ, quæ eſt vltima voluntas.Secus in ſtipula
tione:quia in cohærẽtibus perſonæ pater poteſt ſtipulari vni
cohæredum:vt ff.de pactis. l.auus.Et ſic poſſet aſsignare in

totum,arg.l.filio.§.fi.ff.de rit.nup.cum multis alijs.¶ Viceſi-
25 moquartò † quæritur,ad quem reuertitur feudum vaſallo priuato:& vtrum noceat filio delictum patris? Et dicit Bald. qui.mo.feu.ami.§.aut ſi libellario.quòd ſi priuatur ex dolo commiſſo in perſonã domini,reuertitur ad dominũ: vt quæ ſit prima cau.bene.amit.c.j.§.denique.quando verò delinquitur extra perſonam veniunt agnati, non dominus. Quando verò ex cauſa alienationis:tunc ſunt opiniones:ſed Bal.ibi dicit quòd ſi fecit in fraudem agnatorũ,veniunt agnati,nõ dominus.Si verò non in fraudẽ fecit, reuertitur ad dominum: filij tamen vel agnati,imò etiã filia maſculis nõ extantibus debet redimere à domino,qui cogitur eos inueſtire:vt de his qui feu.da.poſ.§.cum verò.quod intellige ſi feudum nõ erat nouum ſecundũ Iaco.de Bel.Bar.tamen,vt recitat Pan.vbi ſ. in l.eũ.ff.de inter.& releg.& in l. vt iuriſiur.§.ſi liberi. ff. de ope.li.dicit quòd ſi pater cõmiſit delictũ,propter quod directè venit priuandus feudo:puta,quia alienauit,& huiuſmodi: vel cõmiſit aliquid contra tenorẽ iuramenti: & tunc nocet filio,etiã ſi proceſsit à genere vlteriori,arg.in l. j. ff.ſi qs ali.te.prohi.& in l.cùm ratio naturalis.ff.de bo.pſcrip.vbi patet quòd delictum vnius nocet omnibus proximioribus,qui ſunt inferioris gradus. Vnde ſi quis prohibuerit aliquẽ teſtari, vel interficit conſanguineũ,cui ſuccedere debebat ab inteſtato, fiſcus occupat hæreditatem:nec veniunt alij cõſanguinei qui ſunt inferiores gradu,vt in d.l.cum ratio.& quod ibi no.Si verò nõ eſt tale delictũ,propter quod priuetur directè feudo: ſed per quandam conſequentiã,puta quia eſt dãnatus ob aliquod maleficiũ,ita ꝙ bona veniunt publicanda:tũc procedit diſtinctio Dy.in reg.nõ debet.de reg.iu.li.vj.quia ſi feudũ eſt paternum,filio nocet.Secus ſi eſt à genere vlteriori. Cũ qua diſtinctione trãſit Io.And.& do.Ant.in c.fi.de feu.Sed diſtinctio Bal.videtur æquior quo ad ſeculares:in prælato autẽ eccleſiaſtico placet opi.Ang.de Are.Inſti.quib.mo.finit.tute.§. itẽ finitur.quòd licet veniat priuandus feudo,non tamen nocet ſucceſſori:ſed eo mortuo reuertitur ad ſucceſſorẽ. quod etiam tenet glo.in cap.j.§.fi.in ti.de capitulis Corradi. ¶ Vi-
26 ceſimoquintò † quæritur,vtrum ſi vaſallus cõmittat crimen læſæ maieſtatis contra principem,propter quod omnia eius bona publicantur,ad principẽ deuenient bona feudalia.Et dicit Gul.Dur.quòd ad principẽ deueniet ius quod in re competebat vaſallo,id eſt, vtile dominiũ:directè verò apud immediatũ dominũ remanebit.Quia verò nõ decet principẽ pro feudo ſeruire per ſe vel ſubſtitutũ: principes recipiet pretiũ pro æſtimatiõe vtilis dominij:dominus verò immediatus recipiet partem aliã pretij pro dominio directo. ff. de leg. ij.l. qui ſolidum.§.j.Fiſcus enim poteſt vendere rem,quam cum alio habet cõmunẽ,reſtituẽdo alteri pro rata pretij. C.de cõ-
27 muni.re.alie.l.ij.¶ Viceſimoſextò † quærit',vtrũ vno feudatario deficiente accreſcat feudum alteri? Et dicit Panor. vbi ſ. quòd nõ,niſi fuiſſet expreſſum. Vide Barto.in l.ſi mihi.ff.de verb.obli.¶ Viceſimoſeptimò quæritur,vtrum filius repudiata hæreditate poſsit feudum tenere? Et dicit Hoſ.quòd non: ſed aut totum debet retinere, aut totum repudiare:niſi dominus eum tanquam de nouo beneficio inueſtiat, conſentientibus agnatis:quo caſu feudum retinet ſine quocunque onere hæreditario. Dicũtur autem agnati,qui per virilem ſexum deſcendunt:cognati verò qui per fœmineum. Poſſunt autem agnati retinere feudum hæreditate repudiata:vt in conſtitutione Federici,an agnatus vel filius defun.rep. hære.poſ.feu. re.capite,ſi contingeret.

28 ¶ Viceſimooctauò † quæritur vtrum vaſallus inuito domino poſsit refutare feudum? Et dicit Ioannes de Imo.in cap.j.de feu.quòd non,allegans gloſſ.ſing.in càpite fi.de cap. qui curen.& Panormitanus in dicto cap.j.& idem tenet gloſ.in ca. quæ in eccleſiarum.de conſtitutio.Bar.verò in l.ſi cum quo. ff.de aqua plu.arcẽ.& d.conſil.xliiij.& Iacob.de Bel.in dicto cap.fi.cõcludunt quòd ſi eſt datum ad certum ſeruitium, nõ poteſt:ſi autem ad incertum,tunc poteſt antequam illud ſeruitium ſit indictum:quia nondum eſt purificata obligatio.& facit in ſimili gloſſ.in l.incola.ff.ad munici.niſi iura liet ſpecificè non poſſe refutare. quod ſecũdum Bal.in præludijs feu. fallit ſi dominus eſſet in prælio,& tunc vellet refutare,quia dominus tunc ſibi de æquali vaſallo prouidere non poterit. arg.l.filiæ meæ.ff.ſolu.matri.quia cedere feudo, eſt quoddã diuortium:nec valet niſi conſuli poſsit indemnitati domini. & hoc ſequitur Sũma Angelica.Hoſt.verò tenet indiſtinctè quòd refutare poteſt,& non tenebitur domino de ſeruitio.& hoc Arch.Summę Piſ.& Supple.videtur verius,ſi loco & tẽpore repudiet:ſcilicet vt dominus ſuæ indemnitati conſulat: aliàs non.& hoc tene:quia feudum eſt principaliter in beneficium vaſalli:vnde,ſecũdum eos,appellatur beneficium:& in pœnam eo vaſallus priuatur, vel eius hæres, licet Pan.dicat hoc eſſe gratia vtriuſque.

¶ Viceſimononò † quæritur vtrum eccleſia poſsit ſine vſura feudum recipere in pignus, & facere fructus ſuos? Et dicitur in capitulo.j.de feud.quòd ſic,dummodo interim non recipiat ſeruitium à vaſallo. quod quidem capitulum diuerſi diuerſimodè intellexerunt.Nam gloſſa ſentit hoc eſſe ſpeciale in eccleſia,vt res illa citius ad eccleſiam veniret:nec habere locum in laico.Sed contra,quia ſecundum hoc illud,quod eſt contra ius naturale,ſcilicet vſura, eccleſia permitteretur:tum etiam quia textus dicit,declaramus:vnde inducit ius nouum.Alij intelligunt in ruſticis colentibus terras eccleſiæ impenſo ſeruitio fructibus penè æquali.Sed contra,quia textus facit mentionem de ſeruitio,nec diſtinguit. Alij intelligunt quando ſic eſt conuentum.Sed contra,quia non valet conuẽtio vt vſura ſoluatur.de iureiur.debitores.Alij,vt Innocen.& Goſ.intelligunt quando feudum illicitè detinetur:nec recuperari poteſt.Sed contra,quia poſſet recipi ſeruitium vſque ad reſtaurationem totius intereſſe præteriti:quod textus nõ admittit.Alij,vt Ho.& Panormitanus,intelligunt hoc procedere ex natura feudi:quæ eſt,vt dominium directum remaneat apud dominum,& vtile apud vaſallum cum aliqua obligatione,aut ſeruitij,aut ſaltem fidelitatis:vnde dimiſſa obligatione de conſenſu ipſius vaſalli conſolidatur vtile dominium cum directo:& conſequenter non percipit fructus ex aliena re,ſed ex propria.quod tamen limita vt §.ſeq.Si autẽ interim dominus recipiat ſeruitium à vaſallo tãquam ex debito,tenetur reſtituere fructus,niſi proteſtetur.arg.in l.ſi.C. de iu.do.impe.& in cap.cum M.de conſti.Secus ſi ex liberalitate vaſalli ſcientis ſe non teneri.

¶ Triceſimò † quęritur,vtrũ idem ſit in emphyteuſi? Et dicunt aliqui quòd ſic. Vnde Spe.in tit.de feu.dicit quòd feudum & cõtractus emphyteuticus & liuellarius ſunt eiuſdem naturæ & ego dico quòd vbicunq; lex feudalis nõ eſt contra iura naturalis aut ciuilis rationem,habet locũ in emphyteuſi:aliàs non,vt tenet Bart.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.ob.& Bald. in c.j.de inueſtitura de re alien.fac.Modò autẽ quando in re emphyteutica extant melioramenta:dico eſſe cõtra naturale ſi fructus eorum nõ computentur in ſortem:vbi autem melioramenta nulla eſſent,nullus fructus eſſet computandus ex natura huius contractus,ſicut de feudo dictum eſt. Limitatum eſt ergo non computare fructus pignoris in feudo & emphyteuſi,concurrentibus duobus. Primò, quòd melioramenta non ſint facta. Secundò, quòd iſta fuerint à cauſa libera: quia ſi domino eſſet exhibita quantitas pecuniæ vel aliquid aliud pro his habendis non liceret, quando fructus diſproportionarẽtur à ſeruitio ſiue ab affictu. Et ita determinat & tenet Sum.Ang.in hoc caſu & in priore.Sed dicit Card.in dicto cap.j.& dominus Anto.& cõmuniter alij quòd dictum cap. non intelligitur in feudo franco & libero, ſed in non libero:quæ opinio eſt vera,& ſequenda,ſicut & ſequitur ibi Ioan.de Imol. & Bartolus. Nam ſi feudatarius aliquid ſoluit domino,vel exhibet,ſcilicet menſurabile pecunia, ſeu dum eſt conceſſum titulo oneroſo: ideoq; ſi pignoraretur, dominus faciet fructus ſuos,nec poterit cõqueri feudatarius tunc domino nihil reddens: ſecus ſi eſſet cõceſſum ſine onere quia nihil penes vaſallum correſpõderet fructibus. Quia ergo vera eſt iſta opinio, quẽ tamẽ dicta Summa reprobat: ideo limita tertiò quòd feudum,vel emphyteuſis à cauſa libera ſit cum onere, aliàs non facit dominus fructus ſuos.

31 ¶ Triceſimoprimò † quæritur,vtrum idem ſit in vſufructuario,qui obligatur pprietario? Et dicit Hoſt.in ſumma,quòd ſic, ſi habet à proprietario à cauſa libera: aliàs non,vbi fructus diſproportionantur à ſeruitio.

## De Fictione.

Fictio iuris à præſumptione differt: quia fictio iuris ſemper eſt contra veritatem, vt in iure poſtliminij, &c. præſumptio verò cũ veritate ſtare poteſt, ſicut & ſæpe ſtat. Ius enim fingit aliud quàm ſit, vt mulierem ſtipulantem, quæ non eſt.l.vnica.C.de rei vxo.act.&c.

## De Fideicommiſsis.

1 *Fideicommiſſi definitio. Et quando fideicommiſſum eſſe, aut legatum dicatur?*
2 *Fideicommiſſum duplex.*

1 Fideicommissvm † & donatio mortis cauſa legatorum appellatione continẽtur.ff.de legatis.iij.l.& ſi fideicommiſſum.& eſt fideicõmiſſum illud legatum vel relictum quod fidei hæredis commiſſum eſt alicui ab eo dandum: cùm teſtator dicit, Hæres fidei tuæ committo, vt des legata & commiſſa.ſecundum Azo.in Sum.Vnde ſecundum Panorm.in c.Raynaldus.de teſta.legatũ dicitur,quando diſpoſitiones vel teſtamenta conferuntur in legatarium: fidei verò commiſſum,cùm quis capit de manu alerius:puta,relinquo tibi fundum, & volo quòd illud reſtituas Sempronio: nam reſpectu tui eſt legatum:reſpectu verò Sempronij eſt fideicommiſſum:ſic appellatum, quia fidei tuæ cõmittitur.
2 Eſt † autem duplex ſcilicet generale,quo tota hæreditas venit reſtituenda: & particulare eſt,quo reſtituenda veniunt certa particularia bona. Et olim quidẽ multas habuerũt differentias,cõmiſſa & legata:ſed hodie nõ:ſed omne legatum fideicõmiſſum dici poteſt, & ecõtra. Pro quo eſt text.Inſtitu. de leg.§.ſed nõ vſq;.& ipſorum eadem eſt natura. ff.de leg.j. vbi dicitur quòd per omnia æquata ſunt legata fideicommiſſis,& in l.j.ac ij.C.cõmunia.de legatis.Si qua tamen eſt differentia,vide in gloſſ.dictæ l.& ſi fideicõmiſſam. & quod ibi nota.Vnde propriè hodie fideicommiſſum dicitur legatum vel hæreditas ita alicui commiſſa vt alienari non poſsit aut relinqui aliter quàm teſtator ordinauerit.

## De Fideiuſſore.

1 *Fideiuſſoris, qui à fide dictus eſt, appellatio generalis, vt quæ varias complectatur ſpecies, de quibus hic. Et ibidem fideiuſſionis concipiendæ formula. Et quod fideiuſsio non teneat, cùm ei accedit, quod minimè ſubſiſtit.*
2 *Fideiubere quiſnam poſsit? Et num mulier ex his ſit, qui fideiubeant: & quibus caſibus id contingere queat? Et quid de clerico? num. ſeq. Item quid de religioſo? num. 4.*
5 *Fideiuſſoris hæres, num vt fideiuſſor obligetur? Et an prælati ſuceſſor, eius hæres cenſeatur?*
6 *Fideiuſſor ſi quem repræſentare promiſerit, an liberationem conſequatur, ſi pro quo fideiuſsit, fideiuſsione interpoſita capitale crimen cõmiſerit, cuius occaſione is ad mortem damnatus ſit, aut bannitus, & aufugerit?*
7 *Fideiuſſor rei decapitãdi, cui reus ipſe aſsignatus fuerat, ſi inde reus aufugiat, an ſit decapitãdus? Et ad hæc num quis fideiuſſorem in cauſa criminali interponere poſsit? num. ſeq.*
9 *Fideiuſſores cùm plures ſunt in ſolidum, an debitum inter eos poſsit ac debeat diuidi? Et an præſente debitore principali & indiſcuſſo poſsit fideiuſſor ipſe conueniri?*
10 *Creditor, num fideiuſſori ſoluenti, actiones ſuas credere teneatur? Et contra, an debitor fideiuſſori de omni damno ſatisfacere teneatur?*
11 *Fideiuſſor, num à debitore vſuras, quas creditori ſoluerit, repetere poſsit?*
12 *Fideiuſſor termino à creditore prorogato, num obligatus permaneat? Et ante ſolutionem, num poſsit fideiuſſor contra debitorẽ agere, vt ipſum ab obligatione liberet? & id quot caſibus.*
13 *Fideiuſſor pro rei dotalis, vel donationis propter nuptias alienatione, an matrimonio ſubſiſtente de euictione teneatur?*
14 *Fideiuſſor, num aliquid à debitore, ſine vſura recipere poſsit?*

Fideivssor † dictus eſt à fide & iubeo, quaſi iubens ſiue dicens ſuæ fidei ſtãdum:vel quaſi iuſſus ſuam fidem interponere in aliquo negotio:& eſt qui alienam obligationem in ſuam recipit fidem, principali nihilo minus manente obligato,Inſtitut.eod.in princip.& ff.eodẽ.l.j.& ij. Eſt autem fideiuſſor nomen generale, ſub ſe videlicet cõprehendens mandatorẽ,cõſtitutorem,& promiſſorẽ:propriè tamen hi differunt adinuicem:quia mãdator nunquam ſequitur,ſed ſemper præcedit obligationem.ff.manda.l.ſi verò nõ remunerandi.§.ſi poſt creditam.niſi in caſu, qui habetur in eo.§. Conſtitutor autẽ nõ obligatur,niſi præcedat obligatio,quæ in iuribus data ſit.ff.de cõſtitut.pec.l.j.& iij.C.eodẽ.l.ij. Promiſſor verò ex toto in ſe alienã obligationẽ transfert:Fideiuſſor autẽ obligationẽ præcedit & ſequitur, Inſtitut.eod.§. fideiuſſor.& in authen.præſente.C.eod.& non transfert in ſe obligationem ex toto:ſed principali nõ ſatisfaciẽte.Fideiuſſor autem in rẽ ſuã dicitur, qui fideiubet pro re in ea cauſa, qua res futura eſt eius.verbi gratia, dedi procuratorẽ ad defendendum in cauſa mea:& fideiuſsi pro eo iudicatum ſolui: hoc caſu fideiuſſor in rem meam dicor:vt l.ſi defunctus.ff.de procur. Fideiuſsio verò ita ſit,vt ſi interrogetur fideiuſſor ſic: fide tua iubes qđ iſte debet? & ille reſpondeat, fideiubeo. Inſtitut.eod.§.in ſtipulationibus.hodie tamẽ ſecundũ Hoſti. in Sum.eod.vulgares vtunt' hoc modo, es fideiuſſor pro tali, & promittis mihi pro eo? Et ille reſpondit,ſic, vel promitto. Et non tenet fideiuſsio,quãdo eſt acceſſoria ei quod non tenet.gloſſ.in cap.grauis.de cenſibus.cũ concordan.ibi poſitis. *Quomodo fit fideius.*
¶ † Primò verò quęritur quis poſsit fideiubere? Et dico quòd quilibet habens adminiſtrationem ſuorum bonorum. 2
¶ Secundò quæritur,vtrum mulier poſsit fideiubere. Et dico quòd non pro viro:& ſi fecit,non tenet ipſo iure. ff.ad ſenatuſcon.Velle.l.ij.in glo.nec pro altero, ſecundũ quod not.in l.quanuis.ff.ad Velleia.ſecundum tamen quod ibi diſtinguitur,ſunt ſex caſus,in quibus poteſt fideiubere. Primò, quãdo fideiubet de pretio dando, vt quis ſeruum manumittat. Secundò quãdo pro dote alicuius mulieris. Tertiò quando renuntiauit beneficio Velleiani certiorata de ipſo. Quartò quãdo accepit pretiũ pro fide iubẽdo,vel aliquid loco pretij. Quintò,quãdo in fraudẽ fideiuſsit,vt deciperet. Sextò,quando pignus vel fideiuſſorem pro alio dedit: & poſt biennium

à dicta cautione numerandum iterum ad idem ſe obligauit, vel pignus vel fideiuſſorem dedit:ſecus ſi intra biẽnium con
3 ſenſit: quia non valet. ¶†Tertiò quæritur, vtrum clericus poſsit eſſe fideiuſſor? Et dico quòd nõ pro laico,& ſi facit,eſt abijciendus,ſcilicet ab eccleſia vel clero poſt debitam monitionem,vel à fideiuſsione:vt in cap.j.de fideiuſ.quod quidem aliqui limitant in frequẽtia fideiuſsionis propter verbum inſeruiens, in dicto cap.poſitum, quod frequentiã notat,id eſt, valde ſeruiens:ſicut indifficile dicitur, id eſt,valde difficile.l. Gallus.§.ille caſus.ff.de liberis & poſthumis.Sed mihi videtur quòd pro laico nullo modo debeat indifferenter fideiubere.xj.quæſt.j.te quidem.in text.& in gl.ſed ſolùm in caſu neceſsitatis, in quo ſicut obligatur ſubuenire indigenti.xij. quæſt.j.videntes.ita & fideiubere. & hoc tenet glo.in cap. te quidem.& in cap.penult.eodem titul. Pro eccleſia autem vel clerico fideiubere poteſt:vt in cap.ij.eodem titul.& in dicta gl.in dicto cap.te quidem.Si tamen fideiuſſerit,tenet ſecundum gloſſ.extra eod.cap.j.quæ allegat c.peruenit.&.c. conſtitutus.eodem tit.& idem Panorm.in dicto cap.j.ſed ſecundum Hoſtien.tenetur ſolùm de patrimonio ſuo,vel de reditibus beneficij, quos ſuos facit:non autem in præiudicium eccleſiæ. Archid. autem in cap.ſtatutum.de reſcriptis. libro vj.tenet quòd nec etiam de fructibus beneficij: ſed communiter
4 tenetur cum Hoſtien. ¶†Quartò quæritur,vtrum religioſus poſsit fideiubere? Et dico quòd non:vt in cap.penultimo.eodem titul.etiam ſi eſſet abbas: niſi hoc fiat de licentia abbatis & aſſenſu maioris partis capituli: vt ibidẽ. quod intelligo de aſſenſu explicito vel implicito:vt in re modica, de quo abbas diſponere poſſet ex tacito conſenſu capituli.

5 ¶†Quintò quæritur,vtrum hæres fideiuſſoris obligetur vt fideiuſſor? Et dico quòd ſic.l.poteſt accipi. ff. eodem.ſed tamen intellige quòd ſucceſſor prælati nõ eſt eius hæres.vnde nec pro eo tenetur.arg.eorum quæ dixit Hoſt.vt ſuprà.§. iij.

6 ¶†Sextò quęritur,vtrum fideiuſſor qui promiſerat aliquem præſentare,liberetur ſi talis, pro quo fideiuſsit, poſt fideiuſſionem commiſit capitale crimen,propter quod fuit condemnatus ad mortem,vel bannitus,& fugit? Et dico quòd ſic:vt eſt caſus in l.ſed & ſi quis rei.ff.ſi quis caut.in princip. & not. in l.ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſ.l.cog.& hoc verũ eſt niſi fideiuſſor eſſet in dolo vel lata culpa reſpectu maleficij poſtea perpetrati:quia in cõſcientia teneretur ad reſtitutionem damni:
7 aliàs non.¶†Septimò quæritur,vtrum fideiuſſor rei decapitandi,cui dictus reus fuerat aſsignatus,& fugit, ſit ipſe decapitandus? Et dicit Cynus in l.ad cõmentarienſem.C.de cuſt. reo.& Bart.& text.in l.ſi quis reum.ff.de cuſt.reo.quòd non: ſed pecuniariter puniretur: quia nemo poteſt ſe obligare ex cõtractu ad pœnam capitalem:cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum.xxiij.quæſt.v.ſi non licet.& in l.liber homo. ff.ad l.Aquil.Si tamen fuerit in dolo,punietur pœna arbitraria:vt not.in dictis locis,& xxiij.quæſt.v.cùm homo.in gloſſ. Nec obſtat dicta l.ad commentariẽſem.quia loquitur de eo qui habet cuſtodiã ex officio:quia punitur ea pœna, qua puniendus erat incarceratus:ſi eſt in dolo fugæ vel negligentia
8 nimia:vt ibi not.¶†Octauò quæritur, vtrum poſsit quis interponere fideiuſſorem in cauſa criminali? Et dicit Panor.in rub.de fideiuſ.quòd ſi non venit imponenda corporalis pœna,poteſt:aliàs nõ.quo modo intellige cap.ſi clericos.de ſenten.excommunic.lib.vj.& facit dicta l.ſi quis reum.iuncta l. diuus Pius.de cuſt.reo.& eſt bonus tex.in dicto cap.cùm homo.& ibi etiam gloſ.Fallit in muliere:de quo dic vt in auth.
9 vt nulli iudic.§.neceſſarium.¶†Nonò quæritur,vtrum cùm plures in ſolidũ ſunt fideiuſſores, debeat inter eos debitum diuidi? Et dicit Panorm.in cap.peruenit.eodem tit.quòd ſic, ſi ſunt omnes præſentes & ſoluendo, & hoc poſtulent ante litem cõteſtatam.ff.de fideiuſ.l.ſi dubitet.§.j.Et iſtud eſt beneficium diui Adriani poſitum:& habes in effectu Inſtitut. eodem tit.§.ſi plures.& hoc verum,niſi huic beneficio renunciaſſet. ¶Decimò quæritur, vtrum præſente debitore principali & indiſcuſſo poſsit conueniri fideiuſſor? Et dico quòd non:vt in authen. præſente. C.eodem. tit.etiã ſi conſtituerit ſe principalem debitorem,vt ſit cõmuniter hodie,ſecundum Panormit.in dicto cap.peruenit.& hoc verum eſt,niſi renunciauerit huic beneficio:vt C.de duo.reis ſtipul.authẽ.hoc ita. & niſi debitor notoriè ſit non ſoluendo, vel non poſsit con-
10 ueniri:vt in dicta authen.præſente.¶†Vndecimò quæritur, vtrũ creditor teneatur credere actiones ſuas fideiuſſori? Et dico quòd ſic:aliàs poteſt ei negare ſolutionem debiti.ff.de ſol.l.Modeſtinus. & ff.eodem.l. fideiuſſoribus.Sed intellige de actionibus,quas habet contra eum pro quo fideiuſsit.

¶Duodecimò quæritur,vtrum debitor teneatur ſatisfacere fideiuſſori de omni damno? Et dico quòd ſic. Sed intellige quòd illi euenit ex ſua culpa propter fideiuſsionem.eodem tit.ij.cap.& iij.& de ſo.compet.c.fin.quia officium ſuum nulli debet eſſe damnoſum.ff.de fur.l.ſi ſeruus cõmunis.§.quod verò.ff.ad Velle.l.ij.§.j.ff.quemad.teſt. ape.l.ſed ſi quis.ff.ex quib.cau.ma.l.videlicet.iiij.q.iij.§.venturis.& in glo.d.cap.ij.
11 ¶†Decimotertiò vtrũ fideiuſſor à debitore repetere poſsit vſuras,quas ſoluit creditori? Et dicit Io.And.in reg.damnum. lib.vj.in merc.& ſequitur Panor.in d.c.ij.quòd aut ſimpliciter erat ſolùm obligatus ad debitũ ſoluendum:& ſic non repetet:ſed ſibi imputetur ſi ſoluit,quia non erat obligatus.& facit l.cẽtum.ff.de eo quod cer.lo.niſi ſoluiſſet vſuras vt intereſſe.& hoc verũ quãdo fideiuſſor obligauerat ſe nõ ſolùm ſimpliciter: ſed etiã in omnem caſum venientem ex debito principali: quia teneretur de augmento debiti:vt in dicta l. cẽtum.& l.quæro.§.j.ff.loca.& l.mora.ff.de verb.oblig.aliàs ſimpliciter fideiubens nõ teneť ad intereſſe nec ad augmentum debiti:vt not.gl.in dicto cap.iij.& ſequũtur Docto.Vnde ſi ſoluerit,ſibi imputabit iure fori: licet iure poli debitor teneatur,ſi ipſe erat obligatus in vero ad intereſſe ſeu augmentum creditori:aliàs non.Si autẽ obligauerat ſe fideiuſſ. ad vſuras ſoluendas:ſic ſecundum Legiſtas & Canoniſtas diſtinguitur:quia ſi ſoluit ſpontè,non repetet,ſecundum glo.in d. cap.ij. quia indebitæ erãt:vt in cap.debitores. de iureiurãdo. Si verò ſoluit coactè quidem, ſed nõ oppoſuit exceptionem, non repetet. Si autem oppoſuit, ſed per iudicis iniquitatem fuit ſoluere coactus, non repetet, nec debitor tenetur, per l. exceptionem.ff.eodem.& ff.de euict.l.ſi per imprudentiam. Si autem non ſolùm fideiuſsit ſoluere vſuras,ſed etiam iurauit:ſic repetet,ſecundum omnes:quia licet poſſet petere abſolutionem à iuramento,non tamen tenetur, ſecundũ Goff. quia licet teneatur fideiuſſor excipere:vt in glo. dicti cap.ij. per multa iura:nõ tamen tenetur agere.Aduertendũ eſt tamen quòd eo caſu quo fideiuſſor vſuras ſoluere promiſit ſine iuramẽto,ſciente & cõſentiente debitore:ſecundũ Theologos eas in cõſcientia repetere poteſt:ſiue ſpõtè ſiue coactè ſoluerit:& debitor tenetur:quia ſic intelligitur mandaſſe vt ſoluat:vt l.ſi procurator.ff.de condict.indeb.ſcienti etiam & conſentienti &c.de reg. iur.lib.vj.¶†Decimoquartò quæri-
12 tur,vtrum fideiuſſor remaneat obligatus termino prorogato à creditore? Et dico ſecundum Panor.in c.cõſtitutus.eodem. cõmuniter teneri ꝙ aut fideiuſſor erat obligatus ad tempus ſolùm,puta vſq; ad annũ,& ſic nõ tenetur poſt annũ prorogato termino,per l.itẽ quęritur.§.qui impleto.ff locati.vbi patet ꝙ ſi locaui tibi domum vſq; ad annũ dato fideiuſſore,& conducis poſtea tacitè vſq; ad aliud tẽpus,fideiuſſor nõ tenetur niſi de nouo promittat. Aut obligatio erat pura,licet ſolutio dilata ſit ad tempus:& ſic licet ſolutio ſit prorogata,nõ tamen liberať: quia nulla facta prorogatione termini tenetur fideiuſſor etiam poſt terminum:ſicut & reus principalis, ar.c.cũ dilecti.de dolo.& l.Celſus.ff.de arb.¶Decimoquintò quæritur,vtrum fideiuſſor ante ſolutionẽ poſsit agere cõtra debitorem vt liberet eum? Et dico quòd ſic in tribus caſibus. Primò,ſi diu in obligatione ſtetit.ff.mã.l.Lucius Titius.Secundò,ſi res incipit vergere ad inopiã:vt in d.l.Lucius Titius. & C.man.l.ſi pro ea.Tertiò,ſi fideiuſſor condemnatus ſit:vt in d.l.ſi pro ea. Et hos tres caſus gl.elicit ex tex.extra eo.c.fi. Quibus adde quartò ſi hoc ab initio conuentũ eſt:vt in l.prędicta,ſi pro ea.& ff.de fideiuſ.fideiuſſor pro venditore.¶De-
13 cimoſextò†quæritur,vtrũ fideiuſſor pro alienatione rei dotalis vel donationis propter nuptias cõſtante matrimonio teneať de euictiõe? Et dico ꝙ Pan.in c.cùm cõtingat.de iureiu. & Bar.in l.cùm lex.ff.eo.& Io.And.poſt multas opiniones videtur cõcludere ꝙ ſi mulier vendit,nõ teneť nec ipſe nec mulier.d.l.cũ lex.Sed ſi vendit maritus vel alius:teneť vendens & fideiuſſor,vel ad rem tradendã vel ad intereſſe , ſcd̃m quod no.in l.rem alienã.ff.de cõtrahen.emp.arg.l.& ſi is.C.de prę.mi.Et ratio eſt,quia lex reſiſtit venditioni & actiõi pſonali: ſed alienationi,id eſt,tranſlationi dominij: vñ vxor nõ obligatur:quia teneretur ad tranſlationem dominij.l.ex empto. in princip.ff.de act.emp.& vend.nec fideiuſſor:quia haberet regreſſum contra mulierem.& hoc verum, niſi mulier iuraſſet,quia ſi iuraſſet,teneretur tam ipſa quàm fideiuſſor.
14 ¶Decimoſeptimò† quæritur,vtrum fideiuſſor aliquid recipere poſsit à debitore ſine vſura? Et dico hic eſſe non poſſe vſuram:quia neque eſt hic mutuum tacitum vel expreſſum: cùm fideiuſſor nihil præter fidem imponat:& ſi quid accipiatur ratione periculi vel laborum,moderatè tamen,eſt licitũ, & cõtractus innominatus.Si verò aliquid accipiatur ratione fidei nullo extante periculo vel labore,eſt inquum,& contra charitatem:& multò magis ſi fraus vel dolus interueniat: vt ſi conueniatur cum aliquo ne credat debitori, niſi quis fideiubeat:& ſic lucretur:& vtroque caſu reſtituere tenetur.



## De Fide.

1 *Fidei triplicem acceptionem.*
2 *Fides de quibus eſſe dicatur? Et quæ ad fidem pertineant? Item quæ ad papam? Et quòd caput eccleſiæ ſcilicet papa, & eccleſia non poſſint errare, qualiter intelligendum ſit?*
3 *Articuli fidei, qui: & à quibus ſint? Et ibidem credibilium ex diuo Thoma diſtinctio.*
4 *Articulos fidei ad diuinitatem pertinentes ſeptem ſunt, ac totidem Chriſti humanitatem reſpectantes. Et ad quid vnuſquiſque referatur, & à quibus concepti. nu.ſequen.*
6 *Articulos de quibus proximè, qualiter fideles credere obligentur? Et circa eoſdẽ quid epiſcopos efficere ac præſtare oporteat?*
7 *Simplices in fidei argutijs & ſubtilitatibus oberrantes, an peccent, & qualiter?*
8 *Homo ad fidei confeſſionem exteriorem quomodo teneatur?*
9 *Eccleſia vniuerſalis, num circa ea quæ fidei ſunt, errare poſsit? Et num aliquando erret, & in quibus id contingere poſsit?*
10 *Symboli editio ad quem pertineat?*
11 *Concilij ſententia vnde robur accipiat, & ad quem pertineat dubiorum in fide interpretatio?*
12 *Papa non modò errare poteſt, ſed & hæreticus effici.*
13 *Inducere aliquem ad fidẽ prece, vel pretio, an liceat. remiſsiuè.*

FIDES tripliciter ſumitur. Primò vt eſt pactio quædam quæcumcunque ſimplex de futuro, eo modo, quo recedens à pactis aut etiam promiſsione, recedere dicitur à fide. & ſic ſumitur in cap.duo. de ſpon.& l. j. ff. de pact. & ff. de conſt.pecu.l.j.Et ſecundò vt eſt conſenſus de præſenti: & ſic etiam ſumitur in eo.c.j.& vt ibi no.hæc facit matrimoniũ.& de hoc infrà Iuramentũ.j.§.vlti.Tertiò ſumitur fides Theologicè,vt eſt ſubſtantia ſperandarum rerum,&c. Heb.xj. De prima fide propriè intelligitur illud, frangenti fidem,&c.de quo infrà Iuramentum, primò.§.vj. & quomodo differat ab opinione,infrà Opinio.De ſecunda verò infrà Matrimoniũ, per totum.De tertia verò agetur in toto iſto capitulo.¶Pri-
2 mò†verò quæritur,de quibus eſt fides? Et dicit S.Tho.ij.ij.q. xj.art.ij.quòd ad fidem directè & principaliter pertinent articuli fidei,qui ſcilicet ſunt de his,quæ viſuri ſumus in patria, vel per quæ venimus ad patriam: indirectè verò & ſecundariò ea ex quibus ſi non crederentur,ſequeretur alicuius articuli corruptio.Adde etiam quòd ad fidem pertinent omnia, quæ ſunt in ſcriptura per accidens tãquam declaratiua prædictorum.ij.ij.q.j.art.vj.ad primum. Adde etiam quòd ad fidem pertinent per accidẽs omnia quæ ſunt in doctrina eccleſiæ:quia,vt patet ij.ij.q.v.ar.iij.& iij.di.xxiij.q.iij.ar.iij.q.ij. & in quolib.vj.ar.vj.quicunque ſicut infallibili & diuinæ regulæ non inhæret doctrinæ eccleſiæ,quæ procedit ex prima veritate manifeſtata in ſcripturis,ille non habet habitum fidei: ſed ea quæ ſunt fidei aliter tenet,quàm per fidem . hæc ille. Et quia,vt ipſe dicit in opuſculo contra errores Græcorũ,papa habet vniuerſalis eccleſiæ primatum:ad quem pertinet ea quæ ſunt fidei,determinare , vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur:& in eo principaliter reſidet authoritas vniuerſalis eccleſiæ.ij.ij.q.xj.ar.iij.ideò etiam ad fidem pertinet inhærere determinationi pontificis ſummi in his, quæ ſunt fidei: imò etiam & in his quæ ſpectant ad bonos mores:quia in huiuſmodi eccleſia errare non poteſt : & conſequenter nec caput eius,inquantum caput, ſiue inquantum pontifex . Quod ſemper eſſe intelligo quando interrogatur in dubijs, non vt vir doctus,aut talis perſona,ſed vt caput Chriſtianitatis,vel ſecundum Archidiaconum quando determinat cum Cardinalium conſilio.Sed primum eſt melius:quia papa ſine Cardinalibus eſſe poteſt.Sed prædicta quantũ ad caput & eccleſiam ita limitanda videntur,quòd errare non poſſunt finaliter:ſecus in primo motu: quia poſſent prima facie ſentẽtiam falſam proferre:ſed ſtatim Spiritus ſanctus vel per ſcripturam,vel per viros doctos ſe fundantes in ſcriptura, aut aliter lumen afferret,ne ſtaretur in falſa ſententia.Vnde ſuper huiuſmodi dubijs faciunt conſultationes:quod non eſſet neceſſe,ſi infallibiliter mouerentur à ſpiritu , quo ad primos motus vel primas cogitationes.Tales enim motus poſſunt ineſſe ex naturalibus principijs : ſed corriguntur per ſpiritum ſanctum:ſicut de Natan propheta dicit Grego.ſuper Ezech.
3 ¶Secundò†quæritur,qui & à quibus ſint articuli fidei? Et ex Sancto Thoma ij. ij. quæſtione prima. articulo octauo.& iij.diſtinctione xxv.quæſtione prima.ar.ſecundo. ſic reſpondetur:Prima credibilium diſtinctio eſt,quòd quędam ad maieſtatem diuinitatis: quædam verò ad myſterium humanitatis Chriſti pertinet:quod eſt pietatis ſacramentum.j.ad Timotheum quarto.quia per ſe pertinent ad fidem ea, quorum viſione in æterna vita perfruemur , & per quæ ducimur in illam. Duo autem nobis videnda proponuntur , ſcilicet occultum diuinitatis, cuius viſio nos facit beatos: & myſterium incarnationis Chriſti, per quod gloriam filiorum Dei acceſſum habemus.Romanorum quinto.quia cùm articulus ſit veritas de Deo:hoc eſt, aut de Deo tantùm, aut de Deo ratione aſſumptæ naturæ. ¶Articuli† autem ad diuinitatem pertinentes ſunt ſeptem. Nam ſi articulus eſt de Deo 4

tantùm

tantùm, de quo nobis tria credenda proponuntur, ſcilicet vnitas deitatis, trinitas perſonarũ, & opera deitatis propria. hoc tripliciter cõtingit: quia eſt de eo ratione naturæ vel perſonę vel effectus. Et ſi ratione naturæ, habemus primũ arti. credo in vnum Deum. Si ratione perſonæ, aut ratione perſonæ patris: & ſic eſt ſecundus, Patrem omnipotentem. aut filij: & ſic eſt tertius, & in Ieſum Ghriſtum Filium eius. aut Spiritus ſancti: & ſic eſt quartus, Credo in Spiritũ ſanctũ. Si verò ratione effectus: aut pertinet ad conditionem & eſſe naturæ, & ſic eſt quintus, Creatorem cœli & terræ: aut ad bona & eſſe gratię, & ſic eſt ſextus. Sub quo ponuntur omnia pertinentia ad humanam ſanctificationem, ſanctã eccleſiã catholicã, ſanctorum cõmunionem, & remiſsionem peccatorum. aut ad perfectionem & eſſe gloriæ: & ſic eſt ſeptimus de reſurrectione
5 carnis & vita æterna. ¶ Et † ſimiliter etiam circa humanitatẽ Chriſti ponuntur vij. arti. Primus ad incarnationem ſiue conceptionem pertinet: qui cõceptus eſt de Spiritu ſancto. Secundus ad natiuitatem ex virgine: natus ex Maria virgine. Tertius ad paſsionem, mortem & ſepulturã: Paſſus ſub Pontio Pila. crucifixus mortuus & ſepultus. Quartus ad deſcenſum ad inferos: deſcendit ad inferos. Quintus ad reſurrectionem: tertia die reſurrexit à mortuis. Sextus ad aſcenſionem: aſcendit in cœlũ, ſedet ad dexterã Dei Patris. Septimus ad aduentũ ad iudicium: inde venturus, &c. ¶ Cùm igitur articuli dupliciter diſtinguantur, ſcilicet quantũ ad ipſa credibilia, & quantũ ad ipſos qui eos diſtinxerunt: primo modo ſunt xiiij. Secũdo modo xij. Quidam autem aliter eos diſtinguunt quàm dictũ eſt. Horum autem articulorũ Petrus tres cõplexus eſt in vnum, ſcilicet de vnitate naturæ, de omnipotentia Patris, de opere creationis: quia opus creationis propter potentiam, quam indicat, appropriatur Patri, qui eſt fons totius deitatis: ideoq́; Petro competit, qui eſt caput Apoſtolorum, ſicut pater trinitatis. Ioannes verò poſuit articulum de perſona Filij. Iacobus verò Zebedæi coniunxit in vnum articulum de conceptione & natiuitate. Andreas articulũ de paſsione: Philippus deſcenſum ad inferos: Thomas reſurrectionẽ: Bartholomæus aſcenſionem: Matthæus aduentũ ad iudicium: Iacobus Alphæi, articulum de perſona Spiritus ſancti. Opus aũt gratię diuiſerũt duo Apoſtoli: quia Simon poſuit effectum gratiæ in conſecutione boni, ſcilicet ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem: Iudas Iacobi quãtum ad remotionem mali, ſcilicet peccatorũ remiſsionem. Effectum verò gloriæ poſuit Mathias: vel, vt alij dicunt, iterũ Thomas. Alij autem aliter articulos attribuũt Apoſtolis: ſed in hoc non eſt vis. hęc
6 ille. ¶ Tertiò † quæritur, quomodo obligent̃ fideles ad credendum prædictos artic? Et cõcluſiuè ac breuiter ex S. Tho. ſic reſpondetur: Quilibet tenetur credere explicitè articulos fidei: nõ aũt alia, ſed ſolùm implicitè. ij. ij. q. ij. art. v. j. ij. q. lxxvj. art. j. nec tamen neceſſe eſt cuilibet explicitè credere omnes articulos fidei, ſed quantũ ſufficit ad dirigendũ in vltimũ finem. tertiò, diſt. xxv. q. ij. art. j. q. ij. Vnde tenet̃ quilibet Chriſtianus explicitè credere Deũ eſſe, & prouidentiam eius. ij. ij. q. ij. art. viij. ad primum. &, vt ibidem dicitur, myſteria Chriſti, præcipuè quæ publicè in eccleſia ſolennizantur. ij. ij. q. ij. art. vij. Quilibet autem habens officium docendi fidem, ſcilicet prælati, ſacerdotes, prophetæ, doctores, & prædicatores tenentur credere explicitè totalem diſtinctionẽ articulorũ ſecundum ſubſtantiam, nõ autem alij. iij. diſt. xxv. q. ij. art. j. q. iij. hæc ex illo: qui ſub iſta maxima loquit̃, ſcilicet quòd quilibet tenetur explicitè credere circa articulos fidei pertinentia ad officium ſuum: & ea, quæ ſine ſua negligentia notabili arbitrio boni viri ignorare non poteſt: vt quæ ſolennizantur in eccleſia quantum ad omnes catholicos, qui ſolicitare poſſunt eccleſias vbi iſta docentur. Quæ maxima etiam eſt de mente S. Bo. & Rich. in iij. diſt. xxv. Vnde dicit Dir. lib. j. quòd clerici, maximè prælati & habentes curam animarum, tenentur ſcire explicitè & diſtinctè omnes articulos contentos in ſymbolis, Credo: &, Quicunque vult: & in concilio generali edito. xxxvj. diſt. c. j. ij. & iij. Epiſcopi verò tenentur ſcire circa prædicta exponere & reſpondere, & hæreticos confutare. extra de hær. excommunicamus. el j. In hoc tamen iſte errat, & ſequitur Sum. Roſ. dicens quòd ſimplicibus, & fortè omnibus laicis diſcernentibus & adultis ſufficit credere Deũ eſſe præmiatorem omnium bonorum, & malorũ omniũ punitorem: alios aũt articulos ſufficit credere implicitè, credendo ſcilicet verũ eſſe quicquid eccleſia catholica docet. Stultũ eſt enĩ dicere quòd liceat vtenti ratione & adulto ignorare Chriſti natiuitatem, & mortẽ crucis, quã impoſsibile eſt talem ignorare, niſi omnino ſuã contemnat ſalutem, & aures verbis diuinis obturet. ¶ Quartò † quæritur, vtrum ſimplices in fidei ſubtilitatibus errantes peccent? Et dicit Spe. in tit. de hære. & 7
Aluarus, vt refert Sum. Ang. poſt Io. de Lign. quòd peccant mortaliter, & ſunt hæretici. & allegat Spe. xxiiij. q. j. ſchiſma. C. de hære. l. ij. in ipſarum. Sanctus Tho. autem ij. ij. q. ij. arti. vj. dicit quòd non peccant, ſi non pertinaciter adhærent peruerſæ doctrinæ in particulari contra vniuerſalis eccleſiæ fidem. & hoc tenet Dir. lib. j. & no. Inno. in c. j. de ſum. trin. & fi. cat. & Hoſt. in proœ. circa finem: & Pan. Et ratio, quia licet talis malè opinetur: tamen illa opinio nõ eſt ſua fides, ſed fides eccleſiæ. & ad hoc prodeſt fides implicita. Ad iura quæ adducit Spe. dico quòd l. ij. cum ſua gl. eſt contra eum, vt patet intuenti. l. autem, venia. nihil facit ad materiam. & c. ſchiſma loquitur de hæreticis non paratis ſe corrigere. Ad iura autem Aluari, quæ videnter velle quòd ignorantia non excuſet: dico quòd loquuntur de ignorantia iuris naturalis, vel in foro caũſarum. ¶ Quintò † quęritur, quomodo teneatur homo ad 8
fidei cõfeſsionem exteriorem? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. iij. quòd fidem confiteri cùm pertineat ad præceptum affirmatiuum, non ſemper, nec in quolibet loco eſt de neceſsitate ſalutis, ſed in aliquo loco & tempore: quando ſcilicet aliquis interrogatus de fide, ſi taceret, crederetur, vel non habere fidem, vel quòd fides nõ eſſet vera, vel alij propter eius taciturnitatem à fide auerterent̃. & ſic in huiuſmodi caſibus, in quibus honor debitus Deo, vel vtilitas proximis impendenda ſubtrahitur, niſi cõfeſsio fiat, eſt neceſſaria de præcepto: alias de conſilio, ſi vtilitas inde ſperat̃. Si verò ſit ſolùm ad perturbationem infideliũ, eſt vituperabilis, dicente domino Matth. Nolite ſanctum dare canibus. & facit c. in mãdatis. [illegible] Qui verò interius quidem credit, exterius verò facit aliquod infidelitatis ſignũ: puta exhibet reuerentiam idólo, vel portat veſtem deſtinatam ad aliquod determinatũ ſignũ infidelitatis, & huiuſmodi, peccat mortaliter: quia ſcdm Aug. [illegible] q. iiij. ſanctius eſt mori, quàm vti idolothyto. Et ratio eſt quia iſte exhibet reuerentiam diabolo. Secus aũt ſi non deſignaret determinatè infidelitatem: ſicut Sebaſtianus vtebatur chlamyde militari ex bono zelo. ¶ Sextò † quæritur, vtrum in ea quæ ſunt fidei vniuerſalis eccleſia poſsit errare? Et dicit Pan. in c. à nobis. de ſent. excom. el ij. quòd eccleſia vniuerſalis errare nõ põt, ſcilicet in fide vel articulis fidei: & pro hac tantùm Chriſtus in Euangelio orauit ad patrem: Ego pro te rogaui, &c. & ſic intellige c. à recta. xxiiij. q. j. In alijs autem non ſolùm eccleſia particularis, verum etiam vniuerſalis, id eſt, collectio fideliũ, ſeu conciliũ generale poteſt errare: & de hoc eſt tex. clarus in d. c. à nobis. Et ſic, ſecundũ eum, dicitur erraſſe concilium ſuper matrimonio contrahendo inter raptorem & raptam. & dictum Hier. melius ſentientium iam ſtatuto cõcilij, vt probatur xxxvj. q. ij. in c. tria. iuncto c. placuit. Adde verò quòd eccleſia, quæ errare non poteſt, ſecundũ arch. eſt eccleſia Romana. qđ etiã ꝓbatur per dicta Hiero. ad damaſum, xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & per dicta Lucij papæ, ea. q. à recta. & ibi per glo. & ex hoc quòd caput eius, id eſt, papa nõ poteſt errare. Adde ſecũdò quòd etiã ſecundũ S. Tho. errare nõ põt in ſpectantibus ad bonos mores, condendo ſcilicet decreta & cõſtitutiones. & intellige finaliter, non prima fronte: & ſic errauit conciliũ, vt dictũ eſt. Errare autẽ poteſt etiã finaliter in particularibus factis hominũ & iudi-
11 cijs. Vnde etiam ſuprà Canonizatio. §. iij. ¶ † Septimò quæritur, ad quẽ ſpectet editio ſymboli, & determinatio dubiorũ in fide? Et dico vtrunq; pertinere primò & principaliter ad papam, & nõ ad conciliũ. quod autem ad eum ſolũ pertineat editio ſymboli, ꝓbat Arch. iiij. parte. tit. viij. quia hæc editio fit in cõcilio, quod ſola authoritate papæ cõgregari põt: vt patet diſt. xvij. per totum. & ſimiliter S. Tho. ij. ij. q. j. quia, inquit, noua editio ſymboli neceſſaria eſt ad vitandũ inſurgẽtes errores. & conſequenter ad illius authoritatẽ pertinet, ad quẽ pertinet ſententialiter determinare ea, quæ ſunt fidei, vt omnibus incõcuſſa fide teneantur, id eſt, ſummi põtificis: ad quẽ maiores & difficiliores eccleſiæ quæſtiones referũtur, vt dicitur diſt. xlij. Vnde & Lucæ xxij. dicit dominus Petro, quẽ ſummũ pontificẽ conſtituit: Ego pro te rogaui, &c. Et ratio eſt quia vna fides debet eſſe in eccleſia: ꝙ eſſe nõ poſſet, niſi
12 quæſtio de fide exorta determinaretur per eũ, qui toti eccleſiæ præeſt: cuius etiã authoritate cõgregatur ſynodus, & eius ſentẽtia cõfirmat̃. hæc ex illo. Ex quibus † patet quòd ſentẽtia cõcilij robur accipit à cõfirmatiõe papæ. & quòd declaratio dubiorũ in fide ꝑtinet ſolùm ad eũ: vt extra de bapt. maiores. Vnde ſi cõciliũ & papa diſſentirent in dubio fidei, quod poſsibile eſt prima frõte, nõ finaliter, cùm neutra pars errare poſsit finaliter: tandẽ ſtandũ eſſet ſentẽtiæ papæ, ſi ꝑ impoſsibile cõcilium finaliter erraret: quia remota authoritate papæ conciliũ eſt cõciliabulũ, vt patet diſt. xvij. per totũ. Vñ S. Tho. dicit ij. ij. q. ij. arti. iij. ꝙ authoritas vniuerſalis eccleſię in determinãdo de fide, principaliter reſidet in ſummo põtifice. & de po. q. x. art. iiij. dicit ꝙ papa põt interpretari & explanare ſymbolũ aliquo addito etiã nõ vocato cõcilio: & cõtra impug. relig. dicit ꝙ ſancti patres in cõcilio congregati nihil ſtatuere potuiſſent, niſi authoritate ſummi põtificis interueniẽte, ſine quo etiã cõciliũ cõgregari nõ põt. Et ſi dicat̃ contra hæc quòd conciliũ aliqñ errauit, vt in matrimonio raptoris & raptæ: ad hoc dictũ eſt ſuprà Conciliũ. §. ij. Si † etiã dicatur quòd papa errare põt: tum quia põt effici hęreticus, ſicut Anaſtaſius. diſt. xix. Anaſtaſius. tũ quia de facto errauit Nicolaus in cõſtitutione illa, exijt. de ver. ſig. lib. vj. vbi dicit̃ quòd Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerint in cõi quantũ ad dñium. quæ reuocata eſt ꝑ extrauagantẽ Ioã. xxij. quæ incipit, quòd nõnunquã. dico ꝙ papa vt papa ſiue caput, id eſt, vt ſuorũ mẽbrorũ auxilio vtẽs ꝑ cõcilia & oratiões, & faciẽdo quod in ſe eſt, errare nõ põt, ſicut nec eccleſia: vt ſ. Canonizatio. §. iij. & ſ. Conciliũ. §. ij. quia ſic ſequit̃ motũ Spiritus ſancti. ſecus vt ſingularis pſona ex negligentia vel ſuperbia ſequendo ſuam propriã inclinationẽ. Vñ effici nõ põt hæreticus, niſi reſiſtẽdo adiutorijs quę daret Spiritus ſanctus, ꝑ inſpirationes interiores, & membrorũ cõſilia, ꝑ quæ Spiritus ſanctus, aut ad veritatẽ adducit illũ, aut hæreticũ cõuincit, reducendo dictũ eius ad aliquid manifeſtè cõtra fidẽ. Ad illã autem decretalẽ dicit Arch. iiij. parte. tit. xij. c. iij. quòd ad papã pertinet determinare dubia exorta circa canones, ſicut & circa fidem. ij. q. j. ex his terminis. Vnde illa decretalis nõ eſt quãtũ ad hoc reuocata, ſed declarata. de quo vide Archi. vbi ſuprà. Vtrũ † autẽ liceat prece vel pretio aliquẽ ad fidẽ inducere, vide infrà Iudæus. §. vj. Vtrum etiã liceat diſputare de fide, ſ. Diſputatio. § vnico.

## De Filijs legitimis & illegitimis præcipuè quantum ad ſucceſsionem.

1 *Filij iuxta* Leges ac Canon. *loquendo, in triplici ſunt differentia. Et qui ſint? & quam variè in iure appellentur? Et rurſus quòd filiorum ſpecies quinque ſint? & quales dicantur?*

2 *Legitimi tantùm quomodo ſuccedant? Et quid de legitimis & ſpiritualibus.*

3 *Filij naturales tantùm, qualiter ad parentes ſucceſsionem vocentur? & quantæ portionis capaces ſint? Et quid contrà, qualiter parentes ipſis ſuccedant?*

4 *Naturales ac ſpurij, num ad parentũ ſucceſsionem vocari poſſint? Et hoc ſeptem axiomatibus expedit. Et an iuxta legum ſanctionem à parentibus alendi ſint? Et quid ſecundum conſcientiæ iudicium? Et an ſit modus aliquis, per quem filio ſpurio pater aliquid relinquere poſsit?*

5 *Filij naturales ac legitimi parentibus quomodo ſuccedant? Et ibidem, quòd* Regum *ac* Comitum *filij, in parẽtum vita,* Reges *ac* Comites *vocitentur.*

6 *Parentis malitia, & contrà, an filio, aut patri noxia ſit? Et id qualiter, ac quatenus?*

7 *Filius naturalis tantùm, num per matrimonium ſubſequens legitimus efficiatur.*

8 *Filij ex clandeſtino matrimonio nati, an legitimi ſint?*

9 *Nati ex viro & muliere ſimul cohabitãtibus, an legitimi cenſeantur? Et ibidem quòd ex multa cohabitatione inter virum ac mulierem matrimonium præſumatur.*

10 *Matrimonium ſequens, vt filios præcedẽtes legitimet, an oporteat, quòd cõceptionis tempore vxor potuerit? Et an legitimatio, quæ per ſubſecutionem matrimonij ſemel contigit, per matrimonij diſſolutionẽ tollatur? Et quid de natis in caſu, de quo num. ſeq. Et quid in caſu num. 12.*

13 *Natus ex ſponſa de futuro, an legitimus ſit?*

14 *Filius, num quis ex parentũ tractatu conſtitui poſsit? Et quid ſi negent parentes talem tractationem, an filius eam probans parentibus negantibus præferẽdus ſit? Et quid ſi probetur mulier conceptus tempore adulterium commiſiſſe.*

15 *Legitimatus per matrimonij ſubſecutionem, an legitimus ſit quo ad omnia, vt inde ſuccedere poſsit? Et ibidem quòd in materia reſtringibili appellatione nati legitimè, veniat legitimatus per ſubſequens matrimonium.*

16 *Naturalis legitimatus, quòd in feudis non ſuccedat, de quo legitimato intelligatur? Et ſub hæc, an legitimatus per ſubſequens matrimonium* Epiſcopus *eſſe poſsit?*

17 *Filius per principis reſcriptum legitimatus, an cum alijs filijs ſuccedat?*

18 *Primogenitus in caſu de quo hic, an in ſucceſsione parentum ſecundo genito præferendus ſit? Et inter nobiles, melior eſt poſterius natorum diſperſio, quàm hæreditatis diuiſio.*

19 *Primogenitus in quibus locis ſuccedit, quis filiorum ſuccedet, vbi duo ſimul naſcuntur.*

20 *Filius natus in caſu de quo hic, cui ſuccedet? Et an partus de parente aſsimilatio parentem indicet, ac probet?*

21 *Filij banniti, aut bannitorum ipſorum filij qualiter ſuccedere poſsint, qualiter concluſionibus decidit. Et quid de filio deportato, aut de deportati filio? num. ſeq.*

23 *Ingratitudo, num potis cauſa ſit, legitimati ad illegitimationem reducendi?*

24 *Pater ac mater, num filios alere teneãtur: & quis eorum ſi diuortium ſequatur?*

Filius

25 *Filius num patri ac matri de alimentis, aut alijs teneatur? Et ad quot de præcepto illis teneatur?*
26 *Amorẽ deſcẽdere magis, quàm aſcẽdere: qualiter intelligatur.*
27 *Filiusfamiliàs matre viuente emancipatus, an in maternis bonis vſumfructum acquirat?*
28 *Filius num contra patrem agere poſſit, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali?*
29 *Filiorum appellatione, quinam veniant? Et an filius ſpurius de patrisfamilia cenſendus ſit. num. ſeq.*
31 *Nomina familiæ, qualia ſint: & an in baſtardum cadant? Et ibidem quid appellatione nobilis de patrimonio: & quid, ſi dicatur, de domo: ſignificetur?*
32 *Filius matri, eum illegitimum dicenti, an credere teneatur? Et an natus poſt parentum caſtitatis votum, vel vbi de religione alter repetitus eſt, an ſit legitimus. Et ibidẽ nũ filia nubere ſine licẽtia patris poſſit? remiſsiuè. et de plerſq; alijs quoq; remittit.*

1 FILII,† legaliter & canonicè loquendo, triplici genere diſtinguũtur: quia quidam ſunt legitimi, id eſt, lege probati, nõ autẽ naturaliter generati. quidã verò ecõuerſo, ſunt naturales, ſed non legitimi: quidã verò & legitimi & naturales. de quibus ĩ. Legitimus. Legitimi verò non naturales ſunt duplices: quia quidã ſunt legitimi tãtùm: vt adoptati vel arrogati, qui ſola legis inſtitutione ſunt filij. quidã verò legitimi & ſpirituales: vt ſuſcepti ex baptiſmo vel cõfirmatione, & generaliter omnes in ſpiritualibus ſubditi, ſicut oẽs Chriſtiani ſunt filij papæ, & omnes de diœceſi epiſcopi, & omnes de parochia curati. xxx. q. j. omnes. Similiter naturales nõ legitimi ſunt duplices: quia quidã ſunt naturales tantùm, qui etiã dicuntur nothi: ſicut qui naſcũtur ex coitu ciuili lege non probato nec reprobato ſoluti cũ vna cõcubina ſoluta retenta in domo, vt patet per Bar. in l. in cõcubinatu. ff. de concu. & in l. concubinã. eo. tit. & ibi gl. dicit quòd nõ ſufficit concubinam teneri extra domũ: ſed cohabitatio requiritur. Et idẽ Dy. tenet dicens in concubinã requiri indubitatum affectum ſicut in vxore, cuius affectus præſumptio inducitur per cohabitationem. Et idẽ Ioã. And. in addit. ad Spec. tit. qui fil. ſint legit. dicens quòd licet nati ex ſoluto & ſoluta ex comuni vſu appellentur naturales, tñ naturales propriè dicũtur nati ex concubina retẽta in domo, loco vxoris, & idẽ Spec. in tit. de ſucceſ. ab inteſt. vbi tria requirit. Primò ꝙ iſti ſint nati ex ſolutis. Secũdò quòd ex cõcubina. Tertiò quòd ſit vnica cõcubina, quæ ſcilicet ſit velut vxor. Quidã verò ſunt naturales & ſpurij: vt qui naſcũtur ex coitu lege nõ probato, ſed reprobato: puta cũ cõſanguinea vel adultera vel meretrice: aut concubina, cùm quis habet plures vel vnã nõ ex indubitato affectu, aut nõ ſic ſolutã vt poſſet eſſe vxor: vt not. in c. tanta. qui fil. ſint legit. & not. Bart. in l. ſi gener. ff. de his qui. vt indig. Et idem eſt de vulgò cõceptis, ꝗ patrẽ demõſtrare nõ poſſunt ff. de ſtatu ho. l. vulgò. Nati tamẽ de adulterio vel etiã ſcorto habent nomina propria vt dicãtur mãzeres vel nothi ſed authores vocabula cõfundunt plerũq;. Naturales autem legitimi ſimul dicũtur, qui ſunt ex legitimo matrimonio. Igit̃ quinq; ſunt ſpecies filiorũ, ſcilicet legitimi tantùm: legitimi & ſpirituales: naturales tãtùm: naturales ac ſpurij, & naturales ac legitimi. de quibus omnibus vide vbi ſuprà, & ꝑ Pan. in cap. innotuit. de electi. & in di. cap. tanta. qui fil. ſint legiti. vide etiam §. xii. Adde etiã quòd naturales ac ſpurios Sanct. Thom. in iiij. diſt. xlj dicit non eſſe naturales, ſcilicet tantùm & præcisè, ſiue nõ eſſe natos ſecũdum legẽ naturæ, ſed contra.

*quinq; ſpecies filiorũ.*

2 ¶†Primò verò quæritur, quomodo ſuccedant legitimi tantùm. Et dico quòd ſi non ſunt legitimè emancipati à patre adoptante ſuccedũt patri legitimo ſimul cum filijs legitimis naturalibus: vt not. C. de adopt. l. fina. & Inſtitut. de hære. quæ ab inteſt. def. §. itẽ adoptiuos. & in l. ſi pater. ff. de adopt. ſi verò ſunt emancipati à patre legitimo, in nullo ſuccedunt. vide s̃. Adoptio. ¶Secũdò quæritur, quomodo ſuccedãt legitimi & ſpirituales propriè, id eſt, ſuſcepti de baptiſmo vel confirmatione. Et dico quòd in nullo ſuccedunt patri: ſimiliter nec ſpirituales largè, id eſt, ſubditi: quia inter ſpiritum & temporalẽ hæreditatẽ nõ eſt colligatio.

3 ¶†Tertiò quęritur quomodo ſucccedãt naturales tantùm? Et dico duo. ¶Primũ quòd ab inteſtato ſuccedũt patri in duabus vncijs, id eſt, ſexta parte totius hęreditatis: ex quibs matri virilis portio debebit ſi ſupereſt: & hoc primò ſi ſint naturales propriè: vt in auth. quib. mod. nat. effic. legi. §. ſi quis autẽ defunctus. & in c. liberi. xxij. q. iiij. Et ſecũdò dummodo nõ exiſtãt filij legitimi, vel vxor legitima: vt in auth. liceat piã. C. de nat. lib. q͡a licet vxor nõ capiat vel ſuccedat, faciat tñ ne naturales poſsint capere vel ſuccedere. Filijs etiã legitimis exiſtẽtibus vel nepotibus, non põt niſi vnã vnciã relinquere eis & matri, & nõ vltra. C. vbi ſuprà. l. matre. & ſi eis nihil reliquerit, in nullo ſuccedunt: licet alimentari debeãt à legitimis. Matri aũt ſuccedũt cum legitimis, etiã ſi ipſa ſit illuſtris. C. ad Orphi. Et prędicta procedunt etiã de iure canonico, ſecundũ gl. in c. tãta, qui fil. ſint legit. & in c. niſi cũ pridem, de renũ. & ſecundũ Hoſt. & Pan. quia in hęreditatibus ſtandũ eſt iuri ciuili, ex quo ius canonicum in cõtrarium non diſponit: licet Gof. fuerit in opinione cõtraria. ¶Secundũ. Si pater nõ habet filios legitimos vel nepotes, vel deſcẽdentes, ſed habeat aſcendentes, põt tales inſtituere etiã in totũ, legitima tñ reſeruata parentibus: vt no. in d. auth. liceat patri. Si autẽ nec aſcẽdentes nec deſcẽdentes habeat legitimos: licet eos hæredes inſtituere in ſolidũ, ſecũdum Azo. & licet Gof. teneat ꝙ nõ ſuccedãt, cùm hodie talis coitus ſit reprobatus: vt in auth. de leno. col. iiij. & auth. ſcenicas. coll. v. & C. de cõcubi. l. vnica. tñ tenendũ videt̃ cum gl. in d. c. tanta. & c. niſi cùm pridẽ. ꝙ ſuccedat etiã de iure canonico: quia, vt dictũ eſt, ex quo ius canonicũ nõ diſponit in contrariũ, recedere non debemus à diſpoſitione iuris ciuilis. facit c. ꝑ venerabilẽ. qui fil. ſint legit. & ſequit̃ Pan. in d. c. tanta. vt dictũ eſt. Sed iſta nõ procedũt in filijs libertorũ: vt infra Manumiſsio. iũcto prin. in verbo, liber. ¶Tertiũ. Sicut & in quantum & quãdo ſuccedũt filij naturales parentibus, ſecundum Aza. ita & in tantũ & toties debẽt ſuccedere parẽtes naturales filijs naturalibus, vt par pietas ſeruetur in eis.

4 ¶†Quartò quæritur, quõ ſuccedant naturales ac ſpurij. Et dico multa. ¶Primum. Secundum gloſſ. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphi. & Bar. ibi, & in l. ſi gener. ff. de his quib. vt indi. & Pan. in d. c. tanta. ſpurij habẽtes patrẽ incertũ, vt nati ſiue quæſiti vulgò ex meretricali coitu, qui nõ eſt dãnabilis, nec accuſat̃ propter vilitatẽ vitæ, ſecundũ Cy. in d. l. ſi qua. ſuccedũt matri æqualiter cũ legitimis. Inſtit. de ſuc. cog. §. vulgo. quod tñ fallit in matre illuſtri: vt in d. l. ſi qua. patri verò in nullo ſuccedunt, etiam nõ extãtibus liberis vel cõiuge: & ſimiliter alẽdi ſunt: quia coitus non eſt lege dãnabilis. & idem dicit Cyn. de nato ex muliere quæ ſeruit in caupona, & intemperãtiæ vina miniſtrat: quia alẽdus eſt à matre: vt l. ſi ea quæ. & l. adulterij. C. de adul. Pro quibus aduerte loquẽdo quo ad matrẽ, ſecundum Pan. in d. cap. tãta. quòd natus ex cõcubina ſuccedit matri cum legitimis: etiã ſi mater ſit illuſtris. Si verò ſit natus ex concubina, ſed vulgò quæſitus: ſuccedit matri cũ legitimis, niſi ſit illuſtris. Si verò ſit natus ex damnato coitu, in nullo ſuccedit etiã matri. Et econtra dic quòd parẽtes non ſuccedunt filijs eo caſu quo parentibus filij nõ ſuccedunt. vide ſ. ¶Secundum. Generaliter ſpurius natus ex coitu damnato ſiue reprobato, neq; patri, neque matri ſuccedit: vt in auth. quibus mo. nat. effi. legi. §. fi. & nec à patre nec à matre ſecundum leges alendus eſt: licet aliter ſit in conſcientia: vt no. Inno. in c. ij. de regula & Pan. in c. cùm haberet. de eo ꝗ dux. in matrimonium pol. per adul. nec talem poteſt pater hæredem cõſtituere: auth. licet. C. de na. lib. & c. dicat aliquis. xxxij. q. iiij. vnde baſtardi nobiliũ ſcd̃m Pan. in c. per venerabilem. qui fi. ſint legi. non dicũtur de parentela parentũ: quia ſordes non computant̃ inter præcipuos. C. ad Orphi. l. ſi qua illuſtris. nec arma parentũ portare poſſent. Et eſt ſententia Bald. in l. cùm legitimæ nuptiæ. ff. de ſta. ho. & ſequit̃ do. Ant. in d. c. per venerabilem. Hunc tamen poſſet mater hæredũ cõſtituere ſecundũ aliquos, id eſt, Mar. & Mon. & vt videt̃ gl. in d. c. tanta. ¶Tertium. Secundũ Bar. in l. ſi gener. ff. de his quibus vt indi. eo modo quo iſti ſpurij ſuccedunt parentibus, ſuccedũt & parentes ipſis ſpurijs: eo verò caſu quo ipſi non ſuccedũt parentibus, nec parentes ſuccedunt ipſis, ſecundũ Pan. in d. c. tanta. ¶Quartum. Prædicti ſpurij inſtitui poſſunt hæredes ab extraneis, ſcd̃m Pan. in c. cùm haberet. de eo qui dux. in ma. quã pol. per adul. quia non prohibentur niſi parentes: vt no. gl. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. vl. omnia autem, quæ expreſsè prohibita nõ ſunt, licent. Poteſt etiã eis donari ab extraneis inter viuos ſcd̃m gl. in auth. quibus mo. na. effi. ſui. in fi. ratione dicta. Et per hoc dicit Paul. de Caſtr. quòd ſi pater eſſet executor vltimarũ voluntatũ, poterit dare filio ſuo naturali id, quod alteri pauperi daturus erat: quia nõ dicitur dare de ſuo, ſed de alieno. & eadem ratiõe idem de ſpurio dici põt. Et ſecundũ Bar. in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vul. & pu. ſubſti. nõ prohibentur ſuccedere fratri ſuo pupillo, etiã ex iudicio patris. & facit gl. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. in fi. quæ dicit quòd licet pater non poſsit tales vulgariter ſubſtituere poteſt tñ pupillariter, quaſi pupilli ſit hæres. ¶Quintũ. Eſt tñ aliquis modus ſecundum quem pater relinquere poteſt filio ſpurio: & primus eſt ĩ. Peculiũ. ij. §. xxvij. aliũ habes s̃. ſtatim quãdo ſubſtituitur fratri pupillo. Tertius eſt clarus ſcd̃m Bar. in d. l ſi gener. per quem pater relinquere põt filio ſpurio ſcilicet ratione alimentorũ, ſic: relinquo filio ſpurio fundũ in vita ſua pro alimentis, & poſt mortem ſit filiorũ ſuorũ: quibus poteſt relinqui, vt C. de na. lib. l. ſi. & idem dicit in dote ſpuriæ: quia dotis fauor eſt ſicut alimentorũ. Pro quo aduerte ꝙ ſecundum eundem Bar. in auth. ex cõplexu. C. de ince. & inut. nupt. parentes tenent̃ filios ſpurios alere de canonica æquitate, ſecundũ eorum facultates: & tã pater quàm mater: tũ quia alimenta debentur inſtinctu naturę, quæ ſic matrem ſicut patrem obligat: vt no. Inno. in c. ij. de reg. & Pan. in d. c. cùm haberet. tũ quia tales nõ ſunt in poteſtate nec patris nec matris. Inſti. de nup. §. ſunt & alię perſonæ. & l. vulgo cõcepti. ff. de ſta. ho. Secus autẽ eſt de iure ciuili, vt in d. auth. ex cõplexu. Vñ dicit Bal. in l. ſi. §. ſi à ſocero. ff. de his quæ in frau. cre. ꝙ de æquitate canonica põt pater donare ſpurio, vt habeat pro alimentis: & ſimiliter pro alimentis legare. & Cyn. in l. non omni. ti. C. de alimen. dicit ꝙ etiam ſpuria dotari debet: vt no. Imo. in l. Lucius. ij. §. j. ff. de leg. ij. Prędicta tñ limita, niſi eſſet quãtitas nimia legata in fraudem. ¶Sextũ. Prædicti accipiendo à patre de bonis eius cõtra prædicta & cõtra auth. licet. C. de na. lib. tenentur reſtituere: ille verò, in cuius conſcientia eſt de reſtituendo ipſi ſpurio, ſcd̃m Bar. in d l. ſi gener. legaliter loquendo ſiue ſcd̃m Theologorũ ratiõe debet reſtituere fiſco, & nõ ſpurio. Ego verò dico ꝙ ſi res obnoxia reſtitutioni iuſtè à ſpurio tenebatur, tenetur ſpurio: aliàs verò domino rei, iuxta dictum c. ſi. Reſtitutio. iiij. §. j. ¶Septimũ. Filij presbyterorũ etiã matri ſuccedere nõ poſſunt, ſcd̃m Pan. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. de mente gl quia ſunt adulterini, & ex damnato coitu: & conſequenter ab hæreditate parentum repelluntur: vt in auth. ex complexu. C. de ince. nup. Et idem dic de natis ex alijs clericis conſtitutis in ſacris: etiam ſi ſint nati ex vna concubina: vt not. Bar. in l. ſi gener. ff. de his quibus vt indig. quia concubinatus eſt ſpecificè damnatus in clericis: vt extra de coha. cle. per totum. De natis autem ex clericis non conſtitutis in ſacris, ĩ. Legitimus. §. vl.

5 ¶Quintò† quæritur, quomodo ſuccedant filij naturales ac legitimi? Et dico quòd ab inteſtato ſuccedunt parentibus, omnibus alijs excluſis. in auth. de hære. quæ ab inteſta. quod limita, niſi in caſu, in quo alij ſpecialiter admittuntur: vt dictum eſt in filijs adoptatiuis: & ſunt quaſi domini viuentibus parentibus: & ſolùm deeſt illis adminiſtratio. Inſti. de hære. qual. & diff. §. ſed ſui. Vnde ex conſuetudine lege iuuata filij comitum appellãtur comites, & filij regum reges, etiam in vita parentum: vt xxiiij. quæſtione j. cap. ſi. & per Bart. in l. finali. C. de dignitatib.

6 ¶Sextò †quęritur, vtrum malitia parentis noceat filio, & econtra? Et dico quòd non, quantum ad Deum: ſed nocet quo ad pœnam temporalem. diſt. lxvj. nunquam. Vnde Dir. lib. j. tit. lxxxv. dicit quòd parentũ malitia in quatuor caſibus nocet filio quo ad ſucceſsionem, etiam legitimo. Primò in crimine læſæ maieſtatis ſpiritualis, id eſt, in crimine hæreſis. de hære. vergentis. Secundò, in crimine læſæ maieſtatis temporalis: vbi filij non ſuccedunt. vj. q. j. ſi quis. C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. Tertiò, quando pater nõ ſeruat fidelitatem domino, à quo tenet feudum, occidendo, vel mutilando, & huiuſmodi. de pœ. in quibuſdam. vbi hoc not. Ber. & Hoſt. Quartò, ſi pater inſecutus fuerit cardinalem, vel percuſſerit &c. quia filij non habebunt ex eiuſdem hæreditate. de pœ. felicis. lib. vj. Sunt tamen aliæ cauſæ exhæredandi: vt ĩ. Hęreditas. §. ix.

7 ¶Septimò† quęritur, vtrum filius naturalis tãtùm efficiatur legitimus perſequens matrimonium inter patrem & matrem eius? Et dicit. Pan. in d. c. tãta. quòd ſic, quicunq; ſit filius naturalis, ſi tempore quo genitus fuit, poterant eſſe legitimè vir & vxor in matrimonio parentes eius. Et licet Bar. in l. penul. ff. de concu. velit hoc verum eſſe ſolùm in concubina retenta in domo, poſtea pro vxore capta: Canoniſtæ tamen communiter contrarium tenent, & verius. Secus autem eſſet, ſi tempore generationis nõ potuiſſet matrimonium eſſe inter eos: quia licet per diſpenſationem vel alio modo ſit poſtea contractum matrimoniũ inter eos: non tamen erit legitimus, ſecundum Io. Andr. in quadam apoſtilla. Bal. in lib. feu. ti. ſi de feud. fuer. controuer. vult quòd niſi interueniat inſtrumentum dotale, vt volunt iura. Inſti. de nup. §. aliquando. & Inſti. de hære. quæ ab inteſta. defe. poſt prin. & authen. qui. mo. na. effi. ſui. §. finali. quamuis ſequatur matrimonium, non legitimatur: ſed verius contrarium tenent communiter moderniores Canoniſtæ: & in practica ſequuntur Legiſtæ. Imò licet tempore conceptus non potuiſſet eſſe vxor eius, ſi tamen tempore partus contrahit cum ea legitimè, filius erit legitimus, ſecundũ cõmunem opinionem in dicto capite, tanta. Similiter etiam nõ nocebit filijs natis ex concubina quin ſint legitimi, licet pater intermedio tempore aliam habuerit vxorem, & ea mortua poſtea accepit concubinam in vxorem, ſecundũ Bartolum in l. cùm mihi decem. ff. de ſolu. & Baldus in l. penultima. ff. ſoluto matrimonio.

8 ¶Octauò† quæritur, vtrum filij nati ex clandeſtino matrimonio ſint legitimi? Et dicit glo. in capite, quod nobis. qui filij ſint legitimi. quòd ſi nullum eſt impedimentum, poſt approbationem matrimonij erunt legitimi: ſiue nati ſint ante approbationem, ſiue poſt. quod quidem omnes ſequuntur. & probatur in capite ſecundo, de clandeſt. deſponſat. quia approbatio retro trahitur: & perinde eſt ac ſi à principio fuiſſet contractum in faciem eccleſiæ. Imò dicit Alanus quòd licet clandeſtinè contrahentes non præ-

ſummæ

ſumantur coniuges, vt dicit gl. in cap. lator. qui filij ſint legi
ti. hoc tamen procedit reſpectu nubentium: reſpectu autem
9 filiorum præſumuntur coniuges. ¶† Ex quo infert Pan. in d.
c. lator. quòd natus ex viro & muliere ſimul cohabitantibus,
præſumitur legitimus: quia fauore legitimationis præſumi-
tur inter eos matrimonium. pro quo facit l. in liberæ mulie-
ris. ff. de ritu. nup. quod maximè procedit, ſi ſe coniuges voca-
bant: vt notat Innoc. in c. ex parte. de reſti. ſpol. Dicit etiam
Hoſt. quòd ſi multo tempore ſimul tanquam coniuges coha
bitarunt præſumendum eſt eſſe matrimonium. ad quod facit
quod no. ipſe in c. illud. de præſum. ¶ Si verò erat impedimen-
tum, tunc ſunt opiniones: quia Io. And. & do. Ant. tenent quòd
poſt approbationem matrimonij legitimantur: licet poſtea
ſeparetur matrimonium. quod Gofre. limitat verum in natis
poſt approbationem tantum. Io. autem Cald. tenet quòd nul
lo modo legitimantur. quod Pan. putat verum de rigore iu-
ris. & facit c. fi. §. ſi quis clan. deſpon. Et hoc tenet Sum. Ange.
propter d. c. fi. vbi dicit text. apertum eſſe. Sed ego dico quòd
ille text. in quo tam ipſe quàm Pan. fundatur, loquitur de ma
trimonio clandeſtino interdicto, ſcilicet propter pendentem
quæſtionem ſuper aliquo impedimento: vt patet per gloſ. &
præterea loquitur quando non ſequitur approbatio. Vnde te
neo opinionem primam etiam ſine limitatione Godo. quia
non debet magis improbari legibus filius natus ex putatiuo
matrimonio licet clandeſtino, quàm natus ex coitu fornica-
rio cum eadem: quia ſi actui, qui aliàs eſſet fornicatio, ſuper-
ueniat conſenſus matrimonialis, minus eſt contra rationem.
Et ſi poſt approbationem talis matrimonij probatur impe-
dimentum, & matrimonium ſeparatur. glo. in c. quod nobis.
qui fil. ſint legi. dicit quòd geniti poſt approbationem ſunt le
gitimi: ſed ante approbationem non. Et hoc ſequitur Io. Cal.
10 quia † ad hoc quòd matrimonium ſequens legitimet filios
præcedentes, oportet quòd eſſe potuerit tempore cõceptio-
nis. quod non eſt in caſu iſto obſtante impedimento. Io. au-
tem Andr. tenet indiſtinctè quòd omnes legitimantur, licet
ſeparetur matrimonium: quia matrimonium omnia præce-
dentia purgat. vt in c. tanta. qui fil. ſint legi. Et hoc ſequitur e-
tiam do. Ant. vt dictum eſt. Pan. autem dicit ſe aliquando te-
nuiſſe opinionem Io. And. nunc verò tenere opinionem glo.
propter c. fi. §. ſi quis. de clan. deſpon. vbi dicitur quòd proles
ſuſcepta de clandeſtino matrimonio prorſus eſt illegitima
detecto impedimento. Et hoc ſequitur Sum. Ang. & Roſ. Sed
ego dico Io. Andr. benè & verè ſenſiſſe: quia ante ſeparatio-
nem matrimonij, & poſt eius approbationem, tempore in-
termedio probatum eſt filios fuiſſe legitimos: quę legitima-
tio non tollitur per dictam ſeparationem: quia quod ſemel
placuit. & c. de re. iur. lib. vj. Item factum legitimè retractari
non debet. ibidem. Item in pœnis benignior eſt interpretatio
facienda. ibidem. Et ad motiuum Io. de Cal. dico ſufficere ꝙ
matrimonium potuerit tunc eſſe ſecundum opinionem ho-
minum: cùm nullus, aut vix aliquis, poſſit eſſe certus, quin in-
ter ſe & ſuam vxorem ſit impedimentum. ¶ Nonò † quæritur,
11 quid de iſto caſu? Quidam in facie eccleſiæ contraxit cum
quadam facta ſolenni denuntiatione, vtroq; vel altero igno-
rante parentelam ſeu impedimentum: & poſtea accuſati de
parentela, & peremptoriè citati venire noluerunt: at tandem
excommunicati in excommunicatiõe tres filios genuerunt:
quibus deinde reconciliatis, & probata parentela, diuortium
celebratum eſt. Quæritur igitur, an dicti filij ſint legitimi?
Et dicit Dire. & Bar. Brix. & Tancre. quòd omnes filij nati vel
concepti an ſententiam ſunt legitimi. c. cum inter. qui fil. ſint
leg. ſi contraxerunt in facie eccleſiæ cum ſolenni denuntia-
tione, & vterq; vel alter habuit bonam fidem tempore con-
tractus. ¶ Decimo † quæritur, quid de hoc? Titius vnam vxo-
rem affidauit clandeſtinè vel coram teſtibus, ac cognouit: &
cum alia hoc ignorante in facie eccleſiæ contraxit: & eadem
nocte vtranque cognouit & fœcundauit. Quis ſuccedet tan-
quam legitima proles? Et dicit Dir. quòd ſecundum Hoſtien.
vtriuſq; proles Titio tanquam legitima ſuccedet. primę qui-
dem, quia non erat impedimentũ, & matrimoniũ probatur
per teſtes: quo caſu proles ſuccedit: vt in c. per tuas. & c. ſeq.
qui fil. ſint legi. etiam ſi fuiſſet ſponſa ſolùm de futuro: vt in
d. c. per tuas. Et ſimiliter ſecundæ: quia ignorans fuit in facie
eccleſiæ deſponſata: & ſic proles ſuccedit: & veritas opinioni
cedit. extra eo. ex tenore. quod Dir. mirabile videtur. Vnde &
alij dicunt quòd proles primæ ſolius ſuccedit: quia illud ma-
trimonium verum fuit quo ad Deum & eccleſiam, cùm pro-
bari potuerit. Et hoc mihi videtur verius, & quaſi expreſſe de-
terminatum in d. c. per tuas. Si autem matrimoniũ primum
fuiſſet ſine teſtibus, eſt maxima difficultas: & ſecundũ Hen.
de Gan. in quolib. edictum pœnale contra illegitimũ intelli-
gitur de nato ex matrimonio per eccleſiam non approbato,
quantumcunq; ſit ratum coram Deo: ex quo haberi poteſt
quòd ſuccedet ſolùm ſoboles ſecundæ, non autem primæ.
¶ Vndecimò † quæritur, vtrum natus ex ſponſa de futuro ſit
legitimus? Et dicit Pan. in d. c. per tuas. quòd ſic, ſi nullum fit
impedimẽtũ: aliàs ſecus. Sed tu dic iuxta dicta ſ. §. viij. & j. Le
gitimus. in princ. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrũ ex tractatu
parentum quis conſtituatur filius? Et dicit Panor. vbi ſ. quòd
ex nominatione filij & tractatu vt filij cõſtituitur quis in poſ
ſeſſione filiationis, etiam ſi ſit natus extra domũ. Vnde ibidem
dicit d. Ant. quem ſequitur ibi Panor. & not. But. in l. quidam.
ff. de proba. quòd tractatus parentum, puta quia illi tracta-
bant eum vt filium, & ipſe illos vt parẽtes, probat aliquẽ fi-
lium alterius. Imò plus vult gloſſ. in c. traſmiſſæ. qui filij ſint
legi. quòd probatio huius tractatus pręfertur negationi parẽ
tum. Imò dicit idem do. Ant. in d. cap. quòd etiã ſolùm fama
probat filium, niſi contrarium probetur. Et ſi quæratur quid
iuris, ſi probetur quòd mulier tempore conceptus adultera-
uit. Dicit Panor. in d. cap. tranſmiſſæ. & cap. per tuas. eodẽ tit.
quòd ſi eo tempore maritus cohabitabat vxori, reputabitur
legitimus: quia cũ poſſit eſſe filius vtriuſq;, debemus fauore
filiorũ præſumere quòd ſit mariti potius quàm adulteri: pro
quo eſt textus in l. miles. §. defuncto. ff. de adult. & facit l. quia
ſemper. ff. de in ius vocan. Et idem dicit de filio cõcubinæ in
domo retentæ vt ſcilicet ſemper præſumatur filius concubi-
narij, vt habet gloſ. in cap. Michaël. de fi. presb. Secus ſi marito
tempore fuiſſet abſens, quòd eũ generare nõ potuiſſet. ff. de
his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. filium. Sufficit autẽ ſi cũ ea fuit
ante partum per ſex menſes & vna die, ita quòd natus primo
die ſeptimi mẽſis cenſebitur eius filius. ff. de ſta. ho. l. ſi ſepti-
mo. ¶ Decimotertiò † quæritur, vtrum filius legitimatus per
ſequẽs matrimoniũ ſit legitimus quo ad omnia, vt ſuccedat.
Et dicit Pan. in c. tãta. ꝗ fil. ſint legit. poſt glo. quòd ſic etiam
vt ſuccedãt in feudo & iure patronatus. Et ſic habes inferius
quòd etiã in materia reſtringibili appellatione legitimi na-
ti venit legitimatus per ſequens matrimoniũ: quia fingitur
legitimè natus, prout etiã tenet Iac. de bel. & Hoſt. & commu
niter doctores. Nec obſtat c. naturales. in lib. feu. ti. ſi de feu
do, & c. Vbi † dicitur quòd naturalis legitimatus non ſuccedit
in feudis: quia intelligitur de legitimato per reſcriptũ prin
cipis: quæ legitimatio, cùm ſit ſtricti iuris, tãquam diſpoſitio
contra ius, eſt reſtringenda: vt in cap. cum dilecto. de conſ. &
affi. matrimoniũ autem tanquam fauorabile purgat omnia
præcedentia. Item ſi reſcriptũ principis poteſt talem habili
tare ad feudum, ſi de hoc fecit ibi mentionem, vt notabiliter
hab. ibi glo. ergo à fortiori matrimoniũ ſequens quod trahi-
tur retro, & fingitur contractũ ante natiuitatẽ filiorũ. Et ſic
ſunt iſti habẽdi ac ſi legitimè deſcendiſſent fauore matrimo
nij. pro quo eſt bonus tex. in c. cùm in cunctis. de elec. vbi dici
tur quòd promouẽdus in epiſcopũ debet eſſe legitimè natus,
& de legitimo matrimonio: nõ tamẽ legitimatus per ſequẽs
matrimoniũ eligi poteſt in epiſcopũ, vt no. glo. & cõmuniter
doc. in c. innotuit. de elec. ¶† Decimoquartò quæritur, an fi-
17 lius legitimatus ꝑ reſcriptũ principis ſuccedat cũ alijs filijs:
puta quidã habens filios naturales tantũ, fecit eos per princi-
pem legitimari, & tractu tẽporis ducta vxore, ſuſcepit ex ea
filios legitimos: quæritur vtrũ legitimati ſuccedere debeant
cũ legitimis. Et cauſa quærẽdi eſt: ꝗa ceſſante cauſa priuile-
gij, ceſſare debet priuilegiũ. xvj. q. j. generaliter. & hoc ſequi-
tur Dire. Sed contrariũ tenet Ray. de For. quẽ ſequitur Bar.
in l. ex facto. ff. de vul. & pup. ꝑ reg. factũ legitimè. de re. iur.
lib. vj. ꝗa ex quo legitimatio perfecta fuit, nõ debet ex facto
ſuperueniẽte retractari. Et idẽ Pan. in c. per venerabilem. qui
18 fi. ſint legi. & hoc eſt verius. ¶† Decimoquintò, quidã dimiſ-
ſa cõcubina, ex qua filiũ habuit, duxit vxorẽ, ex qua etiã filios
habuit: qua mortua cõtraxit cũ ſua concubina: & ita filius le-
gitimatus eſt. Quæritur an natus ex cõcubina ſuccedet in to
to vel in parte maiori, vbi primogenitus ſic ſuccedere cõſue-
uit? Et dicit Hoſt. & Bart. Brix. quòd ille obtinebit, qui fuit pri
mò legitimatus, ſcilicet natus de matrimonio primo: ꝗa nõ
ſufficit ad hoc quòd alius patri ſuccedat, quòd ſit primogeni
tus: quoniã dũ erat illegitimus ſi pater deceſſiſſet, nõ ei ſuc-
ceſſiſſet. d. l. tãta. Et idem Dir. li. j. ti. lxxxv. & do. Anto. in d. c.
per venerabilẽ. Io. etiã And. in c. ſi pro te. de reſcri. lib. vj. per
illam decretalem, & c. quãuis. eo. tit. lib. vj. & per c. ſi apoſtoli
cæ. de præbẽ. eo. lib. dicit quòd legitimatus nõ præfertur, li-
cet fuerit primogenitus. Et hoc idem cõcludit in regula, ſine
culpa. in mercu. & ponit Bal. in l. eã quã. C. de fideic. & Gemi.
in d. c. ſi ꝑ te. Nam ſi iſte eſſet legitimatus per ſubſequẽs ma
trimoniũ ſecundo loco contractum: tunc erit caſus in d. c. ſi
pro te. quòd nõ debet præferri ſecundo genito, cui erat iam
ius acquiſitũ ante legitimationẽ vigore cõſuetudinis. Si verò
legitimatio erat facta per modũ reſtitutionis: tũc erit caſus
in d. c. ſi apoſtolicæ. & in d. c. quamuis. Et addit Io. And. in præ
dicta regula, ſine culpa. quòd nõ præiudicatur ei, cui ante eſt
ius quæſitũ, ſeu quædã ſpes. Sed intellige quãdo iſta ſunt cer-
ta: quia ſi ſpes eſſet, ſed incerta, hoc attendi non debet: quia
hæc incerta ſpes, quã habere poſſunt venientes ab inteſtato,
impedire nõ debet teſtatorẽ viuentẽ, ne in vita ſua diſponat
in bonis ſuis legitimationem filij per reſcriptũ principis im-
petrandã: cũ talis ſpes merè pendeat in caſu fortunæ: nec de
præſenti aliqua ſit ſpes in re vel ad rem: ſecus ſi ſpes nõ eſſet
incerta, ſed aliqualiter certa: vel eſſet ad rem vel in re de prę
ſenti vel futuro aliqualiter certa, cũ non videatur tunc pen-
dere ſolùm à caſu fortunæ, ſꝑd ex aliquo iure præcedente: vt
not. Bar. in l. ſi. C. de pact. Adde quod no. Pan. in c. licet. de vo
to. quòd licet in rebus priuatis fiat diuiſio regulariter, inter fi
lios tamẽ in dignitate primogenitus alijs præfertur: & ſic a-
lij ſine ſua cauſa priuabuntur etiam legitima, caſu quo pater
non haberet niſi dignitatem ſecularẽ. Et hoc fuit inductum
propter bonum publicum, ne dignitas minueretur: aut eſ-
ſet multitudo principatuum, quæ eſt noxia. & ſecundum ali-
quos melius eſt aliorum filiorũ diſperſio inter nobiles, quàm
hæreditatis diuiſio. ¶† Decimoſextò quæritur, quis filiorum
ſuccedet, vbi ſuccedit primogenitus, & duo ſimul naſcuntur?
Et dico impoſſibile eſſe duos infantes ſimul vno impetu de
vtero materno procedere: vt eſt tex. in l. Arethuſa. de ſtat. ho.
Sed caſus eſt poſſibilis in diuiſione pręgnãtis mortuę haben-





tis gemellos: quo caſu dico quòd ille ſuccedet, quẽ princeps
ordinauerit, cuius ſit tale regnũ vel dignitatem primo cõfer
re: puta perinde eſt ac ſi nullus eſſet qui habeat ius in dignita
te vel regno: cùm duo ſuccedere nõ poſſint, vel nõ debeant,
& vterque horũ æquale ius habeat. Alij tamen aliter ad hoc
reſpondẽt: vt recitat Sum. Roſ. ti. Filius. §. xiij. Quantum ve-
rò ad res priuatas, vterque ſuccedet ęqualiter: vt patet ex di-
ctis §. priore. in fin. ¶† Decimoſeptimò quæritur à Bart. in l. 20
Gallus. de lib. & poſthu. in iiij. col. cui ſuccedit filius, de quo
dubitat an ſit filius huius vel illius viri: & ſi mulier poſt duos
dies à morte primi viri contrahat cũ ſecũdo, & pariat nono
menſe: ita quòd partus poſſit eſſe vtriuſque? Et dicit Iaco. de
Bel. primò inſpiciendũ eſſe cui aſſimilatur: quod ſi non appa
ret, inſpiciendum eſſe in cuius domo natus eſt: vt l. ſi vicinis.
C. de pupil. aliàs nullius filius dicetur. quod ſcilicet eſt incon
ueniens. Sed Bar. reprobat quod dicit de aſſimilatiõe: quia aſ
ſimilatio iſta contingere poteſt ex cogitatione mulieris tem
pore conceptus: vt l. quæret aliquis. de verb. ſigni. Vnde putat
prius inſpicienda ſigna conceptionis: quæ ſi nõ apparẽt, ſtan-
dum dicit cõſuetudini mulieris, quãto tẽpore parere cõſueue
rit. quod ſi nec hoc apparet, ſtandum dicit iudicio medicorũ
peritorum vel obſtetricum: vt l. j. ff. de vent. inſpi. quod ſi non
apparet, recurrendum dicit ad id quod frequentius accidit.
Ego verò dico quòd cõiungẽda ſunt ſimul ea quæ dicit vter-
que iſtorũ: nec benedictũ Iaco. reprobatur à Bar. quia licet
illa aſſimilatio ſit poſſibilis, non tamen probabilis: quia rarò
accidit. Vnde vbi per cõiecturas proceditur, vt hic, ſufficit aſ
ſimilatio, quæ facit probabilitatem, cùm in pluribus ſit vera.
Et ſi nullo probabili modo veniri poteſt in notitiam verita-
tis, dico quòd erit eius, in cuius domo natus eſt: vel fortè dici
poſſet quòd æqualiter ei vtraque hæreditas ꝓuidebit ad ar-
bitrium principis: cùm nõ appareat quæ magis obligetur, &
iſte non debeat priuari ſubſidijs. Sed primum eſt melius.
¶† Decimooctauò quæritur, quomodo ſuccedunt filij, qui 21
ſunt bãniti, vel filij bannitorum? Et dico multa, quorũ etiam
quædam ſuprà tacta ſunt in tit. Bannum. ¶ Primum. Banniti
ſecundum Iac. de Are. perdunt propriè ea quæ ſunt iuris ciui
lis proprij illius ciuitatis vnde ſunt bãniti: quia ſecundũ Bar.
in l. tutelas. ff. de ca. di. Bar. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.
verum dicit ſolùm in illis bannitis, quibus ciuitas bellũ indi-
xit, vt poſſint impunè offendi. vt l. amiſſiõe. ff. de cap. di. Vnde
iura cõmunia non perdũt. ¶ Secundũ. Bar. tamen in d. l. amiſ
ſione. dicit quòd ad hoc quòd talis bãnitus ꝑdat ea quæ ſunt
talis ciuitatis, duo requiruntur, quæ in d. l. ponuntur. Primò,
quòd fuerit inobediẽs, & aufugerit ab illius imperio cui ſub-
eſt: & ſic eſt bannitus. Secundò, quòd in hoſtium numerum
ſe cõferat. quod eũ intelligo facere, vbicunque ſit, quando ſe-
cundum formam ſtatuti poteſt impunè offendi: quia tali eſt
indictum bellũ, & habetur pro hoſte: vt in l. hoſtes. ff. de cap.
¶ Tertium. Ex his ſequitur deciſio multarũ quæſtionum, de
quibus cõſueuit dubitari, an ſcilicet bannitus poſſit facere te
ſtamentũ, aut inſtitui, aut ſuccedere ab inteſtato, & huiuſmo
di: quia ſi nõ poteſt offendi impunè, nihil perdit: ſi verò offen
di poteſt impunè, ſi quidẽ vellet facere teſtamentũ, vel inſti-
tuere in teſtamẽto valido ſolùm ſecundũ ſtatuta illius ciuita
tis, cuius perdit iura, nõ valeret. Si verò faceret de iure cõmu
ni valeret, ꝗa iura cõmunia nõ perdidit. Et eodẽ modo ſi hæ
reditas ab inteſtato delata ſit ſcd̃m formã illorũ ſtatutorum
nõ capit. quod ſecus, ſi de iure cõmuni. Per hoc etiã non per-
dit iura cõmunia. dicit Bar. in d. l. ex facto. ꝙ filij nati poſt bã
nimentũ, faciũt deficere conditionẽ fideicõmiſſi, ſcilicet reli
cti, ſi deceſſerit ſine liberis. ¶ Quartũ bãnitus imperij & non
alicuius ciuitatis aut regni tantùm, ſecũdum Bar. in d. l. amiſ-

ſione.æquiparatur deportato.de quo in §.ſequen.&vt ibi pa-
tet,perdit ea quæ ſunt iuris ciuilis, ſcilicet ciuium Romano-
22 rum,ſeu iuris cōmun.svel ſimpliciter.¶†Decimononò quę-
ritur,quomodo ſuccedit filius deportatus aut deportati? Et
dico multa.¶Primũ.Bar.in d.l.ex facto.dicit ꝙ per deporta-
tionem,id eſt, perpetuũ exiliũ pater perdit ea quæ ſunt iuris
ciuilis:vt l.quidã.ff.de pœ.cuiuſmodi eſt patria poteſtas.Inſti.
de patr.po.in prin.¶Secũdũ.Secundũ eũdem ibidem filij an-
te deportationem cōcepti faciũt deficere cōditionem fidei-
cōmiſsi relicti,ſi deceſſerit ſine liberis: ſecus ſi cōcepti fue-
rint poſt. qđ intellige expectata morte naturali deportati.
Nati quoq; poſt deportationem,ſcđm eũdem ibi,ſunt legiti
mi:quia matrimoniũ durat.C.de diuor. l.j. & tamen nō ſunt
23 in patria poteſtate:quia illa perdidit,vt dictũ eſt.¶†Vigeſi-
mò quærit᷑,vtrũ ingratitudo ſit cauſa ſufficiens reducendi le
gitimatũ ad illegitimationem? Et Bal.diſtinguit dicens ꝙ ſic
in legitimatione per reſcriptum principis,nō aũt per ſequens
matrimoniũ:vt in c.ſi filij nati.ſi de feu.fu.cōtro.in vſi.feu.&
24 idem Lud.de Roma in ſuis ſingularibus.¶†Viceſimoprimò
quæritur,vtrũ pater & mater teneant᷑ alere filios:& quis eo-
rum,ſi diuortiũ fiat? Et dico ꝙ alere tenentur: de quo ſuprà
Alimenta.§.j.Fallit tñ hoc in caſibus quinq;,quos no.Pan.in
c.cũm haberet.de eo qui dux.vxo.quã pol.Primò,ſi filius eũ
accuſauit:vt in l.ſi quis à liberis.§.item iudex.ff.de lib.agno.
Secũdò,ſi pater ipſe eget,quia nō tenet᷑ vltra quàm poteſt.d.
l.ſi quis.§.ſed ſi filius.Tertiò,ſi filius cōmiſit crimen ingrati-
tudinis cōtra patrem.l.cũ patrem.C.de alen.li.in glo. Quar-
tò,ſi filius habet artem vel aliud vñ viuat.d.§.ſed ſi filius.&
§.alimenta.ibidem.qđ tñ Bar.in trac.alimentorũ,limitat,ni-
ſi filius ſit nobilis,quem dedeceat in tali arte operari.Quin-
tò,ex omnibus cauſis ex quibus pater filiũ pōt exhæredare.
de quibus infrà Hæreditas,ſecũdò per totũ:& infrà Ingrati-
tudo.Mater tamen nō tenetur niſi pater & eius aſcendentes
nolint aut nequeãt alimentare:vt ſuprà alimenta.§.j.Si aũt
diuortiũ fiat,apud quem debeat filius alimentari,iudex æſti-
mabit penſatis circunſtãtijs: puta,quia minor triennio apud
matrem,& hmõi:vt no.in l.vnica.C.de diuor.fac.& apud quẽ
li.edu.& in auth.ſi pater.ibidẽ poſita. vbi dicit᷑ ꝙ ſi pater fuit
cauſa diuortij,nutriet᷑ apud matrẽ expenſis patris.Siverò ma
ter dedit cauſam,apud patrem expenſis matris locupletis,ni-
ſi pater ſit minus idoneus:quia tũc apud matrem locupletẽ,
niſi alter eorũ eſſet infidelis:quia apud fidelem alendi ſunt
25 filij:vt per dicta ſuprà Baptiſmus.iiij. §.vj. & vij.¶†Vigeſi-
moſecundò quæritur, vtrũ filius teneatur patri ac matri de
alimentis aut alijs? Et dico vt colligitur ex Ale.in iiij.parte
Summæ tractatu de quarto præcepto, ꝙ tenetur ad tria ex
præcepto. Primò ad dilectionem,nō cõmunem omnibus,ſed
præcipuam,nec retentã in corde,ſed oſtenſam aliqñ ſignis:
vnde excuſari non videtur à mortali ſi amoris ſigna nunquã
parentibus oſtendit,ſed ſemper durẽ loquit᷑. Secũdò,ad obe-
dientiam circa rem familiarem, & multò magis in neceſſa-
rijs ad ſalutem:ſicut ſunt ſpectantia ad bonos mores, in qui-
bus ſi obedire cōtemnat,eſt mortale. ſecus ſi nō obediat nō
ex contemptu,ſed ignoranter,vel rarò ſine cōtemptu.Et per
contemptum intelligo hic obſtinationem & pertinaciã ani-
mi.Vnde eſt veniale non obedire ex negligentia vel ſenſuali-
tate.Tertiò ad ſubueniendũ in neceſſarijs. Et magis eis etiã
infidelibus quàm extraneis fidelibus:vt no.gl.di.xxx.c.j.& di.
xlij.quieſcamus.& di.lxxxvj. non ſatis. Et magis patri quàm
filio in neceſsitate extrema,ſecundũ Cy.in l.ij.C.de pa. quã
26 ſi.di.¶Et†cũm dicitur quòd amor magis deſcendit quàm
aſcendit.l.iſti quidem.§.ſi.ff.quod met.cauſa. l.liberorum.ff.
de ver.ſig & l.liberti.& ibi gl.ff.de inoff.teſta.ſecundum La-
co.ibidem:verum eſt quo ad ordinem dilectionis,nō autem
quo ad effectum obligationis:quia per natiuitatem filiorum
aui conditio deterior fieri non debet, qui iam habet filium
obligatum:vide ſuprà Eleemoſyna.§.iij. non obſtante quod
dicitur ſuprà Charitas.§.ij.quòd ſcilicet parentibus magis te
nemur exhibere honorem,ſed filijs magis ꝓuidere.quia hoc
verum eſt,quantũ ad theſaurizare,ſed prouidere de patrimo
nio,non quo ad ſubuentionem præſentis extremæ neceſsita-
tis.Bar.tamen in l.ſi quis à liberis.ff.de lib. agnoſ.poſt gl.di-
cit fortius eſſe vinculum quo pater filio, quàm quo filius pa-
tri tenetur:quia pater tenetur alere filium iure naturali,ecõ-
uerſo autem iure gentium.Sed dico primò hoc eſſe verum
ſolùm quo ad theſaurizare & alere conſtituta hæreditate.
¶†Vigeſimotertiò quæritur, vtrum filiusfamiliàs matre vi- 27
uente emãcipatus acquirat vſumfructum in bonis maternis?
Et dico quòd ſic provirili,id eſt,ꝓ media parte,ſi eſt vnus fi-
lius,&pater pro alia poſt mortem matris.Caſus eſt C.de bo.
ma.l.ſi viua matre.Idem dic in nepotibus & pronepotibus,&
idem dic ſi ſunt plures filij:quia provirili parte ſimul cum pa
tre.Si autem aliqui ſunt emancipati,aliqui in patria poteſta-
te,pro virilibus partibus venient omnes: ſed vſusfructus non
emancipatorum remanebit apud patrem:vt in d.l.ſi viua.In
alijs autem bonis aduentitijs non erit idem,ſed ſolùm in ma
ternis:vt no.glo.in d.l.ſi viua.¶†Vigeſimoquartò quæritur, 28
vtrum filius poſsit agere contra patrem? Et dicit Pan.in cap.
non eſt.de ſpon.quòd ſic,ratione peccati:aliàs non eſt audi-
tendus:vt no.gl.in c.ſi eccleſia.xxiij.q.iiij.Sed glo.in c.quæri-
tur.ij.q.vij.tenet quòd poteſt, ſecundum canones, conqueri
tam in ciuili quàm in criminali negotio:ſecundum leges ve-
rò non,niſi in cauſa caſtrenſis ciuiliter.ff.de iud.l.lis nulla.&
etiam in quaſi caſtrenſi.ff.de fur.l.ſi quis vxori.primo reſpon
ſo.non tamen de furto,ſed actione in factum. C.de dol.ma.
l.ſuperſtite.Et hoc ſi non eſt emancipatus: ſed emancipatus
poteſt agere petita venia &impetrata.C.de in ius vo.l.vlt.Sed
in criminali cauſa non auditur.ij.q.j.prohibentur.niſi iniuriã
in epiſcopum commiſerit.C.de pa.po.l.congruentius.Poteſt
etiã implorare officiũ iudicis pro alimentis iniuſtè negatis.
¶†Vigeſimoquintò quæritur, vtrum appellatione filiorum 29
vel liberorum veniant naturales tantùm? Et dicit Panorm.in
cap.in præſentia.de proba.quòd aut apparet de tacita volun
tate diſponentis ſiue ex verbis poſitis in diſpoſitione, ſiue
quia eſt eadem ratio de legitimo ſicut de naturali: & tunc
veniunt etiam naturales,ſiue tractetur de pœna,ſiue de com
modo,ſiue in legibus, ſiue in ſtatutis, vel teſtamentis,& hu-
iuſmodi. Si verò non apparet de mente: tunc ſi tractetur de
commodo,veniunt etiam naturales.xxxv.q.vij.c.vnico.& hoc
ex benigna interpretatione potius, quàm ex ſignificatione
propria:quia ex propria ſignificatione nomine liberorum vel
filiorum veniunt ſolummodo naturales legitimi, non au-
tem adoptiui vel naturales tantùm: vt in l.ſi ita quis.§.ſi.ff.
de leg.ij.Spurij autem &nati ex coitu damnato non veniunt
etiam vbi tractatur de commodo.Sed glo.in clem.vnica.de
baptiſ.concludit quòd nomine liberorum ſeu filiorum non
veniũt naturales.quod Paulus dicit verum,vbi verbum filij,
profertur à lege:quia intelligitur de iſta ſobole: ſi autem ab
homine,intelliguntur naturales,niſi coniectura dignitatis ſit
in contrarium:vt not.C.de Inſtit.& ſubſtit.l.generaliter. vbi
apoſtilla Iacobi de Aretio dicit quòd filij naturales compre-
henduntur nomine liberorum, ſi naſcuntur in facie matri-
monij. Siverò non naſcuntur ſub velamine matrimonij,
hoc eſt,ſecundum formam cap. cum inhibitio. de clandeſt.
deſpon.non comprehenduntur.hæc Cardi. in dicta clemen-
tina.Sed magis placet opinio Panormitani,licet fortè non
gloſſanda per aliam.Addit autem gl.in d.cle.quòd appella-
tione liberorum comprehendũtur nepotes ex filijs,& alij de
ſcendẽtes.ff.de verb.ſig.l.liberorũ.ſecus ſi dixiſſet,filij: quia
appellatio filiorum regulariter nō cōprehendit nepotes.In-
ſti.quid a.tut.in te.poſſ.& idem Pan.& Card.in d.clemen.
30 ¶Viceſimoſextò†quæritur,vtrum filius ſpurius dicatur de
familia patris? Et dicit Bar.in l.item in poteſtate.ff.de his qui
ſunt ſui vel ali.iu.quòd filius naturalis tantùm nō eſt in pote
ſtate patris,nec ſpurius:imò nec dicitur filius:vt in authent.
quibus modis nat.effi.ſui.§.ſi.quod limita vt ſuprà.§.priore.
Et facit ad ſtatutum dicens quòd ſi quis capit aliquem de fa-
milia vel de filijs aliquorum,habeat mille:quia capiens ba-
ſtardum non habebit præmium,quia non dicitur filius.Adde
etiam quod dicit Bar.in l.tutelas.ff.de capi.di.vbi quæritur,ſi
ſtatutum dicit quòd nobilis de patrimonio delinquẽs punia-
tur in plus quàm popularis:vtrum baſtardus dicatur nobilis
de patrimonio? Et allegabant quidam illa iura,quę dicunt ꝙ
baſtardus non dicitur de familia:vt l.pronũtiatio.ff.de verb.
ſign.& Inſti.de ſucceſsione cog.§.vulgo.Sed ipſe dicit quòd
illæ leges nihil faciunt:quia diſponunt per nomẽ iuris: vt eſt
agnatio,& familia.Sed ſtatutum prædictum diſponit per no-
mina naturalia:quæ ita cadunt in baſtardum, ſicut in legiti-
31 mum.Nomina†verò familiæ ſunt nomina ciuilia,quæ no ca
dunt in baſtardum:vt d.l.tutelas.Et intelligitur nobilis de pa
trimonio,id eſt,de nobili patre natus:in quo non attenditur
patria poteſtas. Si autem ſtatutũ dicit,omnes de tali domo:
an contineatur baſtardus.dicit aduertendum,vtrum hæc ap-
pellatio,de domo,ſiue baſtardus,ſit iuris ciuilis vel naturalis.
Et quantum ad propoſitũ eſt iuris ciuilis: quia appellatio na
turalis apud omnes eſt vniformis:vt pater,& mater,&c. Ap-
pellatio autem ciuilis eſt difformis ſecundum gentiũ & ciui-
tatum diuerſitatem:vt in l.omnes.de iuſt.& iur.Hæc autem
appellatio,de domo, aſſumitur diuerſimodè: quia quandoq;
domus aſſumitur pro agnatione:vt l.cum vnus.ff.de ali.leg.
& ff.ad Silla.l.j.Quãdoque pro omnibus habitantibus in ea-
dem domo:vt C.ne li.po.l.j.Hoc etiam videmus hodie con-
ſuetudine inductũ in quibuſdam locis,vt dicantur de eadem
domo omnes qui portant eadẽ inſignia ſeu arma: & volẽtes
diuidere domum,diuidũt inſignia ſeu arma. Eſt ergo hęc ap
pellatio ciuilis:& ſecundũ diuerſos modos intelligendi ca-
dere poteſt in baſtardum, &nō cadere:quia pro eadẽ agna-
tione non cadit in eum,in quem tamen cadit,ſi ſumatur pro
omnibus deſcendẽtibus ex eodẽ ſanguine. Et de hoc videtur
tex.in l.pronuntiatio.de verb.ſign. Si autẽ ſumatur pro om-
nibus habitantibus,non attenditur an ſit vel nō ſit baſtardus,
ſed ſolùm habitatio.Si verò ſumatur pro omnibus portanti-
bus eadem inſignia,cōprehendi poteſt, vt notatur per leges
prædictas.Vtrum † autẽ filius teneatur credere matri dicẽti
eum illegitimum, ſuprà Adulterium.§.ij.Vtrum filius natus
poſt votum caſtitatis parentũ,vel quando alter repertus eſt
de religione,ſit legitimus,infrà Matrimoniũ.vij.§.v. Vtrum
filius aut filia poſsit nubere ſine licentia patris,ſuprà Dos.§.
iiij.Vtrum filius poſsit vouere,ĩ.Votũ iiij.§.v.& vj.Et vtrum
eleemoſynas facere,ſuprà Eleemoſyna.§.v.parti.iiij. Vtrum
poſsit intrare Religionẽ,infra Religio.ij.§.x.xj.& xij.Vtrum
filij illegitimi poſsint ordinari.infrà Illegitimus, per totum.
Vtrum filius acquirat ſibi,& non alijs fratribus, infrà Pecu-
lium ij.§.xvij.Vide etiam de iſta materia ſuprà adulterium,
& Expoſitus.& ĩ.Hæreditas,& Illegitimus,& Seruus.

FILIVSFAMILIAS dicitur, qui eſt in poteſtate pa
tris vel parentis,vt accipitur in l.filij.ff.de his qui ſunt ſui
vel alie.iur.ſicut filius emancipatus dicitur, qui extra patris
eſt poteſtatem.



FISCVS eſt burſa Cæſaris vel principis.xvj.q. vij.maio-
res.Vel hodie eſt ſaccus regius,in quẽ deducuntur bona
bannitorum vel proſcriptorum.& ſic accipitur ff.loc.l.ſed
ædes.§.fiſcus.Vel hodie eſt ſaccus ſine cōſcientia, impurſans
omnia malè quæſita.ff.de calum.l.in hæredem.& ff.de inof.
teſtamẽ.l.Papinianus.§.meminiſſe.& turpia lucra etiã ab hę
redibus extorquet,licet crimina ſint extincta.d.l.in hæredẽ.
in prin. Vtrum autem præferatur alijs creditoribus, infrà,
Reſtitutio.vij.§.v.

¶FLAGELLA quomodo ſint ſatisfactoria,ĩ.Satisfactio.

FORMA,eſt quæ dat eſſe rei,ſecundum Inno.in rubri.de
conſe. eccleſ.vel alta. quæ ſi omittatur in ſacramentis,
nihil fit.j.q.j.qui perfectionem.in gloſſ.

¶FORNICATIO,infrà Luxuria.

FORVS eſt exercẽdarum litium locus:à fando dictus.de
verb.ſig.forus.quem forum quis ſortitur eo modo, quo
gl.iij.q.vj.cap.j.declarat per hos verſus,Contractus,crimen,
reus,res,religioque,Vir,ratio ſimilis,vel prouocat,atque re-
cuſat,Excedit viſus:vel ſi conſentit vterque. Quorum expo-
ſitionem vide ibi cum allegationibus. Et quãtum ad crimen
ſuprà Confeſſor.j.§.xiij.

¶FRATRES quomodo diuidũt acquiſita per aliquẽ ipſo-
rũ,ĩ.Peculiũ ij.¶Fratrũ differẽtia duplex,Hęreditas ij.§.vj.

## De Fraude.

1 *Fraudem, quæ propriè in factis, ſicut & dolus in verbis, tripli-
citer committi, nec ſine dolo eſſe poſſe.*

2 *Fraudare nemo eos videtur, qui ſciunt, ac conſentiunt: quan-
quã & is fraudẽ facere videatur, qui qđ facere debet, nō facit.*

3 *Fraudem contra legem, & legi facere, quando quis dicatur. Et
idem multipliciter ac variè contingere poſſe de quibus hic. Et
qui in his delinquunt, legem prævaricari dicantur, in conſpe-
ctu Dei non excuſandi.*

FRAVS † ſecundum San. Tho.ij.ij.q.lv.ar.iiij. & v.pro- 1
priè eſt tantùm in factis,ſicut dolus,qui principaliter eſt
in verbis,fit tripliciter, corde verbo & opere. Vnde ſecun-
dum Panormitanum in cap.ex tenore.de reſcriptis. fraus nō
poteſt eſſe ſine dolo: licet dolus poſsit eſſe ſine fraude. Ex
quo infert quòd dolo inſit fraus,ſicut ſpecies generi. Vtrun-
que autem horum,id eſt,fraus & dolus nemini debet patro-
cinari.vt in dicto capite,ex tenore.

¶Fraudare † etiam nemo videtur eos, qui ſciunt & conſen- 2
tiunt.ff.de regulis iuris.l.nemo.Fraudem quoque facere vi-
detur etiam is,qui non facit quod facere debet.ff.de his quæ
in fraudem creditorum facta ſunt,l.in fraudem.

¶Fit † autem contra legem,quãdo fit contra illud,quod per 3
legem ſignificatur, nulla tamen palliatione quæſita:ſed fit
fraus legi,quando fit cōtra ſignificatũ legis palliatione quę-
ſita.ff.de legi.l.contra leges.Quod quidẽ contingit multipli
citer.Aliquando quidem de perſona ad perſonam:ſicut quan
do mulier vult donare viro,aut econuerſo,cùm non poſsit:vt
de do.inter vi.& vxo.cap.vlt.ſupponit aliam perſonam: puta
quòd ſoluat eius creditori: vt ff.de dona.inter vir.& vxor.l.
hæc ratio.§.vltimo.Similiter ſi tutor, qui emere non poteſt
rem pupilli,interponit aliam perſonam quæ emat. Aliquan
do fit rei ad rem:ſicut cùm quis dat fructus filiofamiliàs, vel
ſimile,vt vendat pro eo quod pecuniam mutuo dare non po
teſt,l.iiij.§.j.ff. ad Macedo. quia idem eſt ac ſi mutuaret.ar-
gum.xiiij.quæſt.iij.plerique.j.quæſt.j.ſunt nonnulli.Aliquan
do fit vnius contractus ad alium contractum contrarium: vt
cùm vxor vendit viro quod intendit donare.l.ſi ſponſus.ff.
de donatio.inter virum & vxorem. arg.xvj.quæſt.iij.ſi ſacer-
dos.Aliquando fit vnius contractus ad alium contractum ſi-

milem? vt cùm mulier, quæ fideiubere non poteſt, facit ſe principalem debitricem. l. quanuis. §. ſi cùm eſſem. ff. ad Velle. ſen. Et omnes tales præuaricantur legem, & in conſpectu Dei non excuſantur. & facit quod not. in cap. intelligentia. de verb. ſignifi. & in cap. quanto. de priuil. & in cap. conſtitutus. de conceſsio. præben.

## De Frigiditate.

FRIGIDITAS, quomodo impediat matrimonium, ⁊. Matrimonium. viij. impedimento xvj.

## De Fructibus.

1 *Fructus qui dicantur, & in quotuplici ſint differẽtia? Et in his, qui partim naturales, partim induſtriales ſunt, viri boni arbitrium verſatur, in hoc an naturalium, an induſtrialium nomine cenſendi ſint.*

2 *Poſſeſſor bonæ fidei, an fructus rei bona quoquo fide poſſeſſæ ſuos faciat? Et quid ſi nõ faciat, de quibus fructibus ad reſtitutionẽ teneatur? Itẽ quid de lucro facto ex re, quæ de ſe lucroſa nõ eſt?*

3 *Poſſeſsor bonæ fidei, de quo proximè, an huiuſmodi fructus vſucapere poſsit? Et quid de poſſeſſore malæ fidei? remiſsiuè.*

4 *Fructus alicuius rei, quinam ſint, aut dicantur?*

1 FRVCTVS † dicuntur, qui ſuperſunt deductis expenſis factis gratia fructuũ quærendorum, colligẽdorum, & cõſeruandorũ, tam in bonæ quàm in malæ fidei poſſeſſoribus, etiã in prædonibus. ff. de peti. hære. l. ſi à te. §. fructus. & l. placet. in fi. C. de fruc. & lit. expen. Et ſecundũ Bar. in l. ex diuerſo. ff. de reivendi. Quidã ſunt naturales: vt poma, & huiuſmodi, quæ natura producit, & ſicut producit, vtimur. Alij ſunt partim naturales, partim induſtriales: vt lac, lana, ſegetes, vinum, & huiuſmodi: quæ ſunt naturales in quantũ producũtur à natura: & induſtriales in quantũ in alia ſpecie ipſis vtimur ex induſtria: vt d. l. ex diuerſo. & l. certum. C. de rei ven. Et de his cõmuniter dicit relinqui arbitrio boni viri an ſint naturales vel induſtriales: vt ſi plus verſatur de induſtria hominũ dicantur induſtriales: vt de vino, lana, caſeo, & huiuſmodi. ar. l. quæritur. ff. de ſta. ho. & iiij. q. iij. hermaphroditus. Si verò magis de natura, dicantur naturales. Alij ſunt induſtriales ſolũ: ſicut qui ex artificio, negotiatiõe, vel huiuſmodi acquirũtur, qui alio modo dicũtur ciuiles, eò quòd nõ proueniunt ex re, ſed hominis ꝓuiſiõe percipiũtur propter rem: vt eſt pẽſio domus, & huiuſmodi: vt l. ſi nauis. ff. de rei vẽ. & l. domũ. C. eod. Et iſtorum quidẽ ſunt honeſtè percepti, quidam inhoneſtè: vt ſi locaui domũ ad exercendũ quæſtum inhoneſtũ. l. ancilla-

2 rum. ff. de pet. hære. ¶ Primò † verò quæritur, vtrum bonæ fidei poſſeſſor fructus rei bona fide poſſeſſæ faciat ſuos? Et dico, vt colligo ex c. grauis. de reſti. ſpo. & d. l. ex diuerſo. cum ibi not. ꝙ quia longa eſt diſtinctio doct. quo ad forũ contentioſum, eam omittẽs, dico quantũ ad conſcientiã hoc eſſe tenendum, ꝙ omnes fructus tam naturales quàm induſtriales, ſiue cum titulo poſsideat, ſiue ſine titulo, reſtituere tenetur, ſi extent: ſi verò cõſumpſit, tenetur ſolùm reſtituere, in quantum factus eſt locupletior: puta quia in eum rem impendit, in quam oportuiſſet expẽdere tãtum de ſuo: vel aliqua emit, ex quibus ampliauit patrimoniũ ſuum. Facit d. l. certum. & l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pe. Verũ tamẽ diminuet de fructibus induſtrialibus rei lucroſæ quantũ induſtria ſua ę ſtimãda eſt in dicto negotio exercitata in vtilitatẽ ſeu augmentũ dictorum fuctuũ accipiendorum: quia nemo militat ſtipendijs ſuis. De lucro autẽ facto ex re, quę de ſe nõ eſt lucroſa: dic vt ⁊. Reſtitutio j. §. j. Si verò nõ eſt factus locupletior, nõ tenetur de cõſumptis. ff. de peti. hære. l. vtrũ. ex quo dolo nõ deſijt poſ-

3 ſidere. ¶ Secundò † quæritur vtrũ præfatus bonæ fidei poſſeſſor poſsit vſucapere fructus prędictos? Et dico primò ꝙ quid ſit vſucapio, dicam ⁊. ſuo loco. Et ſecundò dico ſecũdum Panormitanum in d. cap. grauis. quòd fructus naturales indubitanter vſucapit per triennium, id eſt, ſpatio triennij, vt not. in l. ſequitur. §. j. ff. de vſuca. & facit l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. Aliàs autem cùm fecerit ſuos, nõ poteſt vſucapere: quia quod meum eſt, vſucapere non poſſum. l. in bello. & videtur tex. in d. l. ſequitur. §. lana. Sed bene vſucapit aduerſus iudicis officium: per quod reſtituere tenebatur: quia poſſum præſcribere rem meam aduerſus actionem, qua poteram cogi ad eius reſtitutionem: vt eſt text. in d. §. ſi quis ſeruum. Et hoc voluerunt glo. & Bart. in d. l. ſequitur. in §. fructus. Et ſic patet quòd in conſcientia poſt triennium bona fide tranſactũ erunt ſui omnes qualitercunque: nec reſtituere tenentur. De poſſeſſore autem malæ fidei, quomodo teneatur, Reſtitutio. iij. §. ix.

¶ Tertiò † quæritur qui ſint vel dicantur fructus rei alicuius? 4
Et dico, vt patet ex dictis, quòd ſunt illi, qui ſuperſunt deductis expenſis factis gratia fructuum quærendorum & cõgregandorum & conſeruandorum. ff. de pe. hære. l. ſi à domino vel patre. §. fructus. & l. planè. in fi. & C. de fruc. & lit. expen. l. j. vbi dicitur quòd fructuum nomine continetur quod iuſtis ſumptibus deductis ſupereſt, nec poteſt aliquis caſus interuenire, qui hoc genus deductionis impediat. ff. fa. erciſ. l. fundus. ff. ſo. ma. fructus. Vnde fructus intelligitur deductis neceſſarijs impenſis. ff. de oper. ſer. l. fructus. Et hoc non ſolùm in bonæ fidei poſſeſſoribus naturalis ratio expoſtulat, verũ etiam in prædonibus, vt dicitur in d. §. fructus.

## Fugere.

1 *Fugere incarcerato num liceat. Et an effugiendo peccet? Et quid de auxilium ſuppetentibus?*

2 *Fugere incarceratus, an ſi poſsit, teneatur? Et quid de prælatis, an perſecutionem aufugere poſsit?*

FVGERE † incarcerato licet, ſi tenetur iniuſtè, vt cla- 1
rum eſt: ſi verò tenetur legitimè, diſtinguendũ eſt: quia ſi tenetur non propter mortẽ aut abciſsionem membri inferendam, ſed propter aliud, puta ad punitionem, vel huiuſmodi: ſic non licet. Facit quod no. gloſſ. in cap. ius gentium. diſtin. j. Si verò tenetur ad mortem vel abciſsionem membri, ſecundum dominum Anto. ſi peccatũ eſt manifeſtũ, peccat fugiẽdo vt in peccato perſeueret: ſi verò vt pœniteat nõ licet: tamẽ ſi fugit, non tenetur ſe reſtituere. Secus ſi occultũ: quia poteſt fugere. Et hoc ſequitur Sum. Ang. ſed melius indiſtinctè tenet Sum. Roſ. ꝙ fugere poteſt ſiue peccatũ ſit publicũ, ſiue occultum, etiam poſt ſententiã datam: quia ita ſentit S. Tho. vt patet ⁊. Accuſatio. §. xvj. vbi non habet contradictionem in fuga. & idẽ Alber. & Ray. & Aſten. & Pet. de An. poſt alios in clemen. paſtoralis. de re iudicata. Sed inde non licet fugere faciendo violentiam alicui: qui tunc haberet iniuſtũ bellum: nec ſimiliter ſecundum Henricum de Gandauo in quoli. licet effringẽdo carcerem: puta, ſi iudex damnatum in carcere dimittit ſine vinculis negligens carcerẽ firmare: abſque omni iniuria iudicis, qui nullũ ius hebet in ſubſtãtia corporis poteſt ſuum corpus abducere: quemadmodum ſi quis agrum ſuum ſepiat, nulli licet tranſire per illum rumpendo ſepem: ſi tamen ſepes non fuerit, licitũ erit tranſire per agrũ. Et, quod plus eſt, ſi præcipiat iudex ne carcerem exeat: tamẽ ſi non oportet quòd vincula aut carcerem dirũpat, vel cuicquam ſimile faciat, circa aliquid, in quo ius habeat, obedire non debet. Et idem dico de ſuffragantibus: quia licet modò faciat bono fine & ſine violẽtia alicuius, & ſcandalo alicuius, maximè cuſtodis. Eodem modo fugere licet, etiam poſt ſententiam datam ei, qui quæritur vt capiatur, non tamen cum violentia officialium volentium eũ capere: quia ipſi habent iuſtum bellum contra ipſum. iij. q. v. nõ putes. xj. q. iij. qui reſiſtit. & ſic eos impugnando mortaliter peccaret: & ſimiliter auxiliantes. ¶ Vtrũ † aũt fugere teneatur, qui põt:

2 ſ. Tho. videtur velle ꝙ ſic: eo quòd nõ fugere ſit ſe occidere. Sed dici põt quòd nõ tenetur fugere, licet poſsit: quia poteſt patienter ferre, vt de ſuis exceſsibus fiat ius: & ſic ſe occidere patiendo occiſionem, nõ eſt peccatũ: ſicut etiã nõ ſe occiderunt martyres, qui fugere aliqñ potuerũt. An verò poſsit prælatus fugere perſecutionẽ, vide ſuprà Epiſcopus. §. viij. par. ij.

## De Funere.

FVNVS quo ad ſumptus fieri debet ſecundũ dignitatem aut facultatem defuncti. l. ſi quis ſepulcrum. §. ſumptus. ff. de reli. & ſum. fu. & de ſuo expedit mortuũ funerari. Vnde mulier de dote quaſi de proprio patrimonio funeretur. l. in cũ. ff. de reli. & ſum. fu. & funeris impenſa ſemper ex hæreditate deducit: quę etiã omne creditũ ſolet pręcedere, cũ bona ſoluendo non ſunt. l. funeris. cum duabus leg. ſeq. ff. de reli. & ſum. fu. Quod limita de ſumptibus neceſſarijs & honeſtis, nõ de pompaticis: quia in cõſcientia nõ liceret ex eo, quod alijs debetur, pompaticè tumulare. De iſta materia infrà Hæreditas. iij. §. vj. & Sepultura. j. §. xiiij. & Reſtitutio. vj. §. v.

## De Furioſo.

FVRIOSVS nullo caſu ſe poteſt obligare. de reg. ſicut minor. quia non conſentit. Vnde nota quòd etiam benefaciendo non præſumitur ſanæ mentis. Ex quo infero quòd licet faciat teſtamentũ, quilibet mentis cõpos, nõ valet. & idem videtur ſi daret bona ſua pro anima. arg. de ſucc. ab inteſt. c. ſi. Nec quod facit imputatur illi ad culpam aut pœnam. arg. de. ſi furioſus. de homi. ff. ad leg. Pomp. de parri. l. penult. ff. de offi. præſi. l. diuus. primo reſponſo. Vnde pati poteſt iniuriam, ſed nõ facere. ff. de iniur. l. illud relatũ. quæ lex ponitur in c. illud. xv. q. j. Vnde etiam quod facit, perinde eſt ac ſi ſine facto pſonæ accidiſſet. ff. de adminiſtra. tut. l. vltima, in fine.

## De Furto.

1 *Furti definitio, & eiuſdem per ſingula verba explicatio, vſque ad numerum 3.*

2 *Domino inuito, quando res cõferri dicatur? Et ibidẽ limitatio.*

3 *Furtum ſicut variè conſiderari poteſt: ita & variè partiri. Et id aliquot axiomatis explicatur: ac de ſingulis partibus ac formis ſeorſum diſſeritur.*

4 *Furtum etiam in re modica, an mortale peccatum ſit?*

5 *Simonia in modico, an committatur? Et ibidem, quòd actio de dolo, non niſi ex re magna & calliditate datur. Et res magna quando dici debeat?*

6 *Surripere minima, qui ſe de domini voluntate credit, ac mox de domini voluntate contraria comperit, quid facere debeat, vt ab hoc excuſari poſsit?*

7 *Furti pœna quænam ſit? & contra quem furti actio competat. Et de primo vſque ad numerum 9.*

8 *Calices, patenas, & huiuſmodi ſacra, qui furatur, an ſit excommunicatus? Et fur qui ſuſpenditur, an ſepultura priuetur?*

9 *Furtum hic committens, an ab alio iudice, ad cuius diſtrictum pertranſit, puniri poſsit?*

10 *Furãs ex neceſsitate, an furtũ cõmittere dicatur, & mortaliter peccet? Et an quod hoc caſu ſubreptũ eſt, ſi ad pinguiorẽ fortunam ꝑuenerit qui furatus eſt, reſtituere teneatur? Et ſub hæc, tur ꝑ paupertas furtũ, nõ adulteriũ, fornicationem & hmõi excuſet? Et num homicidam defenſionis neceſsitas excuſare debeat?*

11 *Chriſtianos ab hoſtibus captos, qui furatur & liberat, num furtum committat, & mortaliter peccet? Et an Chriſtiano à Saraceno detento furari liceat? nume. ſeq.*

13 *Furtum facere num cenſendus ſit, qui pignore, re depoſita, aut*



*ad alium vſum commodata, vtatur?*

14 *Furari, vt inde eleemoſyna fiat, an licitum ſit?*

15 *Mulier virum ſui profundentem habens, an ſi contra eius prohibitionem de bonis eiuſdem celet, vt ſibi ac viro, cùm neceſſe fuerit prouidere queat, an furtum committat? Et quid de filiofamil. aduerſus parentum voluntatem bona ipſorũ ſurripiente?*

16 *Subripere rem meam apud alium exiſtentem, num propria poſsim authoritate? Et quid de eo, qui debitum à debente conſequi nequit, an poſsit ſibi de debitoris rebus furtim ſatisfacere? Et qui hoc facit, quot requirantur vt non peccet? numer. ſeq. Et an ad prælati præceptum ſub excommunicatiõis pœna, quòd ſic ſubtraxerit, reuelare teneatur. nume. 19.*

18 *Furtiuæ rei, aut raptæ, an contra dominum vſuſcapio procedere queat?*

20 *Fur ad reſtitutionẽ ablatorum, qualiter & ad quid teneatur?*

21 *Filiusfamiliàs, vxor, aut religioſus, an contra patris, mariti, aut ſuperioris voluntatem ſubreptum reſtituere queat?*

FVRTVM † propriè ſecundum S. Tho. ij. ij. q. lxvj. eſt acce 1
ptio rei alienę occulta. Sed ſumendo furtum vt etiam includit rapinam, latrocinium & prædam, eſt contrectatio rei alienæ fraudulosa inuito domino lucrifaciendi gratia, ſiue ipſius rei, ſiue vſus rei, ſiue poſſeſsionis. ff. eo. l. j. Et intellige, ſecũdum Ray. & alios Summiſtas, rei alienæ mobilis & corporalis. Notanter dicitur primò contrectatio: quia ſine ea nõ eſt furtum, etiam ſi voluntas interueniat aut verbum quo ad homines: vt in d. l. j. §. j. ſecus quo ad Deum. de pœ. diſt. j. vulgaris. & c. ſi propterea. xiiij. q. vlti. c. vlt. quia eſt contra illud præceptũ. Non concupiſces. Secundò dicitur, rei alienæ: quia in re propria non poteſt eſſe furtum, niſi alius haberet in ea ius aliquod: puta quia erat commodata vel impignorata, aut huiuſmodi. ff. eo. l. cùm æs pignori. & l. ſi is qui rem. la prima. & idem S. Tho. ij. ij. q. lxxj. quo ad Deum tamẽ committitur in re propria, quæ creditur aliena: & non committitur in re aliena, ſi probabiliter creditur propria. Inſti. vi bo. rap. §. quia tñ. Tertiò, mobilis & corporalis: quia in immobilibus, vt eſt ager: & in corporalibus, vt ſunt actiones & ſeruitutes: non cõmittitur furtum. ff. eo. l. verum. la prima. quia talia nequeunt attrectari. Quartò, fraudulosa: quia ſine animo furãdi: vt quia putauit rem eſſe ſuam: vel poſſe accipere ab eo qui habebat ibi ius, non cõmittit furtum, licet aliàs teneatur, ſcilicet quia perdit ius quod habebat in re: & ſi non habebat, cõdemnatur ad reſtitutionem rei, & inſuper ad æſtimationem illius, ex eo quòd voluit ius ſibi facere. Inſti. vi bo. rap. §. quia tamen. & §. ſeq. Quod Sum. Ang. dicit verum ſolùm iure fori, non poli, contra Supple. & malè: quia pœnam legalem quis ſoluere tenetur in conſcientia ſi condemnetur: vt infrà Pœna. §. xxv. Quintò, inuito dño: quia ſi credit dominũ permiſſurum, & ſubeſt iuſta cauſa credendi, nõ tenetur: ſecus ſi nõ ſubeſſet. ff. eo. l. ſi is qui rem. Et in dubio præſumitur dominus inuitus.
ff. eo. l. qui vas. §. vetare. ¶ Et † dicitur dominus inuitus, etiã ſi 2
videat rem auferri, quãuis nõ contradicat, ſcilicet ex timore vel verecũdia. ff. eo. l. pen. aliàs non cõtradicendo, cùm poſsit, videtur cõſentire: ar. c. error. diſ. lxxxiij. & c. cõſentire. Quod tamen fallit in caſu l. ſi quis ſeruo. C. de fur. vbi perſuadens ſeruo vt tollat rem à dño, & ſeruus tollit eam domino permittente, cui prius denũtiauit, tenetur furti & ſerui corrupti. Si autem putauit facere inuito dño, & tamen dominus vult: furtum quidem facit quantũ ad ſuã intentionem: ſed reſtituere nõ tenetur, nec dominus poteſt repetere obſtante ſibi ſua voluntate. ff. eo. l. inter omnes. §. pe. Sextò dicitur, lucrifaciendi gratia: qa ſi quis alienã rapuerit ancillã nõ cauſa lucri, ſed libidinis, furtum non committit. ff. eo. l. verum. la ij. aliàs in-

cipit,certum. Septimò dicitur ipſius rei vel vſus ſiue poſſeſſionis:quia non ſolùm committit furtum, qui rei dominium vult lucrari:ſed etiã qui vult in re ipſa lucrari vſum & poſſeſſionem.d.l.qui ſaccũ.ff.eo.l.qui inuenta. & tenet ad æſtima-
3 tionem ipſius vſus.¶†Primò verò quærit, quot ſunt ſpecies furti? Et dico tria.¶Primũ. Si ſpecies furti diuidant ſecundũ modum furãdi,ſunt duæ,licet innominatæ proprio nomine: prima eſt furtũ factũ clanculo ſine armis vel aggreſſura, & propriè noctu:ſecũda eſt furtũ factũ palàm quantũ ad dominum rei cũ armis vel aggreſſura,& propriè ad ſtratas. Vnde dicit Pan.in c.ij.de fur.quòd fur propriè dicitur,qui de nocte furat:ſed adde,ſine armis:vt in auth.ſed nouo iure.C.de fur. & ſer.cor.latro autem,inquit,qui de die.& facit l.j.ff.eod.qui dicit quòd fur dicitur à furuo,id eſt,nigro, eo quòd obſcurè & de nocte plerunq; furetur.Bar.verò in auth.ſed nouo iure. C.de ſer.fugi.dicit quòd fur dicitur qui furatur clam ſine aggreſſura:latro verò cum aggreſſura, ſiue cũ armis,ſiue ſine: vt in proxima authen.capiuntur tamen ſæpe æquiuocè:vt in c.tua.de homi.¶Secundum.Si verò diuidantur ſecundum aliqua accidentia furto,à doctoribus ſimiliter ponuntur duæ. Nam quoddam furtum eſt manifeſtum,illud ſcilicet cũ quo fur deprehenditur:adde vel etiam latro prius quàm veniat ad locum deſtinatũ.Aliud non manifeſtũ,cum quo ſcilicet non deprehenditur.ff.eo.l.ij.& iij. ¶Tertium.Si verò diuidantur ſecundum res furatas,quędã furta retinent nomen generale, vt dicantur furta ſolũ:quædã verò habent ſpeciale, & dicuntur ſpecies furti.Et ſunt quatuor:prima,ſcilicet ſacrilegium, quod eſt furtum rei ſacrę de quo infrà ſuo loco.Secunda,peculatus,quod eſt furtũ de re publica.xxiij.q.iiij.quid ergo.nõ autem eſt de re religioſa vel publica, vt contra omnes tenet Sum.Ang.q̃a hæc ſpecies incideret cũ priori. Tertia eſt abigeatus,id eſt,furtũ de grege ad hoc diſperſo. ff.de abig.l.j.§.j.Quarta eſt plagiatus,id eſt,furtũ hominis liberi vẽditi ſcienter,vel empti.ff.de plagi.l.j.& adde vel donati aut dati in dotem,aut permutati,ſecundũ Bart.in l.nõ ſtatim.ff.ad leg.Fauiã,de plag.per l.ſi libertũ.eo.tit.vel etiã ſi quis alienũ ſeruũ ſolicitauerit vel aſportauerit,id eſt,ad alienã religionem furtiuè duxerit.C.de plag.l.j.Nõ tamen tenentur d.l.Fauia.Cardinales & dñi donãtes ſibi cantorem aut ſeruitorem,ſecundũ Bar.ibi:quia non donant eos quaſi libertate priuantes:ſed vt
4 apud alium ſicut apud ſe ſint liberi & ſpontanei. ¶†Secundò quęritur,vtrum furtũ ſit peccatũ mortale,etiã in re modica? Et dico furtũ eſſe mortale ex ſuo genere:tum quia eſt cõtra iuſtitiam:& omne tale eſt mortale ſcd̃m S.Tho.ij.ij.q.lix.tamen quia eſt cõtra diuinũ præceptũ.Exo.xx. vbi prohibetur non ſolũ furtũ propriè eo modo quo diffinitũ eſt: ſed etiã omnis illicita vſurpatio alienæ rei.xiiij.q.v.pœnale.xxxij.q.iiij. meretrices.etiã quantũcunq; modica:vt xiiij.q.iiij.c.vj.& Inſti.de re.di.§.gallinarum.vbi dicit gl.etiã in ouo.quod quantum ad peccatũ mortale,ſcilicet vt ſit in furto rei modicæ,limita,ſi adſit volũtas ſubtrahendi maiora ſi poſſet: vel q̃n ex ablatione paruæ rei,dñs intelligitur grauari,quia ſcilicet parua res eſt illi multũ chara:vt patet ex S.Tho.ij.ij.q.lxvj.Aliàs ſubripere minima non erit mortale,vt ibi dicit.& facit c.& ſi
5 quæſtiones.de ſimo.vbi†non cõmittitur ſimonia in modico. l.& eleganter.§.vlt.ff.de dolo.vbi nõ debet actio dari de dolo,niſi ex re magna,& euidenti calliditate.& gl.in verbo,magna,dicit,id eſt,vltra duos aureos. quod limita verum circa magnum dominum.aliàs videtur ſtandum arbitrio boni viri: quia pauperi obolus aliquando eſt quid maius, quàm aureus
6 diuiti:quia inde panem emit vnde viuit.Qui† autem minima credidit ſe domini voluntate ſubripere, & deinde comperit de voluntate contraria,reſtituat quod accepit,& penitus excuſatur:aliàs non,vt in c.peccatum.de reg.iur.lib.vj.¶†Tertiò quæritur quæ ſit pœna furti? Et dico multa. ¶Primum. Actio furti datur contra quencunq; furem, ſecundum Hoſt. etiam ſi ſit impubes,modò ſit doli capax.ff.eo.l.impuberem. & contra eum qui dedit opem vel conſilium.l.is qui rem pignori.§ ſi tu.ff.eo.Quod fallit in patre contra filium & contra:& in vxore contra maritum & econtra,conſtante matrimonio.ſed datur eis actio in factum,ſeu rerum amotarum.l. ſi quis vxori.ff.eo.& l.fi.C.eo.Sed intellige,ſi furtum ſit leuatum.Intellige etiam de filio habente peculiũ caſtrenſe:alias non eſſet iudicium inter illũ & patrem.ff.eo.l.nec cum filio. ¶Secundum.†Qui furatur calices,patenas,& huiuſmodi ſacra non eſt excommunicatus, ſecundum Pan. in c.ex literis. eo.tit.niſi cum furto ſimul fregerit oſtia eccleſiæ, vel armaria,aut feneſtras,vel huiuſmodi.facit cap.conqueſtus.de foro compe.&.c.conqueſti.de ſent.exc.& quod ibi no.¶Tertium. Fur,qui ſuſpenditur,non priuatur ſepultura: ſed ſepeliendus eſt in cœmeterio,ſecundum Pan.c.ij.eo.tit.& omnes alij qui propter ſua delicta vita priuantur,& eis omnia alia ſacramenta miniſtranda ſunt ſi pœniteat:vt eſt tex.in c.ſi.xiij.q.ij.nec valet conſuetudo contraria:cle.j.de pœ.& remi.Gloſ.tamen in d.c.ſi.dicit verum de ſepultura,modò fiat authoritate principis.alleg.ff.de cada.pu.l.j.& bene:cle.autem reprobans conſuetudinem contrariam loquitur ſolùm de ſacramentis.
¶Quartum.Si de furto agatur criminaliter,id eſt,ad pœnam corporalem:pœna eſt fuſtigatio,vel exitium, vel aliud arbitrio iudicis:non tamen occiſio,vel mutilatio. C.de ſeruis fugiti.auth.ſed nouo iure.quòd verum eſt,ſi eſt ſimplex furtum: ſecus ſi cum armis aut violenter aggreditur in domibus vel in itinere aut mari:vel ſi palàm ſubripit:quia tunc ſuſpenditur. l.capitalium.§.graſſatores.& §.famoſos.ff.de pœ.ſecundum Raynerium tamen neceſsitas pacis communis, & frequens incorrigibilitas malitię hominum huiuſmodi rationabilem facit conſuetudinem,qua ſuſpendantur omnes latrones quantumcunque ſimplices.Si verò agatur ciuiliter:tunc ſi eſt manifeſtum,pœna quadrupli.ſi verò non eſt manifeſtum:pœna dupli punitur.Inſtitutio.de obligationib.quæ ex delicto naſcuntur.§.pœna.& §.ſi.quæ pœna etiam poſt annum peti poteſt, & in perpetuum.Inſtit.de perpetuis & temporalib. actionib. §.furti.Et licet quis primò egerit criminaliter:poteſt iterum agere ciuiliter,& econuerſo.C.quando ciuilis actio præiudicet criminali.l.vnica.& l.finali.ff. eodem titulo. An autem hæc pœna in conſcientia ſit ſoluenda,dic quòd non ante condemnationem,vt infrà Lex.§.ix.item,Pœna.§.xxv.
¶†Quartò, vtrum committens furtum hic puniri poſsit per iudicem alterius territorij,ad quod tranſiuit cum re furtiua? Et dicit Panor.in cap.j.de rap.communem opinionem fuiſſe vſque ad tempora Bar.quòd non: quia ex aſsidua contrectatione non oritur noua actio furti. Sed ipſe Bart.in l.ſi dominium.tenet contrarium: quia ſicut ex interuentu nouæ perſonæ oritur noua actio furti:vt in d.l.ſi dominium.ita ex contrectatione noua facta in nouo territorio: per quam opinionem homines plurimi ſunt ſuſpenſi. Moderniores autem adhuc dicunt quod ipſa de ſtricto iure non procedit: licet eam Franciſcus de Aretio ſit ſecutus, & non Accurſius. hæc Panormitanus. Quem etiam vide in capite j.de pœnis. Et de mente Bartoli in l.ſi cui.ff.de accuſationibus.quòd ſi quis commiſit plura delicta in vno territorio, & in hoc aliud vel aliud reiterauerit: non poteſt in hoc territorio puniri pro delictis alibi commiſsis, niſi alia ratione hic forum ſortiatur:ſed bene poteſt aggrauari pœna ex illis: ſicut fur hic delinquens habito reſpectu ad priora furta diceretur famoſus latro:& hic vt famoſus ſuſpendi poſſet.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.licet directè hic puniri nequeat pro delictis alibi commiſsis.
10 ¶Quintò † quæritur,vtrũ furtũ cõmittat & mortaliter peccet qui ex neceſsitate furatur? Et dico multa.¶Primũ.Secundum Dir.lib.iij.ſi neceſsitas famis aut nuditatis ſit nimia,nõ cõmittit furtũ,nec peccat,nec pœnitẽtia imponitur.de pœn. di.v.diſcipulos.quia in tanto periculo reduci debet ad ius naturale,quod vult omnia eſſe cõmunia. & intelligitur nimia, id eſt,extrema,ſecundum Panor. in cap. quoniam. de ſimo. & Ray.& San.Tho.in ij.q.lxvj.qui addit quòd poteſt quis eo caſu occultè ſubtrahere pro ſe & alio:quia omnia ſunt communia.Si autem neceſsitas ſit modica,ſecundũ Dir.nõ excuſatur,ſcilicet à toto,& ſi à tãto,ſed tenetur reſtituere,vel tribus hebdomadibus ieiunare:extra eo.ſi quis.& intellige modica,id eſt,nõ extrema,licet ſit magna,ſecundũ Panor.vbi ſ. Vnde d.c.ſi quis per neceſsitatem. quod ſcilicet reſtitutionẽ vel ieiuniũ imponit,non intelligitur in extrema neceſsitate, ſecundũ San.Tho.Ray.& Inn.& gloſ.nec etiam intelligitur in parua neceſsitate ſimpliciter:quia pro tali nõ permitteretur illa diſiunctiua,ſcilicet quòd ieiunet, aut reſtituat: aliàs nullus cogeretur mẽdicare:ſed intelligitur pro magna ſimpliciter arbitrio boni viri,licet ſit parua reſpectu extremæ. ¶Secundum.Sed quanuis nõ ſit in neceſsitate extrema,excuſari tamẽ poteſt à toto furtiuè ſubripiẽdo,quãdo ſcilicet ille caſi bũdat,& iſte ſic neceſsitatur,quòd de pręcepto ſibi ſubuenire tenetur.quod quando ſit,vide ſuprà Eleemoſyna.
¶Tertium.licet Sup.cum Panor.vt illi imponitur à Roſ.teneat quòd his,qui in extrema neceſsitate furatur, reſtituere teneatur ſi venerit ad pinguiorẽ fortunam; habito tamẽ reſpectu ne egeat:nihilo minus verius ſenſit Sũma Ang.& Ro. cum Dir.quòd non tenetur,maximè ſi res ſit conſumpta:per no.in c.ſuggeſtum.de deci.vbi dicitur quòd res habẽs ſuam perfectionem,nec continens actum ſucceſsiuum,nõ reuocatur,licet poſtea ceſſet cauſa talis rei.Et ſic in propoſito licet ceſſet cauſa furandi in præſentia fortunę pinguioris: tamen quia ſemel huic iure naturali acquiſitum eſt ius perfectum in re capta,reſtituere nõ tenetur.& cõſentit Scot.in iiij.& eſt opinio communis.Similiter non tenetur reſtituere,qui furatur in neceſsitate nõ extrema,ſed magna,vbi alius tenebatur ſubuenire eadem ratione:ſi verò nõ tenebatur,tenetur reſtituere non ſimpliciter,ſed ſub diſiũctione,id eſt,reſtituere vel ieiunare,vt ſuprà Limita tamen iſta,niſi is,cui ſublatũ eſt,eſſet in neceſsitate æquali:quia auferre non licet,& ablatũ obnoxium eſt reſtitutioni: quia in pari cauſa potior debet eſſe cõditio poſsidentis.ff.de condi.ob tur.cau.l. ſi ob turpem.§. porrò.¶Quartũ.Quare paupertas excuſet furtũ,& nõ adulterium, vel fornicationem,& huiuſmodi. Panor.in d.c.quoniam.de ſimo.videtur dicere quòd ſic:quia illa ſunt mala de ſe,& non furtũ:ſed excuſatur ex cauſa.& hoc ſequitur Sum. Ang.& malè:quia furtum eſt contra legem naturalẽ,& prohibitum quia malum,nõ malum quia prohibitum. Vnde dico hoc ideo eſſe quia eo caſu furtum nõ eſt furtum:ſed occulta ſublatio rei propriæ:quod Dir.intendebat dicens hoc ideo eſſe,quia eo caſu omnia ſunt cõmunia.Qui etiam dicit quòd ideo excuſatur homicida propter neceſsitatem defenſionis: vt in cle.ſi furioſus.de homi.& non mulier, quæ fornicatur, licet ex eadẽ cauſa,ne occidatur:quia inuaſus,niſi ſe defenderet quodam modo ſe occideret:mulier autẽ improba non ſe defendit,ſed impugnat:vt patet in ca. Iordane. de eo qui cog.cõſ vxo.Vnde cũ volũtariè peccet,non excuſatur.Vel dic ideo eſſe,quia eo caſu homicidium non eſt homicidiũ,id eſt, iniuſta occiſio quia plus tenetur quiſque vitã ſuã tueri,quàm alienam cęteris paribus: fornicatio autem illa verè eſt fornicatio.¶Sextò†quęritur,vtrum furtum committat & pecc-

cet,qui Chriſtianos ab infidelibus captos furatur & liberat? Et dicunt Ho.& Ray.q̃ ſi eſt tempus guerræ in nullo tenetur.xxiij.q.ij.dominus.& q.viij.vt pridem.Si verò eſt tempus treugæ,tenetur ipſi pagano reſtituere,non hominẽ, propter periculũ animæ,ſed ęſtimationẽ.xxiij.q.j.noli.licet ſecũdum Ray.ſubripiẽdo hominẽ recta intentione,nõ peccauerit. Si tamen captiuũ pagani ad circunciſionem vel idololatriã aut aliud mortale cõpulerunt,ille factus eſt liber penitus: & ſic qui furatur illũ,meretur.ar.di.liiij.nulla.Alij verò,vt Sup.& Sum.Ang.ac Roſ. indiſtinctè tenẽt q̃ furando hominẽ non peccat,nec tenetur ad reſtitutionem etiã æſtimationis: quia Chriſtianus à pagano captiuus teneri non poteſt niſi iniuſtè: vt in rubri.C.ne Chriſtianum mancipium hæreticus vel paganus vel Iudæus habeat vel poſsideat:vt in l.vna.ibi poſita, & diſt.liiij.mancipia.Et hoc quidẽ regulariter eſt verum:ſed nõ ſemper:q̃a cum hoſtibus fides ſeruanda ſit,vt ſuprà,dictũ eſt,qui treugam frangit, iuſtè capitur, & conſequẽter iuſtè tenetur:vnde melius cum prioribus diſtinguitur.Et idẽ dicẽdum eſt de eo qui liberat iniuſtè detẽtũ à Chriſtiano.De alijs autem ablatis à paganis tẽpore treugæ,tenetur.xxiij.q.j.noli.Secus ſi eſſet indictum bellum contra eos:quia liceret.xx-
iij.q.ij.dominus¶Septimò,†vtrum Chriſtiano detento à Saraceno liceat furari?Et dicit Hoſ.q̃ ſi iſte Chriſtianus erat in culpa frangẽdo treugã,& fuit captus, nec ei neceſsitatis periculum imminet, illi furari non licet:ſed tenetur reſtituere: quia iuſtè detinebatur.quod etiã ſequitur Summa Ro.& conſequẽter ſibi in §.priori repugnat:& ſimiliter Supple.Si verò iniuſtè detinebatur: vt quia tempore belli captus eſt, vel ſi neceſsitas immineat:reſtituere non tenetur. 12
¶Octauò† quæritur,vtrum ſit furtum vti pignore vel vti re depoſita aut commodata ad alium vſum?Et dico quòd ſic,vt patet ex dictis ſuprà Depoſitum & Cõmodatum.& ex dicẽdis infrà Pignus. ¶Nonò † quæritur, vtrum liceat furari vt inde fiat Eleemoſyna? Et dico quòd non.xiiij.q.v.fortè aliquis.imò tenetur reſtituere qui hoc fecit:& ſi eſſet vſurarius cui furatur,tamen non licet niſi pro exiſtente in neceſsitate, vt dictum eſt §.v.vel niſi furetur vt reſtituat domino:quia talis ſecundum Hoſt.videtur excuſatus.ar.ff. depo. bona fides. quia etiam vtiliter gerit negotiũ furis: & conſequenter cogitur ratum habere.ff.de neg.geſ.l.ſed an vltro. 13 14
¶Decimò †quæritur,vtrum vxor,quæ habens virum prodigum, contra eius prohibitionem celat de bonis eius, vt ſibi & viro prouideat tempore oportuno,furtum committat? Et dicit Rod.quòd non:nec tenetur obedire viro præcipienti omnia ſibi tradi:quia ſic etiam datur gladium furioſo. 15
¶Vndecimò quęritur,vtrum furtum committat filiusfamiliàs aliquid ſurripiens de bonis parentum contra eorum voluntatem?Et dico quòd ſic ſecundum Arch.& ſi eſt quid notabile, eſt peccatum mortale:& ſi cohæredes habet,videtur obligari illis poſt mortem parentum pro rata,ſi quantitas eſt notabilis,niſi parentes ipſi,quorum intereſt,de hoc aduertant ac diſsimulent & tolerent: vel niſi ſuper his remiſsionem obtinuiſſent à parẽtibus.Et multò magis hæc vera ſunt de emancipato.
¶Duodecimò†quæritur,vtrũ liceat mihi rem meam apud aliũ detentã propria authoritate ſubripere? Et diſtinguo ſecundũ S.Tho.ij.ij.q.lxvj.c.iij.Nam ſi tenet iuſtè, vt quia depoſita eſt,nõ licet quia grauat depoſitariũ ad reſtituẽdũ aut oſtendendũ ſe innoxiũ.ff.depo.l.depoſitũ.& l.ſi hominẽ. Et idem intellige ſi eſt cõmodata:quia is cui eſt cõmodata tenetur de re amiſſa.ff.cõmo.l.rem mihi. & idem de pignore.ff. de furt.l.eum qui.& l.creditoribus.§.ibidem ſcribit.Vnde ad 16

releuandum iſtos,teneris. In conſcientia tamen ſi prædictis nullum damnum poteſt euenire,eſt licitum,ſecūdum Vldri. & Hoſ.alle.l.bona fides.§.j.ff.depo.Si verò detinetur iniuſtè, tunc accipiendo eam,aut ſecundum Arch.aliquid ęquiualens peccas miniſtrando tibi iuſtitiam,ſecundum San.Tho.cōtra l.j.C.ne quis in prop.cau.non tamen teneris reſtituere,ſecundum San.Tho.Aliquando tamē hoc fit ſine peccato concur-
17 rentibus his,de quibus §.ſequenti. ¶Decimotertiò † quæritur,vtrum is,qui debitum ſibi habere non poteſt, poſsit ſibi furtiuè ſatisfacere de rebus debitoris:puta famulus de rebus domini,& ſic de alijs?Et dico ſecūdū Rich.in iiij.diſ.xv.quòd licet tales peccent in modo accipiendi,tamen reſtituere non tenentur.Ad hoc quoque quòd non peccent, ſecundum doc. multa requiruntur,quæ videntur reduci ad iſta ſex.Primò,ꝙ quis non ſit dubius an debeat habere vel non,ſed ſuū creditū ſibi ſit liquidum:quia actori probatio incūbit, aliàs exponeret ſe periculo furti.xj.q.j.indecēs eſt& ſatis abominabile dedecus vt in re dubia certa detur ſentētia.Secundò, quòd non poſsit ſuum habere in iudicio, quod ſecundum Aureo. tunc eſt,quando non habet qui velit teſtificari,aut iudicis præſentiam:& ſecundum Arch.quando non ſperat probabiliter iuſtitiam.Adde quādo res eſt modica,& expēſæ iudiciales multæ.Tertiò,quòd non ſit veriſimile ſequi ſcādalum aut grauamē alijs:quia nemo debet cū alterius iactura locupletari: de reg.iur.lib.vj.Quartò,quòd non immineat illi periculum famæ ex hoc,quòd res probabiliter vētura ſit ad lucem,quia qui fidēs cōſcientię famam ſuam negligit,nimis crudelis eſt. xij.q.j.nolo.Quintò,quòd non immineat periculum ꝓpriæ perſonæ:quia hoc eſſet tētare Deū,ar.xxij.q.ij.quæritur. Sextò quòd cōſcientia ſit ſtabilita:ſic quòd nec aliquid fiat cōtra eam : nec putet quis ſe venturum in tentationem peccati mortalis,paratus ſcilicet periurare ſi interrogaretur.ar.xxij. q.v.& periurare.Peccat ergo cōtra prædicta ſibi ius faciens; ſed ſatisfacere nō tenet̃,niſi plus debito accepiſſet,vel niſi nō reſtituēdo immineret aliquid de prædictis malis,cui obuiaretur reſtituēdo:quia eo caſu teneretur.ar.c.cùm ex iniūcto. de no.ope.nuntia.§.ſuper eo.

18 ¶Decimoquartò † quæritur , vtrum poſsit vſucapere in re furtiua aut rapta contra dominum rei?Et dico quòd nō,tam quo ad furē quàm quo ad eius hæredes,& eum qui emit etiā bona fide,& quencunque qui quocunque titulo habuerit.Inſtit.de vſucap.§.quod autem dictum eſt.de quo tamen dic vt infrà Præſcriptio.§.xiij.

19 ¶Decimoquintò † quæritur,vtrum tales qui ſibi ſatisfecerūt accipiendo de rebus debitoris,teneātur dictas res manifeſtare,ſi prælatus præcipiat hoc ſub pœna excōmunicationis?Et dicit Summa Ang.ꝙ non,quia ex quo licitè poteſt tale quid in recompenſatione retinere,iam effectū eſt ſuum, nec amplius eſt alterius. Et ſi diceretur in ſentētia: qui animo recōpenſandi vel qualitercunq; &c.adhuc non tenetur:quia tunc expreſsè continet intolerabilem errorem: & ſimiliter nō tenetur reuelare qui ſcit talem tenere animo recōpenſandi certus de debito quod talis debet habere.Secus ſi nō ſit certus,licet ipſe hoc dicat:quia aliter multę fraudes fieri poſſent.hæc ille.Sed contra iſta arguit Sum.Roſ.tum quia iſta ſunt contra ſtylum curiæ & auditorum in curia Romana:quia huiuſmodi literas emanaſſe à curia prędicta vidimus ſæpe.Nec dicendum quòd in hoc curia erret:tum quia prælati hoc rationabiliſsimè facere poſſunt:quia multi ſui amore cęcati credūt ſe creditores,cū debeāt alijs.Vnde iuſtè talē clauſulā apponūt:quia in pluribus tales decipiūtur. Et ſi dicatur,inquit, quòd creditum eſt certum licet probari non poſsit,& ſi reueler,coget̃ reſtituere:nihilo minus licitè fit talis ſentētia:quia leges adaptantur ad ea,quæ in pluribus accidunt.ff.de legi.l.nā ad ea.Ad quod facit quod no.Richar.in ſimili.iiij.diſt.iiij. quòd iam iuſtificati,vt beata virgo,& Ioānes Baptiſta tenetur ad baptiſmum:quia quāuis lex ſtatuatur propter ea quæ accidunt in pluribus:ſi tamē generaliter data eſt,ligat omnes etiam non habentes illud,propter quod data eſt.Ego autem dico quòd vterque iſtorū deficit in aliquo.& diſtinguo, quia ſi literæ comminatoriæ ſunt generales:vt cùm dicitur qui aliqui tenent de rebus Petri cōtra Deum & cōſcientiā & huiuſmodi:nec reſtituere nec reuelare tenetur qui ſibi recōpenſauit:quia nō tenet cōtra conſcientiam . Si autem loquuntur ſpecialiter facientes mētionem etiam de recōpenſatione: aut loquūntur de reuelatione,& ſic ligāt:quia non continet intolerabilem errorem,cū hoc nec iniuſtum nec illicitum ſit,niſi quando certum eſt vel probabile quòd reuelans cogetur reſtituere:quia idē eſt ac ſi loquerentur de reſtitutione.quo caſu intelligēdę ſunt quādo recompenſatio fuit illicita,vt quia nimia,vel quia dubium creditum ſuum poſuit quis cōtra certam acceptionem alienæ rei,vel huiuſmodi:quo caſu ſentētia ligat.Si autē cōſtet,iudicē intelligere etiam in caſu licitæ recompenſationis:continet intolerabilē errorē. Nec obſtat quod Roſella adducit de legibus:qa licet ex his quæ frequēter & in pluribus accidūt generaliter & quo ad oēs ſtatuantur, non tamen ligant in caſu,in quo ſeruatæ præiudicāt cōmuni bono:vt j.ij.q.xcvj.art.vj.& talis caſus eſt quādo ſeruādo ea fit contra iuſtitiā,vt in propoſito. Et idem dico de omnibus qui ſciunt tale factū:quia non tenentur,niſi eo modo,quo & illi qui ſunt in cauſa.De hoc etiā vide s̃. Excōmunicatio ij.§. iiij.dubio viij.

20 ¶Decimoſextò † quæritur qualiter fur teneatur reſtitutionem? Et dico ſecundū S.Tho.ij.ij.q.lxij.ꝙ tenetur reſtituere rem furtiuam quàm citius poteſt:niſi obſtet compenſatio,de qua s̃.§.xiij. & fructus rei non ſolùm perceptos à ſe,ſed etiā percipiēdos à vero domino, ſeu quos verus dominus percepiſſet.de reſti.ſpo.grauis.& l.in re furtiua.§.ſi ex cauſa.ff.de cōdi.fur.nec poteſt retinere expenſas in tali re factas,niſi,vt dictum eſt s̃.Expenſæ.§.iiij. & ſi res pereat aut alienetur,nō liberatur à reſtitutione:quia fur , ſicut & quilibet malę fidei poſſeſſor,ſemꝑ eſt in mora.Vñ & ſi deterioratur,tenetur ad æſtimationē,in qua melius valuiſſet apud dominum à tempore poſtquam eam ſurripuit.Facit d.c.grauis. & quod ibi notatur in gl.in d.l.in re furtiua.& in l.naum.§.generaliter.ff.de rei ven.Imò tenetur reſtituere cū omni melioramēto etiam facto per furem:puta ſi ex argento furtiuo fecit pocula.ff.de condi.fur.l.ex argento.& idem ſi ſuis ſumptibus creuit ſeruus furtiuus:vt in d.l.ex argēto.& hoc in foro cauſarum,quia in conſcientia ſufficit reſtituere omne intereſſe,niſi cōdēnetur:vel res ſic meliorata legitimè venerit ad manus domini:quia tunc non poteſt ſumptus petere à domino:quia dolo facit qui petit qđ neceſſe habet reſtituere. de reg.iur.li.vj. Vnde videtur eas dominus poſſe retinere.De his j̃.Reſtitutio.iij.§.vj.& viij.Excipitur caſus,quādo tem loco & tēpore domino obtulit,& ipſe recuſauit accipere:quia purgauit moram.d. l.in re furtiua.nec tenetur,ſi periit, aut deteriorata deinde fuit.C.de condi.fur.l.vltima.

¶Decimoſeptimò † quæritur,vtrum filiusfamilias, vel vxor, aut religioſus,poſsit contra voluntatem patris,mariti,aut ſuperioris,reſtituere id quod ſubripuit?Et dico quòd ſi res extat apud eos,tenentur reſtituere. C.de fur.l.in ciuilem.quod intellige niſi periculū in reſtituēdo alicui immineat. Si vero non extat,ſed eſt alienata vel conſumpta:tunc ſi res vel pretium eſt in vtilitatem ſuperioris cōuerſum,poteſt bona fide do de bonis eius reſtituere,etiam illo contradicente.Et dicitur in eius vtilitatem verſum, ſi ſe veſtiuit , aut calceauit ſe ſtiſ,aut huiuſmodi.Si verò expendit inutiliter,puta in vanitatibus,& huiuſmodi,nō poteſt contra voluntatē ſuperioris reſtituere, niſi habeat vltra dotem, aut peculium caſtrenſe vel quaſi.concord.Mon.Si autem ipſe pater,vel maritus furatus eſt filius,& vxor poterit reſtituere,ſi res eſt in eius poteſtate. d.l.in ciuilem.non autem ſi eſt in poteſtate patris vel mariti. Si tamen hoc facerēt bona fide,nō peccarēt mortaliter,quia non cōmittunt furtū,cùm attrectatio non ſit frauduloſa,nec cauſa lucrandi.concord.Rod.& Ioā.xiiij.q.v.cap.vlti.Vtrum emens rē furtiuā, reſtituere teneatur, infrà Reſtitutio.iij.§. vij. Vtrū fur occidi poſsit à priuato.infrà,Homicidiū.j.§. iiij.



## De Gabellis & omnibus publicis exactionibus primò in genere quantum ad quid eſt.

1 *Gabella genericum nomen eſt,& quæ ſub ſe continere dicatur?*
2 *Penſio à verbo pendo dicta , quid importet? ac quotuplex ſit? Item quid cenſus,ac tributum? Et an tributum in publicum ac priuatum partiri queat?*
3 *Vectigal à vehendo dictū,quid à tributo diſtet? Et an eadem ſint theloneū, gabella,duana,ſalinarium,datium, pedagium, guidagium.& huiuſmodi?*
4 *Talliam,præſtantiam,impoſitionem,ac collectam eadem eſſe. Et quid ſint? Et quotupliciter indici ac imponi queant?*
5 *Angaria & perangaria quid ſint,& in quibus cōſiſtere cenſeantur?*
6 *Munus tripliciter accipitur, & in acceptione tertia triplicis eſt generis.Et quæ hic & ſuperius dicta ſunt,in quo differant, ac conueniant? num.ſeq.*

1 GABELLA † primò in genere exactionem publicam importat cum multis alijs, quę ſunt penſio,cenſus,tributū,pedagium guidagium,vectigal, tallia, collecta,præſtātia,angaria,perangaria,munus,& ſi qua ſunt talia, de quorū conueniētia,& natura

2 hic agendū eſt. ¶ † Primò igitur pēſio à pēdo, qđ eſt pōdero, vel ſoluo:ſiue à penſo verbo frequētatiuo,qđ eſt, frequenter pendo:videtur importare,ſecundū grāmaticos,quandā ſolutionem,vel æqualitatē,quam pōdus oſtēdit,ſcilicet pretij ad vſum rei pro qua ſoluitur:vnde eſt penſio pretiū vſus rei locabilis:& eſt duplex,ſcilicet priuata,quæ priuato:& publica, quæ principi vel cōmunitati ſoluitur.Inde penſitatio,quę ſecundū Azo.in Sum.eſt ſolutio pēſionis. ¶ Secūdò. Cenſus autem eſt quædā pēſio,quæ de prouētibus ſoluitur.j.q.iij.quæſitū.ſiue eſt qđ annuatim ſoluit̃ in quātitate vel ſumma.ff.de cenſi.l.ætatē. & eſt duplex, ſicut & pēſio, ſcilicet publicus & priuatus. ¶ Tertiò. Tributū verò eſt cenſus, qui præſtatur de proprio ſolo principi vel cōmunitati:dictū,quia militibus publicæ expeditioni vacātibus tribuebat̃ : vnde & ſtipēdium dicitur:vt ff.de verborū ſignific.l.ager.ff.de pub.& vectig.l.j. §.hic titulus ſuper verbo,impendant.in glo.Vnde tributum per priuatum & publicum non diuiditur.Igitur tributum & publica penſio ac publicus cēſus idem ſunt:vt C.in quib.cau. pig.contra.l.j.& C.ſi propter pen.pu.l.ſi accipit̃.

3 ¶ † Quartò. Vectigal autem à vehēdo dictum,ſecundum aliquos, in hoc differt à tributo:quia vehitur ad principem:tributum autem datur exactoribus eius.Sed melius dicitur vectigal ſecūdum communē interpretationē . quod pro rebus vectis ſoluitur. Vnde eſt ſecundum Archi.idē quod guidagium,quod ſecundum Ber.in gl.c.ſuper quibuſdam.de verb.ſignificat.eſt illud quod datur pro ducatu per terrā alicuius, vt ſecurius vadant. & hoc etiam ſecūdum Arch.dicitur theloneum,à telos Gręcè,quod Latinè eſt vectigal,& alicubi vulgariter gabella vel duana:quorum vocabulorū vulgariū rationem aſsigare non eſt facile. Igitur vectigal, guidagium, & gabella, ac duana ſunt idem:& quodlibet horū videtur pretiū quoddā exactum pro rebus in aliqua terra mutatis,dum ſcilicet illuc deferuntur,aut inde auferuntur,aut ibi vendūtur,quod pretium ſpecialiter dicitur ſalinariū,ſi pro ſale datur, ſecundū Ber.Quibus omnibus adde quòd etiam datiū videtur idē ſignificare cum prædictis,nō autem pedagium,ſed aliud eſt à prędictis: & ſimiliter tranſitus,qui eſt idem pedagio,& eſt pretiū quod ſoluitur à tranſeūtibus in locis cōſtitutis à principe,ſecūdum Doct.Vnde propriè pedagiū videt̃ ſolui pro fabrica aut conſeruatione pontiū,aut nauium,ad transfretandum,vel etiam aptatione viarum. ¶ † Quintò. Tallia verò,prę́ſtātia,impoſi- 4
tio,& collecta,ſunt idem:& duo prima ſunt vocabularia,de quorum ratione non multū curādum eſt:ſed quantū ad rem quodlibet horum eſt ſumma, quam princeps vel cōmunitas exigit à ſubditis proportionaliter ad totā ſubſtātiam cuiuſq;: quod cōmuniter tripliciter fit.Primò,vt deputati ad hoc imponant vnicuiq; ſecundū quod reperiunt eum habere in ſubſtātia & lucris poſt debitā inueſtigationē: puta ad rationem vnius libræ pro cētenario eorū quę habent.Secūdò ita quòd imponant vnicuiq; nō ſolùm ſecūdum quantitatē bonorum repertam:ſed etiā ſecūdum quod credūt habere illos,quibus imponunt:ita quòd ſimpliciter cōmittitur cōſcientiæ & iudicio imponentium,cū intentione tamen,vt videtur quod iuſtè imponāt.Tertiò fit ſic: Deputatis ad imponendū aſsignatur certa ſumma, puta mille florenorum auri hominibus vnius contratæ vel partis ciuitatis imponēda pro rata facultatum, ponēdo in eorū arbitrio quātitatē ſingulis taxandā, eo quòd facile non ſit facultates ſcire:quorū quilibet facit ſeorſum & ſecretè ſcripturā ſuā taxatione cōtinentem ſecundū ſuā conſcientiā: & deinde coniectis omnibus ſcripturis extremis, id eſt,cōtinentibus maiorē & minorē quantitatem,accipiuntur tantùm tres cōtinentes ſummas medias totius quantitatis,& tertia pars totius ſummæ contētæ ab illis tribus imponitur ciui.verbi gratia,ſi vna continebat vnum florenū, alia duos, alia tres,quæ ſimul faciūt ſex:duo,quæ ſunt tertia pars ſenarij,imponūtur ciui. ¶ † Sextò. Angaria verò & perangaria,ſe- 5
cundū omnes,eſt iniuſta cōpulſio ſiue coactio:ab ango,quod eſt affligo & excrucio: & , ſecundū aliquos, angaria eſt onus merè pſonale,cuiuſmodi eſt omne quod pōt laborare corporali expleri ſine rerū detrimento:vt l.munerum.la ij.ff.de mu.& hon.Perangaria verò in quibuſcūq; cōſiſtit:vt vult gl. in l.neminē.C.de ſac.ſanct.eccl.quia dictio,per,auget: vt in l.vrbana.§.pnoctare.ff.de verb.ſig & not.in cap.ſi cōſtiterit. de act.& ſic eſt munus vel onus miſtū ſicut angaria eſt merū. Secundū alios verò angaria eſt obſequiū perſonale proprijs ſumptibus præſtitū.de immun.eccl.nō minus.perangaria verò, eſt ſeruitus perſonarū & rerū: quaſi pfecta & magna angaria.Secūdū alios autē angaria eſt obſequiū pſonale: perangaria verò pſonale & reale,id eſt,proprijs ſumptibus pręſtitum.& iſta eſt opinio Rayn.Goſ.& Hoſt.ac Alb. recitātis: ſed de his nō eſt multùm curandū.Dicūtur & alijs modis angaria & perangaria,vt patet per not.in dicto cap.non minus.
6 ¶ † Septimò. Munus autē tripliciter ſumitur. Aliquādo ſcilicet pro dono:quod quidem eſt id,quod ſpōtè præſtamus,ex nulla neceſsitate vel iuris officio:vt ff.de verb.ſignific.l.munus propriè.differt tamen:quia munus eſt donū cū cauſa:donum verò ſe habet in plus: quia aliquādo etiā eſt ſine cauſa: vt patet in l.inter donum.ff.de verbor.ſignific. Aliquādo ſumitur pro officio vel honore.Aliquādo verò ſumitur pro eo quod neceſſariò ſubimus lege vel imperio.ff.de verbor.ſign. l.munus.& ab hoc dicitur immunitas. Munus autem tertio

modo eſt triplex,ſcilicet merè perſonale:quia ſcilicet expli-
catur labore corporali ſine ſumptu vel rerum detrimēto. ff.
de mun.& hon.l.fin.& merè patrimoniale ſeu reale,quando
ſcilicet cū ſumptu proprio fit ab alijs, ita ſcilicet quòd onus
eſt rerū tātùm:& miſtū,quādo ſcilicet noſtro labore & ſum-
ptu explicatur,vt colligitur in d.l.fin. §.patrimoniorum. Et
7 quilibet horū eſt multiplex,vt patebit.¶†Octauò.Ex his igi
tur patet,quòd omnia prædicta in hoc cōueniunt quòd ſunt
exactiones publicæ:ſed in hoc differūt quòd penſio publica,
cenſus publicus,& tributū ſunt idem,& ſunt pretiū qđ prin-
cipi vel cōmunitati ſoluitur de ꝓprio ſolo:ſed vectigal, the-
loneum,guidagiū,gabella,& duana,ac datium ſunt idem: &
ſunt pretium,quòd ſoluitur pro rebus mutatis:& idē de ſali-
nario reſpectu ſalis:pedagiū verò ſoluitur pro habilitate via-
rum:tallia verò,præſtātia, collecta, & impoſitio ſunt idē: &
ſunt pretiū vel ſumma quæ ſoluitur à ſingulis ſubditis ꝓpor-
tionaliter ad totā ſubſtātiā:angaria verò & perangaria ſunt
exactiones iniuſtæ:munus verò tertio modo eſt aliquid com
mune ad omnia prędicta.& ſi ſit iniuſtū,eſt proprium genus
angariæ & perangariæ:& diuiditur vt illa, excepto quòd in-
ter angariā & perangariā nō daŧ mediū miſtū ſaltem voce.

## Rurſus de Gabellis & exactionibus publicis ſecundò ſpecialiter quo ad cenſus maximè eccleſiaſticos.

1 *Gabella in publicum ac priuatum cenſum diſtinguitur? Et an cenſus nouus eccleſijs ac monaſterijs imponi, aut antiquus augeri poſſit?*
2 *Facientibus aliquid ex officio ſuo, an neceſſariò ſit præmium impendendum?*
3 *Cenſus, vt eccleſijs imponi poſſit, quot requirantur?*
4 *Eccleſiam ſubiectam habens, an eccleſiæ facultatibus auctis, cenſum augere, aut partem prouentuum ſibi retinere poſſit? Et quid in penſione?*
5 *Eccleſia ſi monaſterio ad vſus proprios donata fuerit, quam monaſterium reſeruata ſibi penſione, alteri conceſſit, an facultatibus auctis, penſio quoq; augeri poſſit?*
6 *Eccleſia, num exempta ſit, ab omni ſeruitio temporali ex dote ſibi collata? Et eccleſiæ fundandæ quid pro dote tribui debeat? Et ibidem quid ſeruitium eccleſiaſticum dicatur?*
7 *Patronus, an ſibi ſeruitiū in dote eccleſiæ neceſſaria, retinere aliquod poſſit? Et an clericus ſeruitiū aliquod pro decimis perceptis, impēdere debeat? & nu. 9 in hoc pulcherrima diſtinctio*
8 *Seruitiū eccleſiaſticū de dote eccleſiæ præſtari poſſe. Et quid de decima nū de eadē dote ſolui queat? Et quid ſi vltra dotē eccleſiæ neceſſariā aliqd donet? Et quid de patrimonio clericorū?*
10 *Prædia omnia, ſi qua ad eccleſiā tranſeāt, cum Imperialis tributi onere pertrāſire. Et qualiter intelligi debeat dotē eccleſiæ liberam ab omni ſeruitio temporali, ſeu tributo eſſe oportere?*
11 *Rector num poſſit eccleſiam ſuam cenſualem facere?*
12 *Epiſcopus, an poſſit eccleſiæ inferiori ſeruitia ſibi debita remittere? Et an remittendo & ſtatuendo, quòd aliud ſeruitium nō imponetur, an procurationem remiſiſſe videatur?*
13 *Epiſcopus à quibus & quot, eccleſiam eximere nō poſſit, quantumunque eam à ſe eximat.*
14 *Eccleſia quot caſibus plenè eximi ab epiſcopali iuriſdictione poſſit? Et ibidem, quòd epiſcopus prælato inferiori recipienti ſcilicet nomine dignitatis, poſſit omnia iura, de quibus ſuprà, præter tria concedere, & quæ ſint illa?*
15 *Cenſus ignorātiæ, id eſt, cuius cauſa neſcitur, an ſolui debeat? Cenſus autem quomodo præſcribi poſſit, remiſſiuè traditur.*
16 *Iuramentum de nouo cenſu impoſito ſoluendo, an iurātem abſoluere compelli poſſit?*
17 *Cenſus ſolutio, num ſubiectionis probationem inducat?*
18 *Cenſus in qua moneta ſolui debeat?*

GABELLA †& generaliter exactio ſub ſe continet cen 1
ſum:qui, vt dictum eſt titulo priore. §.ij.in publicū di-
uiditur,qui eſt idem quod tributū,& in priuatum, de quo hic
principaliter agitur.¶ Primò verò quæritur,vtrum eccleſijs
vel monaſterijs poſſit nouus cenſus imponi aut augeri anti-
quus? Et dico quòd in quacunq; re cenſum poteſt imponere
qui habet ius in illa. Inſtitut.de vſufruct.§. vſusfr. verſic.ſine
teſtamēto.eccleſijs tamen nouos cenſus imponere,aut vete-
res augere,omnibus epiſcopis & prę̨latis prohibetur citra pa
pam:vt in cap.prohibemus.de cenſib.etiā ſi eripuerint eas de
manu laici:vt in cap.eccleſijs.eodem tit.Quod ſcilicet tripli-
citer cōtingit,ſecundum Panor.ibi,vel quia de facto eas lai-
cus tenebat vſufructuando:vel quia cōceſſit epiſcopo ad in-
ſtātiam eius ius patronatus:vel quia epiſcopus liberauit eam
à cenſu, quem laico debebat:quia licet tempore fundationis
vel perceptæ libertatis poſſit epiſcopus certū ſibi cōſtituere
cenſum:vt in cap.conſtitutus.de religioſis do.& in cap.præ-
terea.el ij.de iur.pat.ſecus in iſta ereptiōe,qua de nouo quaſi
educitur ad libertatem:quia ad hanc tenebatur.& eam facit
ex officio ſuo:& in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit:vt in
l.rem legatā.ff.de adimen.leg.Ex†quo infert ibi Pan.quòd 2
facientibus aliquid laudabile ex officio ſuo, non eſt neceſſa-
riò præmium impendendum. Limitat tamen dictus Panor.
in dicto cap.ꝓhibemus.prædicta vera,ſi prælati hoc facerēt
ad vtilitatem eorū propriam:vt in clem.ij.de rebus eccl.non
alienan.Secus ad vtilitatem alterius eccleſiæ rationabili cau
ſa ſubſiſtente,& à prælato iuriſdictionem habēte epiſcopa-
lem,& in eccleſia pleno iure ſibi ſubiecta:quia tūc poteſt:vt
not.Innocen.in dicto cap.prohibemus.& facit cap.præterea.
eodem tit.& cap.ſignificauit.vbi dicit Panor.innixus gloſſ.
quòd in impoſitione noui cenſus non ſufficit authoritas epi-
ſcopi:vt videtur velle text.Sed intelligo, inquit, quando ſine
cauſa:aliàs ſecus;vt in cap.cōſtitutus.de reli.do.& in cap.cùm
venerabilis.de cen.Vnde †requiritur.Primò,authoritas epi 3
ſcopi.Secundò,cauſa iuſta.Tertiò, ſecundum Hoſtien.capi-
tuli cōſenſus.arg.cap.tua.& cap.paſtoralis.de his quæ fiunt à
præla.Quartò, quòd eccleſia,cui cenſus imponitur,conſen-
tiat impoſitioni,ſi eſt collegiata:argu.cap.j. de rebus eccleſ.
non alie.& cap.j.de re.permut.Putat tamen quòd vbi cauſa
vrget,& eccleſia inferior non vult conſentire,hoc poſſit epi-
ſcopus cum capituli cōſenſu:arg.in clem.fin.de rebus eccleſ.
non alien.& in cap.j.eodem tit.libro vj.Similiter non poteſt
epiſcopus nouum cenſum imponere monaſterio:de cenſib.
ſcientes.Et intellige etiā quòd nec antiquum augere eadem
ratione.& ibi eſt arg.quòd monaſteria exempta debent eſſe
ab omnibus oneribus & pręſtationibus.& pro quo x.q.j.cap.
j.& quæſt.iij.cap.inter cætera. ¶†Secundò quæritur,vtrum 4
habens eccleſiam ſubiectam,poſſit augere cēſum auctis ec-
cleſiæ facultatibus,aut partem prouentuum ſibi retinere:Et
dico vt not.in dicto cap prohibemus. quòd partem prouen-
tuum ſibi retinere non poteſt:& de epiſcopis quidem dicen-
dum eſt,vt in cap.noſtrum.in fin.vt eccleſ.benefic.De abba-
tibus autem & alijs inferioribus prælatis, eſt bonus text.in
clemen.quia regulares.in §.j.de ſup.negligen.præla.vbi con
cluditur quòd qualiſcunq; ſit locus ſubiectus abbati, modò
non ſit de menſa eius,non poteſt ſibi retinere redituum par-
tem.Gloſſa autem in verbo, nec veteres.in dicto cap.prohi-
bemus.vult,cenſum augeri poſſe auctis facultatibus eccle-
ſiæ cenſuatæ. quod gloſſa ſequens limitat reſpectu præſen-
tationis aut procurationis: non autem reſpectu cenſus. Et
rationem reddit Panormitanus, vt ideo non augeatur: quia
ſi



ſi ſoluitur ſuperiori , eſt ſignum ſubiectionis non autem re-
fert an multum vel parum ſoluatur , quia ſemper ſubiectio
denotatur.Pro quo c.omnis homo.de cenſi.&.c.conſtitutus.
de relig.do.Si verò ſoluitur priuato,nō eſt ꝓpriè cenſus,nec
augeri debet auctis facultatibus:qa in cōtractu cenſuali trāſ
it dominiū ex toto in recipientem,ſecundum glo.in d.c.con-
ſtitutus.& Bar.in l.j.ff.de publi.Secus in penſione:quia illam
quis ſoluit ratiōe fructuū,quos percipit de alieno.Nam pro-
priè cōductor ſoluit penſionem: vnde quemadmodū ſi pati-
tur magnum damnum ſine culpa ſua,cōſequitur diminutio-
nem penſionis:ita ſi ex vbertate fructuum caſu fortuito con-
ſequitur magnum cōmodum,debet augere penſionem:quia
contrariorū eadem eſt ratio.Et hoc tenet gl.& Bart.poſt eā
5 in l.ſi merces.in §.vis maior.ff.loca.¶Ex†qua ratione infert
Pan.quòd ſi eccleſia fuit donata monaſterio ad vſus proprios
& monaſterium reſeruata ſibi penſione cōceſſit eam alteri:
debet auctis facultatibus augeri pēſio:quia illa fuit impoſita
ratione fructuū:quemadmodū diminueretur facultatibus di
minutis.&idem in procuratione debita:vt in c.quanto.de cen
6 ſib.¶Tertiò†quæritur, vtrum eccleſia ſit exempta ab omni
ſeruitio temporali ex dote ſibi collata? Et dico multa notata
in c.ſancitum.de cenſi.¶ Primum.Eccleſiæ fundandę pro do
te tribui debet manſus liber à quolibet ſeruitio temporali:
ad eccleſiaſticum verò tenetur:ſed ſi aliquid cōfertur eccle-
ſiæ vltra manſum,tenetur eccleſia ex eo ſoluere onera con-
ſueta.Sic illud c.ſummat Pan.ponens multas acceptiones il-
lius termini,manſus:& concludens quòd eſt dos eccleſiæ ne-
ceſſaria,id eſt,ſine qua eccleſia in debito ſtatu commodè ſu-
ſtentari non poteſt:arg.c.j.de inſti.Dicit etiam ſeruitium ec-
cleſiaſticum , ſecundum doctores , dici charitatiuum ſudſi-
dium.de quo in c. cùm Apoſtolus. de cenſi. id eſt , auxilium
moderatum in neceſſitatibus. Et idem dicendum in alijs iu-
ribus epiſcopalibus:vt in cathedratico,id eſt,eo,quod ſolui-
tur epiſcopo annuatim à clericis ſuę diœceſis in ſignum ſub-
iectionis,obedientiæ & ſuſtentationis:& ſic in alijs ſimilibus:
vt in c.conquerente.de offi.ord. vel ſi onus antiquitus fuerat
impoſitum,puta per epiſcopum in fundatione cum patroni
conſenſu:per cap.præterea.el ij.de iure patr. quando ſcilicet
aliquid vltra dotem neceſſariam contulit.
7 ¶Secundum.†Patronus ſibi retinere non poteſt aliquod ſer
uitium in dote eccleſię neceſſaria.Ex quo infert Pan.quòd ſi
patronus dat ſolùm dotem neceſſariam , non poteſt ſibi ali-
quam penſionem vel aliquod ſeruitium retinere : nec putat
authoritatem prodeſſe epiſcopi:cùm ſit contra ius: arg.in c.
videns.diſt.x.Ex quo rurſus infert ad intellectum dicti c.prę-
terea.prædalleg.vt ſcilicet patronus ſtatuto epiſcopi poſſit ali
quod temporale reſeruare , quando ſcilicet illud poteſt im-
pendi extra dotem neceſſariam.¶Tertium. Clericus non
debet aliquod ſeruitium pro decimis perceptis impartiri.pro
quo facit xv.q.vij.decimas.vbi dicitur quòd epiſcopus non de
bet pati quòd decimæ aliquo munere redimantur à laicis.Et
per illud c.& d.caput,ſancitum.infert Panor.quòd ſi clericus
obligauit ſe parochianis ad dandum certum quid pro deci-
8 mis,non valet obligatio.¶Quartum.†De dote eccleſiæ prę-
ſtatur ſeruitium eccleſiaſticum,vt dictum eſt.Et ex hoc infer
tur ad q.vtrum debeat ſolui decima de dote eccleſiæ:& con-
cludit glo.in d.c.ſancitum.quòd ſic,ſi prius illa prædia erant
tributaria,contra gl.in c.nouū genus.de decim.Et hoc ſequi-
tur Hoſt.& communiter doctores:quia cùm non reperiatur
in iure quòd eccleſia antiqua propter conſtructionem nouæ
debeat decimis priuari,non debemus generalem diſpoſitio-
nem alterare.Pro quo vide latius Pan.in d.c.nouum genus.
& etiam cùm hic dicitur tributaria, intellige alteri eccleſiæ,
cui ſcilicet decimæ ſoluantur.¶Quintum.Senſus glo.in ver-
bo,ſenioribus,id eſt, dominis, iuncto fine literæ eſt, quòd ſi
vltra dotem neceſſariam aliquid eccleſiæ donatur , tenetur
eccleſia perſoluere dominis temporalibus debita ſeruitia.
quod doctores intelligunt,& bene,vt dicit Pan. de oneribus
annexis & perpetuis:vt quia fortè prędium habet onus facien
di certum quid aut ſoluendi.& idem ſi prædium eſſet feuda-
le:quia ratione feudi eccleſia ſubijcitur laico:vt in c.ſolitæ.&
quod ibi no.de ma.& obedi.Secus dicit de alijs oneribus non
annexis:quia eccleſia ab illis exempta eſt etiam iure ciuili:vt
in l.placet.C.de ſac.ſanct.& in auth.item nulla communitas.
eo.tit.Et plenè de his notatur in c.non minus.de immu.ec.&
dic vt ibi.Et optimè facit tex.in c.ſi.de vi.& ho.cle. vbi patet
quòd etiam de patrimonio ſuo clerici non tenentur ſoluere
gabellas & alia onera,ad quæ tenentur laici:ſecus in onere
rei annexo & perpetuo.¶Sextum.†Quantum verò ad dotem 9
ipſam,de qua principaliter eſt quæſitum, dicit Pan.quòd ex
dictis Inn.Hoſt.& Io.And.colligi poteſt iſta diſtinctio.Nam
aut bona collata pro dote erant tributaria ipſi patrono:&
ſimpliciter conferendo illa eccleſiæ,videtur illa onera remi
ſiſſe,ex quo ius ita diſponit:vt in d.c.ſancitum. Aut expreſsè
retinet ſibi illa onera,aut nouiter imponit:& non valet impo
ſitio vel retentio,quia eſt contra ius:vt ibi. & facit l.non du-
bium.C.de legi.&quod no.in c.ſignificatum.de præb.Quod
Pan.intelligit quando retinet ſibi ſeruitium circa dotem ne-
ceſſariam.Vnde ibi , inquit, text.facit mentionem ſolùm de
manſo.Vnde ſi conferret ampliſſimam dotem,videtur quòd
de conſenſu epiſcopi poſſet ſibi reſeruare aliquid: vt in d.ca.
præterea.Aut hæc prędia erant tributaria alijs quàm patro-
no:& patronus contulit de conſenſu dominorum : & ſic vi-
dentur remiſiſſe ius quod habebant.arg.in l. Caius. ff.de pi-
gno.Quod Panor.intelligit in dote neceſſaria : aliàs autem
videretur dominus conſenſiſſe,vt tranſeat cum onere ſuo.ar.
in l.ſicut.ff.quib.mo.pig.vel hyp.ſol.vbi patet quòd ſi credi-
tor habens rem obligatam,conſenſit vt venderetur:non per
hoc videtur ſuum ius remiſiſſe.& facit c.ex literis. de pigno.
Et hoc caſu,licet taceat Panor.ſecundum Inno. potius eſſet
ceſſandum ab ædificatione,quia reciperetur talis fundus,ni-
ſi prius eſſet liberatus,quando ſcilicet dominus excepit cen-
ſum,ſi tamen acceptetur , tunc ſibi imputet eccleſia , ſecun-
dum Hoſt.quæ rem tributariam accepit cùm domino licue
rit retinere.quaſi dicat quòd teneatur eccleſia de cenſu.Aut
domini contradixerunt : & non valet quod agitur, arg.in c.
potuit.de loc.quod dictum no.quia per hoc extenditur c. po-
tuit.ad prædium tributarium. Si autem dominus ignorauit:
credit Pan.diſtinguendum fore,prout diſtinguit glo.in c.ſe-
cundum canonicam.xxiij.q.viij quam videndam dicit,& men
ti tenendam.Quæ dicit quòd cùm eccleſia fundata eſt in feu
do tributario,ſi fundator ſit bonę fidei:de illis locis quę ſunt
extra atrium,habebit Imperator:& intellige quòd eadem ra
tione alius priuatus,tributum:non autem de loco vbi eſt ec-
cleſia:ſed per hoc ſit patronus.xvij.q.vltima.quæſti. Si verò
eſt malæ fidei,ad æſtimationem compellendus eſt.xiiij.q.vj.
comperimus.Et vbi poſt denuntiationem fundat eam,mala
fide fundat.de no.op.nun.cum ex iniuncto.Io.hæc ibi.Et ad-
dit Pan.idem eſſe de cœmeterio,quod de fundo,in quo ædi-
ficatur eccleſia,ſcilicet quòd debet eſſe omnino liberum: &
de agro vnde percipitur panis & vinum pro euchariſtia con-
ficienda:vt eſt , inquit , textus cum gloſſa in dicto capite,ſe-
cundum canonicam.quod de cœmeterio etiam dicta gloſſa
ſentit,quæ illud vocat atrium : ſed & de agro verum puto,
ſi ſit diſtinctus & ſpecialiter ad hoc deputatus.¶Septimum.
†Quantum ad tributum debitum Imperatori dicit Panor. 10
quòd

quòd doctores de hoc non attingunt:&finaliter ipſe concludit quòd omnia prædia tranſeunt ad eccleſiã cum onere tributi Imperialis. Et ad c.ſancitum.quodvult,dotem eſſe liberam à ſeruitio temporali ſiue tributo:dicit poſſe intelligi de ſeruitio nouiter imponendo,vel impoſito,ſi patronus poteſt ab illa prædiũ liberare:vt quia eſt tributariũ alteri,quàm Imperatori. Sed quia in his quæ ſunt ſcd̃m vel contra iuſtitiam naturalem,non diſtinguitur Imperator à priuato:melius diſtinguendum eſt ſicut &de alijs.& hac ratiõe doc.de tributo Cęſaris ſpecialiter nõ attingunt. Vide etiam de iſta materia,
11 ſ.Excommunicatio.ix.excõmunicatione v. ¶ Quartò† quæritur,vtrum rector eccleſiæ poſsit eã facere cenſualem? Et dico ſummariè haberi in c.præterea.eo.tit. quòd prælatus ſeu rector eccleſiæ,nõ poteſt præſertim poſt mortem,eccleſiam ſuam conſtituere cenſualem. Et ratio eſt, ſecundum Panor. quia nõ poteſt quis alienare res eccleſiæ ſine iuris ſolennitate.xij.q.ij.ſine exceptione.& conſequenter à fortiori non poteſt imponere cenſum, cùm ſit quædã alienatio corporis eccleſiæ ſuæ,&quædã ſeruitus impoſita. Põt tamen,vt ibi notatur authoritate pontificis vel alterius prælati habentis eccleſiam pleno iure ſubiectã,de nouo imponi cenſus, ſcilicet ex cauſa rationabili,vt dictũ eſt. Imò ſimplex ſacerdos,etiã in vita ſua nõ poteſt eccleſiam ſuam conſtituere cenſualem. quod denotat illud verbum,præſertim,exponendo pro maximè,vt dicit Pan. Alij tamen exponũt pro tantùm, dicentes quòd in vita poteſt ſe obligare prælatus ad ſoluendum cenſum:ſed dicit idem quòd poteſt obligare ſe perſonaliter,ſed non eccleſiá:& exponendo pro maximè,eſt propria illius verbi
12 expoſitio:vt no.in c.auditis.de elect. ¶ Quintò† quæritur, vtrum epiſcopus remittere poſsit eccleſiæ inferiori ſeruitia ſibi debita? Et dico quòd ſic, vt ſummariè dicit,& not.c.cùm venerabilis.eo.ti.ſed remittendo & ſtatuendo quòd aliud ſeruitium non imponetur, procurationem intelligitur remiſiſſe:vbi etiam Pan.coniungendo dicta gl.&Hoſt.in c.paſtora-
13 lis.de dona.& Io.And.notat† quòd epiſcopus quantumcunq; generaliter eximat eccleſiã à ſe,ſaltem octo retinet,à quibus eam eximere nõ poteſt. Primũ eſt coërcitio.xvj.q.ij.viſis. Secundum viſitatio. Tertium procuratio ratione viſitationis: vt in d.c.cùm venerabilis. Quartum eſt cathedraticum: vt in c.paſtoralis.& gl.in c.quæcunque.& xvj.q.vij.& Io.And.vt videtur in d.c.cùm venerabilis.& communiter doctores. licet Arch.in c.j.de præben.lib.vj. dicat quòd non remittitur quidem verbis generalibus,tamen ſpecialiter epiſcopus illud remittere poteſt:quod fortè verum eſt quantum ad rem ipſam ſed non quantum ad annexa: quæ ſunt recognitio ſuperioritatis &obedientiæ vel huiuſmodi. Quintum eſt reuerentia ſibi debita ab eccleſia inferiori. Sextum eſt charitatiuum ſubſidium:vt in c.cùm Apoſtolus.de cenſi. Septimum inſtitutio authorizabilis quo ad curam populi.ar.c.non ſatis.de of.Archi.& in c.ij.de cap.mo.lib.vj. Octauum, id quod eſt ordinis epiſcopalis:quia ſubditum eximere non poteſt,vt non teneatur ab eo recipere quæ ſunt ordinis epiſcopalis. Alia autem iura citra ab iſtis remittere poteſt eccleſiæ inferiori. quod Pan.intelligit ex cauſa de conſenſu capituli:quia aliàs eccleſiæ ſuæ iura alienare non poteſt: vt in c.paſtoralis. de dona. xij.q.ij.ſine exceptione.pro quo etiam vide tex. cum gl.xvij.
14 q.iij.c.ſi. ¶ In† tribus tamen caſibus eccleſia poteſt eſſe plenè exempta à iuriſdictione epiſcopali. Primò ſi epiſcopus conſenſit, & papa confirmauit ex certa ſcientia, & ſic loquitur c.conſtitutus.alleg.in glo. Secundò,ſi ſententia fuit lata contra epiſcopum ſuper plena exemptione, & non fuit appellatum:vt in c.cùm inter.de re iudi. Tertiò,ratione præſcriptionis:vnde poteſt quis contra epiſcopum præſcribere iura epiſcopalia in eccleſia epiſcopo ſubiecta:vt in cap. auditis.& c. cùm olim.de præſcrip. Et poteſt addere quartò quando papa plenè per ſe eximit:vt in c.j.de priuil.lib.vj. Secundum Ioan. tamen And.poteſt epiſcopus concedere inferiori prælato etiam recipienti, nomine ſuæ dignitatis omnia iura prædicta præter tria,ſcilicet cathedraticum, reuerentiam, & charitatiuum ſubſidium per modum cuiuſdam vicariæ perpetuæ ex cauſa & de conſenſu capituli:per quod tamen non erunt illa ex toto abdicata ab epiſcopo:quia ſaltem illo vicario negligente poterit epiſcopus exercere.arg. in c.irrefragabili.& ſ. exceſſus.de off.or. Ad prædicta vide quod no.Inno.in c.in Lateranenſi.de præb.& per doc.in c.cùm ſatis.de off.Arch.& c. cũ & plantare.de priuil. ¶ Sextò† quæritur,vtrũ ſolui debeat ignorantiæ cenſus,id eſt,cuius cauſa ignoratur? Et dico quòd 15
non.extra eod.peruenit.iuncta gl.vbi Pan.diffusè iſtam materiam diſputat.&vide ſi vis. Arch.autem materiam breuiter colligit dicens ſecundum Inno. Si certum eſt cenſum deberi, etiam ſi nulla cauſa ſubeſſet,ſolui debet. de cenſi.quanto.& ſecundum Hoſ.tempus ſolum per ſe aut patientia ſola talem obligationem non inducit:nec negligentia per ſe,ſed negligentia cum tempore obligationem tollit:vt de præſcrip.per rotum.& patientia cum tempore obligationem inducit: vnde ſecundum eum licet ineptè petat qui dicit,peto talem cenſum quia mihi præſtitus eſt per annos xl.tamen qui petit talem cenſum debitum ex tali cauſa,ad quod probandum inducit continuam ſolutionem xl.annorum,bene petit:& obtinebit. Sed tamen caueat de conſcientia quòd non exprimat aut fingat falſam cauſam.de præſcri.c.ſi. Videtur tamen quòd ſi non eſt memoria initij perceptionis vel cauſę,ſufficiat dicere ex iuſta cauſa impoſitum:ad quod probandũ inducatur tempus,cuius initij memoria non extat.arg. de præſcri.c.j.lib.vj. Nec obſtat quòd non ſpecificetur cauſa: quia præſumptio eſt pro petente,cùm non ſit veriſimile aliquem cenſum ſine cauſa & ſine querela tãto tempore præſtitiſſe.arg.ff.de probat.l.cũ de indebito. Item incertitudo & impoſsibilitas hoc caſu meritò excuſat nõ exprimentem ſpecialem cauſam de reg.iur.nemo poteſt.lib.vj. Nec his contradicit textus ipſius. c.peruenit.quia cenſus præſcriptus nõ eſt cenſus ignorantiæ; & ſi cauſa ignoratur. Hoſt.& Arch. Sed hunc ſecundum intellectum gl.reprobat per tex.in ſi. Quomodo autem cenſus præſcribi poſsit: vide Pan.in c.ad audientiam. de præſcri. Si autem èconuerſo cõſtaret de cauſa cenſus,ſed tamen ceſſatum eſt à ſoluendo tempore ſufficiente ad præſcribendum,ſi authoritate epiſcopi nouiter imponatur, erit ſoluendus,ſecundum Hoſt.& Io.And.& Inno.propter multa quæ dicũt,quod ſaltem verum eſt,ſi ex rationabili cauſa fiat, &c. ¶ Septimò † quæritur,vtrum recipiens iuramentum de nouo cenſu impoſito eccleſiæ perſoluendo, cõpellatur iurãtem abſoluere? Et dico quòd ſic:extra eo.ſi gnificauit. ſuper quo Canoniſtæ multa cõſcribũt:ſed textus loquitur ſiue intelligitur de cenſu indebitè cõſtituto: puta nouiter authoritate epiſcopi quidem,ſed ſine rationabili cauſa,&c. ¶ Octauò† quæritur, vtrũ ſolutio cenſus ſit probatio ſubiectiõis? Et dico quòd ſolutio cenſus aliquãdo arguit ſubiectionem.de cenſi.omnis anima. aliquãdo præſtitam libertatem vel receptam protectionem de priui.percepimus. Solutio ergo cenſus eſt probatio ſubiectionis,ſecundum tex.in d.c.omnis anima. Sed quia apertè contra eſt d.c.percepimus.vbi recepti ſub protectione papæ ſoluerunt cenſum non in ſignũ immediatæ ſubiectionis,ſed receptionis in protectionem:ideò Inno.dicit quòd ſolutio cenſus eſt probatio ſubiectionis quo ad aliquid,nõ autem plenè ſed inducitur quandoque probatio, quandoque præſumptio ſecundum materiam ſubiectam. Facit ad hoc quod no.in ſi.



ſi.de cauſ.poſſ.& proprie.& quod ibi dicit Pan. qui per hoc dicit Bald.malè dixiſſe in l.ſolent.ff.de offic.procon. ſcilicet quòd ſi probatur vnam eccleleſiã ſoluiſſe per xl.annos cenſum alteri,probatur per hoc,eccleſiam iſtã fore illi ſubiectã. Vñ ipſemet Bal.ſenſit alibi contrariũ. Facit etiã apertè c.cõſtitutus.de reli.do.vbi cẽſus ſoluitur in ſignũ perceptę libertatis. Cùm ergo ſolutio cẽſus eſſe poſsit ęquiuoca ad multa, ſimplex probatio alterũ præcisè nõ probat.arg.cap.in præ-
18 ſentia.de prob. ¶ † Nonò quæritur,ad quã monetam ſoluẽdi ſunt cẽſus? Et dico quòd Pan.poſt Io.And.in c.olim.de cenſi. ſic ſummat:Soluẽdi ſunt cẽſus ad antiquã monetam,in qua fuerũt inſtituti,niſi ſit in alterius monetæ ſolutione præſcriptum. In c.etiã,cũ canonici,eod.tit.ſic:Ad antiquã monetam vel eius æſtimationem ſoluendæ ſunt penſiones antiquę. Quod quidẽ Panor.extendit vt omne debitũ contractum ex quacũq; cauſa ſolui debeat ſecundũ monetã currẽtem tempore debiti cõtracti. Vnde cõſuluit Old.quod ſi teſtator legauit aliquid,puta centũ florenos,&demũ ſuperuixit,& mutata eſt moneta,ſoluẽdũ eſt legatũ ad æſtimatinoẽ monetę quę erat tẽpore teſtamẽti:quia ita teſtator ſenſit. Pro quo tex.in l.vxorem.§.teſtamento.ff.de leg.iij. Et idẽ dicendũ eſt, ſecundum eum,in condemnatione iudicis, & ſimilibus diſpoſitionibus.

## Rurſus de Gabellis & exactionibus publicis tertiò ſpecialiter quo ad vectigalia,guidagia,duanas,& huiuſmodi,quæ propriè dicuntur gabellæ.

1 *Gabella tertiò conſiderata,quid in ſe contineat? Et num quis pedagia, guidagia & ſalinaria imponere queat? Et quot hominum genera hæc imponere poſsint.num.2.*

3 *Principis iura conciliũ generale habere. Et ſub hæc,quòd principi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruata, præſcribi poſsint tanta conſuetudine,cuius inicij memoria non extet. Et quid de poteſtate letigimandi, famæ reſtituendi, tabelliones creandi, & huiuſmodi?*

5 *Imponere noua,& nouiter antiquitus impoſita exigere,nõ eadem eſſe. Et quibus ex antiquo impoſita exigere liceat?*

6 *Guidagia aut pedagia noua,ſicut illicitè imponuntur,ita illicitè quoque exiguntur. Et quid de locantibus operas ſuas ad guidandum per regionem,aut vadum pertranſeundum?*

7 *Pedagia noua imponentes aut vetuſta,ſine authoritate ad hoc neceſſaria,augentes,aut iniuſta exigentes,ad quid & quibus teneantur?*

8 *Pedagia,gabellas & reliqua,de quibus ſuprà,vt iuſtè imponãtur,quid requirat? Et quid vt iuſtè exigãtur? nu.9.& ibidẽ quod niſi noua iuſtè impoſita probentur,iniuſta præſumãtur.*

10 *Pedagia & huiuſmodi onera de quibus rebus ſiue à clericis, ſiue à clericis,licitè exigantur. Et iniuſtè exigens quibus & ad quid teneatur:pulcherrima Archid.diſtinctione expeditur.*

11 *Pedagia & ea,de quibus ſuprà,qui exigere,& à quibus exigi poſsint?*

12 *Onera & præſtationes de quibus ſuprà,non ſolùm ex ſtatuto, ſed ex lege quoq; naturali deberi. Et ibidẽ Ang.Sum.refellitur.*

13 *Moyſes Og Regi Baſan bellum iuſtè intulit.*

14 *Pedagium de quibus rebus exigendum ſit.*

15 *Collecta vel tallia gabella aliquando dicitur,aut datium: & num de his quæ proximè dicta ſunt à ſubditis datum exigi poteſt:à forenſibus non item.*

16 *Ciuitas leges cõdendi,& collectas ſimiliaq; imponẽdi poteſtatem habens, an poſsit ſolutione huiuſmodi gabellarum pro ſui defenſione & adiutorio imponere. Et ſub hæc, quòd per legem municipalem legi communi derogari poſsit.*

17 *Gabellas de quibus hic,non ſoluentes,an furtum committant. Et an ad reſtitutionem teneantur,& quibus.*

18 *Legi Cæſareæ,qua cauetur,ne de victualibus onera, de quibus hic præſtentur,an per ciuitatis ſtatutum derogari poſsit? Et ſi ſi id,quatenus?*

19 *Pedagia exigi facientes, an itinera ſecura conſeruare teneantur? Et an de robarijs & ſpoliationibus in ſuo diſtrictu factis teneantur ſpoliatis?*

20 *Exactores datiorum,dum in caſu illicitè exigunt, an ad reſtitutionem teneantur?*

21 *Pedagia iuſta,gabellas & huiuſmodi fraudantes,an peccent, & ad reſtitutionem teneantur? Et quid de fraudantibus iniuſta? num.23.*

22 *Statutum ſuperioris omne, ligans ad pœnam, & ad culpam quoq; ligat.*

24 *Damnificatus à principe iniuſtè,ſuumq; recipere ab eo nõ valens, an ſibi in non ſoluendis gabellis etiam iuſtis,ſatiſfacere poſsit, quanquam id redemptoribus earum noxium ſit.*

25 *Pœnæ illæ immanes,quæ nonnunquam ob fraudatas gabellas imponuntur,an licitè exigantur?*

26 *Fiſco an omnia applicanda ſint, cùm res licitæ ſimul & illicitæ delatæ deprehẽduntur? Et quid ſi res illicitæ ante, quàm ad locum, quem egredi non licet, peruenerint,deprehendantur, an publicationi obnoxiæ ſint? num.ſeq.*

28 *Vectigal aut paſſagium conducens ſub annua penſione, an ob bella,vel morbos ſuperueniẽtes remiſsionem promereatur? Et quid in ſimplici locatione, ſterilitate ſuperueniente? Item quid in emphyteuſi?*

29 *Confeſſores circa ea,que ſuprà dicta ſunt, qualiter ſe habere debeant?*

GABELLA† rurſus tertiò & generaliter exactio ſub ſe 1
continet guidagia, duanas, & gabellas propriè dictas, necnõ pedagia:quæ licet differant à prædictis, habẽt tamen eandem rationẽ tractandi: quia eodem modo ſunt licita & illicita,ſicut prædictæ:& quæ de illis dicũtur, etiã verificantur iſtis regulariter. ¶ Primò verò quærit, quis poſsit imponere pedagia, guidagia, & ſalinaria? Et dico quòd in c.ſuper quibuſdã.de verb.ſig.ſic dicitur:Duximus declarandum, illa eſſe pedagia,guidagia,ſalinaria interdicta,quæ nõ apparent Imperatorũ vel Regũ, vel Lateranenſis concilij largitione *quis poſsit imponere pedagia.*
concesſa,vel ex antiqua cõſuetudine à tẽpore,cuius nõ extat 2
memoria introducta. Ex† quibus patet,vt not.in d.cap.ſuper quibuſdam. quòd quatuor poſſunt hæc imponere. ¶ Primò princeps,ſeu Imperator,&nõ ciuitas,ſcilicet ſine licẽtia principis.C.noua vectig.inſtitui nõ poſ.l.ij.& iij. Et dicit hic princeps,id eſt,Imperator,ſecundũ Archi. Et ſecũdum eum, hoc poteſt papa,maximè in terris eccleſiæ:quia & ipſe dicit princeps.xiiij.quæſt.iiij. ¶ Secũdò,hoc poſſunt reges: quod quidã intelligunt de rege Romanorum,qui ſcilicet electus eſt, ſed non coronatus in Imperatorem,quo tempore nõ appellatur Imperator,ſed rex Romanorũ. Et hoc ſenſit Hoſt.& hoc videtur ſequi Sum.Ang.contra Roſ.& facit tex.in l.vectigalia. ff.de publi. Et re vera iſte videtur fuiſſe ſenſus dicti cap. ſuper quibuſdã.cùm dicit,Imperatorũ vel regũ. Tamen idem Hoſt.dicit quòd Rex Franciæ in hoc habet eandẽ poteſtatẽ per priuilegiũ,extra qui filij ſint legit.cap.per venerabilem. Innoc.autem ſuper dicto cap.ſuper quibuſdam. dicit ſimpliciter,reges poſſe imponere noua pedagia, licet peccent ſine cauſa faciẽtes.quod hodie de facto videmus. Et tenet Panor. in cap.innouamus.de cenſi.dicens quòd hodie reges inferiores præſcripſerũt in ſuis regnis iura Imperatorum: quo caſu poſſent prædicta exercere vt imperator. Et ſic hodie etiã videmus

demus quòd quædã cõmunitates vel ciuitates Italiæ ex quo
poſt pacem factam Conſtantiæ habent merum & miſtũ im-
perium, obtinuerunt de facto vt imponere poſsint iſta peda-
gia: vt not. Ioannes Andr. & Panormit. in dicto cap. ſuper qui
buſdam. non ſufficit tamen conſenſus vnius partis ciuitatis:
ſed requiritur conſenſus partis maioris, præſertim eorũ, quos
tangit, ſecundum domi. Gaſpar. Calde. in cap. fin. de maio. &
obedien. facit l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. regula,
quod omnes tangit, &c. de regulis iur. libro vj. Et ſic tene, ſi
eſt conſuetum hoc à tempore, cuius initij non ſit memoria.
Et licet Bartol. in dicta l. vectigalia. videatur contrarius, vbi
per illam legem dicit quòd fraudãs gabellam ſine permiſſu
principis impoſitam, non tenetur Deo, neque mundo, quia
eſt extortio in forenſibus, licet non in ciuibus, qui poſſent
ſibi ipſis grauamen imponere: tamen idem in l. ſi publicanus.
eodem titulo. tenet expreſsè quòd exactio vectigalium præ-
ſcribitur tempore, cuius non extat memoria, allegans ad hoc
dictum cap. ſuper quibuſdam. ¶ Tertiò, hoc poſſunt hi, qui-
3 bus à Lateranenſi concilio conceſſum eſt. Ex † quo infert Pa-
normitanus, quòd concilium generale habet iura principis.
Pro hoc facit, quia in concilio generali præeſt papa. vnde di-
cit ibi Ioannes Andreas quòd ille text. non excludit conceſ-
ſionem ſolius papæ: quia ſi concilium habet hanc poteſtatẽ:
ergo & papa, à quo robur & poteſtatem concilium accipit: vt
not. in capitul. ſignificaſti. de electione. ¶ Quartò, hi, qui hoc
habent ex conſuetudine, de qua non extat memoria in con-
trarium: & huiuſmodi conſuetudo habet vim tituli, quando
4 datur capacitas poſsidendi: aliàs ſecus. Ex † quo infert Panor.
quòd reſeruata principi in ſignũ ſpecialis priuilegij, acquiri
poſſunt conſuetudine tanti temporis, de cuius initio non eſt
memoria. Ex quo etiam infert quòd domini inferiores, & ci-
uitates præſcribere poſſent poteſtatem legitimandi, & reſti-
tuendi famæ, & creandi tabelliones, & huiuſmodi, quæ ſunt
principi reſeruata, ſi ſubeſt tantum tempus, de quo in dicto
cap. ſuper quibuſdam. ex quo cap. prædicta eliciuntur. Aduer-
5 tenda † tamen ſunt quædam. ¶ Primum, quòd aliud eſt, præ-
dicta nouiter imponere, quod alijs à prædictis nõ licet: aliud
antiquitus impoſita nouiter exigere: quod licet cuilibet, qui
nouiter acquirit dominium iuſtè, ſiue ſit vnus, ſiue commu-
nitas: ſicut ſi domini Piſarum ſe iuſtè, vt dicitur, à dominio
Florentinorum liberarunt, licitè exigunt antiquas gabellas:
imò fortè licitè nouas imponũt ex cauſa rationabili, vt mul-
ti volunt, etiam ſi ante ſuam ſeruitutem hoc non præſcripſe-
rant: quia ex quo hodie Imperium in Italia nõ dat auxilium,
6 videtur quòd etiam non debeat dare leges. ¶ † Secundum,
quòd noua guidagia vel pedagia ſicut imponũtur illicitè: ita
& exiguntur, vt patebit: & dicuntur noua, ſi impoſita ſunt à
tempore, de cuius initio extat memoria. aliter dicuntur an-
tiqua, & ſunt iuſta, quia præſumuntur iuſtè impoſita. ¶ Ter-
tium, quod priuatus locans operas ſuas ad guidãdum per re-
gionem, aut tranſeundum vadum, vbi dominus non proui-
dit licitè capit nouum guidagium vel pedagium, ſecundum
mentem Ioannis Andr. in dicto cap. ſuper quibuſdam. quia
locat operas ſuas: ſecus de his, qui ad prædicta tenẽtur, vt do-
mini. ¶ † Quartum, quòd imponentes noua pedagia, vel au-
7 gentes antiqua ſine dicta authoritate, vel exigentes iniuſta,
tenentur ad reſtitutionẽ ſpoliatis, vel hæredibus eorum, aut
pauperibus, ſi prædictos ignorant. xiiij. quæſt. vj. ſi res. & ho-
die per proceſſum curiæ ſunt omnes excõmunicati excom-
municatione papali: vt ſuprà. Excommunicatio. vij. excõmu-
nicatione xix. De emẽtibus autẽ datia à principibus vel com
8 munitatibus. j. §. vij. ¶ † Secundò quæritur, quid requiratur vt
prædicta iuſtè imponantur? Et dico quantum ex doctoribus

& principijs moralis philoſophiæ colligitur, requiri quatuor.
¶ Primò, vt imponantur ab habente poteſtatem: aliàs impo-
nentes ſunt excommunicãdi. de cenſib. innouamus. imò ſunt
excommunicati per proceſſum curiæ, & ſecundũ iura ciuilia
exilio perpetuo condemnandi. C. no. vectig. inſtit. non poſ. l.
vlt. ¶ Secũdò, vt imponantur propter iuſtã cauſam finalem.
alioquin ſecundum Ray. eſt rapina. Et huiuſmodi cauſæ ſunt
publicæ neceſsitates, quas Bar. in l. C. de vecti. appellat ſtipen-
dia, pontes, publicas domos, defenſionem ſtratæ, & huiuſmo-
di. & facit c. ſi quis Romipetas. xxiiij. q. iij. iuncto c. innouamus.
de treu. & pa. & cap. peruenit. & cap. cùm apoſtolus. de cenſi.
& l. vectigalia. ff. de pub. ¶ Tertiò, vt imponant circa iuſtam
cauſam materialem: puta circa perſonas nõ eccleſiaſticas, de
quo infrà. §. iiij. & circa aliquas res determinatas: vt infrà §. v.
¶ Quartò, vt imponantur ſecundum debitã cauſam forma-
lem, proportionaliter ad cauſam finalem, ſiue quantum ne-
ceſsitas requirit, & nõ ad explendam luporum ingluuiem vi-
uentium ex rapto: & ſecundum quod ſubditorum & nego-
tiorum facultas patitur.
¶ † Tertiò quæritur, quid requiratur vt iuſtè exigantur? Et 9
dico, vt ex Rayniriano & Archidiacono & alijs Doctoribus
colligitur, quòd requiruntur tria. ¶ Primò, vt tale onus ſit
vel probabiliter credatur eſſe impoſitum ab alijs, qui potue-
runt, ſi eſt antiquum. ¶ Secundò, vt ſit, vel credatur impoſi-
tum eſſe iuſtè, eo modo quo dictum eſt §. priori, ſi eſt anti-
quum. Dicit tamen Hoſtien. quòd ſi à principe concedatur,
etiam cauſa non expreſſa, vel ſi conſuetudo hoc approbet,
cuius non erat memoria, ſine ſcrupulo poteſt recipi. Si verò
ſit nouum, non ſufficit dicta credulitas, ſed requiritur ſcien-
tia. Cuius ratio eſt: quia in cap. quanquam. de cenſi. libro vj.
dicitur quòd exactiones pedagiorũ tam iure canonico quàm
ciuili regulariter ſunt damnatæ, & gloſſ. in ver. canonico. di-
cit vt cap. ſuper quibuſdam. de verborum ſignifi. & in ver. ci-
uili, dicit vt C. no. vectig. inſti. non poſſe: & conſequenter ille
textus intelligitur de nouis vectigalibus, de quibus loquunt
dicta iura: & ideo cautè loquitur dum dicit, regulariter, non
generaliter: quia omnis regula patitur exceptionem. Vnde
pedagia noua, niſi probentur legitimè impoſita, præſumere
debemus iniuſta, ex dicto cap. quanquam. & ſic noua pedagia
vel noua antiquorum augmenta nullus licitè exigit, aut ne-
ceſſariò ſoluit niſi conſtet ea eſſe iuſta: licet ſubditus, qui ea
cogitur exigere, excuſetur in dubio, vt dicetur.
¶ Tertiò, vt exigens faciat illud propter quod inſtitutum eſt,
ſiue ſit nouum, ſiue antiquum: licet tunc non faciat fortè ex-
penſas, quia ſcilicet non oportet. Si verò aliquod horum de-
fuerit, iniuſtè exigitur. Pro † quorum omnium notitia ſcien-
dum eſt quòd Archie. ſic diſtinguit huiuſcemodi onera: aut
accipiuntur à perſonis eccleſiaſticis: & hoc licet quantum ad
ea, quæ deferunt cauſa negotiationis: vt not. Archi. per argu.
à contrarijs, de cenſi. quanquam. libro vj. De quo tamen vide
ſingularia, ſuprà Excommunicatio. viij. excommunicatione
xxj. & quantum ad mercimonia aliena, quæ deferunt nomi-
ne ſuo dicentes eſſe ſua. Pro alijs autẽ rebus ſiue ſuis ſiue ec-
cleſiarum ſuarum, nõ poteſt hæc ab eis exigere princeps ſe-
cularis, ſecundum Hoſtien. Recipiendo autem per ſe vel per
alium, eſt raptor obnoxius reſtitutioni, & excommunicatus.
de cẽſi. quanquam. lib. vj. Et ſi eſt collegium, eſt interdictum.
vt ibi: ipſæ verò perſonæ eccleſiaſticæ hæc occultando per
ſe vel alios non peccant, modò à mendacijs & à ſcandalo ca-
ueant. Aut exiguntur à laicis: & tunc ſubdiſtinguendum eſt,
ſcilicet an pro mercimonijs aut pro alijs rebus ad vſum de-
putatis. Et quidem ſi pro mercimonijs, aut eſt nouum, & non
licet exigere, niſi certum ſit, inſtitutum eſſe à principe. aut à



vel habente iura Principis, propter imminentem neceſsita-
tem: aliàs exactor eſt raptor, & reſtitutioni neceſſariæ obno-
xius, & excommunicatus, ſecundum Ray. Si verò ſit nouum
inſtitutum à principe iuſta cauſa: vel antiquũ inſtitutum ab
his qui potuerunt inſtituere, vel creditum inſtitutũ eſſe à ta-
libus, quod rationabiliter credi poteſt quando nõ extat me-
moria in contrariũ: tunc ſi eſt vel creditur iuſta de cauſa im-
poſitum, & recipiens facit illud propter qđ eſt impoſitum, ſi-
ne conſcientiæ ſcrupulo recipitur, ſecundum Ray. etiã ſi tũc
non faceret expenſas, paratus facere ſi oporteret, ad tenendã
patriam ſecurã. Probantur hæc omnia xxiiij. q. iij. ſi quis Ro-
mipetas. & xij. q. ij. c. vobis autem. extra de cenſi. peruenit. de
treu. & pa. innouamus. ff. de publi. & vectigalib. l. vectigalia.
ff. lo cati. l. ex cõducto. Si verò nõ ſit inſtitutũ à principe, vel
non faciat id propter quod inſtitutũ eſt, faciendo quod in ſe
eſt, ſecundum Ray. licitè non recipitur: & tenetur reſtituere
ſpoliatis vel pauperibus, ſi alios ignorat: ſecundũ Hoſt. tamẽ
non tenetur reſtituere pedagium, niſi conſtaret quòd hac de
cauſa inſtitutum eſſet. tamen ſi recipiens nõ defendit ſoluen-
tem in rebus & perſona, vt poteſt: tenetur ad ſatisfactionem
plenariam. xxiij. q. ij. dominus. & q. v. adminiſtratores. hæc ex
Arch. Adde autem quòd ſi exigit quis à clericis pro rebus ad
vſum eorum deputatis, illicitè exigit: vt infrà. §. ſequenti. Ad-
de etiam quòd eo caſu, quo nõ fit id, propter quod guidagiũ
inſtitutum eſt, ſecundum Ray. licitè negatur: ſecundum alios
debet quis iudicem adire: quod Summa Piſa. dicit tutius. ſed
primum eſt ante ſpoliationem vel in eius fieri: ſecundum ve-
rò poſt illam: quia non debet quis ſibi reddere ius.
11 ¶ Quartò † quæritur, à quibus prædicta exigenda ſunt? Et di-
co duo. ¶ Primũ, ꝙ à Chriſtianis principibus exigi poſſunt ab
omnibus, exceptis clericis, eccleſijs, & eccleſiaſticis perſonis:
à quibus, qui exigit, eſt excõmunicatus, vt §. priori. in prin. de
quo j. Immunitas. §. vj. quod intellige niſi deferant aliqua ne-
gotiationis cauſa. ¶ Secundum. Principibus Saracenis ſolue-
re tenentur huiuſmodi onera Chriſtiani tranſeuntes per ter-
ras eorum tempore treugæ, ſecundum Ray. ſecundum pa-
ctum & ſtatutum, ſi ab eis defenduntur à latronibus & hu-
iuſmodi: & ſubtrahendo tenentur reſtituere: quia & fides ho
ſti ſeruanda eſt. xxij q. iiij. innocens. xxiij. q. j. noli. qđ quidem
dictum Veruec. quantũ ad pactum indiſtinctè approbatum,
quantum verò ad ſtatutum limitat verum de ſaracenis, qui
terram ſuam non tenent vt violenti poſſeſſores: quantũ au-
tem ad eos, qui vi occupauerunt terram, quæ aliquando fuit
Chriſtianorũ, cùm ſint malæ fidei poſſeſſores, nõ ligantur ad
hæc Chriſtiani, niſi ſpontè conſenſerint aliquãdo, aut ſe ſub-
iecerint huiuſmodi ſtatutis. Tempore autem guerræ, ſecun-
dum eundem Ray. aut quocunque tempore cum mercibus
prohibitis non tenentur ad pedagia. Hoſt. autem videtur in-
diſtinctè tenere ꝙ ad huiuſmodi nõ teneantur Chriſtiani. &
hoc ſequitur Sum. Ang. & Roſ. quia Chriſtiani non tenentur
ad eorũ ſtatuta. ¶ Quod † bene diceretur, ſi iſta onera debe-
rentur ſolùm ex ſtatuto: debentur autem lege naturali: quia
principes nõ debent ſuis ſtipendijs militare. ſtatuta autẽ deter
minant quãtitatem & modũ ſoluendi. Vnde melius dicit Sup
ple. dictũ Hoſt. intelligendũ ſecundũ diſtinctionem Veruec.
Subdit autem Summa Angelica quòd Chriſtiani tenentur
ſolùm ad hoc quòd ſuſtinentur in tranſitu per eos. quod eſt
iuſtum: quia naturali iure via publica omnibus eſt commu-
nis. ¶ Vnde † iuſtè Moyſes intulit bellum Og regi Baſan, quia
tranſitum per viam publicam negauit, vt patet Numeri xxj.
¶ Quintò † quæritur de quibus iſta exigenda ſunt? Et dico
quòd pedagium ſecundum Pet. de Ancha. in cap. quanquam.
de cenſi. libro vj. ſoluitur quandoque ſolùm pro tranſitu per-

ſonæ, vt Ferrariæ: quandoque pro rebus, quas quis defert
non vſus ſui cauſa. Sed intellige quòd primo caſu eſt propriè
pedagium quod ſoluitur non pro tranſitu: ſed in certis locis
vbi fiunt expenſæ pro tranſitu: in caſu verò ſecundo eſt pro-
priè guidagium vel gabella. Sed confuſè vtendo vocabulis
dico quòd huiuſmodi onera ſolui debent ſolùm pro perſo-
na in loco iuſtè conſtituto à principe, vel ſolùm pro rebus
quæ negotiationis vel mercimonij cauſa deferuntur. C. de
vect. ga. l. omnium. Vnde exigi non poſſunt pro delatis ad
vſum ſui vel familiæ: nec conſuetudo in contrarium valet:
quia eſt irrationabilis, ſecundum Hoſt. & Bern. in d. cap. ſuper
quibuſdam. Quod verum puto, vbi princeps habere poteſt ex
mercibus ſtipendia honeſta: aliàs non video quin poſsit con-
ſuetudo eſſe rationabilis: quod etiam Archi. ſentit, vt patebit
ſtatim. imò vult l. vniuerſi. C. eodem titu. quòd decapitentur,
qui de rebus ad proprium vſum, vel gratia ruris colendi, vel
ad ſe defendendum emptis aut delatis pedagium exigunt:
vnde in his fraudantes non peccant. ¶ Sed † aduertè quòd ali 15
quando collecta, vel tallia dicitur gabella, vel datium: & tunc
de prædictis exigi poteſt datium à ſubditis, ſed non à forenſi-
bus. & de hoc Archidiac. ſic dicit ſummariè. ij. parte. titu. pri-
mo. cap. xiij. Si pedagium & gabella ſumantur pro eodem,
contrarium ſeruatur de facto in ciuitatibus Tuſciæ, id eſt,
Florentiæ, & in alij multis: quia de omnibus prædictis exigi-
tur gabella. ¶ Ciuitas † autem habens poteſtatem leges 16
condendi & imponendi collectas & pedagia, quod præſu-
mendum eſt, ſi hoc faciat ex antiquo more, cuius memoria
non extat in contrarium: videtur poſſe imponere ſolutio-
nem dictarum gabellarum pro ſui adiutorio & defenſione:
quia per ſtatutum ciuitatis imponuntur per modum talliæ
vel collectæ pro expenſis fiendis in communitate. Licet
enim populus aliquis generalem legem facere non poſsit,
cùm hoc ſit Imperatoris: vt not. Innocen. & Archid. diſtinct.
ſecunda. capite, lex. poteſt tamen facere ſpecialem: & in hoc
conſentit princeps. ff. de iuſti. & iur. l. omnes populi. & ſic ſpe-
cialem collectam poteſt imponere pro neceſsitatibus ſuis, &
ſi non generalem: vt exactionem pedagiorum ſine licentia
principis. Imò per legem municipalem, quæ dicitur ſtatu-
tum, vel apud quoſdam reformatio, derogatur legi commu-
ni: vt patet in materia dotium & ſucceſsionum & aliorum.
ad quod facit regula, generi. de regulis iuris. libro ſexto,
etiam ſi gabella ſit idem pedagio vel collectæ, non obſtan-
te prohibitione legis communis exigendi pedagia de vi-
ctualibus & huiuſmodi: quando lex municipalis vel conſue-
tudo præſcripta habeat contrarium: quia conſuetudo ratio-
nabilis & præſcripta legem tollit. de conſue. cap. vlt. hæc au-
tem non eſt rationabilis: quia omnes ciues ſe & ſua pro de-
fenſione patriæ debent exponere. ¶ Vnde † huiuſmodi ga- 17
bellas tenentur homines ſoluere: aliàs eſt furtum: & tenen-
tur reſtituere communitati vel ementibus eas: niſi impone-
rentur à dominis non legitimis, vel niſi fraudantes alijs im-
poſitionibus & alijs modis eſſent indebitè grauati nimis vl-
tra proportionem, aut iniuſtè damnificari à dominis: vel ni-
ſi eſſent gabellæ graues ſine neceſsitate & vtilitate commu
nitatis poſitæ, ſed ad nutriendam pompam aut auaritiam
aliquorum principum aut ciuium. hæc ex illo valde bene:
ita tamen quòd iſta nõ exigantur à forenſibus: tamen † quia 18
contra conceſsionẽ Cæſaream ſcilicet quòd de victualibus
huiuſmodi onera non ſoluantur: non poteſt ciuitas per ſta-
tutum abrogare legem communem in præiudicium tertij,
& ſi in præiudiciũ ſuũ quo ad particulares ciues: tamen quia
forenſes nõ tenerentur cõferre ad defenſionem ciuitatis, ſed
ſolùm ad expẽſas viarũ & ſecuritatis conſeruandæ: ad quod
vbi

vbi gabella merciũ non ſufficeret, valeret conſuetudo quòd de victualibus etiã à forenſibus ſolueretur: quia ſic intendit legiſlator. Incolæ autem, vt dictum eſt, bene tenentur de fructibus terrarum, quę ſupponuntur ad ſuſtinendum onera loci: vt ratio & interpres legũ cõſuetudo teſtatur. ſi qua autem emeret, pari paſſu ambularent cum forenſibus: niſi res emptæ obnoxiæ eſſent gabellæ nondum ſolutę: quia tranſirent
19 cum onere ſuo. ¶ Sextò † quæritur, vtrum qui faciunt exigi pedagia, teneantur itinera conſeruare ſecura? Et dicit Bal. in lib. de conſue. feu. ti. de his qui feu. da. poſſunt. in §. abbatiſſa. & in tit. de pa. iura. fir. §. conuenticulis. quòd ſic. Vnde addit quòd ſi fiunt aliquæ robariæ in eorũ curia, territorio, vel diſtrictu ab eis poſſeſſo, vbi exigunt pedagia à tranſeuntibus, tenentur aut robariã reſtituere, aut malefactorem exhibere. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Et quòd teneantur ad reſtitutionem in integrum de ſpoliatione, intelligo verũ quando ex defectu eorũ venit, non faciendo quod facere tenentur. ar. xxiij. q. ij. dominus. & q. v. adminiſtratores. & C. de app. l. ſi appellationem. & conſentit Hoſt. & Arch. in d. c. ſi quis Romipetas. non tamen tenentur exactum in pedagio reſtituere,
20 ſecundum Hoſt. niſi vt dictum eſt. ¶ Septimò † quæritur, vtrũ exactores datiorum, vt qui ea emũt, teneantur ad reſtitutionem, dum exigunt in caſu illicito? Et dico ꝙ ſic, ſi clarè conſtet ea eſſe illicita: quia ad hoc præſtant cauſam efficacem & operantur efficaciter ad iniuſtã ſpoliationem. Si verò dubitatur an licita ſint vel illicita: diſtinguendũ eſt ſicut & de milite eunte ad bellum: quia ſi ad iſta exigenda à ſuperioribus compelluntur, propter bonũ obedientiæ excuſantur in iſto dubio. xxiij. q. j. quid culpatur. quod Hoſt. verum putat quando quis quantum potuit inquiſiuit, & peritiores conſuluit, & tamen ſemper dubius in ſe remanſit: alioquin tanquã ignorantiæ affectator non excuſatur. Si verò nõ compellitur, ſed ſpontè ſe ingerit emendo vel aliter, non excuſatur, ſicut nec ſtipendiarij, ſecundum Rodo. ſeu cognati, vel amici alicuius domini iniuſtè bellantis, cùm nõ ſint ſubditi, nec excuſentur propter obedientiæ bonum: qui peccant ſe diſcrimini exponentes in alterius præiudicium. Si autem expreſsè ſint licita, nullus exigens peccat, ſiue ſubditus, ſiue non ſubditus.

21 ¶ Octauò † quæritur, vtrum fraudantes iuſta pedagia vel gabellas, & huiuſmodi, peccent, & teneantur ad reſtitutionem? Et dico hic quæri de duobus, ſcilicet reſtitutione & peccato. Quantum ad reſtitutionem dicunt communiter Ray. Piſa. Arch. Roſ. & omnes Summiſtæ in titu. Pedagium. & omnes doctores in d. c. innouamus. & maximè Pan. quòd fraudantes iuſtas gabellas tenentur ad reſtitutionem: & etiam ſecũdum Hoſt. ſi princeps in inſtitutione earum cauſam nõ expreſsit, etiam ſecundum eum, ſi ille qui recipit, non facit illud pro quo præſumitur quòd ſint conceſſæ: dummodo non conſtet quòd propter illud fuerant impoſitæ: ad pœnã autem impoſitam nõ tenentur, niſi fuerint iudicialiter condemnati. & ſic cõmuniter tranſeunt doctores. Quantum verò ad peccatum ſciendum eſt quòd ſecundum Hen. de Gan. quolibet. iij. q. xxij. & quoſdam alios, in ſtatuto aliquando ſunt duo præcepta: vnum ſcilicet obligans ad culpã, aliud ad pœnam: vt cùm dicitur, ſtatuimus ne quis faciat tale quid: & qui fecerit, ſoluat talem pœnam. aliquando verò eſt vnum ſolùm obligans ad pœnam: puta cùm dicitur, ſtatuimus: vt qui fecerit tale q́d, ſoluat talem pœnã. Igitur omnes doctores ac Summiſtæ cõmuniter tenent ꝙ eo modo quo dicti fraudantes tenentur ad reſtitutionem, etiam peccant. Sum. verò Ang. contra Roſ. & Supple. primò innititur dicto fundamento Henrici tanquam vero. ſecundò dicit nõ eſſe peccatũ fraudare gabellas vbi exactores non laborant pro communi vtilitate, ſcilicet viarum, pontium, rerum, perſonarum, pro loco & tempore iuxta ſuũ poſſe. & intendit etiam ſi non conſtet gabellas ad hæc eſſe ordinatas. Tertiò dicit non eſſe mortale eas fraudare, vbi prædicti laborant pro loco & tempore: quia communiter ſic inſtituũtur, ſcilicet ſtatuimus ꝙ quilibet ſoluat talem gabellam ſub pœna cadendi in cõmiſſum, ſi aliter inuentus fuerit: vnde illud ſtatutum non obligat ad mortale, non obſtante quòd damnificentur emptores gabellarũ: quia ita & ſub iſta conditione emunt vt vigilent: aliàs ſibi imputet. Sed contra illud fundamentũ eſt: q̃a potior eſt intentio ſtatuentis, quàm verba eius: qui autem mandat ſolui pœnam facienti aliquid, intendit quòd illud non fiat, licet fortè nõ vtatur verbo prohibitiuo ne fiat. ¶ Vnde † omne ſtatutũ ſuperioris ligans ad 22
pœnam, ligat ad culpam, infrà Inobedientia. in fine. niſi aliter conſtet de intentione ſtatuentis: quod non eſt in propoſito: quia nulla lex dicit leges non ligare in foro conſcientiæ, ſed potius doctores dicunt oppoſitum. & iſtemet author, niſi in certis caſibus, de quibus infrà Lex. §. ix. Præterea & ſi verum eſſet fundamentum Henrici, nõ iuuat in propoſito: tum quia illud poteſt ſolùm eſſe verum in his, quæ ſunt de iure poſitiuo merè: ſolutio autem gabellarum ad ſuſtentationem principum & boni communis eſt de iure naturali: tum etiam quia ſtatuta vt frequentius mandãt ſolutionem gabellarum, & pœnam non ſoluentibus ſtatuunt. Contra ſecundum: quia poneretur non liquidum contra liquidum: cùm ſit certum eo caſu, quo iſte ſubripit gabellam: & non ſit certum quòd ſit inſtituta propter talem cauſam. Contra tertium quia omnis ſubripiens aliquod notabile proximo contra eius voluntatem, quod retinere non poteſt, mortaliter peccat: quia agit contra iuſtitiam per furtum vel rapinam: qui autem gabellas fraudant in iſto caſu reſtituere tenentur, ſecũdum omnes doctores & etiam ſecundum iuſtum. ¶ Nonò † quæritur, vtrũ fraudantes iniuſta pedagia vel gabellas peccent, & reſtituere teneantur? Et dico quantum ad reſtitutionem quòd non tenentur, ſecundum omnes doctores: quia ſtat æqualitas iuſtitiæ, quæ tolleretur ſi reſtitueretur: quia datiarius haberet plus debito, & alius minus. Dico etiã ſecundum omnes quòd non peccant, niſi ratione mendacij aut periurij vel ſcandali, & huiuſmodi. vnde ratione ſcandali quilibet tenetur indiſtinctè ad pedagia ſoluenda: vt patet ex dicendis ĩ Scandalum. §. iij. & iiij. Et idem quantum ad reſtitutionem & peccatum dicendum eſt quantum ad fraudantes iuſtas gabellas, vbi non fit illud, propter quod certum eſt & conſtat eas inſtitutas fore, vel vbi nimis iniuſtè grauantur alijs impoſitionibus, vel vbi ipſæ gabellæ ſunt nimis graues: & cum hoc ſine neceſſi-
tate. ¶ Et † ſimiliter idem eſt vbi quis eſt iniuſtè damnificatus 24
à principe: nec poteſt rehabere ſuum: quia poteſt ſibi ſatisfacere vſq; ad plenum: non obſtante quòd damna inferre videtur ementibus gabellas: tum quia eas emunt minori precio propter ſimiles fraudes quæ fiunt cõmuniter: tum quia princeps non poteſt illis vendere meum: eſt autem meum ius retinendi mihi illud quod aliàs principi deberem, ſi ille mihi
non deberet. ¶ Decimò † quæritur, vtrum magnæ pœnæ, quę 25
aliquando imponuntur fraudantibus gabellas, licitè exigantur? Et dicit Mon. quòd ſic: quia huiuſmodi ſtatuta ſunt facta pro communi vtilitate. Vnde qui prædantur ea quæ contra bannum & contra edictum Poteſtatis deferuntur, reſtituere non tenentur: ita tamen quòd huiuſmodi edictum Poteſtas fecerit cum conſilio regentium ciuitatem, & pro vtilitate communi. Nam in talibus amittenti non competit repetitio & conſequenter accipiens reddere non tenetur: quia melior eſt conditio poſsidentis: tamen quo ad Deum meliùs facerent reddendo, ne ex auaritia feciſſe videantur.

¶ Vndecimò



26 ¶ † Vndecimò quæritur, vtrum omnia ſint applicanda fiſco cùm deprehendũtur ſimul res licitæ & illicitæ delatæ: puta ſi quis habita licentia conducendi decem equos, conducat viginti: vel ſi exportabat de ciuitate victualia prohibita cum aliis non prohibitis efferri? Et dicit Cyn. in l. cùm proponas. C. de naut. fœn. in addi. ſecundum moderniores quòd non publicantur res licitæ per illicitas. Nec obſtat d. l. cùm proponas. quia ibi non venit publicatio mercium licitarum ex conſequentia illicitarum, ſed ex conſequentia delicti, cuius cauſa omnia publicantur, & capite puniuntur: vt C. quæ res exportari non poſſ. per totum. Et idem tenet Barto. in l. communicatem. §. dominus. ff. de public. Vbi etiam quærit quid iuris, poſito quòd ſtatuto caueatur vt repertus aliquid portare contra decretum perdat illud, & animal portans: & reperitur portare quædam licita & quædam illicita? Et reſpondet recurrendum eſſe ad diſtinctionem d. §. dominus. ſcilicet an dominus animalis fuerit ſciens vel ignorans. Dicit tamen in quibuſdam ciuitatibus eſſe conſuetudinem quòd cuiuſcunque ſit animal, perdatur, ſed tamen dominus habebit regreſſum contra ducentem. ¶ † Duodecimò quæritur, vtrum res
27 illicitæ delatæ deprehenſæ antequam veniatur ad locum quem exire non licet, ſint in caſu confiſcationis? Et dicit Cy. in d. l. cùm proponas. quòd non: quia redire poterat & pœnitere: vt ff. de falſis. l. qui falſam. ¶ † Decimotertiò quæritur,
28 vtrum emens aut conducens vectigal aut paſſagium vel huiuſmodi ſub annua penſione, propter bella aut morbos ſuperuenientes mereatur remiſsionem penſiõis? Et dicit Franciſcus de Aret. conſ. xiiij. quòd in ſimplici conductore non eſt dubium quòd ſic. Sed latius hunc paſſum attingendo dicit quòd aliquando guerra impediens conductorem frui de re locata contingit culpa locatoris, vel ſaltem fit ad iniuriam ſuam: & tunc non ſolùm tenetur remittere mercedem: ſed eſt obligatus ad totale intereſſe conductoris. l. ſi merces. §. culpæ. & ibi per Bartolum. ff. locati. & idem Bartolus in l. cotem. §. qui maximos. ff. de public. vbi tenet idem in venditore fructuum: qui caſus eſt longè fortior noſtro. Aliquando verò locator vti non poteſt re locata propter guerram vel inimicitias ſurgentes culpa ſua vel ad iniurias eius: & tunc non releuatur à ſolutione penſionis: vt probatur in d. §. culpæ. Aliquando verò nec primo nec ſecundo modo eſt, ſed propter guerram factam ad iniuriam vel offenſam tertij: & iste eſt caſus noſter. in quo Cynus in addit. in l. ex conducto. §. j. ff. loc. notabiliter diſtinguit. quia aut tempore rei conductæ ſuberat guerra, & timor iuſtus in loco vbi res ſita eſt: & tenetur conductor ſoluere penſionem: quia imputet ſibi qui ſciens qualitatem rei ac temporis conduxit, vt ait gloſſa in l. habitatores. in fi. locati. Aut non ſuberat: & tunc ſuperueniente guerra & iuſto timore hoſtilitatis debet fieri remiſsio mercedis, vt dicit textus clarus in dicta l. ex conducto. §. ſi vis. ibi, incurſus hoſtium. & in l. ſi fundus. §. fina. ff. locati. & in l. item quæritur. §. exercitu. vbi eſt gloſſa. ff. eodem. Et hanc diſtinctionem ſequitur Baldus in l. ſi ea lege. C. de vſur. Et idem tenet Bartol. in diſputatione quæ incipit, publicanus quidam. Vbi concludit quòd quando quis emit vel conducit vectigal pro annua penſione: quia iſta eſt locatio, quocunque nomine baptizetur, propter guerram debebit fieri remiſsio, ſi ex tali guerra impeditur conductor frui re locata: quod erat in caſu noſtro, ſi conductor probauit incurſiones hoſtium & prędas factas in dictis locis: vel quòd loca ſint ita vicina hoſtibus, vt veriſimile ſit, ea hoſtes inuaſuros. Hic eſt etiam iuſtus timor, de quo loquitur d. l. habitatores. Et hoc procedit ſine dubio in omni ſimplici locatione: quoniã propter ſterilitatem, & nõ propter emptionem fructuũ in locatione remiſsio fit mercedis, vt in l. ſi vno. ff. locati. Sed in emphyteuſi, in qua non fit remiſsio propter ſterilitatem, ſed propter rei totius aut maioris partis eius deperditionem, eſſet dubitandi ratio maior: & tamen in emphyteuſi communiter idem tenent doct. quòd emphyteuta eſt impeditus bello, niſi quando ſoluit aliquid minimum ſolùm in recognitionem domini: vt ſuprà Emphyteuſis. §. j. ¶ † Decimoquartò 29
quæritur, qualiter circa huiuſmodi ſe debeant habere confeſſores? Et dico quòd vbi certi ſunt de iuſtitia, non oportet dare doctrinam: in dubio verò ante factum ſemper prohibeant fraudationem gabellarum, ne fraudantes exponant diſcrimini: poſt factum autem non debent cogere ad reſtituendum: tum quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis: tum quia exponerent ſe periculo ſubripiendi ab iſto quod ſuum eſt: tutum eſt tamen ad hoc hortari.

## Rurſus de Gabellis & Exactionibus quartò, quo ad tallias & huiuſmodi.

1 *Gabella multa ſub ſe verbo differentia, re tamen eadem continet. Et inde tallia abs quo imponi poſsit?*
2 *Tallia ab his de quibus proximè, quænam imponi poſſint?*
3 *Dominus vltra conuentionis modum, quot caſibus ſubditis talliam indicere queat? Et quid de communitatibus quæ huiuſmodi onera imponere poſſunt, quatenus ea imponere queant? Principes ideo inſtituti à Deo ſunt, non vt ſibi proſint ſolùm, ſed potius vt populos ſubditos moderentur.*
4 *Tallia, quando ad boni communis vtilitatem eſſe dicatur: vel quomodo dignoſcatur, an ſit ex iuſta cauſa inſtituta?*
5 *Talliæ quando iuſtè exigantur? Et ſubinde quot modis imponi conſueuerunt?*
6 *Tallias exigentes, aut ſubditi eas non ſoluentes, quonam modo ad reſtitutionem teneri dicantur, ſeptem concluſionibus definit.*
7 *Domini, qui nihil præter tallias percipiunt, an eas & quas exigere poſsint? Et quid de dominis conſuetudinem allegantibus, qui à ſubditis de mobilibus quicquid velint, accipiunt, ac expoliant, præſertim cum eos ad alium dominum tranſire velle ſuſpicantur.*
8 *Prælati, qui pro eo, quòd aliquid legato, aliiſve maioribus impendunt, à ſubdito amplius exigunt, quàm impenderint, qualiter & ad quid teneantur?*
9 *Talliarum immunitas, num alicui concedi poſsit?*
10 *Dominus, an tallias & cæteras hmôi exactiones vendere poſsit?*

GABELLA † rurſus quartò & generaliter exactio, ſub ſe 1
continet tallias, collectas, præſtantias, impoſitiones, & huiuſmodi: quæ nomine quidem diuerſa ſunt, re verò eadem. ¶ Primò ergo quæritur à quo poſsit tallia imponi? Et dico vt ex Rich. ij. diſt. xliiij. q. iij. art. j. colligitur, quòd princeps ſolus poteſt talliam nouiter imponere pro boni communis promotione aut defenſione compenſata ſubditorum qualitate & quantitate, quando eius facultates ad hoc non ſufficiunt. ff. de public. & vectig. l. vectigalia. ſimiliter rex ſuperiorem non recognoſcens, & alij, quia iura Imperij præſcripſerunt: quia ſolus Princeps, aut qui præſcripſit iura Imperij, poteſt ſuper tallijs & exactionibus leges condere vel concedere priuilegia. C. de vacati. l. vnica. & ff. de iur. immu. l. ſemper. §. finali. alij autem, licet hoc ſibi vſurpent, errant: vt patet per id quod legitur & notatur in cap per venerabilem. qui filij ſint legitimi. & cap. ſanè. de priuileg. & not. Barto. in l. infamem. in fi. ff. de public. iud. & in l. hoſtes. ff. de capti. & in l. ſi publicanus. §. in omnibus vectigalibus. ff. de public. Alij ergo hoc non poſſunt: niſi per legem vel ſenatuſconſultum vel conſtitutionem principis eis concedatur, dicta l. vnica. vel per conceſsionem à principe ex cauſa & ſpecialiter impetratam. C.

de ſuperindi.l. vnica.lib.x.& not.Archi.in cap.ſi quis Romi-
petas.xxiiij.q.iij.vel per conſuetudinem diutinam non violen
ter, ſed ſponte ab omnibus communiter approbatam.C.de
cano.largi.titu.l. præcepit.& C.de aur.cor.l.vna.in fin.lib.x.
quæ nihilo minus conſuetudo ſit talis,de cuius initio memo-
ria nõ extet:vt in cap.ſuper quibuſdam.de verb.ſignific. Ad-
de tu vel per conceſsionẽ Lateranenſis concilij habeãt quòd
poſsint inſtituere pedagia: vt in d.cap.ſuper quibuſdam.quia
hoc fortius eſt,cùm omnes liget,quàm concedere talliã quæ
ligat ſolùm incolas regionis:vt dictum eſt in titu.priore.§.v.
2 ¶†Secundò quæritur,quæ talliæ à prędictis poſsint imponi?
Et dicit Rayn.quòd illam talliam poteſt dominus imponere
vel exigere,de qua ſecum aut cum ſuis anteceſſoribus conue
nerunt ſubditi bona fide & ſponte:ſicut fieri ſolet cauſa man
ſi aut villæ quando nouiter conceduntur,quòd aliquid datur,
vel pmittitur annuus cẽſus,& huiuſmodi:quia in rei ſuæ tra
ditione quiſque quam vult legem poteſt imponere.de condi.
app.verum.xviij.q.ij.Eleutherius.nec ſcienti & volenti infer-
tur dolus.C.de tranſact.cùm donationes & pacta cuſtodiri
debent:de pac.Antigonus.Si tamen in inſtrumento poſitum
eſt indiſtinctè quòd ſoluet quæſtam vel talliam:intelligitur
quòd dominus debet eam moderari inſpectis conditionibus.
de cenſibus.cùm apoſtolus.in fi.x.q.iij.c.vlti. Imò ſecundum
Veruec.ſi dicatur quòd talliam dominus ſecundum libitum
ſuum poſsit imponere : nihilo minus ad arbitrium boni viri
3 moderanda eſt.¶Adde†autem ex S.Thom.ad duciſ.Braban.
quòd poteſt dominus talliam imponere etiam vltra conuen
tionem in duobus caſibus. Primò,ſcilicet quãdo regulariter
reditus eius non ſufficiunt ad regimen boni communis&de-
centem ſtatum.Secundò,quando etiam non ſufficiunt ex no
ua cauſa emergente. Dicit enim quòd principes ſunt à Deo
inſtituti,non vt quærant propria lucra,ſed communem vtili-
tatem populorum:vnde ſunt eis reditus inſtituti,vt his viuen-
tes ceſſent à ſpoliatione.Contingit autem eos non habere
ſufficientes reditus ad cuſtodiendam terram , & expedienda
illa quæ illis rationabiliter imminent : quo caſu iuſtum eſt
ſubditos exhibere,vnde poſsit communis vtilitas procurari:
vnde alicubi ex antiqua conſuetudine domini talliam ſubdi-
tis imponunt:quæ ſi non ſit immoderata , exigi poteſt abſq;
peccato:quia nemo militat ſuis ſtipendijs,ſecundum Apoſto
lum. Vnde ipſi militantes communitati,de communibus bo-
nis viuere debent,vel per reditus deputatos:vel ſi huiuſmodi
defuerint,aut ſi fuerint inſufficientes , qui ſunt deputati per
ea quæ à ſingulis colliguntur. Et ſimilis ratio videtur eſſe ſi
quis caſus nouiter emergat,in quo oporteat multa expende-
re pro vtilitate communi,vel honeſto ſtatu principis conſer-
uando,ad quod proprij reditus non ſufficiunt,vel exactiones
conſuetæ:puta,ſi hoſtes terram inuadant , vel ſimilis caſus
emergat: quia tunc præter conſuetam exactionem poſſent
principes aliquid exigere pro vtilitate communi.hæc ex illo.
de quibus ſuprà diffuſè. Dominum.§.v.Adde etiam quòd cõ
munitates quæ huiuſmodi onera poſſunt imponere,licitè im
ponunt talliam talem , qualem exigit communis vtilitas, &
ſubditi poſſunt exhibere:vt colligitur ex Ray.&Arch.nõ au-
tem vltra quàm requirat commune bonum,vel ſubditi red-
4 dere poſſunt.¶†Tertiò quæritur, quando tallia dicatur eſſe
ad vtilitatẽ boni cõmunis: vel cognoſcatur quòd ſit ex iuſta
cauſa inſtituta? Et quãtum ad primum dico quòd dupliciter,
ſecundum Rich.vbi ſuprà eſt ad bonum commune:primò di
rectè,quando imponitur pro defenſione fidei aut regni,vel
pro refectione pontium,viarum,& huiuſmodi:ſecundò verò
indirectè,puta quando frater domini aut filius eſt captiuus,
aut aliqua terra capta : quia ſic in ſubditorum bonum tallia
redundat,cùm rex potentior reddatur: vel quum maritat fi-
liam vel huiuſmodi:& de his ſuprà Dominium.§.v.Addit ta-
men idem primò vbi ſuprà,quòd expedito negotio ſi facul-
tates regis ſuperabundant,& aliqua communitas nimis gra-
uatur,debet ei ſubuenire,ſicut caput membris.Addit ſecun-
dò in iij.quolibet.quæſtio.xxviij. quòd licet non debeat ſub-
ditos dominus talliare quando ſufficiunt propriæ facultates,
non tamen dicendæ ſunt ſufficere,quando non poteſt ſe de-
fendere,aut procurare commune bonum , niſi ſe ita depau-
peret,quòd nihil ſibi remaneat in theſauro , quo ſe iuuare
poſſet , ſe iterum intra breue tempus ab aduerſarijs inuade-
retur,maximè ſi multos habet inſidiatores:quia tali neceſſa-
rius eſt theſaurus,eo quòd aduerſarij hoc ſcientes magis il-
lum timent,& magis pacificè viuit:licet melius eſſet homi-
num amorem quàm argentum vel aurum theſaurizare.
Quantum verò ad ſecundum, ſecundum Veruec.tallia ſciri
poteſt ex iuſta cauſa impoſita per inſtrumenta confecta: vel
ſi ita ſeruatum eſt à tempore de quo non extat memoria:
quia tunc præſumitur iuſta cauſa.argu.xij.diſtinctio.illa.niſi
ſit violenta præſumptio in contrarium,ſicut de præſcriptio-
ne infrà ſuo loco dicetur.§. quarto. ¶†Quartò quæritur, 5
quando iuſtè exigantur? Et dico quòd Archidia. de tallijs lo-
quens ſic diſtinguit : Grauamina , quæ diuerſis nominibus
nuncupantur,aut imponuntur perſonis eccleſiaſticis,vel cle-
ricis, religioſis, & huiuſmodi:& ſic ſunt rapinæ,niſi interue-
niat authoritas ſedis apoſtolicæ: & ſunt excommunicati exi-
gentes vel recipientes & imponentes, niſi admoniti ceſſaue-
rint.de immu.eccle.c.aduerſus.& de cen.c.quanquam.libro
ſexto.Et hoc intellige etiam ratione domorum , poſſeſsio-
num,vel prædiorum.de immu. eccl.quia nonnulli lib.vj.niſi
prædia fuiſſent prius dictis exactionibus ſubiecta : quia tunc
ad eccleſiam tranſeunt cum onere ſuo , ſcilicet ſi illud erat
perpetuum,immobile,& certum, de quo infrà Immunitas.j.
§.penu.part.iij. Aut imponuntur laicis:& tunc imponuntur à
non habentibus legitimum dominium,&ſunt rapinæ.Aut ab
habentibus dominium legitimum:&tunc aut pro iniuſtis cau-
ſis,puta pro faciendis vel nutriendis bellis iniuſtis manifeſte
vel ad ludum aut pompam vltra decentiam ſtatus,aut prodi-
gè conuiuandum,& huiuſmodi: & tunc huiuſmodi collectæ
ſunt rapinæ.Aut pro cauſis iuſtis : & tunc iterum pro maiori
declaratione diſtinguendum eſt.nam aut populus,à quo exi-
gitur,regitur per vnũ, & ſic licitè talliam imponit eo modo
quo dictum eſt eum poſſe imponere.§.ij.ſcilicet ex pacto, ex
conſuetudine,ex inſufficientia redituũ regulariter,vel no-
ua cauſa.Aut regitur per plures:& tũc tribus modis tallia cõ
ſueuit imponi,vt dictum eſt ſuprà Gabella j.§.ij.Primò vt
deputati taxent ſecundum quod vnumquenq; ſciunt habere
in bonis.Secundò, vt taxent ſecundum quod vnumquenq; ha-
bere credunt.Tertiò per ſchedulas, vt ibi patet. Quomodo
autem ſit ibi iniuſtitia,dicetur §.ſeq.vbi de reſtitutione agi-
tur.¶†Quintò quæritur circa tallias , quomodo teneantur 6
ad reſtitutionem tam ex parte agentiũ quàm patientium: &
ex doctrina Arch.dico multa. ¶Primũ. Quoties talliæ exi-
guntur illicitæ per coactionem, ad reſtitutionẽ tenẽtur exi-
gentes ad hoc ſiue exigantur directè ſiue indirectè:puta non
miniſtrando iuſtitiam,vel non defendendo ſubditos,vel inſi-
nuando ſe aliquid velle:exacti autem non ſoluendo ſiue oc-
cultando bona non peccant nec reſtituere tenentur:modo ca-
ueant à periurijs,mendacijs,&ſcandalo,ſi inde ex non ſoluen
do cõtingerẽt.arg.xj.q.iij.inter cæteta.Eo tamẽ caſu quo il-
licitè quis exigit ratione finis,puta ad luxuriã vel pompam,
tenetur reſtituere,ſi ea tantùm exigeret quæ alias debita
ſunt ſtatuto vel antiqua rationabili conſuetudine: licet male
expendantur.Similiter ſi ſubditi ſpõtè hęc ſoluerẽt: quia ſciẽ
ti & conſentienti nõ ſit iniuria neque dolus.de reg.iur.lib.vj.
Eo etiam caſu quo quis illicitè exigit ratiõe iniuſti dominij,
tenetur ad reſtitutionẽ deductis expenſis factis in vtilitatem
eorum à quibus exegerunt. ¶Secundũ. Quoties talliæ licitè
exiguntur,toties ſubditi illicitè eas defraudant occultãdo bo
na ſua vel aliter,& reſtituere tenẽtur his,qui dãna paſsi ſunt,
ſiue ſint cõmunitas,ſiue ciues:aut pauperibus,ſi iſti ignoran-
tur.Aliqua tamẽ circa hoc ſpecialiter dicẽtur in ſequẽtibus.
¶Tertium.Quando tallię exigũtur per plures primo modo
ſcilicet vbi deputati exigunt quantum ſciunt ſubditos habe-
re,proportionabiliter:qui ex certa ſciẽtia propter odium vel
aliud imponit alicui vltra ratam eorũ quæ inuẽtus eſt habe-
re eſt raptor:& tenet ei de illo pluri,ſi effectus eſt ſequutus:
nõ autẽ ſi nõ ſequitur,licet peccet mortaliter.ar.xxij.q.v. qui
periurare.Et ſi omnes vel maior pars in tali iniuſta impoſi-
tione conueniunt , quilibet grauans tenetur in ſolidũ de da-
mno illato:de iniu.& dam.da.ſi culpa.Si autẽ minus debito
imponunt ſcienter,vel etiam ex diſsimulatiõe vel negligen-
tia notabili,non quærunt deligenter de quantitate ſubſtãtiæ
eorum,quibus imponitur,peccant mortaliter:ſed cõmunita-
ti quidem non tenẽtur:quia & ſi ſemel nõ exigit neceſſaria,
iterum talliã imponẽt:ſed nec ei qui indebitè alleuiatus eſt:
quinimo potius ipſe tenetur illis in eo quod ſatisfacerẽt pro
eo vnde magis tenẽtur his,quibus iterũ vel pluries imponi-
tur.Verùm quia difficile eſt inuenire quibus & quantum te-
neãtur:videtur dicendum,ſecundũ Arch.quòd ad arbitrium
boni viri pauperibus erogent præcipuè his,qui ſunt de nume
ro nimis aggrauatorum.Si autem debitè tallient vel impo-
nant ciues bona mobilia vel immobilia occultantes,aut fin-
gentes ea minus valere,aut ſe habere debita,vt eis minus im
ponatur,ſunt fures:& tenentur cõmunitati, niſi probabiliter
ſcirent,quaſi omnes ſimiliter bonorum ſuorũ partẽ occulta-
re,quo caſu,ſecundũ eundem,videntur excuſari:quia ex mani
feſtatiõe nimis grauarentur.¶Quartũ.Quando verò exigũ-
tur talliæ per plures ſecundo modo,ſcilicet vbi deputati exi-
gunt quantum credunt ſubditos habere proportionabiliter:
tunc ſi ex certa ſciẽtia alicui plus debito imponunt,vt aggra-
uent illum,vel alium alleuient,peccãt mortaliter: & omnes
hoc facientes tenẽtur læſis de damno,ar.de iniur.& dam.da.
c.ſi culpa.Si verò hoc faciũt ex errore probabili:videntur ſe-
cundum Arch.excuſari à peccato & obligatione ſatisfaciẽdi,
modò non moueantur leuibus probationibus & rumoribus
aut ſuſpicionibus hominum præcipuè maleuolorũ:ſed proba
bilibus & vrgentibus rationibus facta debita deligentia,aliàs
ſcilicet grauando ex ignorantia craſſa tenerẽtur.d.c.ſi culpa.
In qua etiam fama & conuerſatio eius,cui imponitur, conſi-
deranda ſunt:quæ ſi ſecundum communem opinionem ſunt
laudabilia,tutius eſt illi credere,quàm propria opinione mo-
ueri:quia humanum iudicium ſæpe fallitur.de ſentẽ.excom-
municã nobis. ¶Quintum. Quando verò exiguntur talliæ
per plures tertio modo,vt ſcilicet deputati per ſchedulas im
ponant:ſi poſt ſufficientem diligẽtiam bona fide imponunt
quantum credunt deberi,excuſantur à peccato,ſi plus impo-
nant.arg.xxiij.quæſt.v.de occidẽdis.ſed ſi intendũt notabili-
ter alios grauare,& ſe ac ſuos amicos alleuiare, mortaliter
peccant in ſingulis impoſitiõibus talibus ſingulorum homi-
num.de iniu.cap.ſi culpa.Et ſi omnes in hoc conueniunt con-
ſentientes ſibi,quilibet tenetur læſis in ſolidum de cõmuni
damno & intereſſe,niſi poſtea exaggrauerentur:vt patet per
dictum beati Tho.& aliorum in iiij.diſtin.xv.de cooperantibus
ad rapinam & damnum. Si verò quilibet ſeorſum ſic impo-
nat,difficile eſt ſcire quis ex ſic imponentibus teneatur:cùm
bene ſcire non poſsit quæ ſit maior vel minor ſchedula,quæ
objicitur,vel media quæ operatur:obligari tamẽ videmur ſe
cundum Arch. ſiue operetur eorum ſcriptura ſiue non pro-
pter affectum intentionis cum opere ſubſequuto.ar.de big.
debitum.tum etiam quia illi aliquo modo cooperãtur & aſ-
ſentiunt damno.ij.quæſt.j.notum . tum etiam quia in dubio
via tutior eſt eligenda.de ſpon.iuuenis.Qui verò imponit vt
ſibi videtur,poſt diligentiã in nullo teneri videtur, ſiue ope-
retur ſua ſcriptura,ſiue non.Qui autem minus debito impo-
nunt,tenentur inde nimis grauatis : niſi fortè ideo facerent,
quia nimis aliàs fuerant grauati.Et ſi in aggrauatione aut al
leuiatione iniuſta valde incertum eſt quantum inde ſequatur
damnum:tenentur ad arbitrium boni viri:vel ſaltem ad pe-
tendam remiſsionem à læſis,ſi ſpontè haberi poteſt.Occul-
tantes verò bona meritò de nimia aggrauatione dubitãtes,
videntur poſſe excuſari,ſecundum eundem,ex quo cum mul
ta iniuſtitia imponuntur:ſemper tamen vitando mendacia.
xxij.quæſtione iij.capite j.¶Sextum . Quia verò publicatis
tallijs multæ reperiuntur enormes,& ſequuntur multæ que-
relæ:rationabiliter eliguntur exgrauatores. de quibus idem
multa dicit ſecunda parte,titulo j. cap.xiij.§. vj. quæ omnia
patent ex dictis.¶Sextò † quæritur, quid de quibuſdam do- 7
minis, qui nihil percipiunt niſi tallias? Et dico ſecũdum Ray-
nerium,quòd ſi tallia eſt antiqua,& creditur probabiliter ex
iuſta cauſa impoſita,exigi poteſt:ità tamen quòd ipſe domi-
nus impleat ſi quid ex illa cauſa implere tenetur. Si verò eſt
noua,& iuſta cauſa neſcitur,nõ debet exigere:& ſi receperit,
debet reſtituere.xiiij.quæſtione vj ſi res.& cõcordant Vltra-
montani.¶Septimò quæritur,quid de dominis, qui allegan-
tes conſuetudinem , accipiunt à ſubditis de mobilibus ſuis
quicquid volunt:& præcipuè expoliant eos quando ſuſpican-
tur quòd tranſire velint ad alium ? Et dicit Monaldus quòd
ſi certũ eſt tale onus à principio ſine fraude & malitia fuiſſe
impoſitum,tolerari poſſunt.Si verò non eſt certum,aut non
veriſimiliter hoc creditur,reſtituere tenẽtur:in dubio tamẽ
ex quo ab eccleſia tolerantur , non eſſet abſolutio denegan-
da ſimpliciter,ſed cum dubitatione præſtãda. Et cõcordant
Veruec.& Vltramontani.qui etiam dicit quòd res eorum qui
merè ſunt ſerui,ſunt dominorũ:peccat tamen dominus ſi ni-
mis ſeruum grauet:licet reſtituere non teneatur. ¶†Octauò 8
quæritur quid de prælatis,qui pro eo ꝙ impẽdunt aliquid le
gato,vel alijs maioribus,à ſubditis plus exigũt,quàm impen
derũt? Et dico ꝙ tenentur extorta reſtituere,& de ſuo tãtum
dẽ pauperibus erogare.& ſi ſuperior,cui de hoc ꝗrela ſit ne-
gligẽs fuerit,canonicæ ſubiaceat vltioni:de immunitate ec-
cleſiarum.c.quia pleriq;. ¶Nonò†quæritur,vtrũ alicui con- 9
cedi poſsit immunitas talliarum? Et dicit Panormit.in c.per-
uenit.de immunitate eccleſiarũ.quòd ſic à principe,& ex pro
prio motu:nõ autẽ ad preces.niſi ponatur in priuilegio clau
ſula,non obſtante lege finali.C.ſi cõtra ius vel publicam vti
litatem.quia cùm ſit contra publicam vtilitatem,oportet de
ea fieri mentionem,vt notat Bar.in l.vacuatis.C.de decurio-
nibus.& in dicta l.finali.& facit cap.ex parte.de capellis mo-
nachorum.Ab inferioribus autem alijs cõcedi poteſt,ſed cõ-
munitas grauari non debet:ſed ſumma minuetur:puta ſi da-
bantur centum,& vnus eximitur qui dabat decem:non præ-
ſtabit communitas niſi xc.aliàs in præiudiciũ communitatis
cõcedere nõ poſſunt.Similiter præfati inferiores & cõmuni-
tates concedere poſſent non ſubditis ſuis immunitatẽ hanc,
licet non habeant iura Imperij,vt veniant ad habitandum in
eorũ terris,ſicut quotidie ſit medicis,doctoribus,& huiuſmo
di:ſed non tam ſubditis,niſi in præiudiciũ concedẽtis ſolùm.
¶Decimò†quæritur,vtrum dominus vẽdere poſsit tallias & 10

alias exactiones?Et ſcripſit San.Tho.ad duciſſam Barban.ꝙ cũm ſuis officialibus nihil committeret niſi temporalis officij poteſtatem,licebat ei huiuſmodi officia vendere:dum tamen venderentur his qui ad ea præſumerentur vtiles:& non tanto pretio quin recuperare poſſent ſine grauamine ſubditorum.Sed tamẽ, inquit,talis venditio nonvidetur expedire: quia habiliores & meliores emere illa nequeunt propter paupertatẽ,aut nolũt:quia nõ ambiũt:& conſequenter vt in pluribus ea emũt,qui ſunt peiores,& ſubditorũ oppreſſores.Vnde magis expedit vt ad illa boni & idonei eligãtur : &,ſi neceſſe fuerit,cõpellantur:quia per illorum bonitatẽ & induſtriam magis accreſcit dominis & ſubditis,quàm de prædicta vẽditione.hæc ex illo.Suppl.autẽ dicit clarũ eſſe ꝙ prohibita ſit officiorum vẽditio.C.ad l.Iuliã repe.l.fi. ſed cũ illa l.videatur cõtraria l.j.ff.de pol.gloſſ.ſoluit,quia pro his nõ põt dari pecunia ſecretè:publicè verò ſecus.& de hoc ſ.Dignitas.§.iiij.

## Rurſus de Gabellis & Exactionibus V.quo ad angarias & munera.

1. *Gabella ſub munere quo modo contineatur?*
2. *Munus prout eſt de genere doni,quotuplex eſt?*
3. *Muneribus à manu,ab obſequio,& lingua, num ad fidem aut religionem pertrahere liceat?*
   *Munera ex pacto dari non debent,vt fides recipiatur, ſed dari poſſunt alicui vt velit baptizari.*
4. *Munus prout ad exactionem refertur,quotuplex ſit?*
5. *Cæcus ad munera,num teneatur?*
   *Miſerabiles perſonæ de quibus rebus aut terris cenſum aut tributum ſoluere teneantur.*

1 GABELLA † rurſus quintò & generaliter exactio ſub ſe cõtinet angarias & perangarias:de quibus ſatis ſuprà Gabella primò dictũ eſt. §.vj.Cõtinet verò ſub munere tertio modo dicto, quod ſcilicet eſt illud quod neceſſariò ſubimus lege vel imperio.ff.de verb.ſig.l.munus.ſecundum verò quod munus eſt in genere doni per ſe vel reductiuè , ad ge-
2 nus exactionis omnino nõ pertinet.¶ Primò† verò quæritur, quotuplex eſt munus de genere doni?Et dico ſecundũ Greg. ſuper illud Iſa.xxxiij.ab omni munere.quod eſt triplex,ſcilicet à manu. Et hoc eſt pecunia , cuius nomine intelligitur omnis res tẽporalis,mobilis & immobilis.j.q.iij.per totũ.Ab obſequio:quod eſt ſeruitus indebitè,id eſt,non ex debito impenſa.Et à lingua:& iſtud eſt fauor.j.q.j.ſunt nonnulli.de quibus etiam vide infrà Simonia.§.xvj.¶ Secundò† verò quæri-
3 tur,vtrum liceat per munera prædicta trahære ad fidem vel religionem.Et de religione quidem infrà,Religio.ij.§.ij.De fide autem dicit Ray.quòd ſic.arg.xxiij.q.iiij.debet homo.& q.vij.c.quod autem.di.xlv.qui ſyncera.& per promiſsiones & grauiores exactiones penſionum in prin.locationis, non autem poſt.xxiij.q.vj.iam verò.Sed Veruec.vt reor,ſimoniã vitus limitat prædicta quòd non ſunt danda munera propter fidem recipiendam ex pacto:ſed dari poſſunt vel promitti ſi vellent baptizari,niſi timerent paupertatem inter Chriſtianos.Item propter beneuolentiam captandam , vt ſic facilius cõuertantur,ad quod facit infrà Iudæus.§.vj.Sed ego dico ꝙ dari poſſunt indiſtinctè etiam ex pacto : ſicut & ſancti aliquando gratia fidei promiſerũt ſanitates:nec eſt de ſimonia periculum: quia promittens hic nõ accipit fidem,ſed infidelis. Vtrum autem iudici liceat accipere à partibus munera, infra Iudex.viij.
4 ¶ Tertiò † quæro,quot modis accipitur vel quomodo diuidatur munus,quod eſt genus exactionis?Et dico quòd eſt triplex,ſcilicet merè perſonale,merè reale,ſeu patrimoniale,& mixtum,vt dictũ eſt ſuprà,Gabella.j. §.vij. Perſonale autem eſt triplex,ſcilicet & ſordidum,quod conſiſtit in vilibus officijs:vt in arena fodienda,calce coquẽda,& huiuſmodi.C.de excu.mune.l.maximarum . Honeſtum cum honore,ſcilicet annexo:& talia munera appellantur honores in l.cui muneris.ff.de mune.& ho.& iſta ſunt officia vel dignitates publica. C.de mune.l.vnica.Et ſimplex ſolum quod poteſt dici neutrum ſcilicet nec honores nec vtilitatẽ habet annexum:vt eſt tutela,cura,& huiuſmodi.ff.de excu.tuto.Et in eis agnoſcendis talis regula dari poteſt ſecundum Barto.in dicta l.vnica. quia ſicut eſt honor quod reputatur honor in loco:vt not.Innoc.in cap.de multa.de præben.ita illud eſt vile quod reputatur vile,& habet officia vilia.Siue autem dicta munera ſint realia ſiue perſonalia,dicuntur aliquando ordinaria, quando ſcilicet habent certam & ordinatam præſtationem per aliquam legem vel ſtatutum ſeu longam conſuetudinem.ff.de vaca.& excuſat.mune. l. in honoribus.§. qui muneris publici. Aliquando extraordinaria,quando ſcilicet non per legem aut ſtatutum vel longam conſuetudinem imponuntur,ſed ſecundum dominorum volũtatem:vt notat Barto.& patet in l.vnica.C.de vaca.pub.mun.vnde iſta per accidens imponuntur. Aliquando dicuntur indicta:vt quando princeps imponit aliquod munus per legem vel ſtatutum,quod à principio erat extraordinarium:ſed nunc efficitur ordinarius.Aliquando ſuperindicta : vt quando ſuper ordinarium aliquid imponit propter neceſsitatem occurrentem:facit l.vnica.C.de ſuperindic. Quando autem hæc munera indicantur vel imponantur,infrà Immunitas.§.v.part.ij.

¶ Quartò † quæritur,vtrum cæcus teneaẽ ad munera?Et dico quòd ad perſonales collectas cogi nõ debet.de cenſi.licet. quod Innoc.intelligit de perſonalibus tantùm, non de realibus.Sed Hoſt.intelligit generaliter de collectis quæ ſunt in terra,vt fodrum,albergariũ,& ſimilia:quia putat quòd tales perſonæ miſerabiles debeant eſſe immunes etiam à realibus extraordinarijs,arg.lxxxix.diſt.indicatum. non autem à realibus ordinarijs.Fatetur tamen quòd ſi tenent terram cenſualem vel tributariam, debent ſoluere tributũ vel cenſum. xvj.q.j.ſi quis.Sed ego puto in realibus extraordinarijs ſtandum eſſe arbitrio iudicis:quia ita poſſent eſſe diuites ꝙ facile ſoluere poſſẽt:vnde tenẽtur ad reales ordinarias ſemper: ad perſonales nunquã:ad extraordinarias reales aliquãdo. Et idem eſt de laborante perpetuo morbo.vide Panor.de cenſi. licet.De hac materia, & generaliter de exactionibus habes infrà Priuilegium.§.j . & ix.& infrà Immunitas.j.§.iiij.& v.

## De Generali.

1. *Generale cur quid dicatur ? Et generalem clauſulam omnia continere.Et qualiter id limitetur?*
2. *Generali,an per ſpeciale derogetur.Et in generali mandato multa ineſſe, quæ tamen non intelliguntur,niſi exprimantur.*
3. *Generali locutione loquentis perſonam non comprehendi.Et id qualiter limitetur?*
   *Perſona loquens quo caſu à generali locutione excipiatur.*

GENERALE † dicitur aliquid à genere, quia ſit multis commune. Vnde generalis clauſula continet omnia.& hoc niſi contraria mens appareat teſtatoris.ff. de penu legata.l.qui penũ.& ff.de pec.l.qui peculij.C. de inoffic.teſtam. ſi quando.in glo.quia non videtur quis generaliter, id eſt, in conceſsione generali cõcedere,quod ſpecialiter nõ eſt cõceſſurus.C.quæ res pig.oblig.poſ.l.j.in glo. nec etiã maiora expreſsis,niſi ſpecialiter committantur.ff.de procu.l.Põponius in prin.& l.mandato.Generali† quoque per ſpeciale procul dubio derogatur.de reſcrip. paſtoralis. In generali etiã mandato multa ſunt,quæ non intelliguntur niſi exprimantur.de reg.



3 reg.c.j.in gl.In† generali etiã locutione perſona loquens intelligitur excepta.de iureiur.petitio.in gl.cum concor . ibi poſitis.Vnde ſi promiſi tibi aliquid cõtra omnem hominem: contra me dare non teneor.quod vtiq; eſt verum regulariter. Fallit autem vbi præceſsit obligatio vel pactum inducens æquitatem quandam,quæ etiam perſonam loquentem includat.& de hoc xxij.q.v.de forma. Vide etiam ſuprà Clauſula.

GLADIVS nõ reddendus furioſo effecto:etiã ſi quis iuraſſet.xxij.q.ij.ne quis arbitretur. & facit ad probãdum ꝙ ex iuramento aut voto nõ teneẽ homo,qñ venit ad eũ caſum,in quo nullo modo iuraſſet,vel iurare non potuiſſet.

¶ GLORIA vana , infrà Vana gloria.

## De Gratia Dei & hominum.

1. *Gratia ſiue ad Deum referatur,ſiue ad hominem quot modis dicatur,ac quotuplex ſit?*
2. *Gratia hominis in iure,quot modis aſſumatur?*
3. *Gratia per ſummum Pontificem facta , an eius morte etiam re integra expiret?Et quid de conceſsione alicui indulta de aliquo faciendo.ſi ante mortem ipſius indulgentis & diſpenſantis non id fecerit?*
4. *Gratia conceſſa.ſi reuocetur,an ante de ipſa reuocatione certificationem expiret?*
5. *Prælatus prædicatorum,ſi ſummi Pontificis authoritate cum fratre diſpẽſauit,vt illegitimus prælatus fieri poſsit,& re integra, & Papa,& is qui diſpenſauit,deceſſerunt,an diſpẽſatio duret?*
6. *Poteſtas diſpenſandi generaliter conceſſa , cum ſacerdotum filijs,an ſi ſit diſpenſatum cum vno , morte concedentis , quo ad alios huiuſmodi poteſtas expiret?*
7. *Gratia immunitatis alicui ob numerum liberorum conceſſa; an ſi qui de numero perierint,deſinat gratia?*
8. *Bannitus propter delictum , cuius occaſione bona confiſcata ſunt,an ſi à domino in gratiam recipiatur , eo ipſo ad bona ſit reſtitutus, & culpa remiſſa?*

1 GRATIA † ſecundum S.Tho.ij.ij.q.xxvj. artic.j.dicitur tripliciter.Primò acceptatio amoris ſeu ad amorem:ſicut dicitur quis habere gratiam meã, quia eſt mihi dilectus. & ſecundò gratuitum donum,quod ex amore tribuitur:ſicut dicimus,fac mihi gratiam iſtam vel illam.adde tertiò ex j.ij. q.ex art.j.quod dicitur tertiò recompenſatio pro dono,ſecundum quod benefactori dicimur agere gratias,vel ei eſſe grati.Igitur gratia hominis tripliciter dicitur, ſcilicet amor,donum,& recompenſatio.Gratia verò Dei,qui ſcilicet nulli recompenſare poteſt,cùm à nullo recipiat donum , dicitur dupliciter tantùm:primò ipſe amor æternus,ſeu æterna voluntas,qua homines diligit:& ſecundò ipſum donum , quod homini largitur,maximè quo ad animam.Et hæc ſecunda gratia eſt duplex,ſcilicet gratis data, ad quam reducitur omnis effectus gratiæ talis,vt prophetia,& ſimilia dona , quæ ſtant cum peccato mortali:& gratum faciens , quæ eſt qualitas in eſſentia animæ dans eſſe diuinum : ad quam reducuntur omnes eius effectus.Quid autem ſit hæc gratia, & quomodo à charitate differat: & quæ pertinent ad illam , non ſunt hic pertractanda:ſed vide Theologos in ij.diſtin.xxvij. & xxviij.
2 ¶ † Primò verò quæritur,quot modis gratia hominis,de qua loquimur,accipiatur in iure ? Et dico quòd tribus,iuxta prædicta.Primò ſcilicet pro amore,ſicut in literis papalibus frequenter mentio fit de his:qui gratiam habent ſedis apoſtolicæ.Secundò,pro dono aliquo,puta conceſsione beneficij,ſeu alicuius indulgentiæ vel authoritatis:ſicut in cle. gratiæ. de reſcri.& quod habetur in regula . quod ob gratiam . libr.vj. Tertiò,pro recõpenſatiõe: vt quoties de gratitudine vel ingratitudine mentio fit.Sed intellige quando quis ad illud beneficium faciendum non eſt obligatus : quia faciens id , ad quod naturali ratione obligatus eſt,non facit gratiam:vt no. Bar.in c.j.§.hæc ſacramenta.de pace iur.fir.& facit ille text. pro eo.& l.Titius.ff.de obſeq.patr . Quartò ſumitur impropriè gratia pro cauſa finali: ſicut dicitur medicina ſumi gratia ſanitatis:& ſic ſumitur in cap.j.de commo.

¶ † Secundò quæritur , vtrum gratia per ſummum pontifi- 3
cem facta eius morte expiret etiam re integra?Et diſtinguo quia ſi nondum erat facta,ſed fienda,re integra morte expirat.de præben.ſi cui.lib.vj.iuncta gl. Secus ſi erat iam facta, & perfectè conceſſa.& de hoc eſt caſus in c.ſi ſuper. de offic. dele.libr.vj.Vnde licet quidam diſtinguant dicentes expirare gratiam morte pontificis,ſi habet iuriſdictionem annexam, & ſit ſolo verbo conceſſa:non autem ſi non habet iuriſdictionem, etiam ſi ſit ſolo verbo conceſſa:tamen Io.And.in prolog.ſuper vj.in nouel . tenet ſimpliciter quòd non expirat etiam conceſſa ſolo verbo.Et idem tenet Archi.ibidem.& eſt verius per cle.dudum.de ſepul.Idem dic quando Papa concedit alicui vt diſpenſet cum tali , licet non diſpenſauerit ante mortem concedentis,ſecundum Federic.conſi. lxxviij. Pariformiter dic de eo cum quo diſpenſatum eſt ſuper aliquo faciendo:quia licet non fecerit ante mortem diſpenſantis:nihilo minus poterit facere poſt mortem diſpenſantis: puta contrahere,vel ordinari.de præben.ſi cui.lib.vj.Similiter ſecundum Io.And.& ſequitur dominus Antonius in cap. ex tua.de fili.presby.perpetuatur authoritas diſpenſandi conceſſa alicui generaliter à Papa per viam gratię per vnam diſpenſationem factam in vita concedentis : ſecus autem ſi fuiſſet facta per viam commiſsionis:quia niſi fecerit actum communem diſpenſationis,puta edictum commune vel ſimile,ſic expirat
quo ad alios cum quibus non diſpenſauit.Plus† etiam dico 4
quòd quando gratia conceſſa reuocatur , non expirat ante certificationem de reuocatione , niſi quando Papa expreſsè vellet ſtatim nõ valere,ſecundum Gemin.in cap.j.de conceſ.præbend.lib.vj.quo caſu intelligo quòd non valeret
in foro cauſarum ſaltem.Ex† his patet primò quòd ſi præla 5
tus in ordine Prędicatorum authoritate ſummi pontificis diſpenſauit cum fratre vt illegitimus poſſet fieri prælatus:& re integra,id eſt,antequam ille frater eligeretur in prælatum, mortuus eſt Papa,& is qui diſpenſauit:durat illa diſpenſatio: nec expirat mortuo Papa,& viuente magiſtro:de quo eſt caſus in dicto capite,ſi cui.& capite,ſi ſuper.nec etiam re integra mortuo magiſtro propter prædicta: & quia diſpenſatio ſemel canonicè facta,ex ſuperuenienti facto nõ retractatur.
Caſus eſt de fil.presby.ex tua.hęc Feder.in d.conſi. Patet† ſe 6
cundò ad quæſt. quam in d.cap.ex tua. mouet domin.Anto. an conceſſa generaliter poteſtate diſpẽſandi cum filijs ſacerdotum,ſi contingat diſpẽſaſſe quo ad vnum,an quo ad alios expiret poteſtas morte cõcedentis,aut ſit perpetua:quia Spe. in titu.de leg.§.videndum . dicit ſe obtinuiſſe quod non eſt perpetuata.quod, ſecundum Ioannem Andream , procedit per viam commiſsionis,non per viam gratiæ . Et adhuc per viam commiſsionis diſtingui poſſet, an is,cui facta eſt commiſsio,fecerit actum communem omni diſpenſationi:& durat poteſtas.an ſolùm ſpecialem quo ad diſpenſationem iam factam:& procedit dictum Spec.Et hæc patent ex not.in capitu.licet.de off.deleg.Patet tertiò quòd gratia conceſſa authoritate Papæ durat mortuo Papa,& concedente,vel à ſuo
officio amoto.¶ † Tertiò quæritur,vtrum gratia immunita- 7
tis alicui data propter numerum filiorum duret:licet aliqui de numero eorum perierint ? Et dicit Ioann.Andr.in regula,decet.libr.vj.in Merc.per multos & ſolennes docto.in facto conſultum, quòd durat.

3 ¶†Quartò quæritur, vtrum bannitus propter delictum, cuius occaſione bona ſunt confiſcata, ſi à domino recipiatur ad gratiam eo ipſo ſit reſtitutus ad bona, & culpa remiſſa? Et tenent quidam quòd ſic per tex. in l. j. §. fin. ff. de quæſt. vbi dicit Bar. quòd quandocunque recipitur ad gratiam principis, videtur reſtitutus. & idem videtur ſenſiſſe in l. fi. ff. de ſen. paſ. Sed Salic. in d. l. fi. damnat dictum Bar. & dicit cum Cyn. ibidem, quòd non reſtituitur. & magis placet per text. in titu. de pace Conſtan. in prin. in verbo, plenitudinem noſtræ gratiæ receptus. Vbi dicit Bald. quòd quando quis recipitur ad plenitudinem gratiæ, remittuntur culpæ & reſtituuntur fauores: & conſequēter quando ſolùm ſimpliciter ad gratiam recipitur, non reſtituitur: & meritò. Facit etiam quia reſcripta fiſco damnoſa in dubio reſtringenda ſunt ad minus præiudicium. arg. l. ſi quando. C. de oper. publi. & reſtitutio principis non trahitur retro contra ius quæſitum alteri, vt tenet Ange. & Imol. in l. Gallus. ff. de libe. & poſthu. Et Bar. intelligendus eſt quando faciens gratiam mandat ſententiam vel bannum cancellari in ſuum præiudicium ſolùm: quia adducit §. fin. prædictum. quod not. & vide ſuprà Damnatus. §. j. Vtrum autem gratia conceſſa per inferiorem Papa morte expiret, vide infrà Indulgentia. §. v. particula vij.

¶GRADVS conſanguinitatis & affinitatis, quomodo debeant computari, vide infrà Matrimonium viij.

¶GVERRA quomodo & quando licita ſit, vel illicita, vide ſuprà Bellum, per totum.

¶GVIDAGIA, ſuprà Gabella.

## De Gula.

1 *Gula quid ſit, & an ad ea fames ac ſitis pertineant? Et in gulæ delictum quot modis incidamus?*

2 *Gula num mortale peccatum ſit?*

3 *Gulæ filiæ quot ſint?*

1 GVLA† vt patet ex S. Tho. ij. ij. q. cxlviij. art. j. eſt appetitus ſenſitiuus edendi & bibendi inordinatus. Vnde fames & ſitis ad gulam non pertinent: quia non pertinent ad appetitum ſenſitiuum ſeu animalem, ſed ad naturalem: ſimiliter nec exceſſus cibi ex ignorantia, ſed ſolùm ex concupiſcentia cibi delectabilis. Eſt autem iſta inordinatio, ſecundum Archi. dum quis appetit cibum vel potum non ad neceſſitatem, ſed ad voluptatem: & , vt colligitur ibi arti. iiij. ex ſufficientia ſpecierum gulæ quinque fit modis, in quibus dictæ ſpecies conſiſtunt, quæ hoc verſu continentur: Properè, lautè, nimis, ardenter, & ſtudioſè. Cuius ſenſus eſt: Properè, ſcilicet appetendo comeſtionem ante tempus. Lautè, quærendo cibos delicatiores. Nimis, ſcilicet ſumendo in quantitate. Ardenter, non ſeruando modum debitum in edendo. & ſtudioſè, quærendo cibos nimis accuratè præparatos.

2 ¶†Primò verò quæritur, vtrum gula ſit peccatū mortale? Et dico ſecundum S. Tho. vbi ſuprà, & ſecundum mentem eius in multis locis, quòd non eſt mortale ex ſuo genere, licet ſit vitium capitale, id eſt, ex quo vitia multa naſcuntur. ¶Eſt tamen mortale, primò ſecundum S. Tho. quando deordinat à fine vltimò, ita ſcilicet quòd delectationi gulę inhęret homo tanquam fini, propter quem Deum contemnit, paratus ſcilicet agere contra præcepta Dei, vt delectationem huiuſmodi conſequatur: quod intelligo ſi actu de hac præparatione cogitetur: vel actu aliquod Dei præceptum contemnatur, frangendo votum, vel ieiunium eccleſiæ, vel huiuſmodi. ¶Secundò, quando quis ſcienter comedit vel bibit in graue corporis nocumentum, ſecundum S. Thom. Pro quo tamen aduerte quòd ſi hoc fiat inaduertenter, non eſt mortale, niſi ſi adeò frequenter fiat, quòd tenetur aduertere: ſicut ſuprà de ebrietate dictum eſt. Similiter nec ſi nocumentum ſit modicum: aut veriſimiliter credatur eſſe modicum: ſicut in infirmo non periculoſè, qui potius vult pati augmentum febris quam ſitim, vel huiuſmodi. Et idem eſt de porrigente infirmo ſcienter vel ex ignorantia improbabili aliquid grauiter nociuum. Et concor. his S. Tho. Hoſt. Inn. Et ratio, quia hoc eſt contra amorem charitatis ad ſeipſum. ¶Tertiò, quando ſcienter ex voluptate comeditur vſq; ad vomitum: aut bibitur vſque ad ebrietatem, ſecundum Arch. De ebrietate tamen dictum eſt ſuprà ſuo loco. ¶Quartò, ratione finis, puta ad luxuriandum, aut ad procurandam pollutionem in ſomnijs, etiam gratia ſanitatis: de quo infrà Pollutio. ¶Quintò, dum quis alio ſcienter eſt cauſa prædictorum. ¶†Secundò quæritur, 3 quot ſunt filiæ gulæ, id eſt, vitia ex gula generata? Et dico quòd ſunt ſex ſecundum Greg. & S. Tho. Prima eſt ebrietas. Secūda hebetudo mentis. Tertia inepta lætitia. Quarta multiloquiū. Quinta ſcurrilitas. Sexta immūditia. de quibus ſuo loco. De ieiunio, & cibis, & hora comedendi, infrà Ieiunium.

## De Habitu maximè ſacro.

1 *Habitus & ſi variè accipitur, hoc tamen loco pro perſonæ eccleſiaſticæ ornamento ſumitur: & tum qualis eſſe debeat?*

2 *Cardinalibus an liceat vti his aut ſimilibus ornamentis, quibus & Papa vtitur. Et quid de laicis, & de mulieribus?*

3 *Religioſus quando, & qualiter habitu ſuo vti debeat?*

4 *Religioſus qui & curatus ſit, an in eccleſia ſeculari, vt ſe vulgo conformet ſecularium, habitu clericorum exterius, proprio ſub Chlamyde retenta vti poſſit?*

5 *Clerico ſeu religioſo, num ex rationabili cauſa habitum transformare, ſeu occultare liceat?*

6 *Secularis veſte religioſa maſculorum, aut fœminarum ludicrosa vtens, an mortaliter peccet?*

HABITVS† cùm multipliciter dicatur, ſpecialiter tamen pro veſte ſumitur, maximè eccleſiaſticarum perſonarum. de quo in c. præcipimus. xxj. q. iiij. & de vita & hone. cler. Deus qui. ſed de habitu ſeculari agetur principaliter infrà Ornatus. de ſacro verò in titulo præſenti. ¶Primò verò quæritur, qualis eſſe debeat habitus eccleſiaſticæ perſonæ? Et dico quòd religioſi quidem habitus debet eſſe ſecundum regulæ ſuæ ſtatuta: ita tamen quòd conueniat religioſæ pœnitentiæ. xxj. q. j. vidua. clerici verò ſecundum gloſſ. ſumma. xxj. quæſtio. iiij. poſſent vti pannis etiam pretioſis ſecundum conſuetudinem regionis, vt conforment ſe moribus eorum, inter quos viuunt: vt ne viliſcat dignitas clericalis. diſtinct. lxxx. epiſcopi. de quo vide ſuprà Clericus. ij. §. iij. & infrà Ornatus. Et adde quòd ſecundum Hoſtien. in ca. antiqua. de priuil. panni rubei, & fræna, atque calcaria deaurata, & ornamenta ſimilia, ſunt inſignia papæ, & ſui legati, cùm proficiſcitur vltra mare. ¶Ex† quo infertur quòd Cardinales iure 2 communi vti non poſſunt ſimilibus coloribus & ornamentis: excuſantur tamen ſequentes conſuetudinem oppoſitam, ex quo Papa ſcit & tolerat: quia iſta ſunt de iure poſitiuo. Infertur etiam quòd nec laicis licitum eſt deferre huiuſmodi deaurata, nec pro perſona, nec pro equis ſuis: quia huiuſmodi ſunt principis ornamenta, quibus priuati vti non debent ſub pœna capitis: vt l. ij. C. de veſti. holoba. libr. xj. Et hanc rationem ſequitur text. in l. temperent. C. eo. tit. De mulieribus autem non eſt dubium, quòd poſſent vti prædictis ſine pœna prædicta: quod quidem verum putant ſolùm matronis nobilibus: quidam etiam viri hoc habent ex priuilegio: vt milites, & doctores: & ſimiliter milites gaudentes, ex quo datum ſibi in ſignum: & poteſt de conſuetudine introduci. ¶†Secundò quæriter, quando & qualiter religioſus vti debeat habitu 3 ſuo. Et dico quòd ſemper & patenter. Semper quidem, id eſt, omni tempore, ſeu in lectulo quieſcens, ſeu in quocūq; loco conſiſtens. xx. q. j. vidua. alius tamen in aliquibus religionibus videtur eſſe habitus diurnus à nocturno: vnde ſufficit portare ſecundū religionis ſuæ inſtituta. Patenter verò cùm prodit in publicum: aliàs illum dimittendo, ſecundum Archi. eſt mortale, niſi ex iuſta cauſa: puta propter periculū captionis vel inſidiarū, aut cùm eſſet in balneis aut ſtuphis. quod intelligo de dimiſſione ſui habitus doloſè cum ſumptiōe alterius ad vſum. ſecus ſi proprius habitus dimitteretur ad horam nō doloſè, ſed voluptuoſè nullo aliō ſumpto, vel ſumpto alio nō ad vſum, ſed ad ſolatiū ex iocoſa familiaritate, & huiuſmodi: vt ſi in honeſta recreatiōe frater minor induat habitum prædicatorum, vel econuerſo. vnde ſubiūgit idem ſi religioſus dimitteret vel occultaret habitum ne deprehēderetur in ſcelere perpetrando, non euaderet mortale nec excōmunicationem, de qua ſuprà, Excommunicatio. ix. excommunicatione xxiiij. vide etiam §. ſequenti. ¶Tertiò† quæritur, vtrum reli- 4 gioſus præcipuè curatus in eccleſia ſeculari ad ſe cōformandum vti poſſit habitu clericorum ab extra, retento proprio ſub chlamyde? Et dicit glo. in cle. quoniā. de vita & ho. cle. ꝙ eſt apoſtata, quod videtur hodie approbatum per d. cle. & ſequitur Ioan. An. in nouel. ſuper regula, certum eſt. in vj. propter multa: & rurſus in nouel. ſup. c. quod Dei timorē. de ſtat. mona. dicit quòd monachus aſſumptus ad curam eccleſiæ ſecularis, nō abſoluitur ab habitu, ſcilicet monachali deferendo, quia illud non eſt contrarium eccleſiæ ſeculari: quia non habet determinatum habitū pro clericis ſuis, licet debeat eſſe talaris. xxiij. diſtin. non liceat. & certi colores veſtium, vt viridis, rubei, & huiuſmodi, ſint prohibiti. de vita & ho. cle. clerici. Et idem dicit Archi. diſt. xxiij. ſanctimonialis. Quod ergo dicit gloſ. xvj. q. vij. in noua. tales poſſe habitum mutare exterius, licet ex toto non debeāt, dicit Archi. eſſe verum, quando aliàs ſcandalū eſſet: vt de vit. & ho. cle. Deus qui. Et idem Gemi. dicens quod ob ſcandalum vitandum licet monacho aſſumpto ad curam in aliquo ſe conformare habitui clericorum ſecularium. quod fieri poteſt portando chlamydem, ſed clauſam ante, cum feneſtris lateralibus: vt faciunt honeſti ſacerdotes ſeculares, & caputium: & ſi non totum, ſaltē quo ad illam partem, qua caput operitur, appareat ab extra chlamydem retro. Si autem huiuſmodi monachi vtantur habitu ſecularium clericorum: vt non appareant monachi, de hoc erubeſcentes, vel vt non cognoſcantur propter vanitatē, ſecundum Arch. non euadūt mortale, & excommunicationis cen-
5 ſuram. ¶Quartò† quæritur, vtrum liceat clerico & religioſo ex cauſa rationabili habitum transformare ſeu occultare? Et dico quòd ſic ſecundum omnes. & ſimiliter dimittere. de his ſuprà, Excommunicatio. viij. excommunicatione xxiiij. nota.
6 iij. & ferè per totum. ¶Quintò,† vtrum ſecularis vtens veſte religioſa maſculorum aut fœminarū cauſa ludi peccet mortaliter? Et dico ꝙ non ex leuitate & ſine irriſione & turpitudine, quia aliter eſſet nimis durum: nec aliquo iure probabile. ſi autem hoc fiat cauſa ludibrij, id eſt, vituperij, dicit gloſſ. in cap. cùm decorem. de vi. & hon. cle. prohibitum eſſe vti habitu monachali, vel alio religioſo: & quod faciēs grauiter punitur, vt in authen. de ſanc. epiſ. §. vlti. collat. ix. & ſic videtur mortale peccatū. Imò ſi non fiat hac de cauſa, ſed tamen in rei veritate fiat cum ludibrio: vt cùm deferuntur laſciuæ verè vel apparēter, vt vulgò dicitur in maſcara, videtur omnino mortale: quia eſt magna irriſio Dei in ſanctis ſuis, ſimiliter cum eo vtuntur mimi & hiſtriones exercēdo vituperoſa. C. de epiſcop. audient. l. minime. Vtrum autem vir vti poſſit veſte mulíebri, vel econtra, ſuprà, Fœmina. §. j.



## De Hebetudine.

HEBETVDO corporalis opponitur acutiei: ſpiritualis verò ſubtilitati intellectus, ſiue dono intellectus, quod facit ſubtiliter penetrare. Et eſt hebetudo ſenſus ſeu mentis debilitas mentis in ſpiritualiū conſideratiōe. xxij. quæſt. xv. & oritur ex gula, habens rationem peccati, inquantum eſt voluntaria: vt patet in eo, qui ita circa corporalia eſt affectus, ꝙ de ſpiritualibus ſubtiliter faſtidit, aut negligit cogitare.

## De Hæreditate primò in ſe.

1 *Hæreditatis finitio. Et an in conſcientiæ foro heres ad debita vltra hæreditatis vires teneatur?*

2 *Conſanguineorum gradus quot ſunt? Et teſtator ſuos ſiue aſcendentes ſiue deſcendentes, quo ordine inſtituere aut exhæredare teneatur?*

3 *Inteſtatum decedere, quot modis contingat?*

4 *Hæreditatis partes, quot ſint? Et hæreditas in laicis ab inteſtato, ad quos deuenire debeat. nu. ſeq. ad qđ ſex axiomata ſubdit.*

6 *Clerico ab inteſtato decedenti, quis ſuccedere debeat.*

7 *Seruis manumiſſis ab inteſtato decedentibus qui ſuccedant?*

8 *Clerici an laicis eo, quo dictum eſt ordine ſuccedant?*

9 *Damnatis ad mortem quis ſuccedere debet?*

10 *Bona monaſterium ingredientis, ac deinde decedentis, ad quem perueniant? Et in hoc ſubdit dicta ſex, cum limitationibus.*

11 *Statuto cauente, vt extātibus maſculis &c. debeāt fœminæ dote contentæ eſſe: moritur pater, ac deinde filius ante filiæ dotationem ſuperſtitis, quænā ſuccedet, an filia ipſa, an verò amita?*

12 *Dominus, qui de conſuetudine totum accipit, quid eius erat, qui ſine liberis deceſſerit, an teneatur?*

HÆREDITAS† ſecundum Bar. in rub. de acqui. hæred. eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod habuit defunctus: vt l. nihil. de verbo. ſig. & ſic ſumendo, ſcilicet pro ſucceſſione in totum, & non in partē iuris, eſt de iure ciuili Romanorum tātùm. diſtinctione j. §. ius quiritū. & nullius alterius gentis. quod patet: quia deportati, qui non ſunt capaces eorum, quæ ſunt iuris ciuilis, non ſunt capaces hæreditatis. C. de hæred. inſtitu. l. j. Ex quo infertur quòd in foro conſcientiæ hæres non tenetur ad debita vltra vires hæreditatis: quia in foro conſcientiæ non ſumitur hęreditas dicto modo: ſed capitur prout eſt de iure gentium, ſecundum quod hęres non ſuccedebat in vniuerſum ius defuncti: ſed capiebat bona tanquam bona vacantia: vnde non tenetur niſi quatenus patiuntur facultates defuncti. ¶†Sed pro dicēdorum notitia ſcien- 1
dum eſt ꝙ tres ſunt gradus vel lineæ conſanguineorū ſecundum Aſten. li. iij. ti. xxv. ſcilicet aſcēdentiū ſiue parentū, deſcēdentium ſiue liberorū, & collateraliū. Teſtator autē quādiu aliquē habet de deſcendētibus, tenetur illū vel inſtituere hæredem vel exhæredare: & ſi illum inſtituat hæredem, non tenetur de aliquo aſcendentium facere mentionem: quia deſcendentes in infinitum cæteris præferūtur, Inſtitu. de hære. quæ ab inteſt. in princ. Deficientibus autem deſcendentibus legitimis tenetur ſuos aſcendente legitimos, ſi quos habet hæredes inſtituere vel exhæredare. C. ad ſeua. Orfi. l. quoties. Collaterales autem nunquam tenetur hæredes inſtituere vel exhæredare: ſed deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus legitimis poteſt quos vult inſtituere, etiam ſibi non attinentes, nulla de collateralibus facta mentione.

3 ¶Sciendum† eſt etiam ſecundò, quòd ſecundum Aſten. li. iij. tit. xxxv. ſex modis quis dicitur decedere inteſtatus. Primò, ſi moriens nullum fecit teſtamētū, vel quia noluit, vel quia nō potuit, ſcilicet de iure vel de facto. Secūdò, quia & ſi fecit, nō tn̄ iure, quia ſcilicet defuit aliqua ſolēnitas legitima. Tertiò,

quia & ſi fecit,iure tamen poſtea ruptum eſt:vt j. Teſtamen
tum iiij. quia & ſi ex omni parte ſit legitimè factum : nullus
tamē ex eo hæres apparet:quia ſcilicet vel inſtitutus eſſe no
luit etiā viuente teſtatore:aut etiā ante aditam hæreditatem
deceſsit:vel defuit cōditio,ſub qua erat inſtitutus.Et iſti qua-
tuor modi probantur Inſti.vbi ſuprà in prin.Quintò ſi filius
nominatim & cùm cauſa legitima ſit exhæredatus:& poſt
mortem teſtatoris propoſita querela inofficioſi teſtamēti,&
hærede cauſam ingratitudinis non probante teſtamentū per
ſententiā eſt reſciſſum.Sextò,ſi teſtamētū iure prætorio per
cōtra tabulas reſcindatur.Ex his duobus vltimis modis dici-
tur quis ex poſt facto teſtamento decedere inteſtatus. C. de
4 col.l.vt liberis.¶Primò† verò quęritur,quæ ſint partes hære
ditatis ſecundū iura?Et dico quòd quia as aſsis ſignat pondus
xij.vnciarū,licet aliquando pro obolo ponatur,inde ꝙ tranſ-
ſumptiuè ipſa hæreditas dicit̃ as,& in xij.partes diuiditur,quę
vocantur xij.vnciæ, & habent nomina propria: ita quòd vo-
cantur ſeſcunx,id eſt,vncia vna:ſextans, id eſt,ſexta pars hæ-
reditatis,ſcilicet vnciæ duæ: quadrans,id eſt,quarta pars,ſcili
cet tres vnciæ:triens,id eſt,tertia pars,ſcilicet quatuor vncię:
quincūx,id eſt,quinque vnciæ:ſemis,id eſt,dimidium,ſiue ſex
vnciæ:ſeptunx,id eſt,ſeptem vnciæ:bes,id eſt,octo vnciæ:do
drans,id eſt,nouem vnciæ:dextās,id eſt,decem vnciæ:deunx,
id eſt,vndecim vnciæ:duodecim verò vnciæ appellatione aſ-
5 ſis cōtinētur:vt Inſti.de hær.inſt.§.hæreditas.¶Secūdo† quę-
ritur,ad quos debeat ex inteſtato hæreditas in laicis deueni-
re aut defuncto nihil,aut inualidè diſponēte? Et dico multa.
¶Primum.Iure cōmuni in laicis primò ad hæreditatē veniūt
legitimi deſcendētes,ſi ſunt,omnibus alijs excluſis: & ſi ſunt
primi gradus multi,æqualiter ſuccedūt.Si verò ſunt nepotes
& vlteriores,ſolùm ſuccedunt non in capita, id eſt,nō æquis
partibus,ſed in ſtirpes,id eſt,in ea parte , qùam pater eorum
ſi viueret habuiſſet:nec diſtinguit̃ an ſint maſculi vel fœmi-
næ: etiā adoptiui, nō emācipati: quia indiſtinctè omnes ad-
mittūtur:vt C.de ſuis & leg.hęred.auth.in ſucceſsione.¶Se-
cundum.Si verò deſcendentes non ſunt, tunc veniunt aſcen-
dentes:puta pater,auus,abauus, &c.cū fratribus & ſororibus
ex vtroque parente coniunctis defuncto vel eorum filij.
¶Tertium,quòd ſi fratres vel ſorores ſeu filios nō habet,ſuc
cedunt aſcendētes,ſalua ſemper prerogatiua gradus,ſcilicet
quia pater præfertur auo:& ſic eū excludit:& ſic de cæteris.
Et ſic de aſcendētibus venit ſolū,qui eſt defuncto proximior
cum fratribus,ſi ſunt in capita , ſed cū filijs fratrū in ſtirpes,
excluſis fratribus ex vno parente tantùm.Et ſi dicti aſcēden-
tes ſunt in æquali gradu, puta ex parte patris in primo vel
ſecūdo,& ex parte matris ſimiliter in primo vel ſecūdo:& hu
iuſmodi ſic æqualiter paterni pro dimidia:& materni ꝑ alia
dimidia ſuccedunt: quanuis ſint plures perſonæ ex parte vna
quàm alia:puta auus & auia ex vna parte: & ex alia auus ſo-
lus vel ſola auia:vt in auth. de hęred.ab inteſt.ven.§ j.& ij.&
in auth.defuncto.poſita C.ad Tert.& quod ibi no.in gl.Ali-
ter qui eſt in proximiori gradu defuncto: ſiue paternus, ſiue
maternus ſit,admittitur:vt in d.auth. defuncto.¶Quartum,
quòd ſi nec aſcēdentes ſint,veniunt collaterales:primò qui-
dem fratres,ac filij fratris pręmortui,qui ſcilicet erāt cōiun-
cti ex vtroq; parēte defuncto: ſed diuerſimodè: quia fratres
ſuccedunt in capita:dicti verò filij in ſtirpes: & iſti fratres &
filij præferūtur fratribus, qui ſunt ex vno parente ſolùm, vt
C.de leg.hære.auth.ceſſante.Et hoc ſcilicet quòd filij fratrū
ſuccedūt in ſtirpes.tenet Cyn.Iacob.de Are.Dy. & Bar.dicit
tamen Barto.in l.omnes.C.communia.de ſucceſsionib.quòd
quando parentes veniunt ad ſucceſsionem in bonis quæſitis
ex linea materna:præferūtur parētes ex linea materna: & in
bonis paternis,ex linea paterna. C.de bonis mater.l.iij.& ſi-
militer quando ſunt duo filij ex diuerſo matrimonio:præfe-
runtur in lucro matrimonij illi, qui nati ſunt ex illo matri-
monio.Sed ſi ex diſpoſitione teſtatoris, vel legis aut ſtatuti,
diceretur quòd ſuccedunt agnati,prout ſunt in gradu proxi-
miores:eo caſu veniunt filij fratrum præmortuorum cum
patruis:iuxta authen.ceſſante.C.de legi.hæredib.not.gloſſ.
cōmuniter approbata in l.cùm ita.§.in fideicommiſſo.ff.de
leg.ij.Dicit etiam Gu.quòd cum fratribus præfatis non ve-
niunt filij alterius fratris.ff.quod cum eo, qui in alie. pot.l.
ſed ſi ex patre.Dicit etiam Azo & Hoſt.quòd filij fratrū ſo-
li ſine patruis & amitis ſuperſtites admittūtur in capita,quan
uis ſint filij diuerſorum fratrum,ſed nō nepotes, ſcilicet nati
ex eis.Secundò nō exiſtentibus prædictis, vel aliquo eorum,
veniunt fratres ex vno tantū latere coniuncti, & eorum filij,
qui præferuntur patruis defuncti. Tertiò, præfatis non exi-
ſtentibus,præferūtur qui gradu ſunt proximiores defuncto,
& ſi pares ſunt,pariter admittuntur.C. de legi. hæredi.auth.
poſt fratres.vbi Cyn.infert quòd vlteriores poſt fratres & fi-
lios eorum ſuccedunt ex ſe : ideoque non conſideratur per-
ſona eius à quo deſcēdunt, ſed tantùm perſonæ ſuccedentes:
& ſic veniunt in capita.Secus in præcedentibus: vt cùm tra-
ctatur de ſucceſsione paternorū auunculorum, amitarum,
& materterarum:vbi cōſideratur perſona eius à quo deſcen-
dunt,ideoque veniunt in ſtirpes,vt in authen.ceſſante.C.de
legi.hæred.Et hæc faciunt ad quæſtionem iſtam.Conſuetu-
do eſt quòd filia non ſuccedit in baronia: quidā autem baro
habet fratres & nepotem ex filia præmortua,& decedit inte-
ſtatus:quęritur an nepos admitteretur ad baroniā?Dic quòd
non:quia nepos iſte venit ex perſona ſuæ filiæ:& ideo repel-
lendus.Si aūt nō eſſent fratres,nec fratrū filij,aut vlteriores,
bene veniret nepos:quia non cōſideramus perſonam eius,à
qua deſcendit,vt d.authen.poſt fratres.& authen.ceſſante.Et
extenditur cōputatio prædicta vſq; ad decimum gradum:vt
habetur xxxv.q.v.ad ſedem.ita tamen vt numerētur iſti deci
gradus ſecundū leges quæ ponunt duos gradus,vbi canones
ponunt vnum,vt ibi pater:imò, ſecundū aliquos, durat in in-
finitum quouſq; habetur memoria de agnatione:licet Impe-
rator expreſſerit ſolū decimum gradū: quia vix vlterius du-
rat dicta memoria. Et in præfata ſucceſsione tam aſcenden-
tium quàm deſcendentium & lateralium ceſſat omnis diffe-
rentia tam ſexus quàm emancipationis:hoc tamen attēto,vt
cùm agitur de ſucceſsione patris ſolos cōſanguineos admit-
tas:de rebus verò matris,vterinos.¶Quintum.Filij verò na-
turales tātùm vel ſpurij,ſecundū Ang.in auth.quomodo na.
effi.ſui.§.fi.ſi ſunt ex eodem patre, nō ex eadē matre,nō ſuc-
cedunt inuicem vnus alteri.Si verò ſunt ex eadē matre, tunc
vnus alteri ab inteſtato ſuccedit:quia inuicem cognoſcūtur.
l.ij.ff. vnde cognati. Si verò vnus ſpurius decederet relicto
fratre ſpurio & alio legitimo ex eadē matre: tūc venit legi-
timus,& illegitimus excluditur: quia quando de ſucceſsione
tractatur,ille frater præfertur,qui pluribus nexibus eſt con-
iunctus.De ſucceſsione verò fratrum adinuicem, ſeruādum
eſt quod dictum eſt,excepto quòd frater legitimus non ſuc-
cedit fratri ſuo illegitimo ex parte patris, nec econtrario:
quia non eſt ille illi agnatus, nec ille ipſi:& durat in infini-
tum,quouſque memoria poſsit haberi de cognatione. Inſti-
tut.de gradibus cognationum.per totum.¶Sextum. Præfa-
tis autem omnibus aſcendentibus,deſcendentibus,& collate
ralibus deficientibus veniet vir ad ſucceſsionem vxoris,&
vxor viri:vt C. vnde vir & vxor.l. vnica. & ſi vxor eſſet
ſine dote & pauper, & maritus nec aſcendentes habet nec
deſcendentes , ſed ſolùm agnatos, vel cognatos: tunc ſuc-
cedit viro ab inteſtato in quarta parte hęreditatis: vt in au-
then.de exhibendis & introducendis reis.§. quoniam verò.&
idem dic de viro paupere circa bona vxoris. aliæ verò tres
partes hæreditatis erunt agnatorum vel cognatorū. Vltimò
ſuccedit fiſcus:vt C.de bon. vacan.l.j.Si vero eſſet pactū,vel
ſtatutū,vel cōſuetudo cōtra omnia,vel in aliquod prædicto-
rum,illud ſerua,ſi tale quid eſt,quod iuri cōmuni poſsit dero
6 gare.¶†Tertiò quæritur quis ſuccedat clerico ab inteſtato
morienti?Et diſtinguo:quia in bonis proprijs,de quibus po-
terat liberè diſponere, vt ſuprà Clericus.iiij.§.xvij.ſuccedunt
cognati,ſecundum quod dictum eſt ſuprà: quos ſi nō habet,
ſuccedet eccleſia cui ſeruiebat tēpore mortis:vel altare,ſi ſo
lùm ſeruiebat altari,quod habebat bona diſtincta ab eccle-
ſia ipſi altari deputata:vt not.xij.quæſt.vlti.cap.vlti.in authē.
de eccleſ.tit.§.ſi quis epiſcopus.fallit tamen hoc in presbyte
ris ad ſacerdotium ex ſeruitute cum dominorū cōſenſu pro-
motis:quia de bonis eorum quatuor fiunt partes, quarū vna
epiſcopo,altera eccleſiæ,tertia pauperibus,& vltima paren
tibus aſsignatur:qui ſi nō ſunt idonei,vt puta hęretici, xxiiij.
quæſt.ij.ſanè.vel huiuſmodi, epiſcopus in vſum eccleſiæ di-
ſtribuet.de ſucceſ.ab inteſ.cap.ij.nec eſt hoc abrogatū,vt ibi
communiter tenent Doctor.cōtra gloſ.In bonis verò eccle-
ſiæ,de quibus diſponere clerici nō poſſunt,ſuccedit eccleſia,
vt in cap.j.de ſucceſ.ab inteſt.& cap.j.& cap.relatum. el.ij.&
cap.requiſiſti.de teſt.Et prędicta intellige vbi bona clerici de
cedentis ſunt manifeſtè diſtincta à bonis eccleſię.xij.quęſt.j.
manifeſta.quia vbi fuerint confuſa,ſi dubitetur an habuerit
aliquod proprium ,præſumitur pro eccleſia,& totū ſibi ven-
dicat.argum.xij.quæſt.iij.quicūq;.Si verò ſit quidem certum
quòd clericus aliquid habuerit,ſed neſcitur quid vel quātum,
ſecundum Archi.debet fieri inter eccleſiam & cōſanguineos
æqua diſtributio.xij.quæſt.iiij.cap.j.& intellige ęqua propor
tionaliter conſideratis omnibus,quæ faciunt ad rem: vt in-
nuit ibi gloſſ.Præſumitur tamen in tali dubio pro eo qui eſt
in poſſeſsione,ſiue ſit eccleſia,ſiue cōſanguineus,& alteri ꝓ-
batio incumbit.arg.xij.quæſt.iij.cap.j.& ij. Sciendum tamen
quòd Sum. Roſ. vult clerico in proprijs ſuccedere agnatos,
id eſt,ex virili ſemine deſcendentes,& nō cognatos,id eſt de
ſcendentes ex fœminco. & idē videtur ſentire Sum.Ang.cu-
ius cōtrarium tenet Piſa.& Supple. & Archi.dicens quòd ſuc
cedunt cognati. per quod generaliter intelligit etiam agna-
tos à fortiori.& hoc patet xij.quæſt.vltima.cap.vltimo.in ver
bo,ſine cognatiōe.patet etiam ratione: quia nō eſt ratio diſ-
7 iunctionis quo ad hoc inter clericum & laicum. ¶ † Quartò
quæritur quid de ſeruis manumiſsis deſcendentibus ab inte-
ſtato?Et dico quòd ſuccedent deſcendentes,vel aſcendentes,
aut collaterales, ſecundū quod dictum eſt,excepto quòd pa-
tronus vendicat partem, nō tamen totum.Inſtitut.de ſucceſ.
libe.§.ſed noſtra cōſtitutione.vbi vide de ſucceſsione eorum.
& infrà Manumiſsio.§.vj. dicit tū Bar.in l.defuncto. ſi quid
in frau.patro.quòd ſi vnus patronus viuit , præfertur filio al-
terius patroni : & filius patroni præferetur nepoti patroni
8 alterius. poteſt enim quis eſſe multorum ſeruus. ¶†Quintò
quæritur , vtrū clerici laicis ſuccedant ſecundum quod dictū
eſt,& eo ordine? Et dico quòd ſic indubitāter:quia iura alle-
gata non excipiunt eos:imò etiam religioſi,intellige valētes
habere proprium in cōmuni, etiam ſi dum laici erant com-
miſerunt vitiū ingratitudinis,vt xix.q.vlt.c.fin.quod tamē fal
lit in feudis.de quo ſuprà Feudum.§.viij.Prædicatores quoq;
ſecundum Archi.hoc habent ex priuilegijs, quanuis ſint mē-
9 dicantes.¶†Sextò quæritur,quis ſuccedet damnatis ad mor-
tem ex aliquo delicto?Et dico quòd deſcendētes vel aſcēden
tes, ſecundū quod dictum eſt ſuprà,ſed non collaterales, niſi
vſq; ad tertium gradum.Vxores verò taliū ſolùm habebunt
dotem & donationem ante nuptias:& ſi dotē nō habuerint,
accipient partem legibus diffinitam,id eſt, quātum ex more
lucrarentur,ſiue habeant filios,ſiue non.Et ſi neminē prędi-
ctorum habeant,fiſco applicātur.C.de bon.dam.auth.bona.
¶†Sptimò quæritur, vtrum bona ingredientis religionem 10
ab inteſtato proueniāt monaſterio?Et dico multa. ¶Primū.
Secūdum Pan.in cap.in præſentia.de probat.dicta bona non
proueniunt monaſterio quo ad fratres minores: proueniunt
autem quo ad fratres predicatores & alios mendicantes:non
tamen vt immobilia aut iura perpetua ſibi retineant, ſed vt
vendant etiā imploratione officij iudicis.Et idem dicēdum
eſt in omnibus alijs relictis præterquā per religionis ingreſ-
ſum,etiā in fratribus minoribus,ſcilicet quòd petēt implora-
tionē officij iudicis, & vt vendāt.Quo autē ad alios religio-
ſos non mēdicantes indubitanter ſuccedit monaſteriū. ¶Se-
cundum.Secundū etiam eundē ibidem cùm mēdicātes nul-
lum habeant monaſterium, licet transferantur ad placitum
prælatorum, nō proueniūt dicta bona in prædictis particu-
lari monaſterio:ſed erūt in poteſtate illius,qui pręeſt, vt pro
uideat prout videbit̃ ſibi.Sed contrarium de facto ſeruatur
in ordine prędicatorū,& proueniūt monaſterio in quo naſci-
tur religioni per ſuſceptionē habitus:quod etiā quantum ad
quędam particularia iura eſt eius,licet inde amoueatur:quia
etiam non mendicantes amouentur.¶Tertium.Et ſi ingre-
diens erat vſufructuarius ſolùm, ſecundū eundem tranſibit
ad monaſterium vſusfructus:ſed ſolùm durabit in vita ingre
dientis,& nō plus.¶Quartum.Collata tali ingredienti ea le-
ge vt non alienentur, ſecūdum.Io And.erunt monaſterij,per
arg.l.j.ff.de fun.inſtr.& l.pater.§.Iulianus Agripa.ff.de leg.
iij.& in eo quod not.de iure pat.ex literis.Pan.aūt vbi ſuprà,
& quidam alij tenent cōtrarium per arg.l.peto. Luci Titi.ff.
de leg.ij. & facit quod notatur in l.ſi ita quis.§.eadē lege. ff.
de verb.oblig.Sed fortè diſtingui poteſt:quia cùm veritas hu
ius quæſtionis ex intentione prohibentis alienationē depen-
deat,ſi ideo prohibuit vt iſte haberet, vel quocunq; fine, qui
non euacuatur per hoc quòd monaſteriū ſuccedit, tranſibit
cum eo ad monaſteriū.Si verò prohibuit aliquo fine,qui fru
ſtraret̃,ſi trāſiret ad monaſteriū,ad illud nō trāſibit.¶Quin-
tum.Bona ingrediētis religionem nō capacem,vt mendican
tium nō habentiū in proprio vel cōmuni,ſecundū cōmunem
opinionem veniunt ad ſuccedētes ab inteſtato, per auth.bo-
na.C.de bo.ꝓſcrip.Sed hoc limita primò, niſi fuerint illi re-
licta ſub cōditione, ſi deceſſerit ſine liberis reſtituendi, quia
erogari debent in pias cauſas:vt eſt caſus in auth.de ſan.epiſ.
§.ſed & hoc præſenti.in fi.& hoc ſequit̃ Ang.in diſputatione,
quæ incipit,nobilis quidā genere.Secūdò limita omnia præ-
dicta,niſi imploratione officij iudicis vellent dicta bona ven
dere,& pretiū in ſuas neceſsitates cōuertere:quia ſuccedēt,vt
dictum eſt.Pro his tū aduerte quòd inſtitutus hæres cū con-
ditione, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſe legitimè deſcēdētibus,
&c.ſi monaſteriū ingrediatur,euaneſcit ſubſtitutio,ſecūdum
Panor.in d.c.in præſentia.poſt Bart.& Cyn.in l.ſi ita quis.ff.
de leg.ij.& concor.Archi.& Io.xix.q.vlt.c.ſi qua.& hoc credo
verius,licet multa dicantur in contrariū,nō tamen euaneſcit,
ſi hæredem inſtituat monaſteriū ſine ingreſſu,ſecūdum Ar-
chi.vbi ſuprà,& Goſ.¶Sextum.Quando autem accipiat quis
quod ſibi debet̃ ex hæreditate ingredientis,ſiue teſtamētum
fecerit,ſiue non.Pan.vbi ſuprà,poſt Barto.dicit quòd quando
iſta mors ciuilis operatur omnē effectū quem & mors natu-
ralis,ſicut in ordine minorū,qui nihil in cōmuni vel particu-
lari poſſunt habere,ſtatim habebit poſt ingreſſum cum effe
ctu,id eſt,poſt profeſsionē expreſſam.arg.l.Deo nobis.C.de

epiſc.& cler.Sed quando non operatur omnem dictum effe-
ctum,puta quia habent ſaltem in cõmuni: tũc debet expecta
re mortẽ naturalem ipſius ingrediẽtis: & interim diſpoſitio,
ſi fecit,erit in ſuſpẽſo.Et cum hac opinione trãſit Cyn.& do.
Ant.prędicta tamen limita, niſi in teſtamẽto aliter de tẽpo-
re determinaſſet:quia illud ſeruandum erit.Item niſi quo ad
filios legitimos,qui legitimam habebunt ex æquitate ſtatim
poſt ingreſſum monaſterij:nõ autẽ alimenta ſecũdum prę-
dictos Doctor.quod verũ credo quãdo eis legitima ſufficit:
aliter nõ,ſaltem in cõſcientia:ſed vel monaſterium dabit eis
ſtatim quod habere debẽt ex bonis ingreſsi: vel ſtatim alimen
ta præſtabit,donec eis talia bona reddiderit.Et facit ad hoc
d.l.Deo nobis.§.nam & maritus.&quod ibi not.in gl.& cùm
11 ſcimus.de regula.vbi gl.xvj.q.j.placuit.ij.¶†Octauò quæri-
tur,de hoc caſu:Statuto cau:tur quòd extãtibus filijs maſcu-
lis fœminæ nõ ſuccedãt,ſed debeãt dote cõtentari: moritur
verò pater relinquẽs filiũ & filiã:qui filius ante dotationẽ ſo
roris moritur relicta vna filia:quærit̃ an amita ſiue filia pa-
tris ſit hęres,vel debet dote cõtentari?Et dicit Alberi.in l.pu
blico.C.ad l.Iul.de adult.quoſdã tenere quòd erit hæres:quia
neptis non ſuccedit vt maſculus.Sed verius dicit Vgoli.de la
Fontana,quòd ſuccedit neptis,nõ amita;qa ex morte patris
ius fuit quæſitũ filio,& illud trãſmittit̃ filiæ:vt C.de cad.tol.
§.in nouiſsimo.quia in hoc repręſentat pſonã patris ſui.arg.
C.de hæred.vel act.ven.l.empta.Sed ſi filius pmortuus fuiſ-
ſet ante patrem relicta filia,vera eſſet opinio prima.¶Nonò
quæritur vtrum dominus, qui de cõſuetudine accipit totum
quod erat eius qui ſine liberis deceſsit,teneat? Et dicit Hoſt.
quòd ſi talis cõſuetudo pręſcripta eſt, excuſatur: quia poteſt
allegare quòd hoc pactum fuerit ab initio,eò quòd terra ſua
eſſet.De ſucceſsione in feudis,vide ſuprà Feudum.§.vj.& ſi-
militer de ſucceſsione in emphyteuſi,ſuprà Emphyteuſis.§.
xvij.& xx.Quo etiã ſuccedunt filij legitimi,vide ſuprà Filius.
Quomodo autẽ hereditas diuidat̃ inter fratres:habẽtes pecu
lium caſtrenſe vel quaſi aduentitiũ,infrà Peculiũ.ij.per totũ.
De ſucceſsiõe autẽ filiorũ naturaliũ, vide ſuprà,Filius. § .iij.

## Rurſus de Hæreditate.ij.quantum ad exhæredationem.

*1 Exhæredatio quid ſit?*
*2 Filij & huiuſmodi,an aliquando ab hæreditate ipſo iure excludantur? Et id quot caſibus?*
*3 Filij num aliquo caſu à patre exhæredari poſſint? Et exhæredationis cauſæ quot ſint?*
*4 Filius ac nepotes,an poſſint parentes auum & auiam exhæredare? Et id quot caſibus?*
*5 Pater quibus caſibus filium exhæredare, an ijſdem & alimenta eidem denegare poſſit?*
*6 Vir num vxorem exhæredare poſſit? Et an frater fratrem? Et fratrum differentia quotuplex eſt? Et quid ſi frater perſonam turpem aliquam, & aliquam minimè, inſtituat? num.ſeq.*
*8 Filia ſine patris conſenſu nubens, num ingratitudinis vitium contrahat, adeò vt ob id exhæredari poſſit?*

1 HAEREDITAS † ſecundò aliquando aufertur ab eo,
qui ſuccedebat ab inteſtato:& ea priuari nõ poteſt niſi
in caſu: & tũc interuenit exhæredatio, quæ eſt alicuius à ſua
ſubſtãtia vel hæreditate excluſio:& alterius ſeu alieni inſti-
2 tutio,Inſtit.de exhære. per totũ.¶† Primò verò quærit̃, vtrũ
aliquo caſu filij vel alij de prædictis exhæredentur ſiue ex-
cludãtur ab hæreditate paterna ipſo iure? Et dico quòd ſecũ-
dum aliquos iure ipſo excludũtur in tribus caſibus.¶Primò,
cùm pater vel auus eſt hæreticus: quia bona hęreticorũ ſunt
ipſo iure cõfiſcata.de hęre.cũ ſecundũ.lib.vj.¶Secũdò,ſi cõ-
miſit crimẽ lęſæ maieſtatis.vj.q.j.ſi quis.C.ad l.Iuliã maieſt.
l.quiſquis.Sed nota quòd pœna incapacitatis non extenditur
ad filios,niſi quando crimen eſt commiſſum in eum qui non
recognoſcit ſuperiorem:quia ſi recognoſcit,licet crimen ſit
læſæ maieſtatis:vt l.j.ff.ad l.Iul.maie.nõ tamen quo ad inca
pacitatem filiorum, ſecũdum Salic.in dicta l.quiſquis.Nota
etiam quòd hoc crimen committitur à ſubdito tantùm.cle.
paſtoralis.de re iud.¶Tertiò, ſi erat patronus, vel habebat
ius ſeu feudum in eccleſia, quod deberet tranſire ad filios,&
ipſe interfecit aut mutilauit illius eccleſiæ rectorẽ vel cleri-
cum:quia perdit omne ius & omnẽ dignitatem, quam habe-
bat in ea:& nihil prouenit ad filios.de pœn.in quibuſdam.&
talia deuoluũtur ad eccleſiam,cui iniuria facta eſt. Imò filij
talium vſq; ad quartam generationem in clericorũ collegio
nullatenus debẽt admitti:nec in aliqua religiõe poſſunt eſſe
prælati niſi fuerit cum eis diſpenſatũ:vt in d.c.in quibuſdam.
epiſcopus tamen diſpenſare poteſt, ſecundum Io.ex quo con
ditor canonis ſibi nõ reſeruauit.arg.c.nuper.de ſent.excom.
Et hunc caſum Direct.extẽdit generaliter ad omnẽ tenẽtem
feudum à domino,ſi illũ occiderit aut mutilauerit.¶Quartò
additur ſecundum Dir. ſi pater inſequutus ſit vel percuſſerit
Cardinalẽ.de pœ.felicis.lib.vj.¶Quintò addit̃,ſecũdũ alios,
ſi filius,vel alius,qui poteſt ſuccedere furioſo,debitã curã nõ
impẽderit:ſed ſuccedet ille,qui in domo ſua proprijs ſumpti
bus vſq; ad finẽ vitæ procurauit, euacuata etiã inſtitutione
illius qui neglexit:ſi modò talis in ſcriptis admonuerit eos,
vt curã habẽtes:vt in auth.vt cũ.de app.cogno. §.cauſas.Vbi
etiam dicit gl.quòd licet nullus extraneus eũ procurauerit,
nec teſtamentum fecerit,tamen hæreditas ab agnatis aufe-
retur.ff.de his qbus vt indi.l.licet.vbi inſtitutus iudicatus eſt
indignus ſucceſsione,qui per negligentiã ſuam & culpam id
egit,vt mulier,à qua inſtitutus fuerat,moreret̃.¶Sextò ad-
ditur,ſecundum alios,ſi in captiuitate eos,quibus ſuccedere
debebat,mori per ſuam negligentiã permiſit:vt in dicto §.
cauſas. & ſic ſuccedet eccleſia ciuitatis,ex qua orit̃,vt ibidẽ.
Et in quatuor primis caſibus nocet filio malitia patris: in
duobus alijs malitia propria.de quibus etiã §. ſequẽ.¶Septi-
mò adde.ſi vltimam voluntatem executioni mãdare noluе-
rit:vt infrà Teſtamentũ.ij.§.vj.¶†Secundò quæritur,vtrum 3
caſu aliquo filius exhęredari poſsit à patre? Et dico quòd ex-
hæredatio filiorũ hadie fieri non poteſt,niſi pater habeat iu-
ſtam cauſam,quam debet in teſtamento deſcribere:vt C.de
inoffic.teſt.auth.ſed hodie.& hæres probare tenet̃, ſecũdum
Doct.Quæ verò ſint iuſtę cauſæ,declaratur in auth.vt cum.
de appel.cogno.§.cauſas.& no.de iureiu.Quintauallis.in gl.
vbi xiiij.enumerant̃.Prima eſt,ſi filius manus iniecerit in pa-
trem.Secũda, ſi grauem illi fecerit iniuriam & cõtumeliam.
Tertia, ſi patrem accuſauit in criminalibus cauſis, quæ non
ſint aduerſus principem vel rem publicã,ſub quo ſcilicet in-
telligendum eſt etiã crimen hæreſis.Quarta,ſi filius cũ ma-
leficis cõuerſatur.Quinta,ſi maleficus efficiat̃.Sexta, ſi ma-
chinetur vel inſidietur in necẽ parentũ.Septima, ſi vxori vel
concubinæ eius ſe immiſcuerit. Octaua, ſi ex delatione filij
graue damnum parentes ſuſtinuerint.Nona,ſi pro perſona,
vel debito eius,inquantum poteſt, fideiubere noluerit: quod
ſolùm de maſculis intelligitur:quia fœminæ impediuntur fi-
deiubere.ff.ad Vell.l.j.& ij.Decima,ſi phibuit eos facere te-
ſtamentum.Vndecima ſi contra voluntatẽ parentum inter
arenarios & mimos perſeuerauerit,cùm pater non fuerit il-
lius profeſsionis.Xij.ſi filia vitam luxurioſam elegerit,cùm
parentes vellent eam pro poſſe dotare:niſi neglexerint eam
maritare vſque ad annos xxv.quod de fœmina ſolùm intel-
lige.Xiij.ſi parentibus furioſis debitam curã non impende-



rit:quod locum habet in quolibet ſuccedente ab inteſtato,&
hærede inſtituto.Xiiij.ſi de carcere parentes deducere negle
xerit.Et omnes hæ cauſæ & locum habent in patre , matre,
auo,& auia,& in filijs ac nepotibus,tam maſculis,quàm fœ
minis,præter nonam,& xij.vt dictum eſt . Sed præter dictas
ſunt quædam aliæ.Prima,ſi filius ſit hæreticus,cùm pater ſit
catholicus:vt in dicto §.cauſas.Secunda, ſi non exhæredetur
malo animo:ſed vt virtuti accuratius vacet,vel creditoribus
ſatisfaciat.l.multi.ff.de liber.& poſthum.vbi Bart . illam le-
gem ſummando dicit quòd exhæredatio fit quandoque pro-
pter bonum:& in l.cùm ex filio.de vulg.& pupil . dicit quòd
d.l.multi.non eſt correcta.Tertia,ſi filius tempore teſtamen
ti dixit patri ſe nolle quicquam de ſuo,& exhæredatur:quia
ſecundum Bart.in l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam . legitima
erit exhæredatio:& valebit teſtamentum,ſi illa cauſa expri-
matur,non obſt.d.§.cauſas.quia loquitur de exhæredatione,
quæ fit eo nolente. Et hoc niſi apparuerit q licet illa verba
dixerit,tamen noluit exhæredari:puta ſi ex dolore mortis pa
tris dixerit,poſtquam tu decedis nolo aliquid: vel alia ratio-
ne turbatus.arg.de reg.iuris,quicquid calore.Et ita de facto
occurriſſe Bart.teſtatur.Quarta,ſi filius ſit furioſus,&nepos
ex eo ſanus:quia legitimè poterit exhæredari,modò inſtitua
tur nepos.l.pe.ff.de curato.furioſ. Exhæredare autem filium
vt eccleſia fiat hæres,non eſt cauſa legitima. xvij. q. quarta.
capite,quicunque. Eſt autem notandum ſingulare dictum
Bartoli in l.ſi quis ita.ff.de adi.leg.quòd ſi pater exhæredauit
filium ex iuſta cauſa,ſi poſtea reconciliauit ſe cum illo,exhæ
redatio illa videtur adempta. Notandum eſt etiam quod di-
cit Alex.de Imol.in l.dotis cauſa.ff.ſol.matrim.qui ex ibi no.
duo infert.Primò quòd filius, qui ingratitudinem commiſit
adeò quòd exhæredari poſſet , ſi viuo patre agat pœniten-
tiam,vel ante conditum teſtamentum , non poterit exhære-
dari.Secundò quòd nec illi denegari poterunt alimenta.
4 ¶Tertiò† quæritur,vtrum filius ac nepotes exhæredare poſ-
ſint parentes,auum,& auiam? Et dico quòd ſic. Primò ſi pa-
ter filium de crimine accuſauit,excepto crimine læſæ maie-
ſtatis. Secundò,ſi pater vitæ filij fuerit inſidiatus . Tertiò,ſi
pater vxori vel concubinæ filij ſe immiſcuerit.Quartò,ſi pa
ter prohibuerit filium teſtari de his , de quibus teſtari pote-
rat. Quintò,ſi pater non redimerit filium captum à Sarace-
nis:quia ſi filius tunc decedat in captiuitate, bona, de quibus
teſtari poterat,debent eſſe eccleſiæ,vel dari pro redemptio-
ne captiuorum.Si verò redeat,ritè patrem exhæredare po-
teſt.Sextò,ſi pater neglexerit curam filij furioſi . Septimò,ſi
pater ſit hæreticus,& filius catholicus.Octauò,ſi pater vxori
filij dederit venenum ad mortem,vel mentis alienationem,
vel aliter inſidiatus fuerit vitæ eius:& eodem modo ſi mater
marito filiæ.Hæc omnia probantur in dicto §.cauſas.& §.ſi-
ue igitur eos.Et omnes iſtæ ingratitudinis cauſæ tam ex par
te parentum,quàm ex parte liberorum,tolluntur per ingreſ
ſum religionis.decimanona,quæſtione vltima. capit. non li-
ceat.vnde exhæredatio ſequi non poteſt.
5 ¶Quartò† quæritur,vtrum in caſibus,in quibus pater exhæ-
redare poteſt,poſsit etiam alimenta negare? Et dicit Panor-
mitanus poſt Io.And.in capite,Quintauallis.de iureiurando.
quòd ſic,& idem tenet Bartolus in l.diuus Adrianus.ff.de par
ti.per l.ſi quis à liberis.ff.de libe.agno . & idem Panormita-
nus in cap.ex literarum.de eo qui dux. in matrimo . de patre
ingrato contra filium . Quod quidem videtur limitandum,
niſi ipſos pœniteat.pro quo facit gloſſa in l.finali.C.de epiſc.
& cleric.& text.in capite,non liceat.decimanona, quæſtione
tertia.vbi dicitur quòd per religionis ingreſſum omnis in-
gratitudo purgatur.& quod not. Spec.in titulo , qui filij ſint
legitimi.ver.quid ſi filia.& ſequitur Panor . vbi ſuprà,dicens
quòd ſi filia fornicatrix vult pœnitere de peccato,pater eam
alere tenetur.argu.capitis,ferrum.50.diſt.& per conſequens
dicit Panormitanus vbi ſuprà,quòd etiam tenetur eam dota
re:quia cauſa dotis non minus eſt fauorabilis quàm alimento
rum:vt no.Cynus in l.non omni.C.de adminiſtratione tuto-
rum.& Barto.in auth.ex complexu. C . de ince. & inuti.nup.
¶Quintò† quæritur,vtrum vir exhæredare poſsit vxorem,& 6
econtra? Et dico quòd ſic:vt notatur in dicto § . cauſas.
¶Sextò quæritur,vtrum frater fratrem exhæredet ? Et dico
quòd ſic in tribus caſibus.Primò,ſi voluit illi mortem infer-
re.Secundò,ſi illum criminaliter accuſauit.Tertiò,ſi in ſub-
ſtantia eius molitus fuerit iacturam. Et hoc locum habet e-
tiam quando frater moritur ab inteſtato, vt non ſuccedat ei
frater:vt in auth.de nup.§.ingratitudinem . Quod limita ve-
rum,ſi ignorauit : quia ſi ſciuiſſet ingratitudinem,videretur
remiſiſſe non determinando quòd non ſuccedat:vt in l.fina-
li.C.de reuo.dona.iuncta l.conficiuntur.ff.de iure codi.Non
eſt tamen neceſſarium quando frater exhæredat fratrem, vt
inſeratur cauſa exhæredationis: vt voluit Bart.in l.fratres.C.
de inofficio.teſtam.¶Notandum eſt tamen primò quòd du- 6
plex eſt fratrum differentia: quia ſunt quidam vterini , quaſi
ex eodem vtero,& non ex eodem patre nati : & iſti non ha-
bent querelam inofficioſi teſtamenti contra fratrem, etiam
ſi perſona turpis eſſet inſtituta:quidam verò ſunt conſangui-
nei,qui ex eodem patre nati ſunt,licet matre eadem vel non:
vt Inſtitu.de leg.agna.ſucceſ.& iſti habent querelam contra
teſtamentum fratris turpem perſonam inſtituentis : niſi ſer-
uum neceſſarium inſtitueret.Nulli verò alij ex tranſuerſali-
bus competit querela:vt l.fratres.C.de inoffic. teſtam. & ibi
Bartolus. ¶Notandum eſt ſecundò , quòd ſi frater ſpurium
inſtituat:dicit Azo quòd ſpurius ſiue natus de non legitimo
matrimonio dicitur infamis:& conſequenter turpis perſona.
Et idem dicendum eſt de vſurario,ſcilicet quòd dicitur infa-
mis:vt j. Vſura.ix.§.quarto. ¶Notandum† eſt tertiò,quòd ſi 7
frater inſtituat perſonam aliquam turpem & aliquam non
turpem:ſecundum Gul.de Cu.vt recitat Barto.in dicta. l.fra-
tres.contra illam turpem perſonam competit querela.&pro
ſua parte reſcindetur.¶Notandum eſt quartò quòd ſecun-
dum glo.in d.§.ingratitudinem.frater poteſt fratrem exhæ-
redare in teſtamento,& inſtituere turpem perſonam,ſi in ali
quo trium prædictorum caſuum illum inuenerit ingratum.
Similiter dici poteſt quòd ſi frater exhæredatus vel prętæri-
tus eſſet infamis,opponere non poſſet contra perſonam e-
tiam infamem inſtitutam:vt patet per Bar.in l.in arenam.C.
de inoffi.teſtam.vbi dicit per illam legem, quòd non poteſt
aliquis obijcere turpitudinem , in quam ipſe incurrit obij-
ciens . Et hoc facit quòd infamis non poſsit obijcere teſti
quòd ſit infamis:vt l.tercia.§.lege Iulia. ff de teſtibus.ſed iu-
dex fortè poterit eum ex officio ſuo repellere , ſecundum
Gulielmum.Et ſic facit quòd ſi mater fuerit meretrix , pro-
pter meretricium filiam exhæredare non poterit . quod eſt
ſingulare,ſecundum Bartolum ibi. Quod ſi & ipſe pater lu-
xurietur,dici poteſt non eſſe idem quod in matre : quia mi-
nor caſtitas requiritur in maſculo.l.prima.C. de adulter.
¶Septimò† quæritur,vtrum filia incurrat vitium ingratitu- 8
dinis,vt poſsit exhæredari ex hoc quòd nupſit ſine paterna
voluntate.Et dicit Gofredus quòd ſic:quod tamen Hoſtien-
ſis non approbat,niſi elegerit turpem vitam.& hoc vltimum
dictum communiter approbatur:arg de ſecun. nupt.capite,
vlti.& penul.Ex quo enim filia vtitur permiſsione canonica,
incurrere non debet vitium ingratitudinis. Vtrum autem
pater teneatur eam dotare, & alere:vide ſ.Dos.§.iiij.

¶Rur

## Rurſus de Hæreditate iij. quantum ad Hæredem.

1 *Hæres quis dicatur, & in quotuplici ſit differentia? Et quid vnumquodque.*
2 *Hæres, quis inſtitui poßit?*
3 *Hæres pro parte inſtitutus, alio non dato cohærede, an poßit in animæ foro totam hæreditatem adire.*
4 *Hæres, nũ ex delicto, vel quaſi delicto defuncti teneatur? nu. 6.*
5 *Accuſari poſt mortem quando quis, & quibus caſibus poßit?*
7 *Hæres nũ ex cõtractu, vel quaſi defuncti, quo defunctus obligatus fuit, vltra hæreditatis vires teneatur?*
8 *Hæres, hæreditate legatis exhauſta, num de ipſis legatis quicquam detrahere poſsit? nume. ſeq.*
10 *Hæres, an legatum dotis cauſa factum, ſoluere teneatur, ſi cui legatum factum monaſterium intrarit.*
11 *Creditoribus hæreditarijs, & legatarijs ſimul venientibus, quo ordine ab hærede ſatisfaciendum ſit.*
12 *Votum defuncti num hæres implere debeat, & quale?*
13 *Hæredes, vbi plures ſunt, regulariter pro parte hæreditaria ad defuncti debita, aut legata teneri.*
14 *Hærede pupillo exiſtente, num prætextu pupillaris ætatis, debitorum ſolutio deferri poßit?*

HAEREDITAS tertiò conſideratur in ordine ad hæ-
redem, qui teſtamento inſtituitur, vel ex inteſtato ſuc-
1 cedit. ¶ † Primò verò quæritur, quis dicatur hæres? Et dico
quòd hæres eſt, qui ſuccedit in vniuerſum ius defuncti. l. cùm
hæres. ff. de diuer. & temp. præſcri. vel eſt dominus hæredita-
tis, qui in voluntarijs fit aditione hæreditatis. §. fi. Inſti. de hę-
re. qual. & differ. ſed in neceſſarijs defertur ipſo iure. Hæres
autem teſtamentarius eſt, qui ex teſtamento ſuccedit: & eſt
duplex, ſcilicet vniuerſalis: vt qui inſtituitur in ſolidum vel in
certa quota: & particularis, qui inſtituitur in certa re, qui pro
priè eſt legatarius. Hæres autem ab inteſtato eſt, qui ſucce-
dit in ius defuncti ſine omni teſtamento: vt Inſti. de hæred.
quæ ab inteſt. defer. Hæres fideicommiſſarius eſt, cui ex fi-
deicommiſſo relicta eſt hęreditas danda illi, cui teſtator diſ-
poſuit: dicendo, fidei tuæ committo vt hoc des illi. qui pro tã-
to dicitur hæres, quia loco hæredis habetur. Inſti. de fideicõ.
hære. §. reſtituta. vt qui directè & immediatè ex teſtamento
nihil capere poteſt, vt ſpurius, ſaltem capiat ex fideicommiſ-
ſo: ſed verè non eſt hæres, cùm ſit rogatus hæreditatem adi-
re, & poſtea reſtituere. Hæres legatarius eſt qui legatum ac-
cepit, vel cui legatum factum eſt. l. quoties. ff. de hære. Inſtit.
Hæres legitimus eſt, qui ex lege duodecim tabularũ, aut ex
iuris cõſtitutione etiã ſine teſtamento defuncto ſuccedit: vt
agnati ꝓximi. Inſti. de legit. ag. ſuc. in princ. Hęres ſuus dicit̃
filius, qui eſt in poteſtate patris tẽpore mortis paternę. Nec
nomine ſuorũ hæredũ veniũt extranei hęredes, ſecundũ Bar.
in l. Gallus. ff. de liber. & poſth. qđ limita verũ in his quę non
tranſeunt ad hæredes extraneos. Hæredes ſui & legitimi ap-
pellãtur, q in poteſtate moriẽtis fuerũt: vt filius, filia, nepos,
neptis, ex nepote natus, ex filio pronatus, pronata, ſeu prone-
pos, proneptis. Legitimi & naturales: vel etiã legitimi tãtùm,
vt adoptiui. Hæres domeſticus dicit̃, qui eſt in poteſtate mo-
rientis: dum eũ alius non præcedit. Hæres neceſſarius eſt ſer
uus inſtitutus in teſtamento domini ſui ab eo qui facultates
ſuas habet ſuſpectas ne poſsit ex ipſis ſatisfacere creditori-
bus, adeò quòd nõ credit alienum hæreditatẽ ſuam adire, ſi
hæredem illũ inſtituat: qui ſeruus hæres factus ideò neceſſa-
rius dicit̃ hæres, qa velit nolit cogitur hęreditatẽ adire, vt ſa-
tisfaciat creditoribus. Inſtit. de hęre. qua. & dif. §. j. Et hoc ve-
rum, niſi illi ſeruo debeatur cõmiſſaria libertas. l. is qui ſol-
uendo. ff. de hæred. inſtitu. aut hoc eo non faciente, id eſt, non
adeunte hæreditatem eius nomine potius quàm domini de-
functi, res hæreditariæ vendantur, ne defunctus iniuria facta
afficiatur, dicẽdo quòd res eius venderetur. Hęres ſubſtitutus
dicitur, qui alij hæredi inſtituto ſubſtituitur. verbi gratia: ſi
dicat teſtator: ille ſit hæres: & ſi ille nolit vel nõ poſsit iſte
ſit ei ſubſtitutus: & hoc ſiue ſecũdo ſiue tertio vel quarto lo-
co ſubſtituatur: nam ſecũdus dicitur omnis qui poſt primum
ſequitur: etiã ſi ſit decimus. ff. de vulg. ſubſti. in prin. ꝑut not.
Hoſt. in Sum. de teſtam. Hęres autẽ extraneus dicit̃, qui nihil
attinet: quanuis propriè in ſtatutis hæres extraneus dicatur:
qui tẽpore mortis nõ eſt in poteſtate morientis: etiam ſi ſit
filius emancipatus, ſecũdum Ang. Are. Inſti. de hæred. quali.
& dif. §. cæterum. Aliquãdo tamen hęres ſignificat primum,
id eſt, proximum, nõ vlteriorem: vt ff. de verborum ſignificat.
l. ſciendum. & deſcendentes poſt primũ vocãtur prohęredes:
vt tenet gloſſa in cap. final. de pec. cleric. Sed regulariter no-
men hæredis per multas ſucceſsiones accipitur: vt d. l. ſcien-
dum. & l. vltima. C. de hęred. inſti. vbi hęres hęredis teſtatoris
dicitur hęres. & in gloſ. in cap. trãſmiſſa. de fil. presby. prohę-
res autẽ aliàs dicitur qui ſe putat hęredem, cùm non ſit. ff. de
peti. hęred. in l. pro hęrede. & Inſti. de interdi. §. adipiſcendæ.
¶ Secundò † quęritur, quis inſtitui poſsit hęres? Et dico quòd 2
omnis qui non prohibetur à iure. ar. de ſpon. cùm apud. Quis
autem prohibeatur, dico quòd xiij. genera perſonarum. Pri-
mò, hęreticus aut paganus. de hęre. ſi quis epiſcopo. Secũdò,
credentes, defenſores, & receptatores hęreticorum. eo. ti. ex-
communicamus. el j. §. credentes. Tertiò, apoſtatę. Quartò,
collegium illicitum. Quintò, deportatus. C. de hęred. inſti. l. j.
Sextò, damnatus ob crimen famoſum. Septimò, inſequutor
Cardinalium. de pœn. felicis. libro vj. Octauò, excõmunica-
tus: quia ſi is qui tempore inſtitutionis vel mortis, vel aditio-
nis hęreditatis erat excõmunicatus, inſtituatur, non valet in-
ſtitutio: ſecus ſi excommunicatus fuit poſt inſtitutionem: ſed
ante mortem abſolutus: quia tenet inſtitutio. ff. de hęre. inſti.
l. ſed ſi in cõditione. §. ſolemus. & l. ſi alienum. §. in extraneis.
Nonò, ſpurij nati ex coitu dãnato. de quibus ſuprà Filius. §.
xxv. Decimò, inceſtuoſi cum monacha. xxvij. quęſtione pri-
ma. ſi quis ſolicitauerit. in gloſſ. Vndecimò, crimen lęſę maie-
ſtatis cõmittentes. de pœn. diſtinctione j. c. quiſquis cum mi-
litibus. Duodecimò, ſimoniaci, ſecundum aliquos: quia pari-
ficantur lędentibus maieſtatem. Decimotertiò, hi qui nec in
proprio nec in communi poſſunt habere: vt fratres minores,
clemen. exiui. §. cupientes. de verborum ſignificatione.
¶ Tertiò † quęritur, vtrum hęres inſtitutus in certa parte, qui 3
propriè non dicitur hęres, ſed legatarius: vt in l. quoties. C. de
hæred. inſtit. poſsit in foro animæ non dato alio hærede adi-
re totam hęreditatem, ſecundum quod vult l. prima. §. ſi ex
fundo. ff. de hęred. inſti. & dicit Panormitanus in capite, quia
ingredientibus. de teſta. quod Fed. conſil. cxxvj. & multi alij
doctores in ſacra pagina conſuluerunt quòd ſic: quia ius hu-
manum non contrarium diuino ſeruari debet in foro animę:
& conſequenter iſte licitè poteſt adire. Quod tamen limita
modò teſtator doloſè nõ ſit inductus ad inſtituendum eum
in certa parte: puta quia perſuaſit quòd nõ poſſet habere re-
greſſum ad alia bona. Limita etiam modò non ſit inſtitutus
cum iſta aditione, & volo ꝙ de bonis meis plus petere non
poſsit. quo caſu licet videatur quòd poſsit adire, arg. dicti §.
ſi ex fundo. & dictę l. quoties. tamen verum eſt contrarium,
ſcilicet quòd non poteſt: vt in l. quoties. §. ſed ſi duo. ff. de hæ-
red. inſti. vbi patet quòd d. §. ſi ex fundo. & dicta l. quoties lo-
cum habent quãdo volũtas teſtatoris eſt ſimplex, nõ reſtricta
expreſsè, vt in caſu iſto. Et ideò venient ſuccedentes ab inte-
ſtato



quia teſtator non reperitur habere hęredem: & nõ po-
teſt quis pro parte decedere inteſtatus, & pro parte teſtatus.
l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur. Et ſi dicatur, quo modo poteſt pro-
hibere quòd non plus peteret? Dico quòd per l. domus. §. fin.
ff. de vſufr. vbi teſtator prohibet ius accreſcendi. & caſus eſt
in l. j. ff. de iniu. rupto teſta. ¶ † Quartò quæritur, vtrum hæ-
4 res teneatur ex delicto vel quaſi delicto defuncti? Et dico col
ligendo ex Bart. ff. de priua. delict. l. j. quòd aut actio eſt pœ-
nalis ex vtraq; parte, rei ſcilicet & actoris: puta quando peti-
tur pœna applicanda parti: & ſic non tenetur aliquo iure. Si
verò actio eſt pœnalis ex parte rei & ꝓſecutoria rei ex parte
actoris: puta quia ego ago pro ſatisfactione damni mei: & ſic
de iure ciuili ſi delictum fuit cõmiſſum circa cõtractum te-
nentem: ſic tenetur hæres: quia nõ fundatur intentio actoris
immediatè ex delicto, ſed ex cõtractu: puta quia agit̃ actio-
ne commodati, vel depoſiti, & huiuſmodi: & non ex dolo, vel
delicto. Caſus eſt in l. ex depoſiti. ff. de acti. & oblig. & bonus
tex. in l. ſi hominẽ. §. datur actio. ff. depoſiti. Si verò delictum
commiſſum fuit circa contractum, qui non tenuit, puta quia
dolus dedit cauſam contractui: & conſequenter non tenuit.
de emp. & vend. c. cùm dilecti. ſic non tenetur: quia cùm age-
re non poſsit ex cõtractu quia nõ eſt, oporteret illum agere
ex delicto contra hæredem: & crimina morte extinguuntur.
xxiiij. diſtinct. quorundam. Et † nullus poſt mortem accuſari
5 poteſt. xxiiij. quæſt. ij. cap. j. ff. de bo. eo. qui an. ſen. mor. ſi. con
ſci. l. fin. xxxiij. quæſt. ij. admonere. niſi in caſibus hæreſis. xx-
iiij. quæſt. ij. ſanè. vel ſi hæreticos inſtituit hæredes. de hære.
ſi quis epiſcopus. vel ſi deceſsit in crimine notorio: vt not. in
gloſſ. dicti capit. quorundam. & xxiij. quæſt. ij. in ſumma. vel
generaliter quandocunq; defunctus crimen cõmiſit, propter
quod ipſo facto pœna à lege inflicta ſit: ſicut in hæreſi & cri
mine læſæ maieſt. quia tunc accuſatur & agitur cõtra hære-
dem, nõ vt puniatur ex illo delicto: ſed vt bona auferãtur ab
eo quæ in cõmiſſum ceciderũt. & facit l. commiſſa. ff. de pu-
bli. & text. bonus in cap. ij. de præſcript. libro vj. Aliàs non te-
netur hæres pro quocunq; delicto cõmiſſo à defuncto, ſiue
in contractu quocunq;, ſiue extra omnem cõtractum, niſi in
duobus caſibus. Primò ſi lis fuit conteſtata cũ defuncto; vt l.
vnica. C. ex delic. defun. Ratio, quia in iudicio quaſi cõtrahi-
mus: vt in l. iij. §. idem ſcribit. ff. de peculio: ideoq; per conte-
ſtationem litis videtur contractus initus cũ defuncto. Secun-
dò, ſi aliquid peruenit ad hæredem ex delicto defuncti: quia
in tantum tenetur, & non plus: vt in dicta l. vnica. fallit in con
dictione furtiua: quia in l. ſi pro fure. ff. de condict. fur. dicit
text. quòd furti actio pœnam petit legitimam, cõdictio rem
ipſam: & ſequitur condictio rei furtiuę: quia rei habet proſe-
cutionem: hæredem quoq; furis obligat: nec tantùm ſi viuat
ſeruus furtiuus: ſed & ſi deceſſerit, viuo ſcilicet fure vel mor-
6 tuo. De † iure autem Canonico tenet Bartol. indiſtinctè te-
neri quando quis agit pro damni ſatisfactione contra hære-
dem, intellige quantũ hæreditas ſe extendit: & placet in con-
ſcientia. & hoc ſequuntur communiter Doctor. Et ſic intelli-
gendæ ſunt glo. in c. ex præſentium. de pignor. de ſol. cap. j.
de rap. literis. de vſur. tua nos. Panormit. tamen in cap. finali.
de ſepul. ſolùm admittit hoc verum iure Canonico quãdo de-
functum pœnituit: vt not. glo. in cap. à nobis. el ij. de ſenten.
excommunic. quia tunc agitur ex quaſi cõtractu, non ex de-
licto. Si verò non pœnituit, non tenetur, ſecundum eundem.
& gl. in dicto cap. à nobis. niſi quatenus iure ciuili teneretur.
7 ¶ † Quintò quęritur, vtrũ hæres teneatur ſatisfacere ex cõ-
tractu vel quaſi defuncti, in quo defunctus erat obligatus vl-
tra vires hæreditatis? Et dico quòd ſecũdum canones & con-
ſcientiam hæres ſiue filius ſiue extraneus tenetur ad omnia
debita, ſiue fuerint ex contractu vel quaſi, ſiue ex maleficio
vel quaſi: ſiue res peruenerit ad hæredem ſiue non. & hoc te-
nẽt Innoc. Lau. Ioan. & Rayn. quod limita, ſi hæreditas ſuffi-
cit: alioquin ſi quidem fecit inuentariũ, nullo modo tenetur:
ſi verò non fecit, etiam nõ tenetur in foro animæ, ſecundum
Ioan. Andr. & dom. Anto. & Panor. in dicto cap. quia pleriq;.
de immun. eccleſ. ſic tamen quòd debita ſoluat ſine diminu-
tione. De legatis verò dic vt §. ſequenti. in foro verò conten-
tioſo tenetur: vt in l. fin. C. de iur. deliber. ſed tamen conſil.
xxj. dicit quòd etiã tenetur in conſcientia vltra vires. ſed pri
mum eſt æquius. ¶ † Sextò quęritur, vtrum hæres hęreditate 8
exhauſta ꝑ legata, poſsit de ipſis legatis detrahere quicquã?
Et dico quòd aliquando detrahitur Falcidia, aliquando Tre-
bellianica, aliquando legitima. de quo dic vt infrà Legitima.
Similiter ante omnia deducere põt funeris expenſas, & alias
neceſſarias, quas fecit cauſa hæreditatis: vt in teſtamento, &
inuẽtario, & huiuſmodi: quia ſic à grauamine, ſicut & à lucro
debet eſſe immunis. l. ſcimus. §. & ſi pręfata. cum quinq; §. ſe-
quentibus. C. de iur. deliber. vtrum autẽ ſoluẽdo legata ſcien
ter vel ignorãter, & nõ retinẽdo ſibi Falcidiam, poſsit repe-
tere; infrà Solutio. §. iij. ¶ † Septimò quæritur, vtrum hæres 9
legata ſoluere teneatur facta in teſtamẽto minus ſolẽni? Et
dico quòd nõ in foro iudiciali: de quo dic vt in l. ſi veritas. &
l. fin. C. de fideic. ſed in foro animę iſta quęſtio pẽdet ex alia,
ſcilicet vtrum ex voluntate defuncti oriatur obligatio natu-
ralis. Et communiter Vltramontani tenẽt quòd nõ: Ciſmon-
tani verò quòd ſic. de qua vide ꝑ Canoniſtas in c. fin. de ſolu.
& per Bal. & legiſtas in l. cùm quis. C. de iur. & facti igno. vbi
dicit Alberi. quòd opinio Ciſmontanorũ eſt communis: & ſic
tenenda. Ex qua opinione motus do. Ant. dicit ſe conſuluiſſe
in facto; in quo tãtùm vnus teſtis fuerat, quòd tenebatur hæ-
res in foro animę. Pan. autem in c. quia pleriq;. de immu. ecc.
diſtinguit: ſed ſecũdum omnẽ ſuam diſtinctionẽ hæres tene-
tur in foro animæ, ſi cõſtet ei de voluntate defuncti, quęcũq;
ſolennitas omittatur: quia, vt ipſe dicit, ſolẽnitates fuerũt in-
ductę ad tollendã falſitatẽ: vbi ergo cõſtat quòd nulla inter-
uenit falſitas, debet ceſſare etiam diſpoſitio legis, & ſeruari
æquitas & obligatio naturalis, quæ orit̃ ex diſpoſitiõe defun
cti: l. cùm amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. & facit qđ
not. Inn. de elect. in cap. quod ſicut. Adde verò quòd vbi cõſta-
ret de verbis eius, & non de voluntate; quia ſcilicet eſſet pre-
ſumptio probabilis de voluntate contraria verbis, nõ tenere-
tur in cõſcientia: ſicut ſi teſtator erat doctus, & potuit vti ſo-
lennitate ſine incõmoditate: & legatarius erat ei multũ im-
portunus & parũ dilectus, & huiuſmodi: quia videtur voluiſſe
potius illudere. Secus ſi fuit ignorans, vel ſolennitatẽ obſer-
uare nõ potuit. Et ita malè addit & limitat Sum. Angel. quia
talis pręſumptio non trahit extra terminos dubietatis: cùm
ex alia parte ſint verba teſtatoris. Et ad iſtã præſumptionem
dici poſsit nõ eſſe mirũ, ſi in anguſtijs mortis viri doct̃ errẽt
circa iuris ſolennitates. In dubio autem ſtandũ eſt verbis le-
gis. vnde iſto modo poſſet legatarius furari ſibi relicta, ſecũ-
dum Bald. & Moder. in l. j. C. de teſta. maximè ſi ſint ad pias
cauſas relictæ. arg. c. cũ tibi. de teſta. Vbi tñ eſſet certitudo de
voluntate teſtatoris, ſecus eſſet. Vide etiam infrà teſtamen-
tum. j. §. ix. par. viij. in fi. & §. xiij. ¶ † Octauò quæritur, vtrum 10
hæres teneatur ſoluere legatũ factũ cauſa dotis, ſi legataria
monaſteriũ intrauerit? Et dicit Pan. in c. in præſentia. de pro-
bat. quòd ſic. Et idẽ ſi eſſet ei relictum cauſa donationis pro-
pter nuptias. ¶ † Nonò quæritur quo ordine ſoluendum ſit 11
creditoribus & legatarijs. Et dico ſecundũ Ray. quòd ſi cre-
ditores & legatarij ſimul veniant: primò ſatisfaciendum eſt
creditoribus: ſi autem veniãt ſeparatim, liberatur hæres ſol-
uendo

uendo per illum ordinem, quo venerũt, modò nihil faciat in
dolo: & creditores poſtmodum veniẽtes, hæredem inquieta-
re nõ debent, niſi de hæreditate illi remanſerit: habent verò
ius ſuum ſaluũ cõtra legatarios. Si autem hæres ſcit vel cre-
dit aut dubitat hæreditatem vltra debita nõ extẽdi, ſiue fue-
rint ex cõtractu ſiue ex maleficio vel quaſi, nihil debet dare
legatarijs, donec ſit creditoribus ſatisfactum. Et idẽ modus
tenendus eſt in ſatisfaciendo prius creditoribus prioribus, &
in iure potioribus. Et ſi hæres hũc ordinem ſeruarit, primò
ſcilicet ſoluendo legatarijs vel ſecundarijs creditoribus: non
abſoluitur in foro conſcientiæ, niſi hoc faciat ignoranter, re-
putans ſcilicet hęreditatem ad omnia ſoluenda ſufficere: vel
neſciens hunc eſſe potiorem creditorem, ſecundum Vld. &
Hoſtien. Gloſſ. etiam Ray. dicit quòd ſicut priores credito-
res, ab alijs præuenti hæredem inquietare nõ debent, ita nec
eos, qui ab eo emerunt res, quarum pretia in legata vel fidei-
commiſſa vel alios creditores proceſſerunt: vt in l. ſancimus.
C. de iure deliberã. quia, vt ibi patet, creditoribus potioribus
ſeruatur ius contra legatarios, & alios creditores inferiores,
qui ab hærede prius acceperũt. Detrahere tamen poteſt hæ-
res ab hęreditate eo modo quo ſuprà eodem. §. vj. De ordine
12 autem creditorum, infrà Reſtitutio. vj. §. v. ¶ † Decimò quæ-
ritur, vtrum hæres teneatur ad vota teſtatoris? Et dicit Petr.
de Pal. in iiij. quòd ſic, ſi eſt votum reale: puta dãdi, aut expo-
nendi tantùm: nõ autem ſi eſt perſonale, vt ieiunare, vel pe-
regrinari, aut cõtinere, niſi ſe ſpontè obligauerit: & hoc ſiue
hæres ſit filius, ſiue alius: extra eo. licet. Si verò eſt ſimul rea-
le & pſonale, & vtrunq; expreſſum: tenetur ad reale: vt ſi vo-
uit ire ad ſanctum Iacobum, & equum offerre, tenetur ad
equum tantùm. Similiter ſi vouit fundare monaſterium, &
intrare: tenetur ad fundationem tantùm. Et ſi eſt expreſſum
perſonale principaliter, & reale tacitũ & acceſſorium: vt ire
ad Sanctũ Iacobũ, hæres nõ tenetur ad reale, id eſt, expẽſas,
ſicut nec ad perſonale. & ſi vouit religionem, nõ tenetur hæ-
res trãdere bona: quia ſublato principali tollitur acceſſoriũ.
Similiter ſi defunctus ſuſceperat crucem, nõ tenetur hæres
expẽſas mittere quas feciſſet: niſi hoc ordinaſſet. Si vouit au-
tem mittere certas perſonas vltra mare, quod reputat reale:
ad illud tenetur hæres. hæc ille. De hac etiam materia, infrà
Votum. ij. §. xj. vtrum ſcilicet hæres compelli poſsit ad iſta.
13 ¶ † Vndecimo quęritur, ſi hæredes ſunt plures, vtrum omnes
teneantur in ſolidũ ad omnia debita vel legata? Et dico quòd
regulariter quilibet tenet ſolùm pro parte hęreditaria. C. de
action. hæred. l. pro hęreditarijs. Fallit hoc in multis caſibus.
¶ Primò quãdo aliter diſpoſuit defunctus. ff. de leg. ij. l. cùm
ab vno. vt ſi ab vno hæredum legauerit creditori hęreditario
animo compenſandi: tunc ille hæres onus ſuſtinebit vſq; ad
quantitatem legati. ¶ Secũdò in expenſa funeris vxoris quæ
non adſtringit hæredes tãtùm pro hæreditarijs portionibus
ſed etiam virum pro portione, quæ peruenit ad eum de dote
vxoris: vt ſi ad eum peruenerũt centum, & in hæreditate ſunt
ducenta: ipſe vir tenetur pro tertia parte, & hæredes pro dua-
bus: vt in l. veluti. ff. de rel. & ſump. fu. ¶ Tertiò, ſi bona defun
cti erant expreſsè vel tacitè hypothecata creditoribus: quia
vno exiſtente non ſoluendo, tamen alij tenentur. Quartò, in
alimentis legatis: quia pro voluntate defuncti vel iudicis ab
vno in ſolidum, vel à pluribus pro deſignatis partibus expe-
tuntur. ff. de adi. leg. l. iij. ¶ Quintò, quando res legata poſsi-
detur ab vno in ſolidum. dicta l. pro hæreditarijs. & ff. cõmo.
l. ſed mihi. §. hæres. ¶ Sextò, quando obligatio cõſiſtit in im-
plendo pollicitationem factam à defuncto de aliquo facien-
do vel non faciendo. ff. de polli. l. j. §. ſi quis. & l. ex pollicita-
tione. & ff. de verborum oblig. l. in executoribus. tunc enim
quilibet in ſolidum tenetur: vt ſi promiſit aliquod opus ſe
facturum ad honorem Dei vel rei publicæ: vel promiſit per
ſe & hæredem non fieri quo minus per fundum ſuum ire li-
ceat, ad quod quilibet hæredum obligatur in ſolidum. ¶ Se-
ptimò, quando obligatio eſt indiuidua. dicta l. in executioni-
bus. §. ſerua. & de hoc habes in gl. dictæ l. pro hęreditarijs.
¶ † Duodecimò quæritur, vtrum ſi hæres ſit pupillus, differri
poſsit ſolutio debitorum prætextu pupillaris ætatis? Et dico
quòd nõ. C. de acquiren. hæred. l. ſub prętextu. Et ſi hęres vel
executores legata ſoluere nolunt ad pias cauſas, epiſcopus
pręmiſſa monitione ad hoc eos cogere debet. extra de teſta.
tua. & cap. Ioannes. etiam ſi à teſtatore id cõtigerit interdici.
de quo infrà Teſtamentũ. ij. §. viij. partic. iiij. Vtrum autẽ iſta
dilatio prolonget defuncto purgatorium. ibidem §. ix.

## Rurſus de Hæreditate iiij. quantum ad ſubſtitutionem.

1 *Subſtitutio quid ſit. Et quid ſi ſubſtitutionum gradus plures?*
2 *Subſtitutionum genera quot ſunt? Et etiã in his, quænam ver-*
*ba directa, aut indirecta dicantur? Et quæ cõmunia? & nu. ſeq.*
4 *Hæreditatẽ reſtituere in ſubſtitutione indirecta rogatus, num*
*ex illa aliquid alienare poſsit?*
5 *Teſtatoris liberorum ſi quis purè hæreditatem reſtituere roga-*
*tus, nulla filiorum mentione facta, ſi deinde liberos, aut nepo-*
*tes habeat, an ſubſtitutio expiret?*
6 *Subſtitutionis directæ ſpecies quot ſint?*
7 *Iura de ſubſtitutione vulgari quid cauerint? Item quid de pu-*
*pillari, exemplari, & breuiloqua? nu. 8. 9. 10. & ſeq.*
11 *Clauſula, ſi ſine liberis, hoc habet pro regula, vt quandocunq;*
*quis de liberis aliquem de hæreditate alteri reſtituẽda poſt mor-*
*tem ſuam rogat: vt ſubintelligatur, quanquam adiecta nõ ſit:*
*quod in extraneo rogato non æquè.*
12 *Subſtitutio in defectum liberorum facta, num indiſtinctè per*
*religionis ingreſſum euaneſcat?*
13 *Puellæ ſi in nuptiarum euentum centum relicta ſint, & in ca-*
*ſum religionis ſuſceptæ, quinquaginta: an ſi religionẽ ingreſ-*
*ſa ſit, centum nihilo minus habere debeat? Et ibi Alber. & Ri-*
*chard. ſuper hac quæſtione conciliatio.*

HAEREDITAS † quartò conſideratur quãtum ad hæ- 1
redem ſubſtitutum vel ſubſtitutionem hæredis: quæ
quidem ſubſtitutio eſt ſecũdaria & cõditionalis inſtitutio: ſi-
cut cùm quis dicit, talis eſto mihi hæres: & ſi non eris vel de-
ceſſeris, Titiũ ſubſtituo: iſte Titius dicitur ſubſtitutus. ff. de
vulgari & pupillari ſubſtit. l. j. Et licet ſubſtitutiones de vno
in aliũ procedere poſsint in infinitũ: omnis tñ inſtitutio poſt
primã dicit ſubſtitutio: ſicut ſecũdæ nuptiæ dicuntur omnes
quæ ſequunt primas. ¶ † Primò verò quærit quot ſunt ſubſti- 2
tutionũ gña? Et dico ꝙ ſunt duo, ſcilicet ſubſtitutio indire-
cta, & directa. Et indirecta quidẽ ſubſtitutio eſt, per quã quis
capit hęreditatẽ mediãte alio: vt cũ teſtator fideicõmittit
hæredi, vt hæreditatem reſtituat P. & dicitur ſubſtitutio in-
directa & obliqua ea ratione, quia ſcilicet per alium capit &
fideicommiſſaria, quia olim committebatur fidei hæredis
in totũ. nõ enim cogebat reſtituere: ſed hodie ſic, p l. penul.
C. ad Treb. Item dicitur precaria: quia fit poſsibiliter verbis
precarijs, id eſt, rogatorijs: vt puta, inſtituo te, & rogo te, &c.
Directa verò ſubſtitutio eſt, qua quis capit hæreditatem de-
functi ex diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante vel co-
operante: vt cùm dicit teſtator, A. mihi hęredem inſtituo: &
ſi ipſe non erit hæres, C. ſit hæres: & ſic C. ſubſtituitur di-
rectè. Verba autem harum ſubſtitutionum, in quibus fiunt
iſtæ ſubſtitutiones, indirecta quidem ſunt, volo, mando, ro-
go vt reſtituas hæreditatem. directa verò fit per verba



directa & ciuilia: vt hæres eſto, vel ſit, vel hæredem inſti-
tuo. aliquãdo etiam fit per verba geminata: vt A. filium meũ
impuberem hæredem inſtituo: & ſi in pupillari ætate deceſ-
ſerit, B. ſubſtituo. Hæc enim ſubſtitutio eſt directa, ſi moria-
tur in pupillari ætate propter verba geminata. Sed ſi poſt pu
bertatem, erit fideicommiſſaria, vt communiter dicitur, & e-
tiam ſi diceret, hæres ſit. Aliquando verò fit per verba com-
munia, & ſimiliter indirecta. ¶ Pro † quo ſciendũ eſt quòd ver-
3 borum quoddã eſt directũ, illud ſcilicet quod ſignificat vt is
cui relinquit, ſua manu recipiat: vt hoc verbũ, inſtituo: vt pa-
tet. ff. de hære. inſti. & hæres eſto: vt ibidem. Item, accreſcat:
vel etiam accipiat, vel capiat. Quoddã verò eſt indirectũ ſiue
obliquum, ſcilicet quod ſignificat vt is, cui relinquit, accipiat
de manu alterius, vt eſt reſtituo. ff. ad Trebe. l. inſtituta. & l.
ſemper. Item, volo. ff. de leg. iij. l. pater filiũ. §. fi. Item, rogo,
&c. Aliquod verò cõmune, quod ſcilicet habet vtranq; ſigni-
ficationem, ſcilicet vt de manu ſua vel alterius accipiat: vt
verbum, ſubſtituo: aut moriatur tali, id eſt, ad vtilitatem talis:
4 & ſuccedat: & etiã accipiat. ¶ Secundò † verò quæritur, quan
tum ad iſtam ſubſtitutionem indirectã, verũ rogatus hæredi
tatem reſtituere, poſsit aliquid alienare de illa? Et dico quòd
non. C. cõmunia de lega. l. fi. niſi in caſibus poſitis in auth. res
quæ. ibidem poſita: qui caſus ſunt iſti, ſcilicet cauſa dotis, &
donationis propter nuptias: & loquitur in liberis, non in ex-
traneis. Et idem ſecũdum Bar. in d. auth. pro ponendo filium
in monaſterio. Similiter pro cauſa alimentorũ, quãdo aliũde
ſuſtentari non poteſt: & idem pro redimendo filio capto ab
hoſtibus. Poteſt tamen ſibi retinere quartam Trebellianicã:
vt in c. Raynaldus. & in c. Raynutius. de teſta. ſed ſi rogatus
eſt reſtituere quicquid ſupereſt de hæreditate: tunc ad minus
quartam partem ſeruabit ſubſtituto: vt C. ad Treb. auth. cõ-
tra rogatus. de quo vide in gl. in c. in præſentia. de probation.
5 ¶ Aduertendum † eſt autem, ſecundũ eam ibi, quòd licet quis
ex liberis teſtatoris ſit purè rogatus hæreditatem reſtituere
nulla facta mentione de filijs: ſi tamen poſtea habuerit filios
vel nepotes, ſubſtitutio euaneſcit. C. de fideicom. l. cùm acu-
tiſsimi. C. de inſti. & ſubſtit. l. gñaliter. ff. de condi. & demõſt.
l. cùm auus. vide infrà. §. v. Aduerte etiam quòd ſi rogatus hę
reditatem reſtituere illã ſpontè adiuerit: retinebit quartam
Trebellianicã, & reliquas tres partes reſtituet. Si verò adie-
rit iudicis officio compulſus reſtituet totam: Inſtit. de fidei-
com. hære. § in primis. & ff. ad Treb. l. nam quod. §. qui cõpul
6 ſus. ¶ Tertiò † quæritur, quot ſunt ſpecies directæ ſubſtitutio-
nis? Et dico quòd ſunt quinq;. ¶ Quarum prima dicitur vulga
ris: quia eſt à quolibet teſtatore de vulgo factibilis: & cuili-
bet: ſiue pupillo ſiue minori: de qua agit Inſti. de vulg. ſubſt.
Et hæc eſt duplex: vna ſcilicet expreſſa, quæ fit per iſtam ne
gationem non, hoc ſcilicet modo, inſtituo mihi hæredem A.
& ſi ipſe non voluerit, vel non poterit hæres eſſe, ſit hæres P.
vel ſubſtituo P. Alia tacita, quãdo ſcilicet negatio nõ expri-
mitur, ſed includitur, hoc ſcilicet modo, A. & P. mihi hæredes
inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo: per quę verba tacitè ſubin
telligitur quòd ſi alter eorum hæres non fuerit, ſcilicet quia
noluit vel nõ potuit, quãdo deceſsit ante aditã hæreditatem:
alter ſit hæres in ſolidũ. ff. de hæ. inſti. l. cùm in teſtamento.
§. hæc verba. ¶ Secũda verò dicitur pupillaris: quia fit ſoli pu-
pillo vel pupillis: nec põt tẽpus excedere pupillare: ſed expirat
ad introitum pubertatis: vt dicendo filius meus mihi hæres
eſto: & ſi non erit, vel ſi erit, & intra tempus pubertatis deceſ
ſerit, P. ſit hæres. Inſti. de pup. ſub. in prin. imò factibilis eſt in
minus tempus: vt ſi dicatur, ſi filius meus intra quartum vel
quintum annum deceſſerit, P. ſit heres. Et hęc eſt duplex: vna
ſcilicet tacita, quæ non habet formam pupillaris ſubſtitutio-
nis, ſed ſub eius verbis includitur: vt cùm dicitur, A. filium pu
pillum meum hæredem mihi inſtituo: & ſi ipſe hæres mihi
non fuerit, P. ſit hæres. & hæc ex expreſsis eſt vulgaris: ex ta-
citis verò pupillaris. Vnde ſiue A. ſit hęres ſiue non, ſi in pupil
lari ętate deceſſerit, hęreditas directo iure peruenit ad P. ſed
ex vulgari ſuccedit tantùm in bonis teſtatoris, ex pupillari
verò in bonis teſtatoris & pupilli. Alia eſt expreſſa, quæ fit
per verbum affirmatiuũ: vt facit expreſsè mentionem de pu-
pillari ætate: & ſub ea includit vulgaris tacita: vt Inſtit. de vul
gari & pupillari ſubſtitutiõe. §. j. & ff. de vulg. & pupilla. ſub-
ſti. l. cùm hoc iure. & fit hoc modo, ſcilicet A, filium meũ hæ
redem mihi inſtituo: & ſi ipſe mihi hæres non fuerit, vel ſi fue-
rit, & in pupillari ætate deceſſerit, P. ſit hæres: vel P. ſubſti-
tuo. Vnde iſta duo requirit, ſcilicet verborũ affirmationem,
& expreſsionem temporis pupillaris. ¶ Tertia dicitur exem-
plaris: quia ad exemplum fit pupillaris, & eſt quæ fit à paren-
tibus vtriuſq; ſexus filio furioſo, vel mente capto: ſic dicta ꝙ
exemplũ fiat ſubſtitutionis pupillaris: quia ſicut pupillo, qui
teſtari non poteſt, prouidetur de hærede, ita & furioſo: & fit
hoc modo, ſcilicet A. filium meũ furioſum vel mente captũ
hæredem mihi inſtituo, & ſi deceſſerit antequam ad ſanam
mentem deuenerit, ſubſtituo ei talem vel talem. ¶ Quarta di
citur compendioſa: quia ſcilicet fit ſub compendio huius ad-
uerbij quandocunq;, & continet tacitam pupillarem, quę aliàs
fit prolixioribus verbis, ſic, A. filium meũ hæredem inſtituo:
tamen quandocunq; deceſſerit, P. ſit hæres: & ſic licet quan-
docunq;, extendatur ad omne tempus: hic tamen reſtringitur
ad pupillare ſolùm, in quod ſolùm dicitur de ſubſtituto pro-
uidere voluiſſe. l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. ¶ Quin
ta dicitur breuiloqua ſiue reciproca: quia ſcilicet in breui cõ-
tinet duas vulgares & duas pupillares: vt cùm duo vel plures
impuberes inſtituti à patre habente eos in poteſtate ſubſti-
tuuntur hoc modo: A. & B. filios meos impuberes mihi hęre-
des inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo: vnde quia continet ex-
preſſam pupillarem, ſi quis eorum deceſſerit in ætate impu-
beri, mater decedentis omnino repellitur, & alij ab inteſtato
viuentes, & ſuccedit ſubſtitutus. ¶ Quartò † quæritur, quid iu
ra velint de ſubſtitutione vulgari? Et dico duo. ¶ Primum. Ef- 7
fectus huius ſubſtitutionis eſt vt bona teſtatoris tantùm, quę
debebant venire ad inſtitutum, veniant ad ſubſtitutum, non
bona inſtituti. Inſtit. de pupil. ſubſti. §. quo caſu. ¶ Secundum.
Euaneſcit autem ſubſtitutio, quàm citò inſtitutus adierit hæ
reditatem, ſiue poſtea decedat cum liberis, ſiue ſine liberis.
C. de impu. & alijs ſubſtit. l. poſt aditam. & hoc non ſolùm
quando expreſsè fit per negationem: ſed etiam quando taci-
tè. Vnde licet Titius & Sempronius fuerint inſtituti hæredes
& adinuicem ſubſtituti: ſi tamen hic vel ille adierit hæredi-
tatem, expirat ſubſtitutio: vt in dicta l. poſt aditam. ¶ Quin-
tò † quæritur, quid iura velint de ſubſtitutione pupillari? Et 8
dico quatuor. ¶ Primum. Ad iſtam ſubſtitutionem quatuor
requiruntur. Primum ſcilicet quòd ille, cui fit ſubſtitutio, ſit
de liberis teſtatoris: & accipio liberos non tantùm pro filijs,
ſed & pro nepotibus. Secundum, quòd ſit impubes. Tertium,
quòd ſit in poteſtate teſtatoris. Quartum, quòd inſtituatur
vel exhæredetur. Et fieri poteſt non ſolùm filio impuberi
iam nato, ſed etiam poſthumo. ſi tamen naſcendo eſſet ſub
poteſtate teſtatoris, ſi viueret ipſe teſtator, & etiam nepoti, ſi
tamen ſit recaſurus in poteſtatem ſui patris poſt mortem
aui. ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. lege ſecunda. §.
poſthumus. ¶ Secundum. Effectus eſt eius vt non ſolùm ſit
P. hæres iure directo, & capiat bona & hæreditatem vtriuſ-
que, ſi A. deceſſerit in ætate pupillari: ſed etiam excludit
matrem: ita quòd etiam legitimam petere non poterit: vt

not

not.Barto.& doct.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſta.& omnem aliam perſonam, quæ ipſi pupillo ab inteſtato ſuccedere potuiſſet.ff.de vulg. & pup.ſub.l.Lucius. Et hoc verum eſt in expreſſa: in tacita autem habet locum quando alter filius teſtatoris frater pupilli ſubſtituitur.Si autem ſubſtitutus ſit extraneus,mater admittitur,& repellitur ſubſtitutus.l.precibus.& l.quædam.C.de impu.& alijs ſubſti. niſi in quatuor caſibus.Primò,quando pater expreſsè prohibet ne aliquid habeat.Secundò,quando reliquit aliquid vxori & vult eſſe contentam. Tertiò,ſi fuit inimica patri.Quartò quando frater impuberis eſt ſubſtitutus.Nota etiã ꝙ in hac tacita extraneus non excludit fratrem ex vtroq; parente cõiunctũ. ¶Tertium. Euaneſcit autem iſta ſubſtitutio, primò per aduentum pubertatis.Secundò,ſi hereditas patris non ſit adhuc adita:quia cùm nullus appareat hæres, teſtamentum paternum videtur deſtitutum:& ſic euaneſcit etiã pupillaris. ff.de vulg.& pup.ſubſti.l.ſed ſi plures.§.ſed ſi ex aſſe.Tertiò, ſi naſcitur poſthumus, de quo mentio non eſt facta in teſtamento.ff.eo.l.ſi pater filium.Quartò,ſi patiatur pupillus capitis diminutionem maximam,mediã,vel etiã minimã. ff.de adop.l.nec ei.¶Quartum.Ratio quare inuenta ſit, eſt: quia cùm filius in pupillari ætate teſtari nõ poſsit,permittitur patri ipſi filio facere teſtamentum,& de hærede prouidere du-
9 rante illa ætate præcisè.d.§.quo caſu.Sextò,†quæritur,quid iura velint de ſubſtitutione exemplari. Et dico hoc patere ex differẽtia eius ad pupillarẽ,à qua differt multipliciter.¶Primò,quia illa fit tantùm à patre,qui illam habet in poteſtate: hæc autem fit etiã à matre filio furioſo vel mente capto non exiſtente in eius poteſtate.¶Secundò,quia illa tantùm fit pupillis & impuberibus tantùm:iſta verò ſolùm adultis vel maioribus. ¶Tertiò,quia in illa poteſt ſubſtitui qlibet quẽ volueris:in iſta non,ſed certo ordine ſic: vt ſi habet liberos,ei ſubſtituantur:ſi verò non habet,ſubſtituantur fratres:quod ſi nec filios nec fratres habet,tunc ſubſtituet quem voluerit.C. de impu.& alijs ſub.l.humanitatis.¶Quartò,quia illa expirat adueniente pubertate:ſed hęc ſolùm adueniente mente ſana. ¶Quintò,quia illa fit impuberi,ſiue furioſus ſiue ſanus mẽte ſit:hæc verò ſolùm furioſis & mente captis.Probantur hęc omnia Inſti.de pup.ſub.§.q̃ua ratiõe.Et ſi adueniat ſana mẽs & nullo facto teſtamento iterũ vertatur in furiam,non euaneſcit ſubſtitutio.ar.l.quod fauore.C. de legi.& placet: licet alij dicant quòd expirat.ar.l.quod quiſq;.ff.de re.iu.Effectus autem eius eſt vt bona vtriuſq; tranſeant ad ſubſtitutum.¶Se-
10 ptimò †quæritur,quid de breuiloqua? Et dico quatuor.¶Primum.Hæc ſubſtitutio fieri poteſt à milite:nec explico quomodo,quia nõ eſt in vſu.Item à quolibet nõ milite, ſed oportet quòd fiat filio pupillo in poteſtate exiſtente.¶Secundum. Continet autem pupillarem expreſſam,quia habet eundem effectum:ideoq; ſolùm filio pupillo & in poteſtate exiſtenti fieri poteſt, vt dictum eſt. ¶Tertiũ. Licet hęc ſubſtitutio ſit directa de ſui natura,ſimpliciter:poſſent tamen apponi in ea verba vel dictiones,vel aliqua mutari, per quæ in fideicommiſſum verteretur,& ad naturam ac ius fideicommiſsi reduceretur.¶Quartum.Quatuor autem modis ad naturam vel ius fideicõmiſsi reducitur, ſicut fieri poteſt ſub his quatuor formis.¶Primò enim fit ſic:A.mihi hæredem inſtituo: & ſi quandocunque deceſſerit A.ſubſtituo P.Nam hoc verbum, ſubſtituo,trahit hanc ſubſtitutionem ad fideicommiſſum,ſecundum gl.in l.precibus.C.de impu.& alijs ſub.& l centurio. ff.de vulg.& pup.ſub.& in c. Raynutius. de teſta.Et prædictum aduerbium,quandocunq;,in hoc caſu ſeruat propriam ſignificationem,& reſpicit omne tempus,& rem omni tempore ſuadet valere.l.quoties.ff.de reb. dub. Hinc eſt ꝙ quocũque tẽpore moriatur,ſiue in pupillari,ſiue in maiori ætate virtute huius verbi,ſubſtituo, videtur rogatus eſſe à teſtatore per fideicommiſſum poſt mortem ſuam reſtituere hæreditatem,& bona teſtatoris ipſi ſubſtituto.Vnde ipſo inſtituto moriente mater & quicunq; ſucceſſores ſiue ex teſtamento vel ab inteſtato adibunt hæreditatem: & aditam ſubſtituto reſtituent iure fideicommiſsi.Inſti.de fideicom.hæred.§.ſed quia ſtipulationes. defalcabũt tamen & retinebunt legitimã ipſius,quæ eſt tertia pars totius hæreditatis teſtatoris, ſcdm cõmuniorem opinionem,ſi ipſe A.erat de liberis ipſius teſtatoris,ad quos legitima ſpectat:quia in hac grauare eum teſtator non potuit.C.de inoffi.teſta.l.quoniam.De reliquis verò defalcabunt tertiã Trebellianicam:& ſic habebũt mediã hæreditatem:reliquã verò medietatem reſtituent ſubſtituto iure fideicõmiſsi.Retinebunt etiam ſibi omnia bona ipſius A. quia teſtator de ſuis tantùm rogaſſe intelligitur,non hæredis.Si verò A.non erat de liberis, defalcabunt tãtùm Trebellianicam:& habebit etiam alia bona,quæ A.quæſiuit aliũde. Et hæc ſubſtitutio,quia ius fideicommiſsi habet,fieri poteſt cuicunq; hæredi,& à quocunq; teſtatore.Inſti.de fideicõ.hære.§.in primis.& §.ſeq. Et aduerte quòd licet in præfata forma nõ addatur,quandocunq; deceſſerit ſine liberis:ſi tamen A.erat de liberis teſtatoris,intelligeť hęc clauſula ſi ſine libe-
ris:†quia pro regula eſt quòd quandocunq; quis aliquem rogat de liberis ſuis alteri hæreditatem reſtituere poſt ſuam mortem,ſemper intelligitur tacitè conditio iſta, ſcilicet ſi deceſſerit ſine liberis:quia non eſt credendum quòd quis excluſa prole filij ſui voluerit hæreditatem peruenire ad alterum:in extraneo autem hærede non ineſt talis tacita conditio,niſi addatur expreſsè.C.de inſti.& ſubſtitu.ſub condi.fac. l.generaliter.§.vltimo.¶Secundò ſic fit:A.filium meum impuberem hæredem mihi inſtituo:ſed ſi dictus A.quandocunque ſine liberis deceſſerit,P.ſit hæres:& tunc ſi moritur intra tempus pupillare, valet iure directo: & ſic ſubſtitutus capiet totam hæreditatem ſine deductione alicuius quartæ.d.l.centurio.& capite,ſi pater.de teſta.lib.vj.Si verò moritur in pubertate,ſecundum Io.Andr.erit totaliter fideicommiſſaria: quia licet per iſtam dictionem,ſit hæres, videatur directa,tamen per iſtam additionem,ſine liberis, trahitur ad fideicommiſſum:vt probatur in l.ſcęuola.ff.ad Treb.quia illa additio innuit quòd in quocunque tempore deceſſerit ſine liberis in pubertate,ex præſumpta voluntate teſtatoris,videtur rogatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem poſt mortem:vt probatur in dicta l.precibus.Et ideò quocunq; tempore in pubertate moriatur ſine liberis,mater,aut quicunq; ſucceſſores,reſtituent hæreditatem ſubſtituto deductis ſupradictis.ff.de vulg.& pup.ſubſtit.l.cohærendi.§.cùm ille.Et ſic tene,licet communis opinio Legiſtarum ſit quòd nunquam obligatur:ſed expirat per aduentum pubertatis.¶Tertiò ſic: A.mihi hæredem inſtituo:ſed ſi dictus A.quandocunq; ſine liberis deceſſerit,P.ſubſtituo. Et hæc omni tempore eſt fideicommiſſaria:& idem ius eundem effectum habet per omnia ſicut prima prædicta,tum ratione verbi ſubſtituo,tum ratione ſine liberis:ideoq; dicendum eſt vt de illa.¶Quarto fit ſic:A.filium meum hæredem mihi inſtituo: ſi tamen deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; ſine liberis,P.ſit hæres,vel P.ſubſtituo. Sub hac autem forma comprehenduntur tres ſubſtitutiones:vna pupillaris expreſſa per hoc quod dicitur,ſi deceſſerit in pupillari ętate:& ex hac reſultat tacita vulgaris quæ ſub pupillari expreſſa continetur. vt dictum eſt: & hanc facere non poteſt, niſi pater pupillo propter pupillarem ætatem expreſſam quando ſit directa niſi ſit miles.d.l.centurio.tertia fideicommiſſaria eſt per illud quod dicitur,vel poſtea quandocunque ſine libris. Sed ſi teſtator vult quòd clarius iſtæ tres reſurgant,dicat,P.pupillariter & vulgariter & per fideicommiſſum ſubſtituo:& vnaquæque iſtarum habet ſuum effectum:quia ſi A.ſit hæres:& in pupillari ætate moriatur,ſubſtitutus vocatur iure directo excluſa matre & alijs legitimis ſucceſſoribus:& hoc propter effectum pupillaris expreſſæ,quæ matrem repellit & ſubſtitutum admittit.l.Lucius.ff.de vulg.& pupil.ſubſti.Si verò A. non ſit hæres,quia non poſsit aut nolit: tunc ſubſtitutus erit hæres iure directo propter tacitam vulgarem,quæ etiam ex pupillari conſurgit,vt dictum eſt.Si verò ſit hæres,deinde factus pubes,quandocunq; ſine liberis moriatur, habebit locũ fideicommiſſaria.Vnde eo ſine liberis moriente ſucceſſores reſtituent hæreditatem cum defalcatione, vt dictum eſt. Innumerabilia dici poſſent de hac ſubſtitutionum materia,quę
12 cauſidicis relinquantur.¶†Octauò quæritur, vtrum indiſtinctè per religionis ingreſſum expiret ſubſtitutio facta in defectum liberorum? Et dico multa.¶Primum.Secundum gl. in c.præſentia.de probat. iſto caſu per ingreſſum religionis ſubſtitutio euaneſcit: & excluditur ſubſtitutus,ſi erat priuatus:quia hoc caſu ingrediens monaſterium hæredem fingitur habere,vt ibi in auth.de ſan.epi.§.ſed hęc preſenti.Sed intellige quòd euaneſcit ſi monachatus tenuit,ſecundum glo. ibi.& poſtquam tenuit,non ante,ſecundum Vinc.& non fecit in fraudem nec exiuit intra tempus probationis. Si autem ſubſtituitur eccleſia aut locus religioſus, vel iubetur expendere in pias cauſas,non expirat ſubſtitutio vel fideicommiſſum: vt d.§.ſed hęc. vbi diſtinctio iſta probatur. Et diuerſitatis ratio eſt ſecundum Arch.quia quòd expiret ſubſtitutio per religionis ingreſſum,inductum eſt contra propriam ſignificationem verborum in fauorem piæ cauſæ:vnde vbi fideicommiſſum expendi debet in pias cauſas,ceſſat dicta ratio: cùm nõ debeamus impropriare verba in fauorẽ vnius pię cauſæ in alterius pię cauſæ præiudicium: argu.c.cum cauſa. de præbẽ.¶Secũdũ.Si autem inſtitutus nõ ingreditur monaſteriũ,ſed efficiť clericus,dicit gl.ibidẽ ꝙ nõ euaneſcit ſubſtitutio,niſi duo concurrant.Primò vt perpetuò maneat in eccleſia.Secundò,vt reditus expendantur in pias cauſas:vt dicitur in auth.niſi rogati. C.ad Trebel. quod quidem Pan.ibidem reſtringit ad clericum conuerſum alicuius monaſterij: ſed melius intelligiť ſimpliciter,vt gl.intelligit.¶Tertiũ.Si aũt dediſſet ſe & ſua eccleſiæ ſeculari,gl.ibidem diſtinguit:quia aut ſit clericus:& ſic dicitur vt ſuprà ſtatim.aut non ſit clericus:& ſic ſubſtitutio non expirat,ſecundum melius ſentientes.¶Quartum. Si verò ingreditur religionem in fraudem ſubſtituti,ſecundum Pan.in c.in pręſentia. Abbas tenet quòd ſubſtitutio non euacuatur:quia fraus & dolus nemini patrocinantur.de reſcrip.ſedes.& hoc communiter tenetur,& probabitur fraus probando comminationes factas ſubſtituto per hæredem.xx.q.iij.c.ſi.Et idem eſt ſecundum Gof.& Arc. in c.ſi qua.xix.q.vlti.ſi non intrauit, ſed monaſterium hæredem inſtituit:quia ſubſtitutio non expirat.& de his ſuprà Hæreditas j.§.vij.¶Quintum.Si autem ad dictam clauſulam generalem,ſi ſine liberis,addatur, ex ſe legitimè deſcendentibus,vel ex ſuo corpore natis:licet ſint opiniones,tamen veritas eſt quòd per religionis ingreſſum ſubſtitutio expirat: vt egregiè Barto.probat in quæſtione facti. cuius motiua vide per Arch.iij parte tit.x.cap.iij.§.antepe.& idem tenet ipſe & Cy.in l.ſi ita quis.ff.de leg.ij.concor.Arch.& Io.in d.c.ſi qua. & dominus Ant.& Pan.in d.c.in præſentia. licet contrarium tenuerit Iac.de Belui.Hoſt.&Io.And.& quidã alij.¶Sextum. Si fiat ſubſtitutio ſub conditione quòd monaſterium non ingrediatur,non expirat ſubſtitutio per ingreſſum monaſterij.





ſecundum Pan.in d.c.in præſentia.quia communiter tenetur quòd illa conditio, quæ impedit matrimonium ſpirituale, ſiue religionis ingreſſum,habetur pro non adiecta, ſicut & illa quæ impedit carnale. C. de indi. vid.l.ij.& ff.de condi.& demonſtratio.l.cùm tale.& l.Titiæ ſi nupſerit.vbi dicitur ꝙ ſi teſtator reliquit Titiæ ducentos ſi nõ nupſerit:& ſi nupſerit,centũ:ſi Titia elegerit nuptias,debet habere ducentos:qa conditio illa retrahit à matrimonio carnali:vnde nõ tenetur mulier reſtituere relictum ſibi cum onere reſtituendi ſi nupſerit.ff.eo.l.quoties.& l.ſi filiæ.& à fortiori idem eſt ſi con-
ditio impediat matrimoniũ ſpirituale.Vnde†dicit Albe.in l. 13
Deo nobis.C.de epiſcopis & clericis.quòd puella, cui relinquuntur centũ ſi nupſerit:ſi verò religionem intrauerit,quinquaginta:nihilo minus ſi intrauerit, habebit centũ:qa in caſu prædicto omnis cõditio, dilatio, & grauamen remiſſa intelligũtur,cũ prædicta inſtitutio ſuccedat loco debiti bonorum ſubſidij:vt eſt expreſſum.C.de inoffi.teſtam. l. quoniã. in prioribus.Et hoc dicit verũ in filia,cui tale ſubſidiũ debeť: non autem in extranea,ſed ſolùm ſi cõditio exter:imò nõ haberet filia,quando legitima eſſet ſibi legata, & illud relictũ eſſet vltra debitũ bonorũ ſubſidiũ.Sed Richardus Malumb. tenet hoc eſſe verũ indiſtinctè.Ego verò dico verũ dicere Albericum ſi conſidereť ſolùm ratio debiti ſubſidij:ſed ſi cõſideretur turpitudo cõditionis, quæ pro nõ adiecta habenda eſt,verũ dicit Ric.quę quia in hoc caſu ſemper eſt turpis,ſemper habebitur pro non adiecta,infrà Legatum primò.§.ix.

## De Hæreſi & Hæreticis primò in ſe.

1 *Hæreſis, quæ ab electione dicta eſt, quid ſit & quid hæreticus.*
2 *Fidei multa ſunt, circa quæ oberrantes in hæreſim prolabuntur.*
3 *Temerarium, erroneum & hæreticum, in his quæ ad fidem pertinent, quomodo differant?*
4 *Errans circa fidem, vt quis hæreticus dicendus ſit, quot requirantur. & ibidem quòd quinque, de quibus hic.*
5 *Pertinacia, quæ hæreticum conſtituit, quibus actibus ac modis iudicanda ſit.*
6 *Dubius in fide, an hæreticus cenſendus ſit, vel infidelis.*
7 *Vſuram qui peccatum aſſerit non eſſe, an hæreticus ſit.*
8 *Dæmones adorantes, & imagines baptizantes, num protinus vt hæreticos iudicare, ac punire debeat eccleſia? num. 9.*
10 *Participantes cum hæreticis, qui ſint, & qui dicantur?*
11 *Hæreticorum pœna quænam, & quotuplex ſit? Et ibidem quòd quatuordecim. vſque ad num. 15.*
12 *Hæretico communicare, an ſine peccato quis poſſit?*
13 *Hæreticorum bona, cui applicanda ſint? Et an donatio, alienatio, aut filiorum ante damnationem emancipatio ab hæretico facta teneat? numero ſequente.*
14 *Hæreticorum relapſorum quæ pœna ſit? Et quot modis relapſus dicatur.*
16 *Hæreticis credentibus, fautoribus eorundem, ac defenſoribus & receptatoribus, quæ pœna conſtituta ſit?*
17 *Hæreticis ſponte redeuntibus ac pœnitentibus parcendúmne ſit? Et quid ſi poſt condemnationem redire velint? num. ſeq.*
19 *Hæretici ad fidem redeuntes, qualiter recipiendi ſint? Et num occulti hæretici, à ſacerdote abſolui queant? nu. ſeq.*
21 *Hæretici redeuntes ad fidẽ, nũ circa ordines diſpenſabiles ſint?*

HAERESIS† j.Græcè ab electione dicitur,eò quòd aliquam ſibi opinionem ſectãdã hæreticus eligat.xxiiij.q. 1
iij.hæreſis.alias diuiſionem ſonat: & ſic hæreſis in propoſito videť hæſio intellectus ad falſam ſententiã in ſpectantibus ad fidem aut mores cũ obſtinatiõe, ita quòd de ratione eius ſunt duo,ſecundũ Sanctum Thomam ſuper j.ad Corint.lec. iiij.ſcilicet electio priuatæ diſciplinæ & pertinacia:& princi-

paliter,vt idem dicit ij.ij.q.xj.eſt circa articulos fidei: ſecundariò verò circa ea quæ ſequuntur ex eis: & naſcitur ex ſuperbia vel concupiſcentia commodi temporalis. Hæreticus verò ſecundum Pet.& S.Tho.& communiter omnes docto. diffiniri poteſt quòd eſt is,qui circa ea, quæ ſunt fidei, errat per intellectum:&pertinaciter hæret errori pervoluntatem. Vnde errans in his quæ non ſunt fidei,id eſt,quæ quis explicitè credere non tenetur, puta credendo Iacob patrem fuiſſe Abrahæ,& huiuſmodi:qui tamen rectè crederet,vbi ei conſtaret de veritate,non eſt hæreticus,ſecundum S.Tho.in iiij. ſimiliter nec q errat circa ea, de quibus diſſentiūt doctores, donec per eccleſiam ſit determinatum: vt idem dicit in prima parte.Similiter errans circa ea quę ſunt fidei nō pertinaciter,ſed per ſimplicitatem, nullo modo poteſt dici hæreticus,ſecundum Card.in Cle.de ſum.trini.& conſequenter nec excommunicatus perverbum,pertinaciter,ibi poſitum: quia errans per ſimplicitatem, non pertinaciter credit, imò talis mereri poteſt:puta dum credit ſuo epiſcopo prædicanti aliquid contra fidem, credens animo obediendi fidei: paratus tamen corrigi:quia ex intentione iudicatur.Item quia ſecundum Inno.illud non eſt fides eius,ſed fides eccleſiæ:&vult dicere quòd ideò ſic credit,quia credit eccleſiam illud credere: &conſequenter potius credit quod eccleſia credit.Idem autem puto de errante ex quadam pia deuotione: vt puta circa conceptionem dominæ noſtræ. Sed hæc limita, niſi erret in his,in quibus ignorantia non excuſat:quo caſu non meretur, ſed peccat,non per infidelitatem hæreticam,quæ pertinaciā requirit,ſed per negligentiam. Item niſi erret in his, de quibus certant viri docti ex quadam partiali affectione.aliquando tamen hæreticus dicitur quilibet excommunicatus.iiij.q.j.quod autem.ſimiliter & ſimoniacus.j.q.j.quiſquis.ſed eſt locutio impropria,inquantum ſcilicet ita operantur ac ſi malè de fide ſentirent.Igitur ſi alterum illorum duorum deficiat,
2 non eſt quis hęreticis.de hoc latius infrà §.fi.Aduerte†autem quòd ea quæ ſunt fidei, circa quæ errando labitur in hæreſim,ſunt multa: vnde hæreticus eſt primò malè ſciens de articulis fidei.Et ſecūdò ſimiliter malè ſentiens de eccleſiæ ſacramentis.de hære.ad abolendā. Tertiò malè ſentiens circa ſcripturæ ſanctæ veritatem.xxiiij.q.iij. hæreſis. Vnde dicit Pau.in Clem.vnica.eo.ti.quòd hæreticus eſt exponēs falſam & extortam expoſitionem in diuinis ſcripturis cōtra id quod eccleſia tenet.quod gl.in Cle.j.de vſur.§.ſanè.dicit procedere indiſtinctè de gignente aut tenente peruerſum dogma vel falſas opiniones:ſed alij melius hoc limitant, ſi ſcriptura illa ſit de neceſſarijs ad ſalutem: puta de pertinentibus ad fidem vel mores:vel aliter expoſita quòd non poſsit eſſe vera in ſenſu illo.Card.etiam in d.Clemen. voluit hoc extendere ad tenentes contra canones:& multi docto. ibi. ſed diſtinguendum eſt.Nam credulitas eſt contra fidem dupliciter: primò directè & principaliter,quia ſcilicet eſt contra articulos. Secundò indirectè &ſecundariò,quia ſcilicet eſt contra aliquid connexum articulo,ita quòd ſequitur corruptio alicuius articuli:ſicut dicere quòd in ſcriptura contineatur aliquod falſum:quia eſt contra illud quod Spiritus ſanctus loquutus eſt per prophetas.Similiter dicere quòd eccleſia malè determinauit in aliquo circa fidem aut mores: quia eſt contra illud, ſanctam eccleſiam catholicam:& ſimiliter auferre eccleſiæ Romanæ priuilegia diuina: quia ſequitur quòd ipſa non ſit regula fidei infallibilis: & conſequenter non eſt neceſſe credere articulis fidei ab illa declaratis vel traditis.

3 ¶†Primò verò quæritur,quomodo in his quæ ſunt fidei differant temerarium, erroneum, hæreticum? Et dico ſecundum Archid. quòd ſe habent, vt homo, animal, corpus,ita quòd omne hæreticum eſt erroneum & temerarium, non econtra.& omne erroneum eſt temerarium, non econtra. Nam temerarium eſt in huiuſmodi aſſerere,tanquam certū aliquod poſsibile, quod authoritate vel ratione efficaciter probari non poteſt:ſicut quòd mundus terminabitur hinc ad centum vel ducentos annos:erroneum verò ſuper temerariū addit falſitatem:quia errare eſt à via recta diſcedere:ſicut dicere,vt dicit magiſter ſent. quòd Chriſtus fuit homo in triduo ſuæ mortis:hæreticū quoq; ſuper erroneum addit quòd falſitas ſit notoria & inhæſio pertinax. Vnde dicit Augu. errare potero: ſed hæreticus non ero.hæc ex illo.Sed aduerte quòd pertinacia requiritur ex parte credentis,vt dicatur hæreticus,non ex parte ſententiæ,vt ipſa dicatur hæreſis vel hæretica:vnde ſufficit quòd ſit notoriè contra fidem.¶†Secundò quæritur,quot requirantur ad hoc quòd errans circa fidē 4 ſit hæreticus?Et dico quòd requiruntur quinq; ad duo prædicta reducibilia:& de quibus diffuſiſsimè Archi.ſecunda parte.tit.xij.c.v.§.j.¶Primò,vt quis erret:cùm hæreticus ſit ſecundum Aug.quia opiniones falſas gignit aut ſequitur:qui error ſit in ratione:quia hæreſis eſt ſpecies infidelitatis, quæ eſt in ratione:ſicut & fides ſibi contraria.Igitur nullum factum ſine errore hominem hæreticum fecit:vnde baptizare imagines,dęmones adorare,conculcare altaris ſacramentum,& huiuſmodi horrenda,niſi ſit error in intellectu malè de his ſentiendo non faciunt hæreticum,ſed peccatorem & ſceleſtum, & ſortilegum:ſicut qui aliqua ductus cupiditate iſta facit ad aſſequendum aliquid à dæmone pacto tacito vel expreſſo, credens tamen de his ea quæ fides docet. Nec obſtat quòd ſecundum iura ſimoniacus dicitur hæreticus. j.q.j.quiſquis. quia hoc non eſt verum propriè,ſed inquantum vendendo ſacramenta ita agit,ac ſi exiſtimaret poſſe donum gratiæ Dei pecunia poſsideri,ſecundum S.Tho.quod tamen non credit, alioquin eſſet hæreticus propriè.Nō obſtat etiam quòd adorans hæreticum,quòd ſcilicet leuius eſt quàm adorare dæmonem,eſt hæreticus.in c.quiſquis.& in c.accuſatus.de hære.libro ſexto.quia hoc eſt verum, ſi adorat credens illum adorandum,quaſi ſcilicet eius fides vera ſit:ſecus ſi propter commodum temporale ſine errore: quia non eſt hæreticus,niſi iuris præſumptione & fictione.& de hoc infrà.§.v.vtrum ſcilicet in iudicio eccleſiæ tales debeant ſtatim iudicari hæretici.¶Secundò requiritur,quòd error ſit contra ea, quæ ſunt fidei,vt circa ſcripturam vel articulos fidei,aut contra determinationem eccleſiæ in his,quæ ſunt fidei aut morum neceſſaria ad ſalutem.argu.xxiiij.q.j. hæc eſt fides. Vnde error in nō ſpectantibus ad fidem vel determinationem eccleſiæ,puta quòd Sol ſit minor terra,non eſt periculoſus:imò non eſt hæreticus ſentiens contra determinationem eccleſiæ in alijs quàm in prædictis,quæ pertineant ad fidem vel bonos mores:ſicut Io.xxij. determinauit in extrauaganti, ad conditorem.quòd ius ſeparari non poteſt ab vſu in vſu conſumptibilibus: & tamen dicit huic ſententiæ contradicentes eſſe contumaces & eccleſiæ rebelles,non autem hæreticos.¶Tertiò requiritur quòd error ſit in eo qui catholicam fidem eſt profeſſus,aliàs non eſſet hæreticus,ſed ſimpliciter infidelis vt Iudæus & Paganus.¶Quartò,quòd aliquam veritatem de fide Chriſti fateatur quantum ad humanitatem vel Deitatem: alioquin ſi nullā fateretur, ꝓpriè loquendo magis eſſet apoſtata quàm hæreticus,ſicut Iulianus apoſtata. largè tñ dici pōt hæreticus &grauius hæretico puniendus ſi puniri poſſet. ¶Quintò,vt quis errorē talē obſtinata voluntate eligat & pertinaciter ſequat:vñ errās ex ignorātia,paratus corrigi, nunquam eſt hæreticus.xxiiij.q.iij.dixit Apoſtolus.¶†Sciendum eſt tamen ſecundum Archidiac. quòd pertinacia non eſt iudicanda ſolùm in actu exteriori:puta quòd ille ſolus pertinax reputetur,qui verbis ſcriptis monitus reſiſtit: ſed etiam qui latenter diu in errore perſiſtit,vel vſque ad mortem perdurat:quia talis non videtur per ignorantiam,ſed per obſtinatam maliciam perſeueraſſe:ideoque eccleſia tales præſumit hæreticos.¶Tertiò†quæritur,vtrum dubius in fide ſit hære-
6 ticus vel infidelis?Et dicit Lau.quòd is qui firmiter ex animi infirmitate nō credit:nec tamen pertinaciter dubitationi inſiſtit,non eſt hæreticus:quinimo ſi recedit ab illa dubietate reſiſtendo meretur: qui verò pertinaciter inſiſtit,id eſt,non paratus corrigi ad mandatum ſuperioris, eſt hæreticus: vt in cap.dubius.de hæreti.& pro hoc eſt caſus ſingularis in ca.damnamus.de ſumma trini.vbi Ioachim non dānatur, licet dixerit erroneum:quia fuit corrigi paratus,ſe correctioni eccleſiæ ſubijciens:vnde ſola pertinacia hominem hæreticum facit.Et idem Cardinalis.Sed aduerte quod nullus dubius in fide videtur paratus corrigi ad mandatum eccleſię, niſi dubitet ex ignorantia:qa dubius de articulo,dubius eſt de doctrina eccleſiæ ſi ſcit eam docere articulum: vnde dico quòd dubitans contra ſuam voluntatē nō eſt hæreticus alia ratione, quia ſcilicet ſicut nullus credit niſi volens, ſecūdum Aug.ita nec efficitur infidelis niſi volēs:vnde in ratione hæreſis includitur electio falſitatis:quæ electio importat liberā inclinationem voluntatis.¶Quartò†quæritur,vtrum,ſit hæreticus
7 qui aſſerit vſuram non eſſe peccatum?Et dico quòd ſic,vt in cle.ex graui.de vſur.vbi dicit Pet.de Anch.quòd actus fœnerandi non ſapit hæreſim,nec pertinet ad inquiſitorem: & tñ pertinaciter aſſerere hoc non eſſe peccatum eſt hæreticum. Et rationem aſsignat gloſ.dicens quòd non ſolùm hæreticus eſt malè ſentiens de articulis fidei & eccleſiæ ſacramentis.de hære.ad abolendam.ſed etiā quia peruerſum habet dogma, vel falſas aut nouas opiniones gignit,aut ſequitur.xxiiij.queſtio.iij.inter ſchiſma &hęreſim.& cap.hæreticus.intellige cōtra doctrinam eccleſiæ.vnde ſubiungit gloſſ.hoc eſſe contra doctrinam eccleſiæ.eodem tit.c.iiij.&.c.cùm tu.& concord. Panormitanus,qui clarius loquēs dicit hæreticū eſſe qui per falſam extortam expoſitionē in ſcripturis diuinis ponit contra id quod dicit eccleſia.diſtinct.50.cap.ſi quis diaconus. & cap.ſi ille.in fine.Et intellige ſecundum Pet. quādo quis ſimpliciter aſſerit vſuram non eſſe peccatū:vbi tamē dubitatur in aliquo caſu,vtrum ſit vſura necne:non eſſet hæreticus qui teneret opinionem etiam fortè non veram:vt in cap.nauigāti.de vſur.Addit etiam Pau.in dicta cle.ex graui.quòd dicere ſimpliciter vſuram eſſe peccatum, ſed facta reſtitutione nō eſſe confitendum:ſicut confiteri tenetur qui eſt obligatus ex licito contractu,eſt hæreticum:& in cōtractu obligatur tantum quis homini,in vſura offendit & obligatur Deo & homini.& ideo poſt reſtitutionem tenetur adhuc pœnitere.Ex præmiſsis colligit Arch.ſolutionem huius quæſtionis.Quidam enim, inquit,in publicis prædicationibus concitando turbam contra clerum aſſeruit quòd laici ſoluendo decimas clericis,aut eis cōfitendo & dando oblationes peccabāt:cùm omnes clerici eſſent mali & de eccleſijs remouēdi. Quærebatur an contra eum tanquam hæreticum procedi poſſet: & firmatū eſt per omnes Theologos & iuris vtriuſq; doctores dicentientes quòd ſic,& bene, per doctrinam illius gloſſæ, quia pertinaciter tenebat diuerſas opiniones reprobatas per ſacros canones & canonicas ſanctiones:& contra id quod ec-
8 cleſia tenet. ¶Quintò † quæritur,vtrum adorantes dæmones & baptizantes imagines eccleſia debeat ſtatim iudicare & punire vt hæreticos? Et dicit Arch.ſub correctione ſedis apoſtolicæ quòd non, quantum eſt ex natura rei, quicquid ſit iuris præſumptione:quia quandocunque effectus dependere poteſt ex duplici cauſa: puta infidelitate & cupiditate aſſequendi aliquid à dæmone pacto tacito vel expreſſo, nunquam ex natura rei poteſt ex iſto effectu iudicari præciſè altera cauſa.Et ideo quando conſtaret de huiuſmodi effectu,vlterius inquirendum eſſet de cauſa:ſi ex errore & fidei peruerſitate hoc faciat,iudicādus eſt hæreticus:ſi verò ex alia cauſa,iudicandus eſt ſortilegus, & viliſsimus peccator.Inquiret autem hoc & inueſtigabit eccleſia,quæ interiora non videt,ex actibus, per quos habitus recognoſcuntur: vt ſi habet actum defendēdi aliquem articulum fidei:vel ſi aliquem inſtruxit publicè vel occultè de oppoſito articulorum fidei, & huiuſmodi.Ex cauſa tamen adorationis dæmonis præciſè iudicare non poteſt aliquem ex natura rei eſſe hęreticum:& ſi iuris præſumptione talis hæreticus ſecundum gloſſatores iudicetur.Poſſet tamē eccleſia rationabiliter ſtatuere vt tales velut hæretici puniātur.Adde quod Auguſtin. de Anc.videtur idem ſentire.ſed de hoc tit.ſeq.§.iij.

¶Sextò†quæritur,quid de illo,quia oſculatur ſepulcrum Ma- 9
chomeri,vel aliquid facit ad eius reuerentiam,ſicut alij infideles.Et dicit Alexāder de Ales ij.ij.titulo de apoſtaſia.quod ſi facit quia ita credit,ideoque profitetur,ſic eſt apoſtata,hæreticus & excommunicatus. Si verò hoc facit ſolùm verbo propter metum,non in corde,peccat mortaliter,non tamen eſt hæreticus vel excommunicatus.

¶Septimò†quæritur qui ſint hi qui dicuntur participare cū 10
hæreticis,vt fautor,defenſor,credens,& huiuſmodi? Et dico quòd credentes hæreticorum,exprimendo mētem doc.ſunt qui implicitè credūt quod hęretici ſciti eſſe hæretici credūt, non autē explicitè:quia iam eſſent hęretici:vnde credētes iudicandi ſunt omnes,qui verbo vel facto oſtendunt ſe credere quod illi credunt: qui autem eis cōmunicant in alijs factis, in quibus error non exprimitur,vt viſitando, præbendo alimoniam,&huiuſmodi,non ſunt iudicandi credentes,ſed potius fautores.Vnde ſecundum Archi.in cap. quicunque. eod. tit.lib.vj.credentes hæreticorum dicuntur,qui dicunt ſe velle mori in fide eorum,vel credere illorum erroribus.de pœ.diſ. j.poteſt.ſimiliter qui eos adorat, reuerentiam ſuo modo exhibet,conſolationem vel communionem in morte ſeu infirmitate ab alijs acceperit:vel ſimilia ad ritum eorū pertinentia perpetrat:quia plus factis quàm verbis loquimur. argum. extra de appellationib.delicti.el ij.Secus ſi qui ſermones eorum audierunt ſemel,& amplius nō redierūt: quia nō videntur approbaſſe quod poſtea vitarunt.argumento j. queſtio.j. capite,conſtet.Et ſi quis eos viſitauit,alimoniam dedit,ducatum præſtitit,vel ſimilia fecit, in quibus nil de ritu eorum oſtenditur:quia hæc fiunt quandoque interuētu pecuniæ:niſi prius erant lapſi,& poſtea ita fecerunt.de hæreticis. libro ſexto.c.accuſatus.Et ſecus ſi qui libros eorum ſuſcipiunt,ſed ſtatim deſtruunt incendio vel aliter:quia iudicandi ſunt innoxij, id eſt, decredentes.j.quæſtio.j.capite j.aliàs ſi ſuſpecti ſunt,& non deſtruunt,eis indicenda eſt purgatio canonica:ſicut & omnibus prædictis,de quibus dictum eſt quòd non debent iudicari credentes.Pet.etiam de Palu.in iiij.breuius explicat dicens,quòd credētes ſunt,qui licet nulli hęreſi adhęreant expreſſè,credunt:tamē hæreticos eſſe bonos viros, & bonā habere fidem:ſicut ſunt apud nos ſimplices fidē explicitam non habentes.Vnde ſicut hi ſunt fideles,ſcilicet credētes implicitè:ita & illi ſunt hæretici dicēdi vt extra eo. excōicamus.¶Receptator verò,ſecundum grammaticū eſt qui frequēter recipit:qa recepto,eſt verbū frequentatiuū:in iure tamen ſecūdū Arch.ponit receptare pro ſimplici verbo, id eſt, recipere:vt ꝓbatur ff.de recepta.l.fi.&ſecūdū ius ciuile receptator eſt,qui latenter aliquē recipit & celat,vt conſeruatus

manus iudicis euadat.ff.de recepta.l.j.ff.de offic.præſi.l.congruit.C.de his qui la.occul.l.vlti.& ſimiliter etiam accipitur ſecundum iura canonica,niſi in caſu iſto,in quo receptator dicitur,ſecũdum Arch.qui eos recipit in terra vel domo ſua ſemel vel pluries, publicè vel occultè.Vnde, ſecundum Archi.receptatores dicuntur,qui eos recipiunt ſcienter, & ſi nõ frequenter. arg. de pœ.felicis.lib.vj.¶Fautores verò ſecundum Arch.vbi ſ.dicũtur perſonę quidem quæ publica authoritate funguntur , ex ſola omiſsione:puta ſi condẽnatos ab eccleſia non fugant aut puniunt,ſicut debẽt.& præcipitur in c.ad abolendam.eod.tit.& in c.excommunicamus.el j.quod probatur. xxiij.q.iij.qui poteſt.& q.v.qui vitijs.& q.viij.præterea.& xvij.q.iiij.§.qui autem.Si tamen pręlati nõ faciũt carceres ad hæreticorum cuſtodiã ex auaritia,vel ſimilia ad eorum officia pertinentia,non dicuntur fautores,ſecundum eundẽ:quia id in eorum fauorem non faciunt:ſecus ſi propter eos non faciunt.Perſonæ verò priuatæ licet non capiant hæreticos , ex omiſsione ſola nõ dicuntur fautores:ſed ſi celãt eos poſtquã iurauerint indicare.xj.quæſ.iij.quiſquis.& hoc in caſu, in quo tenẽtur illos indicare,de quo infrà Hæreſis. ij. §.iij. ſecus in alijs priuatis non adſtrictis:quia niſi omittãt doloſè, fautores nõ dicuntur.Ex cõmiſsione verò omnes tam perſonæ publicæ quàm priuatę dicũtur fautores:vt qui verbis eos excuſant vel laudãt nõ ex ioco nec per lubricum linguæ,quod ſcilicet ad pœnam trahi non debet.ff.ad l.Iul.ma.l.famoſi.ſed in cõuenticulis vel inter laicos:ſicut multi ſępe dicunt:iſti nõ ſunt tales quales dicuntur:& huiuſmodi,qui inducũt ſimplices ad eorum deuotionẽ:& deuotionem eorum ad eccleſiam minuunt:vel fortè quia aduocati ſunt,& defendendo eos excuſant eorum proceſſus:qui vtiq; fautores dici poſſunt habita conſideratiõe perſonarum,loci ac temporum.xj.q.iij. nõ ſolum. ij.q.j.c.ſi.Multò magis fautores ſunt,nec egent probatione, qui facto eis fauent:puta miniſtrando alimoniam,liberando, miniſtrando ea,per quæ liberantur,& ſimilia faciẽdo. ¶Defenſores autem, ſecundum Archi.vbi ſuprà,dicuntur hi,qui perſonas eorum defendunt reſiſtendo viribus vel potentia,ne ad manus iudicis veniant puniendi,vel examinandi. De quo xxj.q.v.per totum.vel ne fiat executio.de offi.dele.ex literis. qui verò non defendunt perſonam,ſed errorem,ſecundũ Archi.dicuntur hæreſiarchæ.Notandum eſt tamen quòd defendẽs hæreticũ ne lędatur à priuato:vel qui patrocinatur illi in iudicio credens illum habere iuſtam cauſam,non dicitur defenſor aut fautor,etiam ſi poſtea appareat quòd non erat iuſta cauſa:qa hęc eſt iuſta defenſio,quę talibus reſeruatur:ſecus ſi contra conſcientiam ei patrocinatur:quia defenſor eſt,
11 ſecũdum Car.in cle.j.de pœ.¶Octauò† quęritur,quę & quotuplex ſit hæreticorum pœna?Et dico quòd multiplex.¶Prima,quia ipſo facto ſunt excommunicati:vt ſuprà,Excommunicatio.viij.excommunicatione ij.& nedum ipſi excommunicantur,ſed etiam ſuſpecti de hæreſi,niſi ad arbitriũ epiſcopi ſe purgauerint.de here.ad abolendam.§.laicus.& de ſent. excommu.vt famę.& ſi excommunicationem per annum ſuſtinuerint animo indurato, tunc velut hæretici condemnabuntur.de hære.excommunicamus.§.j.& cap.cum contumacia.eo.tit lib.vj.requiritur tamẽ vt ſpecificè ſint vocati de fide reſponſuri,ſecundum Ioan.And.ibidem,& ſe de tali ſuſpicione purgaturi.Si verò hæreticus ſit omnino occultus , vtrũ ſit excommunicatus,vide ſuprà,Excommunicatio.vij. excõmunicatione ij. ¶Secunda eſt,quòd ſunt omnino vitandi : quia ſunt excommunicati:extra eo.excõmunicamus , & nemo cõ eis debet habere negotiationẽ,neq; in domo vel in terra ſua eos tenere vel fouere.facit c.ſicut ait.eo.tit.& ſecundũ Pan. ibi extẽditur d.c.ad omnes hęreticos:licet loquatur de Tholoſanis:imò ſeculares Poteſtates debent moneri,& ſi neceſſe eſt eccleſiaſtica cenſura cõpelli oẽs hęreticos ab eccleſia denotatos de ſuis prouincijs exterminare:& cùm nouiter quis elgitur in temporalem vel perpetuã poteſtatem de hoc iurare:& ſi propter ſuam negligentiã aliquis talis dominus fuerit excõmunicatus,& nõ ſatisfecerit intra annũ,debet papę innotari:vt ipſe omnes eius vaſallos ab eius fidelitate denunciet abſolutos:& terram ſuam occupandã fidelibus exponat,& illum,ſi expedire videbitur,à ſua dignitate deponat. extra eo. excõmunicamus.§.moneantur.Et licet cum nullo excõmunicato ſit participandũ:multò minus tamen cum hæreticis:ita quòd licet nõ ſint excommunicati eadem excommunicatione omnes participantes cum illis:ſecus de credentibus,fautoribus,receptatoribus,& defenſoribus:quia ligantur eadẽ ſententia:vt ſuprà,Excommunicatio.vij.excommunicatione v. ¶Poſſet† tamen aliquis ſine peccato participare cum eis in ſpectantibus ad eorum ſalutem:& ſimiliter vxor,& filij,& huiuſmodi,qui iudicio boni viri aliter commodè facere non poſſunt:nec ineſt auerſionis periculum:& ſimiliter cæteri in caſibus,in quibus licet participare cum excommunicatis: de quibus ſuprà Excõmunicatio.v.§.j. ¶Tertia pœna eſt, quòd bona ipſorum ſunt ipſo iure vel ipſo facto cõfiſcata:ſed executio confiſcationis vel occupatio dictorũ bonorum nõ fiet per principes ſeculares,donec per aliquam perſonam eccleſiaſticam fuerit ſentẽtiatum ſuper dicto crimine hæreſis contra ipſum hæreticum.de hæret.cum ſecundum.libro vj. vide Aſſaſsinus.§.vlt.¶Et† applicantur fiſco ſi hæretici ſunt ſeculares,& in terris Imperij.Si verò ſunt ſeculares in terris eccleſiæ,vel ſi ſunt clerici applicantur fiſco eccleſiæ,niſi clericorum bona eſſent eccleſiæ,vel ipſi haberent ſtipendium ab eccleſia:quia applicabuntur eccleſiæ cuius erãt,vel à qua ſtipendium habebãt,extra eodem.excommunicamus.& viij.diſtinct.c.quo iure.ſecundum Ray.Dos autem vxoris hæretici non confiſcatur,ſecundum Dire.niſi cum tali ſcienter contraxerit:vt in capite,decreuit.eodem titulo.libro vj. vbi dicit gloſſa quòd præſumitur ignoraſſe,niſi ſciuiſſe probetur.de regulis iuris.c. præſumitur.libro vj.vel niſi participet in hæreſi,ſecundum Arch.Et ſi aliter fieri nõ poteſt, manu armata ſunt eis omnia bona auferenda: vt xxiij.quæſtio.ij.capite j.Sicut tamen dicit Raynerius & Gofred.licet eccleſia videatur dare generalem authoritatem omnibus expoliandi eos: tamen ſatis videtur tutum quòd non fiat niſi ſpeciali edicto vel principis vel eccleſiæ:ne aliter videatur quis potius ex cupiditate vel vltione,quàm ex iuſtitia & obedientia pugnare. xxiij.quæſtio.j.c.quid culpatur.& quæſtio.iij.per totum. ¶Pro his tamen notandum primò eſt,quòd ſi dicta ſententia requiritur in crimine læſæ maieſtatis diuinæ,id eſt hæreſis,multò magis requiritur in crimine læſæ maieſtatis humanæ, & in alijs inferioribus delictis. Vnde ſi cauetur ſtatuto quòd bona homicidæ ſint ipſo iure confiſcata, ſiue ſit publicus,ſiue occultus homicida,bona conſcientia retinere poteſt dicta bona,& fructibus vti pro neceſsitate , donec ſententia, ſaltem generalis,ſequatur:vt etiam tenet Dire.lib.iij.titulo ix. Qui etiam dicit quòd dicta bona damnatorum propter hæreſim,vel huiuſmodi,ad fiſcum pertinent à die commiſsi criminis.C.de hæreticis.l.iiij.ff.de donation.l. donationes.§. perfectæ.extra eodem.cap.ſtatutum.§.j.lib.vj. ¶Vnde† donatio vel alienatio facta per hæreticum ante damnationem non tenet,nec emancipatio filiorum quia ex ipſo quòd hæreticus eſt, filij deſinunt eſſe in eius poteſtate : licet tunc non appareat, illum eſſe hæreticum:vt de hæreticis.c.quicunque.§.finali.libro ſexto.Et ex quo confeſſa eſt condemnatio , effectus condemnationis trahitur retro ad diem commiſsi criminis:& alienatio eſt illi interdicta.C. ad l.Iul.maieſt.l.quiſquis.§.emancipatio.Imò dicit Panor.in cap.ſi.quòd ſi ſententiatum fuerit ſuper eorum crimine poſt mortem ipſorum:nihilo minus applicabuntur dicta bona fiſco:vt in cap.ij.de reſcript.lib.vj.quia confiſcatio fuit facta in vita ipſorum,eo ipſo quòd in hæreſim inciderunt. & de hoc eſt text.in cap.accuſatus.eod.tit.lib.vj.§.in eo verò caſu.Et ſi habuerint catholicos filios,nihilo minus confiſcantur,ſecundum gloſſ.ſumma.xxiij.quæſt.vij.& in cap.vergentis.eodem titu.Et ſic per illud cap.corrigitur authen.de Neſtorianis.C. de hæreti.quæ volebat quòd ad catholicos filios vel agnatos deuoluerentur.quod ſequitur Arch.ea.quæſt.vij.& Cyn.in l. quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.& Gofred.dicit verum in terris eccleſiæ:& eſt magis pium, licet primum ſit verius , intelligendo quando pater publicè prædicauit contra fidem : vel publicè profeſſus eſt , aut defendit errorem : vel coram ſuo prælato confeſſus aut conuictus,aut ſententialiter condemnatus.extra de verb.ſigni.ſuper quibuſdam.ſecundum Ray. & in ſumma Confeſsionum.libro primo.titulo xv.q.vij.Et ſi hæreticus alienauit, fiſcus vel inquiſitores non tenentur reſtituere pretium emptori : quia effectus damnationis retro trahitur, vt dictum eſt:& ſicut facta damnatione bona alienare non poſſent,ſic nec ante illam à die commiſsi criminis: arg.C.de donationibus inter virum & vxorem.l.donationes. Sed limita prædicta , niſi pretium vel aliquid loco pretij inueniatur in bonis hæretici.argu. ff.ſoluto matrimonio . l . ſi cum dotem.§.vltimo.& l. ſequenti.Et intelligas quòd nõ ſolum reuocabit rem pretio non reſtituto emptori , qui emit ab hæretico:verum etiam nec ei qui emit, quantumcunque per plures manus tranſierit:quia non habuit ius vendendi. hæc Ioannes Mon.Arch.& Ioannes Andreas in c.cùm ſecundum.de hære.libro ſexto.& idem Direct.Et ideo is,cuius bona ipſo facto ſunt confiſcata,vel alteri in pœnam applicata, ne ſit cauſa damni ei,cui alienat,non poteſt ſine mortali alienare,niſi pro neceſsitate vitæ,vt pro comedendo,& huiuſmodi:quia argumento eorum quæ not.Barto.in l.poſt.ff.de donati. talis adminiſtratio bonorum neceſſaria non eſt præfatis interdicta,ſed ſolùm voluntaria.alleg.l. reo. ff.de ſolu. l. peto.§.prædium.ff.de legat.ij.& l.alienationes . ff. familiæ erciſcundæ.vel niſi aliàs eſſet ſoluendo pro damno dato: vel niſi emptori reuelaret conditionem rei ita eſſe:& hoc ſi tale dictum,propter quod ſua bona ſunt fiſco applicata, poteſt aliquo modo probari: quia ſi eſſet totaliter improbabile poſſet alienare etiam titulo oneroſo:titulo etiam lucratiuo bene poſſet alienare.Et ſic intellige & limita Bald.vbi ſuprà, & Pan.in d.c.cùm non ab homine.& Io.And.in c.pro humani.de homi.lib.vj.in nouel.Excipe tamen caſum c.ij.de præſcri.lib.vj .vbi habetur quòd ſi poſt mortem hæreticorũ,qui dum viuerent,catholici putabantur,bona ipſorum à catholicis eorum filijs vel nepotibus , aut extraneis quibuſcunque ſpatio quadraginta annorum fuerint bona fide poſſeſſa,non eſſe amplius ſuper huiuſmodi bonis moleſtandos , etiam à Romana eccleſia in hoc caſu:quanquam illi, quorum bona fuerunt,nunc detegantur hæretici extitiſſe.Et hæc valent ad intelligentiam ſtatutorum in religionibus , quibus cauetur vt qui tale quid fecerit,ipſo facto ſuis officijs ſit priuatus , & huiuſmodi:quia expedit vt per iudicem declaretur antequam fiat executio . Valent etiam ad hoc quòd ſi tabellio per ſententiam legis eſt tabellionatu priuatus , & non ſit declaratum per ſententiam hominis , ſemper valebunt eius inſtrumenta.donec declaretur.& ita glo.in §.penul.in auth.de tabel.Quomodo autem hæreticorum bona diuidantur , vide in ſequenti.§.xij.& ſuprà Aſſaſsinus. §.v. ¶Quarta hæreticorum pœna eſt quòd indiſtinctè ſiue ſint laici ſiue clerici, etiam ſi Papa vel Imperator, debent ab omni dignitate deponi.diſt.xl.ſi Papa.& xxiiij.q.j.qui contra pacem.& omnibus officijs ac beneficijs ſpoliari,& clerici degradari,& ipſi ac eorum credentes,receptatores,defenſores,& fautores,ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem nullum eccleſiaſticum beneficium vel officium publicum poſſunt adipiſci:vt in capite ſecundo.eodem titulo.libro ſexto.quod intellige de ſecunda generatione per lineam patris,qui eſt filius & nepos: ſed per lineam maternam non:niſi ad primum gradum,ſcilicet filium extenditur,vt in c.ſtatutum.el ſecundo.eo.tit.libro ſexto.& etiam niſi prædicti eſſent emendati & reincorporati eccleſiæ,parati ad pœnitentiam fuiſſent:vt in dicto capite, ſtatutum.¶Quinta eſt, quòd ſi quis vir eccleſiaſticus ad preces hæretici vel fautoris,& ſimilium,dignitates, perſonatus, & quæcunq; alia eccleſiaſtica beneficia ſcienter eſt adeptus, ipſis eſt priuatus ipſo facto , & inhabilis ad ſimilia in poſterum.Si verò ignoranter ſolùm,ſic habitis eſt priuatus : vt in cap.quicunque.eodem tit.libro ſexto. ¶Sexta,quòd filij hæreticorum ipſo facto quòd ſententiatum eſt contra eorum parentes de hæreſi,efficiuntur ſui iuris, & effecti intelliguntur à die commiſsi criminis:vnde emancipatio facta non valet poſt commiſſum crimen:vt in cap.quicunque.¶Septima, quòd vxores ſcienter cum hæreticis contrahentes perdunt ipſo facto dotem.ſecus ſi ignoranter,licet poſtea ſciuerint:vt in cap.decreuit.eodem titulo.libro ſexto. ¶Octaua,quia appellare non poſſunt ipſi,aut credentes,receptatores,defenſores,& fautores eorum:vt in cap.vt inquiſitionis. eodem titu. libro ſexto.¶Nona,quòd contra eos & alios prædictos admittuntur excommunicati & participes, vt ſocij criminis, ad teſtimonium:vt in cap.in fidei fauorem.eodem tit.libro ſexto.& officiales,licet ſint excommunicati,poſſunt contra eos exercere officium ſuum,ſi requiſiti, fuerint ab epiſcopis,inquiſitoribus,vel eorum delegatis:& licitè requiri poſſunt:vt in cap.præſidentes.eodem titu.libro ſexto. ¶Decima, quòd ſiue hæretici,ſiue coniuncti,ſiue extranei, nõ poſſunt hæredes inſtitui:nec eis eſt aliquid relinquendum:vt in cap.ſi quis epiſcopus.& ſequen.& quod ibi notatur de hæreti . & ſecus facientes,ſi ſunt epiſcopi,vel clerici,ſunt excommunicati, etiam poſt mortem: vt in d.cap. notatur. ¶Vndecima,quòd eorum vaſalli abſoluti ſunt à debito fidelitatis & totius obſequij:& quicunque alij aliqua obligatione adſtricti: vt famuli,liberti,& huiuſmodi,ipſo facto liberantur:vt dicitur & no. in cap.fin.eodem tit.Et idem de vaſallis dominorum,qui contra hæreticos ſunt negligentes,vt ſuprà dictum eſt . Vnde ſi quis promiſiſſet eis ſoluere certo die ſub iuramento vel pœna,non tenetur:vt ibi not.glo. Quod intellige,ſi eſt manifeſtum,ipſum hæreticum incidiſſe in perfidiam,vt ibi:& idem ſecundum Phi.eſt,ſi ſit occultus,modò probari poſsit . quod Ioannes Andreas verum limitat,ſi ad ipſam probationem ſit proceſſum:quia tunc probatio facit delictum eſſe manifeſtum:vt in cap.cùm olim.de verb.ſignificatio.Panormitanus verò ibidem dicit,quòd à die commiſsi criminis ſunt liberi: ſed ipſa abſolutio allegari non poteſt , niſi facta manifeſtatione per ſententiam.Sed dico quòd ſententia non eſt neceſſaria,ſed ſufficit manifeſtatio facti:imò nec ipſa probatio in actu eſt neceſſaria,ſed ſufficit poſsibilitas certa probandi: quia per exceptionem eorum petitionem elident. ¶Duodecima,quòd morte plectuntur:quia damnati præſentibus ſecularibus poteſtatibus aut eorum baliuis relinquuntur animaduerſione puniendi:clericis à ſuis ordinibus degradatis:vt in c.excommunicamus.el primo.eodem titu.& iſta animaduerſio eſt pœna ignis in laicis de cõſuetudine,licet de iure ſit

pœna mortis:vt in l.Arriani.C. de hæret.iuncta l. vltimum
ſupplicium.ff.de pœnis.Si tamen redire ad eccleſiam & pœ-
nitentiam voluerint,an ſit eis parcendum.j.§.xij. ¶ Decima-
tertia, quòd nullus clericus debet illis præbere eccleſiaſtica
ſacramenta:neque eos tradere eccleſiaſticæ ſepulturæ, ne-
que eleemoſynas aut oblationes eorum recipere:aliter cle-
ricus priuandus eſt officio ſuo : regulari verò ſua priuilegia
non ſeruentur in ea diœceſi,in qua contrafecerit : in d. c.ex-
communicamus.imò hodie quicunque eos tradiderit eccle-
ſiaſticæ ſepulturæ eſt ipſo facto excommunicatus per c.qui-
cunque.eodem tit.libro ſexto.nec debet abſolui niſi proprijs
manibus publicè extumulet corpora damnatorum, & locus
ille perpetuò careat ſepultura. Si tamen hæretici,etiam rela-
pſi,manifeſta pœnitentiæ ſigna oſtendant,non ſunt eis humi
liter petita pœnitentiæ & euchariſtiæ ſacramenta denegan-
da.extra eo.c.ſuper eo. libro ſexto. ¶ Decimaquarta, quòd
nullus tabellio publica inſtrumenta vel ſcripta pro hæreticis,
credentibus,fautoribus,& cæteris facere poteſt,nec aduoca-
tus in aliqua cauſa vel facto poteſt eis præſtare patrocinium,
nec litigantibus ſub eorum examine:aliter ipſo facto ab offi
cio ſuſpenſi ſunt,& perpetuò infames:vt in c.ſi aduerſus.eo-
dem tit.quod ſecundum Panor. intellige niſi reuertantur ad
fidem:quia tunc poſſunt prædicta pro eis impendi.

15 ¶ † Nonò,quæ ſit pœna hæreticorum relapſorum? Et dico
quòd tales poſt abiurationem hæreſis,vel etiam ex eo,quòd
ſuſpecti de hoc poſtquam ſe ad antiſtitis examinationem
purgauerint:ſi deprehenſi fuerint iudicialiter recidiuaſſe, ſi-
ne vlla audientia relinquuntur iudicio ſeculari puniendi:ſed
ſi in foro pœnitentiali hoc fatentur, propter hoc puniri non
poſſunt. ¶ Dicitur autem relapſus primò accuſatus de hære-
ſi,vel ſuſpectus ſuſpicione vehementi,qui hæreſim abiurauit
in iudicio,& poſtea committit,ſiue incidit in ipſam, etiam ſi
ante crimen ipſum non fuerat plenè probatum: ſi autem ſu-
ſpicio fuerat leuis,non debet iudicari relapſus:ſed aliter gra
uiter puniri:vt in cap.accuſatus.eodem titu.libro ſexto. ¶ Se-
cundò,is qui errauit in vna ſpecie hæreſis, vel in vno articu-
lo,& abiurauit hæreſim ſimpliciter,& poſtea errat in alio:vt
in dict.cap.accuſatus. ¶ Tertiò,ille,de cuius lapſu in hæreſim
ante abiurationem conſtitit,vel nunc conſtat,ſi poſtea hære-
ticos deducat, receptet, vel aſſociet, aut eis munera donet,
aut mittat vel impendat fauorem quæ excuſari non poſsit,
ſeu etiam viſitet:vt in dict.cap. accuſatus.

16 ¶ † Decimò quæritur, quæ ſit pœna credentium hæreticis,
fautorum,defenſorum,& receptatorum? Et dico quòd quili-
bet talis eſt excommunicatus ipſo facto:vt in cap.nouerit.de
ſent.excom.& ſi non ſatisfecerit intra annum,ex tunc ipſo iu
re eſt infamis:nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eli-
gendos alios ad huiuſmodi,nec ad teſtimonium debet admit
ti:nec poteſt condere teſtamentum:nec ad alicuius hæredita
tis ſucceſsionem accedere:nullusquoque ei ſuper quocunque
negotio,ſed ipſe alijs, cogitur reſpondere : ſi iudex eſt, eius
ſententia non valet:ſi aduocatus,non admittitur ad patroci-
nium:ſi tabellio,non valent eius inſtrumenta:& ſic in ſimili-
bus.Si verò ſit clericus, ab omni officio & beneficio debet
deponi.Qui autem tales poſtquam ab eccleſia denotati fue-
rint,euitare contempſerint,debent excommunicari.Proban
tur hæc omnia extra eo,excommunicamus.Clerici quoq; ta
libus exhibentes eccleſiaſtica ſacramenta,vel eos eccleſiaſti
cæ ſepulturæ tradentes,aut eleemoſynas vel obligatiões eo-
rum recipientes,priuari debent officio ſuo,ad quod ſine ſpe-
ciali indulto ſedis apoſtolicæ non reſtituantur. Similiter &
regulares,quorum etiam priuilegia in locis illis eis non ob-
ſeruentur:vt in d.c.excommunicamus.ſepelientes etiam eos
ſunt excommunicati: vt ſuprà Excommunicatio ix.§.xxvij.
Multæ etiam aliæ pœnę horum colliguntur ex ſuperioribus
quæſtionibus. ¶ † Vndecimò quæritur,vtrum hæreticis ſpon
tè redeuntibus & pœnitentibus ſit parcendum? Et dico quòd 17
eccleſia quantum ad ſpiritualia, ſcilicet collationem pœni-
tentiæ & euchariſtiæ ſemper vtitur miſericordia cum pœni
tentibus,etiam relapſis,iſta eis exhibendo:vt in capite,ſuper
eo.libro ſexto.quantum verò ad temporalia,vt vitam,digni-
tates,officia, & ſubſtantiam, vtitur miſericordia ante rela-
pſum:quia lapſi mortem merentur, cùm fidem corrumpen-
do grauius delinquāt falſarijs monetarum, qui ſtatim morti
adijciuntur:& tamen eis parcitur,ſi reuertentur:& pœna car
ceris perpetui olim debita illis hodie per inquiſitores vnà cũ
præſidente commutari poteſt:vt in c.vt commiſsi eodem ti.
libro ſexto.aliquando etiam remittuntur eis bona ex miſeri
cordia,& non aliter:vt in c.vergentis.eodem tit.quia ſunt cõ
fiſcata:quam miſericordiam puto poſſe præſtari ab eo,ad
quem bona per confiſcationem deuoluuntur : aliquando e-
tiam ſi ſunt clerici,diſpenſatur cum eis in officijs plus & mi-
nus:aliquando etiam in prioribus dignitatibus, præcipuè ad
ſcandalum tollendũ:vt xxiij.q.iiij.ipſa pietas. Poſt relapſum
verò vtitur ſeuera iuſtitia nullo modo parcens eis quantum
ad vitam & bona temporalia,quantumcunq; pœniteant.extra
eod.ad abolendam. & hoc ſecundum S.Tho.rationabiliter:
quia alioquin poſſet hoc eſſe in pręiudicium ſalutis aliorum:
tum quia ſi relaberentur alios inficerent:tũ quia alij facilius
in hæreſim laberentur:ex quo iſti ſine pœna euaderent. Ex
relapſu etiam eorum præſumitur de inconſtantia eorum
circa fidem ideoque iuſtè occiduntur.xxiiij.q. iij.reſecandæ.
¶ † Duodecimò quæritur,vtrum parcendum ſit hęreticis re- 18
dire volentibus,poſtquam ſunt per eccleſiam condemnati?
Et dicit Ioannes Andreas in quadam apoſtilla,in d.c.excom-
municamus.el j.eo.tit.quòd ſic.& idem tenet gl.in c.excom-
municamus.el ij.eo.tit.& Arch.in c.vt commiſsi.eo.ti.lib.vj.
dicens quòd tantùm relapſis non parcitur. & idem videntur
velle iura noua,quæ indiſtinctè parcendum dicunt redire vo
lentibus:vt patet in c.vt officium.eodem tit.libro ſexto. Sed
tamen contrarium videtur verum eſſe de iure:quia,vt patet
in c.ad abolendum.extra eodem.non parcitur,niſi redire vo-
lentibus continuò poſt deprehenſionem erroris : quod qui-
dem continuò ab aliquibus obſeruatur de prima ſeſsione iu-
dicis,à prima die qua examinatur cauſa huius. quod videtur
ſenſiſſe Ray. Sed hoc dictum non procedit neceſſariò:tum
quia iura poſteriora non diſtinguunt : ſed indiſtinctè dicunt
parcendum eſſe redeuntibus : tum quia conſuetudo,quæ iura
interpretatur,eſt in contrarium:tum quia illud c.loquitur de
deprehenſione manifeſta,quæ non eſt niſi poſt plenam pro-
bationem:inter quam & ſententiam nulla eſt difficultas,nec
medius actus. Vnde quantum ad parcere, non eſt ratio ma-
ior ſi redire velint poſtquam ſunt conuicti,aut etiam conde-
mnati:cùm ſtatim in eodē actu iſta duo fieri poſsint : proba-
tio & iudicium,& ſententia. Et ideo prima opinio,quæ magis
pia eſt,videtur arbitrio iudicis tenenda, vbi probabiliter vi-
derit pœnitentiam eſſe non fictam:tum quia in conſtitutioni-
bus pœnalibus ſecundum iura fieri debet interpretatio beni
gnior:tum quia conuerſionem eſſe ante ſententiam vel poſt
non eſt parcendi ratio,ſed veritas conuerſionis cum ſpe non
recidiuandi præſumpta:quæ etiã poſt ſententiã eſſe poteſt li
cet non poſt relapſum:quia præſumitur incõſtantia. ¶ † De- 19
cimotertiò quæritur, qualiter recipiendi ſunt hæretici ad
fidem redeuntes? Et dico quòd ad epiſcopi arbitrium primò
debēt errorem abiurare, ſcilicet ſimpliciter,vel eum de quo
ſunt conuicti,vel ſuſpecti,ſecundum glo.in c. accuſatus.eod.
tit.



ũ.li.vj.& promittere per ſcripturam quòd tenebunt firmi-
ter catholicam fidem.j.q.vij.quoties.de conſ.di.ij.ego Beren
garius.dicto c.ad abolendam.& hoc publicè vel priuatim ſe-
cundũ quod crimen fuit publicum vel priuatũ,ſecundũ Ray.
poſtea debēt abſolui nõ obſtantibus ſententijs,quę ter in an-
no à papa contra hæreticos publicè promulgãtur,ſecundum
glo.in c.officiũ.eo.ti.lib.vj.& hoc ſecũdum formam eccleſię,
de qua xj.q.iij.cùm aliquis.de ſen.excõmu.cùm deſideres. ſci
licet cum pſalmo,iuramẽto, & verbere quantũ ad excõmu-
nicationem:& poſtea debet imponi illud quod talibus ſolet
iniungi:vt in d.c.quoties.&.c.ego Berẽgarius.nec ſine tali ſo
lennitate reconciliandi ſunt,etiã in extremis agẽtes,ſi adeſt
facultas,ſecundũ Inn.Si autē ad eam neceſsitatē deuenerint
quòd nõ valeant cõfiteri,præceſſerint tamē pœnitentiæ ſi-
gna:tunc reconciliabuntur etiã ſine ſolẽnitate pręmiſſa:quia
lex quæ aliud ſtatueret,eſſet inhumana.& cõcor.Ho. in cap.
à nobis.el ij.de ſen.excom.vbi etiã prędicta tangit Inn. imò
ſecundũ Arch.tenebit ſemper abſolutio, etiã ſi forma illa nõ
ſeruetur.Quod ſi poſt abiurationē vel poſtquã ad arbitrium
epiſcopi ſe purgauerint,deprænhenſi fuerint reincidiſſe, iudi-
cio ſeculari ſine audiẽtia relinquũtur:nec parcitur eis quo ad
vitam aut bona:vt in dicto c.ad abolendam.quod intellige,ſi
deprehenduntur per euidentiã facti aut propriam confeſsio-
nem iuridicam,aut per teſtes,ſed ſi occultè recidiuant,& re-
uertuntur:parcitur eis quantũ ad vtrunq;,ſecũdum glo.Ray.
& Summam Conf.lib.j.tit.v.q.iiij.vbi etiam dicitur ꝙ ſecun
dum Vld.occulti hęretici abſolui poſſunt per ſimplicem ſa-
20 cerdotem,niſi epiſcopus ſibi reſeruauerit:ſed hodie iſte caſus
eſt papalis per curiæ proceſſum.Eodem modo recipiẽdi ſunt
ſecundum Sum.Ang.credentes,receptatores,fautores,& de-
fenſores,ac infamati de hęreſi:quod quidē de infamatis cõce
do:vt patet in d.c.ego.Berengarius.& de credẽtibus,quia ſunt
hæretici dicendi:vt in d.c.excommunicamus.el ij.eod. tit. in
fine.de alijs autem non inuenio. ¶ † Decimòquartò,quæritur
21 vtrũ cum redeũtibus ab hæreſi diſpẽſari poſsit circa ordines?
Et dico quòd iure communi tales,ex quo recõciliati ſunt, ad
laicam communionē recipiuntur.j.quæſt.vj. cap.j. adhibetur
etiam quandoq; circa eos quadruplex diſpenſatio, ſcilicet ſe-
miplena:vt ſolùm recipiantur in ordinibus ante hæc omnia
ſuſceptis.j.q.j.ſi quis hæreticę.& plena: vt poſsint fieri ſacer-
dotes.j.quæſt.vij.conuenientibus.& plenior:vt poſsint eſſe epi
ſcopi.xij.di.l nos conſuetudinē.& pleniſsima : vt etiam ad ſu-
periores dignitates promoueri poſsint.xxiij.q.iiij.ipſa pietas.
cõcor.Hoſ.Gof.& Ray.Multa quoque de hæreticis commu-
nia eis & ſchiſmaticis habes infrà,Schiſma,ferè per totum.

## Ruſus de Hæreſi & Hæreticis,ſecundò in ordine ad inquiſitores.


1 *Hæreticis puniẽdis quinã ſit idoneus iudex:& quomodo vocetur*
2 *Inquiſitores à quo & qua authoritate inſtituendi ſint?*
3 *Inquiſitoris officium quandiu duret,& num inſtituentis mor-te extinguatur?*
4 *Inquiſitor cõtra quos pcedere poſsit,ſeptẽ axiomatis expeditur.*
5 *Dæmonum inuocatio,an hæreſim ſapiat?*
6 *Teſtes vel executores aduerſus hæreticos qui admitti poßint, & quot ſufficiant,ſeptem concluſionibus traditur.*
7 *Signa leuia ad conuincendum de hæreſi quanquam ſufficiant, et tamen probari neceſſe.*
8 *Iura,quid de inquiſitorum actuarijs,ſanciuerint?*
9 *Iura quid de carcere,quo ad inquiſitionis officium velint,ſeptẽ concluſionibus explicatur.*
10 *Inquiſitores, & quibus id ex officio incumbit, quomodo & quando aduerſus hæreticos,præſertim vbi duo concurrunt,procedere debeant,nouem concluſionibus palam fit.*
11 *Sententia aduerſus hæreticos qualiter ferenda, & quid in his obſeruandum:ſex item reſolutorijs axiomatibus decidit.*
12 *Inquiſitoribus,ad ſuum officium ſedulò expediendum ac obeundum,quæ ſint fauorabiliter conceſſa.*
13 *Inquiſitoribus quæ prohibita ſint,& quæ in ſuo officio obeundo cauere debeant?*
14 *Inquiſitores nunquid de hæreticorum condemnatorum bonis habere poßint?*
15 *Bononienſis origine & patrimonio ſi Florentiæ domiciliũ conſtituerit,ibique de hæreſi damnatus eſt,dominium bonorum eiuſdem Bononienſi quæ Bononiæ ſunt ad quem pertinebit?*
16 *Dubia tria circa hæreticorũ materiã,& eorum ibidẽ reſolutio.*


HAERETICVS † ſecundò venit ſpeciali & proprio iu 1
dice puniẽdus:qui generali quidē nomine, ſed tamen
antonomaſicè inquiſitor appellatur:qui cum epiſcopo ordi-
nario contra hæreticos inquirere poteſt : quiſque eſſe inqui-
tor non poteſt, niſi annum quadrageſimum attigerit: vt in
cle.nolentes.de hæreti. ¶ Primò † verò quæritur, à quo & cũ 2
quali authoritate inſtituuntur inquiſitores? Et dicit gloſ.in d.
cle.nolentes.quod inſtitui poſſunt per prouinciales,vel mini
ſtros illorum ordinũ,quibus à ſede apoſtolica eſt cõmiſſum:
& ab epiſcopis vel capitulis ſede vacãte:qui ordines ſecũdum
Arch.communiter quidem eſt ordo prædicatorum:in Tuſcia
autem & in quibuſdam prouincijs ob reuerẽtiam beati Frã-
ciſci eſt ordo Minorum.adde vel ob reuerentiã beati Anto-
nij de Padua.Authoritas autem eorum ſecũdum aliquos Le-
giſtas eſt ordinaria:quia ordinarius dicitur,qui habet vniuer-
ſitatem cauſarum.ff.de iudi.l.cùm prætor.§.j.& extra de ap-
pel.Romani.li.vj.Vnde ſecundum Spe.officiales epiſcoporũ
dicuntur ordinarij:ſecundum Canoniſtas autem habent dele
gatam,& non ordinariam:quia non habent vniuerſitatē cau
ſarum omnium,ſed pertinentium ad crimen hæreſis.pro qua
opinione eſt expreſsè tex.cap.per hoc.eo.ti.lib.vj.in princi.&
ſic tenet Arch.& Io.An.Vnde ſententiã, ſiue bene ſiue malè
proceſſerint,tollere non poſſunt,ſecũdum eos:licet ſecundũ
Legiſtas condẽnatum contra ſentẽtiam reſtituere poſsint ex
cauſa poſtea comprobata:puta ſi doceatur malo dolo conui
ctus. Poſſunt tamen,quicquid ſit de prædictis, alijs cõmitte-
re vices ſuas,ſecundum quod docet conſuetudo:& ſecundum
gl.in d.cle.nolentes.& commiſſarios ab eis datos vocamus
vicarios aut ſubſtitutos.cle j.eo.titu.§.porro. ¶ Secundò † ve 3
rò quæritur,quantum duret inquiſitoris officium, ſeu vtrum
expiret morte inſtituentis? Et dicit Clemēs quartus ſic, Præ-
ſenti declaramus edicto ipſum officium nõ ſolùm quo ad ne
gotia viuente mandatario incœpta,imò etiam quo ad inte-
gra,& nõ cœpta,& quod plus eſt,quantum ad ea, quæ tunc
nequaquam emerſerant,in fauorem fidei poſt committentis
obitum perdurare.de hære. ne aliqui.li.vj.quod Io.An.in no
uel.intelligendum dicit de inquiſitore ſimpliciter dato:quia
eſſet datus cum clauſula,ad beneplacitũ,tũc ſeruaretur quod
habetur in c.ſi gratioſè.de reſcrip.vbi ſcilicet dicitur quòd ſi
clauſula continet vſq; ad beneplacitum noſtrum,expirat per
mortem concedentis:non autem ſi contineat ad beneplaci-
tum ſedis apoſtolicæ:quia ſedes illa non moritur. ¶ Tertiò
† quæritur, contra quos procedere poſsit inquiſitor, vel non 4
poſsit? Et dico multa. ¶ Primum. Inquiſitor procedere po-
teſt contra hæreticos & contra participes,id eſt fautores,de-
fenſores,& receptatores,extra eodem.contra.lib.vj. Adde &
contra credentes,qui verè ſunt hæretici,vt dictũ eſt. ¶ Secun
dum.In eodem etiam cap.ſic dicitur.Contra Chriſtianos,qui
ad ritum tranſierint vel redierint Iudæorum,etiam ſi huiuſ-
modi redeuntes,dum erant infantes, aut metu mortis, non

tamen abſolutè aut præciſè coacti baptizati fuerunt, erit tanquam contra hæreticos,ſi fuerint de hoc cōfeſſi, aut per Chriſtianos ſeu Iudæos conuicti:& ſicut contra fautores, receptatores,defenſores hæreticorum,ſic contra fautores, receptatores & defenſores talium eſt procedendum.hæc ibi. Vbi dicit gloſſ.quòd tranſeunt in ritum Iudæorum,qui nunquam fuerunt Iudæi:redeunt verò, qui aliquando fuerunt:& quòd horum bona,ſicut & aliorum hæreticorum,confiſcantur,nec deuoluūtur ad filios etiā catholicos. ¶ Tertiū.Sicut etiam ibi gloſ.probat & Io.An.Inno.& Arch.in tertia parte, titu.xix.cap.ij.§.penul.in fine.per literas Clementis quarti, & Greg. decimi, Iudæi Chriſtianos vtriuſque ſexus ad prædictum ritum inducentes,cadunt in officium inquiſitorum: quia & ſi nō ſint ꝓpriè hæretici vel fautores hæreticorum: largè tamen ſunt fautores,imò & factores hæreticorum.Regulariter tamen contra eos pro iuſtitia recurritur ad iudices ſeculares:vt extra de Iudæ.cap.Iudæi.& cap.in nōnullis.& in cle.cedit.eodem titu.dicitur de Saracenis.Et quia tales Iudęi ad Iudaiſmū redeuntes ſolent ſe baptizare de nouo caput lauando,& radere,videtur eis imponēda pœna capitis per iudicem ſecularem cū diſpendio fortunarum. C.de apoſta. quia ſi rebaptizanti imponitur pœna capitis. C.ne ſanctū baptiſ. l.j.fortius ſe rebaptizanti ſeu volenti baptiſmū tollere:ſi tamen inquiſitores volunt,illud punire poſſunt,vnà tamē cum epiſcopo:per clemen.j.eodem titu.¶ Quartum. Non poteſt autem inquiſitor procedere contra diuinos aut ſortilegos,dicente Alexandro in cap.accuſatus.de hęreti.lib.vj.quòd de diuinationibus & ſortilegijs inquiſitores intromittere ſe nō debent,niſi hæreſim ſaperēt manifeſtè: vbi infert gloſ. quòd in dubio non habent iuriſdictionem. Quod non eſt intelligendum in dubio an factum ſit perpetratum nécne:ſed in dubio an ſapiant hæreſim: vt patet ex textu .& Direct. inquiſi.Ibi etiam gloſſa Ioannis And. exemplificat de ſapientibus hæreſim:ſicut,inquit, eſt circa aras idolorum nepharias preces emittere,ſacrificia offerre,dęmones conſulere,eorumq́ue reſponſa ſuſcipere: vt xxvj.quæſt.ij.hi qui, vel ſi aſſociant ſibi propter ſordes exercendas hæreticos: vel faciūt prædicta cū corpore & ſanguine Chriſti:vel in fontibus, vt poſsint à dæmonibus habere reſpōſa,puerū baptizāt, vel his ſimilia.hæc
5 ibi.¶Sed†Oldra.conſi.ccx. limitat inuocationem dæmonis ſapere hæreſim manifeſtè,ſi fiat ad exercēda opera eis naturaliter impoſsibilia:aliàs ſecus: puta ſi inuocetur vt mulierē tentent.Pro his ſciendum eſt quòd cùm hæreſis ſit in intellectu: ex nullo ſortilegio probatur quis eſſet verè hæreticus, cùm omnia talia poſsint ex concupiſcentia aliqua, & non ex infidelitate ꝓcedere: & ſic procedunt quæ dicta ſunt in titu. priore.§.v.propter talia tamen aliquando eſt quis hæreticus præſumptiuè,ſecundum Ioannē And.Oldra.& Dire.inquiſi. & omnes penè doct. & ita ſeruatur in conſuetudine. Et hoc quando ſapiunt hæreſim manifeſtam. ¶ Quod quantum ad inuocationes dæmonum eſt tripliciter, vt probat Dir.inquiſi.Primò,ſi exhibeatur eis honor latriæ:ſecundò,ſi honor duliæ: tertiò,ſi nullus honor, ſed tamen inuocantur ad aliquod eis impoſſibile: puta ad ſciendum futura vel occulta cordis.Quantum ad alia autem de mente doctorum dicendum eſt quòd ſapiunt hæreſim manifeſtè, quando ex natura ſua præ ſe ferunt aliquid quod manifeſtè eſt hæreſis:ſicut baptizare imaginem,præ ſe fert quòd ipſa ſit capax illius ſacramenti: & rebaptizare puerum, præ ſe fert quòd baptiſmus poſsit conferri bis: & ſic de alijs. ¶ Quintum. Nec poſſunt ipſi inquiſitores cognoſcere in dubio an aliquid tale ſapiat hęreſim vel ne:qa iuriſdictio nō eſt ſibi attributa:vt no.gloſ. in dicto cap.accuſatus. Et licet aliàs iudex cognoſcat in dubio an ſua ſit iuriſdictio, & in dubio dicatur habere iuriſdictionem:vt ff.de iudi.l.ſi quis ex aliena.tamen ſecundum Ioannem And.hoc locū habet in ordinario: inquiſitor autem, quia eſt delegatus,niſi manifeſtè appareat, non ſe intromittit.Glo.etiam in cap.j.de offic.deleg.quę videtur ſentire contrarium,ſecundum ſummam Angel.intelligenda eſt quando certum eſt quòd aliquid ſapiat hæreſim: ſed dubitatur an ſit manifeſta vel non,id eſt,notoria. quaſi velit dicere quòd inquiſitor poteſt ſe intromittere de faciētibus hæreſim, ſi ſunt notoria vel dubia de notorietate: non autem ſi ſint occulta, licet ſit manifeſtum quòd hæreſim ſapiant. Qui ſenſus nullo modo procedit: quia non dixit textus de ſapientibus hæreſim manifeſtis:ſicut text.illius gl.loquens de cōſeruatoribus dicit de iniurijs manifeſtis,ſed dicit manifeſtè:quod cùm ſit aduerbium,neceſſe eſt referre ad ipſum,ſapere manifeſtè: & non ad ipſum,eſſe manifeſtum.Vnde dico quòd illa gloſſ. intelligitur in alijs iudicibus,non in iſtis.¶Sextum. Non poſſunt etiam procedere contra vſurarios, quia dicitur in dicto cap.accuſatus. quòd de quæſtionibus vſurarum motis etiam contra illos,quibus reſtitutionem vſurarum in pœnitētia pro hæreſis crimine iniunxerunt, etiā ſi illi ſe & ſua ad hoc faciendum in iudicio eccleſiæ obligauerunt,intromittere ſe non poſſunt:ne per cauſas huiuſmodi offendiculū negotio fidei præparetur.¶Septimum.Nec contra officialem vel nūtium curiæ Romanæ:vt in extrauagāti Ioan.xxij.quæ incipit,cùm frater.¶Quartò † quæritur, qui admitti poſsint contra hæ- 6
reticos in teſtes vel executores,& quot ſufficiūt:Et dico multa.¶Primum.Circa inquiſitionem hæreticorum in teſtimonium admittuntur excommunicati,& ſocij,& participes criminis:& præcipuè in defectu aliarum probationum contra hæreticos,fautores,credētes,receptatores, & defenſores eorum,ſi ex numero teſtium aut perſonarum tam deponentium quàm contra quos deponitur, qualitate,& alijs circunſtantijs,non falſa dicere præſumantur.de hæreti.in fidei.libro vj. Si tamen per viam accuſationis vel exceptionis, & non inquiſitionis,procederetur, tales non admittuntur, ſecundum Ioannem Andr.ibi. ¶Secundum.Similiter admittuntur illi,qui ſuper facto hæreſis iurauerunt dicere veritatem tam de ſe, quàm de alijs,& eam celando periurauerūt,& poſtea volunt corrigere dictum ſuū cōtra ſe vel alios:ſi manifeſtis indicijs apparuerit tales nō leuitate vel odio vel pecunia,ſed zelo fidei velle reuelare.eodem titu.accuſatus.lib.vj.¶Tertiū.Præſidentes etiam regimini alicuius loci,licet ſint excōmunicati, vel iuriſdictionē de facto habeant,non de iure,ad requiſitionem ordinariorum ipſorum vel delegatorum vel inquiſitorum poſſunt & debent contra hæreticos, credentes, receptatores,fautores,& defenſores eorum ſuum officium exercere:nec illi,qui requirunt eos, aliquā ſententiam incurrunt: tamen dictis præſidētibus propter hoc in alijs nullum ius eſt conceſſum vel permiſſum.eodem titu.præſidentes.libro vj. ¶Quartum. Quibuſdam ſecundum Ioannem Andr.ſuper cap.vt officium.eodem titulo. libro vj. ſuper verbo,teſtium. videtur quòd in hoc crimine probando nō ſufficiant duo teſtes:argumen.optimum de hæreti.excōmunicamus.ibi,tres vel plures.& ſic notat Hoſtien.in Summa.& ſic addēdus erit iſte caſus ad alios,qui notantur in ſumma.iij.quęſtio.iij.quia durum videtur quòd homo bonæ famæ per inquiſitorem & ordinarium debeat ad duorum teſtium dicta damnari:præcipuè cùm ibi detruncetur defenſionis ordo in noticia teſtium,vt in cap.finali.eo.tit.& interrogatorijs,quæ fiunt in alijs iudicijs. Sed contra hoc eſt,quia in eodem capit. ſequitur ..... duabus porſonis cum ſuis concordantijs. Certum eſt autem quòd per ſingulos teſtes & famam de tāto crimine quis damnari non poſsit:vt de teſtib.capite, in literis.quia debent eſſe in crimine probationes luce clariores.ij.quæſt.viij. ſciāt cuncti.in crimine tamen hæreſis & ſimoniæ, ſecundum Archi.minores probationes ſufficiūt.C.de hæret.l.ij.dicit † ta-
7 men quòd licet ſigna leuia ſufficiant ad cōuincēdum de hæreſi,illa tamen oportet plenè probari.Ioannes autē de Lign. dicit non eſſe recedendum ab illa regula,In ore duorum vel trium teſtium.de teſti.in omni. & de teſta.relatum. & idem tenet dominus Antonius poſt Ioannem And.in dicto cap.excommunicamus.& idem Gemi.& hoc tene:quia nullum ius allegatum probat contrarium.¶Quintum.Si teſtes ſe ſubtrahant,ſecundum Archi.ad hoc cogendi ſunt,nec ab huiuſmodi ſe poſſunt per exceptionem aut votū excuſare, etiam ſi iuraſſent nō teſtificari.¶Sextum.In examinatione teſtium contra hæreticos debent intereſſe duę perſonę religioſæ diſcretæ,id eſt,non idiotæ,ſiue laici, ſiue clerici,ſiue religioſi, ſecundū Arch.cui videtur cōſonare Gemin. dicens quòd religioſus dicitur multipliciter:& hic nō ſumitur propriè pro eo,qui habitum in religione ſuſcepit.Et ſi fieri poteſt, dicta teſtium per publicam perſonam debent cōſcribi:vt in dicto cap.vt officiū. & religioſi, qui in ſeculo fuere notarij, & alij, quibus iniunctum fuerit, etiam clerici ſeculares,& in ſacris conſtituti,tenentur ex apoſtolico præcepto conſcribere: vt in eo.cap.vt officium.¶Septimum.Poſt publicationem verò teſtium poteſt inquiſitor,ſecūdum Geminianum in dicto cap.vt officium.alios recipere:quia nō ad inſtantiam partis,
8 ſed ex officio ſuo procedit.¶†Quintò quæritur,quid iura velint de notarijs,quibus inquiſitores inquirendo vtuntur? Et dico quòd coram epiſcopo cum inquiſitore vel ſubſtitutis ab eis curabunt ſuum officium fideliter exercere:in clem.multorum.de hære.& idem fiet de alijs perſonis ad dictum inquiſitionis officium neceſſarijs.religioſi etiā omnes,qui ante religionis ingreſſum fuerunt notarij, quantumcunq; ſint in ſacris,liberè illud officium tabellionis poſſunt exercere quo ad omnia pertinentia ad inquiſitionis officium, nō obſtante quocunque ſtatuto cōtrario:vt in dicto cap.vt officium.

9 ¶†Sexto queritur,quid velint iura de laicis,quibus inquiſitores vtuntur,capiendo,incarcerando,torquendo,conſulendo, & huiuſmodi:Et dico multa.¶Primum.Inquiſitores,vt in dicto cap.vt officium.patet,ſi opus fuerit inuocare poſſunt auxilium brachij ſecularis,& contradictores per eccleſiaſticam cenſuram compellere, non obſtantibus priuilegijs quibuſcunque perſonis conceſsis,religioſis vel vniuerſitatibus,non obſtante etiam conſtitutione de duabus dietis, de qua habetur de reſcript.nonnulli.non obſt.etiam cap.ſtatutum.de reſcript.libro vj.quia ſecundum gloſſ.licet conſtitutio huius cap.poſterius ſit edita,quàm cap.vt officiū.tamē illa eſt ſpecialis in fauorem fidei,iſta generalis: generi autē ꝑ ſpeciem derogatur.de regulis iuris.generi.libro vj.ſi autem eſſet generalis,tolleretur.de conſtitutionib. cap.j. libro vj. ¶Secundum.Poſſunt etiam conuocare clerum, & populum ciuitatum,caſtrorum,& locorum,prout negotio fidei viderint expedire.de hære.vt commiſsi.libro vj.non tamen poſſunt iſtis præcipere vt ſuas prædicationes adeāt:nec indicere ſilētium omnibus prædicatoribus,ſed ſolùm quæſtuarijs,quādo continget cōgregationem fieri pro negotio fidei,vel eorū prædicationem dicto negotio afferre impedimentum.de hære. vt officium.libro vj.¶Tertium.Poſſunt etiam aduocare peritos quoſlibet.vt in ſententijs huiuſmodi proferendis conſilium præbeāt,& in virtute ſanctæ obediētiæ ad hoc eos adſtringere.de hæret.vt commiſsi.libro vj.¶Quartum.Domini quorumcunque locorum ſtatutum per quod inquiſitionis officium contra hæreticos impediretur, exhibere tenentur, atq; corrigere:nec illud valet.de hæret.ſtatutum.libro ſexto. ¶Quintum. Omnes etiam locorum, rectores à diœceſanis aut eorum vicarijs vel inquiſitoribus requiſiti iurare tenentur ſeruare & ſeruari facere conſtitutiones cōtra hæreticos, credentes,fautores, receptatores & defenſores eorum,& filios ac nepotes eorum: & qui iurare noluerit, habetur infamis, & fautor eorum, & de fide ſuſpectus, nec habere debet pro domino:nec ad aliquod publicum officium admitti aut aſſumi vlterius:& quæ interim vt rector fecerit, nullam habebunt firmitatem.dicto cap.vt officium.¶Sextum.Omnes ſeculi poteſtates & domini tēporales ac locorū omnium rectores,quibuſcunq; dignitatibus,vel officijs aut nominibus cenſeātur,dioceſanis epiſcopis & hæreticæ prauitatis inquiſitoribus à ſede Apoſtolica deputatis & deputandis,parere & intendere tenentur,in hæreticorum, credentium,fautorum, recepatorum & defenſorum ipſorum inueſtigatione,captione,ac cuſtodia diligenti,& deductione de loco ad locum intra ſuum diſtrictum ſub arcta & diligenti cuſtodia, cùm ab eis fuerint requiſiti,eoſq́ue cōdemnatos,ipſi vel eorum officiales aut nūtijs ſtatim recipiāt indilatè animaduerſione debita puniendos:non obſtantibus appellationibus ſeu proclamationibus eorum, quæ prædictis omnibus interdicuntur. dicto cap.vt inquiſitionis. ¶Septimum.Omnibus prædictis eorumq́; officialibus prohibetur de hoc crimine,cùm ſit merè eccleſiaſticum,quocūque modo cognoſcant aut iudicent: aut pro eo captos ſine licentia epiſcopi vel inquitoris,aut ſaltem alterius eorum carcere liberent: aut executionē à diœceſano vel inquiſitore iniunctam,prout ad ſuū officium ſpectat, facere detrectāt,vel aliàs prædictorum iudicium vel ſententiam ſeu proceſſum directè vel indirectè impedire præſumant.Si quis autem prædictorum contra prædicta fecerit, ſcilicet nunc & ſuprà immediatè: aut præfato fidei negotio diœceſano epiſcopo vel inquiſitori incumbenti ſe opponere attentauerit, aut fortè præſumpſerit, vel ipſum aliquatenus impedire voluerit, necnon qui ſcienter in prædictis dederit conſilium,auxiliū,vel fauorem,excōmunicationis ſe nouerit mucrone perfoſſum: quam ſi per annum animo ſuſtinuerit pertinaci,ex tunc velut hæreticus condemnetur.dicto cap.vt inquiſitionis.¶†Septimò quæritur,quid velint iura de carce- 9
re circa inquiſitionis officiū?Et dico multa.¶Primum.Carcer eſt ad cuſtodiam vel cautelam:nō autem ad pœnam regulariter.de pœn.quanuis.lib.vj. Sed intellige de iure ciuili: de iure tamen canonico permittitur prælatis, imò cuilibet qui iuriſdictioni præeſt,& habet delicta punire,ſecundū glo. & ibidem ad carceres ad tempus vel in perpetuum reos adiudicare in pœnam ſuorum criminum.¶Secundum.Cùm quis ad carcerem condemnatur,ſecūdum gl.ibidem,ſi quid exprimatur in ſententia,ſcilicet ad tēpus certū vel in perpetuum: ſtabitur expreſsis in ſentētia.Si verò quis ſimpliciter damnetur ad carceres,intelligitur perpetuò damnatus.C.de pœn.l. ſeruus.¶Tertium.Siue autem carcer ſit ad cuſtodiā ſiue ad pœnam,ſecundum gloſſ.ibi,non debet in eo eſſe commiſtio maris & fœminæ,nec etiā debet ita eſſe aſper quòd ibi homines perimātur: vt infrà Homicidium.iij.§.vij.in fin.¶Quartum.Quilibet carcer,vel murus hereticorū,debet eſſe communis epiſcopo & inquiſitori:& debet duos habere cuſtodes. vnum quē volet epiſcopus & ei prouidebit:alterum quē volet inquiſitor & ei ꝓuidebit:& eorū vterq; poteſt habere ſub ſe fidelem miniſtrū:& illius loci erunt duę claues,quarum vnus cuſtos vnā,& alius aliam tenebit:& poterit officiū miniſtrandi carceratis cōmittere ſuo miniſtro.in cle.multorum.de hære.¶Quintum.Prædicti cuſtodes antequam ſuum exequantur officium,tenentur coram eis à quibus aſsignātur, iurare

tactis Euangelijs quòd in cuſtodia omnem diligentiā quam
poterunt, adhibebunt, & quòd alicui incarceratorum nō lo-
quatur vnus, niſi alio audiente: & quòd ipſis carceratis fide-
liter conferant prouiſionem, quam ipſi recipiunt de commu
ni ordinatione: & quòd à parentibus vel alijs perſonis con-
fertur eiſdem, niſi epiſcopi vel inquiſitoris aut ſuorum com
miſſariorum ordinatio refragetur: eodemq́; modo iurabunt
prædicti cuſtodū miniſtri & coram eiſdem, vt in dicta clem.
10 multorum. ¶ † Octauò quæritur, quomodo & quando con-
tra hęreticos procedendum ſit, maximè vbi duo procedūnt?
Et dico multa. ¶ Primum. Inquiſitores in negotio inquiſitio-
nis procedere poſſunt ſimpliciter & de plano abſq; aduoca-
torum & iudiciorū ſtrepitu ac figura: vt cap. fin. eodem titu.
libr. vj. ¶ Secundum. Quando accuſatores vel teſtes ſeu depo
nentes propter potentiam perſonarū, contra quas deponunt
aut accuſant graue periculum ſubirent, ſi nomina eorum pu
blicarentur, tunc non publicè, ſed ſecretè coram diœceſano,
vel eius vicario eo abſente, quando inquiſitores procedunt,
vel coram inquiſitoribus ſi epiſcopus procedit, & eorum co-
pia commodè haberi poteſt, aut ſiue epiſcopus ſiue inquiſi-
tores proceſſerint corā aliquibus perſonis prouidis & hone-
ſtis, iuriſq; peritis, totum proceſſum, ſuper quo deliberādum
eſt, manifeſtent, & de illorum conſilio ad ſententiam & con-
demnationem procedere poſſunt: & plena fides talibus teſti-
bus adhibetur: licet eorum nomina nō fuerint promulgata.
Et poſſunt præcipere inquiſitores præfatis honeſtis perſonis
ſub pœna excommunicationis, quam ipſo facto incurrāt, ne
reuelent nomina prædicta: epiſcopus tamen nō poteſt præ-
cipere inquiſitori nec inquiſitor epiſcopo: ſed papa præcipit
in virtute ſanctæ obedientiæ vt teneant illa ſecreta, & vt ha-
beant puram & prouidam intentionem, ne aſſerant pericu-
lum, vbi eſt ſecuritas publicandi: vel ſecuritatem in illorum
præiudcium vbi adeſt periculum. Ceſſante tamen periculo
ſupradicto debent accuſatorum & teſtium nomina publica-
ri. de hære. ſtatuta. libro vj. ¶ Tertium. In aliquibus prouin-
cijs poſſunt procedere ſimul vel ſeparatim prout negotij vti-
litas ſuadebit: eodem tit. vt officium. libr. vj. quod dupliciter
contingit: vno modo vbi in vna prouincia ſunt ſimul plures
inquiſitores deputati: & iſte eſt propriè ſenſus illius cap. vt pa
tet intuenti alio modo: quia hæreticus delinquit in vna pro-
uincia, & ad aliam fugit. Et ſic intelligit Archi. dicens quòd
aliquando duo inquiſitores recognoſcere poſſunt de crimi-
ne hæreſis alicuius, ſcilicet inquiſitor ciuitatis, in qua deli-
quit, ſecundū Ioannē Andr. in gloſ. & ad quam fugit: quia vbi
quis inuenitur, ibi cōuenitur de crimine. ¶ Quartum. Quan-
do negotium hæreſis committitur alicui vel aliquibus gene-
raliter in certis locis, nō adimitur epiſcopis authoritas eorū
ordinaria vel etiam delegata ſi eā habebant, & vterq; etiam
de eodem facto poteſt inquirere cōmuniter aut diuiſim. eo.
cap. per hoc. libro vj. ¶ Quintum. Quando autem diuiſim
procedunt, ſiue ordinaria ſiue delegata epiſcopi poteſtate
procedant, illum in procedendo modū obſeruent, quem in-
quiſitores poſſunt & debent, per iura communia vel ſpecia-
les cōceſsiones aut ordinationes ſedis Apoſtolicę obſeruare:
& tenētur communicare inuicem proceſſus: & per vtroſque
ſimul ſentētia proferatur, niſi alter alteri deferat: & ſi in ſen
tentia non cōcordant, mittant ad Apoſtolicam ſedem. dicto
cap. per hoc. Sed intellige prædictam cōmunicationem pro-
ceſſuum oportere fieri, quādo nihil aliud reſtat agēdum niſi
quòd ſententia promulgetur: & ſi alter nō poſſet commodè
procedere, niſi viſis actis alterius, tunc ſemel tātùm commu-
nicatio tribuitur, vt in extrauagan. Benedicti vndecimi, quæ
incipit, ex eo. ¶ Sextum. Sicut etiam dicitur in clem. multo-
rum. eo. tit. tam epiſcopus quàm inquiſitor vnus ſine alio ci-
tare poteſt & capere, & tutè cuſtodire, & carceri mācipare, &
cōpedire: ſed deputare duro carceri, & qui magis ad pœnam
quàm ad cuſtodiam videatur, vel tormentis exponere, vel ad
ſententiam procedere non poteſt epiſcopus ſine inquiſitore,
neq; inquiſitor ſine epiſcopo, aut eius ſuper hoc delegato, aut
epiſcopali ſede vocāte delegato capituli, ſi ſui ad inuicē poſ-
ſent copiam habere intra octo dies poſtquam ſe requiſierint.
Poſſent tamen quilibet prædictorum cōmittere alteri vices
ſuas, vel per literas ſignificare ſuum conſiliū & aſſenſum hęc
ibi. ¶ Septimum. Si autem papa dat certam formam inqui-
rendi hæreticos illa tenenda eſt, aliàs quæri poſſunt per accu
ſationem, inquiſitionem, & denuntiationem. de quibus ſuis
locis habetur. ¶ Octauum. Tenentur autem diœceſani per
ſe vel alios ſaltē ſemel in anno hæreticos quærere, vbi fama
eſt eos habitare: & eos, quos credunt de hoc aliquid ſcire, de-
bent compellere iurare, vt indicent ſi quos habent ſuſpectos
propter occulta cōuenticula vel alia ſigna. extra eo. excom-
municamus. §. adijcimus. ¶ Nonum. Si autem ſuſpectus vo-
catus cōfitetur, & de correctione ſperatur, iniungi poteſt ei
pœnitentia ſalutaris. Si verò negat, & tamen ſit infamatus,
indicetur ei purgatio: quam ſi non præſtiterit, excommuni-
cabitur: & ſi per annum ſic ſteterit, ex tunc velut hæreticus
condemnetur. in dicto cap. excommunicamus. §. qui autem.
¶ † Nonò quæritur, quid de ſententijs ferendis? Et dico mul- 11
ta, quæ etiam not. Ioannes Andr. in nouel. vt cōmiſsi. de hæ-
ret. libro vj. ¶ Primum. Non eſt neceſſe in crimine hæreſis
ſecundum Archi. nouā ſententiam promulgari: quia iam per
canones antiquitus eſt promulgata. & ſic potius declaratur
quàm promulgatur. xxiiij. q. j. cap. j. hoc tamen inquiſitorum
arbitrio relinquitur. eo. tit. cùm ſecundum. ¶ Secundum. Cir-
ca hæreticorum diſcuſsionē vocandi ſunt docti in Theolo-
gia, iure canonico, vel ciuili: quia crimē merè eccleſiaſticum
cognoſci & decidi debet per canones. ij. q. j. ſi quis cum cleri-
co. cū famulatu tamē legū. j. q. iij. ſummopere. & poſſunt hi
periti accipere ſalarium, ſi detur, ſed non exigere. ¶ Tertium.
In huiuſmodi ſententijs conuocari poteſt clerus & populus:
& expedit ad inſtructionem & terrorē. eo. vt cōmiſsi. libro vj.
¶ Quartum. Cōtra abſentes putat Archi. ſi conſtet de eorum
perfidia, pronuntiari poſſe ſuper crimen: & locum eſſe decre
tali, cum contumacia. eodem tit. libro vj. ex quo in prouincia
delinquendo facti ſunt ſubditi: & contra omnes ſolemnia ſunt
edicta propoſita: fideiuſſoribus verò abſentium pœna pecu-
niaria poteſt infligi, remittens ad illud quod habetur xxiij.
quæſt. v. cū homo. Hoc tamē intellige in citatis: quia ex quo
quæſiti fuerunt domicilij mutatio nō obeſt: vt de foro com-
peten. propoſuiſti. Si verò citati nō erant, tamen ibi delique-
runt, ratione delicti ibi conueniri poſſunt, & ſunt remitten-
di. in authent. vt nulli iudic. §. ſi verò quis. Ioannes Monaldus
dicit hanc cōſtitutionem loqui de fugitiuo, qui remittendus
erat ad requiſitionem inquiſitoris, ſub quo deliquit. C. vbi de
crimine agi op. l. prima. ¶ Quintum. Iudex ſecundum Archi.
redeuntes ſententiando vel pœnitentias iniungendo non de-
bet pronuntiare hæreticos vel credentes quia non ſunt, nec
fuiſſe: quia talis modus nō eſt datus à iure: ſed Ioannes And.
dicit quòd bene pronuntiantur fuiſſe hæretici, nec ſe videre
quid obſiſtat. & ita practicatur: imò & ipſa forma pronun-
tiandi, quam dat Archi. hoc habet. quam ponit Archiep. iij.
parte. titulo xix. cap. ij. §. iij. Dicit etiam idem Archiep. quòd
abſoluuntur ab excommunicatione ſub conditione, ſi ex
corde redierint, & iniuncta ſeruauerint, vt ibi patet: ſed eſt
contra prædicta ſuprà Abſolutio tertio, in principio. Va-
de abſoluuntur abſolutè: & ſunt abſoluti etiam ſi ficte re-
deant



[illegible] ab excommunicatione abſolui poſsit indiſpoſi-
tus, ſed reincidunt ſtatim vbi faciunt aliquid, propter quod
quam inciderent. ¶ Sextum. Quid talibus iniungendum ſit diffi-
nisi non poteſt: quia committitur arbitrio iudicantium cir-
cumſtantijs penſatis. ¶ Decimò † quæritur, quæ ſunt fauorabi-
lia inquiſitoribus conceſſa pro ſuo officio expediendo? Et di-
co quòd de his Bonifacius octauus in c. vt commiſsi. de hęre.
lib. vj. inquiſitoribus ſic dicit: Vobis & veſtrûm ſingulis ple
nam concedimus facultatem committendi citationes, denun
tiationes ſententiarum, quas in quoſlibet hæreticos, creden-
tes, receptatores, defenſores, & fautores eorum tuleritis: ad-
uocandi quoque prout expedierit peritos quoſq; vt vobis aſ-
ſiſtant: & in huiuſmodi ferendis ſententijs præbeant conſiliū
opportunum: ac eis quòd ſuper huiuſmodi pareant in virtu-
te obedientiæ iniungendi. Conuocandi etiam clerum & po-
pulum ciuitatum, caſtrorum, aliorumq́; locorum prout di-
cto negotio fidei videritis expedire. Procedendi quoq; contra
eos, quos in prouincia, in qua vobis inquiſitionis officium eſt
commiſſum, hęreſeos crimen conſtiterit cōmiſiſſe: licet ad
alias partes ſe transferendos duxerint, necnon faciendi à qui-
buſlibet aſsignari vobis libros ſeu quaternos & alia ſcripta,
in quibus inquiſitiones factæ ac proceſſus per quoſcunq; au-
thoritate ſedis apoſtolicæ vel legatorum eius habiti contra
hæreticos continentur. Mitigandi quoque vel commutandi
pœnam cùm videritis expedire, eorumq́ue veſtris mandatis
obedientes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere aut
muro recluſi vnà cum prælatis, quorum iuriſdictionis ſunt.
Priuandi vel priuatos nuntiandi dignitatibus & alijs benefi-
cijs eccleſiaſticis de diœceſanorum vel in abſentia ſua ſuorū
vicariorum conſilio & officijs publicis & honoribus quibuſ-
cunq; eoſdem hæreticos, credentes, receptatores, & defenſo-
res ipſorum, eorumq́; filios ac nepotes. Sunt autem diœceſa-
ni in priuando tales vel nuntiando priuatos beneficijs & hu-
iuſmodi requirendi: niſi fortè conſtaret legitimè quòd ſcien-
ter huiuſmodi perſonis eadem beneficia contuliſſent: quia
tunc eos requirendos non eſſe cenſemus, ſed potius à ſuo iu-
dice puniendos. hæc ibi. Adde etiam ex c. officium. eodem tit.
libro vj. quòd poſſunt volentes conuerti abſoluere, & pœni-
tentiam iniungere, nō obſtantibus ſententijs, quę ter in anno
publicantur à papa contra hæreticos: vt ſuprà, titu. priore. §.
vj. dictum eſt. ¶ Vndecimò † quęritur, quæ debent cauere in-
quiſitores eis prohibita? Et dico quòd eis prohibetur ne pe-
cuniam extorqueant prætextu officij inquiſitionis quibuſuis
modis illicitis, & ne ſcienter accepteant bona eccleſiarum ob
delictum clericorum, aut fiſco applicent: & ſi contrafecerint,
tam ipſi quàm eorum commiſſarij & etiam epiſcoporum
aut capitulorum ſede vacante ſunt excommunicati ipſo fa-
cto: nec poſſent abſolui ante ſatisfactionem pecuniæ ſic ex-
tortæ, niſi in mortis articulo: vt in clementia, dolentes. de hæ
re. Item ne abutantur quomodolibet portatione armorum:
& quòd non habeant niſi officiales neceſſarios, vt ibidem.
Item præcipit tā epiſcopis quàm alijs inquiſitoribus quòd nō
imponant alicui malitiosè aut fraudulenter hæreſis crimen,
aut quod impediat inquiſitionis officium, & quòd non omit-
tant procedere vbi eſt procedendum, odio, gratia vel amore,
lucri aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam &
conſcientiam: alias epiſcopus ſuſpenſus eſt per triennium ab
officio, & eius ſuperior hoc faciens: inferiores verò epiſcopo
ſunt excommunicati excommunicatione papali: vt in clem.
multorum. de hære. Item quòd non poſſunt de crimine hæ-
reſis inquirere contra epiſcopos, niſi hoc expreſsè in literis
apoſtolicis contineatur: vt in cap. inquiſitores. de hære. lib. vj.
Item quòd inquiſitores ordinis prædicatorum ſe intromit-
tere non poſſunt de ordine minorum, nec econtra prætextu
cuiuſcunq; hæreſis, vt in priuilegijs eorum: aliter excommu
nicati ſunt ipſo facto. & eſt papalis, per extraua. Pauli ſecun-
di. ¶ Duodecimò † quæritur, vtrum inquiſitores aliquid poſ- 14
ſint habere de bonis hæreticorum & condemnatorum per
ſententiam? Et dico quòd ſic. Nam dicit Io. And. & Inno. ſu-
per c. cùm ſecundum. de hær. lib. vj. quòd de dictis bonis ſe-
cundum conſtitutiones papales tres debent fieri partes: qua-
rum vna ſit curiæ Romanæ pro tuitione officij: ſecunda iu-
dicis ſecularis: tertia officialium: & huius tertiæ tempus in-
quirendo per ſe vel cum inquiſitore partem petere non po-
teſt prætextu laborum vel expenſarum, cùm ſibi debeant ec
cleſiarum ſuarum bona ſufficere, & ad hoc ſint deputata, vt
habetur in extrauaganti Benedicti xj. quę incipit, ex eo. & no.
Io. And. ſuper c. ſtatuta. eo. tit. vnde pertinere videtur ad in-
quiſitores aut eorum vicario. ¶ Quærit † autem Io. And. ſi Bo 15
nonienſis origine & patrimonio, qui ſcilicet ibi habet bona,
conſtituit Florentiæ domicilium, ibique de hæreſi damna-
tur, an ad dominium Florentiuum vel Bononienſe ſpectet
apprehenſis bonorum quæ ſunt Bononiæ: & arguit hincinde
probans primò quòd ad Bononienſe, & ſecundò per Richar.
Mal. quòd ad Florentinum. cuius rationes adducit Arch. ter-
tia parte. ti. xix. c. ij. in fi. & demum dicit Io. And. per officium
inquiſitionis fieri contrarium. & per Nicol. quartum contra-
rium diffinitum: & videtur tenere quòd determinatio Rich.
ſit vera quo ad tertiam partem debitam officialibus, cùm di-
cat conſtitutionem illam deberi officialibus, qui hoc perege
runt. quo ad duas autem alias tenuit contrarium, cùm gene-
rali fiſco ſint confiſcatæ à die commiſsi criminis. & inducit l.
iij. C. de bonis vacantibus. ¶ Vltimò † circa iſtam materiam 16
remanent dubia quædam. ¶ Primum. Si aliqui decumbentes
petiuerunt hæreticos, vt ab eis ſecundum eorum conſuetudi
nem conſolationem reciperent, ſcilicet per manuum impoſi
tionem, ac ſic deceſſerunt, & modò filij vel hæredes probare
volunt quòd nō ſanę mentis effecti ſuſceperint, vel poſt per-
ditam loquelam: nunquid ſunt audiendi? Et dico quòd non, ſi
tales, dum viuebant, erant diffamati vel ſuſpecti de hæreſi:
vel ſi conſtet quòd ſanæ mentis exiſtentes petiuerunt: alio-
quin ad probandum admitti poſſunt, non quidem per vxo-
res, filios, familiares, aut aliquos de ſuis, ſed per teſtes, fide di-
gnos & fidei zelatores. extra eodem. capite finali. lib. vj. ¶ Se-
cundum. Quid ſi quis pro receptatione hæreticorum vel de-
fenſione ſeu fauore, & non quia eſſet hæreticus, ſub obliga-
tione bonorum inquiſitoribus ſe adſtrinxit ad pœnitentiam
recipiendam: & ea iniuncta, ſed non peracta, deceſſerit? Re-
ſpondeo: Cogi debent hęredes in bonis ad complacendum ſi
ſit in bonis temporalibus iniuncta proficiens ad ſalutem: ſe-
cus ſi non erat iniuncta. extra eodē. c. accuſatus. libro ſexto.
¶ Tertium. Sacerdotes inſtruentes hæreticos vel credentes
citatos de celanda veritate & huiuſmodi, cùm non ſit dubium
eos facere in fauorem hæreticæ prauitatis, per inquiſitores
debent compeſci, & poſſent pœna debita caſtigari tam per
captionem perſonarum, quàm aliter, prout culpa exegerit.
religioſi etiam ſunt incarcerationis pœna vel aliàs grauius
à ſecularibus puniendi, ſi inuenti fuerint in hæreſi vel ſimili-
bus deliquiſſe. extra, eodem. capite penultimo, & capite accu
ſatus. libro ſexto.

## Rurſus de Hæreſi, & Hæreticis tertiò ſpecialiter quo ad lamias, ſiue ſtrigas.

1 *Hæreſis in lamijs & ſtrigis, in quo conſiſtere dicatur? Et an canonibus nomina eorum qui eam ſectantur deſcripta ſint?*

Lamiæ

2 *Lamiarum quaſdam nocere, ſed non curare: quaſdam verò contrà, curare, ſed non nocere: quaſdam vtrunque efficere. Et ibidem lamiæ vnde dictæ: item & vnde ſtrigæ.*

3 *Mulieres, an ſint aliquæ, quæ dicantur noctu cum* Diana *obervare? Et an fieri poßit, vt creatura aliqua, aut in melius aut in deterius mutari, aut transformari in aliam ſpeciem, vel ſimilitudinem poßit?*

4 *Strigarum ſecta, num ea ſit, de qua in capite, epiſcopi. xxvj. q. v. mentio ſit? Et quid à ſtrigarum vulgo receptarum ſecta differat. Et in quo inter ſe conueniant? & nume. ſeq.*

*Sectæ ſtrigarum ſimiles tripliciter.*

6 *Strigæ an poßint naturaliter à diabolo corporaliter ad locum deferri, vbi noctu cum diabolo iocentur. Et an ad eundem de facto ſemper corporaliter deferātur, aut nunquā, aut aliquādo.*

8 *Strigas realiter ad ludum cum dæmone deferri, an d. cap. Epiſcopi. credere prohibeat? Et quid in corpore fieri, quotupliciter dicatur? Et item in ſpiritu? & nu. ſeq.*

9 *Mulierum ad Dianæ deæ ſeruitium delatio, quotupliciter intelligi poßit?*

10 *Inquiſitores, an meritò aduerſus ſtrigam procedant?*

1 HAERETICVS † tertiò ſiue hæreſis ſpecialiter conſiderari poteſt in quodam genere hominū, qui ſpecialiter lamij vel lamię & ſtrigæ ſiue maſcaræ dicunt: & vt in pluribus ſunt rurales & fœminei ſexus. de quibus videnda ſunt multa tam in ſe quàm in ordine ad inquiſitores. ¶ Primò verò quæritur de notitia generis hmōi & nominū eius? Et dico quòd hæc ſecta per ſacros canones nō eſt deſcripta nec nominata, ſecundum Aug. Botam de Sauiliano iuris vtriuſq; doctor. in conſilio ſuo edito ad inſtantiam magiſtri Andreę de Seraphicis de Sauiliano ordi. Prædic. inquiſitoris. & idem tenuit Taurini do. Io. Graſſus doctor in vtroq; iure. Cōſiſtit autem hæc ſecta cōmuniter in credere & operari quædā propria: licet nonnulli ex ipſa conueniant in aliquibus cum alijs ſectis. credit enī verè ſe cum diabolo verſari noctu voluptuoſè: & eo vti vt incubo quo ad mulieres, & ſuccubo quo ad viros: operat verò ſcelera multa, ſed præcipuè tria: quia diabolum ſcienter inuocat, fidem negās cōculcat, & cōtemnit ſacra, puta crucem & ſacramenta, & homines percutit morte vel ægritudine per virtutem propriā, vt in faſcinatiōe: & per actiua naturalia, quæ docta eſt à dæmone, & per virtutem dęmonis coaſſiſtentis & cooperantis virtute propria, vt in reſeratione portarum, & præcipitatione, & huiuſmodi, quæ motu locali perficiuntur: aut virtute actiuorum naturalium, quę viſibiliter aut inuiſibiliter applicat: ſicut cum vetula torquente aut pungente imaginem torquetur aut pungit homo. Sci-
2 endum † tamen q vt dicitur in malleo maleficarū, lamiarū quædam nocent, ſed nō curant: quædam verò econuerſo curant, ſed non nocent: quædā verò vtrunq; efficiunt. ¶ Nomina verò eius ſunt lamij vel lamiæ ſtrigæ: & ſi qua ſunt alia per tranſſumptionem & ſimilitudinem: quia ſcilicet lamia eſt beſtia monſtruoſa, ſecundum gl. Iſa. xxxiiij. pedes habens equinos & cætera membra humana. & ſecundū Gregorium xxxiiij. Mor. habet humanā ſpeciem & corpus beſtiale: & ita eſt crudelis vt filios ſuos dilaniat. Vnde & lamia quaſi lania dicta eſt. ſtrix verò à ſtrido, dicitur nocturua auis de ſono vocis dicta: quia quando clamat, ſtridet: inde corruptione vulgari dicitur ſtriga: quia noctu præcipuè verſatur in maleficijs.
3 ¶ Secundò † verò, quia in hac materia ſuper verbis capitis epiſcopi. xxvj. quæſtione quinta, magna eſt difficultas apud aliquos, adducuntur verba illa inquantum tangunt iſtam materiam, & ſunt hæc: illud etiam non eſt omittendū quòd quædam ſceleratæ mulieres retro poſt ſatanā conuerſæ dæmonum illuſionibus & fantaſmatibus ſeductæ credunt ſe & profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum vel cum Herodiade vel cum innumera multitudine mulierum equitare ſuper quaſdam beſtias: & multarum terrarū ſpatia intempeſtæ noctis ſilentio pertranſire, eiusq; iuſſionibus obedire velut dominæ, & certis noctibus ad eius ſeruitium euocari. ſed vtinā hæ ſolæ in perfidia ſua perijſſent, & nō multos ſecum ad infidelitatis interitum pertraxiſſent. Nā & innumera multitudo hac falſa opiniōe decepta hæc vera eſſe credūt, & credendo à recta fide deuiāt, & errore paganorū inuoluuntur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis extra verū Deū arbitrantur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi commiſſas populo Dei omni inſtantia prędicare debent: vt nouerint hæc omnia falſa eſſe. Et non à diuino, ſed à maligno ſpiritu talia fantaſmata mentibus fidelium irrogari arbitramur. Siquidem ipſe ſatanas, qui trāsfigurat ſe in angelum lucis, cum mentem cuiuſcunq; mulieris ceperit, & hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, ilico trāsformat ſe in diuerſarum ſpecies perſonarum atq; ſimilitudines, & mentem, quam captiuam tenet, in ſomnis deludens modò læta, modò triſtia, modò incognitas, modò cognitas perſonas oſtendens, per quæq; deuia deducit: & cùm ſolus ſpiritus hoc patitur infidelis, hoc non in animo, ſed in corpore euenire opinatur. Quis enim in ſomnijs & nocturnis viſionibus non extra ſeipſum educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam vigilando viderat? Quis verò tam ſtultus & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiunt, etiā in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta viſiones Domini in ſpiritu non in corpore vidit & audiuit: ſicut ipſe ſtatim inquit, fui in ſpiritu. & Paulus non audet dicere ſe raptū in corpore. Omnibus itaq; publicè annuntiandum eſt quòd qui talia credit & his ſimilia, fidem perdit: & qui rectam fidem non habet, hic nō eſt eius, ſed illius in quem credit, id eſt, diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt. Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquā creaturā aut in melius, aut in deterius mutari, aut trāsformari in aliam ſpeciem, vel in aliā ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore qui omnia facit, & per quem omnia facta ſunt: proculdubio infidelis eſt & pagano deterior. Hæc ibi. Pro quibus nota quòd error fuit paganorū quòd ex hominibus fierent dæmones, qui eſſent lares laruæ & manes, id eſt, dij, vt patet per Aug. viij. de ciuit. Dei. capite xj. de quo vide S. Tho. quæſtione xvj. art. j. in cor. & tertio. contra c. cvj.
¶ Tertiò † quæritur, vtrum ſecta ſtrigarum ſit illa, de qua in 4
prædicto capitulo fit longa mentio? Et dico quòd non, licet in aliquo cum illa conueniat. quod patet quantū ad credere & operari. Nā quantū ad credere, illa ſecta credebat primò quòd aliqua mulier, puta Diana vel Herodias eſſet conuerſa in deam, & conſequenter haberet aliquid numinis, & ſecundò ſe vocari & duci ſuper beſtias ad ſeruitium alicuius deæ: tertiò quòd vna creatura ab alio quàm à vero Deo mutaretur in aliam creaturam vel ſpeciem eius, puta homo in ſpeciem canis. & hæc tria patent in textu. & quartò quòd talis dea eſſet ſpiritus bonus: quæ quatuor ſunt contra fidem & in tex. patent. Et his quatuor differt à ſecta ſtrigarū, quæ nullū horum credit: ſed dicit ſpiritū apparentem eis eſſe diabolum inimicum Dei, licet ex voluptate vel deſperatione ſe illi ſubijciant: & conſequenter illum non eſſe hominem conuerſum & deam bonam: nec ſe vocari ad ſeruitium alicuius deæ nec creaturam mutari in deam: nec quòd illa ſit ſpiritus bonus. Conueniunt verò quo ad hoc inquantum vtraque ſecta aliquādo credit fieri in corpore quod ſit in ſpiritu, id eſt, in imaginatione vel ſolo ſenſu, vt patebit. quantum etiam ad operari differunt: quia illa non dicitur abnegare crucem aut

contemnere



contemnere ſacramenta, ſicut ſecta ſtrigarum. Conueniunt verò, quia noctu ſolatiantur ambæ cū diabolo. Vnde iſta ſecta nō eſt illa: vt etiam patet ex teſtimonio Au. Botę, & Ioan. Graſſi, vt dictum eſt: qui ſcilicet dicunt ſectā ſtrigarum intactam eſſe & innominatam in ſacris canonibus. ¶ † Quartò
5 quæritur, vtrum iſta tantā ſimilitudinem habeat cum illa, vt ſimul cū ea in eo. cap. reprobentur, qui talia credunt, cùm dicitur quòd qui talia credit, & his ſimilia, fidē perdit? Et dico quòd non. Nam iſtę ſectæ ſunt ſimiles in triplici genere, ſcilicet hæreſis, ſuperſtitionis, & illuſionis: ſed in quolibet horū generum ſpecie differunt, quantum ad primū quidem, tum quia illa credebat aliquid numinis extra Deū. Vnde eſt hęretica propriè: non autem ſecunda: vnde non eſt hæretica propriè, ſed pręſumptiuè: quia ſcilicet ei, quem diabolum credit, exhibet honorem diuinum: tum quia iſta apoſtatat à fide, nō autem illa, cùm expreſſo verbo fidem nō neget. Et ſimiliter quantum ad ſecundum, ſcilicet genus ſuperſtitionis: quia illa eſt in ſpecie fictorum, ſecūdum malleum maleficarū p duos ſolennes inquiſitores editū, & per vniuerſitatē Coloniē ſem cōprobatū: quia dæmon in hominibus illius ſectæ loquebat, & miranda faciebat: iſta verò non eſt in illa ſecta: & habet aliquid penè ex omnibus ſpeciebus: & ſuperaddit crimē maleficij. Et quantum ad tertium, id eſt, illuſionem, quia illuſio illius pertingit vſq; ad intellectū, vt credat falſa de fide: non autem iſtius, vt dictū eſt. Quod autem dicitur de vno ſimili inquantum nō eſt ſimile, ſed diuerſum, nō procedit de reliquo, cuius eſt illud, & his ſimilia: quia illud dicit de illa ſecta quantum ad rationem ſpeciei, inquantum credit aliquid numinis extra deum, in quo differt ab iſta: & nō generis, in quo conuenit cū illa. Et ſi dicatur quòd illud dicitur de locali delatione in qua iſtæ ſectæ cōueniunt, dico quòd nō eſt verum:
6 vt infrà, §. vij. ¶ † Quintò quæritur, vtrum ſtrigæ poſsint naturaliter deferri à diabolo corporaliter ad locū vbi cum diabolo noctu iocantur? Et dico quòd ſic, & in hoc omnes cōſentiunt, nec eſt dubiū, quia materia corporalis inferiorum corporum angelicis ſpiritibus ſiue bonis ſiue malis obedit ad nutum quātum ad motum localem, ſecundū Auguſt. & omnes Theologos, eo modo quo humanū corpus mouetur ab anima: nec mirū, quia etiā cœli ab eis localiter mouētur: vnde & magi frequēter in hoc opera dæmonum vtuntur: ſicut patet per ea quę de Hermogene legūtur: & per ea quæ Pręceptoriū diuinæ legis primo præcepto, cap. xj. quæſt. iiij. refert Innoc. ſecundum Vil. dęmones localiter deferre poſſunt hominem etiam inuitum: ſicut bonus angelus tulit in cincinno capitis Abachuc de Iudæa in Chaldæam: & de quodā puero nobili monacho refert Petr. Damianus, & Vinc. in Spec. hiſt. lib. xxj. c. lxiij. quòd cū veſpere quieuiſſet in cella, mane in piſtrino clauſis ianuis inuētus eſt: qui requiſitus dixit ſe à quibuſdam hominibus ad magnum conuiuium deductum: vbi omnes epularum deliciæ videbātur, ibique eum manducare
7 fecerunt. ¶ † Sextò quæritur, vtrū de facto ſtrigæ ad dictum locum corporaliter ſemper deferantur, aut nunquā, aut aliquando? Et dico quòd non deferuntur ſemper localiter: ſed iſta vt plurimum fiūt in ſpiritu, id eſt, in imaginatione. & ita tenet dominus Alb. & Vlri. in Sum. non eſt etiam verū quòd nunquā realiter: alioquin oporteret penè infinitos inquiſitorum pceſſus eſſe falſos, & ſenſum negare: quia multa experta ſunt circa hoc, quæ non poſſunt rationabiliter plus negari eſſe peracta realiter & corporaliter, quàm me nūc ſcribere: quod vtiq; quis negare poteſt, dicēs me illud vt videar mihi aut alijs ſcribere? Deferuntur ergo aliquādo realiter, & aliquando etiam de die inuiſibiliter: quod vtiq; diabolus poteſt per modos de quibus docet Præceptoriū, vbi ſuprà, quæſt. j. & quæ feruntur in meridie dicuntur ſocietas curſus. ¶ Septi-
mò quærit, † vtrū dictū cap. epiſcopi, prohibeat credere ſtri- 8
gas ad ludum realiter deferri? Et dico quòd nō. Sciēdum eſt enim primò quòd dupliciter aliquod fieri dicit in corpore: primò ſcilicet propriè, quia extra ſenſum hominis tale quid fit veraciter: ſicut ego nūc ſcribo. & ſecundò impropriè, quia fit in ſenſu corporeo, ſcilicet in ſenſu exteriori habēte organum corporeū manifeſtè, puta in oculo, ſicut ſi naturaliter, vel opera dæmonis oculus meus videat quod nō eſt, aut non verè eſt: ſicut ſecundum S. Tho. quædam herba fumigans facit trabes videri ſerpentes. Et ſimiliter dupliciter aliquid fit in ſpiritu: primò ſcilicet propriè, quia fit in intellectu vel in ſenſu nō corporeo, id eſt, nō habēte organum corporeū manifeſtum, vt in imaginatiua. & ſecundò impropriè, quia fit in ſenſu etiam corporeo, ſed non extra ſenſum veraciter. vnde propriè fit in corpore quod fit extra ſenſum: & propriè in ſpiritu qđ fit in intellectu vel ſenſu interiori. quod verò fit in ſenſu exteriori tanquā mediū, vtroque modo fieri dicitur.
Sciendum † eſt ſecūdò quòd delatio mulierum ad ſeruitium 9
Dianæ deæ paganorum vel alterius, dupliciter intelligi poteſt eſſe realiter, ſiue in corpore: vno ſcilicet modo vt quædā ad hæc cōcurrētia ſint realia, vt motus, ſed non omnia: alio modo vt omnia neceſſaria ad hoc ſint realia realiter oculo exteriori viſa: puta ipſe motus corporis delati, & ſpatia ptranſita, & beſtia deferens, & dea, ad quam feruntur. Et hoc dupliciter: vno modo vt ſint realia realiter viſa, ſed cū deceptione ſaltem imaginationis, vt quia ſunt vnum, & videntur aliud: vt quia ſunt corpora aërea, & videntur humana: & ſic etiam dicūtur fieri in ſpiritu aliqualiter: quia illa credulitas pertinet ad ſenſum interiorem: alio modo ſine deceptione, quia ſcilicet veraciter ſunt id, quod eſſe vidētur aut iudicant. Igitur dico quòd illud capitulm videtur prohibere ne quis credat ſtrigas realiter deferri ad ludum: quia licet non loquatur de ſtrigis, ſed de alia ſecta, vt probatum eſt: tamen de illa loquitur, vt videtur, inquantum conuenit cum iſta, in credulitate realis dilationis: ſed dico quòd licet dicat iſta fieri in ſomnijs, quia ſcilicet quaſi ſemper fiunt in ſomnijs, & rarò in corpore: tamen non prohibet credere iſtam delationem eſſe realem, & in corpore quantum ad motum & ſpatium, ſed quantum ad omnia concurrentia, maximè deam viſam ſine deceptione. Et hoc patet primò ſic: Nam quicquid ęſt aliqua lege prohibitum vel reprobatū, eſt prohibitū ex legis ratione, quæ ſcilicet continet legiſlatoris intentionē: quia lex non eſt aliud quàm ratio eius, ſecundum Pan. in c. fi. de reſcrip. & Cyn. ac Bal. & omnes ſcribentes in l. nō dubiū. C. de legi. & in l. ſcire leges. ff. de legi. Sed realitas huius delationis quātum ad motū nō reprobatur ex ratione dicti capituli. quod patet: quia illa in hoc conſiſtit quòd hi, quorū credulitas ibi reprobatur, inuoluuntur errore paganorū, credētes aliquid numinis extra Deum, quaſi animæ mortuorum vertātur in Deos virtute non diuina. Secundò ſic: Nam quicquid aliqua lege prohibetur ſiue reprobatur, reprobatur ad rationabilem, nō ad abſurdum intellectū: vt c. erit autem lex. iiij. diſt. Sed credulitas realis delationis ſtrigarum quantum ad motū localem & ſpatia pertranſita duntaxat, reprobari non poteſt per dictum capitulū ad rationabilem intellectū: quia aliàs ſequitur quòd credētes infinitis proceſsibus inquiſitorū vnā rem aſſerentibus inuoluantur errore paganorū credentes aliquid numinis extra Deū, & iſta fieri à bono ſpiritu, & creaturā habere potentiam ſpecierū mutatiuā, & multa alia. Sed contra arguit ex verbis d. c. quia dicit iſta fieri in ſomnijs, & in ſolo ſpiritu. Sed dico quòd nō dicit hæc ſemper in ſomnijs aut in ſpiritu fieri: ſed ideo ſic dicit, quia vt in pluribus ſic fiunt. Sed

contra

contra iſtam ſolutionem,quia dicit quòd hæc omnia in ſolo ſpiritu fiunt,& conſequenter ſemper in ſpiritu fiunt:ſed dico quòd hæc omnia fiunt in ſolo ſpiritu,ſed non ſemper in ſolo ſpiritu.nec hoc intendit textus:alioquin ridiculoſa eſſet ſua probatio: quia ex particulari probaret vniuerſalē ſic arguendo ſcilicet,Ezechiel & Paulus viſiones viderūt in ſpiritu: ergo omnes vidētes vident in ſpiritu.Vnde nō intendit textus aſſerere,quòd omnia iſta ſemp fiāt in ſpiritu vel in ſomnijs, quia inſufficienter probaret: ſed intendit quòd non eſt vera dea quam iſti vident & aſsignāt,quo modo poſsibile eſt eos decipi:quia decipiuntur vidēdo in ſomnijs & in ſpiritu, quod probat poſsibile eſſe ex ſomnijs noſtris,& in viſionibus Ezechielis & Pauli.Et ſic patet intellectus totius capituli.

10 ¶Octauò † quæritur,vtrum inquiſitores meritò procedant contra ſtrigas?Et dico quòd ſic:nō quia portantur ad ludum in corpore vel in ſpiritu:quia iſtud ex concupiſcentia ſine errore in fide poteſt eſſe:ſed quia fidē negāt,& multa faciunt, quæ ſapiunt hæreſim manifeſtè:vt patet ex dictis.Imò dominus Auguſt.Bota dicit quòd etiam nō relapſæ tradi poſſunt iudici ſeculari:quia præter apoſtaſiam habēt alia multa crimina digna morte.Quidam autē miniſter prouincialis cuiuſdam ordinis mendicantium anno Domini 1503. in capitulo noſtro Placētino prece & pretio,vt publicè dicebatur, inductus à parentibus cuiuſdam ſtrigæ combuſtæ aſſumpſit pugnam contra inquiſitorem quaſi iniuſtè ſtrigas inſequeretur propter delationem ad ludum turgens ampullas ex verbis dicti cap.& intra annum fuit à multitudine ſuorum fratrum crudeliter & turpiter iugulatus.

## De Hermaphrodito.

HERMAPHRODITVS eſt qui habet vtrūq; ſexum, virilem ſcilicet & femineum.Hic nō poteſt eſſe teſtis. iij.quæſt.iij.item idonei.in gl.ſcilicet ſi magis vergat ad fœmineum,vel etiam ſi ſit parilitas.licet in hoc gloſſ.non determinet.Sed intellige niſi in caſu quo & mulier eſſe poteſt. nec poteſt iure ordinari propter monſtruoſitatem:nec ordinatus miniſtrare.argm.xxxvj.diſtinct.illiteratos.& xlix.diſt. cap.vltim.Si tamen ordinetur,ſuſcipit ordinis characterem, ſi magis vergit ad virilem ſexum,non autē ſi ad fœmineum, aut ſi eſt parilitas.Quātum autem ad matrimonium contrahendum,ſecundum gloſ prædictam,ſexus magis incaleſcens debet attendi,& ſic iudicari:& ſi ſit parilitas,dic quòd debet ſtari dicto & electioni ſuæ.Ita tenet Bald.in l.quæritur.ff.de ſtatu hom.dicens hanc eſſe opin.Guiliel.

¶HISTRIO,vide ſuprà Ars.§.vij.& infrà Infamia.§.v.

## De Homagio.

1 *Homagium quid ſit,& an pro re ſpirituali fieri queat? Et num fidelitatis iuramentum citra ſimoniam exigi poſſit?*

2 *Homagiū quotuplex eſſe dicatur?& ibidē de ſingulis mēbris.*

1 HOMAGIVM † quantum colligitur ex Spec. eodem tit. in libro de feud.& gloſ.in clem.paſtoralis.§.rurſus. in verbo,homoq; legius.de re iud.eſt ſpecies fidelitatis, qua quis flexis genibus,iunctis manibus intra manus domini ſeruituris fidelitatem iurat.Vnde pro ſpirituali re nō eſt faciendum:de regulis iuris.cap.final.imò illud exigere pro talibus, puta pro eccleſiaſtico beneficio,eſt ſimonia.de ſimo.ex diligenti.& de regulis iuris.in dicto cap.finali.quia cōtinet temporale cōmodum eius cui pręſtatur,cùm efficiatur eius ſeruus obligatus ad certa ſeruitia.Fidelitatis autē iuramentum bene poteſt exigi ſine ſimonia:quia tantùm obligat ad eſſe fidelem,& potius dignitati quàm perſonæ præſtatur.Et hoc verū,quādo eſt in tali dignitate,cui talis fidelitas debeatur: aliàs autem eſſet etiam ſimonia,ſecundū vnam lecturam in dicto cap.ex diligenti.¶Eſt † autem ſecundum Spec.vbi ſuprà,multiplex homagium.Quoddā enim eſt decretale,à decernendo feudo:ſicut hæres hominis mei cùm de cōſuetudine poſsit infeudari,& conſequenter in homagium ſuccedere debet intra certum tēpus me dominum agnoſcere,& mihi præſtare fidelitatē:& ego teneor eum ratione talis feudi in hominem recipere,& recipiendo videor ſibi ius feudi decernere.Aliud eſt edictale ſiue hæreditarium:vt illud quod quis habet eo ipſo quòd eſt hæres:quia eo ipſo quòd adit hæreditatem hominis mei,perſonā eius repræſentat: & videtur hominis homagium ſubijſſe:& tale finiri poteſt tempore ſi domino placebit,& nō aliter:etiam ſi vaſallus vellet bonis feudalibus cedere.Aliud eſt ligium,quod ſcilicet fit Imperatori vel regi non recognoſcēti ſuperiorē nullius alterius fidelitate ſalua:quod autem fit alijs nō dicitur ligium:quia fit vel iuratur ſalua regia vel imperatoria fidelitate, etiā ſi manus ponantur intra manus,ſecundū Spec.& qui hoc facit, dicitur homo legius vel ligius:quaſi domino ſuo ligatus, ſecundum Spec.vel quaſi legalitatē cōtinens.Aliud verò eſt nō ligium, ſeu vaſalliticū:& eſt quādo aliquid excipitur:vt facio tibi homagiū, excepta fidelitate, quàm domino meo tali ligio teneor:vel ſaluo quòd poſsim cùm voluero dominū ligiū mihi conſtituere:vel ſaluo quòd nolo tibi cōtra talem iurare. Sed dictum primum eſt verius,ſecundum Spec.

## De Homicidio voluntario.

1 *Homicidium quot modis accipitur,& quid ſit,& num ſemper ſit peccatum? Et quot modis fieri queat?*

2 *Homicidium voluntarium dupliciter dici. Et an percutiens prægnantem,ex cuius ictu perit formatus partus,homicida ſit?*

3 *Maſculus ac fœmella quanto tempore formari dicantur?*

4 *Occidere ſeipſum,aut mutilare,num aliquo caſu liceat? Et in hoc ſex ſubdit concluſiones.*

5 *Occidere alium,an alicui liceat,ſex dictis definit.*

6 *Lex quando aliquid non puniendo permittit, longè aliud, quàm cùm aliquid permittit faciendo.*

7 *Diſſidatus,cuius occiſio à publica poteſtate conceſſa eſt etiam ſub præmij conſtituti promiſsione, an etiam extra territorium ipſius poteſtatis ſine peccato occidi queat?*

8 *Occidere quenquam pro rerum tuitione,an licitum ſit?*

9 *Mulier,an ipſam opprimere volētem, cuius manus aliter effugere nequit, ſine peccato occidere poſsit? Et quid ſi occidere nequit,ſed renitendo mente & corpore ſe quantum poteſt tuetur, ſi tandem violetur,an peccet, cùm eū occidendo elabi potuerit?*

10 *Liberare aliū ab iniuſta morte,ſi poteſt, num quis teneatur?*

11 *Homicidium alterius mandato cōmiſſum, cui imputādum ſit? Et an ex ratihabitione homicidij irregularitas contrahatur?*

12 *Homicidio ex conſilio admiſſo, quis teneatur? Et an ex conſilio irregularitas oboriatur?*

13 *Homicidiū pro defenſione admiſſum,an liget, & homicidam conſtituat: & an irregularitatem inducat.*

14 *Homicidium ex permiſsione patratum,an & quando,& quem liget:& num irregularitatem inducat? Et quid de his,qui cooperantur in homicidio faciendo,num.ſeq.*

16 *Homicidium an animatione committatur. Et quid de auxilii præſtatione?num.ſeq.*

HOMICIDIVM † de mente S.Tho.j.ij.q.100.art.8. ad tertium.de mal.q.xiij.arti.iiij.ad vndecimū.& alibi dupliciter ſumitur,ſcilicet largè,& eſt omnis hominis cæſio ſeu occiſio:ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta.& ꝓpriè:& ſic eſt occiſio hominis ab homine iniuſta:vnde homicidium propriè ſemper eſt peccatum.Et ſic octo modis,ſcilicet facto,præcepto, conſilio,defenſione,permiſsione,cooperatione,animatione, auxiliatione: ſed animatio ad conſilium & auxiliatio ad cooperationem reducitur:& ſic fit ſex modis. ¶Homicidium

2 †quoq; voluntarium dupliciter dicitur, ſcilicet propriè,quia eſt intentum & volitum in ſe:& largè,vt quia eſt volitum & intentum in ſua cauſa,ſed non fortè in ſe,ſicut in eo qui vult & intendit percutere prægnantem, quia voluntariè occidit: ſecundum S.Tho.ij.ij.q.xxx.ar.primo. vbi de mente eius eſt iſta diſtinctio,dicit ꝙ de volente comedere nociua dicimus quòd vult infirmari.Et ex hoc patet primò quòd homicida eſt percutiens prægnantem ſi partus erat formatus, ſcilicet anima rationabili,& percuſsione interijt:ſecus ſi nō erat formatus. & idem ſi ad hoc venenum dedit vt abortiretur.ff.de pœ.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.¶Formatur † aūt maſculus ſpa-

3 tio quadraginta dierum vel circa,& fœmina ſpatio octoginta.Et ſi dubitetur vtrum ex præmiſsis ſecutus ſit abortus,vel ex alia cauſa,vel vtrum eſſet fœtus formatus vel non,ſecundum Veruec.ſi dubitatio eſt temeraria,deponatur:ſi probabilis,à promotione & miniſterio ceſſandum eſt,ne quis ſe periculo cōmittat.Et ſecundò quòd homicida eſt qui lętaliter aliquem percuſsit,qui poſtea eſt ab alijs occiſus, de homi.ſignificaſti.el ij.& ſimiliter eſt homicida,ſi nō appareret an lętaliter percuſſerit nécne:& ſimiliter ſi nō percuſſerit lętaliter,& tamen habuit animū occidendi: & deinde ab alijs per-

4 cuſſus interijt:vt in d.c.ſignificaſti.iuncta gl. ¶Primò † verò quæritur,vtrum aliquo caſu liceat alicui ſeipſum occidere aut mutilare?Et dico multa.¶Primū.Nulli licet ſeipſū mutilare etiā ad euitandū pctm̄ carnale,ſicut de Origene tradit hiſtoria eccleſiaſtica,vt ſecurius per domos prædicaret mulieribus:quia nemo membrorū ſuorū eſt dn̄s.xxiij.q.v.ſi nō licet.& in l.liber homo.la j.ff.ad l.Aquil. quod tamen fallit ſi fiat cauſa medicaminis,vt diſt.lv.ca.ſi quis.el ij.& iij.non obſtante ꝙ magis ſit anima curāda quàm corpus: quia ſine mutilatione anima curari pōt,cùm peccatū ſit voluntariū:nō autem corpus interdum de mente S.Tho.ij.ij.q.lxv.¶Secundū. Non licet alicui occidere ſeipſum deſiderio melioris vitæ ſeu felicitatis conſequendæ:ſicut ſecundum Aug.primo de ciui. Dei.fecit quidem philoſophus nomine Theobrotus lecto Platonis li.de animæ immortalitate:quia ſecundum S.Tho. ij.ij.quæſt.lxiiij. iſte tranſitus non ſubeſt hominum voluntati. ¶Tertium.Nec ad euadendum miſerias vitæ præſentis,ſicut fecit Achitophel,ij.Regū xvij.& Saul,j.Reg.vlt.&Razias,ij. Macha.xiiij.&Cato Vticenſis audita victoria Iulij Cæſaris, ſecundum Aug.poſt Vale.primo de ciuitate Dei.quia vltimū malorum huius vitæ eſt mors,iij.Ethi.¶Quartum.Nec propter peccatum commiſſum,ſicut fecit Iudas,Matt.xxvj.tum quia ſubtrahit ſibi tempus pœnitentiæ, quo poſſet peccata delere:tum quia malefactorem occidere non licet,niſi publica authoritate.xxiij.q.v.l.c.pen. ¶Quintū.Neq; ad euadendū alterius peccatum,ſicut quædam nupta impetita à Diocletiano,cùm maritus reſiſtere nequiret, ſe occidit iuxta hiſtoriam eccleſiaſticā:quia nullus debet in ſe admittere crimen maius,id eſt,homicidium,vt vitet alienum minus,id eſt,adulterium aut fornicationem.¶Sextum.Nec ad vitandnm peccatum proprium quod inde timetur,puta conſenſum in delectationem veneream:quia ſicut non ſunt facienda mala vt veniant bona,Romanorum quinto: ita nec vt mala vitentur, præſertim minora & minus certa, cuiuſmodi eſt,an conſenſum præſtatura ſit mulier in ipſa violatione vel ne:cùm Deus eam poſsit eripere.Et de his omnibus xxiij.queſtione quinta. ſi non.§.vlti.Nec obſtat de Samſone: quia inſtinctu ſancti Spiritus fecit,ſecundum Aug.vt d.c.ſi non.nec de quibuſdam mulieribus,quæ ſe perſecutionis tempore occiderunt, quarum memoriam colit eccleſia: quia ſimiliter motæ ſunt à



Spiritu,ſecundum Auguſtinum primo de ciuitate Dei.nec de Razia,qui laudari videtur:quia hoc eſt ratione zeli legis: non ratione mortis,quam ſecundum S.Thom.vbi ſuprà,ſibi intulit ex mollitie non valens ſufferre tormenta.licet Nico. de Lyra contra Aug.xxvj.quæſtione quinta.nec mirum.& omnes doctores,ipſum ſicut & Saulem excuſet quòd fecerit ne Deus illuderetur in eo ab idololatris. Non obſtat etiam dictum Hier.xxiij.quæſtione v.c. non eſt noſtrū. In perſecutionibus,inquit,non licet mihi propria perire manu abſq; eo vbi caſtitas periclitatur:quia ſecundum glo.ly abſq;, legitur incluſiuè:quaſi dicat:quòd nec in iſtis,in quibus magis videtur,licet ſe occidere: & ſic ponitur ibi, Pulchræ ſunt genæ tuę abſq; eo quod intrinſecus latet.& ſimiliter xxxv.queſtione.iij.progeniem.& ff.de pig.act.l.j.xij.q.ij.Hebron.¶Secū-

dò † quæritur, vtrum liceat alicui occidere alium? Et dico multa. ¶Primum. Non eſt peccatum occidere bruta,ſicut nec ſuccidere arbores,ſecundum Auguſtinum primo de ciuita.Dei:quia ſecundum S.Thom.ij.ij.q.lxiiij.ſicut plantæ propter animalia bruta,ita illa propter hominum ordinata ſunt:nullus autem peccat vtendo re ad id, ad quod ordinata eſt:vnde & Deus dedit nobis in cibum omne quod mouetur & viuit.Geneſ.ix.¶Secundum Hominem innocentem licitè nullus occidit quocunque bono fine, aut quacunque humana authoritate.Exod.xxij.cuius ratio ſecundum mentem S. Tho.vbi ſ.eſt,quia non licet peccatorum occiſio,niſi inquātum ordinatur ad commune bonum, quod per eos corrumpitur:ad quod ordinari non poteſt occiſio iuſtorum:quia eorum vita eſt cōſeruatiua & promotiua boni communis,cùm ſint principalior pars multitudinis, qua cæteri ſuſtentantur. Nec obſtat quòd hinc egrediunt ad vitam:quia hoc non eſt ex actu homicidæ,ſed ex bona diſpoſitione occiſorum. Imò eſt grauius quàm occidere reum:quia eſt magis contra charitatem occidere eum qui magis eſt amandus:& magis contra iuſtitiam iniuriari ei,qui minus eſt dignus: & magis contra communitatem,quæ priuatur maiori bono:& magis cōtra Deum, qui contemnitur in ſanctis, Lucæ decimo. Qui vos ſpernit,&c. Vnde patet quàm grauiter peccent medici, qui medicinas periculoſas experiuntur in religioſis. Ex mandato tamen Dei licet occidere innocentem:quod facere voluit Abraham Geneſis viceſimoſecundo, & xxiij. quæſtione quinta.lex æterna.quia Deus habet dominium mortis & vitę, cùm eius ordinatione omnes moriantur, iuſti & peccatores. ¶Tertium.Hominem reum licitè occidit iudex habens legitimam authoritatem,ſi ſeruato iudiciali ordine condemnat ad mortem debitam illi ex zelo iuſtitiæ:quinimo hoc illi mādatur à Domino,Exodi viceſimoſecundo.quia,vt dicit Sanc. Thom.vbi ſuprà,ſicut pars ad totum, ita quælibet perſona particularis ad communitatem cōparatur:vnde ſicut laudabiliter & ſalubriter præſcinditur membrum à corpore,cùm expedit corpori,puta ne inficiatur à membro putrido:ita & occiditur particularis homo,ſi ſit communitati nociuus:quia pars eſt propter totum,non econtra. Si verò iudex condemnat innocentem,aut reum non ſeruato iuris ordine, contra illud Deuteron.Iuſtè quod iuſtum eſt exequaris. & not. in capite,reos.viceſimatertia, quæſtione quinta. aut eo ſeruato,ſed ex indebito fine: puta ex auaritia ſeu lucro principaliter,vel ex odio,vel inani gloria,vel ex delectatione effundendi ſanguinem,peccat mortaliter:& quilibet illi hac intentione cooperans,ſecundum Arch.arg.xxiij.quæſt.v.cùm miniſter.quod tamen de inani gloria verum non credo, quando illa aliàs nō eſſet mortalis:& iudex ſic eſt diſpoſitus quòd propter gloriā non occideret,niſi aliàs iuſtè hoc faceret:quia tunc nec quod facit eſt mortale,nec finis propter quem facit. 5

Quan

Quando etiam reus propter potentiam ordinario iure puniri non poteſt: ſi dominus principalis vel iudex habens authoritatem abſolutam quocũq; puniendi ſine iudiciario ordine: illum faceret occidi, non peccaret ſecundum Archi. quod limita ſi faceret in ſuo diſtrictu, vel in alieno de voluntate domini expreſſa vel tacita, vel probabiliter præſumpta. ar. c. de occidendis. & cap. officia. & c. non fruſtra. iij. q. v. ¶ Quartum. Priuatus homo hominem propria authoritate occidere non poteſt, etiam reum & malefactorem, ſecundũ Aug. primo de ci. Dei. ſine peccato mortali. cuius ratio eſt ſecũdum S. Tho. vbi ſuprà: quia cum iſta occiſio licita ſit inquãtum ordinatur ad bonum totius communitatis, ad illum ſolùm pertinet, cui commiſſa eſt cura ſeruandæ communitatis, id eſt, ad principem & alios habentes publicam authoritatem: ſicut præſcindere putridum membrum ad medicum pertinet, cui totius corporis ſalus commiſſa eſt, & non ad alium. ¶ Quintum. Priuatus hominem occidere poteſt authoritate legis ciuilis ſine pœna quæ pro homicidio in foro contentioſo debetur: primò defendendo perſonam ſuam: ſecundò defendendo ſuum honorem: vt cùm oportet eum aufugere cum dedecore, aut occidere: tertiò defendendo res ſuas, quando aliter rehaberi non poterant, ſecundum multos Legiſtas ſuprà Excommunicatio. vj. §. iij. caſu ix. quartò occidendo inſidiãtem in itineribus, & nocturnum populatorem agrorum. C. quando liceat vni. ſine iudi. l. prima & ſecunda. quintò occidendo furem nocturnum & diurnum ſe defendentem telo. de homi. ſi perfodiens. ſextò ratione adulterij: vt infrà Lex. §. x. ¶ Sextum. Priuatus authoritate legis occidere poteſt ſine peccato. Primò defendendo perſonam ſuam vel alterius, iuxta dicta ſuprà, Bellum. ij. §. iij. & ſecundò eadem ratione occidendo furem nocturnum in dubio an vellet furari vel occidere. extra eo. ſi perfodiens. & ſimiliter diurnum ſi ſe telo defendit: vt ibi. Ter

6 tiò occidendo diffidatũ, de quo ſuprà Aſſaſsinus. Vnde † aduerte quòd aliud eſt quando lex aliquid permittit nõ puniendo, vt de occidendo adultero: aliud quando aliquid concedit faciendo, ſcilicet quemlibet miniſtrum iuſtitiæ: vt in c. pro humani de homi. lib. vj. quod licet primum non liceat in cõſcientia: ſecus de ſecundò, ſi intentio ſit recta, id eſt, ad bonũ cõmune vel iuſtitiæ obſeruationem: quia ſecundum Io. And. in addi. ad Spec. facit vt legis miniſter: ſed talis occiſor eſſet nihilo minus irregularis, ſicut & iuſtus iudex: ſecus de occidente ex defenſione perſonæ, vt infrà Homicidiũ. iij. §. ij. Et eadem ratione de occidente in dubio prædicto, quia perſonam tuetur. Quartò ſecundum aliquos pro defenſione honoris contra iniuriam perſonalem conſiſtentem in turpi fuga. quod tamen Arch. negat: & hoc rationabiliter, maximè vbi talis turpitudo eſt non de malo culpæ, ſed de naturali timiditate. Vnde licet dicat Zen. quòd occidens ne fugiat cum dedecore euadit irregularitatem, tamen verius dicit Pet. de Ancha. & Car. quòd non euadit. Quintò ſecundum aliquos etiã pro defenſione rerum: ſed de hoc ſuprà Excõmunicatio. vj. §. iij. & in §. iiij. Sextò, ſecundũ aliquos, pro defenſione caſtita-

7 tis: ſed de hoc infrà. §. v. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum prædictũ diffidatum, cuius occiſio per publicam poteſtatem conceſſa eſt vbicunq; inueniat etiam ſub pollicitatione præmij, poſsit quis ſine peccato occidere extra terminos iuriſdictionis dictæ poteſtatis? Et dicit Archid. & bene, quòd non: quia extra illos terminos dicta poteſtas aut ciuitas non habet aliquam poteſtatem: & ad iniuriam ſibi reputaret ciuitas vna, ſi alia punire vellet ſubditum ſuum ſeu in ſuo territorio exiſtentem. quod eſt mittere falcem in meſſem alienam: quod prohibetur vj. quæſtione iij. ſcriptum. vnde talis occiſor, ſi ſibi caperetur, iuſtè vt homicida puniretur. hæc ex illo. quę limita, niſi domini territorij, in quo eſt, voluntas expreſſa vel tacita aut probabiliter præſumpta accideret: quia iuri ſuo renuntiare

poteſt. ¶ Quartò † quæritur, vtrum liceat ſine peccato occidere pro rerum defenſione? Et dico quòd ſic ſecundum multos Legiſtas: vt ſuprà Bellum. ij. §. ij. & vij. ſed Pan. in c. ſuſcepimus. extra eo. dicit quòd licet clerico res defendere, vt in c. olim. el j. de reſt. ſpo. etiam cum baculo vel gladio: ſed tamen nõ licet ei procedere ad ſæua, id eſt, occiſionem, etiam ſi res aliter ſaluari non poſsint, ſed potius debet ſuſtinere rerum iacturam: & in c. ij. eo. tit. not. idem in verbo, ſe & ſua defendendo ſeu liberando, quòd non licet occidere defendendo ſua: ſed ſe & ſua. de laicis autem remittit ſe ad not. in c. j. eo. tit. vbi dicit quòd licet alicui impunè pro rebus aliter non ſaluandis occidere in foro contentioſo, ſed non in foro animæ. Et ita tenet Archi. licet aliter videatur ſuprà in d. §. vij. recitando Io. de Lig. & ita tenendum eſt, vt videtur aliquibus de iure canonico: vt patet in c. ſuſcepimus. & in c. ſi perfodiens. extra eod. & ſimiliter de iure naturali: quia plus tenemur vitam proximi, quàm res proprias amare, etiam vbi ille non coactus, ſed ſpontè ingerit ſe morti: ſicut volentem ſe ſuſpendere tenemur cum rerum iactura ſaluare. quod limita vt ſuprà Excommunicatio. vj. §. iiij. niſi inſurgat fur armis, &c. vt ibi, quia tunc licet. Sed contra. Nam in d. ca. ſi perfodiens. dicitur primò quòd fur diurnus non debet occidi: quia diſcerni poterat quòd ad furandũ potius quàm occidendũ veniſſet. & ſecundò dicitur, niſi ſe telo defenderit: iam enim plus eſt quàm fur: ex quorũ primo habetur quòd occidere furem nõ licet pro rebus, ſed tãtùm pro defenſione perſonæ: & oppoſitũ ſequitur ex ſecundo: ex quo licet occidere qui non inuadit, ſed ſe telo defendit. ſed dico primò quòd illa verba in d. c. ponuntur recitatiuè: & ſunt iuris ciuilis: & ſecũdò quòd ibi ſumitur ly defenderit, pro pugna ſeu armorũ ſumptione: quo caſu iã probabiliter dubitari poteſt de ſalute perſonæ: & conſequenter licet occidere ad ſalutem. Dico tertiò quòd & ſi non dubitatur de perſona abſolutè: ſed ſolùm præſuppoſita voluntate defendendi res: quia ſcilicet fur inſurgit armis vt rapiat: licet occidere per hoc capitulũ. Nec ex primo dicto huius c. habetur quòd nõ liceat occidere pro rebus abſolutè: ſed quãdo aliter ſaluari poſſunt: puta quia fur deprehenſus erubeſcit & fugit: ſecus ſi inſurgit armis in me, vt rapiat mea. Et adde nõ eſſe ſimile de exponente ſe morti per laqueũ & per rapinam: quia illum ſaluare poſſum ſine alterius damno vel iniuria, nõ ſecundũ. vide s. Excõmunicatio. vj. § iiij. caſu. ix. vbi plenius.

¶ Quintò † quæritur, vtrum mulier ſine peccato occidat volentem ſe opprimere, cuius manus aliter euadere non poteſt? 9

Et dico quòd Ray. in Summa ponit duas opiniones: & nullam alteri præfert: ſed Arch. dicit quòd ei nõ licet intendere occiſionem, ſicut nec etiam inuaſo ad mortem pro ſui defenſione: ſi tamen ſe defendendo contingat illum occidi, imputetur ei. Nec obſt. ſi dicatur quòd eſt cauſa mortis eius, etiã ſpiritualis, cùm ſit in mortali: quia ipſe eſt ſibi cauſa: ille vero vtitur iure ſuo naturali, quo vim vi repellere licet. & magis tenetur ſuæ ſaluti prouidere quàm alterius. ſi autem permitteret ſe opprimi, exponeret ſe periculo conſentiendi peccato propter difficultatem renitentiæ voluntatis, dum non facit quod poteſt vt euadat. Si tamen nolit occidere, ſed circa hoc quantum poteſt ſe tuetur, & peccato mente renititur, nõ peccat: ſicut & inuaſus ſe permittit occidi, ne occidat, non peccat: ſed eſſet maioris virtutis. hæc ex illo. Pro quibus not. quòd licet inuaſo non liceat intendere mortem inuaſoris legitimatè, licitè tamen illam intendit, & à propoſito eſſe [illegible] ordine ad defenſionem: & ita videtur velle quòd ſit hic.

¶ Sextò † quæritur, vtrum quilibet teneatur alium ab iniuſta morte liberare ſi poteſt? Et dico quòd ſic ex debito charitatis. xxij. q. iij. non inferenda. & conſentit Veruec. Rayn. & S. Tho. ij. ij. q. vj. ſecundum Veruec. tamen qui habet publicã poteſtatem, tenetur defendere eum etiam armis, ſi oportet: modò ſi pręſumat ſe poſſe: priuatus verò ſolo verbo vel facto, ſi poteſt ſine periculo perſonę, cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, vt addit S. Tho. ſed periculo ſe exponere nõ tenetur ſcdm glo. lxxxiij. diſt. in prin. & Veruec. dicentem ꝙ tenetur quilibet dare pecuniã ſi cõſtet illũ iniuſtè occidi tã ſubditus quàm prælatus, quantũ ſua poſsibilitas patitur ſalua ſua neceſsitate: ſi verò neſcitur an iuſtè vel iniuſtè aut ſi ne-

11 ceſſitate iſtius nõ poteſt, non tenetur. ¶ † Septimò quæritur, quid iuris de homicidio qđ mãdato cõmittitur? Et dico multa. ¶ Primum. Homicidiũ præcepto vel mandato cõmiſſum non ſolùm mandatario, ſed etiã mandanti imputatur: quia is verè committit, cuius mandato delictum committi probatur. de ſen. exc. mulieres. & ideò ſic peccat mortaliter, aut excuſatur, ſicut ſi ipſe faceret: & perinde determinandũ eſt de mãdatoribus quo ad irregularitatem, ſicut de mãdante percuti clericum quo ad excõmunicationem. de qua s̃. Excommunicatio. vj. §. iij. ¶ Secũdum. Prælatus habens iuriſdictionem temporalem imponens officiali ſuo quòd ſuper tali maleficio inquirat, & iuſtitiã exequatur, nõ eſt homicida, nec irregularis, ſi inde ſequat̃ homicidiũ. ne cle. vel mo. epiſcopus. lib. vj. quia clerici habentes iuriſdictionem, cauſam ſanguinis illicitè agitant, ſed licitè committũt, vt ibi patet. ¶ Tertium. Si quis ſuo nomine homicidiũ fieri mandauit, & ante effectũ expreſsè & ſine vlla fictione reuocauit, & prohibuit, immunis eſt ab homicidio. & idem eſſet ſi cõſuluit: ſed in hoc eſt differẽtia: quia cõſulens ſi nõ firmiter credit ꝙ locũ habeat reuocatio, tenetur indicare occidendo vt ſibi caueat, ne ſit irregularis: mãdans verò nõ. Et diuerſitatis ratio eſt, quia ille, cui cõſulitur, agit pro ſe: ideoq; plus requiritur ad remouendum effectũ conſilij, qui concernit ipſum operantem: mandatario autem, qui agit pro mãdante, ſufficit ſi conſtet de cõtraria voluntate mãdantis, nõ ſolùm expreſsè, ſed etiã tacitè: vt ſi eum occidendo pacem iniret aut parentelã vel amicitiã aliam ſciente mãdatario, ſecundũ eundem Inno. ¶ Quartum. Si quis mãdauit aliquem verberari, iubens expreſsè ne occideretur, vel mutilaretur: & nihilo minus mãdatarius occidit aut mutilauit: mãdator efficitur irregularis, quia mãdator fuit in culpa, & hoc euenire poſſe debuit cogitare, extra eo. is qui. lib. vj. Et idem dic ſi mandatarius occidat̃, aut mutilet̃, & hoc rationabiliter poterat cogitare: & idem ſimiliter de eo qui mãdauit aliquem capi, qñ veriſimiliter poterat mors cõtingere. Hæc aũt Sum. Ang. intelligit de mãdãte licitè cõtra text. qui dicit ꝙ mandãdo fuit in culpa: & contra glo. Io. And. dicentis ꝙ locũ non habet hæc decretalis in eo, qui licitè mandat: quæ tamen gl. inſufficienter loquitur: quia ſi intelligatur ſolùm de mãdante illicitè, incõuenienter additur, quod poterat veriſimiliter cogitare, &c. quia talis tenetur de homicidio ſequente, etiã ſi nõ potuit ꝑcogitare veriſimiliter quod ſequeretur, vt patebit titu. ſeq. in princ. Vnde dico ꝙ in textu aſsignant̃ duæ rationes: & quo ad primã cùm dicitur, quia mãdando fuit in culpa, locũ habet in mandato illicito. quo ad ſecũdã verò cùm dicit̃, & hoc euenire poſſe &c. in licito. ¶ Quintũ. Clericus vel alius ratũ habens homicidiũ, videtur irregularis, ſicut & excõmunicatus ſi erat clericus. Et de hoc videtur eſſe caſus in regula, ratihabitionem. de re. iur. lib. vj. vbi dicit ꝙ ratihabitio retro trahitur, & mãdato non eſt indigna comparari, quod mandatũ cum effectu irregularitatem inducit. Et hoc tenere videt̃ Spe. in ti. de leg. §. iuxta propoſitionis. ver. ſed quid. arg. ff. man. l. ſi verò. §. ſi poſt. Sed hoc intellige ſi ratum habens eo tempore quo homicidium perpetratum eſt, potuiſſet illud delictum mãdare, & ſi non perpetrare ratione infirmitatis vel mutilationis: quia dicit Pan. poſt Io. Andr. in c. j. in fi. de conuer. infide. ꝙ ad hoc vt fictio procedat, requirit̃ duo extrema eſſe habilia ad illũ actũ ꝑpetrandum, ſcilicet tempus, in quo actus fuit geſtus, & tempus ratihabitionis: quorum altero deficiente non procedit: quia fictio ſuper impoſsibili non cauſatur. Exemplum. Quidam interfecit hominem nomine infantis, qui factus maior ratũ habet. hæc eñ ratihabitio nõ trahitur retro: q̃a impoſsibile fuit illũ infantem tũc tp̃ris mãdare delictũ: vñ retro trahi non debet, cùm nõ debeat plus fictio poſſe quàm veritas. hęc ex illo. Arch. tñ in c. om̃es. xvij. q. iiij. dubitat de prædictis, dicens ꝙ fortè ex ratihabitione ſola nõ cõtrahit̃ irregularitas. allegãs ad hoc c. ſi. xv. q. j. quia ſcilicet factũ deficit, in quo lex promotiõis cõſiſtit. & idem videt̃ tenere Hoſ. Sed dici põt ꝙ lex promotiõis requirit factũ propriũ vel alienũ: aliàs mãdãs fieri homicidiũ nõ eſſet irregularis. qđ eſt abſurdũ. Et ſi ratũ habuit tantùm in corde, & nullo ſigno hoc ꝓpalauit: nihilo minus eſt irregularis in veritate ſeu quo ad Deum, licet non quo ad forũ cõtentioſum. iuxta no. ꝑ gl. in c. cùm quis. de ſen. excõ. lib. vj. ¶ † Octauò quæritur, quid iuris de homicidio qđ 12

conſilio admittitur? Et dico multa. ¶ Primũ. Homicidiũ conſilio ſcd̃m Verue. nõ intelligitur de reſpõſione ſuæ opiniõis in generali. vnde ſi quærenti an Chriſtiano militi liceat occidere paganũ, vel iudici malefactorem, reſpondeat̃ quòd ſic: reſpõdens nec peccat, nec fit irregularis, etiã ſi reſpõdens cõſulendo erret, niſi probabiliter videat ꝙ ille bellator aut iudex ſcd̃m eius conſiliũ agere velit: & ſic fecit. & de hoc infrà, dicto iiij. ſed intelligitur de cõſilio exhortationis vel approbationis ꝙ homicidiũ fieri debeat: vt no. Pan. in c. ad audientiam. eo. tit. nõ ſolũ qñ conſiliũ eſt directè de morte alicuius: ſed etiã quãdo cõſulitur in cauſa ꝓpinqua ad mortem, id eſt, aliquid ex quo ſequitur mors. Quod quidem Sum. Ang. dicit intelligendum, ſcd̃m Inno. ibidem, vbi cõſulitur res illicita, ex qua mors ſequit̃: ſecus vbi cõſulitur licita: & deinde dicit dictum Inno. eſſe verũ quo ad pc̃m̃, & etiã quo ad irregularitatem qñ cõſulitur res licita, & nõ homicidiũ: & quãdo homicidiũ poſſet nõ accidere: licet veriſimiliter debeat euenire: ſicut licet prælatis in bello licere pugnare viriliter. Sed malè adducit Inno. & cõtra veritatem illũ exponit: & etiam cõtra ſui ordinis Sũmiſtas, id eſt, Roſ. & Sup. qui dicũt vt infrà ſtatim. ¶ Scd̃m. Si quis nõ cõſuluit homicidiũ, ſed aliquid vñ ſecutũ eſt, ſcd̃m Inno. ſi veriſimiliter potuit exiſtimari ꝙ inde ſequeretur mors, irregularis eſt: vt ſi ſuaſit iactũ machinę vel baliſtæ: vel ꝙ eatur ad capiendũ caſtrũ, quod nõ poterat capi de facili ſine morte hominũ: & ſic mors ſecuta eſt. Si verò nõ erat veriſimile ꝙ mors ſequeretur, tunc quidem ſi cõſuluit rem licitã, nõ eſt irregularis, etiã ſi mors fuerit ſecuta: ſi verò illicitã, irregularis eſt. de homic. continebatur. Semper tamen fit irregularis, ſcd̃m eundem Innoc. qui directè in mortem alicuius conſiliũ dedit. ne cler. vel mo. ſententiã. Et eodẽ modo diſtingue ſi occidat̃ is, qui cõſiliũ accepit. ¶ Tertium. Sicut no. Hoſ. in c. ex literis. de exceſ. præl. & Pan. in c. j. de fur. & eſt tex. in c. ſi quis viduã. 50. diſ. & in c. ſicut dignum. eo. ti. & ibi determinat̃, clericus vel alius interrogatus de pœna delicti, & reſpondens ꝙ eſt mors, eſt homicida, ſi caſus imminet de præſenti, per dicta iura, & per Arch. in c. omnis. diſ. iij. Vnde ſi ex conſilio vel reſponſione ſpeciali vel generali ſequitur propinquũ homicidiũ, irregularis eſt, ſecundũ Hoſt. Poteſt tamen, ſecundum Archi. xxiij. q. viij. peſsimam. clericus interrogatus à iudice quid agendum de eo qui pœnam ſanguinis de iure meretur, reſpõdere: hoc nõ pertinet ad me:

conſulatis peritos. Et caueat ne propter ſuam reſponſionem directam vel indirectam intelligat iudex quòd eum debeat ſanguine punire, ſecundum Ray.. dicũt tamen quidam quòd poteſt dicere vt puniat, ſcd̃m q̃d ius dictauerit, dũmodo non exprimat ꝙ puniat ad ſanguinem vel ad mortem. quod Arc. diſt. iij. omnis. dicit poſſe intelligi, verũ quãdo crimen nõ imminet puniendũ: alioquin ſi ex cõſilio generali vel ſpeciali ſequitur propinquum homicidiũ, irregularis eſt, ſcd̃m Hoſt. de homi. ſicut dignũ. & de hoc etiã infrà Homicidiũ iij. §. v. particula iiij. ¶ Quartũ. Qui errans cõſulit in genere quòd occidendi ſunt adulteri vel alij, qui de iure nõ ſunt occidendi, & inde quis ſuo conſilio ſiſus occidit, eſt irregularis ſcd̃m Rodo. ſi putabatur iuris peritus, & errauit, non in apicibus iuris, ſed in iure claro & certo: ſi verò non reputabatur iuris peritus, ſed ſimplex vel idiota, aut errauit in aliqua ſubtilitate, in qua ſunt diuerſæ opiniones, ſic non erit irregularis: modò caſus nõ immineret de præſenti. ¶ Quintũ. Conſulens alicui vt alium interficiat, ſcd̃m Hoſt. in d. c. ad audientiam. non eſt homicida, nec conſequenter irregularis, ſi occidatur is, cui conſilium datũ eſt, & veriſimile fuit quòd nõ poterat occidi. Secus ſi fuit veriſimile quòd potuit occidi. ſed Io. And. in c. ſi. eo. ti. lib. vj. & Pan. in d. c. ad audientiã. tenent indiſtinctè talem conſultorem eſſe homicidã quo ad pœnã irregularitatis. & in hoc magis cõſentit Inn. & verius eſt: quia iſtud homicidiũ eſt caſuale cum exercitio illicitæ rei, id eſt, iniuſti cõſilij: ſi tamen conſiliũ fuiſſet licitũ, vt quia conſuluit occiſionem eius qui iniuſtè erat occiſurus, ſecus eſt. ¶ Sextũ. Conſulens alicui vt aliquem interficiat, homicida eſt, & irregularis, ſcd̃m Pan. poſt Inno. in d. c. ad audientiam. & ſi ille ſteterit longo tempore antequã occideret: quia debuit reuocare conſiliũ: & ſi putabat amicum non deſiſtere, debebat hoc inimico indicare vt caueret in generali vel etiam in ſpeciali ad arbitrium boni viri. ¶ Septimũ. Qui conſuluit vt infirmus verteretur, quò citius moritur, ſcd̃m Veruec. eſt irregularis ſi citius moritur, & ſimiliter exequens: nec poteſt per epiſcopũ diſpenſari, licet abſolui poſſit à peccato. Et idem puto ſi non fecit illo fine, ſed tamen ꝓbabiliter putare debuerat ſic accidere, ſed laborauit inconſideratione lata. ¶ Octauum. Qui alicui conſuluit vt ſe exponeret periculo pro patria vel iure ſuo, nõ eſt irregularis ſi ille occidatur, ſcd̃m Inno. xxiij. q. iij. pro membris. & c. ſeq. & q. viij. igitur. & c. ſeq. ſed tamen ſi ſciret eum veriſimiliter moriturũ, fieret irregularis, ſcd̃m eũdem Inno. & idem Hoſt. quia ordinata charitas eſt quòd q̃s plus diligat corpus ſuum quàm alterius, vt inquit idem Inno. Ex qua probatione patet quòd id q̃d dictũ eſt, ſed tñ ſi ſciret &c. intelligendum eſt q̃n conſuleret quòd ſe exponeret pro defenſione rerũ aut perſonarũ particulariũ: qui conſuleret contra ordinem charitatis: ſecus pro fide Chriſti ſcd̃m eũdem Inno. & Hoſt. & ſimiliter ſecus pro ſtatu eccleſiæ: quia etiã ſi ſciret inde eum moriturũ, non eſt irregularis, quia ſcd̃m ordinem charitatis hoc poteſt & debet quiſq; vitæ ſuæ & ꝓximi præponere: vnde & iſto modo prælati eccleſiæ ſuaſiões facere poſſunt in bello: & ſimiliter ſecus ſi pro patria, ſcd̃m Sum. Ang. & Supple. cõtra Roſ. & hoc patet ex eadem ratione, quia bonum totius melius eſt quàm partis. ¶ Nonũ. Qui volenti fugere inimicos ſuaſit vt maneret, & procuraret pacem, irregularis non eſt, ſi ille occidatur, quando ipſe habuit probabilem cauſam credendi, quòd illi periculum non immineret: puta quia erant adeò conſanguinei vel amici quòd meritò præſumere potuit eos poſſe cohiberi. ¶ Decimum. Qui conſuluit homicidium fieri, & ante factum reuocauit: aut ſi reuocationem ſufficientem non credidit occidendo intimauit, non eſt irregularis ſi occidatur, vt ſuprà eodem. §. vij. particul. iij.

13 ¶ † Nonò quæritur, quid iuris de homicidio quòd ſit defenſione? Et dico multa. ¶ Primum. Homicidium defenſione committitur: primò defendendo ſuis verbis homicidam contra eos, qui eum volebant ab homicidio retrahere vel impedire. diſt. 50. ſi quis viduam. Et ſecundò, ſecundum Rayn. diſſuadendo alicui bonum propoſitum quo volebat aliquem à morte liberare: quod glo. eius intelligit ſi intentio ſit corrupta: quia mater diſſuadens hæc filio ne ipſe moriatur: aut parum peccat, aut nihil: & alius conſanguineus vel amicus, & ſimiliter hac intentione. Et tertiò ſecundũ d. gl. quando aduocatus defendit reum in cauſa criminali, vbi accuſator ſi non probauerit, tenetur ad talionem. Et quartò defendendo perſonas aut res. Et quintò aſſociãdo homicidam ad factum homicidij, vt ſi oportet defendatur: vnde talis etiam ſi homicidium diſſuadeat, ſecundum Hoſt. eſt homicida: nec poterit promoueri. Et facit ca. Henricus. de cle. pug. in duello. nec in hoc diſtinguitur an aliàs eſſet facturus vel ne, quo ad irregularitatem: ſed ſolùm quo ad reſtitutionem: quia ſi aliàs erat facturus, non teneretur. ¶ Secundum. Occidens pro rebus ſaluandis eſt verè homicida quo ad irregularitatem, & ſecũdum aliquos quo ad peccatum, vt patet ex dictis §. iiij. ¶ Tertiũ. Et ſimiliter occidens pro iniuria perſonali propria quãdo fugere poteſt, homicida eſt, ſaltem quo ad irregularitatem ſecundum Ray. & Ber. Gofr. tamen dicit quòd clericus poſt pœnitentiam poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare ſine diſpenſatione, ſed non aſcendere ad maiores, & ita intelligit c. de his clericis. 50. di. ſed verius eſt ſecundum Ber. Hoſ. & Ray. quòd nec in ſuſceptis, niſi ex magna diſpenſatione permittitur miniſtrare. Et quanuis dicat Zen. quòd euadit irregularitatem, ſi fuga erat vituperoſa & ad dedecus, licet non ad periculum perſonæ: tamen verius dicit Pet. de Anch. quòd eam non euadit. Si verò fugere non poteſt, nec euadere, niſi occidat aut mutilet: ſic licitè laicus & clericus occidit aut mutilat ſine irregularitate: vt in clem. vnica. eodem titu. & ſine peccato, ita quòd presbyter ſtatim poſſet celebrare ſecundum Ioannem de Lig. in tract. de iuſto bello. & facit c. olim. el primo. de reſtitu. ſpolia. modò nõ faciat animo vlciſcendi. arg. c. ij. eodem tit. & ſeruetur moderamen inculpatæ tutelæ, vt ſuprà dictum eſt Bellum, ſecundò. ¶ Quartum. Occidens verò pro defenſione perſonæ alterius iniuſtè occidendæ, cùm aliter ſaluare non poteſt: licet hoc facere poſſit ſine peccato, tamen irregularis efficitur: not. in clementi. vnica. eodem titu. Secus tamen de conſulente alicui iuſtam defenſionem, ſi is, qui conſilium accepit, contra veriſimilem opinionem occidatur: quia eſt homicidium caſuale cum exercitio licitæ rei.

14 ¶ † Decimò quæritur, quid iuris de homicidio admiſſo ex permiſſione? Et dico multa. ¶ Primum. Permiſſione committitur homicidium, non prohibendo cùm prohiberi poteſt. xxiij. q. iij. non inferenda. & c. ſequenti. & c. ſi. quod licet glo. in d. c. non inferenda. referat ad prælatos: tamen cùm iura loquantur indiſtinctè, dico quòd quantum ad peccatum in his qui nec ſunt prælati, nec eis ex officio hoc incumbit, diſtinguendum eſt vt ſuprà §. vj. quantum autem ad irregularitatem dico quòd nunquam ſunt irregulares niſi fortè doloſè permittant. de quo infrà Homicidium iij. §. j. & ij. ¶ Secundum. Qui tractatum homicidij non reuelat, ſecundum aliquos eſt homicida: nec ſufficit quòd prohibuerit, vt refert Pan. in c. Petrus. eo. ti. Io. autem And. diſtinguit: quia ſi doloſè non reuelat, erit homicida: non autem ſi non doloſè, & placet Pan. ibi. ſed tu dic quòd quoties ſine periculo ſuo & ſuorum, & ſine peccato obuiare poteſt, & non obuiat, ſiue ex malitia, ſiue ex bona volũtate, agit cõtra dilectionẽ ꝓximi, & mortaliter peccat: imò tenetur obuiare etiã data pecunia.



vij. ¶ Tertium. Iniuriam paſſus ab aliquo & audiens ſuos parentes aut amicos velle ſe vendicare niſi expreſsè prohibeat: ſi homicidiũ ſequitur, homicida erit, ſecundũ glo. in d. c. Petrus. & Hoſtiẽ. quia videtur aſſentire. & eodẽ modo intellige quòd erit mutilator. ¶ Vndecimò † quæritur, quid iuris de ho-

15 micidio perpetrato cooperatione? Et dico multa. ¶ Primum. Cooperatione homicidiũ committitur, quãdo ſcilicet multi ſunt æquales in facto, licet non omnes æqualiter operentur: vnde dicitur in c. ſicut dignũ. §. j. eo. ti. quòd illi qui ad capiendũ aliquã animo feriendi aut occidẽdi acceſſerint: licet manus illi nõ impoſuerint, ſcilicet omnes, tamẽ ex quo mors ſecuta eſt, ſunt homicidæ. & intellige in ſimilibus: puta q̃a multi vulnerauerũt. de quo xxiij. q. ſi. ¶ Secundũ. Exhibẽs præſentiam ſuã in bello iniuſto, animãdo, conſulendo, vel inimicis timorẽ incutiẽdo, homicida eſt, ſi ibi aliquis occidatur, ſecũdum Pan. in ca. ſignificaſti. eo. ti. Secus eſſet in bello iuſto: vt ſ. Bellũ. iij. §. ij. & iij. & in c. petitio tua. eo. ti. iuncta gl. ¶ Tertium. Exhibens præſentiã ſuam vbi fit homicidiũ, eſt homicida & irregularis: ſi eſt prælatus ibi iuriſdictionẽ habẽs. de exceſ. prælat. ex literis. ſecus de alijs qui ſunt ibi ex curioſitate.

16 ¶ Duodecimò † quæritur, vtrũ animatione incurratur homicidiũ? Et dico quòd ſic: vt patet in ca. ſicut dignũ. eo. tit. quod tamen ibidem Panor. limitat, quando incitatio ſeu animatio eſt ad homicidiũ ſpecialiter: ſecus ſi eſſet ad odiũ in genere, quia nõ teneretur quis de delicto inde ſecuto. Et idẽ dicitur quãdo animatio eſt ad factum licitũ, licet homicidiũ inde ſequatur: ſicut cũ prælatus hortatur in bello iuſto vt viriliter

17 pugnet. de quo ſuprà Bellum. iij. §. ij. ¶ Decimotertiò † quæritur, vtrũ homicidiũ committatur auxiliatione, quando ſcilicet non omnes ſunt principales in facto? Et dico quòd ſic, vt in d. c. ſicut dignũ. vbi dicit Panor. quòd præſtans quodcũque auxilium quantumcunque modicum delicto committendo, tenetur, etiã cuſtodiendo veſtimenta. Tamen vt bene intelligatur materia diſtinguendum eſt: quia aut auxiliũ præſtatur ad perpetrandũ factum legitimũ & iuſtum, ex quo tamen ſequitur homicidiũ: & ſic de tali homicidio nõ tenetur talis auxiliator quo ad peccatũ: ſed quo ad irregularitatẽ ſi auxiliatus fuit directè ad homicidiũ, bene tenetur: ſecus indirectè, ſicut dictũ eſt de auxiliãtibus pugnatoribus in bello. Aut præſtatur auxiliũ ſuper facto illicito, ex quo ſequitur homicidiũ: & ſic homicida reputatur quantumcunque auxiliũ ſit indirectum. & ſic loquitur d. c. ſicut dignum. Similiter ſi auxilium præſtatur ſuper homicidio perpetrando ſiue iuſtè ſiue iniuſtè, irregularitas incurritur, ſi effectus ſequatur.

## Rurſus, de Homicidio ſecundò inquantum eſt caſuale.

1 *Homicidium caſuale quid ſit, & quotupliciter ſumatur? Et quando & quibus tale imputetur?*

2 *Regulæ circa homicidium caſuale, & fortuitum caſum, quando imputari debeant aut minimè.*

3 *Clericus ſi cum quopiam rixetur, atq; interim clerici parẽtes aut amici superueniãt, qui corrixatorẽ occidãt, an tale homicidiũ ſit huic clerico imputãdũ: & an irregularitas cõtrahatur?*

4 *Clericus, aut alius magiſter, ſi diſcipulum verberauit atq; exinde aut ipſius incuria, aut medici ignorantia moriatur, an imputandum ſit percutienti, & irregularitas inducatur?*

5 *Clericus diaconus cum alijs clericis ludens, falcem qua ſuccinctus erat non poſuit, an ſi alius in eum inſiliens mortale ex ea vulnus accepit, & interijt, an irregularis fiat? Et quid ſi clericus ab alio ludi cauſa humi deiectus, gladio, quem ad latus habebat vulneratus occubuit? nu. ſeq.*

7 *Clericus porcos ex agro abacturus lapidem proiecit, ac puerũ interfecit, an irregularis ſit? Et ad eãdẽ materiã irregularitatis, vij. aliæ q̃ones ex ordine ſequuntur, vſque ad proximũ nu.*

8 *Medico ſub cuius cura infirmus præter ipſius voluntatẽ ac ſententiam interijt, an imputandum ſit, & ſit irregularitas contracta, & promoueri non poſſit?*

9 *Phlebotomans aliquem ſanitatis cauſa, an ſi phlebotomatus intereat, teneatur?*

10 *Infirmorũ cuſtodes, aut ſeruitores, ſi vinum miniſtratũ infirmis ſit, aut in cuſtodiendo negligentes fuerint: ex quo ipſis infirmis ex phreneſi, aut huiuſmodi mors contigit, an teneantur.*

11 *Latronem res ſubreptas aſportãtem, ſi rerum dominus percuſſit, atque inde in terram prolapſus ſurgere non potuit, quin & ab alijs ſuperuenientibus occiſus eſt, an imputandum, & num ſit irregularitas contracta?*

12 *Arborem cædens, nec omittens quicquam de contingentibus an ſi arboris caſu homicidium ſequatur, irregularis fiat?*

13 *Amatoriũ poculũ propinans ex quo mors præter ipſius propoſitum ſequitur, an homicida & irregularis fiat? Et quid de occidente aliquem ludo? Et quid ſi quis ab alio lapide proiecto, quem deuitare velit, in alium impingat, & ex hoc intereat?*

14 *Puer ſi porcinã abrũpendo turgidã veſicã, mulieri prægnãti abortui occaſionẽ præbuerit, an homicida & irregul. effectus ſit?*

15 *Parentes in lectis filios proprios caſu interimentes, an de homicidio teneantur? Et ibidem an leuiſſima culpa in homicidio irregularitatem inducat?*

16 *Animal habens, vtpote leonem aut vrſum, qui aliquem perimat, an de homicidio teneatur & irregularitas inducatur?*

17 *Milites ad ſui defenſionem iuris accerſens, ſi inde aliquis perimatur, an de homicidio teneatur? Et quid de eo qui impulſus, vel ictum deuitans alium impellit, & occidit?*

18 *Puerum ad flumen mittens, ac vt ab eo caueat admonẽs, ſi demergatur puer, an irregularis fiat?*

HOMICIDIVM † ſecundò inquantũ eſt caſuale illud eſt quod fit præter intentionẽ & voluntatẽ. & dupliciter ſumitur. primò ſcilicet largè, vt eſt occiſio hominis caſualis: & eſt quãdo cõtingit caſualiter propter exercitiũ rei licitæ adhibita diligẽtia: vt ſi reparans tectũ poſitis ſignis in via ſubmittẽs tegulas ĩterfecit ſtultè incedentẽ vltra ſigna: & hoc nullo modo imputatur ad peccatũ, ſecũdũ S. Tho. ij. ij. q. lxiiij, quia nõ eſt in ſe volitũ, nec in ſua cauſa. & ſecũdò ꝓpriè vt eſt homicidiũ caſuale: & eſt quãdo cõtingit caſualiter propter exercitiũ rei illicitæ, vel etiã licitæ nõ adhibita diligẽtia: vt ſi dictus reparator ſigna nõ poſuiſſet: & hoc imputatur ad peccatũ & irregularitatẽ: quia, vt dicit S. Tho. vbi ſ. contingit ꝙ nõ eſt per ſe volitũ & intentũ actu volitũ eſſe etiã intentũ ꝑ accidẽs ſecundũ quod cauſa remouẽs prohibẽs dicitur per accidẽs: vnde ei qui nõ remouet quę remouere debet, ex q̃bus ſequitur homicidiũ, illud eſt quodã modo volũtariũ. Quod dupliciter contingit: vel quia dat operã illicitæ rei, vel licitæ quidẽ, ſed nõ adhibita diligẽtia. ¶ Ex † his poſſunt accipi regulæ deciſiuę omniũ quæſtionum in iſta materia. ¶ Prima. Qui dat operã rei licitæ, & adhibet diligentiã quã debet adhibere, non tenetur de caſu fortuito inde ſequente, nec de aliquo alio. Hęc probatur per c. lator. & c. dilectus filius. & c. ex literis. el ij. & c. ſignificaſti. el j. & c. Ioannes. & cap. fin. extra eo. ¶ Secunda. Qui dat operam rei licitæ nõ adhibita diligentia debita, tenetur de caſu fortuito ſequenti. Hæc probatur per cap. presbyterum. & cap. continebatur. ſecundum vnum intellectum. & c. ad audientiam. extra eo. ¶ Tertia. Qui dat operam illicitę rei, etiam ſi adhibeat omnem diligentiã quam poteſt, tenetur de omni caſu fortuito. Hęc probatur per cap. ſuſcepimus. & cap. de cętero. & cap. tua. & caput, ſicut ex lite- 1

rarum.extra eod.¶Poteſt addi quarta regula, quòd leuiſſi-
ma culpa in homicidio caſuali non inducit irregularitatē, vt
patet ex cap.quæſitum.de pœ.& re.& lectura Panor.Quam
quidē regulam Sũma Ange.videtur intelligere vniuerſaliter
in omni homicidio.quod eſt abſonum:quia in volũtario etiā
nulla culpa inducit irregularitatem, vt patet in iudice iuſtè
ſuſpendēte latronē.Et intelligit eam ſiue talis culpa ſit in o-
mittendo ſiue in agendo:ſed Sum.Roſ.intelligit eam ſolùm
in omittendo.Ego autem dico quòd d.c.quæſitum.ex quo re
gula ſumitur,loquitur quidem in omittendo:quia dicit quòd
homicidium filiorum à parentibus perpetratum illis imputa
tur,ſi ſit ex procuratione vel negligentia ſtudioſa,id eſt,diſſo
luta,ſecundum gl.quæ prope dolũ eſt.ff.man.l. ſi fideiuſſor.
j.reſponſo.diſt.50.ſæpe.& habet pro conſciētia.ff.de ædil.edi.
l.cum ſex.qualis eſt ignorantia Iudæorum,qui nolunt intelli
gere vt bene agant.j.q.iiij.§.vl.nõ autem imputatur eis ſi ve
nit ex eorũ incuria,quę incuria eſt negligētia.cle.quia cõtin
git.de relig.do.& d.ca.quęſitum.negligētia autem eſt omiſ-
ſio eius quod debet & poteſt fieri. Dico etiā quòd Panor.vi
detur d.c.quæſitum.& dictam quartam regulam intelligere
in omittendo:quia dicit d.tex.procedere quãdo ſine tactu vel
tractu,ſecundũ aliam literā:& alia procuratione ſequutũ eſt,
tamen videtur regula poſſe intelligi etiam in cõmittendo:
quando datur opera rei licitę:tamen quia in tali opere nõ po
teſt eſſe culpa niſi omiſſionis,ſcilicet alicuius circunſtantiæ:
tum quia irregularitas ſequitur homicidiũ ex humano ſtatu
to.homines autem quod modicum eſt pro nihilo reputãt.ſe-
cundo Phy.& multò magis quod eſt minimũ:& maximè vbi
quis operatur ad commodũ occiſi:vt infrà.§.xv.Igitur regu-
la vera eſt in caſuali homicidio,primò omittendo. & ſecũdò
committendo licitè ad bonum occiſi:& fortè tertiò commit
tendo licitè ad bonum proprium,non autem committēdo il
3 licitè.infrà,eodē.§.xxiij.¶† Primò verò quæritur,quid de cle
rico rixante cum aliquo,quem ſuperuenientes parētes vel a-
mici clerici occiderũt?Et dicit Panor.in ca. Petrus.extra eo.
quòd ſi clericus non fuit in culpa faciendo rixam,factũ alio-
rum non eſt imputandum illi,per primam regulam.quod li-
mita ſecundum Hoſt.in c.ad audientiam.eod.tit.ſi prohibuit
quantum potuit:ſi autem fuit in culpa,eſt irregularis per ter
tiā:ſi tamen tales interfectores non fuiſſent parentes vel ami
ci clerici,ſed inimici occiſi ſuperuenientes,non imputabitur
clerico,ſecũdum eum.Et diuerſitatis ratio eſt:quia primo ca
ſu homicidium commiſſum eſt intuitu clerici:ſecundo verò
caſu intuitu inimicitiæ quæ erat inter illos.Sed intellige niſi
4 illicita rixa fuiſſet cauſa quòd iſti inueniſſent illum. ¶† Secũ
dò quæritur, quid de clerico vel alio magiſtro qui diſcipulũ
verberauit,ſi ille ex ſua incuria vel ignorantia aut negligētia
medici moriatur?Et dicunt quidam quòd eſt irregularis per
c.presbyterum.eo.tit.quod ideo dicunt, quia vix contingere
poſſet quòd ex leui caſtigatione,quæ ſola magiſtro cõcedi-
tur,quis intereat.tamē alij melius dicunt quòd ſi iſte præce-
ptor non exceſſit modũ correctionis ſibi permiſſæ:& diligē
tiā adhibuit ne periculosè percuteret,nõ tenetur de homici-
dio,per regulā primā.Nõ obſt.d.c.presbyterũ,quia ibi ꝑcuſ-
ſio fuit in loco periculoſo,id eſt in capite:vnde presbyter il-
lè non adhibuit diligentiā,licet daret operā licitæ rei.& ideo
imputatur illi etiā ſi puer poſtquā conualuit,recidiuaſſet ſe-
cundum gl.quod intelligo poſtquā conualuit ſemiplenè: ita
quòd reliquiæ primæ infirmitatis coopertæ ſunt ad mortem
cũ ſecundā ſuperueniente.Nec etiā obſtat c.ſi quis nõ iratus.
xv.q.j.vbi eſt iſte caſus:quia dicit ibi gl.tex.illũ intelligi quā-
dò percutiēs exceſſit modũ correctionis. Si quis autem aliũ
percuſſerit vulnere non mortifero,dans tamē operam rei il-
licitæ:ſi ille moriatur ex imperitia medici vel incuria ſui,ir-
regularis eſt per tertiā regulā.Nõ obſtat gl.in c.exhibita.quia
loquitur in caſu illius capituli,ſcilicet de puero lapidem iaciē
te:qui ſecũdum Panor.ibi.non erat in culpa. ¶† Tertiò,quid 5
de clerico diacono,qui ludens cum alijs clericis,falcem,qua
accinctus erat,non remouit,ex qua alius equitaturus inſiliēs,
mortale vulnus accepit,& expirauit? Et dico eum irregularē
per ſecundā:quia licet operā daret rei licitæ,tamē diligentiā
debitam nõ adhibuit:quia falcē debuit amouere,ex quo ludi
conſuetudinē ſciuit.Et ſi prohibuiſſet eum ne ſe equitaret,eſ
ſet nihilo minus irregularis,ſecundũ Hoſ.ꝓpter conſuetudi-
nem ludi:tamē verius dicit Panor. quòd nõ.Et de hoc eſt ca-
ſus in ca.continebatur.eo.titu.& ibi Pan.infert quòd clericis
permiſſus eſt ludus alleuiãdi gratia.& gl.dicit ludũ aliàs lici
tũ clericis inter ſe,illicitũ effici propter miſtionē laicorum.
¶† Quartò quid de clerico, qui ab alio clerico ludo ꝓiectus 6
ad terrā illũ grauiter vulnerauit gladio,quem habebat ad la
tus:& occubuit?Et dicit tex.in c.lator.e.ti.quòd nõ eſt irregu
laris.Nec obſtat caſus præcedēs,qui videtur idē eſſe cũ iſto:
quia ꝓ cõſtāti habere debemus ꝙ iſte clericus habēs gladiũ,
nec dabat operā rei illicitæ nec licitæ cũ culpa. Vnde gl.in c.
ad audientiā.e.ti.quam approbat Pan.hęc capitula cõcordās,
dicit quòd iſte clericus in nulla culpa fuit:nec ipſe aliquid fe-
cit,ſed paſſus eſt tantùm:& ſibi factus fuit,nõ ipſe fecit alteri
inſultũ,ſed alius in ipſum irruit:ideo caſus cõtingens p regu-
lam primam non imputatur illi.¶Quintò quid † de clerico 7
qui porcos de agro pulſurus lapidē iecit,& puerum interfe-
cit?Et dico eum nõ eſſe irregularem per c.clerico.50.di.Sed
intellige ꝙ ſecundum gl.dabat operā licitè rei:& adde quòd
diligentiam adhibuit circunſpiciendo : alioquin fuiſſet irre-
gularis per regulam ſecundam,illud pro talibus aduertendũ
eſt ꝙ ſecundum Pan.in c.ex literis.el ij.eo.tit.qui proijcit ali
quid ad locũ inſolitũ, & per quem quis trãſire non cõſueuit,
nõ tenetur clamare:vt in l.ſi putator.ff.ad l.Aquil.aliàs ſecus.
& in c.ſi.eod.ti.dicit quòd clamantes ſubmiſſa voce vel poſt
caſum contingentem nõ excuſantur:ſicut plerunque ruſtici
ducentes mulos poſt impactionē clamant caue.¶Sextò,quid
de clerico qui venando aut ſe exercendo iaculum proiecit,&
alium caſu interfecit?Et dico eum eſſe irregularē,etiā ſi dili
gentiā adhibuit quia dabat operam illicitæ rei.50.diſ.is qui
arborē.§.ſi verò.¶Septimò,quid de clerico qui cauſa libidi-
nis fecit ad ſe venire prægnantē per tectũ vel deſcenſum pa-
rietis:& dum rediret,cadens per dictũ deſcenſum abortiuit?
Et dico ſecundũ Gul.de Lau.quòd eſt irregularis:quia dabat
operā illicitæ rei.¶Octauò.Quid de clerico vel alio qui pro
rebus ſuis recuperandis officium iudicis implorat: licet ſciat
pro certo quòd ſine ſanguinis effuſione recuperare non po-
terit?Et dico eum non eſſe irregularem, ſecundũ Ioan.An.
& eſt tex.in c.ij.eo.ti.lib.vj.modò proteſtetur quòd non in-
tendit ſanguinis vindictam.Sed limita verum primò quando
alio licito modò recuperare non potuit.& ſic intellige Vinc.
tenentem contrarium:& ſecundò quando non mortem,ſed
recuperationem intendebat:quia ſi fuit intētio maculata.&
ſubſecuta eſt mors,aut mutilatio,irregularis eſt, ſecundum
Hoſt.& ſic intellige c.ex literis.de exceſ.prælat.& xxiij.q.v.
cap.ij.& de pœniten.diſtinct.j.periculoſe.Secundum prædi-
ctam etiam diſtinctionem dic,ſi furem capiens iudici tradat
& ſi poſt occiſionem gratum habeat:nihilo minus non eſt ir-
regularis:quia lex promotionis factum requirit.xv.q.vj.ſi
j.cap.finali.hic autem non eſt factum proprium,vt patet ex
alienum proprio nomine geſtum, & conſequenter ratum
quia contradixit. ¶ Nonò,quid de ſacerdote, qui pro æ-
ficatione eccleſiæ vel domus aduocauit aliquem in ad-
torium:qui caſu interijt?Et dico eum non eſſe irregularē, ſi
nihil de contingentibus omiſit.eod.titu.cap.fina. ¶ Decimò,
quid de ſacerdote, quo ꝓ diuinis pulſante cãpanam malleus
cadens puerum interfecit?Et dico eum nõ eſſe irregularem,
ſi id fecit ex officio ſacriſtæ vel eius permiſſione aut cõſuetu
dine,qua quilibet ſacerdos vel clericus pro ſimilibus poterat
pulſare campanā: & diligentiam adhibuit.Secus ſi non fecit
ex dicto officio vel permiſſione aut conſuetudine : vt in cap.
Ioannes.eodem titu.Item ſecus ſi non adhibuit diligentiā:vt
quia fuit ſacriſta,& tintinnabulum diligenter nõ ligauit, per
ſecundam regulam. ¶ Vndecimò, quid de monacho qui lu-
dens prægnantem etiā leuiter zona correptam traxit & ab-
ortiri fecit? Et dico quòd eſt irregularis per tertiā regulam,
& per cap.ſicut ex literarum.eodem titu.vbi Panor.dicit ver
bum ſingulare,quòd in dicto caſu ſi fuiſſet maritus eius,aut
frater vel perſona coniuncta,& ludus fuiſſet leuis, mors non
imputaretur illis. & ſic concludit quòd ludus leuis, etiā cum
muliere prægnante,nõ eſt prohibitus, ſi perſona eſt honeſta
& coniuncta:& tunc non imputaretur aborſus,qui monacho
imputaretur:quia vnus dat operā rei licitæ,alius illicitæ. Et
idem dicendum eſt de ducente choreas cum prægnante ſi ab
ortiatur:quia ſi eſt clericus vel religioſus,irregularis eſt, per
tertiam regulam.Secus de ſeculari cõcurrentibus circũſtan-
tijs quæ requirũtur ad licitas choreas.& hoc ſi ſaltatio ſit le-
uis.¶Duodecimò,quid de monacho, q mulierē tumore gut
turis curandam, aperto tumore ferreo inſtrumento monuit
ne ſe vento exponeret, ſed illa ſe expoſuit & perijt? Et dico
quòd eſt irregularis,etiam ſi de contingentibus nihil omiſit:
& idem ſi eſſet clericus,etiam in minoribus ſufficiēter bene-
ficiatus,ſecũdum Panormi.in cap.ſententiā.ne cle. vel mon.
per tertiam regulam:& per cap.tua.eodem titu.quia illicitæ
rei,id eſt,chirurgię operam dabat:quæ ars clericis interdici-
tur,vbi interuenit inciſio vel aduſtio:vt in d.c.ſententiam.
8 ¶†Decimotertiò: quid de medico, ſub cuius cura infirmus
præter voluntatem interijt?Et dico vt not.Panor.in cap.tua.
eodem tit.quòd illi non imputatur concurrentibus quatuor.
Primò, quòd illud officium nõ ſit illi prohibitum exercere:
ſicut religioſis & clericis chirurgia.in cap.nõ magnopere. &
in d.cap.ſententiam.ne cleri.vel mon.Secundò,quòd ſit peri-
tus in illa arte. Tertiò,quòd exhibuerit omnem diligentiam
ſecundum artem.Quartò,quòd infirmum de his quę ſunt æ-
gritudini contraria informauerit: aliàs teneretur. de æta.&
quali.ad aures.Adde tu quintò quòd ſuper his habeant pro-
babilem ſcientiam,ſecundum Archi. Et ſic non ſunt irregula
res,nec prohibentur promoueri: ſecus quando ſunt imperiti
vel negligentes: & ex hoc probabiliter credunt aut dubitant
infirmos perijſſe,vel membris eſſe deſtitutos.d. ca.ad aures.
9 ¶†Decimoquartò, quid de phlebotomante aliquem cauſa
medicinæ,ſi ille interijt?Et dicit Veruec. quòd nõ tenetur ſi
erat peritus,& adhibuit diligentiam debitā: ſimiliter ſi inci-
dendus non habuit conſuetam diſpoſitionem membrorum
aut venarum ſiue neruorum:quia non tenetur in aliquo inci
ſor,ſecundum Innocen. nec eſt irregularis,ſi in hoc propter
ſuam imperitiam non errauit: quia in huiuſmodi potius caſu
quàm culpa creditur mors accidere. xxiij.q.v.de occidendis.
Et ideo phyſici & chirurgici ſi erant periti,& nihil de contin
gentibus omiſerunt: & habent ſuper hoc probabilem ſcien-
tiam, non prohibentur à promotione, quamuis mortui ſint
infirmi:ſecus ſi fuerunt imperiti vel negligētes:& ex hoc pro
babiliter credunt vel dubitant perijſſe infirmos,vel membris
deperditos: quia ſunt irregulares.de æta.& quali.ad aures.
10 ¶† Decimoquintò,quid de cuſtodibus aut ſeruitoribus infir
morum,qui vocauerunt vinitorē,vel ad eorum petitionem
dederunt vinum,vel nõ bene cuſtodierunt: vnde ex phreneſi
ſe occiderunt vel huiuſmodi?Et dico quòd in omnibus huiuſ
modi ſecundum Veruec.& omnes Summiſtas nõ debet quis
de facili habere conſcientiam ſcrupuloſam ſi bona fide fecit:
niſi ſit euidens culpa aut negligentia diſſoluta: adde ſecundũ
mentem eius,vel niſi daret operā rei illicitæ:puta cõtra me-
dici præcepta cõmittens:& ſi eam habet, deponere debet ad
conſiliũ boni viri.Si autem fuit lata culpa vel negligentia diſ
ſoluta,puta ſi cuſtos phrenetici vel furioſi dimittit eum vt ip-
ſe iret ad ludendum in platea:vel aliàs dat operam rei illici-
tæ:aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare nõ potuit, ma
ximè cùm deputatus eſſet ad cuſtodiam infirmi: & certũ ſit,
vel ſecundum medicorum iudicium probabiliter dubitatur
quòd inde mors ſequuta ſit,irregularitas contracta eſt,ſecun
dum eundē Veruec. qui per culpam intelligit cõmiſſionem:
per negligentiam verò omiſſionem.Et videtur velle quòd te
nentur huiuſmodi de culpa leui,quæ eſt euidens,nõ de leuiſ-
ſima:& de negligentia graui,non de leui, quando nõ eſt diſ-
ſoluta.Magis enim ponderatur commiſſio quàm omiſſio:vt
infrà §.xxiij.Et hæc procedunt vbi cuſtos nõ eſſet ſalariatus,
ſed cuſtodiret ex pietate vel obediētia.Idem dic de vertenti-
bus infirmos: vnde frangitur apoſtema vel anhelitus obtura-
tur. ¶† Decimoſextò,quid de eo qui latronem res ſuas aſpor 11
tantem percuſſit:ex qua percuſſione ſurgere nõ potuit:& ſic
eſt occiſus ab alijs?Et dicunt quidā indiſtinctè quòd eſt irre-
gularis: quia illicitæ rei operam dedit, ex qua homicidiũ ca-
ſuale ſecutum eſt:ſed quia dictũ eſt quòd clerico pro rerum
defenſiõe percutere licet ſeruato moderamine inculpatę tu-
telæ.quod etiā patet in c.ſignificaſti.el ij.eod.tit.ideo diſtin-
guo:quia ſi non percuſſit letaliter nec animo occidendi, nec
modũ exceſſit debitæ tutelæ, nec debuit præcogitare quòd
occideretur ab alijs, non eſt irregularis:vt videtur eſſe caſus
in d.cap.ſignificaſti.& facit cap.exhibita.eod.ti.& ff.loc.l.qui
domũ.in fi.& videtur ſenſiſſe glo.in cap.de cætero.& in cap.
tua.e.ti.Nec obſtat d.c.de cætero. quia loquitur de cauſa pro
pinqua homicidij,vt quis ſit irregularis.Si verò percuſſit leta
liter vel animo occidendi,vel modũ exceſſit,vel diligentiam
non adhibuit præcogitando quòd veriſimiliter poterat occi-
di,eſt irregularis, vt patet ex dictis.¶ Decimoſeptimò,quid
de eo qui latronem videns clamauit,ex quo clamore latro ca
ptus fuit& occiſus?Et dico quòd homicida eſt & irregularis,
ſecundum Inno.& Hoſt.& ſequitur Pan.in d.cap.ſignificaſti.
el ij.eod.tit.etiam ſi non habuit animum ad mortem:quia de
buit de homicidio cogitare,quod ex tali clamore communi
ter ſequitur.quod bene Panor.ibi limitat,quando communi-
ter ſequitur:aliàs nõ,ex quo animum nõ habuit ad mortem.
Limita etiam ſi clamauit pro rebus vel alijs: quia ſi ꝓ ſalute
ſuæ perſonæ clamaſſet,non eſt irregularis.¶† Decimoocta- 12
uò,quid de eo qui arborem cædit,nihil de contingentibus o-
mittendo,circunſpiciendo:& clamando fortiter & tempeſti-
uè,& tamen homicidium ſequitur?Et dico quòd ſi dabat ope
ram rei licitæ,vt quia ſua erat arbor,non eſt irregularis, per
regulam primam:aliàs verò erit irregularis, per tertiam.
¶† Decimononò, quid de eo qui dat amatorium poculum, 13
ex quo ſequitur homicidiũ præter intentionē? Et dico quòd
homicida eſt & irregularis: vt no.Panor.in cap.ſi aliquis.eo.
tit.& facit l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœ.Et ratio
eſt, quia dat operam illicitæ rei:ſecus ſi homicidium non ſe-
quitur,puta quia fœtus nondum erat formatus,vt ibi gloſſa.
¶Vigeſimò,quid generaliter de occidente aliquem ludo?Et
dico quòd ſi licitè ludebat, ſecundum vnam circunſtantiam
ludi,perſonarum,loci, & temporis,& vir.ſimiliter talis caſus
venire nõ debuit,nõ eſt irregularis: vt patet in c.lator.eo.tit.

Et ratio eſt,quia dat operam rei licitæ cum diligentia. ſecus ſi ludat illicitè,vel diligentiam non adhibeat,quia eſt irregularis,vt ex dictis regulis patet. ¶ Vigeſimoprimò,quid ſi quis inſequendo proijciat lapidem poſt aliquem ludens ad terrorem,& ille volens lapidem declinare,impingat in alium lapidem,vel cadat,& moriatur? Et dicit Inno.in c.exhibita.eo.tit.quòd proijciens tenetur,ſi iactus lapidis fuit cauſa læſiõis. & idem Abb.& Vinc.ſed Pan.ibi hoc limitat:quia iactus potuiſſet grauem percuſsionem inferre,niſi alius fugiſſet,quia tunc ludus fuiſſet noxius,etiã in pueris. ſecus ſi percuſsio non potuiſſet eſſe grauis:vel ſi proiectio fuiſſet à remotis.hæc ex illo bene:quia intendit ꝙ interuẽnit irregularitas,quando ludus lapidũ,qui aliàs licitus eſt pueris ætatis beneficio,redderetur illicitus ex immoderato iactu. ¶ † Viceſimoſecundò,
14 quid de puero,qui frangendo turgidam veſicam porcinam,& mulierem prægnantem terrore abortiri fecit? Et dico quòd Inno.Abb.& Vinc.ſentire videntur quòd homicida ſit,& irregularis.Sed oppoſitũ bene tenuit Pan.quia ad eſſe irregularem nõ debet attendi quælibet cauſa,ſecundũ gl.in c.de cætero.eo.tit.ſed vt ibi dicit Pan.appellatione cauſæ propinquã & non remotã intelligimus.Et facit ff.ad l.Corn.de ſica.l.nihil intereſt.in gl.ſicut nõ eſt homicida faber cultellũ faciens. Vnde percutiens aliquem vulnere nõ mortifero nõ eſt irregularis,ſecũdũ Ber.in d.c.exhibita.ſi ex imperitia medici vel incuria aut expoſitione ad labores & ſudores moriatur: ſi tamen quis animo nocendi facit,aut minorem diligentiã adhibuit,conſideratur etiã cauſa remota,ſecundũ eundem Ber.in c.de cætero.& in ca.presbyterũ. ¶ † Vigeſimotertiò,quid de
15 parentibus qui à caſu proprios filios in lectis occiderunt? Et dico ſi fuerũt in culpa graui aut leui tenentur de homicidio, vt patet in gl.c.ſi.de his qui propr.fil.occi. quia datur eis pro culpa graui pœnitentia ſeptem vel quinq; annorũ: pro leui, triũ.Si verò nulla culpa præceſsit,nõ tenentur: ſimiliter nec ſi præceſsit quidem,ſed leuiſsima in omittendo,ſecũdũ Pan. de pœ.& re.quæſitum.qui ibi infert quòd leuiſsima culpa in homicidio non inducit irregularitatem, quando ſine actu & alia procuratione homicidiũ ſequutũ eſt.& idem dico ſi præceſsit culpa leuiſsima aliquid licitũ agendo:quia ex ea nõ eſſet quis irregularis.Quod verũ eſt indubitanter, quãdo agitur aliquid licitũ ad comodum occiſorum, vt ſuprà §.xv.de ſeruitoribus infirmorũ dictũ eſt: imò nec ſi ageret quis rem de ſe licitã ad cõmodum propriũ,vt ex quarta regula patuit. ¶ Sed ꝓ his ſciendũ eſt primò,ꝙ parẽtes filios tenellos apud ſe collocare nõ debẽt,aliter ſunt in culpa.ij.q.v.cõſuluiſti.qñ ſcilicet id agunt gratia ſui commodi, ne ſcilicet plorent ad aures:aut ipſi frigeant aſſurgentes ad cunas, vel huiuſmodi: & eis imputat̃ homicidium etiã pro culpa leuiſsima.ſecus vbi hoc agerent ad cõmodũ filiorũ: puta quia ita ſunt pauperes quòd eos pãnis fouere in cunis cõtra frigora nõ poſſent:quia ex hoc non ſunt in culpa:nec de homicidio tenentur,niſi alia culpa interueniat: quia duobus malis cõcurrentibus minus eligitur.xiij.diſt.nerui.ſed & ſi alia culpa interueniat, nõ tenentur,niſi ſit grauis,aut ſaltem leuis:nõ autem ſi ſit leuiſsima ſolùm. ¶ Sciendũ eſt ſecũdò,quòd ſecundũ Sum.Ang.verum eſt vniuerſaliter leuiſsimã culpam in homicidio irregularitatem nõ inducere:ſed Sum.Roſ.non putat verũ.Vnde dicit quòd dans operam rei illicitę de ſe tenetur de omni culpa etiam omittendo,& de omni caſu etiã ſi diligentiã adhibuit. quod probatur per capitula,ſuſcepimus. de cætero.tua.& ſicut ex literarum.extra eo. dans verò operam rei illicitæ,ſi fuit in culpa etiã leuiſsima cõmittendo,tenetur de caſu inde ſequuto,vt dicit:& probat per c.clerico iaciente.50.diſt.&.c. presbyterum.&.c.ad audientiam.eo.tit.ſed hoc non eſt verũ: nec probatur in capitulis quæ allegat, culpam fuiſſe leuiſsimam.Si verò fuit in culpa omittendo,non incurritur irregularitas:& iſte eſt caſus d.c.quæſitum.quia iſti parentes dabãt operã rei licitæ,tamen fuerãt in culpa omittendo ibi ex incuria.Sed adde tu iuxta quartã regulam quòd etiam omittendo culpa leuiſsima irregularitatem non inducit. ¶ Sciendum eſt tertiò,quòd iura plus omiſsionis quàm commiſsionis tolerant culpã.pro quo facit theorica aurea Bart.in l.quod Nerua.ff.depoſ.de qua magnũ feſtum Alex.de Imol. facit in l.ſi mora.ff.ſolu.mat.ſcilicet quòd in omnibus contractibus, in quibus quis tenetur ſolùm de dolo & lata culpa,tenetur etiã de leuiſsima in faciendo cõmiſſa.ſuprà eo.in prin. ¶ † Vigeſi- 16
moquartò quæritur,quid de habente animal,puta vrſum vel leonem,qui aliquẽ interfecit? Et dico quòd ſi non fuit in culpa,non tenetur de homicidio.Si verò fuit in culpa,tenetur,& eſt irregularis:puta quia erat ferox:& non tenuit ligatum,& huiuſmodi.arg.c.hi qui arborem.&.c.ſæpe.diſt.50.& qđ notat̃ in c.de occidẽdis.xxiij.q.v.qđ Sum.Ang.reprobato Hoſt. tenet indiſtinctè verũ:quia fortè dicta iura indiſtinctè loquũtur:ſed quia non loquuntur de cauſa remota,vt eſt in propoſito,non venit nomine cauſæ in homicidio, niſi adſit malitia vel diligentia minor,ſecundum Ber.vt ſuprà §.xxij.ideo melius ſecundũ Hoſt.in c.ad audientiam.eo.tit.& Inno.hoc procedit ſi interuenit malitia vel lata culpa,vel ſecundum alios etiã leuis:vt patet in Sum.Conf.lib.ij.tit.j.q.xxviij.ſecus in leuiſsima.arg.l.j.& l.fi.ff.ſi qua.pau. & per regulam quartam. ¶ † Vigeſimoquintò,quid de eo qui vocauit milites ad defen- 17
ſionem ſui iuris ſi aliquis ibi occidatur? Et dico quòd non tenetur de homicidio:vt in d.c.de occidendis.ij.q.iij.eadem cauſa.c.Maximianus.& hoc quia non eſt cauſa propinqua homicidij:ſecus ſi ipſe occideret ꝓ rebus aut iuribus ſuis: quia eſſet irregularis,vt dictũ eſt,niſi defenderet ſuam perſonam. ¶ Vigeſimoſextò,quid de eo qui impulſus vel declinans percuſsionem aliũ impellit,& occidit? Et dicit Hug.in c.ſæpe.di. 50.ꝙ nõ eſt homicida nec irregularis, niſi fecerit in fraudẽ:
addè vel niſi potuit præuidere & aliter euadere. ¶ † Vigeſimoſeptimò,quid de eo qui puerum miſit ad flumen monens 18
vt ab eo caueret:& ſubmerſus eſt? Et dico quòd irregularis eſt:vt videtur tenere Hoſt.ſicut & diaconus,qui falcem non remouit.de homi.cõtinebat̃.Sed hoc bene limitat Sum.Cõf. ſi poterat rationabiliter de periculo cogitari. ¶ Vigeſimooctauò quæritur,quid de eo qui famulum corrigia gladium habente verberans occidit? Et dico quòd eſt irregularis:quia debuit probabiliter credere occiſionem nõ remouendo cultellum:extra eo.ad audientiam. Multos etiam caſus,in quibus irregularitas ſine peccato contrahi poteſt, habes tit.ſeq.

## Rurſus de Homicidio tertiò, quantum ad pœnam: maximè irregularitatis.

1 *Homicidium quatenus pœnam ac irregularitatem inducit, duplex eſſe.*

2 *Regulæ quo ad dijudicandum de irregularitate circa homicidas, ſex ſunt generales: de quibus hic ordine.*

3 *Homicida num omnis irregularis ſit? Et ſubinde, num per ſolam mortem, aut membrorum mutilationem irregularitas contrahatur? Et quid de iudice in mortis, aut membrorum mutilationis cauſa: item quid de poteſtatis familia? Et adhuc aliquot concluſiones ſubduntur.*

4 *Membrorũ mutilator aut debilitator, nũ omnis irregularis ſit? Et quid de mutilatis? Et an mutilatio mẽbri homicidio & cum ad quæ æquiparetur? Et quid ſi mẽbrũ nõ mutiletur, ſed debilitetur:& quid ſi digitus trũcetur. an irregularitas inducatur.*

5 *Mutilati, qui promoueri inhibeantur,& promoti deijciantur?*

Homi-

6 *Homicidæ & mutilatores ab irregularitate excepti, de quibus hic, num aliquo caſu irregularitatem contrahere poſsint, quis que dictu palam ſit.*

*Inuaſorem occidens an efficiatur irregularis, ſi mortem aliàs quidem euadere potuit, mutilationem verò nequiuit.*

7 *Iura de prælatis & clericis quantum ad irregularitatem contrahendam pertinet, quid ſpecialiter cauerint.*

8 *Irregularitas ex mutilationibus & occiſionibus in bello factis, an inducatur, ſex dictis reſolutorijs expedit.*

9 *Papa ex eo, quod clericis facultatem, vt bello interſint, concedit an videatur illis licere armis vti?*

10 *Caſus circa irregularitatem vltra prædicta dubij duodecim, de quibus hic ordine.*

11 *Irregularitate ex homicidio contracta, qualiter cum irregularibus diſpenſetur.*

12 *Homicidij pœnæ, num præter irregularitatem aliæ ſint?*

1 HOMICIDIVM† tertiò inquantũ pœnã & irregularitatẽ inducit,eſt duplex,ſcilicet ſumptũ propriè qđ eſt occiſio hominis iniuſta cũ pc̃tõ:& largè,qđ eſt occiſio hominis etiã iuſta,& ſine peccato.Et de vtroq; quomodo in multis caſibus irregularitatẽ inducat:in duobus prioribus titulis inculẽter dictũ eſt,vbi de eo quantũ ad peccatum agebatur: nunc autem de vtroq;,inquantũ inducit pœnam,maximè ir-
2 regularitatem,ex intẽtione dicendũ eſt. ¶ Primò† verò quæritur,quæ & quot ſunt regulæ generales dijudicãdi: de irregularitate circa homicidas? Et dico ꝙ ſunt multæ. ¶ Quarũ prima hæc eſt:Nullus iudex, magiſter, aut doctor, in dubio debet aliquẽ irregularem iudicare.arg.de pœn.diſt.j.§.pen. ¶ Secunda.Quilibet in dubio ſe debet irregularẽ reputare:vt in c.ad audiẽtiã.eo.ti.vnde in foro animæ,maximè quãdo aliquis de hoc nõ eſt informatus,debet ſuę cõſcientiæ relinq: vt in c.ex literis.eo.ti.Et has duas ponit Hoſ.in d.c.ad audientiam.Et ſic patet ꝙ in foro cõtentioſo, vbi agitur ad pœnã, nõ debet quis in dubio reputari irregularis:ſecus in foro animæ,vbi agitur ad imponendã pœnitẽtiã,de quo Pan.in d.c. ad audientiã. ¶ Tertia. Ad incurrenda irregularitatẽ ex homicidio neceſſe eſt interuenire factum vel præceptũ vel conſiliũ vel defenſionẽ vel cooperationẽ occidentis.Et hanc ponit Inn.in d.c.ad audientiã.Sed attende ꝙ ad cõſilium reducitur animatio:& ad cooperationẽ auxiliatio. Igitur homicidium mentale nunquã irregularitatẽ inducit:quia lex ꝓmotionis factũ requirit.xv.q.j.c.vlt.Sed intellige factũ propriũ vel alienum,in quo quis participat verbo vel ſigno æquiualenti: vt in præcepto,& ratihabitione:ſimiliter nec homicidiũ permiſſionis,etiã cũ quis ſine periculo poſſet liberare,& delectatur de morte:niſi fortè ſit prælatus aut dñs:vt j.§.v. ¶ Quarta. Cauſam homicidij,quę irregularitatem inducit,oportet eſſe propinquã.ff.ad.l.Cor.de ſica.l. nihil intereſt.Secus de cauſa remota ſeu occaſione:quia nõ ideo eſt homicida faber, quia cultellum fecit.de homi.tua.quod ſecundũ Ber. limitatur de cauſa remota:niſi quis animũ habuerit nocendi,aut minorẽ adhibuerit diligentiã:vel nõ cogitauit quæ debuerit cogitare.eo.ti.presbyterũ.in fi. ¶ Quinta.Infans occidẽs nõ eſt irregularis,niſi ſit doli capax.cle.furioſus.de hom.& no.Pan.in c. pueris.de delic.pue. & Io.An.ibidẽ. & ſimiliter dic de furioſo.pro quo facit l.j.C.de fal.mo. ¶ Sexta. Quantũ ad irregularitatẽ contrahendã nõ eſt in iure vel cõmuni doctrina Canoniſtarũ inuenire differentiã inter laicum & clericũ:ſed vbicunq; irregularis eſt clericus,eſt & laicus,& ecõtra:excepto homicidio caſuali:vbi aliquando eſt irregularis clericus,& non laicus,& ecõtra:quia aliqđ eſt illicitũ clerico & nõ laico:vt mercari & alea ludo clerico interdicto:vel mederi:& ecõtra: vt celebrare diuina.Vnde ſi ex mercatione clerici ſequatur occiſio adhibita diligẽtia eſt irregularis:nõn autem laicus.Quatuor aliæ regulæ habentur ſuprà,Homicidium.j.in princip. ¶ Se-
cundò quæritur, vtrum omnis homicida ſit irregularis? Et 3
dico multa. ¶ Primum.Omnis occidẽs aut mutilans poſt baptiſmum per induſtriam & voluntariè etiam ſine peccato eſt irregularis:vt notat in cap.j.de homicid.& ibi patet per text. & non ſolùm promoueri non poteſt, ſed etiam promotus eſt perpetuò deponendus.extra eod. ſicut dignum.d.l.ſi quis viduam.etiam ſi interficiat Saracenum,vel paganũ.diſ.50.c. clericũ.Et hoc ſiue occidat cũ peccato,ſiue ſine peccato,ſiue per ſe,ſiue per aliũ,mandato,conſilio,defenſione,permiſsione,cooperatione,animatione,& auxiliatione. Vnde in cauſa mortis aut mutilationis irregularis eſt iudex etiã iuſtè procedens.diſ.vj.aliquãtos.& accuſator ac teſtis & notarius ſententiã ſcribens aut proferens,vel atteſtationes ſcribens aut legẽs dũ publicãtur,vel ſcribens aut dictans literas pro vindicta ſanguinis, aduocatus quoque contra reum vel pro reo ſi cum effectu accuſator ſubijciat̃ talioni: aſſeſſor etiã & quilibet alius officialis:vt notat in d.c.aliquantos. & per totũ.extra ne cle.vel mo.cap.ſentẽtiam.& in gl.in ſumma.diſt.lj. Si tamen effectus nõ ſequatur, nullam incurrunt irregularitatem etiam epiſcopalẽ,vt dicit Veruec.vt expreſsè dicit Pan. in d.cap.ſententiam.& in c.clericis.ne cleri. vel mon.vbi facit pulchram theoricam quòd per ſolam mortem aut membrorum trũcationem quis irregularitatem incurrit:ſecus ſi alia ſanguinis vindicta ſequatur:vt in c. ſi aliquis.de homici. dicit quòd ex ſola voluntate nũquam eſt aliquis irregularis. quod etiam tenet Goſ.quod indubitanter tene,quantuncunque quis mortem attentauerit:nec Veruec.dictũ aliquo iure cauetur.gl. quoque in cap.periculoſè.de pœni.diſtinct.j.dicens talem irregularẽ,intelligitur ſecundum Panormitanũ de irregularitate conſequente peccatum,non de indiſpenſabili. ¶ Secũdum.Item ſunt irregulares omnes de familia rectoris aſſociantes pro defenſione malefactorem ad mortem equeſtres vel pedeſtres,& trahẽtes malefactorem ad chordã ſi inde fatetur,& occiditur:excepto tamen inquiſitionis negotio.Similiter qui acuit vel defert ſecurim,vel aliud occiſionis inſtrumentum:vel portat ſcalas vel funes pro aliquo ſuſpendendo:quia horum quilibet dat cauſam propinquam morti vel in ea cooperatur.d.c.ſi quis viduã.diſt.lj.Secus de faciente gladium vel funes ad omnẽ vſum,nõ ad mortem,ſed caſu inde ſequitur.xxiij.q.v.de occidẽdis. ¶ Tertium.Similiter eſt irregularis,qui aliquid facit vel dicit vt omnino moriturus citius moriatur,ſi hoc eſt certũ:puta voluit infirmũ, vt citius moriatur:dicit decapitando vt caput ponat ad cipũ:& hoc citius ponit:vel dicit ſatelliti vt ſecurim aptet ne pluries feriat, & fit,& huiuſmodi.arg.d.ca.ſi quis viduam.Et generaliter omnis homicida & mutilator volũtaruis, etiam ſi occiſus vel mutilatus ſit paganus.diſt.50.clericũ.excepto eo qui hęc ob defenſionem ſuæ perſonæ facit,cùm aliter euadere non poſſit:& furioſo infante ac dormiente,qui non ſunt irregulares, vt in cle.vnica.eodem titu.Et quod dictum eſt de infante. Petrus de Anchar.dicit verum etiam de maiori ſeptennio,ſi nõ ſit doli capax.Quod etiam dictum eſt non eſſe irregularem eum qui occidit ſe defendens:Sanct.Tho.ij.ij.quæſtion.lxiiij. dicit eſſe falſum:quia tunc non emanauerat dicta clem.Excipitur etiam ab irregularitate is,qui eſt homicida permiſsione, ſcilicet non obuiando cùm poſsit:etiam ſi de homicidio delectetur,ſecundum Archid.ſicut etiam non eſt irregularis medicus permittens infirmum mori, nolens illi mederi:& diues dimittens pauperem fame perire.xv.quæſtio.j.c.ſi quis non iratus. infrà §. v.particula. v. ¶ Quartum.Omnis etiam

homicida à caſu irregularis eſt in caſu, in quo illi imputatur
homicidium, ſecundũ doc. ſi culpa ſit grauis, aut ſaltem leuis
4 iuxta dicta ſupra in prin. tit. prioris. aliàs non. ¶ Tertiò † quæ-
ritur, vtrum omnis mutilator & debilitator membrorũ, ſeu
mutilatus & debilitatus ſit irregularis? Et dico multa. ¶ Pri-
mum loquendo quantũ ad mutilantes. Nulli ſeipſum muti-
lare licitum eſt: vt ſuprà. Homicidiũ j. §. j. particula j. dictũ eſt:
& qui ſe mutilat ex impatiẽtia vel credens ſe Deo præſtare
obſequium, puta vt caſtè viuat: nihilo minus à promotione re
pellitur, & deijcitur ꝓmotus. de corpo. viti. ſignificauit. quia
talis homicida ſui iudicatur. diſt. lv. ſi quis occiderit. & di. xxx-
iij. maritum. Si verò quis ſe vel alium mutilet, quia membrũ
eſt corporis corruptiuum: non peccat, ſecundũ Sanct. Tho. ij.
ij. q. lxiij. nec eſt irregularis, niſi ex mutilatiõe inducatur de-
formitas vel impotentia ad ordinis executionem: vt in Sum-
ma Confeſ. lib. ij. tit. j. q. xliij. ¶ Secundum. Mutilatio membri
extra caſum infirmitatis quo ad peccatum mortale, irregu-
laritatem, & diſpenſationem parificatur homicidio, ſecũdum
notabilem gloſ. in cle. vnica. eod. tit. & facit c. aliquantos. diſt.
lj. cum multis alijs ibidẽ. & c. clericis. ne cleri. vel mona. & c.
in archiepiſcopatu. de rap. & ca. is qui. de homi. lib. vj. Non ta-
men quælibet mutilatio irregularitatem inducit, ſecundum
Car. poſt Laud. in d. cle. vnica. ſed ſolũ cùm mutilatᷣ aliquod
de principalibus membris. & ſecundum Panor. in cap. j. qui
cle. vel vo. ſola effuſio ſanguinis non inducit irregularitatem.
vide infrà, particula iiij. Ex his autem patet quòd de mutilato-
re diſtinguendum eſt vt de homicida quãtum ad irregulari-
tatem, vtrum ſcilicet mutilauerit ſpontè vel à caſu. & ſi à ca-
ſu, vtrum dando operam rei licitę vel illicitæ: & ſi licitę, vtrũ
adhibita diligentia vel ne. ¶ Tertium. Si membrum nõ mu-
tilatur, ſed debilitatur: non inducitur irregularitas, ſecundum
Panor. in cap. de diacono. qui cleri. vel vo. & idem dicit in cap.
clericis. ne cle. vel mona. ar. j. q. j. ſicut vrgeri. quia licet mem-
brum debilitatum ſit quaſi inutile quo ad operationẽ tamen
valet ſaltem ad decorem: & in pœnis faciẽda eſt mitior inter-
pretatio. & concor. ſecundum eum Cal. & ſimiliter Gaſpar. in
dicto cap. de diacono. Sed hoc limita primò per cle. vnicam.
eodem tit. & per. cap. qui percutit. xxiij. quæſtio. vltima. quan
do debilitatio non eſt totalis, ſed ſtat vſus eius aliqualis: vbi au
tem ex toto debilitatur, & inutile operationi penitus reddi-
tur, inducitur irregularitas, per id quod no. Cy. in authen. ſed
nouo. C. de ſer. fug. Vnde Bar. in l. ij. ff. de pub. iud. in fine, dicit
quòd mutilatio propriè eſt, quando membrum læditur, ita
quod ſuum officium exercere nõ poteſt. quod probatur in l.
idem Ophilius. in prin. ff. de ædil. edi. trũcatio verò quãdo ex
toto abſcinditur: & idem Panor. in c. cum illo. de ſen. excom.
quòd mutilatio & truncatio vt diuerſa ponuntur in d. clemẽ.
vnica. & dicitur trũcatio totalis abſciſsio ſiue diminutio mẽ-
bri: mutilatio verò quando in totum membrum nõ abſcindi
tur: ſed ex percuſsione impeditur eius officium & vtraque, in-
quit, irregularitatem inducit. Limita ſecundò ſecũdum Gul.
de Laud. in ſuo ſacramentali, ſi membrum debilitatum ſit de
principalibus, & de his quæ redderent hominem deturpa-
tum & inutilem, ſcilicet penitus pro diuinis officijs exercen-
dis. Vnde ſi quis alterius faciem ſic deturpet vt propter ſcãda
lum ſit inhabilis ad pręmiſſa, credit eum irregularẽ: licet ille
verè non ſit mutilatus: & idem ſi maculam vel aliud impedi-
mentum faceret in oculo, etiam ſine erutione. ¶ Quartum.
Truncatio digiti nõ inducit irregularitatem, ſcilicet in trun-
cante, ſed principalium membrorum, ſecundũ Car. poſt Lau.
in d. cle. vnica. alleg. c. j. de cle. pug. in duel. quod loquitur de
mẽbro, quod membrũ propriè & ſtrictè ſumẽdo eſt pars cor
poris habens officium ſeparatum & diſtinctum, ſecundũ Bar.
& Io. de Imo. in l. ij. ff. de pub. iud. in fi. ſicut manus ad palpan-
dum, & pes ad ambulandum. facit c. ſingula. di. lxxxix. tunc ſta
glo. & text. in dicto c. ſicut vrgeri. & in authẽ. prędicta, ſed no-
uo. digitus autẽ nõ eſt membrũ, ſed pars membri: vt in l. non
ſunt liberi. ff. de ſta. ho. & d. l. idem Ophilius. quod limita, niſi
digitus eſſet pollex vel index. arg. dictorũ ſuprà, particula iij.
quia horum vſus eſt in miniſtrando neceſſarius: & cõſequen-
ter horum priuatio reddit penitus inutilem. ¶ † Quintum.
5 Quantum ad mutilatos autẽ glo. ſumma. di. 50. ſic dicit: Spõ-
tè, adde & ſine cauſa, vitiati in quocunq; membro repelluntur
à promotione, & deijciuntur iã promoti: vt j. eo. pœnitentes.
ſunt enim homicidæ j. eod. ſi quis. & c. qui partem. Si autẽ ca-
ſu vitiati ſunt corpore, ſcilicet ab hoſtibus inuiti vel propter
ægritudinem, voluntarij: ſiue à ſe ſiue à medicis, non obeſt eis.
extra eodem. ſi quis à medicis. Si autem aliàs ſunt vitiati, ſcili
cet nec propria nec aliena volũtate: aut ipſi inſiſtebant operi
illicito, & repelluntur: aut licito, & ſic ſi vitiati ſunt in mini-
mis membris ſiue occultis, non repellũtur à promotione ex-
tra, eo. qui partem. & c. eunuchus. Sed ſi in magnis & manife-
ſtis, non promouentur: vt infrà, eodem. ſi euangelica. Si ergo
aliquis in principalibus membris, ſcilicet in oculo vel manu
habet enorme vitium, nõn promouetur: ſecus ſi modicum, &
quod non generet ſcandalum: vt extra, de cle. ægro. vel debi.
presbyterum. extra de corpo. viti. ca. j. & ij. hæc ibi. de quo vi-
de etiam ſuprà, Corpore vitiatus. §. j. & ij. & limita vt ſuprà.
6 ¶ Quartò † quæritur vtrum homicidæ & mutilatores qui ab
irregularitate ſuprà excepti ſunt, ſcilicet ſui defenſor, infans,
dormiens, & furioſus, & ſecundum aliquos eadem ratione e-
brius, aliquo caſu contrahãt irregularitatem? Et dico multa.
¶ Primũ. Qui potuit quidem vitare mortẽ, ſed non mutilatio-
nem, occidendo inuaſorẽ, ſecundũ Lap. irregularis efficitur:
ſed verius Car. in d. cle. vnica ſenſit ꝙ nõ: quia ibi mutilatio
& occiſio ęquiparãtur quantũ ad irregularitatẽ incurrẽdam:
& ſic debet eſſe idem quo ad illã euitandã. & hanc opinionẽ
tenet: quia in iure mutilator appellatur homicida: vt di. lv. ſi
quis abſciderit. & di. xxxiiij. maritũ. Qui tamẽ potuit euadere
mutilãdo inuaſorem, ſi occidat eſt irregularis: quia deeſt mo
deramen, niſi occideret præter intẽtionẽ adhibita diligentia.
¶ Secundò. Qui fugere quidẽ potuit, ſed fugiẽdo ſe periculo
expoſuiſſet, puta quia probabiliter dubitabat de caſu aut ve-
lociori curſu inſequẽtis qui ex fuga audacior factus facilè per
cuſsiſſet occidendo aut mutilãdo poſtpoſita fuga non eſt ir-
regularis: quia ꝑiculo tali ſe exponere nõ tenebatur cũ qua-
litas tẽporis & loci nõ patiatur plenius deliberandi cõſilium.
ff. de exerci. l. j. ¶ Tertium. Qui occidit aut mutilat, aliter qui-
dem euadere nõ potẽs: ſed ad hoc ex illicito opere deductus:
puta quia noctu deprehenſus eſt cum muliere, vel iuit ad in-
iuſtum bellum, & huiuſmodi: videtur irregularis per regulas
ſuprądictas, quia dabat operam rei illicitæ: & conſequenter
imputatur illi homicidium ſequens. Et hoc tenere videtur
Aſten. libro j. tit. xxv. quam opinionem credo veram, vbi illi-
citè impugnaretur: & conſequenter illicitè ſe defenderet: vt
quia capitur iuſtè à miniſtris iuſtitiæ ꝓ maleficio: ſed fallit
vbi impugnaretur illicitè: & conſequenter licitè ſe defende-
ret: quia iura excipientia ab irregularitate homicidij volun-
tarij ſe defendentem, de licita defenſione intelligenda ſunt:
quia vbi cunque in homicidio effectuali eſt peccatum, ibi &
irregularitas, & non econuerſo: vnde vbi eſt illicita defenſio,
ibi eſt irregularitas. ¶ Quartum. Quantum ad eum qui dor-
miens occidit, Bartolus in lege, pœnas. ff. de parric. di-
ſtinguit: quia ſi hoc ſciebat ſibi euenire, debuit prouidere
iaceret ſolus, vel nemo eſſet in camera: aliter eſt in culpa
& propter culpam tenetur: ſicut putator arboris, qui non
admonuit tranſeuntes. ff. ad legẽ Aquiliam. l. ſi putator. Si ve-
rò hoc non ſciebat ſibi euenire, parcitur illi: quia dormiens
æquiparatur furioſo: vt l. j. §. j. de acquiren. poſſeſ. furioſus au-
tem nõ tenetur: ergo & c. hæc Bar. & ſic, ſecundum eum, non
eſt irregularis. Et ſi ideo ſic in nocte ſomniauit, quia in die
ſic cogitauit: diſtinguũt quidã à ſimili: qa aut ſine culpa ſua
fuit laceſsitus: & tũc nõ tenetur. cùm ſit vitium naturæ. aliàs
ſecus. dicta l. pœna. ¶ Quintum. Ebrius ſi occidat vel mutilet
ſecundum Matth. Zen. & Card. in d. cle. eſt irregularis: quia
ſi papa voluiſſet eũ excipere, hoc expreſsiſſet. ¶ Quintò † quæ-
7 ritur, quid tradiderint iura ſpecialiter de prælatis & clericis
quantum ad contrahendam irregularitatem? Et dico multa.
¶ Primum. Epiſcopus vel alius prælatus habens iuriſdictio-
nem temporalem debet conſtituere iudicem ſecularem qui
audiat cauſas præcipuè ſanguinis, cui præcipere poteſt vt
vnicuiq; iuſtitiam faciat. & ei interroganti quid agendum in
tali caſu, qui ſcilicet meretur cauſam ſanguinis, reſpõdere po
teſt quòd peritos cõſulat. & caueat ne propter ſuam reſpon
ſionem directam vel indirectã ille intelligat quòd eum de-
beat ſanguine punire, ſecũdum Ray. quia ſi ex tali reſpõſio-
ne reus occideretur vel mutilaretur, eſſet irregularis. Poteſt
etiam talis prælatus delegare alicui etiã ſpecialiter ſuper ali
quo maleficio, puta homicidio in ſua iuriſdictione cõmiſſo,
vt inquiſita veritate iuſtitiã exequatur: & ſi ille exequatur &
occidat, non propterea ille prælatus eſt irregularis, extra ne
cle. vel mona. epiſcopus. lib. vj. ¶ Secũdum. Prælatis eccleſia-
ſticis licitum eſt, ob defenſionẽ rerum eccleſiæ vel fidei inuo
care cõtra violantes brachium ſeculare, & hortari tales, non
quidem vt occidant, mutilent aut vulnerẽt, quia hoc eſſet di
rectè ad homicidium prouocare: ſed vt eccleſiã vel patriam
liberent: & terrã ab infidelibus occupatam reducãt ad Chri-
ſtum regem. ſuper quo eccleſia magnas facit remiſsiones. &
ſi hinc inde aliqui occidantur, nõ imputatur prælato: ſed pec
caret, niſi cõtra tales ſe opponeret. xxiij. quæſt. v. de occiden-
dis ij. quæſt. viij. igitur. & cap. ſcire. & cap. omni. & cap. horta-
tu. & cap. vt pridem. Pertinet etiã ad clericos diſponere & in-
ducere alium ad bellandũ legitima bella, & intereſſe bello,
licet manu propria bellare non debeat, & iuſtè pugnantibus
ſpiritualiter ſubuenire ſuis exhortationibus & abſolutioni-
bus, ſecundum Sanct. Thom. ij. ij. q. xl. ¶ Tertium. Prælati &
alij, qui interſunt vindictæ ſanguinis, ſecundum Aſten. non
ſunt regulares, niſi ad hoc dederint conſilium, auxilium vel
fauorem, vel niſi interſint tanquã præſtantes authoritatem:
vt patet in cap. ex literis. de exceſ. pręla. vbi tamen Panor. te-
net quòd ſunt irregulares illi, qui habent iuriſdictionem ibi
exhibendo præſentiam ſuam: quia opem videntur præſtare.
diſtin. 50. ſi quis viduam. nõ autem alij prælati, licet grauiter
peccent faciẽtes contra cap. ſentẽtiam. ne cler. vel mon. Sed
dico quòd nec illi nec iſti ſunt irregulares ex hoc ipſo quòd
ſunt præſentes: ſed ſi ex preſentia faueãt nec peccant, niſi ad-
ſint ex cauſa iniuſta, puta curioſitate: ſecus ſi ex pietate aſſo-
ciando occidendum vel mutilandũ ne deſperet. ¶ Quartum.
Clericus reſpõdẽs iudici quòd pro tali crimine debetur pœ-
na mortis, ſecundum Panormitanum in dicto cap. ex literis.
poſt Hoſtien. eſt irregularis, ſi crimen imminet puniendum
de præſenti: & ex ſuo cõſilio generali vel ſpeciali ſequatᷣ ho-
micidium. diſtinct. 50. ſi quis viduã. nõ autẽ ſi ex ſua reſpon-
ſione homicidium nõ ſequatur: vt quia iudex erat diſpoſitus
omnino occidere: & iſte interrogatus fuit à quodam alio, &
huiuſmodi: ſimiliter nec quãdo crimen nõ imminet punien-
dum de præſenti, quamuis reſpõdeat quòd meretur mortem:
ſic intellige gl. in dicto cap. ex literis. ¶ Quintum. Prælati
& alij iudices non liberantes ab iniuſta morte cùm poſſunt,
aut non paſcentes fame moriturum, ſecundum Vernec. licet
peſsimè faciant, nõ ſunt irregulares: quia lex promotionis fa-
ctum requirit. xv. q. j. ſi quis no iratus. ſed tamen alijs melius
videtur quòd ſint irregulares quando eis de iniuſta occiſione
conſtat ſi effectus ſequatur. arg. de homic. Petrus. & de ſimo.
Matthæus. quia in iſto caſu non ſolùm eſt omiſsio, ſed etiam
cõmiſsio, ſicut & in dictis iuribus patet. pro quo facit qđ not.
Aſten. lib. vj. tit. xiiij. quòd tales nõ ſunt immunes à culpa ho-
micidij, allegãs c. ſicut dignum. §. illi autem. de homic. argu.
diſt. lxxxvj. facientis. & xxiij. q. iij. non inferenda. & c. qui po-
teſt. Imò licet ſolus iudex ad hoc ex præcepto teneatᷣ, xxiij. q.
v. qui malos. & q. iiij. fortè. conſilium tamen ſanum eſt, ſecun
dum Gof. & Hoſt. quòd etiã priuatus hoc faciat ſi hoc ſine
ſuo periculo poteſt, propter iura præmiſſa. ¶ Sextũ. Clericus
tradens latronẽ iudici ſeculari cũ ꝓteſtatione quòd ſangui-
nis vindictam non intendit, ſed tantùm rehabere ſua, non eſt
irregularis, ſi ille iuſtitia exigente, imò etiã contra iuſtitiam,
ſecundum gloſ. occidatur, extra eo. prælatis. lib. vj. nec obeſt
clericus ad cõuincẽdũ latronẽ ſigna dediſſet: cùm licitè eum
tradat cõuictum aut conuincendum. Sed tamen prædicta li-
mita primò ſi expreſsè proteſtetur vt ſuprà: ſecũdò ſi mortẽ
non intendebat: tertiò, ſecundum aliquos, maximè Archid. ſi
aliter habere nõ poterat. Vnde ſi ſua intẽtio erat maculata,
irregularis eſt, ſi occiſio vel mutilatio ſubſequatur. Similiter
peracta occiſione lætetur, & habeat ratum, ſecundum Hoſt.
recitat Aſten. vbi ſ. ratihabitio retro trahitᷣ, & mãdato æqui-
paratur, quæ in maleficijs generaliter attẽditur. qđ Aſten. li-
mitat ſi gaudeat de morte ꝑſonæ: ſecus ſi de punitione ma-
leficij cõpatiendo ꝑſonę. ¶ Septimũ. Si clericus ſcribat quòd
aliquis capiatur, & ex captione ſequitur mors aut mutilatio
ipſo ignorãte factum & cauſam, ſecũdum Hoſt. videtur irre-
gularis, quia ſuſpicari debuit ſic poſſe euenire: quòd non eſt
dubium ſi ſcribendo fuit in culpa vel ſine diligentia. ¶ Octa-
uum. Clerici cum alijs trahẽtes ad mãganellos, vnde aliquis
ſcitur aut probabiliter creditur occiſus: dicit Veruec. quòd
melius eſt tenere certũ, vt ſint irregulares: & hoc videtur tu-
tius etiã in bello iuſto: licet alij dicant quòd licet eis turrim
aut muros impetere machinis, & ſuffodere, licet nõ perſona-
liter pugnare: & ſi inde præter eorum intentionem eueniat
homicidium, illis non imputari. ¶ Nonum. Clericus benedi-
cens aquam feruentem, vel ferrum candens, vel pugiles, irre-
gularis eſt, ſecundũ Rayn. ſi mors ſequatur: quod Rodof. di-
cit tutius tenere. ¶ Decimum. Prælati qui ſubditos quãtum-
cunq; grauiter delinquentes incarcerãt cum tanta afflictio-
ne quòd paucis diebus moriãtur, ſunt irregulares, ſecundum
Io. de Lig. in cle. j. de pœnit. & remiſ. Vnde dicit quòd carcer
non debet eſſe nimis crudelis: nec eorũ vita tantũ attenuan-
da, quòd paucis diebus veriſimiliter moriãtur: ſed debẽt pa-
ne & aqua ſuſtentari, ſicut vult c. nouimus. de verb. ſign. & ſe-
quitur Panor. in cap. cùm nõ ab homine. de iudi. Vide etiam
§. ſequẽ. partic. iiij. ¶ † Sextò quæritur, quid iuris de occiſione 8
& mutilatione, quæ fiũt in bello? Et dico multa. ¶ Primum.
Exiſtens in bello iniuſto vbi occiditur aliquis ab aliquo,
licet ipſe non occidat, eſt irregularis ipſe, & quicunq; eſt ex
parte iniuriantium, ſi illuc iuit vt bellantibus præſtaret au-
xilium, cõſilium, vel fauorem: & multò magis vt aduerſarios
læderet, ſecundum Hoſtien. & Innocen. in cap. petitio. de ho-
micid. Secus ſi cauſa pacificandi, vel alia cauſa iuſta iuit: arg.
à contrario ſenſu in cap. quantũ. diſtinct. 50. & cap. presbyte-
rum. de homic. tamen ſecundũ Ray. Rodof. & Gul. cum præ-
dictus poterit per epiſcopum diſpenſari. ¶ Secundum. Exi-
ſtentes in bello iuſto ex parte ſe defendentiũ, ſunt omnes ir-
regulares ſi occidunt: niſi in caſu quo aliter euadere nõ poſ-

ſunt: alij verò qui nec occidunt, nec mutilant, non ſunt irregulares, licet ibi multi occidātur. Et ſi percutiāt aliquos, qui deinde occidantur ab alijs, dicit Arch. quòd ſecūdum Innoc. & Hoſt. nō ſunt irregulares, dummodo nō prouocauerint eos extra eo. ſignificaſti. el ij. & hoc ſecundum Innoc. niſi percuſſerint animo occidendi, de quo videtur caſus in d. cap. ſignificaſti. quia eſſent irregulares, etiam ſi non percuſsiſſent letaliter. Imò licet clericis alios hortari ad bellum, ſi ſit cōtra rempublicam aut eccleſiam, vel catholicā fidem: nō tamen arma ſumere: vt ſuprà Bellū. iij. §. ij. Vnde Panor. in c. vlti. & pen. de cle. ꝑcuſſo. refert & ſequitur Hoſt. tenentē quòd clericus præſtans opem oppreſsis vel obſeſsis iniuſtè: & adiuuās eos qui repellunt iniuriam proijciēdo lapides & huiuſmodi, dummodo ipſe neminē occiderit, non eſt irregularis. Sed iſta intellige quādo qꝰ certus eſt ſe nec occidiſſe nec mutilaſſe. ¶ Tertium. Secundum Rayner. omnes exiſtentes in pugna, in qua aliqui ſunt occiſi vel mutilati, ſed neſcitur à quibus: cenſentur irregulares, & qui ſunt ex parte iniuriantium, & qui ex parte iniuriam recipientium, ſi illi erant clerici: & ſi illicitè mouerūt arma. diſtinct. lj. ſi quis poſt. Sed Arch. xxiij. quæſt. vlt. cap. vlt. dicit hoc dictum Rayn. ab aliquibus intelligi quādo clerici erant in culpa: quia ſi defenderent ſe vel ſocios neceſſariò, licet aliquis à defendētibus ſit occiſus ex alia parte, reliqui, qui nec interfeciſſent, nec interfectores iuuaſſent, nō ſunt irregulares, licet habuerint occidendi voluntatem: quia lex Promotionis factū requirit. Sed melius eſt vt dictum Rayner. indiſtinctè capiatur, quando quis non ſcit ſe nō occidiſſe vel mutilaſſe: quia in dubijs debemus tenere tutiorem, de ſpon. iuuenis. & de hoc in ſimili infrà §. ſeq. partic. iij. ¶ Quartum. Clericus in bello fauorem præſtans ſuis partibus confortando quo ſecurius pugnent, aut incutiendo hoſtibus terrorem, eſt irregularis, ſecundū Innocentium, ſi bellum eſt iniuſtū, & mors inde ſequatur: ſecus ſi eſt iuſtū. Item ſecus ſi iuit ad bellum iniuſtum cauſa pacificandi vel ex alia iuſta cauſa, modò abſit dolus & lata negligētia, ſecundū eundem Innoc. & Hoſt. ſi verò iuit ad iniuſtū bellū ex iuſta cauſa, & ad ſui defenſionē cogatur occidere vel mutilare, dic vt ſuprà. §. iiij. part. iij. ¶ Quintum. Quantum ad clericū miniſtrantem arma pugnantibus, quorum nomine veniunt etiam fuſtes & lapides. ff. de verb. ſignific. l. armorum. Quidam diſtinguunt inter baliſtam, & alia, quaſi ipſa nunquā licitè concedatur in bello: quia prohibetur ars ſagittādi: extra de ſagi. artem. ſed tamen non diſtinguēdum: quia gloſſ. ibi quam ſequitur Panor. reſtringit text. quando bellum iniuſtum eſt, vt patuit ſuprà Ars. §. iij. Clericus ergo miniſtrans baliſtam, enſem, lanceam, & generaliter arma pugnantibus, eſt irregularis aliquo occiſo vel mutilato ab illis. ſi bellum ſit iniuſtum, ſecūdum omnes, etiā ſi ad defenſionē miniſtraſſet: argum. dicti cap. ad audientiam. & c. Ioannes. & cap. ſicut dignum. & c. fin. eo. tit. Si verò bellum ſit iuſtum, ſecundū Hoſt. & Inn. in c. ſentētiam. ne cler. vel mon. & Direct. lib. iij. non eſt irregularis concurrentibus duobus: primò quòd nō miniſtret vt occidant, ſed vt ſe & ſua defendant: ſecūdò quòd credat illū, cui miniſtrat, nō velle aliquē occidere, ſed & ſe & ſua defendere: ſed ſecūdum eundē Hoſt. tutius eſt dicere quòd ſit irregularis: & ſic tenet Veruec. & Arch. Vnde indiſtinctè dicendū eſt, talem eſſe irregularem in bello iuſto & iniuſto: quia nō licet clerico miniſteriū immediatum in mortē alicuius prębere. de pœn. quod in dubijs. ¶ Sextum complectens multa. Quomodo & quādo bellatores maximè clerici efficiātur irregulares. Io. Cal. in addit. ad dicta Io. And. Inno. vt recitat & ſequitur Arch. ſic diſtinguit: Clericus aut vtitur armis incōtinenti vim vi repellēdo cū moderamine inculpatæ tutelæ: & ſic occidendo vel mutilando ad ſui defenſionem, nō eſt irregularis. aut vtitur aliter: & tūc aut vtitur de licētia papæ, aut proprio motu. Si de licētia papæ, in bello iuſto vti poteſt armis offenſiuis, & ſi occidat aut mutilet, non eſt irregularis: quia dando huiuſmodi licentiam videtur abſtuliſſe ab eo incurſionem irregularitatis, quod quidā dicūt verū ſolùm quādo papa hoc exprimeret: alij verò etiam ſine expreſsione. Si verò vtitur motu proprio: aut in bello iniuſto aut iuſto. Si in bello iniuſto, planum eſt quòd nō eſt ſibi licitū, ſiue præſtet fauorem ſuīs, ſiue vt timorē incutiat aduerſarijs: & ſi ibi aliqui ſunt occiſi vel mutilati, irregularis eſt. xxiij. q. viij. cap. j. & ij. Si verò in bello iuſto, puta pro defenſione patriæ vel aliorum, poterit intereſſe cū armis defenſiuis, & poterit hortari: non tamen debet pugnare. xxiij. quæſt. viij. vt pridē. ſed cum armis offenſiuis nō debet ibi eſſe, niſi ea intentione vt defendat, nō vt pugnet. xxiij. quæſt. viij. clerici. & ſi in tali bello eſt aliquis occiſus vel mutilatus ab ipſo clerico, eſt irregularis: ſecus autem ſi ipſe neminem occiderit vel mutilauerit: licet quis ab alijs occiſus ſit aut mutilatus: ad cautelam tamē hoc caſu pœnitētia illi poteſt imponi. & ſic intelligitur extra de cleric. percu. præſentium. Si verò in tali bello clericus aliquē vulnerauit, ſed nō occidit, aut mutilauit, diſtingue: Aut talis vulneratus occiſus fuit poſtea ab alijs: & tunc ſubdiſtingue: quia aut clericus, qui vulnerauit, habuit animum occidēdi: & ſic eſt irregularis. eo. tit. ſignificaſti. Si verò nō habuit animū occidēdi: etiam ſubdiſtingue: quia ſi vulnus eius diſtingui poteſt ab alijs vulneribus, & non eſt mortale, nō eſt irregularis: vt eo. tit. ſignificaſti. Aut non poteſt diſcerni: & tunc propter dubium irregularis iudicatur: vt in eodem verſu: quòd ſi diſcerni. Res autem ſuas non videtur licitum armis defendere cum aliorum offenſione. eodem tit. ſuſcepimus. Hæc omnia Ioan. Cal. licet aliqualiter ſint breuiata. Notandū tamen primò quòd circa rerum defenſionē dictū eſt ſ. Bellum. ij. Notandum† ſecundò quòd ex hoc quòd papa dat clericis licen- 9
tiam vt interſint bello, nō videtur licere eis vti armis, niſi ad ſe defendendum, nō autē ad occidendum aggrediēdo etiam paganum, ſecundum Archidiaconum. ¶ † Septimò quæritur, 10
qui caſus adhuc vltra prædicta remaneant de irregularitate dubij? Et dico multa. ¶ Primū. Irregularis cenſetur, qui aliū letaliter percuſsit, licet ab alijs fuerit inſtinctus: & idem ſi non apparet an letaliter ſit etiam percuſſus ab alijs obijt, & non apparet ex cuius vulnere: & idem ſi percuſsit non letaliter, & animum habuit occidendi, & ex aliorum vulneribus percuſſus expirauit. Panorm. in ſumma eodem tit. ſignificaſti. el ij. Et ſimiliter eſt irregulasis ſecūdum Laur. qui vulnus alicui intulit non letale: & ille propter imperitiam medici vel defectum cuſtodiæ moritur: extra eo. Petrus. Et ſimiliter ſecundum eum, ſi vulnerato ad mortem ex nouo ictu mortem quis accelerat. ¶ Secundum. Si clericus aſportantem res eccleſiæ percuſſerit nō letaliter: apparet tamen quòd ille ex percuſsione illa fugere non potuit. vnde occiſus fuit à parochianis: ſecundum Hoſtien. tenetur, quia prę́ſtitit cauſam homicidio. ad hoc eod. tit. de cetero. & ita cōmuniter tranſeunt Doctor. in d. c. ſignificaſti. ſed Pan. dubitat: qa clericus dabat operam rei licitæ, ſcilicet ꝑcuſsioni nō letali pro defenſione rerum. & ſoluit quòd tenetur quo ad ceſſationē à diuinis, ſed non quo ad pœnā. & hoc ſequit̃ Sum. Roſ. & malè, quia contra ſeipſam alibi, cùm dicat quòd homicidium caſuale nō inducit irregularitatē, niſi quis teneat̃ de homicidio. Vnde dico quòd tenetur ſi veriſimiliter debuit præuidere quòd occideretur ab alijs: ſi ipſe illū à fuga impediret, aliàs nō. ¶ Tertium. Multis percutiētibus vnū & occidētibus ſi vulnera ſingulorum ad mortem nō ſufficiunt, ſed omniū ſimul omnes tenentur de occiſo, ſecundum Inno. in d. c. ſignificaſti. & facit xxiij. q. j. c. vlt. & idē ſequitur Bar. in l. ſi. ff. de ſica. ¶ Quartum. Qui clamat latrones, latrones, ſiue aliud agit. per quod potuit intelligere quod inde ſequi poterat homicidiū, ſecundū Inno. irregularis eſt, ſi ſequatur effectus, niſi faceret propter timorem ſuæ perſonę. & idem Hoſt. addens quòd ſecus eſſet, ſi pro rebus ſolis clamaret. ¶ Quintū. Qui ducentibus latronem cōſuluit vt claudant os, irregularis eſt, ſecundū Veruec. ſi mors ſequatur: quia dedit conſiliū. quod verum eſt, ſi aliàs mors fuiſſet impedita, non aliter. ¶ Sextum. Interrogatus ab aliquo vel aliquibus an talem viderit indicans: vel ſi non poteſt ire niſi per duas vias, dicens, per iſtam non iuit: irregularis eſt, ſi illi inſequentes occidunt: & ipſe debuit ſcire quòd quærebatur ad mortem: ſecus ſi probabiliter credidit eū propter aliam cauſam quæri: ſecundū Rod. & Gul. Dur. ¶ Septimum. Clericus cū ſocio latronem ſe inuadentem capiens & ligās irregularis eſt, ſi deinde clerico inſcio occiditur à ſocio ne fugiat: ſecundū gl. in c. ſuſcepimus. de homi. quia fines licitæ defenſiōis exceſsit. ¶ Octauū. Vadens ſpatiatū ſuper equo, qui ex petulantia fractis habenis puerum occidit, nō eſt irregularis: quia nec voluntariè occidit: nec à caſu dando operā illicitæ rei. arg. c. dilectus. de homi. vbi tamen dicit Ber. quòd eſt irregularis ſi frænum de facili frangi potuit. arg. c. ſignificaſti. el j. eo. tit. vel ſi propter eius imperitiā vel impotentiam equus laſciuit: Inſti. ad l. Aquil. §. impetu quoq;. vel ſi quæ debuit prævidere vel facere, & non præuidit nec fecit. d. §. impetu quo<sub></sub>q;. ¶ Nonum. Princeps ſtatuens legem, cuius authoritate homines occiduntur, nō eſt irregularis: quia incertā perſonam non animaduertit: vt no. Arch. xxiij. q. v. officia. ¶ Decimum. Zelo fidei ad cremandū hæreticos ligna portantes, irregulares ſunt: & à ſolo papa diſpenſandi, ſecundū Veruec. ſi materia illa ad mortem cooperata eſt. Si verò nihil cooperata eſt, puta quia iam erant mortui antequā fuerit accenſa, nō ſunt irregulares, vel ſaltem epiſcopus poteſt cùm eis diſpenſare. Si verò dubitatur: ſic miniſtrare non debent ſine papæ diſpenſatione: nec promoueri. diſt. 50. hi qui. de homi. ad audientiā. de temp. ord. ad aures. ¶ Vndecimū. Qui intendebat aliquem occidere, ſed eum occiſum inueniens amputat illi caput, ſecundum Arch. xv. q. j. ſi quis. quanuis poſsit irregularis videri: quia lex promotionis factū requirit: vt d. c. ſi quis. & propter intentionem cum opera ſubſecuram. de bigam. ſuper. quod etiam tenet Io. in glo. de pœ. diſt. j. periculosè. tñ ſecundum cōmuniter docto. non eſt irregularis: quia homo mortuus non eſt homo. ¶ Duodecimum. Secundum Lau. vt allegat Zab. in cle. vnica de homi. qui homines tradūt in carcerem ita arctū & aſperū quòd incarcerati nō viuunt vltra ſex vel octo menſes, ſunt homicidæ & irregulares: qa hæc pœna eſt magis afflictiua q̃ ſi ponerentur in patibulo, quod eſt contra prælatos detrudentes clericos in gabiam: vbi veriſimile eſt eos intra paucos dies morituros. ¶ Octauò† quærit̃, quo- 11
modo cum irregularibus ex homicidio diſpenſetur? Et dico multa. ¶ Primum. Hæc irregularitas quomodocunq; & quādocunq; ante baptiſmum cōtrahatur, deletur per baptiſmū. diſt. l. ſi quis poſt baptiſmum, ſecundum Inn. Goſ. & Gul. ſed poſt baptiſmū diſpenſatur ea in eo modo quo dicetur. & idē de mutilatione, ſecundum Arch. Poteſt tamen epiſcopus diſpenſare cū eo qui ſe abſcidit, putans obſequium ſe prę́ſtare Deo: vt in ordine prius ſuſcepto abſq; altaris miniſterio, id eſt, non vt miniſtret ad altare, ſed in alijs: vt in capite, ſignificauit. de corpo. vitia. & ibi gloſſa. ¶ Secundum. Licet gloſſ. in c. ſicut dignum. eo. tit. ſentiat quòd cum homicida voluntario papa diſpenſare non poſsit, vt imponit illi Sum. Ang. poſt Panor. tamen communiter doct. tenent quòd poteſt, ſed non eo inferior: imò dicit Pan. in cap. ego. de iureiur. quòd clerici de licentia papæ poſſunt vti armis etiam offenſiuis: quia hoc eſt prohibitum ſolùm iure poſitiuo. Iura autem quæ videntur in contrarium, ſecundum Pan. in d. c. ſicut dignum. referenda ſunt ad difficultatem diſpenſationis non ad impoſsibilitatem. & idem dici poteſt de illa gloſ. quæ dicit quòd papa nunquam diſpenſat. ¶ Tertium. Cum tali nunquam diſpenſatur in ordine vel officio ſacerdotij. diſt. 50. miror. & etiam ſi ſit occultus, miniſtrare in ordine ſuo nō poteſt. de temp. or. c. vlt. poterit tamen cum tali diſpenſari in beneficio. de cler. pu. in duel. c. ij. ¶ Quartum. Si homicida voluntarius ſit omnino occultus, & egit pœnitentiam, non indiget diſpenſatione ſecundū Vin. quia eccleſiæ non eſt obnoxius, cùm peccatū ſit occultū. xxij. q. v. Chriſtiana. nec Deo, quia illi per pœnitentiā ſatisfecit. vnde ſine diſpenſatione celebrare poteſt, & ordinibus vti. quod Lau. & Io. verū dicunt de diſpenſatione papali: modò interueniat epiſcopalis: ſed Pan. in c. ex literarū. de tēp. ordi. dicit quòd non indiget diſpenſatione, prout occultū diſtinguitur contra probabile ſi reſpiciamus legem promotionis publicam: ſecus ſi reſpiciamus ad legem cōſcientiæ informatā lege poſitiua. quod de diſpenſatione epiſcopali non de papali intellige, ſecundū Sum. Ang. contra Roſ. vt ſ. Diſpenſatio. §. vij. Et ad d. c. vltimum quod videtur contrarium, dico quòd loquitur de diſpenſatione epiſcopi quæ eſt neceſſaria: vt tenet Lau. & Io. & ſequitur Archi. diſt. 50. de his. & tenere videtur etiam Pan. ne quis in propria cauſa ſe iudicem conſtituat, exiſtimando occultū quod fortè non eſt occultū. Sed tu dic quòd iſte eſt obnoxius eccleſiæ propter infidelitatem & indecentiam relictam ex ſanguinis voluntaria effuſione, non quia eccleſia iudicet de occultis peccatoribus, ſed quia occultos peccatores poteſt inhabilitare ad matrimonium vel ordines & huiuſmodi: ideò dico quòd homicida occultiſsimus promoueri non poteſt: de temp. or. c. ſi. & in c. inquiſitionis. de accuſa. gl. & cōmuniter doct. in c. ex tenore. de tempo. or. & ſolus papa poteſt cum eo diſpenſare. di. 50. miror. de re iud. ca. j. ad ſi. ¶ Quintum. Quantū ad homicidam caſualem exiſtentem in culpa, ſecundum Pan. in c. continebatur. eo. tit. epiſcopus diſpenſare poteſt iure ſuo in minoribus ſolùm, vt in c. ad audientiam. eo. tit. archiepiſcopus verò non iure ſuo, ſed vt commiſſarius papæ in ſubdiaconatu tantùm: in diaconatu verò vel presbyteratu ſolus papa diſpenſat: vt in d. c. cōtinebatur. ¶ Sextum. Epiſcopus ſecundū Hoſt. diſpenſare poteſt cum homicida circa beneficium ſimplex: non autem circa curatum, ſed papa ſolus. ar. c. ſi. de fil. presby. no. Pan. in capite ſi. de cle. pu. in duel. ¶ Nonò† quæritur, vtrum præter ir- 12
regularitatē ſint aliæ pœnæ homicidij? Et dico multa. ¶ Primum. Iure ciuili, quod gladio materiali vtitur, homicida punitur pœna mortis ſeu capitis: ſed ſi ſit patricida, vt filius occidens patrem, & econtra, non punitur decapitatione, vt alij: ſed ſecundum Pan. in c. j. de his qui fil. propr. oc. & Hoſt. conuictus vel confeſſus in iudicio virgis ſanguineis cæſus in ſacco de corio cum cane, ſimia, vipera, & gallo gallinaceo, miſſus in mare vel fluuium iactatur: vel ſi mare aut fluuius diſtent, in inſulam deportatus traditur beſtijs deuorandus. C. de his qui pa. vel fil. prop. oc. l. j. ¶ Secundū. Iure verò canonico quantū ad forū contentioſum clericus in homicidio, ſcilicet voluntario deponitur & ſine alia incorrigibilitate traditur curię ſeculari, iuxta dicta ſ. Degradatio. §. ij. Si verò ſit caſuale ſine culpa, nulla imponitur pœna neceſſariò: ſi verò ſit cum culpa graui, imponitur pœna quinque vel ſeptem annorum, ſecundum Hoſt. & glo. extra de his qui ſi. oc. c. j. ij. & iij. arg. diſtin. 50. ſi qua. & de pœn. & re. quæſitum. Si autem ſit cum culpa leui, pœnitentia trium annorum iniungenda eſt,

da eſt,de his qui fil.occi.de infantibus.In foro verò pœnitentiæ omnis pœna eſt arbitraria etiam pro patricidio ſecundum Ray.licet dicat talem inducendum & non cogendum ad ingreſſum monaſterij.Et in omnibus prædictis iniungenda eſt occulta,ſi culpa occulta eſt:& manifeſta,ſi manifeſta.

## De Homine.

1 *Homo ex anima & corpore cõſtat,quorũ altero deficiente,homo ſubſiſtere nequit.Et an liber homo pignori,vel in deficientiũ rerũ ſubſidiũ dari poßit? Et quando eius venditio permittatur?*

2 *Homo liber, an obſidatui dari poßit?*

1 HOMO †ex anima & corpore conſtituitur: quorũ altero deficiente nõ eſt homo.de hære.cùm epiſcopus. & in c. quadã.de cele.miſ.& in c.ſicut.de homi.¶ Primò verò quæritur,vtrũ homo liber dari poſsit in pignus & in rerũ aliarum deficientiũ ſubſidia? Et dico ꝙ non.facit c.lator. de pig.imò recipiens illũ in pignus,debitũ perdit:& tãtundem de ſuo dare tenetur detento vel parentibus eius:vt no.gl.in c.ex reſcripto.de iureiu.& C.de act.& ob.auth. omnino. vbi dicitur ꝙ quadruplũ reſtituat.Vnde dicit Bart.in l.ij.C.de patri.qui filios diſtr.ꝙ illa lex ſecũda ortũ habuit à legibus antiquis,ſecundum quas pater poterat filios occidere.l.in ſuis.in fi.ff.de libe.& poſth.quæ hodie correcta eſt.Et ideo ſolùm permittit̃ venditio cauſa paupertatis vel egeſtatis victus,q̃a filius ſic vẽditus põt ſe redimere,ipſo vel alio pretiũ offerente:vt in d.l.
2 ij.¶ Scđò † quæritur,vtrũ liber homo dari poſsit in obſidẽ? Et dico ꝙ non de iure,niſi per papã & Imperatorem:vt in l.obſides.ff.de teſta.& l.diuus.ff.de iure fiſci per eũ qui ſuperiorẽ non recognoſcit:vt no.Bar.in l.famã.ff.de pub.iudi.& in l.hoſtes.ff.de cap.in l.j.§.de qua.ff.de poſtul. De cõſuetudine tñ vſurpatũ eſt contrariũ,ſcđm gl.in l.ij.C.de patri.qui fi.diſtr.& ſic de facto ſeruat̃:vt etiã ciuitas ſuperiorẽ recognoſcens det obſides,& alij ſimiles:& habet cõſuetudo talis vim legis.l.de quibus.ff.de legi. Imò videt̃ licere de iure cõmuni dare obſides pro pace ſeruanda,ſecundũ gl.in c.vt pridem.xxiij.q.viij.ſed non pro pecunia:vt in d.c.ex reſcripto.de iureiu.& in d.l.j.quia liber homo non poteſt obligari pro pignore, nec poteſt haberi in eo ius pignoris, ſed tantùm ius retentionis.

## De Honeſtate.

1 *Honeſtas quot modis dicatur?*

2 *Debitum, quod ad iuſtitiam pertinere dicitur, quotuplex ſit?*

3 *Honeſtas in omnibúſne negotijs requiratur?*

4 *Honeſtum modum ſeruandum eſſe, non autem cuiuſque immoderatam luxuriam ſequendam.*

1 HONESTAS †ſecũdum mentem S. Tho.ij.ij.q.cxlv.dupliciter ſumitur. Primò generaliter,vt ſit idẽ quod virtus:quia honeſtum dicitur quaſi honoris ſtatus,ſecundum Iſi.in lib.Etym.Vnde honeſtum eſt,quod eſt honore dignum & conſequenter dicit excellentiam,quæ maximè eſt ſecundum virtutem.Et præterea honeſtas, ſecundum Auguſtinum,eſt intelligibilis pulchritudo: & conſequenter honeſtũ videtur opponi turpi,quod maximè conuenit vitio,cui virtus opponitur.Vnde & Tullius in j.de Offic.honeſtatem diuidit in quatuor virtutes principales.Secundò ſumitur ſpecialiter, vt ſit virtus ſiue decor ſpiritualis circa materiam temperantiæ,id eſt,cibos & venerea, in quibus eſt maximè turpitudo. Vnde honeſtas à Macro ponitur pars temperãtiæ,cui etiam illam attribuit Ambroſius.Tertiò vt colligitur ab eodem quarto,diſt.v.qu.eſt.ij.ar.ij.q.prima.primum.& j.ij.quæſt.xcix. art.v.
2 vbi † dicit quòd debitum,quod ſcilicet ad iuſtitiam pertinet,eſt duplex,ſcilicet neceſsitatis & honeſtatis:ſumitur ſpecialiter vt ſit virtus aut decor ſpiritualis circa materiam iuſtitiæ reddens vnicuique debitum decentiæ,in quo etiam conſiſtit quædam turpitudo,cui honeſtas opponitur: ſicut aliquando eſt turpe non dare quod ex neceſsitate quis non tenetur & illud ex honeſtate & decentia datur:ſicut qui mutuum accipit aliquid hoc modo recompenſare debet,ij.ij.q.lxxviij.ar.ij.ad ſecundum.& vnuſquiſq; ex honeſtate debet aliquid recompenſare illi,qui gratiam fecit,vt dicit Philoſophus in v.Ethi.Et his duobus modis vltimis præcipuè hic eſt de honeſtate ſermo. ¶ Quæritur † verò an in cunctis negotijs requiratur
3 honeſtas? Et dico quòd requiritur in matrimonijs.ff.de ritu.nup.l.ſemper in coniunctionibus.non ſolùm quod licet conſiderandum eſt, ſed & quod honeſtum ſit. Et in iuramento.xxij.q.v.de forma.vbi dicitur quòd qui domino ſuo fidelitatem iurat,iſta ſex ſemper in memoria debet habere,Incolume,tutum,honeſtum,vtile,facile,poſsibile. quorum expoſitionem ibi vide ſi vis.Et in voto.extra,eo.magnæ.& in lege.diſt.iiij.c.erit autem.Et in omni negotio,quia eſt vnum præceptum iuris,Inſti.de iuſti.& iure.§.iuris.vbi dicitur quòd iuris præcepta ſunt hæc,honeſtè viuere,&c.Vñ nec fiſco rẽ quã vendit retractare permittitur propter honeſtatem.l.vl.C.ne fiſcus rem quã ven.euinc.lib.x.Nec actio furti datur viro cõtra vxorem,nec patri cõtra filiũ vel econtrario,propter honeſtatem.ff.de fur.l.ſi quis vxori.in princ.& §.j.C.de furt.l.fin.Propterea dicit tex.in l.ex damni infecti.in princ.ff.de dam.
4 infe.quòd † honeſtus modus ſeruandus eſt, & non immoderata cuiuſq; luxuria ſequenda:& in l.filius qui.de condi.inſti.dicitur quòd quæ facta lædunt pietatem, æſtimamus verecundiam noſtram:&,vt generaliter dixerim,quæ contra bonos mores fiunt,nec nos facere poſſe credendum eſt.hæc ibi.

## De Honore & Honoratione.

1 *Honoris definitio.*

2 *Honor cui debeatur? & quotupliciter quis honorari poßit?*

3 *Honorare diuitem ob diuitias, num acceptionis perſonarũ peccatum ſit? Et ſecundum dupliciter conſiderandũ eſſe honorem?*

4 *Diuitem pauperi præferre illum amplius honorando, an in his quæ fidei ſunt,ſemper ſit peccatum? Et ibidem facilius diſpenſari in gradibus prohibitis circa excellentioris conditionis ac fortunæ perſonas.*

5 *Honor num licitè appeti poßit? Et quot in honore cõſideranda ſint.Et in hoc appetendo,quotupliciter contingat peccari? Et ſub hæc, quòd honor virtutis præmium ſit.*

6 *Honoris appetitus malus, ſiue inordinatus an ſemper mortale peccatum ſit,an nunquam, an verò aliquando?*

7 *Honor oblatus an ſit ſuſcipiendus? Et an quærenti dandus ſit?*

8 *Doctor honoris conſequendi cauſa,an mortaliter peccet?*

1 HONOR † eſt teſtimoniũ excellentiæ.quæ eſt in homine:ſed maximè ſecundũ virtutem,ſcđm S.Tho.ij.ij.q.lxiij.& eſt inter bona exteriora maximũ.ij.ij.q.ciij.vnde potentatus & diuitiæ propter honores deſiderabilia ſunt.iiij.Ethi.& vtilitati præfert̃.ar.in l.Iulianus.ff.ſi qs omiſ.cauſ.teſt.& eſt præmiũ virtutis nõ ſufficiens, ſed vt poſsibile homini,ſcđm S.Tho.ij.ij.q.ciij.ar.j.ij.& iiij.Eth.vel ix.
2 ¶ Primò † verò quærit̃,cui debeatur honor? Et dico quòd propriè debetur ſolùm virtuti.iiij.Ethi.Excellentiæ aũt bonorũ exteriorũ debetur ſcđm æſtimationem vulgi.ij.ij.q.clxxxvj.Et licet ſolus virtuoſus per ſe honoretur, tñ non virtuoſi ſine peccato honorari poſſunt:quia vt colligitur ij.ij.q.lxiij. dupliciter aliquis poteſt honorari.Primò propter virtutem propriã,vt virtuoſi:ſecundò ꝓpter virtutem alterius, ſicut principes, & prælati honorantur,etiã ſi ſint mali:quia repræſentãt & gerũt perſonã Dei virtuoſi,& cõmunitatis,cui præficiunt:& ſimiliter parentes ac domini propter participationem diuinæ conditionis:quia Deus eſt omnium pater & dominus: & ſenes,quia ſunt ſignum virtutis:& ſimiliter diuites,nõ propter diuitias, quia eſſet acceptio perſonarum:ſed quia gradum eminẽtiorem in communitate obtinent.
3 ¶ † Secũdò quæritur, vtrum honorare diuitẽ propter diuitias ſit peccatũ acceptionis pſonarum? Et diſtinguit S.Tho.in x.quoli.dicẽs quòd duplex eſt honor.Vnus ſcilicet qui debetur alicui ratione ſui ipſius propter propriam virtutẽ,ſicut commẽdatio,imitatio,& huiuſmodi:& ad hũc diuitiæ nihil faciunt:vnde & ſi alicui propter diuitias exhibeatur,erit acceptio perſonarũ. vnde apud antiquos Romanos,ſecundũ Vale.honores debiti virtuti, vt triũphi,& huiuſmodi, nulla poterant pecunia redimi.¶ Alius eſt honor,qui debetur alicui ſecundũ ſtatum,quẽ habet in Republica:ſic enim Reſpublica honoratur in perſona, propter quod Reges & Principes & huiuſmodi honorãtur, ſecũdum illud primæ Pet.iiij.regem honorificate.& ſic diuites honorare,illis duntaxat honoribus, qui ad exteriorẽ cõuictũ pertinent,licitũ eſt:quia in Republica terrena ſtatum obtinent altiorem.Sed in his quæ pertinent ad fidẽ Chriſti, peccatum eſſet diuitem pauperibus præferre:ſicut ſunt ſacramẽtorum miniſtrationes.hæc ex illo.qui intendit quòd diuites licitè honoramus propter virtutem cõmunitatis ſeu membro com-
4 munitatis,quã in eis honoramus.¶ † Tertiò quæritur,vtrum in his quæ ſunt fidei,ſit ſemper peccatum præferre diuitem pauperi magis illum honorando? Et dico quòd cauſa, propter quam in huiuſmodi vnus præfertur alteri,poteſt eſſe duplex:vna ſcilicet faciẽs aliquid ad huiuſmodi exhibitionem:vt deuotio,neceſsitas,honor Dei & diſpoſitio, & huiuſmodi:& alia quę nihil facit ad hoc,licet aliàs faciat ad honorem in genere,vt diuitiæ.Igit̃ ſi prima in diuite ſit maior vel æqualis,licitè præfertur diues:quia cæteris paribus adhuc diues habet vnam cauſam quæ facit ad honorem in genere,quã non habet pauper,vt ſunt diuitiæ:ſi verò prima ſit maior in paupere, peccatum eſſet diuitẽ præferre: quia reſpicitur ad perſonam.nõ ad cauſam.Vnde dicit Arch.quòd pręferre in prędictis diuitẽ,quia magis indiget,vel quia maior ſequitur fructus,vel quia nõ ita patienter expectat vt pauper,non pertinet ad acceptionẽ perſonarum.Hinc eſt quòd ſecundum S.Tho.facilius diſpenſatur in gradibus prohibitis circa perſonas excellentes:quia fit propter fœdus pacis firmandũ:quod magis eſt neceſſarium cõmuni vtilitati circa excellẽtes perſonas quàm circa alias.¶ † Quartò quæritur, vtrum honor poſsit licitè appeti? Et dicit Sanc.Tho.ij.ij.quæſt.cxxxj.quòd honor eſt teſtimonium excellentię,in qua duo cõſiderantur: primò quòd eam nõ habet homo à ſe:ſed eſt quoddam diuinum in eo.ſecundò quòd eã habet à Deo,vt inde alijs proſit: vnde in tantum debet homini placere teſtimonium ſuæ excellentiæ,id eſt,honor,inquantum inde paratur via vt alijs proſit.Igitur quantum ab eo ibi,& alibi colligitur,licitè appetitur honor,vt dictum eſt ſuprà Dignitas.§.j.ſi appetatur ſecundum proprias vires,& ad debitum finem.Sed tamen in hoc appetitu tripliciter cõtingit eſſe peccatum.Primò ſi appetatur de excellentia quæ non habetur:qđ eſt appetere ſupra ſuam proportionẽ aut vires:ſicut ſi malus deſideret honorem ac ſi eſſet bonus,vel præſidentiam,quæ non debetur niſi virtuoſo.Secundò,ſi appetatur de excellẽtia habita:ſed non referatur in Deũ cupiẽdo principaliter honorari Deum tanquam excellentiæ & virtutis authorẽ:ſed referat in ſe: cupiendo illam ſibi vt quoddam bonũ. Nec obſtat ſi dicatur quòd honor eſt præmium virtutis:& conſequenter abſq; vitio appetatur à virtuoſo:quia,vt dicit Sanct.Thom.honor non eſt præmiũ virtutis ex parte virtuoſi:vt ſcilicet hoc pro pręmio debeat expectare,ſed beatitudo:ſed eſt pręmiũ ex parte aliorum,qui aliud maius, quod virtuoſo retribuant,non habent:non tamen eſt ſufficiens præmium, vt dicitur quarto Ethic.Tertiò,ſi ſic appetitur vt appetitus in eo quieſcat,non referendo ad vtilitatem aliorum:hi tamen duo modi reducuntur ad vnũ:& ſic appetitus honoris eſt malus dupliciter, ſcilicet ſi non ſit proportionatus,vel ſi nõ ſit ad aliquem bonum finem,qui eſt honor Dei,& vtilitas proximi.
6 ¶ † Quintò quęritur,vtrum appetitus honoris malus ſiue inordinatus ſit peccatum mortale ſemper,aut nunquam, aut aliquando? Et dico quòd aliquando,non autem ſemper, nec nunquam, ſicut & appetitus ambitioſus.de quo vide infrà Superbia. §. vltimo.
7 ¶ † Sextò quæritur,vtrũ oblatus honor ſit ſuſcipiendus.Et dicit Sum.Ang.indiſtinctè quòd non.alleg.j.quæſt.j.non eſt.in fi.ſed ibi eſt ſermo de honore dignitatis eccleſiaſticæ circa curã animarum,quã nullus debet acceptare, niſi coactus per ſuperiores vel à Deo per voluntatẽ populorum: cùm nullus ſciat ad illã ſe eſſe dignum:aliàs autẽ ridiculum eſt quòd honorẽ liceat aliquo caſu appetere,& nõ acceptare. Vnde dico quòd acceptare licet eo modo,quo & appetere. ¶ Septimò quæritur,vtrũ quærenti ſit dandus? Et dico quòd nõ,loquẽdo de eccleſiaſtico,ſed potius auferẽdus.j.q.vj.ſicut his.dandus eſt verò fugiẽti.ibidẽ.& viij.q.j.in ſcripturis.ſecularem autẽ honorem,quia talis licitè aliquo caſu appetitur & quæritur,vt ſuprà Dignitas.§.iiij.nihil prohibet quærentibus aliquando dari.
8 ¶ † Octauò quæritur, vtrũ doctor docẽs propter honorẽ,peccet mortaliter? Et dicit Henr.de Gand.quol.j.q.xxxiiij.quòd ſic,ſi principaliter quærit honorẽ ſuũ:& ſic præfert eũ diuino:quia vtẽs aliquo principaliter, ad qđ non eſt ordinatũ, in quo Deũ cõtemnit, peccat mortaliter. ſicut autẽ patet ex Aug.primo,de Doct.Chriſtia.tota diuina ſcriptura ordinatur ad honorẽ Dei, in quo Deus cõtemnitur ſi principaliter ad alterius honorẽ ordinatur.Et hoc ſequitur Sum.Ang.limitans cùm legit aliquid principaliter ordinatũ ad honorẽ Dei,vt cùm prædicat,& huiuſmodi. ſecus in legibus,& multis ſcientijs,quæ ad pacẽ hominũ & vtilitatẽ principaliter ordinãtur.Sed ego in caſu iſto ex doctrina & mẽte S.Tho.diſtinguo:quia dupliciter aliqd præfert̃ alteri. Primò ſecundũ æſtimationẽ,ſcilicet quia plus æſtimat quis vnũ quàm aliud,vt honorẽ quàm Deũ.& hoc eſt ponere finẽ in creatura:qđ eſt mortale.Secũdò ſecundũ actualẽ cõplacentiam:& hoc nõ eſt mortale:ſicut caſta ſpõſa plus habitualiter amans Chriſtũ quàm ſpõſum,aliqñ magis cõplacet actu in amplexu ſpõſi q̃; Chriſti.& iſto modo docẽs ꝓpter cõplacentiã honoris nõ peccat mortaliter.Nec valet ratio Henr. *Summa Ang. carpitur.* q̃a maior eſt falſa:alioq̃n cãtãs epiſtolã ꝓpter inanẽ gloriã, in qua finẽ nõ ponit,peccaret mortaliter.Diſtinctio etiã ſum.Ang.nihil valet:q̃a vbi pręfert̃ honor ꝓprius diuino primo modo,eſt ſemꝑ & vbiq; mortale:cùm ponat̃ finis in creatura.

## De Horis Canonicis & Officio Diuino.

1 *Hora put ad præſens negotiũ pertinet, quid ſit, & quotuplex?*

2 *Horis dicendis quis modus, & quid pro horis dici oporteat? Et quæ ſit in his dicendis conſuetudo obſeruanda?*

3 *Horas dicere, quis ex præcepto teneatur, concluſionibus octo demonſtratur.*

4 *Clericus excommunicatus,num horas dicere teneatur?*

5 *Clerici infirmi, an ad horas teneantur?*

6 *Officium beatæ virginis matris,an ſit in præcepto? Et quid de mortuorum Officio ac Litanijs?*

7 *Aue maria cùm campanis innuitur, an quis dicere teneatur?*

8 *Obligatus ad horas,num ad antiphonas quoque & reſponſoria teneatur:an verò audire ſatis ſit?*

9 *Papa num efficere poßit,vt hi, de quibus ꝓximè,ad horas non teneãtur? Et ſub hæc horæ,qñ ac qua dicẽdæ ſint horæ.nu.ſeq.*

Amb

11 *Authoritas ſcripturæ, Creſcite & multiplicamini, an omnes liget?*

12 *Horæ vbinam, & quomodo dicendæ? & num. ſeq.*

14 *Concluſiones circa horas debitè, & contra attentionem dicendas quatuor.*

15 *Officium omittens, vel in totum, aut in partem mutantes, an mortaliter peccent?*

16 *Horas, aut aliquas ex his non dicere deliberans, an mortaliter peccet?*

17 *Officium dicere omittenti quid iniungendum, aut faciendum?*

18 *Scholaris horas dicere obligatus, & eas die vno omittens, cum propoſito tamen alia die dicendi, an mortaliter peccet?*

1 HORA†quid ſit, dictũ eſt in Roſa aur. ſcilicet dominica in lxx. ſed hora canonica eſt officium diuinũ dicendum certa hora ex inſtitutione ſanctorum canonũ: & ſunt ſeptem ſecũdum gl. in cle. j. de celeb. miſ. & cõmuniter Doct. ſcilicet matutinũ, prima, tertia, ſexta, nona, veſpere, & cõpletorium: licet Archi. in Roſa ſeparet matutinum à ſeptẽ horis: ponẽdo diei artificialis primã horã Laudes. Quarũ ratio eſt, quia ſunt inſtitutę ad laudandũ Deũ pro beneficijs, inter quę maxima ſunt beneficium creationis, quod ſeptẽ diebus expletũ eſt, Gen. j. & redemptionẽ per Chriſti paſsionẽ, quod ſeptem quodã modo his horis peractũ eſt: pro quo etiam ſpecialiter dicitur officiũ crucis: qđ qui dicit habet à Io. xxij. dietim quatuor dies indulgentiæ. De hoc etiam glo. in c. j. de celeb. miſ.

2 ¶†Primò verò quęrit̃, qđ debeat dici ꝓ horis? Et dico multa. ¶Primum. Secundũ Zab. poſt Lau. ſi ſuper hoc eſt cõſtitutio certa vel cõſuetudo laudabilis, ſeruãda eſt, diſt. xij. nouit. quia dicere hoc vel illud, non eſt in præcepto, cùm diuerſi diuerſa dicant. de cõſec. diſt. v. in die. ¶Secundum. Quãtum ad clericos autẽ ſeculares modus dicẽdi ab eccleſia Romana ſumendus eſt: vt in d. c. in die. vel metropolitana. diſt. xij. c. fin. ꝑ qđ tñ, vt idẽ Laud. dicit nõ reprobat̃ ille vſus, quo quidã cõtenti ſunt tribus pſalmis: licet hoc Romana vel metropolitana eccleſia nõ ſeruet. diſt. xij. de his. qđ de vſu antiquo alicuius eccleſiæ, nõ de eo quẽ ſibi facit priuata ꝑſona, idẽ intelligendum putat. ¶Tertiũ. In regularibus ſecundũ eundẽ Lau. attẽdenda eſt ordinatio regulæ & ſuorũ ſtatutorum. diſt. xij. placuit. ibi, neque monaſteriorum. & hoc niſi eſſent priuilegiati. ¶Quartũ. Dicitur tñ in Dire. lib. j. tit. viij. ꝙ ordinatus ad titulum ſui patrimonij dicere põt officiũ quodcunq; voluerit: quia nõ eſt obligatus ad iſtã vel illã regulã ſpecialiter: ordinatus verò vel intitulatus ad certã regulã vel eccleſiã, tenet̃ dicere officiũ ibi conſuetũ, ſcilicet de bene eſſe. diſt. xj. in his. niſi eſſet ſuper hoc priuilegiatus: vt clerici & religioſi, commenſales, domeſtici cardinaliũ & epiſcoporũ: quibus indulgetur qđ idẽ dicant officiũ, nec ad aliud teneãtur, vt in clem. dignũ. de cele. miſ. ¶Quintũ. Præbẽdatus vel beneficiatus in duabus eccleſijs debet officiũ dicere illius, in qua tenet̃ facere reſidentiã: & ſi ad nullius reſidentiã tenet̃, debet ſe conformare illi, in qua ſe reperit, niſi dicat de per ſe: quia tũc habet locum dictũ S. Tho. in quol. quòd debet dicere officiũ eius, in qua maiorẽ habet dignitatẽ, licet in alia pinguius habeat beneficiũ. qđ intellige de bene eſſe: cùm modus dicẽdi nõ ſit in præcepto ſecundũ Zab. & cõmuniter Doct. Et ſi vtraq; ſit paris dignitatis, præſens dicet officiũ illius in quo eſt, abſens dicet quodcũq; voluerit. ¶Sextũ. Monachus præfectus eccleſię ſecularis ſequitur cõſuetudinẽ eccleſię ad quam trãſit, ſecundum Hoſt. diſtinct. xij. illa. ſi tamen non eſſet tranſlatus perpetuò, ſed ad tempus, debet dicere monachale, vt videtur ſentire glo. in clem. fin. de celeb. miſ. Fratres autem prędicatores poſſunt & debẽt eſſe cõtenti officio eccleſiæ ad quam declinant ſecundum eorum conſtitutiones. ¶†Secundò quęritur, quis teneatur ad horas ex præcepto? Et dico multa. ¶Primum. Secundum S. Tho. in vj. quoli. & in iiij. diſt. xv. clericus tenetur ad horas, ſi ſit beneficiatus vel in ſacris. & idem Pan. in c. j. de celeb. miſ. & Card. in cle. j. eo. tit. & oẽs Doctor. & adde quòd tenetur tertiò qui ad hoc profeſsione aut voto ligatur. ¶Secundum. Quantum ad benficiatos hoc probat Vld. quia ideo eis dati ſunt reditus, vt vices laicorũ ſuppleant in diuino officio: vnde ad illud ex iuſtitia tenẽtur, & ex ſtatuto eccleſiæ: vt patet diſt. xcij. c. fin. vbi dicit̃ eccleſiæ deputari, ſcilicet per beneficium. & facit c. cùm ſecundum. de præb. Et intellige primò etiam ſi nõ ſint in ſacris, ſecundum Zaba. in cle. graui. de celeb. miſ. nec ſe poſſunt excuſare ratione exiguitatis beneficij, ſi inde nõ percipiãt neceſſaria: ſed imputẽt ſibi, ex quo ſe fecerunt ad illud intitulari. & idẽ Got. diſt. xcj. c. clericus victum. Intelligo ſecũdo, etiã ſi beneficium ſit de patrimonio, ſecũdum Zab. vbi ſuprà: & hoc ſi patrimonium factum eſt beneficium: aliàs nõ. Intellige etiam tertiò ſecũdum Petr. de beneficio concernente officiũ ſpirituale: quia inſtantia eſt de habẽte eccleſiaſticos reditus pro officio matriculari, qui tamen nõ eſt clericus: & de magiſtro in Theologia vel grãmatica, qui nõ venit ad chorum. ¶Tertium. Beneficiati exiſtentes in minoribus, licet ſecundum Lau. poſsint officiare, ſeu horas dicere per aliũ, præcipuè ſi ex iuſta cauſa ſunt abſentes, & per idoneum officient eccleſiam, ſecũdum Pet. & Abb. tamen contrariũ, ſcilicet quòd teneãtur ad horas tenuit Io. And. in c. presbyter. de celeb. miſ. dicit. Theologos tenere, quòd cùm iſtud ſit onus perſonale, per alios ſolui nõ poteſt. & eſt etiam de mẽte Inn. & ſequitur Pan. in c. j. de celeb. miſ. & eſt tutius. dici tamen fortè poſſet primam opinionem eſſe veram, ſi nullam vtilitatẽ pro tũc reciperẽt ex beneficio. ¶Quartum. Secundũ Inn. & Hoſt. omnis clericus beneficiatus etiam nõ exiſtẽs in ſacris, tenetur omnibus diebus horas dicere vel audire in eccleſia: niſi iuſtũ impedimentum excuſet. vnde ſi præſens ſit, & officiũ dicat in camera, debitũ nõ reddit: quia tenet̃ eccleſiã officiare, niſi ſit legitimè occupatus: & tunc dicat vbicunq; ſit equitando, ſtando, vel eundo, in vijs vel in camera: & tũc eccleſiam faciat per aliũ officiari. ſed intellige quòd tenet̃ ex honeſtate: & de bene eſſe dicere in eccleſia: vt infrà §. x. ¶Quintum. Quantũ ad clericos non beneficiatos, ſi ſunt in ſacris, non eſt dubiũ eos teneri ad horas: vt patet per dictum cap. j. & cap. dolẽtes. iunctis gloſ. & ibi not. & hoc quia ſecũdum Veruec. nullus debet conferre ordinem ſacrũ niſi beneficiato, vel habenti patrimonium loco beneficij eccleſiaſtici. de præb. cùm ſecundum & c. epiſcopus. Si verò ſunt in minoribus, Panorm. in dicto cap. dicit eſſe tutius quòd teneantur, ex quo in partem domini ſunt aſſumpti: ſed quia hoc nullo iure probatur, dico quòd nõ tenentur: licet ſecundum Petrum, teneãtur ad aliquid indeterminatum ex ipſa honeſtate iuris naturalis. ¶Sextum. Quantum ad religioſos clericos vel deputatos ad clericandum, ſi ſunt profeſsi tenentur ſecundũ omnes, extra de voto licet. & hoc ſecũdum Petr. quia ſunt pars eccleſiaſtici collegij: & iam redire nõ poſſunt ad ſeculũ; ſicut nec exiſtens in ſacris. Si verò ſunt nouitij, ſimiliter tenẽtur, ſecũdum Petrũ, etiam ſi non ſint in ſacris: quia ſuſtentãtur eleemoſynis, & gaudent priuilegio clericali: ſed quia iſta ſunt cõtra communem doctrinam, nec aliquo iure cauentur, ideo dico quòd tenentur quidem ad aliquid indeterminatum, ſed non ad horas. ¶Septimum. Quartum ad cõuerſos dicunt Petrus, Archi. & Ant. de Ancho. quòd tenentur ad modum ſibi taxatum, licet non ad horas canonicas, ſic quòd omittendo peccarent mortaliter: ſed hoc nullo iure cauetur: nec hoc præceptum reperitur, loquendo in ordine prædicatorum: quæcunque autem allegantur ab eis non probant, niſi quòd tenentur benefactoribus recompenſare: quod per alias orationes fieri poteſt, & per ſeruitium exhibitum clericis recompenſantibus. Vnde dico quòd ad ſuum officium tenentur ſolùm, vt ad gratias, & ſuffragia mortuorum. Magis autem ſunt in ſtatu periculoſo, quando circa exercitia corporalia ſunt notabiliter negligentes: quia in dicto ordine ad hoc recipiuntur: & hac ratione licet eis eleemoſynas ordinis in ſuos vſus cõuertere: quia ſeruiunt ſeruientibus populo, ſecundum S. Tho. in opuſcu. contra relig. impugnantes. ¶Octauum. Qui recipiunt aliquos prouentus præbendarum cum onere dicendi pſalterium vel aliquid ſimile: ſi ſunt merè laici, non tenentur ad horas: quia non ſunt beneficiati: ſi verò ſunt in minoribus, ſi ſunt in caſu in quo diuidatur per hoc canonicatus, de quo vide Pan. in c. maioribus. de præben. & ſuprà beneficium, tertiò. §. iiij. ſic tenentur: quia ſunt canonici & beneficiati: ſi verò non diuiditur canonicatus, non tenentur: quia non ſunt beneficiati: ſed ibi præbenda ſumitur largè ſecundum quod poteſt etiam laico competere: vel onus annexum præbendę. vide etiam de dictis in hoc §. in Roſ. aur. caſu ix.

4 ¶Tertiò†quæritur, vtrum clericus excommunicatus teneatur ad horas? Et dico quòd ſic, ſi eſt excommunicatus minori per modum, quem habes ſuprà Excommunicatio. iiij. §. tertio. particula tertia. Si verò eſt excommunicatus maiori ſecundum Hoſt. tenetur dicere, ſed non in eccleſia, vel cum alio, aut quaſi in officio ſuo: ſed ſolus, & quaſi per modum orationis, ſcilicet non dicendo, dominus vobiſcum. xj. q. iij. ſi quis epiſcopus. & capite ſeq. quia per excommunicationem non eſt liberatus à ſeruitute dicendi eas. xvj. q. j. legi. & idem Gof. & Ray. & ſecundum glo. Ray. ad hoc tenetur etiam degradatus, ſi fuit in ſacris: quia tenetur ad ea quæ ſunt oneris, & non honoris: vel ſi non eſt in ſacris, ſi & quandiu tenet beneficium. arg. d. c. legi. in prima glo. & concordant communiter doct. in hoc. Et tam degradatus quàm ſuſpenſus nõ debet officiare eccleſiã: & cùm ſolus dicit horas, aut cum alijs non officiando eccleſiã, nõ debet dicere dominus vobiſcum, vel ſimilia, quæ ad ordinis eius dignitatem pertinent. ¶Quar

5 tò†quæritur, vtrum prędicti, ſi infirmi ſint vel aliàs impediti, teneantur ad horas? Et dico multa. ¶Primũ. Clericus infirmus excuſatur ab officio, ſecundũ Inno. in d. c. j. ſi talis ſit infirmitas, in qua directè vel occaſionaliter ſibi multùm obeſſet, vel obeſſe timeretur ſi diceret. ibi tñ dicit Pan. ꝙ ſi nocumẽtum eſſe leue, vt in febre quartana, vel febricula, non excuſaretur. In hoc tamen puto ſtandũ arbitrio medici aut boni viri. ¶Secundum. Qui ex infirmitate officium dicere non poteſt, non tenetur illud audire: quia hoc nullo iure cauetur: nec illud infirmitate ceſſante reſumere, ſecũdũ Inno & Pan. in c. ex parte. de obſer. ieiu. dat exemplum: quia non valenti ieiunare in quadrageſima non iniungitur vt ieiunet alio tempore: vt in c. ij. de obſer. ieiu. & qui tenetur ꝑſtare operas certo tempore, ſi impeditur, nõ obligat̃ in alio: vt eſt text. in l. ſi non fortem §. libertus. ff. de cõdi. indeb. & ſi relinquitur mihi vſusfructus biennij futuri, & impedior, non poſſum in alio biennio petere: quia non eſt idem vſusfructus: vt in l. vſusfructus. ff. de vſufru. lega. ¶Tertium. Qui ſine culpa nõ habet librũ, & ſimiliter carens viſu, aut huiuſmodi, excuſantur ſi horas non dicunt. arg. cle. ſi. de vita & ho. cler. modò ſuppleant per pſalmos, vel pater noſter, & huiuſmodi. Sed circa iſtã ſupplectionem non oportet multùm eſſe ſcrupuloſum, quia contingit ex naturali lege potius quàm eccleſiæ pręcepto: vt recompenſetur benefactoribus: quod etiã per minimã orationem fieri poteſt: cùm præponderet omnibus theſauris, ſicut



ſpirituale temporalibus. ¶Quintò†quęritur, vtrum officium 6

beatæ virginis ſit in præcepto? Et dicit Ioan. de Lig. in cle. j. de celebra. miſ. quòd hoc iure non probatur: tamen communis conſuetudo eſt vt computetur inter horas: & hoc veriſsimum putat Panorm. quia ordo antiquus ab eccleſia traditus eſt vt publicè dicatur in eccleſia certis temporibus: quod non eſſet, ſi non eſſet in præcepto. Cardi. etiam Zaba. poſt Laud. in dicta clementina, credit quòd ex quo vno & eodem modo eccleſiæ alicuius ſeruitores conſueuerunt prædicta pro horis dicere, quilibet eorum ad hoc tenetur: argu. de cenſi. ex parte. Secus ſi aliqui dicerent etiam plures, alij verò non, ar. vj. quæſtione ſecunda. capite ſecundo. & idem dicit Dire. libr. primo, allegans Guli. Igitur ad illud tenentur qui tenentur ad horas ratione generalis conſuetudinis: quando & eo modo quo eſt in conſuetudine eccleſiæ cuius officium dicunt. ¶Sextò quæritur, quid de officio mortuorum & litanijs? Et dicit Gofr. in quoli. vij. quòd ad officium mortuorum tenentur clerici eccleſiarum collegiatarum ſecundum communem conſuetudinem eccleſiæ de qua ſunt, cuius bona percipiunt, ſiue præſentes, ſiue non: non autem ad illa quæ ſiunt de ſpeciali gratia pro aliquo, vel ad quæ aliqui ſe obligauerunt. Et idem innuit S. Tho. qui in quoli. dicit quòd in eccleſia quandoque dicitur ordinariè ſicut pertinens ad officium eius: vt in die animarum: & ſimiliter in qualibet eccleſia eſt de hoc aliqua ſpecialis conſuetudo vt dicatur ſemel in ſeptimana, vel ſic: & ad tale officium tenetur clericus beneficiatus in eccleſia, etiam in ſcholis exiſtens. hæc ille. Sed intellige dictum vtriuſque de conſuetudine, qua communiter tales ſe crediderunt hactenus obligatos: quia conſuetudo non obligat, niſi ex intentione legiſlatoris, quam communis opinio

manifeſtat: vnde†non teneor dicere Aue Maria, quando ad 7

hoc pulſatur: licet ſit cõſuetudo. Et conſequenter videtur pari ratione dicendum quòd in ordine Prædicatorum omnes tenentur ad aliud ſemel in anno & ſemel in hebdomada ad nouẽ lectiones, qñ in eccleſia eſt dicendum: tum quia ita eſt conſuetudo communis, qua etiam communiter fratres ſe credunt obligatos: tum etiam quia quiſque ad officium tenetur ſecundum eccleſię, cuius officium dicit, ordinationem: quæ in propoſito ab hoc officio nullum excipit. Ad vigilias autem quotidianas tenentur ſolùm miniſtri altaris cum hebdomadario & eo qui eſt notatus ad miſſam pro defunctis, ſecundum quod tradit rubrica: ita tamen quòd hoc onus non videtur perſonale: vnde eſt in arbitrio cantoris annotantis ad officia onerare huncvel illum: & conſequenter qui ad hoc tenentur, poſſunt illud alteri committere, qui illud pro eo dicat in choro, & ipſe immunis eſt. Quantum ad litanias autem in ordine prædicatorum, dico quòd fratres ex præcepto non tenentur: quia licet ſint in conſuetudine poſt matutinas: illa tamen non creditur communiter obligatoria ſeu præceptiua: eſt ſignum quòd ad hoc nunquam voluerunt patres ordinem obligare: qui ſi ſic voluiſſent ad præſentes per priores gradatim tanquam obligatoria deueniſſet, ſicut eſt de of

ficio beatæ virginis. ¶Septimò†quæritur, vtrum obligatus 8

ad horas, obligetur ad antiphonas & reſponſoria, vel audire ſufficiat? Et dicit Summa Roſella quod Antiphonas quilibet tenetur dicere: quia cantantur vniuerſaliter ab omnibus fratribus: ſecus autem de reſponſorijs, quæ cantantur vt plurimum à cantoribus duntaxat: ſed quia non ita ſit ſemper & apud omnes: melius dicit Petrus de Palude in quarto, diſtinctione quadrageſimaprima. quòd nullus tenetur dicere quando dicitur officium in choro illud, quod ſecundum conſuetudinem chori aliquis ſolus dicit vel aſſociatus: quia quod dicit vnus, reputatur dici ab omnibus, quando

ex aliq

ex aliqua rationabili cauſa ita eſt conſuetum. adde etiam
quia eccleſia ſic fieri ſcit & tolerat, vel potius approbat: vñ
ſtultum eſt facere ſibi cōſcientiā de nō dicendo qđ dicit can
tor incipiens vel hebdomadarius, vel qui legit lectionem aut
alius officialis. Et idem videtur extra chorum de antiphonis
9 & reſponſorijs vt cōſuetudo interpretatur. ¶ Octauò † quæri-
tur, vtrum papa facere poſsit quòd prædicti non teneantur
ad horas? Et dicit Pan. in d.c.j. quòd non, licet poſsit diſpenſa-
re in modo dicendi: puta hoc vel illud officiū. & hoc ſequitur
Sum. Ange. & Roſ. Et horum omnium fundamentū eſt: quia
hoc eſt de iure diuino, iuxta illud Pſalmi, Septies in die lau-
dem dixi tibi. Sed ſi iſta ratio eſt bona, nullum papa poſſet di
ſpenſare à matutinis vigilijs: quia etiā dicitur in pſalmo, Me-
dia nocte ſurgebam, &c. Vnde dico quòd non dicuntur eſſe
de iure diuino omnia quæ leguntur facta in ſcriptura: alio-
quin teneremur pugnare cū Golia & beſtijs, vt fecit Dauid.
ſed ſolùm ea quæ ibi fieri præcipiuntur præcepto morali, &
non iudiciali vel ceremoniali: de quo vide S. Tho. j. ij. q. ciij.
vnde melius Laud. & Io. de Li. in d. cle. prima, aliter ſenſerūt:
quod ſcilicet papa hęc poteſt, licet non poſsit facere quin cle
ricus teneatur ad recōpenſandū benefactoribus, ſi eſt bene-
ficiatus: vel ſaltem regratiādum Deo, ſi non eſt beneficiatus,
per aliquid indeterminatum & voluntarium: quia hoc eſt de
10 iure naturali. ¶ Nonò † quæritur, quando, id eſt, qua hora di-
cendæ ſunt horæ? Et dico multa. ¶ Primum. Horæ dicendæ
in eccleſiam officiando, ſcđm Arch. & communiter doct. di-
cendæ ſunt temporibus proprijs ſecundū morem patriæ, vel
propriam regulam quo ad religioſos, & hoc etiā quo ad ma-
tutinas: quas quidem dicendas putāt in media nocte, iuxta il-
lud pſalmi, Media nocte, &c. de cele. miſ. c. j. alij verò quarta
vigilia noctis, id eſt, inter tenebrarum abſeſſum & aduentum
auroræ: quia ſecundum Pap. Hug. & Iſido. illud tempus pro-
priè eſt matutinum. ſed, vt dictum eſt, conſuetudini loci vel
conſtitutionis, ſi habetur, ſtandum eſt. ¶ Secūdum. Officium
verò quod in priuato, id eſt, eccleſiam non officiādo dicitur,
dicendum etiā eſt horis debitis. dicta cle. prima. quod ſecun-
dum Paul. eſt quando hora officij reſpondet horæ diei: ſed ſi
propter occupationes horis proprijs dici non poteſt, melius
eſt pręuenire quàm tardare: quia ſecundū Hugutio. primum
prouidentia, ſecundum verò negligentia eſt. & Io. And. & In-
no. ponit exemplum ex vitis patrum de vua acerba, marcida,
& matura. Solent aūt curiales & alij occupati, mane dicere
vſq; ad veſperas excluſiuè, & ſero veſperas & completorium.
quod conſulitur de cele. miſ. capite primo. ¶ Tertium. Matu-
tinas ſero dicere propter honeſtarum occupationem neceſsi
tatem, non eſt malū, ſecundū S. Tho. in quolibet. quia melius
eſt Deo laudes debitas præueniendo reddere, & alia honeſta
officia poſtea fecere, quàm ſi per vnū aliud impediatur: ſed
ſi hoc fiat ad quietius vacandum ſomno & voluptati, non eſ-
ſet abſq; peccato. arg. c. clericus. el primo. diſt. xcj. ¶ Quartū.
Si quis prætermiſſa vna hora dicit ſequentem, ſecundū Ver-
uec. ſufficit cautè ſupplere quod omiſſum eſt, & de negligen
tia pœnitere. quod intelligo quādo ex obliuione factum eſt:
ſi autem fiat ſcienter ex rationabili cauſa, puta in adiutoriū
chori neceſſarium: nullum eſt peccatum, ſed ſufficit ſupple-
re, niſi præceſsiſſet negligentia vel mora in dicendo qđ cho-
rus dixit: quia ſecundum Pet. de Pal. ſufficit ſemel dixiſſe e-
tiam ordine poſtpoſito: quia ſcilicet ordo nō eſt in pręcepto,
niſi in præcepto eſſet dicere proprijs horis. ¶ Quintum. Ve-
ſpere ante prandium dicendæ ſunt tempore quadrageſimali:
de conſe. diſt. j. ſolent. ſed ille tex. loquitur ſecundum docto-
res de officio communi, nō de priuato. Vnde licet ipſe faciat
ſcrupulum magnum priuatim prandendi ante veſperas: ſi ta-
men quis hoc faciat ex cauſa rationabili, non eſt peccatum.
¶ Sextum. Non dicere horas proprijs horis, ſed notabiliter
ſine rationabili cauſa tardare, ſecundum Vmbertum in ex-
poſitione regulæ, videtur mortale: quod durum eſt, & nulla
ratione vel authoritate probatur: peccarent tamen mortali-
ter prælati eccleſiarum cathedralium & collegiatarum, ſi ſi-
ne rationabili cauſa hoc facerent: quia hoc præcipitur in cle.
j. de cele. miſ. vt videtur per illud verbum, ſancimus. & ſimi-
liter peccarent mortaliter beneficiati in dictis eccleſijs, &
ſubditi prælatorum regularium, ſi non dicerent quando eis
imponitur, ſecundum Sum. Ang. quod verum eſt quando per
alios non diceretur, & non aliter: quia hoc præceptum ligat
omnes, ſed non ſingulos: ſicut & illud: Creſcite † & multipli- 11
camini: ad quod ſufficit ſi generatio humana ſufficiēter per
aliquos compleatur. Ex rationabili autem cauſa præuenire
vel retardare in communi, vt quia proceſsio eſt fienda, vel
prædicatio, & huiuſmodi, non eſt peccatum, imò etiam hac
ceſſante, hora debita non debet accipi punctualiter: alioquin
non poſſet dici tertia ſtatim poſt primam, vel prima poſt ma
tutinum, vt fit in capella papæ: ſed groſſo modo, ſicut dice-
re in aurora vel quaſi, cenſetur in media nocte. Igitur in pri-
uato non videtur de ſe mortale, ſecundum Arch. & commu-
niter alios doctores quantumcunq; tardetur officium, modò
non tranſeat dies, qui quantum ad hoc terminatur in media
nocte, quia præceptum de horis dicendis nō refertur ad tem
pus. Vtrum autem matutinum dicendū ſit ante miſſam, aut
etiam prima, vide infrà Miſſa. j. §. vj. ¶ Decimò † quæritur vbi 12
dicendæ ſunt horæ? Et dico quòd in eccleſia, vt ſuprà tactum
eſt. §. j. particula iiij. & not. in glo. diſt. xcij. c. ſi. quod intelligo
quo ad clericos in ea beneficiatos propter verbum ibi poſi-
tum, eccleſiæ deputatus. & conſequenter videtur talis pecca-
re mortaliter, ſine rationabili cauſa ibi non dicens officium:
quia dicit ibi tex. quòd qui nō conuenerit, deponatur à clero.
Quod intellige primò in eccleſijs collegiatis vel regulari-
bus, vt patet ex illo verbo, conuenerit: & in dicta cle. prima.
non autem alijs: & ſecundò in eo qui ducit in conſuetudinem
non ire ad chorum: vel propter eius abſentiam eccleſia ma-
gnam iacturam patitur in celebratione officij ſine tædio:
quia non ſunt alij illud potentes competenter celebrare &
ſic, & non aliter, intelligo dictum cap. finale. Nec obſtat ca-
put, epiſcopus. de conſecra. diſtinct. iij. quod innuit ſufficere
epiſcopo ſi die dominico ad eccleſiam conueniat: quia illi
non dat licentiam abſentandi ſe: ſed non vult vt pro cauſa
alia quàm infirmitatis, & ſimili, abſit diebus feſtiuis, quod au
tem alijs diebus debeat intereſſe, facit cap. peruenit. ſeptima
quæſtione prima: & caput, epiſcopus vilem. xl. diſtinctione.
ceſſante ſcilicet impedimento & cauſa rationabili.
¶ Vndecimò † quæritur, quomodo dicendæ ſunt horæ quo
ad interiora, id eſt, intentionem, & exteriora, id eſt, actus cor-
porales? Et dico multa. ¶ Primum. In c. dolentes. de cele. miſ.
enumerantur hi, qui in illicitis actibus vigilantes tarde ſur-
gunt, & matutinum continua ſyncopa tranſcurrunt, & qui
vix quater in anno celebrant, & celebrationi intereſſe con-
temnunt: aut ſi interſunt, intendunt collocutioni laicorum,
dumque auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures
intentas non porrigunt ad diuina. & deinde ſtatim ſubditur:
Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhi-
bemus, diſtrictè præcipientes in virtute obedientiæ vt diui-
num officium nocturnum pariter & diurnum, quantum eis
dederit Deus, ſtudioſè celebrent pariter & deuotè. ¶ Secun-
dum. Hoc præceptum quidam ſic intelligunt vt ſub præce-
pto ſit dicere deuotè & ſtudioſè, vt deuotio ad intentionem, &
ſtudioſitas ad modum dicendi referatur: & ſic ſenſit S[illegible]
mentum, ſed malè: quia attētè orare in horis canonicis nō
eſt de iure diuino, vt credidit, ſed poſitiuo: quod ius poſitiuū
ad interiora non ſe extendit per ſe vt idē credit: ſed ſolùm
in quantū colligantur exterioribus, ad quæ ſe extendit, ſecū
dum mentē San. Th. & Pet. de Pal. & cōmuniter doctorū,
de quo ſuprà Excōmunicatio. vij. & ij. particala j. Vnde præ
cipiēdo exteriora præcipere poteſt interiora, ſine quibus il
la eſſe nequeūt: ſicut ꝑcipiēdo acceſſum ad miſſam, ꝑcipit
velle accedere: ꝓhibēdo verò exteriora ꝓhibet interius ad
quod ſtatim ſequitur opus, id eſt, voluntatem deliberatam.
Vnde peccat volens frangere ieiuniū, licet nō frangat: alia
autem interiora nō prohibet, licet prohibeat aliquod exte
rius habenti aliqđ interius, vt acceſſum ad curias monacho
habenti animū nocēdi. Alij verò dicūt quòd ſub præcepto
ibi cadit horas dicere: cætera verò quæ in deuotiōe cōſiſtūt
ſuadendo dicūtur. quod innuitur ibi, quantū Deus dederit.
quē ſenſum primò videtur habuiſſe Hoſt. & ſequitur eum
tanquā benigniorē Archie. & Summa Roſel. quia eccleſia
nō inijcit laqueū. xvij. q. j. de viduis. nec homines alligare de
bet oneribus importabilibus. xxvj. q. vij. alligāt. Sed iſti licet
verum dicāt quantū ad hoc quòd attentio nō eſt ſub præce
pto: nō tamen quantū ad hoc quòd ea, quæ in deuotiōe cō
ſiſtunt, ſuadentur tantùm: præcipitur verò vt dicātur horę:
quia ante hoc c. horæ erāt ſub præcepto: vt patet ex dictis:
vnde hic nihil præciperetur. Et pręterea iſte intellectus pla
nè repugnat literæ prima frōte, licet ibi apponatur, quantū
Deus dederit: quia hoc nō tollit quin homo poſsit nō diuer
tere intentionē ſciēter, cū hoc ſit in ſua facultate ex princi
pijs naturæ, quæ Deus iā dedit. & ideo dico ex mēte Sancti
Tho. & Pet de Pal. vt patebit particula ſequēti: quòd ibi prę
cipitur deuotio quantū ad actū exteriorē, vt nō dicātur ho
ræ operando manualiter opera impertinentia, aut cōfabu-
lando. aut notabiliter ſyncopizando, & faciēdo huiuſmodi,
quæ hic reprehendūtur: & ſimiliter quantū ad actū interio
rem: ſine quo iſte exterior haberi nō pōt, cuiuſmodi eſt vel
le ſatisfacere præcepto eccleſiæ, & pſallēdo velle abſtinere
à prædictis: nō autē attētio, ſine qua prædicta eſſe poſſunt.
¶ Tertiū. Secundū Pet. de Pal. in iiij. diſt. xv. attētio ad offi-
ciū. ſicut & ad quodlibet opus bonū, dupliciter poteſt requi
ri. Primò, vt officiū ab intentiōe procedat: & ſic attentio ad
officium requiritur nō ſolùm ꝓpter meritū, ſed etiā ad eui
tandū peccatū, id eſt, trāſgreſsionē præcepti: quia præceptū
datur hominibus: ideoque oportet quòd nō procedat opus
ex illa imaginatiōe, quę cōmunis eſt nobis & brutis: ſed ex
deliberatione, quæ attentionē requirit. ſecūdò vt officium
ipſa attentio comitetur actualiter: & hoc nec in officio nec
in alijs orationibus vel bonis operibus requiritur: qa huma
næ fragilitati eſt impoſsibile: requiritur tamē quòd mēs ab
officio ſcienter nō diſtrahatur: quia hoc eſſe nō poteſt ſine
peccato mortali aut veniali: licet euagatio propter intētio
nē & ꝓpter pręcedentē occupationē licitā nō ſit peccatum.
Euagatio autē aduertenter ſecundū actū interiorē ſolùm
licet ſit temeraria & grauis fortè, nō tamē eſt mortale, niſi
propter contemptū, quia eccleſia nō habet iudicare de acti
bus interioribus merè. Si verò ſit ex hoc quòd aliquis ſcien
ter ſe occupat in actu exteriori, qui nō ſecū patitur attētio-
nem, ſic videtur eſſe mortale peccatū, & directè cōtra præ
ceptū d.c. dolentes. vbi præcipitur vt ſtudioſè pariter & de-
uotè dicatur. quod nō obſeruant q ſe occupātes in actu ex
teriori ſcienter ſibi attētionē ſubtrahūt. ¶ Quartū. San. Th.
[illegible] prędictū intellectū Pet. de Pal. dedit in eadē diſ. per
hæc verba: Quādo quis mentē ex ꝓpoſito diſtrahit ad alia
[illegible]rando, ſine culpa nō eſt, pręcipuè ſi in alijs ſpōte ſe oc-
cupat quæ mentē diſtrahūt: ſicut ſunt exteriora opera: & ſi
mens ad cōtrariū euagetur, erit culpa mortalis: ſi autē ſine
hoc qđ percipiamus mens ad alia euagetur: vel culpa caret,
vel minima erit, niſi pręcedens cogitatio, ex qua contingit
euagatio, talis eſſe dicat͛ in culpa. hæc ille. quę intellige & li
mita quo ad orationē, quæ eſt in ꝑcepto. Ibi etiā dicit quòd
attentionē oportet in oratione remanere, non per eſſen-
tiam actus: nec ſufficit quòd in habitu ſolùm, ſed ſcđm vir
tutē, quæ eſt quid medium: quod tunc videtur quando quis
accedit ad orationem cū intentiōe aliquid impetrandi, vel
Deo debitum obſequiū reddendi, etiam ſi in proſecutione
mēs ad alia rapiatur: niſi tāta ſit euagatio quòd omnino de
pereat vis primę intētionis: ideoq; oportet quòd ſæpius ho
mo cor reuocet ad ſeipſum. ¶ † Quintū. Ex prædictis mul- 14
tæ eliciūtur cōcluſiones, quas etiā habes in Aur. roſ. vbi ſu-
prà. ¶ Prima. Quantū ad intētionē vel attentionē, quilibet
ad officiū obligatus tenet͛ in principio officij habere inten
tionē ſatisfaciendi: ita quòd officiū ab intellectu, & non ab
imaginatiua ꝓficiſcatur, ſcđm Pet. de Pa. qđ intellige actu
vel habitu ſeu virtute. ¶ Secūda. Intra officiū verò tenetur
ſic ad ſe redire, ſi fuerit mēte vagatus, quòd nō pereat tota
liter dicta prima intētio, ſecundū San. Th. id eſt frequēter:
quæ tamē frequētia ſub certa regula cōprehēdi nō poteſt.
¶ Tertia. Non tenetur autē quouis præcepto eſſe attentus:
ſed ſine culpa mortali poteſt euagari etiā à propoſito: dum
modo ſciat quid faciat: ſic ſcilicet quòd ſtet prima intentio
ſeu virtus eius. ¶ Quarta. Mortale eſt tali dicēdo officiū ſe
occupare in exterioribus. quod limita primò per longū ſpa
tiū. Secūdò, quādo nō cōpatiuntur attentionē ad officium.
quod intelligo ſecus ab his quæ ad officium ſpectant: vt vol
uere chartas, parare libros, & huiuſmodi. ¶ † Duodecimò 15
quæritur, quid iuris de his, qui officiū aut omittunt, aut mu
tant ex toto vel in parte? Et dico multa. ¶ Primum. Qui ad
libitum ſuum mutat officium conſuetum, ſecundum Sum.
Ang. peccat mortaliter, ſi ſit clericus præbēdatus & religio
ſus: nō autem ſi ſit ordinatus ad ſuum patrimoniū. Sed me-
lius dico ſecundū Zab. poſt Lau. in cle. j. de celeb. miſ. quòd
dicere hoc officiū vel illud nō eſt in præcepto: cùm diuerſi
diuerſa dicāt. de cōſe. diſt. j. in die. imò dicit Archi. illud præ
ceptum nō eſſe determinatum circa modum: innuēs quòd
nō eſt mortale dimiſſa vna hona dicere aliquid æquiualēs.
Vnde ſi hoc fiat ex cauſa rationabili, vt iuſto impedimēto,
vel huiuſmodi, non eſt peccatū: ſi verò fiat ex inaduertētia,
vt quia dixit quis officiū de aliquo ſancto, cū de feria dicere
debuiſſet: & nūc replicare faſtidit: vel ex maiori cōmodita
te: vt quia hoc officium mente tenet, non aliud, eſt veniale
vel nullum. Si verò fiat in fraudē: vt dicatur officiū breuius,
ſecundum Archi. nō eſt abſque graui peccato: non tamē in-
telligas quòd ſit mortale: quia determinatū officium nō eſt
in præcepto. ¶ Secundū. Qui dicendo officium cum alijs in
choro ex aliqua neceſsitate: vt puta quia oportuit illum ali
cui reſpondere, vel quærere librū, vel huiuſmodi, intermi-
ſit pſalmum vel orationem, ſecundum Innocentium in d.c.
dolentes. nō tenetur illud reaſſumere: licet ſit cautius vt re
aſſumat, modò nō ſubtrahat vocē à choro: imò ſecundum
Archi. nec etiā ſi ex negligētia omiſit, debet reſumere, præ
cipuè cùm ſunt pauci: vel ipſe reſumēdo perturbaret alios:
ſed pœniteat: & expleto officio ſuppleat omiſſum, ſi eſt qđ
notabile: vel ſi eſt quid minimū, aliquid loco eius. Et idem
ſi in aliqua parte dormiuit. ¶ Tertium. Dicens officiū ſi re-
colat ſe ex obliuione prætermiſiſſe vnam horam, aliā, vel
pſalmum, aut lectionē, vel aliquid ſimile de hora quam di
cit, quantum colligitur ex Innocen. vbi ſuprà, & tenet Lau.

non tenetur intermiſſa hora quam dicit, totum reiterare: ſicut dum in tertio nocturno exiſtens aduertit ſe hymnum aut pſalmum primi nocturni omiſiſſe: non oportet quòd reincipiat: aut ſi tertiam dicens aduertat ſe primam dimiſiſſe, non oportet vt dicat primò primam, iterum tertiam: ſed doleat de negligentia: & poſt officiũ ſuppleat. Sed intelligo ꝙ debeat & teneatur ſupplere horã, vel aliquod notabile omiſſum, ſi recordatur intra tempus, in quo dicere tenetur nõ dicta, id eſt, eadem die: aliter ſufficit pœnitere & ſatisfacere arbitrio confeſſoris: vt in §.ſeq. ¶ Quartũ. Secundũ Pet. de Pal. vbi ſ. qui notabiliter malè dixit officiũ, ſi vult euadere mortale, debet redicere totũ: ſi autem modicũ dimiſit, puta dictionem, aut verſum, vel pſalmũ: tenetur illud repetere poſt officium, vel aliquid loco eius dicere, ſi vult euadere veniale. ¶ Quintum. Secundũ Richardũ Anglicũ in quolibet. obligatus ad horas, & nõ dicens ex faſtidio vel cõtemptu diuini cultus, vel ex cõſuetudine, mortaliter peccat: ſed hoc de omittẽte ex negligentia dicere nõ audet. & hoc Sum. Ang. videtur tenere contra Arch. & Pet. de Palu. volentem ꝙ ſit mortale ex negligẽtia omittere etiã ſolas Laudes. Vñ ſcd̃m Henri. de Gan. in quolibet. etiã iſte peccat mortaliter, niſi infirmitate vel alia rationabili cauſa ſit impeditus: & idem Veruec. & hoc eſt indubitandũ propter præceptũ c. dolentes. ¶ Sextũ. Qui omittit ex negligentia ſeptẽ horas vnius diei, ſecundũ Veruec. committit ſolùm vnum mortale peccatum: quia totum officium vnius diei eſt vnum totũ integrale cadens ſub vno præcepto, licet peccatum tantò ſit grauius, quantò plures partes omittuntur. & hoc ſequitur Summa Roſel. & ſupple. & Summa Piſa. Et Archi. addens in tertia parte. titu. xiij. quòd ſi dimiſit aliquas horas, puta primam, nonam, & completorium, tria peccata mortalia cõmiſit: quod videtur velle
16 dicere ratione diſcõtinuationis. ¶ Ego † autẽ dico quòd quoties ſcienter ſeu recolens deliberat non velle dicere aut omnes aut vnam horam, toties mortaliter peccat: quia deliberat in re notabili tranſgredi præceptum c. dolentes. Si verò recolit tantùm ſemel diſtinguo, quia ſi recolit ante illã horam, qua de ſero dicere poſſet totum officium ante mediã noctem, cõmittit duo, ſcilicet vnum quando deliberat: & aliud quãdo potens pœnitere de illa deliberatione & deliberare oppoſitũ, hoc nõ facit: ſed omittit implere prçeptũ quod implere poteſt. Si verò recolit intra dictum tempus, videtur tantùm ſemel peccare. Si tamen nunquam recolit: eſt vnum
17 ſolum peccatum, vt dicit Veruec. ¶ † Decimotertiò quæritur, quid illi, qui officium omiſit, ſit iniungendum vel faciendum? Et dico multa. ¶ Primum. Is, qui ex obliuione aliquam horam omiſit, debet ſupplere quod omiſit: & ad hoc tenetur ſi hoc poteſt intra tempus diei illius in quo dicenda erat hora illa: quia adhuc eſt in ſua poteſtate implere præceptũ. Si verò ſit extra illud tempus, debet etiã ſupplere, ſi cõmodè poteſt: ſed ad hoc nõ tenetur: quia nõ tenetur, etiã ſi ex negligentia ſcienter omiſiſſet, ſecundum Inno. in d. c. j. ſed poſſet confeſſor aliam pœnitentiam illi imponere: licet conſulat vt imponat quod omiſit: niſi quando videret illi non proficere. Pet. etiam de Pal. in iiij. diſt. xv. tenet quòd talis pœnitentia eſt arbitraria: & idem S. Th. quia, inquit, in diuinis officijs ſicut loci, ita & temporis congruitas obſeruanda eſt: quod eſſe non poſſet, ſi oporteret iniungere quod omiſſum eſt: quia fortè in completorio diceret. Iam lucis orto ſydere: & tempore paſchali officium dominicæ paſſionis: ideoq; videtur iniungendum aliquid ad laudem pertinens diuinam: puta ſeptem pſalmos pœnitentiales, vel vnum pſalterium, vel aliquid amplius, ſecundum quantitatem delicti. Hęc ex illo. qui notanter dicit ſecundum quantitatem delicti, & non officij omiſſi: quia talis pœnitentia imponitur pro culpa: & nõ ad reſtituendum omiſſa ſeruitia: quanquàm etiam Petr. de Palud. dicat quòd reſtitutionem Deo faciendam vicarius Dei, id eſt, confeſſor, mutare poteſt in aliquid Deo gratius: puta in aliquod paruum deuotè dicendũ. ¶ Secundum. Scholaris † obligatus ad horas, & eas omittens vna die cum propoſito dicendi eas alia die, ſecundum Henric. de Gan. peccat mortaliter, ſi abſque legitimo impedimento hoc facit, cuiuſmodi impedimentum ſicut infirmitas, ita & ſtudium eſſe poteſt: quando clericus tantam habet neceſſitatẽ ſtudij quòd dicendo horas immineret crimen & ſcandalum mortale, cui poteſt occurrere dimittendo: nec iſtam neceſſitatem potuit rationabili coniectura præuidere: & conſequenter nec præuenire: quia licet horas dimittere ſit de ſe peccatum: propter malum tamen maius euitandum amittit rationem peccati: cùm plus teneatur occurrere ſcãdalo, ad quod tenetur ex diuino præcepto, quàm dicere horas, ad quas tenetur ex præcepto eccleſiæ. Vnde in hoc poteſt eccleſia diſpenſare: non in primo. Si autem non ſit talis neceſſitas: ſed lectio vel ſtudium ſine tali diſcrimine vel ſcandalo mortali poteſt omitti, aut potuit rationabili coniectura præuidere & præuenire dicẽdo horas, tunc omittendo peccaret mortaliter. hæc ille. Cauſa autem rationabilis, ſeu legitimum impedimentũ eſſet, ſicut ſi populus moueretur ad arma vel ſcandalum magnum: & non eſſet qui viriſimiliter poſſet ſufficienter obuiare: & ſimiliter ſi talis clericus eſſet ſolennis: & in caſu haberet omittere officiũ vel prædicationẽ aut lectionẽ: ſicut in ſimili prædicator ſolẽnis ieiuniũ ꝓpter prędicationẽ omittit: vt j. Ieiuniũ. §. ix. ¶ Tertiũ. Clericus officiũ nõ dicens, fructus ex hoc reſtituere non tenetur: vt ſuprà, Clericus iiij. §. xxiiij.

## De Hoſpitalibus, & Hoſpitalarijs.

1 *Hoſpitale quid ſit.*
2 *Hoſpitale quotuplex ſit.*
3 *Hoſpitale pro ſuo voto, an quilibet erigere poſſit?*
4 *Hoſpitale, aut oratorium epiſcopi authoritate, aut eius rectoris, factum, num immunitate gaudeat eccleſiaſtica?*
5 *Religio aliqua, num ad hoſpitalitatem inſtitui poſſit.*
6 *Hoſpitali præfici, ac deputari quis poſſit, axiomatis ſcil. palàm efficitur.*
7 *Hoſpitalia ſecularibus eccleſijs, num in beneficium, id eſt, titulum conferri poſſint.*
8 *Hoſpitali rector à quo ꝓfici debeat, duab⁹ cõcluſiõib⁹ traditur.*
9 *Literis apoſtolicis, vel legatorũ ſedis apoſtolicæ ſuper aliquorum clericorũ prouiſione conceſſis, an de hoſpitali prouideri poſſit? Et quid de literis apoſtolicis ſuper fructuũ reſeruatione?*
10 *Decretalis, prima & ſecũda de præbendis. lib. vj. an locũ habeãt circa huiuſmõi beneficia, per officialis Papæ mortẽ, aut in curia decedentiũ obitũ? Et nũ in literis generaliter ad beneficia impetratis hoſpitalia incluſa videãtur? nume. ſequen. Et quid in reſeruatione generali Io. xxij. de beneficijs facta? nume. 11.*
12 *Legati de latere, num huiuſmodi hoſpitalia conferre poſſunt.*
14 *Hoſpitalarij quantum ad eleemoſynas pertinet, quid facere, aut teneantur, aut non debeant? Et quid quantum ad ſacramentorum adminiſtraionem & diuinorum celebrationem reſpectu rectoris, familiæ & pauperum ſiue infirmorum huiuſmodi hoſpitalium? Et de his vſque ad nume. 15.*
16 *Epiſcopus an viſitare hoſpitalia, & ab his procurationem recipere poſſit?*
17 *Hoſpitale quo ordine ab initio fundari poſſit?*
18 *Ius quodnam ſeruetur in legatis hoſpitalibus factis? Et an hoſpitalia ita erigi poſſint, vt ipſis obuenientia alienentur ipſis pauperibus pretium erogetur.*
19 *Hoſpitale, an preſcribere poſſit, vt omnia legata pauperibus in vna ciuitate relicta, capiat.*
20 *Hoſpitalium cura correctio, ac reformatio, in ipſiſque receptorum ad quem pertineat? Et quid ſi hi ad quos pertinet, id facere negligãt? nu. ſeq. Et ſub hac, quid ſi huiuſmodi hoſpitalia ſint exemptionis priuilegio munita.*
22 *Hoſpitalis rector ſi clericus ſit, & qui hoſpitali prouidere habet laicus. qualiter clericum rectorem ad id quod eius officio incumbit, compellet ipſe laicus?*
23 *Hoſpitalia ſi exempta ſint aut religioſorum exemptorum ſint, ad quos tum correctio & reformatio pertinebit? & n. ſeq.*



1 HOSPITALE † videtur eſſe locus, in quo nõ ſufficientes ſibi procurantur: & multa nomina Græca ſortitur, vt patet xxiij. q. viij. ſancimus. Latinè quoque dicitur domus Dei vel miſericordiæ vel fraternitatis vel pietatis, & huiuſmodi. Hoſpitalarius autẽ dicitur, qui curam immediatam habet hoſpitalis: ſicut primò habuit Ioticus: vt C. de epiſco. & cle. l. j. quantũ ad receptionẽ tamẽ peregrinorũ in propria domo, legitur de Abrahã Gen. xviij. & in nouo teſtamẽto de Martha, quę Dominũ frequenter excepit. Luc. x. vñ di-
2 citur hoſpita Domini. ¶ Primò † verò quæritur, quotuplex ſit hoſpitale? Et dico quòd eſt duplex, ſcilicet religioſorũ, qđ ſcilicet authoritate epiſcopi ædificatũ eſt. de reli. do. ad hæc. & iſtud pertinet ad epiſcopum, non vt de reditibus ad libitũ diſponat: ſed vt ordinet eos diſpenſari ad vſum deſtinatum. argumen. clem. quia contingit. de religio. do. & non religioſum: vt quod ſine authoritate epiſcopi cõſtructũ eſt, de quo epiſcopus ſe intromittere non poteſt: ſed patronus qui ædificauit illud ad libitum diſponet. de do. inter dilectos. & ibi per Inn. Et ſi epiſcopus exercuit ibi vnus ius epiſcopale, non tamen per hoc poteſt alia exercere, ſecundum Feder. cõſil. xxv. quia de poſſeſſione vnius articuli non eſt inferendũ ad alios articulos de deci. cũ contingat. Nec obſtat cap. j. de reli. do. qa locus de quo loquitur, neceſſariò debebat eſſe ſubiectus alicui epiſcopo: ideoq; præſumitur pro eo, ꝗ exercuit vnũ ius in eo. Cui ſimile infert. Ioan. And. in regula, quod alicui. lib. vj. in mercur. ſcilicet quòd patronus, qui exercuit ius præſentandi, alio nõ apparẽte præſumitur patronus, ex quo ius patronatus ad aliquẽ debet pertinere: in caſu autẽ noſtro nõ eſt ſimile: quia hoſpitale non eſt religioſum neceſſariò, vt patet. Quod tamen dictũ eſt, ſecundũ Panor. in c. de Xenodochijs. de relig. do. limitandũ eſt, niſi patronus, qui ædificauit, eſſet mortuus: quia tunc pertineret ad curã epi: vt voluntas pia defuncti mãdaret᷑ executioni. vt videt᷑ text. in auth. de eccle. titulis. §. ſi quis ædificatione. & ſequẽti. quod verum eſt, niſi teſtator, qui ædificauit, aliter expreſſe diſpoſuiſſet: quia illud ſeruandũ eſt: vt in d. §. ſi quis. Si autẽ cõſtet hoſpitale ædificatum, ſed de epiſcopi authoritate nõ conſtet, præſumitur tamen religioſum: vt infrà, §. xj. particula vltima.
3 ¶ Secundò † quæritur, an quilibet pro ſuo voto erigere poſſit hoſpitale etiam ſine dote? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Lapum quilibet poteſt domũ ſuam factã vel fiendam deputare ad hoſpitalitatem: & ad tẽpus hoſpitare pauperes, ſicut & alia opera eleemoſynarum facere: ſed talis locus nõ erit religioſus: nec gaudebit immunitate eccleſiaſtica: nec inter loca eccleſiaſtica cõputabit᷑ nec erit ſub iuriſdictione epi, & poterit ad humanos vſus redire, & etiam vẽdi, donari, & emi, ſecundũ Hoſt. Petrũ & Inno. Et iura dicentia quòd fieri non poteſt ſine authoritate epiſcopi, intelliguntur vt ſit eccleſiaſticum: aliàs vt ſit profanum bene fieri poteſt. Et hoc dicit gloſ. in clemen. quia contingit. de reli. do. ideo quilibet ædificare poteſt hoſpitale etiam cum oratorio, ſecundum Hoſt. & Panor. in cap. ad hæc. de religi. do. ſine alia authoritate: ſed in oratorio ſine licentia epiſcopi celebrari non poteſt. de conſec. diſtinct. j. vnicuique. & idem Ioan. Andr. poſt Vin. & Tãcredum. Dicit tamen Hoſt. quòd etiam poſt actum interuenire poteſt conſenſus epiſcopi: & poſtquam eius authoritate eſt factum religioſum, deputari non poteſt ad alios vſus. ¶ Secundum. In parochia matricis eccleſiæ illa irrequiſita vel inuita erigi poteſt hoſpitale, loquẽdo de nõ religioſo, ſecundũ Lapũ: quia ſi quilibet poteſt ſuam domum ad hoſpitalitatem deputare inuito epiſcopo: multò fortius inuito rectore matricis eccleſiæ. quod intellige quãdo vt priuatas domos ſic deputãt: quia ſub effigie, ſigno, vel denominatione loci eccleſiaſtici nõ eſſet licitũ: imò poſſet epiſcopus loca illa deſtruere: quia contra iuris prohibitionem factum eſt. Et facit quod no. Ho. de reli. do. ad hęc. & hoc tenet Car. Si verò loquamur de hoſpitali facto cum capella vel cum authoritate epiſcopi, ita quòd ſit locus eccleſiaſticus, cõſueuit dubitari. Nam licet regulariter vna eccleſia in præiudiciũ alterius conſtruenda non ſit. xxvj. q. j. eccleſia. & cap. quicunq;. illa tamen iura loquũtur de eccleſia, non de hoſpitali in quo etiam non militat ratio prohibitionis: ne ſcilicet aliquid de iure antiquioris eccleſiæ acquiratur nouæ: vt in dictis capitibus: tamen cõtrarium verum eſt, ſcilicet quòd nullus locus eccleſiaſticus erigi poteſt in aliqua parochia ea inuita, ſcilicet antiquiora eccleſia: & iſto caſu nomine eccleſiæ venit hoſpitale, ex quo fauor eccleſiarum reſpicitur. quod etiam tenet Lapus: nec ceſſat ratio præiudicij: quia hoſpitale debet habere dotẽ, de qua decima nõ ſoluitur: & ſi habet capellam vel oratoriũ, accedũt ablationes. Vnde & de imagine picta ſuper muro cuiuſdam laici quantum ad oblationes ibi factas ſententiatũ eſt aliquando pro parochia. de quo vide ſ. Decima. §. ij. partic. tertia. ¶ Tertiũ. Si erigitur hoſpitale in limine eccleſiæ veteris: ex hoc ipſi eccleſiæ acquiritur ius patronatus ſecundũ Lapum, vt xij. queſt. ij. apoſtolicos. & xvij. quæſt. iiij. quæſt. & not. Hoſt. in Sum. ¶ Quartum. Secundum Ioan. And. poſt Hoſt. hoſpitali ſicut & eccleſię in conſtructione debet certa dos aſsignari: pro cuius quãtitate ſcienda, ſecundũ Lap. recurrendum erit ad articulum. ad ſimile de conſec. eccl. cùm ſit. & quod ibi notat gloſ. quia ſicut alia requiritur in eccleſia, & alia in monaſterio, vt ibi: ſic & alia in hoſpitali. Tanta enim eſſe debet in eccleſia, vt ſufficiat ad luminaria & vitam miniſtrorum. xvj. queſtio. vij. pię mentis. quorum æſtimatio eſt epiſcopi: in hoſpitali verò habebitur reſpectus ad ſpeciẽ: quia ſi ſit ordinatũ ad pauperes, principalis cura erit in lectis: ſi ad infirmos, erit in miniſtris: & ſic de alijs. ¶ Tertiò † quæritur, vtrum hoſpitale vel 4
oratorium factum authoritate epiſcopi aut eius rectoris, gaudeant immunitate eccleſiaſtica? Et notat Hoſt. quòd nõ de oratorio: qa nõ intelligitur Deo dicatus locus, nec ſacer. & idem Zenzelin. quia quod eſt hodie oratorium, cras poterit fieri camera. Sed Panormit. in cap. eccleſiæ. de immun. eccle. tenet contrarium. & ita tene, vt infrà, Immunitas. §. j. Et idẽ ſcilicet quòd gaudeant, tenet Veruec. in Spec. de hoſpitali & rectore. Et ſecundũ Lap. hoſpitale habet beneficiũ reſtitutiõis in integrũ, ſi lædi illud cõtingat, ſicut & eccleſia. Vnde Inn. c. ij. de in integ. reſt. dicit nomine eccleſiæ includi nõ ſolùm monaſteriũ, ſed omnis pius locus, quæ oĩa æquiparantur. de teſtament. quæſiſti. ¶ Quartò † quæritur, vtrum 5
poſsit aliqua religio ad hoſpitalitatem inſtitui? Et dicit San. Tho. ij. ij. quæſt. clxxxviij. quòd ſic. & idem Lapus: quia, charitas, ad quam religionis exercitium ducit ſunt quędam opera pertinentia ad vitam actiuam, inter quæ eſt hoſpitalitas. Et ſi ad hoc ſit religio inſtituta, illi exercitio principaliter de-

bet intendere:& illud eſt principale inſtrumentũ,per quod venire debet ad charitatis ꝑfectionẽ.& talis eſt religio Cruciferorũ ſancti Antonij de Vienna,& huiuſmodi.Si verò nõ ſit ad hoc principaliter inſtituta,licet habeat hoſpitalia, vt ſancti Ioã.Hieroſolymitani,& ſanctę Marię Teutonicorũ, & huiuſmodi,habet pro principali aliud exercitiũ & inſtrumentum:& tamen ſeruant hoſpitalitatẽ,ad quam generaliter tenentur omnes clerici,vt patet di.xlij.per totum.

6 ¶Quintò† quæritur,quis præfici & deputari poſsit hoſpitali ꝑ rectore?Et dico multa.¶Primum.Religioſi ad hoc deputari nõ poſſunt,ſecundũ glo.de religio.do.in clem.quia hic ceſſat ratio intitulationis monachi extra monaſterium:ſcilicet cura.de regula.ſuper eo.qua cura caret hoſpitale.& idẽ Fed.conſilio xxviij.& Pau.in clemen.quia cõtingit.de relig.do.addens,niſi eſſet hoſpitale alicuius religionis.Lap. autẽ ſic diſtinguit.Nã aut religioſus talis eſt religiõis ad hoſpitalitatẽ principaliter ordinatę:& præfici poteſt.Aut nõ:& tũc ſubdiſtinguitur:Nã aut hoſpitale eſt annexũ eccleſiæ curatæ:& præfici põt propter curam.Aut etiam ipſum hoſpitale habet collegiũ religioſorum,à quibus eligitur hoſpitalarius:& tũc etiam præfici poteſt:quia curam habet & iuriſdictionẽ in collegium:vt de elec.dudum.el ſecundo.Aut etiã hoſpitale eſt de menſa & ꝓprietate talis religiõis:ita quòd ad illã pertinet regimẽ eius,nõ tamen inſtituitur ibi certus & intitulatus rector:& etiam præfici poteſt:quia ſi mitti poteſt ad alia loca & opera procurãda,vt ad litigãdum & allegandũ:multò fortius ad pauperes procurãdum. Si verò hoſpitale eſt ſine cura requirẽs certũ rectorẽ per ſe:præfici nõ põt,etiam ſi ſit certæ religionis,ad quam ſpectet illud conferre:quia nõ ceſſat prohibitio,nec valet cõſuetudo,niſi valeret in hoc quòd pręficeretur beneficio ſimplici.¶Secũdũ. Secundũ eundem Lapũ conuerſus religionis laicus & illiteratus præfici poteſt eo caſu quo monachus præfici non poteſt: quia ſi committitur ei cura agrorum,fortius pauperũ: quia ceſſat in eo cauſa prohibitionis,cùm hęc cauſa ceſſare nõ faciat in eo contemplationẽ aut prædicationẽ:& hæc in monaſterio nõ exercc.Sed ſi cõuerſus eſſet clericus & literatus, qa tenetur ad officium vt monachi, præfici hoſpitali nõ poſſet.¶Tertium.Clerici ſeculares præfici quidem poſſunt,ſed habere non poſſunt titulũ beneficij:vt in dicta cle.& in cle.per literas.de præb.laici autẽ omes præfici poſsũt, modò ſint viri idonei & prouidi & boni teſtimõij:vt in dict. cle.quia contingit.de re.do.¶Quartũ.Mulieri hoſpitalis regimen committi poteſt,ſecundũ Lapum,ſi eſt ſine cura: qa quod non eſt prohibitũ, intelligitur eſſe cõceſſum.xiij.q.ij. mulieri etiam cõmittitur regimen monaſterij habẽtis annexũ hoſpitale:& ſic regit vtraque: & cõſequenter à fortiori hoſpitale tantùm: quod tamẽ limitat ſi eſſet deputatũ ad receptionẽ mulierum,quo caſu eſt honeſtiſsimũ:& vbi non eſſet conſuetũ regi per maſculos:quia vbi hoc eſſet conſuetũ,mulieri committi nõ poſſet:quia mutaretur per hoc ſtatus beneficij. Et ſi obijciatur,quia dicatur in dicta cle.quòd cõmittatur prouidis viris:reſponderi põt quòd ibi maſculinũ cõcipit fœmininũ: ſicut & de ele.generali.& xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente.¶Quintũ.Regimẽ hoſpitalis duobus cõmitti põt, ſecundum Lap. quia tales æquiparãtur tutoribus:& ad inſtar eorũ facere debẽt inuentarium:& ſingulis annis aſsignare rationẽ: vt in d.cle. conſtat autem plures tutores vni pupillo dari poſſe: & eorum quemlibet adminiſtrare in ſolidũ,niſi alia forma à teſtatore imponatur.quòd verum limitat in hoſpitalibus,quæ non conferuntur in beneficium eccleſiaſticum,ſed ad curam & gubernationem,ſecundum dictam clemen.quæ in ſolidum cõmitti poteſt: vel quod vnus ſine alio non adminiſtret,quod congruentius eſt: quæ autẽ conferuntur in beneficium,vendicant ſibi regulam beneficiorũ eccleſiaſticorum:vt ſcilicet vni tantùm cõferantur.Et ſi duobus cõmittitur, poſſunt eſſe maſculus & fœmina, vt dicit: maximè quando hoſpitalia ſunt diſtincta: vt quod eſt pro viris per maſculum: & quod pro fœminis per fœminã gubernetur. ¶Sextum. Quamuis prima facie verſa vice videatur quòd vnus in duobus hoſpitalibus præfici nõ poſsit, cùm vtrunque requirat perſonalem reſidentiam, dicitur à ſimili de beneficijs in c.de multa.de præben. cõtrarium tamen Lap.dicit verum, quia de iure cõmuni hoſpitale perſonalem reſidentiam non requirit neceſſariò, maximè continuam:cùm poſsit quis deſeruire per aliũ. & idem tenet Gul. de monte lau.in clemen. per literas. de pręben. Ad qđ etiã facit quod not. Ioannes Cal.in c.ſuper inordinato.de præbẽ. quòd ſcilicet poteſt quis habere eccleſiam curatam in anno ætatis ſuæ xiiij.qa & ſi per ſe miſſam dicere non poſsit, ad quod eccleſia ordinatur:poteſt tamen dicere per alium. Et ſic poſſet quis habere plura beneficia ſimplicia:quod communiter ſeruatur: & in vno eorum deſeruire ꝑ alium,cum per ſe non poteſt: & multò fortius in hoſpitalibus:ad ſimilitudinem tutorum,qui ſimul poſſunt plures gerere tutelas maximè cùm hoſpitalia ſunt in vna diœceſi. Facit etiam quod dicit Io. And.de con.præben.in rub.quòd habens beneficium curatum recipiens ſecundũ requirens reſidentiã: nõ ex ipſo vacat primũ:ſed requiritur monitio.& idem tenet Inno.& idem tenendum eſt de hoſpitalibus,quæ in beneficiũ cõferuntur,& ea ratiõe ſi non ſunt curata vel habentia collegiũ,quia tunc idem iudicium eſt habendum.de prębẽ.de multa.Nõ eſt tamẽ hoc,inquit Lapus,vtile nec honeſtũ:& poſſet epiſcopus cogere rectorem ad alterum dimittendũ.¶Septimum. Poteſt quis pręfici beneficio curato & hoſpitali,ſecundũ Lap.eadem ratione:& multò fortius habere hoſpitale & ſimplex beneficiũ:quia omia iſta habẽt rationem:quod nõ eſt cautũ in iure hoſpitalarios ad perſonalem reſidentiã coarctari.¶Octauum.Per aliam perſonam habilem hoſpitale pręſcribi põt in proprietatem,ſecũdum Lap.quia etiã eccleſia ſic poteſt pręſcribi:vt lit.non conteſ. c.ij.eo.ti.eum qui.li.vj.quo caſu regitur hoſpitale per cuſtodẽ vel famulos eccleſię vel loci,qui tale hoſpitale præſcripſerit:& idẽ putat de menſa,& eadem ratione:quia ſcilicet eccleſia põt eſſe de mẽſa alterius:& per illum regi ſine ꝓprio rectore:vt de exceſ.prelato.frequẽs.in cle.Et ſimiliter putat quòd cõpetere poſſet hoſpitalariũ poni,& remoueri ad nutum alicuius prelati eadẽ ratione. ¶Sextò† quæritur, vtrum hoſpitalia cõferri poſsint clericis ſecularibus in beneficiũ,id eſt,in titulũ beneficij? Et dicit Lapus quòd non: quia hoc ꝓhibet dicta cle.nec valet conſuetudo contraria, niſi in duobus caſibus:primò ſi in fundatione ſecus conſtitutum fuerit:ſecundò ſi per electionem ſit de huiuſmodi rectore prouidendum.Ratio autem,ſecundum Paulum,quare hoſpitale dari non põt in titulum,eſt:quia beneficiũ habere nõ põt niſi clericus:de tranſact.ex literis.Clericus autẽ beneficiatus facit fructus ſuos:& quandoque ad eius ſuſtentationem datur beneficium:de cler.pug.in duel.ca.ij.in hoſpitali autem attenditur pauperum prouiſio & non hoſpitalarij.¶Septimò† quęritur,à quo debeat rector pręfici hoſpitali?Et dico duo.¶Primum.Poſito quòd laicus ædificet hoſpitale de licentia epiſcopi cum oratorio vel ſine, propter quod locus ille efficitur religioſus,& ædificator patronus vt de iure patrona.nobis.ſecundum Lapum,non pertinet præſentatio ad patronum, & confirmatio ad epiſcopum: ſed ſolus patronus ponet ibi rectorem: quia in talibus non



eſt neceſſaria inſtitutio canonica. Nec obſtat quòd de iure patronatus patronis acquiritur ſolùm ius præſentandi: quia illud habet locum in eccleſijs,& alijs locis, in quibus requiritur inſtitutio canonica vel cõfirmatio:in hmõi aũt hoſpitalibus hoc nõ requiritur.Idem videtur ſentire Zen.in d.cle.dicens quòd patrono acquiritur ius ſecundũ naturã rei, cuius eſt patronus: ſicut in eccleſiã collegiata nõ acquiritur ei ius præſentandi,ſed cõſentiendi electioni factæ:in capella autẽ ius præſentandi:vt in d. c.nobis.in hoſpitali verò ius cõmittendi gubernationem:& ſecundum hoc talis rector non indiget epiſcopali confirmatione,ſi in ipſo hoſpitali nõ requiritur inſtitutio canonica. quod ideo dicitur, quia ſi haberet curã animarũ,indigeret epiſcopali cõfirmatiõe. Vbi tamen eſt generalis vel ſpecialis cõſuetudo circa hoc,illa ſeruanda eſt,ſecundum Lapum.¶Secundum. Poſito quòd de cõſuetudine vel aliquo iure ſpeciali ad patronum præſentatio,& ad epiſcopũ cõfirmatio pertineret:an præmittendũ ſit generale vel ſpeciale edictum ante confirmationem ſecundum formam c.ſi.de elec.reſpondet Lapus quòd non in illis hoſpitalibus,quæ in beneficium non conferuntur:tum quia ibi non eſt electio vel collatio,ſed cõmiſsio:quæ ſcilicet ſecundum gl.in d.cle.differunt,quia collatio eſt in perpetuũ, cõmiſsio ad tempus:tum quia non committitur cura animarũ. Vnde & ad capellam vel altare erectum in eccleſia de licentia epiſcopi poteſt deputari ſacerdos ad miſſas celebrãdas ſine cõfirmatione vel edicto: niſi alia conſuetudo obſtaret. Idem videtur ſentire Zenze. ac Gul.qui dicit quòd ſi hoſpitale nõ ſit principaliter ędificatũ ad miſſam celebrandã,vel aliquod eccleſiaſticum ſacramentum exhibendum, nec ſit ibi conſtitutus perpetuus vicarius, ſeu dos aſsignata pro eo: licet ibi ſit altare ædificatum pro oratorio,& de licentia epiſcopi ibi celebretur,nihil ibi poteſt epiſcopus vendicare:niſi inquantum poſſet de alijs pijs locis legatis pro anima fundatoris relictis.Probantur hæc omnia.de conſe.diſt.j.vnicuiq;.& de teſta.hæres.ſed ſecundũ Lap.non intelliguntur de hoſpitalibus collatis in beneficium,ſeu quæ per religioſos reguntur, ſeu quæ habent eccleſiam: ſed de his ſolùm quæ laicis gubernanda committuntur.vide etiam §.ſeq.partic.iiij.¶Octauò† quæritur, vtrum per literas apoſtolicas vel legatorum ſedis apoſtolicæ ſuper aliquorum clericorum prouiſione conceſſas prouideri poſsit de hoſpitali?Et dico multa.¶Primum.Nam ad hoc quæſitum reſpondet Lap. quòd non,per cle.per literas.de præb. etiam ſi hoſpitalia illa habeant eccleſias vel capellas,vel alia iura ſpiritualia annexa:niſi de eis ſpecialiter caueatur:vt in dict cle.per literas.& hoc ſi literæ ſint gratioſæ ſiue in forma pauperum:vt dicit Paulus.De literis autem apoſtolicis ſuper reſeruatiõe fructuũ dicit Lap. poſt gl.in d.cle.per literas.quod talia non includuntur, niſi exprimantur.Et ratio eſt, ſecundum gl.quia ex quo ad certum vſum deputati ſunt,ad alium conuerti non debent ſine expreſſa licentia papæ.vt in d.cle. quia contingit. ¶Secun-

10 dum.† Sed nunquid circa talia beneficia vacantia per mortem officialis papæ, ſeu per obitum decedentium in curia, habeat locum decretalis prima & ſecunda de præb.lib.vj.Et dicit Lap.quòd non de iure communi: quia capitula allegata loquuntur ſolùm de beneficijs & dignitatibus: & conſequenter non habent locum in hoſpitalibus ratione iam dicta.Si autem ſuper talibus beneficijs emanarent extrauagãtes prout emanauerunt circa illa reſeruationes: eorum tenor inſpiciendus foret.de priuil.c.porro.& niſi fieret expreſſa mentio in illis non includerentur. ¶Tertium.† Ad ſciendum generaliter vtrum in literis ad beneficia impetratis,includantur hoſpitalia:diſtinguendum eſt cum Lapo & glo.in d.cle.per literas.Nam aut hoſpitale eſt principale, cui accedit eccleſia vel capella: & tunc per dictas literas non debetur:ſi verò eccleſia ſit principalis habens annexum hoſpitale,tunc debetur,& venit ratione acceſſorij,quod principaliter non veniret.& facit c.ſuper eo.eo.tit.lib.vj.ſi verò eſt dubium:quia extat eccleſia & hoſpitale:nec conſtat quod principale,& quod acceſſorium ſit:dicit prædicta gl.quòd ſi appareret poſſeſsio,& denominatio,per quam poſſumus alterum præeligere,illud ſequamur de præben.cùm de beneficio.li.vj.Si verò non apparet,repellitur impetrans:quia cõſtat de hoſpitali, nec conſtat illud acceſſorium eccleſiæ: & certũ eſt quòd ſi hoſpitale & eccleſia eſſent annexa,ita quòd neutrũ eſt principale,haberet locũ dicta clemen.per literas. ſecundum prædictam glo.¶Quartum.† An legati de latere 12
poſsint dicta hoſpitalia cõferre.Lapus diſtinguit: quia ſi talia ſunt,in quibus laici obtinẽt ius patronatus, non eſt dubiũ quòd ſicut nõ cõferunt eccleſias collegiatas, eadem ratione nec hoſpitalia collegiata:ſed in hoſpitalibus ſpectantibus ad eccleſias collegiatorũ vel diſpoſitionẽ clericorũ videtur dubiũ:quia ſicut poſſent conferre talia beneficia, ita & hoſpitalia,ſecundum Baptiſ.& de facto ita ſeruatur:& ea legati conferunt,licet gloſſ.in d.clemen.per literas.videatur ſentire cõtrariũ.& ibi no.Paul.¶Quintum.Sicut talia hoſpitalia in literis apoſtolicis vel legatorum eius ad beneficia impetratis non includuntur: ita nec in literis epiſcoporum, ſecundum Zenze.niſi prout hodie cauetur in d.clemen.ij.de religio.do.ſed Gul. de monte lau.dicit quòd ordinarij illa clericis poſſunt cõferre, & pro titulis perpetuis eis aſsignare,modò conſuetũ ſit per plures illa de antiquo regi tanquam habentia curam animarum vel altaria: vel hoc conſtitutum fuit à fundatione,vt quis per electionem creetur in ipſis locis.

¶Sextum. † Reſeruatio generalis facta de beneficijs Ioann. 13
xxij.non comprehendit hoſpitalia collegiata,in quibus ſunt conuerſi laici eligentes ſibi rectorem quandoque clericum, quandoque laicum,ſecundũ Lap.poſt.Fede.quia nomine eccleſiarũ,monaſteriorum vel prioratuum nõ comprehẽduntur hoſpitalia in materia fauorabili vel etiam odioſa:& ſemper illa tria,ſcilicet monaſteria,eccleſiæ & pia loca ponũtur vt diuerſa,& diuerſis vocabulis nũcupantur.& ſi reformatio talium locorum pertineret ad papam,propter diutinam vacationẽ fraudaretur hoſpitalitas, contra mẽtem iuris de relig.do.in clem.ij.ſecundũ eum. ¶Nonò† quæritur,quid ho- 14
ſpitalarij teneantur ſiue debeant,aut non debeãt facere, maximè quo ad eleemoſynarũ largitionem? Et dico multa.

¶Primum.Debent ad modum curatorum & tutorum præſtare iuramentum,ac inuentarium facere de bonis ipſorũ locorum,& annuatim reddere rationem ordinarijs,ſub quibus ſunt,vel deputatis ab eis.quod ſecundũ Lapum poſt gloſſ.limita ſi fuerint requiſiti:alioquin collatio,prouiſio,& ordinatio talium caret omni robore firmitatis:vt in clem.quia cõtingit.de relig.do.vbi licet gloſ.videatur ſentire quòd ſit irrita ipſo iure talis commiſsio,tamen ſecundũ Lap. cõmuniter non ſic intelligitur:ſed poterũt ad hæc cogi remedijs opportunis,etiam per amotionẽ:quòd tamen ad hoſpitalia militarium ordinum non extenditur, aut aliorum religioſorum,vt ibi patet:non tamen ſatiſdabunt, ſecundũ Lap.poſt gl.niſi eſſent ſuſpecti ꝓpter vxorem aut filios Nec poſſunt dicti rectores ante præſtitũ iuramentum vel confectũ inuentarium adminiſtrare vel agere,ſecundũ Lap.poſt Pau.in d.cle.quia cõtingit.ſicut nec tutor vel curator.& omnia opponi poſſent contra iſtos,quæ & contra tutores vel curatores reſpectu iuramenti vel inuentarij prædicti: cùm ad inſtar eorum ad hæc duo teneantur.¶Secundum. Præcipitur

ibi omnibus rectoribus hoſpitalium ſub obteſtatione diuini
iudicij,& per obedientiam,vt reditus in vſus pauperum con
uertant,&non in alios:rectores tamen militarium &religio
ſorum hoſpitalium ſufficit prouidere ſecundum eorum in-
ſtituta & antiquas obſeruantias, vt ibi . quod limita qñ id,
quod ſupereſt,exponunt pro fide,vel piè:aliàs nõ excuſantur
cùm negari non poſsit,tales reditus ad pios vſus fuiſſe inſti-
tutos.¶Tertiũ. Præcipitur etiam omnibus,ad quos de iure
vel conſuetudine vel ſtatuto aut priuilegio pertinet cura ho
ſpitalium:vt bona occupata,deperdita,& alienata indebitè,
in ſtatum debitum reducant,& reforment,vt d.cle.quia con
15 tingit.¶Quartum.†Quantum ad ſacramentorum admini-
ſtrationem & celebrationem diuinorum reſpectu rectoris
familiæ & pauperum ſeu infirmorum talium hoſpitalium,
ibidem dicitur quòd ſi habent altaria vel cœmeteria ab an-
tiquo:& presbyteros celebrantes & eccleſiaſtica ſacramen-
ta pauperibus,imò rectori &familiæ ſcdm Lap.miniſtrãtes:
ſeu ſi parochiales rectores conſueuerint in illis exercere prę
miſſa antiqua cõſuetudo ſeruetur. De iure ergo communi
iſta pertinent ad eccleſiam matricem,in cuius parochia ſita
ſunt loca:tamen ipſa præſcribere poſſunt,vt hæc ad propriũ
pertineant ſacerdotem,vt no.ibi gl.¶Quintum.Non tenen
tur autem ad multa,de quibus dubitari poſſet.Nõ enim te-
nentur primò ſecundum Lap.ad horas canonicas, inquantũ
ſunt hoſpitalarij: ſed inquantum clerici exiſtentes in ſacris,
vel habentes hoſpitale in beneficium.Nec ſecundò ad cathe
draticum,ſecundum Pau.in d.cle.quia contingit.Nec tertiò
ad procurationem,cùm epiſcopus viſitat,ſecundum eundem
16 ibidem . Ex†quo infert quòd hoſpitalia viſitare non poteſt:
ſed inquirere poteſt quando vult corrigere:ſed verius tenet
Fede.conſi.cv.quòd illud viſitat,licet ab eo non procuretur:
nec quartò ad decimas papales,ſecundum gl.ſuper cle.ſi be
neficiorum.de deci.¶Sextum. Poſſunt autem in hoſpitan-
do & eleemoſynas largiendo extraneis præferre coniun-
ctos,ſecundum Lap.de cohabi.cle.c.j. quod intellige non ſo
lùm ſi ſunt pauperes,& non ſi diuites:vel vt fiant diuites,ſed
etiam cęteris paribus:vt patet ex dictis ſ.Eleemoſyna.j.§.iij.
quia ſi in diſpenſatione propriorum ſeruãdus eſt ordo:mul
tò magis in his quorum dominium non habemus.Nec obſt.
quòd in hoſpitali nõ debet eſſe delectus,id eſt,diſcretio per-
ſonarum.diſt.xlij.ſi quis. quia intelligitur quòd attendi non
debet qualitas perſonæ ad negotium non faciens:puta quia
eſt amicus aut propinquus:ſed ipſa indigentia:qua ſtante pa
17 ri præfertur proximus ſanguine.¶Septimum.Licitè†ſecun
dum Lap.à principio fundari poſſet hoſpitale cùm iſto ordi
ne, ſcilicet quòd rector teneatur eligere decem vel plures
certos pauperes pro facultatibus hoſpitalis perpetuos:& il-
los ſolos reficere vel hoſpitari : quorũ vno decedente alius
ſubſtituatur:quia ſcilicet in re ſua quilibet eſt moderator &
arbiter:& licet in ea ponere conditionem honeſtam, maxi-
mè authoritate epiſcopi , etiam quæ aliàs de iure communi
non procederet:vt de reli.domib.conſtitutis. ¶Octauum.Si
autem hoſpitale deputatum eſt ad hoſpitandum & paupe-
res ad reficiendũ, vel ad exercẽdum alium actum charitatis
non putat Lap. quòd ſeruari licitè poſsit ordo immediatè
prędictus:quia alijs fieret iniuria:nec videtur fuiſſe conſtituẽ
18 tis intentio.¶Decimò†quæritur, quid iuris de legatis,quæ
fiũt hoſpitalibus?Et dico multa.¶Primũ.Si teſtator reliquit
quandã ſuã domum priuatã pro ſeruanda hoſpitalitate:&ei
certas poſſeſsiones ad hũc finem reliquit : illæ tenebunť ad
tallias & onera laicorum,ſecundũ Lap.ex quo locus non eſt
religioſus:tamen hæc ſoluet hæres,qui eſt obligatus hãc do
mum & poſſeſsiones ad hũc vſum ſeruare:quia poſſeſsiones
ſunt pars hæreditatis:& ad ipſum hæredem ſpectant:& pro
ipſis obligatur.¶Secundum. Erigi poteſt hoſpitale cum tali
ordine vt ſibi obuenientia alienentur , & pretium pauperi-
bus erogetur,ſcdm Arc.nec procedunt bona hoſpitalis hoc
caſu pari paſſu cũ bonis eccleſiaſticis, q̃ alienari nõ poſſunt
propter diuerſitatem rationis:qui bona eccleſiaſtica à prin-
cipio cõſtituũtur pro ſeruientibus & oneribus epiſcopalibus
ac papalibus,& legatorũ,ſine quo eccleſiaſticus ordo cõfun
deretur: bona verò hoſpitaliũ deputantur pro ſuſtentandis
pauperibus:vnde rectores hoſpitaliũ fructus non faciũt ſuos
vt prælati,ſecundũ Lap.& Zen. Et hoc in religioſis mendi-
cantibus videmus quòd bona immobilia capiũt vt vendãt,&
ſibi de pretio prouideãt:cùm illa retinere nõ poſsint,ſecũdũ
ea quæ no.in c.præſentia.de proba.&in c.j.de re do.lib.vj.in
gl.Imò ſcdm Lap. valet cõſuetudo quòd omnia bona reli-
cta hoſpitali etiã immobilia alienentur:nec in alienatiõe ta
lium bonorũ requiritur ea ſolennitas quæ in alienatiõe ec-
cleſiaſticorũ:ſed ſcdm Pet.de Bellaper. vt refert Pau.in cle.
quia cõtingit.neceſſariũ eſt decretũ , ſi ſint imm.ob.lia:non
autem ſi ſeruando ſeruari non poſſunt.& alleg.C. de admi.
tu.l.quod tutores.Vnde ſcdm Lap.rector hoſpitalis Sanctæ
Mariæ de Florentia de triennio in trienniũ petit ab epiſco-
po licentiã vendendi omnia ſibi obuenientia:quæ licentia ge
neralis & vaga in bonis eccleſiaſticis nõ ſufficeret: imò nec
ſcdm Arc.in dote primaria hoſpitalis,ſine qua epiſcopus il-
lud erigi permittere nõ debet.¶Tertiũ.†Hoſpitale præſcri 19
bere poteſt quòd capiat omnia legata pauperibus relicta in
vna ciuitate,vt refert Io.And.& Spe.&,vt idem Io. And.di-
cit nõ valet ſtatutũ ꝙ talia legata ſoluãtur alteri hoſpitali
vel religioſo loco in præiudiciũ dicti hoſpitalis,per c.veſtra.
de loc.Poteſt etiã præſcribere decimas,ſcdm Lap.ex quo eſt
locus religioſus,vtpote epiſcopi authoritate fundatus.vnde
talia ſibi poſſent accedere:vt de præb.c.literas.li.vj.& proba
tur per d.cle.quia contingit.vbi poſſet præſcribere pauperũ
ſepulturã,& habere presbyterũ diuina celebrantem & mini
ſtrantem eccleſiaſtica ſacramenta.¶Quartũ. Legatũ factũ
ad ædificandum hoſpitale vel alium locũ religioſum in cer
to loco,an poſsit mutari.Vide j.Legatũ.iiij.§.xj. ¶Vndeci-
mò†quæritur, ad quem ſpectat cura & correctio ac refor- 20
matio hoſpitalium & receptorũ in eis?Et dico multa.¶Pri-
mum.Hoc ad diuerſos & diuerſis modis,ſecundũ Lap.perti-
nere poteſt,ſcilicet ex ſtatuto in fundatione appoſito,ex cõ-
ſuetudine,vel priuilegio ſedis apoſtolicæ:vt d.cle.quia contin
git.quibus ceſſantibus ſpectat ad loci ordinarium de iure,vt
extra eo.de Xenodochijs.& xvj.q.vij.qui.& addit Zen.quòd
etiam ad patronos ſpectare poteſt &eorum liberos,vt xvj.q.
vij.filij.Sed intellige ſub epiſcopo, ad quem principaliter vt
ad patrem pauperũ ſpectat.¶Scdm.Ad officium talium ſpe
ctat,ſecundum Lap. curare nec rectores inhumaniter reci-
piant pauperes:ne prouentus in ſuos vſus conuertant:& loca
ipſa in prædictis reformare:& occupata,deperdita , & alie-
nata indebitè,in ſtatum debitum reducere : & ad miſerabi-
lium perſonarum receptionem & ſuſtentationem debitam
iuxta locorum facultatem rectores compellere , vt in d.cle.
quia contingit.Et†vbi hoc patroni & alij,ad quos ſpectat,fa 21
cere negligunt:ordinarijs locorum iniungitur,vt ibi patet
vbi etiam gl.dicit quòd de tali negligentia patebit ex facto
notorio:vt extra,de cenſi. Romana . vel per aſsignationem
termini ad hoc præfixi & elapſi . & idem Zen . & multi alij
¶Tertium.Et,vt ibidem patet , ſi dicta loca ſint priuilegio
exemptionis munita, per ſeipſos locorum ordinarij vel per
alios impleant omnia & ſingula præmiſſa & rectores eo-
dem vtique non exemptos propriè : exemptos verò & pri-
uilegiatos Apoſtolica ad id authoritate compellant, ad hoc
ſecundum gloſſ.Ioan.And. ex præcepto obligati:contradi
ctores cuiuſcunq; ſtatus vel cõditionis exiſtant:atq; præben
tes contra præmiſſa conſilium,auxilium , & fauorẽ per cen
ſuram eccleſiaſticam & alia iuris remedia compeſcẽdo:nul
lum tamen ex hoc priuilegijs ſeu exẽptionibus eorũ præiu-
dicium generando, nec ſe intromittendo,vbi in exemptis
non ſit negligẽtia.Et ſi tales,ad quos ſpectat prouidere defe
ctibus hoſpitalium,negligunt,& nõ ſint ſub iuriſdictione or
dinarij,compellet tamen eos authoritate dictæ clem . quia
contingit.vbi de omnibus prædictis plenè habetur, iuncta
gloſ.¶†Quartum.Si verò quæratur vbi rector hoſpitalis ſit
clericus:& is qui habet ꝓuidere hoſpitali ſit laicus,quomo-
do poterit laicus compellere clericum cõtra cap. bene qui-
dem.diſt.xcvj.reſpõdet Lap.dici poſſe ſecundũ Zenze.quòd
dictam compulſionem nõ faciet per ſe laicus,ſed per alium:
puta epiſcopũ ad inſtantiam eius:vnde in dicta cle.quia con
tingit.exponetur verbũ,cõpelli.id eſt,cõpelli facere.¶Quin
tum.Et ſi conſtet hoſpitale,ædificatum, ſed de epiſcopi au-
thoritate non conſtat,ſecundum Lap. poſt Federicum in cõ
ſilio cv.in dubio pręſumitur locus eccleſiaſticus ſeu religio
ſus,ex quo vocatur hoſpitale:& faciem habet religioſi loci:
maximè ſi denominatur à nomine alicuius ſancti : puta ho-
ſpitale ſancti Petri:vt colligitur extra de priuileg.parẽtibus.
Vnde & Arch.de cõſec.diſ.j.nemo.notat quòd ſi dubium eſt
an in conſtitutione eccleſiæ interuenerit authoritas epiſco
pi nécne: præſumitur quòd ſic:ex quo ſigna habet eccleſia-
ſtici loci: & ſi non ſit epiſcopi authoritate conſtructum,ad
epiſcopum tamẽ ſpectat, ſecundum Federic.curare:vt in eo
ſeruentur illa,ad quæ deputatum eſt , cùm perſonæ degen
tes ibi ſint miſerabiles : & ſub eccleſiæ protectione eſſe di-
cantur.Vide etiam §.ſeq.¶†Duodecimò quæritur, quid iu-
ris de hoſpitalibus exemptis , vel religioſorum exempto-
rum:Et dico multa.¶Primum.Si hoſpitale ſit exemptum &
Romano pontifici immediatè ſubiectum , nullum habens
ad quem eius correctio vel reformatio pertineat,rectorem
eius illa ad quæ teneretur facere negligentem , ordinarius
corrigere ſupplendo non poterit,ſecundum Lap.quia d.cle.
quia contingit.in exemptos talem correctionem ordinarijs
apoſtolica authoritate cõcedit in defectum eorum,ad quos
talis correctio ſpectat:qui in noſtro caſu nulli ſũt:& conſe
quenter nullus defectus vel negligentia ſuppleri poteſt: nõ
obſtante quòd habeat ſuperiorem Papam:quia Papa negli
gentiam committere nõ poteſt:& ſi committat,nullus ſup-
plere poteſt aut debet:quia ipſe aliorum negligentiam ſup-
plet, nemo ſuam.de elec.licet.& iij.q.v.aliorum.In non ex-
emptis autem putat ad epiſcopum ſpectare correctionem,
etiam ſi nullos habeant correctores:vt de relig.do.Xenodo
chijs.Sed contrarium in exemptis cum diſtinctione ſentiri
fortè poſſet.Nam ſi ſic ſunt exempta quòd poſt Papam cor
rectionem nec habent nec habere poſsint : procedit dictum
Lapi:quia Papa ſibi correctionem reſeruauit.Si verò corre-
ctionem habere poſſunt,licet nunc caſu aliquo nõ habeant,
nec ſtatim habitura ſint,dictum Lapi procedere nõ videtur,
ſed contrarium : quia ſi ordinarius per d.clem.quia contin-
git.poteſt authoritate apoſtolica corrigere correctores,mul
tò fortius corrigendos,qui quo ad hoc ſunt inferiores, ma-
ximè quia intentio legis ibi non eſt principaliter vt corre-
ctores faciant debitum ſuum:ſed vt pauperes habeant ſuum
effectum : vnde nullis extantibus correctoribus ſtat adhuc
ratio & cauſa concedendi talem authoritatem.¶†Secundũ. 24
Si hoſpitale religioſorum apoſtolicæ ſedi immediatè ſub-
iectorum non habet alium ſuperiorem, ad quem de iure
correctio ſpectet,& rector eius deficiat in his ad quæ tene-
tur,ſecundum formam ſæpe dictæ clem. per ordinarium ſe
cundum Arch.poſt Lap.cogi non poterit : nec in tali hoſpi-
tali epiſcopus vllam ſuam vel Apoſtolicam habet authori-
tatem. & mouetur:quia dicta exemptio fuit libera . Vnde ſi
prouiſio poſtea facta de illis corrigendis per ſuos ſuperiores
non vendicat ſibi locum in illis,non tamen ceſſat diſpoſitio
dictæ exemptionis:quia potuit alia ratio eſſe. Et licet ſupe-
riores fuerint cauſa impulſiua: tamen illa ceſſante non ceſ-
ſat diſpoſitio.argu.eorum quæ not.in c.inter corporalia. de
tranſlat.prælat.Ex pluribus etiam alijs capitibus non pote-
runt tales religioſi per epiſcopum reformari.Vnum,quia ex
quo ſunt exempti , & eorum ſuperior non eſt in culpa, non
eſt locus conceſsioni factæ ordinario: quia fit ſub certo mo
do: & conſequenter eo deficiente commiſsio deficit. Item
quia papa eſt ſuperior,qui de ſe non intellexit:& eius negli-
gentiam nemo ſupplet. Et ita ſeruari fecit in curia ſpiritua
li Florentina,quæ per dictam cle.procedebat contra hoſpi-
talarium hoſpitalis ſancti Galli,quod eſt Apoſtolicæ ſedi im
mediatè ſubiectum: & eſt religioſorum qui profitentur re-
gulam beati Auguſtini . Hæc ex illo. Sed his non obſtanti
bus ſecundum præmiſſam diſtinctionem teneri poteſt : nec
eius motiua contra iſtud concludunt quicquam, vt patet in-
tuenti.

¶HOSPITALITAS quomodo conueniat clerico, ſuprà,Clericus.iiij.§.xix.

¶HOSTI fides ſeruanda eſt promiſſa.xxiij.quæſt.j.noli.& xxij.quæſt.iiij.innocens. quod limita vt infrà, Iuramentum iiij.§.xiij.

HVMILITAS eſt virtus,qua refrænatur animus, ne immoderatè tendat ad alta. ſecundum Sanct. Tho. ij.ij.quæſ.clxj.qua verè humilis nihil audit mirabilius quàm ſuam excellentiam.iij.quæſ.xxx.artic.iiij.ad primum quaq; quilibet quantum ad hoc quod ſuum eſt,debet ſe ſubmittere cuilibet quantum ad illud quod in eo Dei eſt : licet quod eſt ſuum vel Dei in ſe præferri poſsit ei quod eſt eius, vel Dei in alio. ij.ij.vbi ſuprà. Humilitati contrariatur tendere in magna ſupra ſe ex confidentia propriarum virium, non autem ex confidentia Dei.ij.ij.vbi ſuprà. De hoc etiam infrà,Superbia: & infrà,Iactantia.

¶HYPERDVLIA,vide infrà,Latria.

¶HYPOCRISIS,vide infrà,Simulatio.

¶HYPOTHECA,vide infrà,Pignus.

¶Finis Primæ partis Summæ Syluestrinæ.

# INDEX OMNIVM DICTIONVM SEV TItulorum, qui in hac prima Summæ SYLVESTRINAE parte tractantur.


ABbas Pagina 1
Abbatiſſa. 3
Aborſus. 3
Abrogatio. 4
Abſens. 4
Abſolutio primò ab excommunicatione iuris. 4
Abſolutio ſecundò quo ad excommunicationem ab homine vel à iudice. 8
Abſolutio tertiò quo ad modum eius. 10
Abſolutio quartò ab excommunicatione, in quam quis incidit ex clerici percuſſione: cuius abſolutio papæ reſeruatur. 13
Abſolutio quintò quo ad percuſſores clericorum quando ſunt regulares. 19
Abſolutio ſextò quantum ad formam verborum. 20
Acceptio perſonarum. 21
Acedia. 22
Actio, actor, & actus. 23
Accuſatio & accuſatus. 24
Adiuratio. 27
Adminiſtratio. 28
Admonitio. 28
¶ De admonitione vide in verbo, Denuntiatio. & in verbo, Mora.
Adoptio ſeu arrogatio. 28
Adoratio. 29
¶ De Adoratione vide in verbo, Latria.
Adulatio. 29
Adulterium. 30
Aduocatus. 32
Aedificium. 303
Aequitas. 36
Aeſtimatio. 44
Aetas. 36
Affinitas. 37
¶ De Affinitate vide in verbo, Matrimonium, octauo. § .v.
Alchimia. 37
Alea. 38
¶ De Alea vide in verbo, Ludus.
Alienatio immobilium maximè eccleſiaſticorum. 39
Alimenta. 44
Altare. 45
Alternatiua. 47
Ambaſiator, vide in verbo, Abſens, & in verbo, Legatus.
Ambiguitas, vide in verbo, Dubium.
Ambitio, vide in verbo, Superbia.
Angaria & perangaria, vide in verbo, Gabella. 48
Appellatio. 48
Apoſtaſia & fuga monachorum. 52
Aqua benedicta. 55
Arbiter. 56
Archidiaconus. 63
Archiepiſcopus. 64
Archipresbyter. 66
Argumentatio iuridica. 66
Arrha. 67
Arrogantia, vide in verbo, Superbia.
Arrogatio, vide in verbo, Adoptio.
Ars & artifex. 68
Articuli fidei, vide in verbo Fides.
Articulus mortis, vide in verbo, Abſolutio. j. § .v.
Aſſaſſinus. 69
Aſſecuratio, vide in verbo, Negotium. § .iiij.
Aſtrologia, vide in verbo, Superſtitio. § . vj.
Aſtutia, vide in verbo, Simulatio.
Auaritia. 71
Auditor. 71
BAlneum. 71
Bannum. 71
Baptiſmus primò quantum ad multiplicem ſubſtantiam & formam. 72
Baptiſmus ſecundò quo ad materiam. 75
Baptiſmus tertiò quo ad miniſtrum. 76
Baptiſmus quartò quo ad ſuſcipientẽ. 79
Baptiſmus quintò quo ad ritum & modum. 83
Baptiſmus ſextò quo ad eius effectum. 84
Bellum publicum primò. 85
Bellum ſecundò priuatum vel particulare. 90
Bellum tertiò, ſcilicet commune vt clericos tangat vel eccleſias. 93
Benedictio. 94
Beneficium primò dignitas eccleſiaſtica & præbenda. 96
Beneficium eccleſiaſticum ſecundò quo ad conferentem. 98
Beneficium eccleſiaſticum tertiò quo ad obedientem. 99
Beneficium eccleſiaſticum, præbenda, dignitas quartò quo ad pluralitatẽ. 103
Beneficium eccleſiaſticum quintò quo ad fructus. 106
Bigamus & Bigamia. 107
Biſſextus. 109
Blaſphemia. 109
CAlix. 111
Cæcus, vide in verbo, Surdus.
Calumnia, vide in verbo, Iuramentum. j. § .ij.
Calumniator aut tergiuerſator, vide in verbo, Accuſatio.
Cambium, vide in verbo, Vſura quaſi per totum.
Canonica portio.
Canonicus. 113
Canonizatio Sanctorum. 116
Capitulum. 115
Carcer. 117
Cardinalis. 118
Caſtratus, in verbo, Corpore vitiatus. 119
Caſus.
Caſus fortuitus. 121
Cathechiſmus & Exorciſmus. 124
Caupo, vide in verbo, Nauta per totum. 125
Cauſa legalis & iudicialis.
Cautio. 125
Ceſſio bonorum. 127
Cenſura eccleſiaſtica: vide in verbo, Interdictum, Excommunicatio, Suſpenſio. 127
Cenſus, vide in verbo, Gabella.
Ceſſatio à diuinis. 127
Character. 128
Charitas. 129
Chorea. 123
Chriſma, vide vbi Oleum ſanctum.
Circunſtantia. 128
Citatio. 129
Ciuitas & ciuis. 130
Clandeſtinum, vide in verbo, Matrimonium. ij. § .xiiij.
Clauis. 131
Clauſula generalis. 132
Clericus primò quantum ad nomen & priuilegia eius. 133
Clericus ſecundò qualiter & qualem ſe debeat habere. 134
Clericus tertiò quantum ad licita quibus tenetur abſtinere. 137
Clericus quartò quantum ad bona temporalia. 139
Coactio. 144
Coadiutor. 144
Cœmeterium. 138
Cogitatio poteſt eſſe peccatum etiam mortale. 14[illegible]
Cognatio triplex, vide in verbo, Impedimentum. v. vj. & vij. & in verbo, Adoptio. 14[illegible]
Collegium. 14[illegible]
Colonus. 14[illegible]
Columbaria, vide in verbo, Reſtitutio. iij. § .iiij.
Celuſio. 14[illegible]
Commenda. 14[illegible]
Commiſſio. 14[illegible]
Commodatum. 14[illegible]
Compaternitas, vide in verbo, Matrimonium. viij. § .vij.
Compenſatio. 14[illegible]
Compoſitio. 14[illegible]
Compromiſſum. 14[illegible]


Commu




Communicare, vide in verbo, Euchariſtia.
Commutare, vide in verbo, Permutatio, Simonia, & votum.
Conceſſio. 150
Concilium generale, & congregatio ſynodalis. 150
Concubinarius & fornicator. 153
Concuſſio. 155
Condemnatus ad mortem an fugere poſſit, vide in verbo, Accuſatus. § .xvj.
Conditio, modus, cauſa, & demonſtratio. 155
Conductor. 157
Confeſſio non ſacramentalis. 157
Confeſſio ſacramentalis primò in ſe quid & qualis ſit. 159
Confeſſio ſecundò quo ad neceſſitatem & vtilitatem eius. 167
Confeſſio iij. quo ad ſigillum. 169
Confeſſor primò, id eſt, confeſſionis auditor quis ſit. 172
Confeſſor ſecũdo quis ſit ſpecialiter quãtum ad prædicatores & minores, & de horum authoritate. 179
Confeſſor tertiò quantum ad eius qualitatem. 183
Confeſſor quartò quantum ad actum eius, id eſt, impoſitionem pœnitentiæ & abſolutionem. 187
Confirmatio humana electionum & aliorum. 189
Confirmatio diuina quæ eſt ſacramentum. 190
Confraternitas, coniuratio, & conſpiratio. 191
Conſanguinitas, vide in verbo, Matrimonium. viij. § .vj.
Conſcientia. 191
Conſecratio prælatorum. 192
Conſecratio & reconciliatio ſacrorum locorum ſecundò. 193
Conſecratio altaris, vide in verbo, Altare. § .j.
Conſecratio cœmeterij, vide in verbo, cœmeterium in princ. & § .iiij.
Conſecratio vaſorum ac veſtium, vide in verbo, Benedictio, per totum.
Conſecratio virginum & veli. 196
Conſenſus & ratihabitio. 196
Conſeruator. 198
Conſilium & obligatio ad illud. 200
Conſpiratio, vide in verbo, Coniuratio.
Conſtellatio, vide in verbo, Superſtitio. § .vj.
Conſtitutio. 202
Conſuetudo & mos. 202
Contemptus. 207
Contentio. 208
Conteſtatio litis, in verbo, Lis. § .ij.
Contractus & quaſi contractus. 209
Contritio. 210
Contumacia. 211
Contumelia & iniuria. 212
Conuentus. 213
Correctio & punitio. 214
Corpora ſanctorum. 217
Corporalia, pallæ altaris, & veſtes ſacræ. 217
Corpore vitiatus. 218
Corpus Chriſti, vide in verbo, Euchariſtia.
Crapula. 219
Credere hæreticorum, vide in verbo, Hæreſis j. § .vij.
Credulitas. 219
Crimen. 219
Cruce ſignatus, vide in verbo, Indulgentia. § .x.
Culpa & dolus. 221
Cupidus, vide Ordo. iij. § .ij.
Cura animarum. 223
Curator, vide Tutor.
Curialis. 223
Curioſitas. 223
Cuſtos. 224
DAmnatus. 225
Damnum. 225
Debitum coniugale. 225
De votis coniugum. j. vide infrà Votũ v.
Decanus vide in verbo, Archidiaconus.
Decima, primitiæ, & oblationes. 230
Defenſio, vide in verbo, Bellum. ij. § .j. & ſequenti.
Defenſor, vide vbi Hæreſis j. § .vij.
Defunctus, vide vbi Mortuus.
Degradatio clericorum. 236
Delectatio. 238
Delegatus, ſubdelegatus & legatus. 240
Dementia. 244
Dæmoniacus. 244
Denuntiatio. 244
Depoſitum. 245
Deriſio. 247
Deſperatio. 247
Detractio. 247
Diaconus & ſubdiaconus. 248
Dies. 249
Diffamatio. 249
Diffidatus, vide vbi Aſſaſſinus.
Dignitas & perſonatus & officium. 249
Dilapidator. 251
Diœceſis. 251
Diſcordia. 251
Diſcretio. 251
Diſpenſatio. 251
Diſputatio. 255
Diuinatio. 256
Diuortium. 256
Doctor & magiſter. 262
Dolus, vide vbi Culpa per totum.
Domeſticus, vide vbi Familiaris.
Domicilium. 265
Dominica & feſtum & dies feriata. 266
Dominium & dominus. 271
Donatio primò in communi & inter viuos generaliter. 274
Donatio inter viuos, ſecundò ſpecialiter inter virum & vxorem & quaſdam alias perſonas. 279
Donatio inter viuos iij. ſpecialiter quando eſt ante vel poſt nuptias. 283
Donatio iiij. cauſa mortis. 284
Dos & parapherna. 286
Duana, vide vbi Gabella.
Dubium facti & iuris. 293
Duellum. 295
Dulia, vide vbi Latria.
EBrietas. 297
Eccleſia & eccleſiaſtica priuilegia perſonæ eccleſiæ. 298
Eccleſia. ij. quo ad materiam in genere & in ſpecie. 301
Eccleſia. iij. quantum ad bona temporalia. 302
Electio & eligendus. j. in genere. 303
Electio ij. quantum ad ſuas ſpecies. 308
Electio iij. quantum ad aliqua determinata perſonarum genera. 315
Eleemoſyna. 317
Emancipatio & emancipatus. 319
Emphyteuſis. 320
Emptio & venditio. 328
Emunitas, vide vbi Immunitas.
Enorme. 333
Epiſcopus. 334
Eremita. 337
Error. 337
Euangelium. 337
Euchariſtia j. in ſe quantum ad materiã & formam. 337
Euchariſtia ij. quantum ad miniſtrum & defectus, qui accidere poſſunt in miſſa. 340
Euchariſtia iij. quantum ad vſum & conſumptionem eius. 344
Euchariſtia iiij. quantum ad effectus & miranda eius ſummariè. 349
Euictio. 350
Eunuchus. 350
Exactio. 350
Excepta. 350
Exceptio. 350
Excommunicatio. j. de maiori in ſe. 350
Excommunicatio ij. id eſt, de maiori quantum ad virtutem obligatoriam eius. 356
Excommunicatio iij. id eſt, de maiori quãtum ad eius effectum. 362
Excommunicatio iiij. id eſt, de minori in ſe. 365
Excommunicatio v. id eſt, de participatione cum excommunicatis. 367

Excommunicatio vj. ſcilicet percutientium clericos. 375
Excommunicatio vij. ſcilicet de illa quæ eſt reſeruata papæ. 383
Excommunicatio viij. ſcilicet de illa, quæ eſt reſeruata epiſcopo ſemper vel inter dum. 399
Excommunicatio ix. ſcilicet de ea, quæ nulli de iure reſeruatur. 401
Excommunicatio x. & vltimò, quantum ad dubia quædam communia prædictis excommunicationibus. 421
Executor. 422
Exemptio & exemptus. 423
Exhæredatio: vide infrà Hæreditas ij. per totum.
Exorciſta. 425
Expenſæ. 425
Expoſitus. 425
Extraordinarium. 426
Extrema vnctio: vide vbi Vnctio extrema.
FAbulæ. 426
Facere. 426
Fallacia: vide in verbo, Falſarius. per totum.
Falcidia: vide vbi Legitima.
Falſarius & falſitas. 426
Fama & rumor. 429
Familia & famulus. 430
Familiaris. 431
Fauorabile: vide vbi Odioſum.
Fautor: vide vbi Hæreticus. j. §. vij. & decimo.
Fœmina. 431
Fœnus. 432
Feriæ: vide vbi Dies feſtus.
Feudum. 432
Fictio iuris. 437
Fideicommiſſum. 437
Fideiuſſor. 437
Fides. 439
Filius legitimus & illegitimus præcipuè quantum ad ſucceſſionem. 442
Filiusfamilias. 447
Fiſcus. 447
Flagella quomodo ſint ſatisfactoria: vide in verbo, Satisfactio.
Forma. 447
Fornicatio, vide vbi Luxuria.
Forus. 447
Fratres. 447
Fraus. 447
Frigiditas quomodo impediat matrimonium: vide in verbo, Matrimonium vij. impedimento xvj.
Fructus. 448
Fugere. 448
Funus. 449
Furioſus. 449
Furtum. 449
GAbella & omnis publica exactio primo in genere quātum ad quid eſt. 453
Gabella ij. quo ad cenſus maximè eccleſiaſticos. 454
Gabella iij. quo ad vectigalia, guidagia, duanas, & ſimilia. 457
Gabella iiij. quo ad tallias & huiuſmodi. 461
Gabella v. quo ad angarias & munera. 464
Generale. 464
Gladius. 465
Gloria vana: vide vbi vana gloria.
Gratia Dei & hominum. 465
Gradus conſanguinitatis & affinitatis, vide vbi Matrimonium.
Guerra, vide vbi Bellum, per totum. 466
Guidagia, vide vbi gabella.
Gula.
HAbitus maximè ſacer. 466
Hæreditas j. in ſe. 466
Hæreditas ij. quantū ad exhæredationem. 467
Hæreditas iij. quantū ad heredem. 470
Hæreditas iiij. quantum ad ſubſtitutionem. 471
Hæreſis & hæreticus j. in ſe. 474
Hæreſis & hæreticus ij. quo ad inquiſitores. 477
Hæreſis & hæreticus iij. ſpecialiter quo ad lamias ſiue ſtrigas. 483
Hebetudo. 488
Hermaphroditus. 467
Hiſtrio: vide ſ. Ars. §. vij. & infrà Infamia. §. v. 490
Homagium. 498
Homicidium voluntarium. 493
Homicidium ij. inquantū eſt caſuale. 495
Homicidium iij. quantum ad pœnā maximè irregularitatis. 499
Homo. 504
Honeſtas & honeſtus. 504
Honor & honoratio. 504
Hora canonica & officium diuinū. 505
Hoſpitale & hoſpitalarius. 511
Hoſpitalitas. 516
Hoſtis. 516
Humilitas. 516
Hypocriſis, vide in verbo, Simulatio.
Hypotheca, vide in verbo, Pignus.

¶ Finis tabulæ in primam partem Summæ Sylueſtrinæ.

LVGDVNI,
EXCVDEBAT
Dominicus Veraarduus,
M.D.LII.